32. 2.
Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

CONSILIORVM
Seu Reſponſorum Ciuilium
D. BARTHOLOMÆI BERTAZZOLII
I. C. Ferrarienſis præclariſsimi,


ET SERENISS. FERRARIAE DVCIS CONSILIARII
ET ADVOCATI CELEBERRIMI,

Liber Primus.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS.

IN QVO QVICQVID CONTINEATVR, QVOD IN foro verſantibus vſui eſſe poſsit Argumentorum Index haud longe diſtans ſignificabit.

CVM PRIVILEGIIS.



M D LXXXIIII.

Venetijs, Apud Felicem Valgriſium.

12 6 M. 13

PETRO DONATO CAESIO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

Claudius Bertazzolius Ferrar. I. C.

DOLEBAM ſane grauiter, vt par eſt, Ampliſsime Domine, parentis mei Reſponſorum criminalium priorem librum, mendoſiſsimum, ſcilicet illum codicem non ſolum circumferri in Vrbe noſtræ ciuilis prudentiæ domicilio: Sed & in Germaniam & vſque ad remotiſsima eiuſdem Iuriſprudentiæ confinia penetraſſe; & augebat dolorem Veneti Bibliopolæ conſolatio nunciantis imo librum quadam cum celebritate diuendi, ac diſſeminari, & in maximis ciuitatibus à maximis ſæpe viris exquiri maxime; ſentiebam namque nec paterno nomini, nec pudori meo ſatis me conſuluiſſe: Cum à Felice Valgriſio Typographorum nobili neque indocto mihi delata eſt epiſtola, qua ille ſignificabat de editione nonnullarum Patris mei Conſultationum ciuilium cogitare; tum vt quaſi crimen feliciter elueret, cuius alius fuerat infelix reus; tum vt oſtenderet Bertazzolium in vtroque foro poſſe cum cæteris conſulentibus pedem conferre; rogare autem me, vt opis aliquid adferrem honeſtiſsimo huic ſtudioſos omnes meque ipſum iuuandi deſiderio, quomodo affectus fuerim hoc accepto nuntio haud facile auſim pronunciare, ita omnino varius reddebar inque omnes raptabar partes, & multas ac diuerſas prorſus momento vno induebam ſententias. Ego enim non ille ſum, qui indecorum eſſe exiſtimem cogitationes ſuas litterarias in vulgus dare; magis alienum eſſe iudico à maieſtate Romanæ prudentiæ, & à grauitate Iuriſconſulti, ad populare fori lucellum ſeſe ſtatim proſtituere, & ſtipem illam viritim emendicatam corrogare, ac ſimilia conſectari quæ excelſis animis aut infima, aut certe humilia videri ſolent ac debent; nec me præterit multos multa temere moliri, & pleroſque abſque vllo iudicio rationis ſcribendi prouinciam imprudenter appetere: ſed de illorum ſcriptis loquor, quos & boni omnes probant, & ego imitari duceſque ſequi cupiam; optabilius ſi quidem eſt cuique (modo ſe hominem agnoſcat) aliqua cum dignitate ac fructu in Reipub. luce verſari, quam inter ſpe-

cioſas forenſes nænias inanis larua, ac vmbra homini ſimilis ſubſidere, ac in promiſcua priuatorum & plebeculæ multitudine ætatem agere. Multa tamen in re præſenſi, vt aliter ſentirem ſuadebant, illudque in primis quod hoc ſcriptionis genere non multum iuuari credam noſtram ciuilem Rempublicam. namque video ſordidas curas ac venales, & deiectos animos multorum, qui de iure reſponderunt, & ex pernicioſo hoc ciuilium controuerſiarum ſemine agnoſco radices illas hominum contentioſæ naturæ tamquàm pingui ac feraci ſolo coaleſcentes, nuncque in arbores grandes & patulas aſſurgentes, ex quibus decidunt tot Reſponſorum folia vanitatis & nugarum plena, vt neceſſe ſit precari cum Virgiliano Heroe. *Foliis tantum ne carmina manda, Ne turbata volent rapidis ludibria ventis*. Sæpe enim qui non ſine aureo vimine Tripodem adeunt, vt cecinit idem Poeta. *Inconſulti abeunt ſedemque odere Sibillæ*. Sed vtinam non ſæuiret in immenſum ac debaccharetur contagioſus morbus, & celerrime in nos ageret, ac commigraret, atque in omne ciuile corpus irreperet, & ſpiritus, & humores, & ipſarum partium ſubſtantiam labefactando; & vtinam non eſſet totam correpturus, & corrupturus poſteritatem: vt enim qui à canibus rabidis mordentur non ſolum ipſi adiguntur ad rabiem, ſed ſi quos alios in eo furore morſu afficiunt ac lædunt, illos etiam compellunt mente deijci, & in furorem conuerti, ita qui de iure conſulunt dum alios non ſine rabie vellicant, & carpunt; illorumq; dicta euertere conantur, cum morſu ſimul etiam affectionis iſtius in alium transfertur virus, ac rabies fæcunditate quadam ſubinde alias, atq; alias rabies de ſe procreat, ſicque futura eſt inſaniæ iſtius multiplex ac perpetua ſucceſsio. Accedat quòd quaſi iuſta ſum pollicitus ſtipulatione me numquàm paſſurum vt exeant paternæ Conſultationes non criminales, quod & videtur conſentaneum iniquæ horum temporum conditioui, ſcriptorum vbertati, & priuato illi parentis mei conſilio, quo ad quorundam commodum, non ad communem fructum eaſdem accommodauit, quod non euenit de illis, qui cum ex ſuperiore loco ius doceant magniq; habeantur & ſint Iuriſconſulti, pro certo ſciunt quicquid effluxerit quacunque, vel oblata, vel arrepta occaſione etiam leui in aſpectum, lucemque hominum ſtatim proferendum. Et denique (vt ingenua ſimplicitate meos ſenſus ſyncere patefaciam) iuris cognitionem profiteor quidem neque aliam vmquàm profitebor: quandoquidem & à Patre accepi illam & iam in ea contriui ætatis florem, ſed non ita demiſsi abiectique ſum animi, tantæque cæcitatis ac caliginis, vt ad hanc ſolam cognitionem natum me & conditum eſſe exiſtimem; ſentio ac vix fero nobiliores animi motus, qui relicto Deo legum omnium fonte optimo & maximo inter impuras haſce humanarum legum lacunas diu profaneſcere non poteſt. eſt quidem colenda humana politia, ſed vt religioni ancilletur atque ſubſeruiat: nihil autem ſapere præter illam ſicuti vulgare admodum eſt, ita Chriſtianæ menti parum conuenire reor. Sed vicit denique Typographi vrgens petitio; ſi quidem aduerti quas ſupra perpendebam particulares eſſe quaſdam meas rationes, peculiareſque cauſas, quas & non probabunt omnes, & improbabunt multi & quibus vti in lucubrationibus meis, licet in alienis autem minime: eſſet enim & parum verecundæ frontis, & multum iuuenilis confidentiæ ex ſe ipſo aliorum omnium ſenſa metiri. Addebatur quòd cum parente adhuc potiar viro tum legum peritiſsimo, tum eximio morum ac vitæ candore prædito, homineque prorſus (vt non ignoras) antiqua bonitate & fide, mihi maxime laborandum eſt, vt viuens ſentiat ſe erga omnes, & re ipſa, & animo gratiſsimum hominem non penitus ingratum erga parentem genuiſſe filium. nam præter communes omnium filiorum obliga-

tiones

tiones erga parentes priuatas ego habeo quaſdam ad me propric pertinentes, quibus nec me ſatisfeciſſe putabo, etiam ſi eum nunc ætate confectum in ſinu geſtauero oculis meis longe chariorem. dici vix queat vt patienter fræna iniecerit offerentibus ſeſe cupiditatibus, dum olim infirmam ineuntis adoleſcentiæ ætatem agerem, vt me diligenter impulerit ad bona ſtudia, humaniterque tulerit aberrantem à compendiaria legum via tum vagantem circa pueriles ac ludicras artes, tum aliarum ſcientiarum quaſi transfugam penetralia explorantem, vt benigne paſſus fuerit me domo cedere, varia inuiſere Gymnaſia, honeſtiſsimas diſciplinas magno ſumptu mercari, & cum optimis viris habere conſuetudinem. Vtinam ſempiterna forent monumenta iſta, quibus paternæ laudis teſtimonia conſignaui: tandiu enim, ò corporis & animi Pater, & tui meriti & mei officij vigeret memoria, ſed numquàm exiſtimabo me debitum perſoluiſſe officium niſi aliquid non indignum & educatione tua, & genere meo, labore multo, & ſumma animi contentione euigilauero, quo & te optime meritum & me ipſum, quod tu magis optare videris, decoraſſe ac illuſtraſſe dicar. Sed illud video me protraxiſſe ad extremum quod ſub initium cogitationis primum mihi venit in mentem, me ſcilicet libentiſsime in hanc incidiſſe occaſionem, per quam poſſem futuris etiam ſeculis teſtari vixiſſe neminem, qui magis quàm nos te tuasq; ſingulares politicas, & Chriſtianas virtutes aut admiratus ſit aut veneratus. Accipe itaque eo animo quo ſoles, & quo nos offerimus munus quidem perexiguum, ſi aut noſtram aut ſuam ſpectes dignitatem, profluens tamen à viris legum ac ſynceræ minimeque fucatæ ac degeneris iuriſprudentiæ ſtudioſiſsimis, & quod tuis exhibetur oculis, qui & ſummus es iuris Antiſtes, & ſapientiſsimus nomophilax ac totius chriſtianæ reipublicæ decus ac propugnaculum, ut cum heroicæ virtutis tuæ, tum ſingularis noſtræ deuotionis atque obſeruantiæ memoria etiam poſteris prodatur. qua enim dexteritate ac ſucceſſu in præterita tua legatione Bononienſi Patrum decreta iam delabentia conſtabilieris, ciuium ac popularium commoda adauxeris ac procuraueris, qua fortitudine vitioſos motus in aliquod magnum malum euaſuros cohibueris, multaque ſapienter ſuſtuleris quæ irrepſerant, uel conniuentibus, vel parum oculatis legum cuſtodibus, & exteri intellexerunt, & nos uidimus, longiore autem uerborum apparatu aut operoſiore induſtria tuas laudes, honores, dignitates amplificare, ſcatio quam ſit remotum & à modeſtia tua & ab ingenio meo, & ab ipſa denique dicendi occaſione: ut enim tu qui maxime laudanda præſtas ægre laudes tuas excipis, ita ego qui te virum politici decoris amantiſsimum hoc obſequio demereri percupiam (quod vnice ſpecto) nollem uideri inſidioſa quadam ciuilitate, aut eblandita oratione, ſermoniſque lenocinio atque illecebra tibi gratificari. argumentum deinde ipſum adeo circunforaneum eſt & peruulgatum, ut ſi quis in nuncupatione conſuendis hominis licet pręſtantiſsimi laudibus ingenuam operam impenderit potius obſequutus conſuetudini, & de more loquutus quàm veritate innixus aut ex animi ſententia ſcripſiſſe videatur. Vale religioſiſsime Iuris & Iuſtitiæ Antiſtes, & Deus Optimus Maximus, cui per ſeruatorem Chriſtum uota mea nuncupo, quæ in ſe magna ſunt omnia, magno omnium commodo maxima faciat.

Dat. Ferrar.

CLAVDIO BERTAZZOLIO
I. C. FERRAR. PRÆCLARISS.

FELIX VALGRISIVS.

VT PRIMVM meam & Venetam, & Patauinam librariam tabernam luſtraſti, multaq́; carpſiſti, quibus tuam inſtrueres, & legum & ſcientiarum bibliothecam maximo exarſi deſiderio imprimendi aliquid quod à te diſcederet, vel à parente tuo Iuriſconſ. omnium conſenſu ſolidiſſimo: mihi enim ignoſcendum eſt etiam ſi ambitioſe perquiram meos typos clariſſimorum hominum monumentis illuſtriores reddere, quos non mediocriter illuſtrauit Vincentius Valgriſius genitor meus Typographorum (vt notum eſt) vigilantiſſimus, cui nihil antiquius vmquàm fuit aut potius quàm poſthabito lucro vnam ſectari exiſtimationem, ac dignitatem. Verum non aperui tunc temporis meum hoc deſiderium, quia videbam te male ſentire de tota impreſſoria arte, ne dicam de impreſſore vno, aut altero: audiebamq́; te conquerentem paterna conſilia, & tuas præſertim appendices non potuiſſe indecentius tractari, typos fuiſſe vetuſtiſſimos, ac detritos, papyrum obſcuram ac turpem, & quod caput eſt ſordium menda fædiſſima, & quæ nulla excuſatione aut diſſimulatione defendi poſſunt, aut tegi. Iam vero hoc idem quod me tunc deterruit, ne à te peterem quod optabam, nunc me impellit, vt à te rogem quod opto; ſi quidem mire aueo te intelligere multos quidem pleraq; referre ad vtilitatem, & lucra, aliquos tamen ad famam nominis & ad decora artis. Ego in recenti mea hac ætate patrio commotus exemplo vſque adhuc me ita lucris ac quæſtu ſuperiorem geſſi, vt magis me de exiſtimatione quàm de pecunia laborare nemo dubitaturus ſit; hoc itaque fretus nunc expono illud quod eſt mearum litterarum argumentum. Habeo non nullas parentis tui ciuiles Conſultationes non editas partim Mantua delatas, partim repertas inter aliorum ſcripta nunc impreſſa, vt Nattæ, & Crauettæ, & duas habui Patauij à te ſcriptas tum doctè & erudite, tum de more tuo eleganter, & acute, ſed nequeunt illæ ad iuſtum opus ſuccreſcere, alijs autem miſceri aliorum quæ non deſunt, & alienum eſſet à mea ſententia, & à grauitate tanti viri, eaſdem ſeorſum typis ſi committerem ridiculus viderer, qui in re ciuili exiguum valde referrem BertaZzolium illum, quem in criminum controuerſijs omnes omnium temporum magnitudine, & ſoliditate æquaturum conijciunt plerique docti. Tu igitur ſolus potes, ac debes, vt conſtes humanitati tuæ auxilium ferre homini, qui iam totus eſt in ære tuo: ſcio namque habere te illuſtres non ſolum multas Conſultationes, ſed illuſtria multa Conſultationum volumina. quid enim aliud iudicandum eſt de Patre tuo qui per quinquaginta annos ius ciuile tractauit, tum ampliſſimos magiſtratus

obeun-

obeundo, tum Principi Sereniſſimo domi foriſq; inſeruiendo, & interim priuatis conſulentibus de iure reſpondendo: ſcio etiam te non modo ex ſchola, cui ita feliciter praes, & ex forenſibus ac pragmaticis diſceptationibus multa haurire poſſe, quæ ſi meis typis excuſæ prodirent, ad meam laudem maxime pertinere arbitrarer, ſed multa quæ iam exorſus eſt Pater tuus pertexere te facile ac conficere poſſe. Hoc autem praſtare tu maxime debes, cum iam legantur pleraque Reſponſa Cephali, Crauettæ, Deciani, Nattæ, & aliorum tum pro Sereniſſimo Principe tuo, tum pro Illuſtriſſimis viris conſcripta, in quorum cauſis parentem tuum doctiſſime reſpondiſſe & veriſimile eſt, & referunt quos modo nominaui Iuriſconſulti: Cum itaque tu & paternam gloriam, & tuam pietatem curare debeas, rogabo, vt patrij nominis, & tui officii non obliuiſcaris: hoc ſi feceris, futurum confido, vt neque te humanitatis tuæ, neque me conſilii mei vnquàm pæniteat. Vale vir eruditiſſime, & Patrone optime.

Dat. Venetijs. Kal. Martij M D LXXXIIII.

CLAV:

CLAVDIVS BERTAZZOLIVS FERRARIENSIS I. C.

FELICI VALGRISIO.

VTINAM quod me optare decet, quamuis ſperare non liceat mihi integrum eſſet de noſtra editione deliberare, aliud enim in iſtis Conſiliis inirem conſilium, aut nullum prorſus, ſed ferendum eſt æquo animo quod mutare non poſſum. itaque mitto ad te faſciculum Conſultationum, quæ ad manus indiſcriminatim peruenerunt: nam quod ait Cicero, qui ſemel verecundiæ fines tranſierit, oportet bene, & gnauiter eſſe impudentem; pertinent vt plurimum ad tractationem vltimarum voluntatum, feudorum, donationum, emphyteuſis, & ſimilium, quod & te optare credo, & rabularum vulgus magni facit, tu illis utere tuo arbitratu. Ego licet de induſtria tua ac diligentia confidam maxime, & quis fuerit Pater tuus ſatis perſpexerim: attamen ſi in aliquid indecorum offendes, iam ſtat ſententia, omnia quæcunque illa ſint, Vliſsis exemplo prærernauigare, neque quidem auribus cera obturatis, aut ligatis manibus, ſed audientem & liberum, & vere animum ſuper hæc elatum habentem. Decreui ego quaſi Comicus poeta procul à ſcena ſeiunctus alicubi ſedere, neque curare ea, quæ in theatro aguntur, tu qualis hiſtrio ſis facies periculum, quantum memoria, voce, cæteriſque polleas, ſi quæ in ſcholari & forenſi noſtro conſeſſu recto (vt dicitur) ſtetere talo, te agente in ſcenam producta theatri plauſum merebuntur tibi gratulabor, & mihi: ſi autem tuum aliquod peccatum poetæ partes aliquas dehoneſtabit, etiam ſi me exſibilauerint nedum te talium peccatorum innocens non admodum moleſte feram. non mitto quas optas conſcriptas Conſultationes pro Sereniſsimo Principe noſtro: neque enim ſunt temere in planiorem vulgi aſpectum producendæ, fecerint alii vt libuit. ſufficiat noſtros actus illi non diſplicuiſſe, cui noſmet ipſos præbuimus huc, atque illuc arbitrio ſuo diſtrahendos. tibi autem vt ſpero chariſsimum erit me in calce multorum Reſponſorum quaſi digito commonſtraſſe Conſulentes alios recentiores, qui aut reſpondentis opinioni adſtipulati ſunt, aut in contrariam iuerunt ſententiam. Addidi præterea (vt memoriæ adhæſit) controuerſiarum exitum, quæ omnia profutura maxime confido: puerilis namque & ridicula eſt quorundam induſtria, qui & aduerſarios, & aduerſantia confingunt eo animo, vt omnia diluant, quæ facile diluenda propoſuerunt. Videor videre Virgilianum Daretem verberantem ictibus auras, aut Terentianum Thraſonem gloriarum plenum nullo aduerſario re pugnante; vt enim ſi quis aſpiceret athletarum aliquem exercentem ſe priuſquàm in arenam deſcenderet fronte arietantem, calcitrantem in aera, pugnis inanem plagam inferentem quaſi aduerſarium cæderet, & circumiecto gutturi cubito miſere præfocaret, non ſtatim proclamaret inuincibilem eſſe hominem, ſed expectaret in ſolem producto aduerſario vtrunque certis verberibus cædi, & decertantes de loco propelli, humi proſterni inque vicem conteri; ita in vmbratili iſta litteraria pugna eum victorem pronunciare debemus, qui aduerſarium fortiter proſtrauerit ſuperiorque certando euaſerit ſubacto altero laſsitudine confecto, etiam quòd ille humi iacens ſupinus lapſum non agnoſcat, ſed victoris ceruices teneat. hoc enim uon eſt roboris aut fortitudinis, ſed inflexibilis obſtinationis & peruicaciæ indicium. Quod ad me attinet vide ne dicaris me magis oneraſſe alienis laudibus, quàm tuis ornaſſe litteris, hoc perſenties tu ſi quas ad te mitto pertenues Conſultationes meas inter paternas imprimendas duxeris. Voluiſſem quidem vt iuueni-

lis

lis olim ſuadebat ſimplicitas aliquid edere, quod & ſtudiis meis conuenire videbatur, & hominibus Pandectarum ſtudioſis, quæ ſine multiplici variarum rerum cognitione & traditione neque intelligi poſſunt, neque commode explicari maximam allaturam vtilitatem exiſtimabam. Sed iam deferbuit ardor ille animi, & altius aſſurgendi ambitioſa cupiditas, ſectabimur in poſterum, vt noſtram decet tenuitatem humiliores curas, quando & in eo opere omnibus ſatisfacere valde difficile eſt, mihi autem plane impoſsibile, ita ſemper aliquid dubitationis ſe offert meditanti. Interim licet à tabula manum remouerimus, non permittemus opus ipſum pedorem ſitumque contrahere, ſed quaſi ædes aliquando occluſas flatibus ventisque exponemus, oſtiaque reſerabimus, vt vndique immiſſo aere, & porticus & veſtibula perſpirare poſsint: hoc autem fiet ſi & viris clariſſimis communicabimus quid in re ipſa præter alios excogitauerimus & lucidioris & purioris doctrinæ, & ad illam exornandam & illuſtrandam quicquid ex puris veterum Iuriſconſultorum litteris collatisque eorum Reſponſis melioris lucis exprimi edique poterit comportabimus. Cogita (ne è propoſitis ædibus pedem egrediamur) nos nunc omnia reiicere & vitioſa & integra quaſi lapides ex diruta domo aptiore tempore inſtauranda. repetemus poſtea eadem atque ſeligemus quæ integro perfectoque ædificio vtilia eſſe videbimus, ſi aliquando inſtaurationi vacandum eſſe duxerimus, quod dum facimus tantiſper non grauatim patere omnia veluti parietinas ruderibus cumulari. Vale ingenioſ. Iuuenis & me dilige.

Dat. Ferrariæ. Kal. Augu. M D LXXXIIII.

IO. FRANC. TERZANIVS CREMONA

I. C. FERRARIENSIS

CLARISS. I. C. ET SERENISS. FERRARIAE DVCIS

CONSILIARIO,

ACHILLI FANTINO S.

CVM primùm reſciui volumen Conſultationum Ciuilium eruditiſſimi I. C. Bartholomęi Bertazzolij affinis tui, ſub prælo eſſe, continere me nec potui nec debui, quin mea hac ſcriptione vnum atque alterum confeſtim facerem; vt ſcilicet amoris mei in Bertazzolios hanc darem ſignificationem, nouam quidem, quamuis videri poſſit minimè neceſſaria: quando ſciunt omnes & tu in primis me & Claudium Bertazzolium Bartholomęo filium & tibi generum, iuuenem florentem laudibus & I. C. tum ſcientia iuris, tum bonarum diſciplinarum cognitione conſpicuum & inſignem, amare inter nos quàm familiariter & vehementer. Gratularer præterea omnibus noſtrum ius profitentibus recentem hanc Reſponſorum acceſſionem; quæ doctos omnes ita eſſe communibus Studijs approbaturos plane confido, vt Bartholomęo Bertazzolio Neotericorum Conſulentium prælaturi ſint neminem, comparaturi paucos. Nam, vt ſtrictiori encomiorum themate atque ordine vtar, ſi noſtri iuris conſultationibus fidem in primis & dignitatem conciliant Authoris & eruditio, & animi candor, & vſus atque experimentum, hęc omnia ita ſanè in Bertazzolium conueniunt, vt ſatis laudari non poſſit quiſquis ille fuerit, qui I. C. doctiſsimi longè doctiſſima reſponſa, vt excuderentur operam dedit; alioquin & viro de noſtris ſtudijs præclariſſime merito debitus honor interceptus fuiſſet, & noſtræ iuriſprudentiæ ſtudioſi homines non ſine vtilitatis publicæ iactura tanto theſauro fruſtrati fuiſſent. Volui autem vir Clariſſime, ad te potiſſimum puſilla hac mea Epiſtola de his conſcribere, quoniam quemadmodum in dirimendis noſtrorum ciuium litibus & dijudicandis cauſis, præter ſummam animi quam adfers integritatem, iudicio etiam tu maximè vales, vnde ex ampliſſimo quem geris magiſtratu, quo tuę te extulerunt virtutes, eximiam profecto collegiſti laudem, ita etiam in approbandis aut improbandis ciuilis noſtræ ſapientiæ profeſſoribus & ſcriptorib. iudicio veteris optime. In noſtris ego ſermonibus audiui te ſæpe commendantem & ornantem laudibus non quoſuis, ſed graues & ſolidos & fęlicibus ſtudijs promouendis natos, vel Interpretes, vel Tractantes, vel Conſulentes germanam in primis & puram, non adumbratam & ſordidam profitentes iuriſprudentiam. Quare iucundiſſimum accepturum te nuntium exiſtimaui, ſi de me intelligeres nouam adornari Reſponſorum iuris editionem, vt in illis poſsis facile illas agnoſcere laudes, quibus illuſtres noſtræ Philoſophiæ proceres tam ſæpe tantoque opere proſequi ſolitus es. Quòd eo etiam iucundius & gratius nihil dubito tibi accidet, quo Clariſs. viro Bartholomęo Bertazzolio vetere amicitia & noua affinitate tibi coniunctiſsimo omnia proſpera & fęlicia ex animo valde cupis. Ipſe equidem pro certo habeo ciuiles haſce grauiſsimi I. C. lucubrationes a viris doctis expectatas & expetitas ab omnibus etiam legum ſtudioſis, qui eiuſdem criminalia & pęnalia Reſponſa proximo anno emiſſa tam auide complexi ſunt, certatim deſiderari. Quod reliquum eſt, ego diuinam Maieſtatem ſummè obſecro vt gener tuus Claudius qui laudis & honoris nobilia iecit fundamenta ſtudiorum ſuorum curſum ita fęliciter in dies promoueat, vt tua & parentis illius ingraueſcens ętas in iuuentute optimi filij & generi placide conquieſcat. Sic vota hæc mea euentib. ſecundiſsimis proſequatur Deus Optimus Max. Ferrariæ, ex ædibus XIIII. Calend. Auguſti, Anno à Virgine grauida M D LXXXIIII.

ARGVMENTORVM INDEX.

CODICILLI à teſtamento nullo pendentes, an ſuſtineri poſſint. conſ.65. car.215
CONFINIVM de materia, & probatione, conſil.1.car.1. conſ.31.car.100.conſ.32. 104
CONTRACTVS minoris quando poſſit ſuſtineri, vel reſcindi.conſ.12. 46
Et antequàm minor reſcindat, an debeat omnia quæ habuit reſtituere.conſ.13. 50
Contractus an ſit adimplendus inueſtiendo pretium antequam quis agat. conſ.16. 57
Contractus tranſactionis, quando poſſit reſcindi ob falſas cauſas.conſ.53. 177
Et quando reſpectu indiniduitatis, omnes teneantur, ſi vnus contraueniat.conſ 54. 179
Contractus ſenis factus ruri extra territorium, quando non ſubſiſtat non ſeruato ſtatuto Ciuitatis.conſ.88. 277
Contrahens Procurator Principis, quando obliget dominum. conſil.106. 321

DECIMA, an debeatur pro augumento.conſ.72. car.236
DEPOSITVM qui dicit habere, quod recepit ex mutuo, quando poſſit excipere de non numerata pecunia.conſ.48. 161
Et de priuilegijs depoſiti ſingularis & irregularis. conſil. 49. 165
DIVISIO quando vt erronea poſſit reſcindi.conſil.19. car.62. conſil.37. 116
Diuiſio terrarum inter ciues ſi eſt facienda, ad quos pertineant diuiſæ portiones.conſ.124.car. 366.& conſ.125. 369
DONATIO facta amaſiæ ob turpem cauſam, an ſubſiſtat. conſil.18. 60
Donatio propter nuptias licèt non ſoluta, an debeatur & quando non poſſit reuocari. conſ.28. 92
Donatio facta alicui adiecto, quando non ſit ſeruanda & non aſſequuto fine ob quem eſt facta.conſ.48. 157
Donatio facta in teſtamento, quando ſubſiſtat, & ſit irreuocabilis.conſil.84. 267
Donatio quando tranſmittatur aut ſit caduca, & quando non ſit inſinuatio.conſ.115. 347
DOTIS confeſſio, quando valeat, & iuramento confirmetur.conſil.26.car.87. conſ.38. 119

EMPHYTEVSIS, quibus ſolemnitatibus ab eccleſia poſſit concedi.conſ.17. 59
Emphyteuſis, quando non poſsit transferri in eccleſiam tanquam potentiorem.conſ.36. 113
Emphyteuſim alienandi conceſſa licentia a Rectore, an expiret illo mortuo.conſ.44.car.146. conſ.55. 148
Emphyteuſis in conceſſione, quando ſit ſoluendum laudemium & cui. conſ.46. 153
Emphyteuſis conceſſio, quando vitietur ob non impetratum conſenſum apoſtolicum.conſ.60. 202
Emphyteuſim alienandi conſuetudo, quando non ſubſiſtat in præiudicium cõprehenſorũ.conſ.73.car.237.conſ.74.239
Emphyteuſim quando poſſit petere hæres inueſtiti ſtante Bulla Bonifacij.conſ.77. 251
Emphyteuſis inueſtitura, quos comprehendat, & quando deſcendentes ex fœmina.conſ.85. 270
Emphyteuſim quando poſſit emphyteuta alij concedere. conſil.110. 333
Emphyteuſim ſi accipit comprehenſus, an teneatur ad inueſtituram & laudemium.conſ.112. 140
Emphyteuſim quando poſſit primus acquirens vni tantum relinquere.conſ.113.car.342.conſ.116. 349
Et quid ſi emphyteuſis non eſt acquiſita ære proprio & filij non ſunt in poteſtate, pro quibus eſt accepta. conſ.114. 345
EVICTIONIS actio, quando habeat locum, vel non. conſil.106. 321
EXHÆREDATIO, an poſſit fieri ſine cauſa, & de illius cauſis.conſ.101. 310

FEVDVM quando non comprehendat fœminas. conſ.39. 121.& conſ.40. 126
Feudum quando ſit ex pacto & prouidentia hæreditarium aut mixtum.conſ.89. 281
Feudum, quando mixtum nec poſſit alienari inter comprehenſos.conſil.90. 285
Feudi in controuerſia, quis ſit competens iudex. conſ.104.car. 318.& conſil.105. 320
FIDEICOMMISSVM, quando poſſit comprehendere feudum & emphyteuſim.conſ.5. 26
Fideicommiſſum, quando ſit inductum ſimplex in caſu mortis. conſ.6. 28
Fideicommiſſum, quando ſit extendendum ad poſitos in conditione.conſ.69.car.227.& conſ.96. 296
Fideicommiſſum ex quibus clauſulis cenſeatur remiſſum inter diuidentes.conſ.75. 242
Fideicommiſſum an deficiat ſi grauatus filius decedat. conſilio 78. 252
Fideicommiſſum, quibus detractionibus ſit obnoxium. conſil.79. 253
Fideicommiſſum, an pertineat ad nepotem vna cum patruo, & de fideicommiſſi fructibus.conſ. 87. 275
Fideicommiſſum, an comprehendat fœminas tanquàm proximiores.conſ.98. 301
Fideicommiſſum petens ante tempus, an iuuetur ex iure ſuperueniente.conſ.107. 324
Fideicommiſſum cum eſt reſtituendum, quid poſſit opponi executioni.conſ.117. 352
FILIA quæ renunciauit, quando non poſſit aliquid petere. conſil.25. 80
Filia quando poſſit capere lucrum ex.l. hac edictali. conſil. 81. car.258.& conſ.82. 260
Filius quando teneatur reddere rationem adminiſtrationis fratribus, & non habeat quid præcipuum.conſ.119. 359

IMMVNIS ad quæ onera non teneatur.conſ.21. 68
Immunes an ſint ciues pro bonis poſſeſſis in caſtris.con.27.89
Immunitas Principis, an ad alios tranſeat, & quando ſit realis.conſil.33. 105
Immunitas quando cenſeatur donata vna cum bonis a Principe.conſil.41. 141
Immunitas quando extendatur extra territorium concedentis. conſil.97. 299
INVENTARIVM fraudans, qualiter puniendus.conſil.107. 324
IVS patronatus quomodo debeat inſtitui, & quis ad illud admittatur.conſ.67. 220

LEGATVM vſusfructus, quando dicatur relictum vxori, & quando ſit temporale.conſ.4.car.23.& conſ.51. 171
Legatum quando comprehendat venalia, & alia plura. conſil. 58.car.195.& conſ.59. 199
Legatum factum fœminæ, modo nupſerit, an valeat. conſilio 70. 233
Legatum quando tranſmittatur & ſit conditionale, vel temporale.conſ.83. 262
Legatum de domo, an comprehendat appothecam.conſ.87. 275
Legatum, quando ex coniecturis contineat fundum non expreſſum.

ſtum. conſil. 121.car.360.& conſil.122. 362

LEGITIMAE in taxatione, quod tempus ſit attendendum. conſ.7. 33

Legitima quæ portio ſit, & an ad illam admittatur filia excluſa ab inteſtato.conſ.9. 38

Legitima,an debeatur in corporib.an in pecunia.conſ.108. 328

Legitimam an poſſit petere filia excluſa a ſtatuto, & an hoc ius tranſmittat.conſ.109. 330

Legitima, quando poſſit deduci cum Trebellianica ex fideicommiſſo particulari. conſ.117. 334

LEGITIMATVS per reſcriptum, quando excludat ſubſtitutum a fideicommiſſo.conſ.3. 18

Legitimatus ab Imperatore,an excludat pium locū.cōſ.43. 143

Legitimatio de ſpurio, vel ſpuria, quando ſubſiſtat.conſ.50. 167

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, quando excludat ſubſtitutum.conſ.52. 174

Legitimatio Comitis Palatini, an ſubſiſtat de ſubdito eccleſiæ. conſ.91.car.286.conſ.92.car.288.conſ.93. 290

Legitimatio ad feuda & fideicommiſſa, quando non ſubſiſtat. conſ.101. 309

Legitimatus quando ſuccedat in feudo, & legitimatio non poſſit euerti. conſ.121. 335

NEPOTES vel neptes, quando veniant filiorum, vel filiarum appellatione. conſ.30. 97

REDVCTIO ad arbitrium boni viri, quando non poſſit prohiberi.conſ.120. 358

REINTEGRANDAE remedium an detur contra titulo poſſidentem bona fide, & de hoc remedio. conſ.20.car. 72.conſil.123. 365

REPETITIONI quando locus ſit aut declarationi.conſil.15.car.54.conſil.94. 292

SOLVTIO quomodo probetur facta. conſil.35. car. 110. conſil.118. 354

Solutio ex qua moneta ſit facienda, & de conſuetudine ſolutionis. conſ.71. 233

Solutio gabellæ quando non ſit facienda obſtante conſuetudine. conſil.99. 304

Subſtitutio ex quibus cognoſcatur pupillaris. conſ. 29. 95

SVCCESSIO ab inteſtato cum tractatur, quod ſtatutum ſit ſeruandum. conſ.11.car.42. conſ.23.car.74. conſ.24. car.75.

Succeſſio an pertineat ad conſanguineum patrem excluſo vtrinque coniuncto, ſi ſtatutum vocet proximiores. conſ.22. 72

Succedere an poſſit mulier originaria alibi nupta ſtante ſtatuto. conſ.55.car.180.conſ.56.car.182.conſ.103. 315

Succedere an poſſit monaſterium ſtante ſtatut, ode bon. ingre. monaſt.conſ.57. 192

Succedere quando poſſit natus ex originario.conſ.61. 204

Succedere quando poſſint fœmina in hereditate fratris ſtante quodam ſtatuto. conſ.62. 205

Succedere quando poſſit fœmina a ſtatuto excluſa ob intermediam clerici perſonam.conſ.63. 211

Succedere quando poſſit filius cum patruo.conſ.87. 275

Succedere ſi non poteſt filia cum fratribus, an excludat fratres teſtatoris. conſ.95. 294

Succeſſio quando eſt incerta propter ventrem, quis præferatur in poſſeſſione.conſ.100. 308

TESTATOR quando dicatur heredem fiduciarium inſtituiſſe.conſ.8.car.35.conſ.10. 40

Teſtamenti vel codicillorum releuationi, quando ſit locus. conſilio 24. 52

Teſtamentum quomodo conficiat mulier cum licentia & conſenſu alterius .conſ.34. 107

Teſtamentum quando rumpatur propter præteritionem filii. conſ.64. 212

Teſtamentum cæci quando ſit validum. conſ.66. 217

Teſtamentum quando contineat pœnam, et quando teſtatoris præcepto poſſit contrauenire.conſ.76. 246

Teſtamentum quando vitietur propter teſtes, vel obſcuram inſtitutionem.conſ.80. 256

Teſtamentum nuncupatiuum quomodo valeat ſine ſcriptis, & & ſine publicatione . conſ.86 273

Teſtamentum factum ad interrogationem infirmi in extremis an ſubſiſtat. conſ.102 312

VSVFRVCTVARIA quid præſtare debeat.conſ. 68. 195

I N D E X.

Emphyteuſis noua, vel nouum feudum poteſt alienari per nouum acquirentem.ibid.nu.23.

Emphyteuſis Dominus, vt Prælatus, vel Eccleſia, poteſt retinere pro ſe res alias conceſſas, ex ſententia Panormitani Abba. conſ.85.num.23. Sed illius opinio non eſt vera & contra tenent plures.nu.24. 272

Emphyteuſis poteſt alienari in comprehēſum ſine aliquo conſenſu domini directi.conſ.112.nu.2. Nec hoc caſu res ad eccleſiam deuoluit, etiam inueſtitura ab ea non accepta. nu.3. 341

Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro hæredibus, intelligitur conceſſe deſcendentibus ſine alia expreſſione.conſ.114.nu.6. 346

Emphyteuſis cenſetur ex pacto & prouidentia quando eſt addita dictio, maſculis.ibid.nu.8.

Et ſi eſt additum verbum, pro legitimis heredibus, intelligitur pro filiis & deſcendentibus,nu.9.

Emphyteuſis etiam pro filiis naſcituris acquiri poteſt . ibidem, numero 12.

Emphyteuſis eſt imputanda in legitimam & Trebellianicam. ibidem, num.25.

Et talia bona loco legitimæ ſunt aſsignanda. nu.26.

Emphyteuſis ſi eſt recepta pro extraneis, non poteſt acquirens illis præiudicare.conſ.116.nu.7. 349

Idem ſit, ſi recepta fuit pro filiis in inueſtitura expreſſe nominatis, nu.8.

Et maxime ſi ſit additum iuramentum ab ipſo inueſtito. numero 9.

Emphyteuſis non eſt hereditaria uel mixta, licèt ſit facta conuerſio pro heredibus, & quando. ibid.nu.16 350

Et quando ſit intellectum de heredibus ſanguinis & ſic pronepotibus.nu.17.

Emphyteuſis mixta eccleſiaſtica non poteſt alienari in præiudicium comprehenſorum.ibid.nu.19.

EMphyteuta primus non poteſt rem, vel illius partem in emphyteuſim alteri concedere. conſ.17.nu.3. 59

Valet tamen conceſsio, ſi prælati conſenſus accedat a quo emphyteuſis recognoſcitur. ibid.nu.4.

Emphyteuta irrequiſito domino poteſt rem legare. conſ. 44. numero 11. 147

Modo non leget ſimpliciter, ſed ſaluo iure domini.num.12.

Et non ſit illius linea finita, ſicque res reuertatur ad dominum.nu 13.

Et cum legatum ualet, non debet legatarius adipiſci poſſeſſionem propria authoritate.num.14.

Emphyteuta, quando cadat a pacto? ibid. num.26. 148

Emphyteuta, qui ex pacto poteſt recuſare rem, ſi vendat, quid recuperet? ibid.num.27.

Emphyteuta, qui poteſt ex pacto ſurrogare, non poterit hoc facere, ſi emphyteuſis eſſet amiſſa.ibid.num.29.

Emphyteuta ſi vult teſtari de re non deuoluta, ſufficit voluntas domini.conſil.45.nu.39. 151

Emphyteuta non eſt priuandus ob alienationem, ſi eo viuente per dominum emphyteuſis nulla fuit facta querela. conſilio 85. numero 34.

Et idem eſt, ſi ex aliis cauſis potuiſſet cecidiſſe a viribus ſuis.ibid. numero 35. 232

Emphyteuta poteſt de emphyteuſi teſtari ſine licentia.ibidem, numero 47. 152

Emphyteuta ſecundus alienare volens, tenetur petere licentiam a primo domino.conſil.46.num.4.

Et ſi non vendat pro allodio, ad primum dominum pertinet vendicatio.num.5. 133

Emphyteuta poteſt alium inueſtire iure feudi, conſilio 110. numero 5. 333

Emphyteuta habet maiorem poteſtatem circa alienationem, vel obligationem emphyteuſis quam feudatarius . ibidem, numero 21. 334

Emphyteuta vt poſſit diſponere de emphyteuſi requiritur conſenſus domini.conſ.114.num.16. 346

Et debet conſenſus interuenire ante mortem teſtatoris, non poſt ius quæſitum comprehenſis.num.17.

Emphyteuta qui poterat ex pacto diſponere ſaluo iure eccleſiæ debebat illius ius reſeruare.conſil.113.num.9. 343

Et debet præcedere licentia & conſenſus domini.nu.10.

Emphyteuta primus an poſſit de emphyteuſi arbitrio ſuo diſponere.ibid.num.12.

Et ex igitur ſaltem conſenſu Domini, ut vni tantum ex nepotib. vel neptibus relinqui poſſit, num.13.

Emphyteuta poteſt agere pro ſuo vtili dominio contra omnes, etiam contra dominum. ibid. num.36. 344

Et hoc caſu opponi poteſt de iure alterius emphyteutæ . numero 37.

Et ſufficit probare de dominio alterius ſine aliqua oppoſitione . num. 38.

Emphyteutæ, uel feudatario eccleſiæ decima debita debetur, etiam ſi reuertatur ad eccl.conſ.17.nu.12. 60

EMPHYTEVTICA bona ſiunt allodialia & patrimonialia propter Bullam Bonifacij. conſ.77.nu.6. & ueniunt etiam in fideicommiſſum.nu.7. & poteſt inueſtitus in teſtamento de his diſponere . num.8. 251

EMPTOR rei minoris abſque ſolemnitate non poteſt refricare quæſtionem dominij.conſ.12.nu.10. 47

Emptor non poteſt agere ad rem, niſi offerat pretium , modo illud petatur per partem, aliàs iudicium procedit.conſ.13.nu.9. 50

Emptor deficien in ſolutione terminorum , amittit commodum contractus propter additum iuramentum.conſ.16.nu.15. 58

Emptor poteſt bonam fidem agnoſcere, & tradere res emptas domino, uel pretium illius, & agere de euictione. conſ. 47. numero 23. 158

Emptor ſi non habet rem uenditam propter factum ſuum non agit de euictione.conſ.106.nu. 17. 323

Emptor ſi noluit uſucapere rem uenditam cum potuerit, amittit actionem de euictione.ibid. nu.19.

ENVNciatio facta ab uniuerſitate nihil obeſt ſine ſcientia dominorum.conſ.2.nu.31. 16

Enunciatiua probant in antiquis.conſ.1.nu.4. 3

Enunciatiua in antiquis probant confines.ibid.nu.67. 6

Enunciatiua, in antiquis non probant, quando inſtrumentum habet originem ab eiſdem met perſonis.ibid.nu. 94. Idem ſi habet originem a perſonis ſuſpectis. ibid.nu.95.

EPISCOPVS eligendus debet eſſe natus de legitimo matrimonio, de hoc tamen poteſt diſpenſari a Papa . conſil. 3. num.18. 28

EQuus uenit in legato equi albi , licèt non ſit albus, ſi alius non adeſt.conſ.121.nu.14. 361

ERROR non præſumitur, ſed probatur.conſ. 19.nu.7. 62

Et maximè in homine diligenti & ſagaci.ibid. nu.8. & in facto proprio non eſt probabilis.ibid.nu.9. 63

Error iuris minus excuſat in facto proprio , in quo præſumitur ſcientia. ibid.nu.10.

Quod procedit, quando quis tractat de lucro captando, non de damno uitando, & quo modo.ibid. nu. 11.

Error probatur oſtendendo rem ſe aliter habere. conſil. 41. numero 12. 138

Error facti prudentiſſimos fallit & excuſat . conſil. 62. numero 51. 210

Error nihil aliud eſt, quàm applicatio mentis ad falſum . ibid. num.52.

Et ideo errantis nullus eſt conſenſus. num. 53.

Error iuris non excuſat fructuariam fructus præcipientem contrauenientis diſpoſitionem.conſ.25.nu.20. 80

Error in nomine patris, uel matris, diſponentis , eſt conſiderabilis quo ad ualitatem actus.conſ.80.nu.20. 257

Error ſcribentis, quando ueritati non officiat . ibid. numero 25.

Et error in nomine uel cognomine, non uitiat, ſi de corpore conſtet.num. 26.

ERROR IVRIS NON excuſat quando tractatur de

b dam-

ſum. conſil. 121. car. 360. & conſil. 122. 362

LEGITIMAE in taxatione, quod tempus ſit attendendum. conſ. 7. 33

Legitima qua portio ſit, & an ad illam admittatur filia excluſa ab inteſtato. conſ. 9. 38

Legitima, an debeatur in corporib. an in pecunia. conſ. 108. 328

Legitimam an poſſit petere filia excluſa a ſtatuto, & an hoc ius tranſmittat. conſ. 109. 330

Legitima, quando poſſit deduci cum Trebellianica ex fideicommiſſo particulari. conſ. 117. 334

LEGITIMATVS per reſcriptum, quando excludat ſubſtitutum a fideicommiſſo. conſ. 3. 18

Legitimatus ab Imperatore, an excludat pium locũ. cõſ. 43. 143

Legitimatio de ſpurio, vel ſpuria, quando ſubſiſtat. conſ. 50. 167

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, quando excludat ſubſtitutum. conſ. 52. 174

Legitimatio Comitis Palatini, an ſubſiſtat de ſubdito eccleſiæ. conſ. 91. car. 286. conſ. 92. car. 288. conſ. 93. 290

Legitimatio ad feuda & fideicommiſſa, quando non ſubſiſtat. conſ. 101. 309

Legitimatus quando ſuccedat in feudo, & legitimatio non poſſit euerti. conſ. 111. 335

NEPOTES vel neptes, quando veniant filiorum, vel filiarum appellatione. conſ. 30. 97

REDVCTIO ad arbitrium boni viri, quando non poſſit prohiberi. conſ. 120. 358

REINTEGRANDAE remedium an detur contra titulo poſſidentem bona fide, & de hoc remedio. conſ. 20. car. 72. conſil. 123. 365

REPETITIONI quando locus ſit aut declarationi. conſil. 15. car. 54. conſil. 94. 292

SOLVTIO quomodo probetur facta. conſil. 35. car. 110. conſil. 118. 354

Solutio ex qua moneta ſit facienda, & de conſuetudine ſolutionis. conſ. 71. 233

Solutio gabellæ quando non ſit facienda obſtante conſuetudine. conſil. 99. 304

Subſtitutio ex quibus cognoſcatur pupillaris. conſ. 29. 95

SVCCESSIO ab inteſtato cum tractatur, quod ſtatutum ſit ſeruandum. conſ. 11. car. 42. conſ. 23. car. 74. conſ. 24. car. 75.

Succeſſio an pertineat ad conſanguineum patrem excluſo vtrinque coniuncto, ſi ſtatutum vocet proximiores. conſ. 22. 72

Succedere an poſsit mulier originaria alibi nupta ſtante ſtatuto. conſ. 55. car. 180. conſ. 56. car. 182. conſ. 103. 315

Succedere an poſsit monaſterium ſtante ſtatut, ode bon. ingre. monaſt. conſ. 57. 192

Succedere quando poſsit natus ex originario. conſ. 61. 204

Succedere quando poſsint fœminæ in hæreditate fratris ſtante quodam ſtatuto. conſ. 62. 205

Succedere quando poſsit fœmina a ſtatuto excluſa ob intermediam clerici perſonam. conſ. 63. 211

Succedere quando poſsit filius cum patruo. conſ. 87. 275

Succedere ſi non poteſt filia cum fratribus, an excludat fratres teſtatoris. conſ. 95. 294

Succeſsio quando eſt incerta propter ventrem, quis præferatur in poſſeſsione. conſ. 100. 308

TESTATOR quando dicatur hæredem fiduciarium inſtituiſſe. conſ. 8. car. 35. conſ. 10. 40

Teſtamenti vel codicillorum releuationi, quando ſit locus. conſilio 14. 52

Teſtamentum quomodo conficiat mulier cum licentia & conſenſu alterius. conſ. 34. 107

Teſtamentum quando rumpatur propter præteritionem filii. conſ. 64. 212

Teſtamentum cæci quando ſit validum. conſ. 66. 217

Teſtamentum quando contineat pœnam, et quando teſtatoris præcepto poſsit contraueniri. conſ. 76. 246

Teſtamentum quando vitietur propter teſtes, vel obſcuram inſtitutionem. conſ. 80. 256

Teſtamentum nuncupatiuum quomodo valeat ſine ſcriptis, & & ſine publicatione. conſ. 86 273

Teſtamentum factum ad interrogationem infirmi in extremis an ſubſiſtat. conſ. 102 312

VSVFRVCTVARIA quid præſtare debeat. conſ. 68. 195

Emphyteuſis noua, vel nouum feudum poteſt alienari per nouum acquirentem.ibid.nu.23.
Emphyteuſis Dominus, vt Prælatus, vel Eccleſia, poteſt retinere pro ſe res alias conceſſas, ex ſententia Panormitani Abba. conſ.85.num.23. Sed illius opinio non eſt vera & contra tenent plures.nu.24. 272
Emphyteuſis poteſt alienari in comprehẽſum ſine aliquo conſenſu domini directi.conſ.112.nu.2. Nec hoc caſu res ad eccleſiam deuolnit, etiam inueſtitura ab ea non accepta. nu.3. 341
Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro hæredibus, intelligitur conceſſe deſcendentibus ſine alia expreſſione.conſ.114.nu.6. 346
Emphyteuſis cenſetur ex pacto & prouidentia quando eſt addita dictio, maſculus.ibid.nu.8.
Et ſi eſt additum verbum, pro legitimis hæredibus, intelligitur pro filiis & deſcendentibus,nu.9.
Emphyteuſis etiam pro filiis naſcituris acquiri poteſt. ibidem. numero 12.
Emphyteuſis eſt imputanda in legitimam & Trebellianicam. ibidem, num.25.
Et talia bona loco legitimæ ſunt aſsignanda. nu.26.
Emphyteuſis ſi eſt recepta pro extraneis, non poteſt acquirens illis præiudicare.conſ. 116.nu.7. 349
Idem ſit, ſi recepta ſuit pro filiis in inueſtitura expreſſe nominatis, nu.8.
Et maxime ſi ſit additum iuramentum ab ipſo inueſtito. numero 9.
Emphyteuſis non eſt hæreditaria uel mixta, licèt ſit facta conuerſio pro hæredibus, & quando. ibid.nu.16 350
Et quando ſit intellectum de hæredibus ſanguinis & ſic pronepotibus.nu.17.
Emphyteuſis mixta eccleſiaſtica non poteſt alienari in præiudicium comprehenſorum.ibid.nu.19.
EMphyteuta primus non poteſt rem, vel illius partem in emphyteuſim alteri concedere. conſ.17.nu.3. 59
Valet tamen conceſsio, ſi prælati conſenſus accedat a quo emphyteuſis recognoſcitur. ibid.nu.4.
Emphyteuta irrequiſito domino poteſt rem legare. conſ. 44. numero 11. 147
Modo non leget ſimpliciter, ſed ſaluo iure domini.num.12.
Et non ſit illius linea finita, ſicque res reuertatur ad dominum.nu 13.
Et cum legatum ualet, non debet legatarius adipiſci poſſeſſionem propria authoritate.num.14.
Emphyteuta, quando cadat a pacto? ibid. num.26. 148
Emphyteuta, qui ex pacto poteſt recuſare rem, ſi vendat, quid recuperet? ibid.num.27.
Emphyteuta, qui poteſt ex pacto ſurrogare, non poterit hoc facere, ſi emphyteuſis eſſet amiſſa.ibid.num.29.
Emphyteuta ſi vult teſtari de re non deuoluta, ſufficit voluntas domini.conſil.45.nu.39. 151
Emphyteuta non eſt priuandus ob alienationem, ſi eo viuente per dominum emphyteuſis nulla fuit facta querela. conſilio 85. numero 34.
Et idem eſt, ſi ex alijs cauſis potuiſſet cecidiſſe a viribus ſuis.ibid. numero 35. 232
Emphyteuta poteſt de emphyteuſi teſtari ſine licentia.ibidem, numero 47. 152
Emphyteuta ſecundus alienare volens, tenetur petere licentiam a primo domino.conſil.46. num.4.
Et ſi non vendat pro allodio, ad primum dominum pertinet vendicatio.num.5. 153
Emphyteuta poteſt alium inueſtire iure feudi, conſilio 110. numero 5. 333
Emphyteuta habet maiorem poteſtatem circa alienationem, vel obligationem emphyteuſis quam feudatarius. ibidem, numero 21. 334
Emphyteuta vt poſſit diſponere de emphyteuſi requiritur conſenſus domini.conſ.114.num.16. 346
Et debet conſenſus interuenire ante mortem teſtatoris, non poſt ius quæſitum comprehenſis.num.17.
Emphyteuta qui poterat ex pacto diſponere ſaluo iure eccleſiæ debebat illius ius reſeruare. conſil.113.num.9. 343
Et debet præcedere licentia & conſenſus domini.nu.10.
Emphyteuta primus an poſſit de emphyteuſi arbitrio ſuo diſponere.ibid.num.12.
Et ex igitur ſaltem conſenſus Domini, ut vni tantum ex nepotib. vel neptibus relinqui poſſit, num.13.
Emphyteuta poteſt agere pro ſuo vtili dominio contra omnes, etiam contra dominum. ibid. num.36. 344
Et hoc caſu opponi poteſt de iure alterius emphyteutæ. numero 37.
Et ſufficit probare de dominio alterius ſine aliqua oppoſitione. num. 38.
Emphyteutæ, uel feudatario eccleſiæ decima debita debetur, etiam ſi reuertatur ad eccl.conſ.17.nu. 12. 60
EMPHYTEVTICA bona ſiunt allodialia & patrimonialia propter Bullam Bonifacij. conſ.77.nu.6. & ueniunt etiam in fideicommiſſum.nu.7. & poteſt inueſtitus in teſtamento de his diſponere.num.8. 251
EMPTOR res minoris abſque ſolemnitate non poteſt refricare quæſtionem dominij.conſ.12.nu.10. 47
Emptor non poteſt agere ad rem, niſi offerat pretium, modo illud petatur per partem, aliàs iudicium procedit.conſ.13.nu.9. 50
Emptor deficiens in ſolutione terminorum, amittit commodum contractus propter additum iuramentum.conſ.16.nu.15. 58
Emptor poteſt bonam fidem agnoſcere, & tradere res emptas domino, uel pretium illius, & agere de euictione. conſ. 47. numero 23. 158
Emptor ſi non habet rem uenditam propter factum ſuum non agit de euictione.conſ.106.nu.17. 323
Emptor ſi noluit uſucapere rem uenditam cum potuerit, amittit actionem de euictione.ibid. nu.19.
ENVNciatio facta ab uniuerſitate nihil obeſt ſine ſcientia dominorum.conſ.2.nu.31. 16
Enunciatiua probant in antiquis.conſ.1.nu.4. 3
Enunciatiua in antiquis probant confines.ibid.nu.67. 6
Enunciatiua, in antiquis non probant, quando inſtrumentum habet origenem ab eiſdem met perſonis.ibid.nu. 94. Idem ſi habet originem a perſonis ſuſpectis. ibid.nu.95.
EPISCOPVS eligendus debet eſſe natus de legitimo matrimonio, de hoc tamen poteſt diſpenſari a Papa. conſil. 3. num.28. 28
EQuus uenit in legato equi albi, licèt non ſit albus, ſi alius non adeſt.conſ.121.nu.14. 361
ERROR non præſumitur, ſed probatur.conſ. 19.nu.7. 61
Et maximè in homine diligenti & ſagaci.ibid. nu.8. & in facto proprio non eſt probabilis.ibid.nu.9. 63
Error iuris minus excuſat in facto proprio, in quo præſumitur ſcientia. ibid.nu.10.
Quod procedit, quando quis tractat de lucro capeando, non de damno uitando, & quo modo.ibid.nu.11.
Error probatur oſtendendo rem ſe aliter habere. conſil. 41. numero 12. 131
Error facti prudentiſſimos fallit & excuſat. conſil. 62. numero 51. 210
Error nihil aliud eſt, quàm applicatio mentis ad falſum. ibid. num.52.
Et ideo errantis nullus eſt conſenſus.num. 53.
Error iuris non excuſat fructuarium fructus præcipientem contra iuris diſpoſitionem.conſ.25.nu.20. 80
Error in nomine patris, uel matris, diſponentis, eſt conſiderabilis quo ad ualitatem actus.conſ.80.nu.20. 257
Error ſcribentis, quando ueritati non officiat. ibid. numero 25.
Et error in nomine uel cognomine, non uitiat, ſi de corpore conſtet.num. 26.
ERROR IVRIS NON excuſat quando tractatur de dam-

damno uitando, & de iure quæſito & radicato. conſil. 88. num. 73. 280
Error eſt allegandus, ut proſit excipienti. conſilio. 122. numero 7. 363
AESTIMARI non poteſt qualitas & bonitas quę non uidetur, conſ. 109. nu. 37. 332
AESTIMVM afficit bona. conſ. 42. nu. 371. 142
Et quæ non ſunt deſcripta in illo nullo iure poſſunt grauari ab uniuerſitate aut coll ectari. nu. 38. 143
Aeſtimum plenè probat, uel ſaltem facit præſumptionem dominij, & poſſeſſionis. conſ. 52. num. 35.
Et probat inter partes deſcriptas in æſtimo. num. 36.
Et maximè ſi non conſtabat tempore æſtimi alium poſſediſſe. numero 37. 176
Aeſtimum patris, eſt æſtimum filij. conſ. 56. nu. 45. 187
AETAS non rectè probatur aſpectu, & quando. conſil. 11. num. 18. 44
Aetas probatur optime ex baptiſmo. conſ. 67. nu. 9. 22
Aetas decrepita eſt difficilis probationis. conſilio 88. numero 21. 278
Aetas probatur ex datione decreti in contractu, & maximè inter partes contrahentes. ibid. nu. 14.
Aetatis ueniam concedere, eſt de reſeruatis Principi. conſil. 12. num. 18. 47
Et illa uenia non poteſt concedi, niſi poſt uiginti annos. ibidem, num. 19.
Et illa conceſſa non poteſt etiam minor ſine decreto immobilia alienare. ibid. nu. 20.
EVICTIONI eſt locus re non tradita. conſ. 106. nu. 3. 322
Euictionis habet donatarius donatorem obligatum, ſi donatio procedat ex cauſa remunerationis. conſ. 47. nu. 24. 158
Euictionis promiſſor non tenetur ſi euictio ſine facto ſuo euenit. conſ. 79. nu. 35. 225
EVidenter illud dicitur conſtare, quod ex coniecturis colligitur. conſ. 118. nu. 4. 354
Euidentia facti conuincit teſtes de falſo. conſ. 1. nu. 91. 7
Euidentia facti nulla eſt melior probatio. conſil. 41. nu. 75. 136
Euidentia facti, teſtis eſt quando non poteſt ſubornari. conſ. 79. nu. 34. 255
EVincere non poteſt a poſſeſſoribus fideicommiſſum, qui dedit licentiam, alienandi. conſ. 79. nu. 36. Idem in emphyteuſi, & ob quas clauſulas hoc fiat. nu. 37. 255
EXactionis forma mutata receditur a prima obligatione. conſ. 71. nu. 44. 235
Exactionis quaſi poſſeſſio non eſt amiſſa, licèt non fuerit ſolutum, ſi ſolutio non fuerit negata & eius quaſi poſſeſſio interuerſa. conſ. 17. nu. 28. 20
EXaminatio electi ad ius patronatus non eſt de forma, ita ut ſine illa inſtitutio corruat. conſ. 67. nu. 70. 224
EXCEPTIO debet eſſe de regula. conſil. ſecundo, numero 25. 15
Exceptio in cæteris, præter exceptata, confirmat regulam, ibid. num. 49. 17
Exceptio cenſetur reiecta, ſi illa oppoſita eſt, & proceſſum ad ulteriora. conſ. 14. nu. 3. 32
Exceptio competens ſi non eſt oppoſita, excipienti eſt imputandum. conſ. 16. nu. 5. 57
Exceptio præſcriptionis debet plenè & concludenter probari. conſ. 26. nu. 27. 88
Exceptio eſt concludenter probanda. conſ. 28. nu. 14. 33
Exceptio dominij eſt prohibita in poſſeſſorio recuperandæ. conſil. 31. numero 3. Quod procedit ad effectum ut pronuncietur ſuper dominio, ſed ſecus, ſi deducatur ad finem colorandi poſſeſſionem. num. 4. Quę poſſeſſio poterit colorari uiribus petitorij, modo ſit uacua à ſpolio & non uitioſa. nu. 5. 100
Exceptio dominij admittitur in poſſeſſorio iuriſdictionis habente admixtam cauſam proprietatis ibid. nu. 8.
Exceptio dominij poteſt opponi cõtra ſpoliatũ reſtituẽdũ. ibi. 21.
Exceptio cenſetur conceſſa prohibita actione. ibid. nu. 12. 101
Exceptio fauorabilior eſt quàm actio. ibid. nu. 14.
Exceptio non dicitur reiecta per proceſſum ad ulteriora ſi nõ fuit diſcuſſa. ibid. nu. 18.
Exceptio rei iudicatę non extenditur ad aliam rem diuerſam. ibid. 24.
Exceptio generalis reijcitur. ibid. nu. 34. 102
num.3. ubi dicit ſufficere ſemiplenam probatio-
nem. Pariſ.conſ prædicto 104.nu.24.& 107.nu
me.7. etiam 1.uol.& Hier.d.trac.c.50.nu.2.& 8.
& c.53.nu.1. & admittuntur probationes, quæ
31 aliàs non admitterentur, † vt per eundem.c.54.
in fi. & ſufficiunt plures præſumptiones ſimul
iunctæ, ut in d.c.53.no.2.& per tot.& quòd duę
ſufficiant, D. Crauet. conſ.158.num.11.

His accedat, quòd cauſa hæc coram dicto
clariſs. Arbitro cognoſcitur ſola facti veritate
32 inſpecta, quo caſu admittitur probatio † etiam
perſuaſiua, Bal.in l.ſolam.in fi. C.de teſti. Marſi.
ſing.493. probationes. Blanc.in trac.de compro
miſ.q.1.nu.39.& leuiores ſufficere tradit D. Cra
uet.d.trac.1.par. §.quartò limitatur, num.43.

Poſtremò extat ſtatutum Bargæ antiquũ, pro
ductum in cauſa, fol.239. quo cautum eſt, foren-
ſes, & non habitantes Bargæ, non poſſe incidere,
uel laborare in his nemoribus, quæ appellat ſyl-
uã Romaneſcam, Cõmunis Bargę, & ſunt produ
cti proceſſus, & atteſtationes teſtium, antiquiſſi-
mi, ſup huiuſmodi locis, & ſylua Romaneſca exa
minatorum in cauſa tũc uertente inter Commu
nia ipſa Bargę, Plebis, & Rochæ à Pelago, & quẽ
dam Opizonem, & ſunt examinati quàmplures
teſtes, qui de auditu deponunt loca controuer-
ſię, appellari ſyluam Romaneſcam, quibus uide-
tur credendum, ut ſupra. Conformitas enim no
33 minis † arguit identitatem rei. Corn.conſ.188.
num.4.1.volu. & maximè, quando concurrunt
qualitates. Hier.d.trac.c.107.per totum.& Idem
in c.85. Et licet aliqua ex eis ſint exempla exem
34 pli, tamen ex quo ſunt † in antiquis, uidentur
probare, Socin.in d.conſ.187.4.col.2.uol. & D.
Crauet.d.trac.par.3.§.uidimus in genere.nu.18.

Et idem dicendum eſt, ex quo ſcripturæ ipſę
extractæ fuerunt (ut dicitur) ex publio archiuo
35 dictæ Terræ Bargæ, quò fit ut eis uideatur † indu
bitata fides adhibenda, authẽ. ad hæc. C.de fide
inſtrum.gl. & Doct.in c.cum cauſam, præallega
to. de probat. & in c.ad audientiam. de præſcr.
& ad propoſitum tradit Corn. conſ.171. 3.col.
primo uolum.

Non uidetur etiam obſtare exemplum in-
ſtrumenti, ut dicitur, celebrati inter partes de
anno 1454. productum pro parte Sereniſs. Du
cis Ferrariæ, quaſi illud inſtrumentum exhibiſ
tum fuerit de anno 1547. Commiſſarijs Sereni-
ſimi tũc Ducis eius Genitoris, per homines Bar
gæ, quo uidetur cõſtare, terminos ferè eoſdem
tunc temporis fuiſſe conuentum affigi, & appo

ni debere inter partes. Verùm homines Bargæ
conſtitutos fuiſſe uſufructuarios dictorum ne-
morum, quorũ uſusfructus uideretur ſecundùm
partem prædicti Sereniſs. Ducis, & hominum
Plebis. finitus, quia primò reſponderi poteſt, fal
ſum uideri quod deponunt duo teſtes, pro par-
te ipſorum examinati, ex quo alij plures ex ad-
uerſo contrarium deponunt, & maximè 16. fol.
105. 21. 110. 22. f. 111. & vltimus 26. 232. qui fuit
Commiſſarius tunc pro Sereniſ. Duce Florẽtię,
& interuenit in ea cauſa, & qui omnes conclu-
dunt, quòd imò fuerunt exhibita illa, quæ nunc
producta fuere inſtrumenta.

Secundò reſpondetur, quòd cùm ſecundùm
inſtrumentum fuerit celebratum de anno 1457.
poſt dictum primum inſtrumentum ultimum,
quod uidetur illi contrarium, præualet, & cor-
36 rigit, ac tollit primum, quia ultima † pacta dero-
gant priorib. l. pacta nouiſs. ubi Doct. C. de pac.

Ex quibus primo aſpectu uidetur dicendum,
prædictum Sereniſs. Ducem Ferrariæ, & homi-
nes Plebis, eſſe in caſu ſuccumbentiæ, nedum re
ſpectu nemorum, & aliorum locorum contro-
uerſorum, ſed etiam reſpectu iuris, quod ipſi de
Plebe habere uidebantur in paſcuis per eos al-
ternis annis uſufructuandis, cum uſusfructus eo
rum ſibi conceſsus per dictum inſtrumentum
37 anni 1457. per lapſum centum † annorum fue-
rit, et ſit finitus, per text. in l. an uſusfructus. ubi
Bal. ff. de uſufr. et l. ſi uſusfructus municipib. ubi
Bart. ff. de uſufruc. leg.

Quibus tamen minimè refragantibus, contra
rium tanquàm uerius, et iuſtius amplectẽdum,
et pronuntiandum eſt ad fauorem prædicti Se-
reniſsimi D. Ducis Ferrariæ, et dictorum homi-
num, et Communis Plebis, tàm in poſseſsorio,
quàm in petitorio. Et a poſseſſorio initium fa-
38 ciendò, quod primo † in hoc iudicio tractan-
dum eſt, Abb. in c. quia indicante. nu. 9. de præ-
ſcrip. Hiero. de Monte, in d. trac. c. 30. num. 1. et
num. 6. et eiuſdẽ mentis eſſe uidetur in c. 48. nu.
me. 2. Quò ad iuriſdictionem ipſius Sereniſsimi
Ducis, reſpectu eius quaſi poſſeſsionis, res eſt
extra aleam omnium difficultatum, propter pro
bationes de illa factas. Namquè pro eius parte
fuit probatum de exactione gabellarũ in dictis
locis controuerſiæ, per decemocto teſtes depo-
nentes de uiſu, et uera ſciẽtia illarum exactionis,
et auditu, etiam ab antiquioribus ſuis, quòd ſem
per fuerunt exactæ per Sereniſs. Principes, et
Duces Ferrarienſes. videlicet per primum, qui
loquitur a quadragintaquinque annis citra; ſe-
cundum a xv. iij. iiij. v. qui deponit a quadragin-
ta annis citra, ſextum, ſeptimum, octauũ, qui de
trigintaquinque atteſtatur, nonũ de annis quin
quaginta. vndecimum, duodecimum. qui atteſta
tur de exactione ab anno 1529. citrà, decimum-
tertium a quadraginta annis. decimumquintũ,
decimumſeptimum. vigeſimum, & vigeſimumſe
cundum, omnes uno ore concludentes de ſolu-
tione ipſorum, & maior pars loquitur de ſolu-
tione etiam facta per Bargenſes pro lignamini-
bus abductis a dictis nemoribus, & ſerris poſi-
tis etiam intra aſſertos terminos locorum con-
trouerſorum, ad Terram Bargæ, & etiam ali-
qui eorum ab agentibus dicti Sereniſsimi Du-
cis Florentiæ. Dubium autem non eſt, quòd ex
huiuſmodi exactionibus gabellarum probatur
39 quaſi poſſeſſio † iuriſdictionis, & iuriſdictio ip-
ſa, Fely. poſt Bald. in d. c. cùm cauſam. ad fi. uerſ.
ſcias. Soc. d. conſ. 187. 2. col. uerſ. ius autẽ exigen
di, Franc. Marcus, q. 112. num. 10. 2. par. Iacob.
Mandel. de Alb. conſ. 34. num. 2. & Hier. de Mon
te, d. tract. c. 52. num. 8. Corn. d. conſ. 333. col. 9.
verſ. item probatur, pri. uol. Iaſ. conſ. 166. nume
ro 2. 4. uol. & Cagnol. in l. fin. num. 7. ff. de iurſd.
om. iud. idem etiam tenet Hiero. in c. 78. nu. 30.
& ſequẽ. ubi dicit, quòd locus in quo talia fiunt,
præſumitur iuriſdictionis exigentis:

Secũdò probatum eſt per octo priores teſtes,
undecimum, & quinque ſequentes, & per uigeſi-
mumſecundum, & ſic per xv. teſtes, quòd à dictis
tẽporibus, & citra, paſtores, qui citra Alpes quo
tãnis paſcua in dictus locis cõtrouerſiæ cõduxe
runt, & pecudes, ac greges ſuos illic tenuerunt,
ſemper ſoluerũt, & ſoluere ſoliti fuerunt, & ſunt
conductorib. victigalium ſereniſsimi Ducis Fer-
rariæ regalias pro caſeo illic confecto, & quod
fuerunt ſemper ſoliti leuare ſal pro ſaliendis ca
ſeis ſuis ſalitis citra Alpes uerſus Lombardiam.
Quod etiam deponit vigeſimusprimus teſtis, ex
quorum onerum exactione ſimiliter probatur
40 iuriſdictio, † & eius quaſi poſſeſsio. Bal. & Fel.
in d. c. cum cauſam. loco præallegato. & idẽ Bal.
in d. conſ. 420. nu. 1. uerſ. item per exercitiũ. Ale.
d. conſ. 43. ante fi. in princ. & 33. viſo proceſſu.
2. col. in 4. & 23. 5. vol. Soc. d. conſ. 187. 4. colu.
poſt med. & in conſ. 15. 2. col. nu. 2. 3. uol. Brun.
conſ. 34. nu. 8. & Hieron. de Monte, d. trac. c. 52.
nu. 8. & c. 63. nu. 5.

Tertiò de accuſationibus factis pro damnis
datis in terra Sextulę, deponunt xij. xiij. xiiij. te-
ſtes examinati pro parte noſtra, & in proceſſu,
fol. 133. fuit etiam producta una ex his accuſa-
tionibus de anno 1541. inſtituta. Ex quib. etiã
41 probatur iuriſdictio, & ẽt † quaſi poſſeſsio, vt p
Rui. d. cõſ. vlt. nu. 8. in 4. et Bru. d. conſ. 34. nu. 4.

Quartò fuit probatum, quòd per dicta tem-
pora per officiales Sereniſsimi Ducis Ferrariæ
prædicti, fuerunt facta plura contrabanna con-
tra fraudãtes gabellas, et debitas exactiones, ut
deponunt primus, ſecundus, ſextus, decimus, un-
decimus, duodecimus, qui deponit de Bargen-
ſibus fraudantibus, et punitione eorum, quod
etiam deponit xiiij. xvj. xvij. xxj. xxij. et ultimus
ex teſtibus noſtris. Nam banna facta in territo-
rio, et exactiones pęnarum, ut ſuprà pro parte
aduerſa dictum fuit in prin. probant iuriſdictio-
nem.

nem,et poſſeſsionem illius,uel quaſi. Et præter
teſtes prædictos, apparet ex rogitu publici No-
tarij producto in proceſſu,fol. 134.de denuncia
tione beſtiarum facta per Gabellarium Frigna-
ni,acceptarum pro contrabanno,in loco fonta-
natiarum,de anno 1551. & idem apparet de cō
conuentione facta per Antonium de Monte
Carolo, occaſione contrabanni,cum dicto Ga-
bellario,& ſolutione ſcutorum nouem,pro com
poſitione, ut in inſtrumento de dicto anno ce-
lebrato,producto in proceſſu,fol. 146. Captura
etenim beſtiarum, & reſtitutio earum, probat
42 iuriſdictionem,†ut ad propoſitum tradit Aret.
in conſ.42.uiſo, colum.penult.

Quintò loco probatum fuit de condemna-
tionibus bannorum,& etiam pro delictis,ut de
ponunt primus,xiij.xiiij.& xv. teſtes, qui etiam
deponit de gratia facta bannitis per Sereniſs.
Ducem Ferrariæ, & quòd illi qui fuere banniti
pro homicidijs commiſſis in locis cōtrouerſię,
non fuerunt banniti in terra Bargæ,nec a iuriſdi
ctione Florentina,ſed illic tuti morabantur, qđ
fieri non potuiſſet, ſi iſta loca fuiſſent ſuppoſita
illi iuriſdōni, uel poſſeſſa ab illo principe. Con-
demnationes enim iſtæ, & punitiones malefa-
ctorum probant etiam poſſeſsionem, uel quaſi
43 iuriſdictionis,& iuriſdictionem † ipſam, ut prę-
ter citatos ſuprà pro contraria parte, tenet etiā
Corn. conſ.præalleg.333.col.pen.poſt princ.in
prin.Socin.d.conſ.xv.nu.2.in 3. D.Marc.Anto.
Natta.conſ.636.num.72.& Hier.de Monte,d.c,
52. numero quarto.

Sextò ex quàmpluribus teſtibus,& etiam ex
rogitibus publicis, de quib. ſuprà probatū fuit,
quod Commiſſarij Sereniſſimi Ducis prędicti
prouinciæ Frignani, qui in Arce Sextulæ reſide
re ſoliti ſunt, ſemper iuriſdictionem exercuerūt
tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus,
reſpectu iſtorum locorum controuerſorum, tā
inter incolas,& ciues, quàm inter exteros: hoc
enim deponunt primus,quintus,x.xij.xiiij.&xv.
qui tres ultimi loquuntur de criminalibus, xxij.
& ultimus ex teſtibus pro parte noſtra exami-
natis, & qui quidem ultimus, per quinquēnium
fuit Commiſſarius in dicta prouincia, & iuriſdi-
ctionem exercuit. Per obedientiam enim præ-
44 ſtitam officialibus exercentibus† iuriſdictionē,
probatur iuriſdictio ipſa, et eius quaſi poſſeſſio,
ut per Brun.d.conſ.34.ad finem. Hier. & Dom.
Natta, locis proximè citatis, et Alex.d.conſ.43.
ante fi.Iaſ.d.conſ.166.nu.1.in 4. & Cagnol.in d.
l.fin.num.ſeptimo.

Septimò quaſi etiam poſſeſſio iuriſdictionis
probata fuit per appoſitiones cuſtódum appo-
ſitorum per homines Plebis paſcuis,in dictis lo-
cis exiſtentibus,de quo deponunt, primus, ſe-
cundus,x.xij.xiij.xiiij.xvj.qui etiam loquitur de
appoſitione cuſtodum facta nemorib. xvij. xxj.
& xxij.teſtes noſtri. De cuſtodia uerò territorij
officialiū Sereniſsimi Ducis, ne fierent fraudes
circa uſum ſalis, & perquiſitione eorum, depo-
nunt ferè omnes xv.teſtes citati ſuprà in ſecun-
do actu ſuper ſolutione regalium, & leuatione,
ſeu receptione ſalis ab officialib. Frignani, quæ
quidem cuſtodum appoſitio dubio procul pro-
bat iuriſdictionem, & eius quaſi poſſeſſionem,
45 † ut tradit Bal.Alex.Brun.& Ruin.in locis ſuprà
in prin.pro aduerſa parte citatis, & Hieronym.
d.cap.42.num.6.

Ex quibus nedum probata eſt poſſeſſio, uel
quaſi iuriſdictionis dicti Sereniſsimi Ducis, in
dictis locis,ſed etiam proprietas illius,quæ ex di
ctis actibus,& exercitijs comprobatur,vt Doct.
ſupra citati affirmant. Cæterùm reſpectu pro-
prietatis ipſius iuriſdictionis alia fuere probata,
quæ illam pleniſſime probant.

Primò enim habemus confines harum iuriſ-
dictionum,a natura ipſa appoſitos: iugum, ſcili-
cet Alpium Appennini diuidēs, vt omnes teſtes
noſtri dicunt, prouinciam Tuſcię, a prouincia
Lombardiæ: tales enim dicuntur fines æterni,
46 in quibus ſemel verum, † ſemper præſumitur
verum, ut Bal.tradit in d.conſ.420. num.1. & in
conſ.468.qualiter probentur. in prin.3.volum.
& in d.capit.cùm cauſam. num.3.ubi quòd ſunt
ab immutabili rerum natura, vel ſitu perpetuo.
& illum ſequitur Franciſcus Marcus,quæſtioni-
bus 111.num.5. & 159.num.3. & 336.num.2.
& 454.num.34.35.ſecunda par. Alc.in ſecunda
regula,præſumptione 13.in princip. in ſuo trac.
præſumptionum, & Hieron. de Monte, d.tract.
47 c.17. in fi. cui opinioni † in dubio ſtandum eſt,
tametſi aliter autumauerit Corn.relatus per Ca
gnol.in d.l.fin.nu.8.cum quo tranſit ipſe Cagn.

Secundò cum probata ſit poſſeſsio ipſius Se-
reniſſimi Principis in dictis locis, vt ſupra,præ-
ſumitur etiam proprietas confinium in eo loco,
48 vbi eſt poſſeſſio,eſſe † penès poſſidentem. Bal.
conſ.286.thema.ad fi.2.uolum.Afflict.deciſ.23.
num.tertio. Pariſ.conſil.104.num.24. in princ.
& Hieron. d.tract.cap.22. num. ſecundo.quod
maximè procedit ſtante hac antiqua obſeruan-
49 tia, † quæ præſumptionem ueritatis præſtat, in
iuriſdictionis dominio. Bald.in conſ.433.ſicut.
in primo volum.

Tertiò probatum eſt ferè per omnes teſtes
pro hac noſtra parte examinatos, tam de uiſu,
& veritate dictorum confinium,loca illa eſſe de
50 territorio,quibus ſtandum eſt,†ut per Bal.dictis
conſilijs 420.& 468. Brun.d.conſil. 34. num.6.
& Hieron. d.cap.52. num.10. quàm de auditu a
ſuis maioribus. de dictis confinibus in dicto iu-
51 go Alpium, qui quidem teſtes † in hoc iudicio
admittuntur,vt ſupra dictum fuit pro parte ad-
uerſa,quod & firmāt Bal. in dictis conſilijs 420.
num.1.& 286. num.1.in ſecundo. Laurent.Syl-
uan.in conſil. 57.num.quinto,& Alciat.in con-
ſil.22.num.8. lib.quinto. ubi tamen loquitur in

præ-

52 præſcriptione † vectigalium. Iaſ. latè in d.conſ.
166. num.ſecundo, colum.tertia.
Quartò hoc etiam eſt probatum per teſtes
prædictos de publica ſama, quæ ſemper viguit,
& viget de præſenti ſuper dictis confinibus, cu
53 ius probatio † in hac cauſa ſimiliter admittitur,
vt ſupra etiam pro parte aduerſa dictum fuit,
quod præter illic citatos tenet Franc. Marc. d.
quæſtione 159.num.primo,& 334. num.primo,
ea.ſecunda par.Iaſ.dicto conſil. 166.d.colum. 3.
Sylua.dicto conſil.57. num.quinto. Do.Natta,
conſ.501.num.34.& 506.num.37. Dom. Ce-
phal.conſil.152.num.34.& D.Crauet.d.tract.j.
par.5.viſo in hac.nu .5.& ſeq.
Quinto loco idem apertè videtur probatum
ex inſtrumento antiquiſſimo excerpto ex archi
uo ciuitatis Mutinæ, celebrato de anno 1283.
in quo conſtat, ꝙ iura illius ciuitatis ſe exten-
debant ad iugum dictarum Alpium.in hac enim
54 materia multum defertur his inſtrumentis † an-
tiquis, vt per Doct. in d.cap.cum cauſam.& in l.
cum aliquis.C.de iu.delib.
Sexto probatum eſt ferè per omnes teſtes p-
dictos, ꝙ nulla ex Terris, uel Communitatib.
Tuſciæ habet aliquam iuriſdictionem in aliquo
loco citra dictum iugum Alpium verſus Lum-
bardiam,& maxime in hac prouincia Frignani:
Et licèt Terra Loreliæ habeat nonnulla paſcua
in ea, nullam tamen habet iuriſdictionem, quæ
55 † non eſt leuis † præſumptio, & coniectura, ꝙ
Terræ illæ Hetruriæ omnes vltra iugum in ſua
Prouincia,non citra iugum in aliena, iuriſditio-
nem exercēt,& fines ex indicijs, & præſumptio-
nibus comprobantur, vt abundè ſupra pro par-
56 te aduerſa allegatum fuit: nam & † dominium
per indicia,& præſumptiones probatur. l. indi-
cia. C.de rei uend. & ad propoſitum Fel.in cap.
cum cauſam,præallegato num.5. & Hieron.dic.
trac.c.4 in fi.
Septimò & vltimò probatum eſt,tam per te-
ſtes pro hac parte examinatos,quàm per plantā
& deſcriptionem loci de conſenſu partium per
57 peritos Geographos electos † factam,quæ pro-
bat inter partes,ut per Pariſ.d.conſ. 104.nu.28.
in primo uolum.& Hiero.d.tract. cap.31.nu.5.
ꝙ omnia loca citra iugum prædictum circum-
uicina, & adiacentia ſunt de dominio & iuriſdi-
ctione prædicti Sereniſsimi Ducis Ferrariæ, quo
fit vt præſumatur etiam locus controuerſiæ eſ-
58 ſe de eius † iuriſdictione, vt ad propoſitum tra-
dit Bal. in c.cum olim. num. 1.de præſcriptio. &
Hieronym.d.tract.capit.30.in fine, & capit.83.
num. ſecundo.
Et hæc, quod ad quaſi poſſeſsionem & pro-
prietatem iuriſdictionis attinet,ſatis, & ſuper-
eſſe uidentur.
Quò uerò ad poſſeſsionem, & proprietatem
nemorum, & locorum ipſorum controuerſo-
rum, iudicandum, & laudandum eſſe ad fauo-
rem hominum Plebis,& Communis,ac uniuer-
ſitatis ipſorum, non eſt etiam dubitandum, ſi
quidem reſpectu primò poſſeſſionis ipſi homi-
nes longè illam melius probauerũt. Nam quòd
ipſi poſsederint hæc loca, & maximè nemora,
pro quibus maximè fit hæc controuerſia, ſem-
per a recordatu teſtium citra,quorum plures lo
quuntur de annis quinquaginta, & quadragin-
ta quinque citrà, incidendo lignamina in ipſis
59 nemoribus,per quem actum † optimè probatur
poſſeſsio. Ruin.conſ.68.nu.6.in ſexto, in 2.uol.
deponunt decemſeptem teſtes, examinati pro
parte ipſorum hominũ Plebis,primus,octauus,
& dempto nono, ſeptem alij ſequentes. vigeſi-
musprimus, & vigeſimus ſecundus. Et nedum
de inciſionibus prædictis probatum extitit, ſed
etiam de ronchis,quos uocant,factis in dictis lo
cis per homines Plebis antedictos,per plures ex
dictis teſtibus, & maximè ſecundum, & ſex ſe-
quentes. Decimum & alios ſequentes uſque ad
decimumſeptimum incluſiuè,quorum aliqui de
annis triginta,& ultra atteſtantur, in quibus lo-
cis ipſi ſeminarunt blada, & fructus ex eis per-
ceperunt. Probatur etiam,quòd dicti homines
Plebis locarunt ex terris inciſionem in dictis
nemoribus, & ſeu illos admiſerunt ad inciden-
dum, & ligna ipſa laborandum in ferris, merce-
de conuenta, & accepta,prout de tali recogni-
tione, locatione, & ſolutione annua deponunt
decimusquintus, decimusſextus, & decimuſe-
ptimus ex teſtibus noſtris. Ex locatione enim,
60 iuncta mercedis ſolutione, poſſeſſionem † pro-
bari,ambigendum nõ eſt. l.ad probationem. C.
loca.c.inter dilectos.ubi Fely. de fi. inſtrument.
Alexand.in conſ. 118. col.fina. in ſecundo. & in
conſil.8.57.num.10. & 71.num.ſecundo, 7.uol.
Ioan.de Ami.dicto conſilio 25.num.35. Quam
opinionem dicit communem, & ſeruari in pra-
ctica.Soc.in conſ.106.in princ.tertio volumine,
quam etiam tenet Afflic.deciſ.325. Boer.deci-
ſio.105.num.14. Ruin.in conſ.24. num.quinto
& 118.num.11.in quarto uolumine. & etiam in
alijs conſilijs,& alij plures, quos ſciens breuita-
tis gratia prætereo.
Et non tantum per teſtes examinatos pro
parte ipſorum hominum Plebis, probatum eſt
de eorum poſſeſſione circa inciſionem prædi-
ctam, ſed etiam per teſtes aduerſarios Commu-
nis Bargæ, & per plures ex ipſis hominibus Bar
gæ examinatos: hoc enim ex teſtibus ipſis ad-
uerſarijs deponunt, ſecundus, tertius, ſeptimus,
undecimus, decimusquartus, & vigeſimusquar
tus. Quo fit vt nemini dubium eſſe poſsit, quin
fortius probent contra prudentes, cum etiam
61 contra illos † probarent, ſi de credulitate tan
tum atteſtarentur,ut per D.Crauet.in conſ.201.
num. 7. & idem, ſi de alieno auditu, ſecundum
Soc.iu.conſ.69.num.12.primo vol. & D.Ceph.
conſ.65. num.55.

Sed

Sed & cũ homines prædicti Terræ Plebis de anno 1548.donauerint arbores ipſorum nemorum Sereniſs.D.Duci Herculi,ſę.recor.ad conficiendum carbones, reſeruatis ſibi abietibus,vlmis,& nonnullis alijs arborib. aptis ad laborandum in ſuis ſerris,vt ex inſtrumento in proceſſu producto,fol.155.apparet, fuit etiam probatum per quinque teſtes, pro parte noſtra examinatos, de inciſione facta dictarum arborum per agentes pro dicto Sereniſs.Duce per annos ſex, vel circa, quæ quidem fuit maxima inciſio, vt ipſi deponunt, quam minimè paſſi fuiſſent Bar-
62 genſes,ſi illorum nemorum† poſſeſſores, vel domini fuiſſent, vt in ſimili arguit Soc.in conſ.86. 4.colum. 1.vol.teſtes autem illi ſic deponentes, ſunt vigeſimusquintus,& quattuor ſequentes.

Ex quibus liquidò conſtat, quantum fuerit iniuſta,& quantum temeraria turbatio facta per homines Bargæ in dicta poſſeſſione hominum Plebis, comburendo ſerram Ioannini Badarelli & eius lignamina, captiuos faciendo homines, & beſtias illorum, & auferendo quamplura eorum mobilia, de quibus deponunt teſtes dictorum hominũ Plebis,decimusoctauus, decimusnonus,vigeſimus,vigeſimustertius,& vigeſimus
63 quartus, & quæ quidem turbatio nõ debet† turbantibus patrocinari, vt Bal.tradit d.conſ.445. nu.7.in 5.duplicato vt ſupra.

Reſpectu vero proprietatis horum locorum pariter ad fauorem ipſorum hominum Plebis venit pronuntiandum. Primo,quia propter probationem,tam antiquiſſimæ poſſeſſionis a recordatu omnium etiam antiquorum teſtium citra, deponentium etiam de auditu a ſuis maioribus, & antiquioribus,cenſetur probata poſſeſſio im
64 memorialis temporis, quæ etiam facit† obtinere in petitorio, vt per Bertran.conſil.159.nu.2. & conſil.252.ad fin.3.par.priorum, & in poſſeſſione vniuerſitatis nemorum.in conſil. 15.nu.3. in 2.vol.poſteriorum.Cur.iun.conſ.124.nu.10. & Boer.deciſ.42.nu.10.

Secundò ex inſtrumento compromiſſi,& laudi diuiſorij facti,& lati de anno 1477. producto in proceſſu,fol.145.conſtat factam fuiſſe diuiſionem,quæ ab eo tempore hucuſque ſeruata fuit, inter dictos homines Plebis, & Sancti Andreæ ex una, & homines Rochę, bonorum communium inter eos,& fuit appoſitus terminus in loco, *nuncupato il forno delle fabriche.* eundo vſque ad ſumitatem Alpis recta corda,& bona quę ſunt a latere dextero obuenerunt hominib. Rochæ: Cætera vero exiſtentia a latere ſiniſtro, in quibus ſunt iſta loca controuerſiæ tetigerunt dictos homines Plebis,& Sanc.Andreæ,qui homines Plebis ab illo tempore citra,ea poſſederunt: diuiſio enim hæc,etiam inter alias perſonas,maximè facta iam annis nonaginta elapſis, probat
65 pro ipſis† de Plebe,ut ad propoſitum tradit Socin.in d.conſil.15.num.2.verſ.primus probatur, in 3.vol.Et ſaltẽ titulum pręſcribendi,poſſidenti prębet,ut per eundẽ ibi.ver.ſecũdus effectus.

Tertiò quatenus homines Bargę ius aliquod habuiſſent in dictis locis, quod expreſsè negamus, ſtante dicta poſſeſſione probata per teſtes de uiſu,a quadraginta annis,& citra, dominium dictorum locorum,ipſi homines Plebis acquiſi-
66 uiſſent, ut in præſcriptione† contra communitatem tradit Caſt.in conſil.457. Reſpondeo.1.volum.& 361.circa primum.2.quęſito.nu.2. 2.uolum.Aret.conſ.154.col.fi. Alex.conſ.16.col.8. verſ.ex his.5.uol.Balb.in trac.de præſcript.in 3. par.quintæ par.princ.quæſt.1.nu.2.& ſequen.& Hiero.d.tract.c.74.nu.6. ubi loquitur etiam de poſſeſſione triginta annorum.

Quartò nonnihil ẽt facit ad oſtendẽdum Bargenſes in his locis nullũ umquã habuiſſe dominium,inſtrumentum confectum de anno 1468. productum,& regiſtratum in proceſſu,fol.236. in quo dantur pro confinibus in his locis, homines de Barga iure utilis dominij, cum dictis de Plebe,quo fit,ut ſatis conſtare uideatur,illos tantummodo paſcua, quæ ſunt cõmunia inter eos, ut dicunt omnes teſtes,habuiſſe in eo loco, eo tempore,& non quidem ut domini abſolutè,ſed
67 iure utilis dominij. Verba etiam† enuntiatiua in antiquis probant confines, ut per Doct.in locis citatis.Soc.d.conſ.15.nu.6. in 3. Alex.de Neuo conſ.79.nu.6.& Alb.conſ.83.nu.4. qui loquuntur ad propoſitum noſtrum.

Quintò,cum loca controuerſa ſint uiciniora
68 Terræ Plebis,præſumuntur eſſe illius,† non Bargæ remotioris, ut ex Bal.in d.c.cum olim. tradit Ruin.d.conſ.ult.nu.5.in 5.quod admittit in conſil.53.nu.4.eo.uol.

Ex quibus apertiſſimè conſtat, tàm in poſſeſſorio,quàm in petitorio,prædictos Sereniſs.Ducem Ferrariæ, & homines Plebis,iura ſua melius probaſſe,& per conſequens obtinere debe-
69 re in præſenti indicio,in quo obtinet,† qui melius probat,Bal.d.conſ.468.num.2.in 3.Ioan.de Amicis,d.conſ.25.col.2.Alex.de Neuo,d.conſ. 77.nu.3. & Hiero.de Monte,d.tract.c.59.nu.1. & ſeq. Et condemnandi ſunt aduerſarij ad omnia damna paſſa propter dictam iniuſtam, & temerariam turbationem,ac ad deſiſtendum a tur
70 batione† ipſa in futurum,prout petitum fuit pro parte noſtra,in proceſſu,fol. 26.in petitione producta, iuxta tradita per Papien. in ſua pract. in forma libelli,in actione confeſſo.pro ſeruitutib. in glo.ad non turbandum,& moleſtandum,& in gloſ.ſequen. & in forma libelli pro turbata poſſeſſione,in glo.ad ceſſandum.num.1.

Et non tãtùm reſpectu dictorũ nemorum, & locorum controuerſorum pronuntiandum uenit ad fauorem dictorum hominum Plebis,ut ſupra, ſed etiam reſpectu paſcuorum exiſtẽtium in eis, quorum uſus, & uſusfructus pertinebat ad homines prædictos de Barga,uigore inſtrumen-

ti

ti prędicti celebrati,ut dicitur,de anno 1454.cu
ius exemplum habitum fuit a parte aduerſa, ori
ginale ipſius inſtrumenti producente de anno
1547.coram Commiſſarijs utriuſque Principis,
ut deponunt duo ultimi teſtes, pro parte dicto-
rum hominum Plebis examinati, D.Peregrinus
Manzerius,qui tunc erat notarius cauſæ, qui at-
teſtatur,ſe illud exemplaſſe a dicto originali ex-
hibito,& Magn.D.Hippolytus Malegucius,qui
tunc erat unus ex dictis Commiſſarijs,qui plenè
probant,& quod exemplum in proceſſu produ-
ctum fuit,fol.60. Et licet de originali non con-
71 ſtet,tamen cum ſit exemplum inſtrumenti † ex-
hibiti a parte,& ab ea habitum, probat contra
eam,ut per Bar. & cõmuniter omnes poſt eum,
in auth.ſi quis in aliquo.ubi Dec.nu.14.2.fal.C.
de eden. Cum enim in ipſo inſtrumento appa-
reat, ꝙ vſusfructus nemorum, & paſcuorum in
eis exiſtentium fuerit conceſſus ipſi Communi,
& uniuerſitati,in dicto cõtractu,& iam ſint tran
72 ſacti centum decem anni,ꝙ uſusfructus ipſe † cen-
ſetur finitus, dicta l. an uſusfructus. ubi Bald.
ff de uſu fruc. & in l.ſi vſusfructus municipibus.
ubi Bart.ff.de uſufr.lega.quinimmo idem etiam
procederet,ſecũdum Bal.in d.l.an uſusfructus.
in emphiteuſi conceſſa ciuitati, uel municipio,
73 † quod ſequitur Alex. in conſ.60. omiſſo multi-
loquio, in 1.uol.in quo ultimo tamen amplius
deliberandum eſſet.

Nec obſtat uerbum,perpetuum, in dicto in-
ſtrumento appoſitum,quia nihilomagis vlterius
74 durat † uſusfructus,ut uidetur uelle gl.in l.pe. ff.
de annu.lega.& Bar.in l.annua.§.1.in fi.ff.eod.tit.
& in d.l.ſi uſusfructus. Alex. qui idem uoluit in
75 legatis † annuis, in d.conſ.60. in quo caſu etiam
conſuluit Ioan.de Ana.in conſ.40. Præſuppoſi-
to.ubi Bald.in addi.& idem Alexan.qui dicit ita
conſuluiſſe,& obtinuiſſe in l.2.in prin.num.2.ff.
ſol. matr. Cuius opinio in vſufructu communi-
ter recipitur,ut per Iaſ.ibi,num.2.Rip.num.2.&
ſequen. & Claud.num.15. licèt in legato annuo
controuertant Doctores. Idem quòd uerbum,
76 in perpetuum, non extendat etiam legatum † an
nuum ultra centum annos,tradit Dec. In conſi-
lio 578. ad finem, & late declarat Durant. in
tracta.de arte teſtan.titulo ſexto, de legat.caut.
57. num.ſecundo.

His ſtantibus ualidiſſimis, & ſolidiſſimis fun-
damentis, ſupereſt tollere ea, quæ pro diuerſa
parte ſupra adducta fuere,ex quorum ſolutione
tanto clarior iuſtitia ipſius Sereniſ. Ducis Ferra
riæ,& dictorum hominum Plebis, eius ſubdito-
rum apparebit.

Primò igitur non obſtat, quòd pro parte Se-
reniſ.Ducis Florentiæ fuerit probata quaſi poſ-
ſeſſio.tam antiqua, quàm noua iuriſdictionis in
dictis locis,quia contrarium eſt uerius, ut ſupra
fuit oſtenſum, cũ ſemper ab immemorabili tem
pore citra,Sereniſ.Duces Ferrariæ fuerint in pa
cifica poſſeſſione illius, ut probatum eſt in pro-
ceſſu. Nec aſſertæ accuſationes antiquæ,uel no-
uæ,ex aduerſo productæ, probãt poſſeſſionem,
nec iuriſdictionem ipſam,ex plurib. Primò quia
dictæ accuſationes non ſunt in forma probanti,
77 ſed ſunt exemplum † exempli, quod non probat
niſi exhibito originali,l.procurator.C.de eden.
& per omnes in auth.ſi quis in aliquo.C.eodem
titu. ubi Dec.7.fallentia. num.24. qui loquitur
etiam concurrente antiquitate temporis,& per
Afflict.deciſ.a 82.num.6. Et quoniam non con
ſtat ꝙ notarius, qui fuit rogatus, uel qui exem-
plauit, fuerit notarius, nec quòd interuenerint
in exemplatione alia ſolemnia,nullam facit pro
78 bationem, † ita declarat in indiuiduo Didac.
Couarru.in lib.ſuarum pract.quæſtionum,c.21.
num.7. uerſ.primus etiam conſtituitur. & idem
in uerſ. ſeptimo deinde conſtituimus.

Nec aſſertum archiuum Bargæ, ex quo dici-
tur extractum fuiſſe dictum exemplum, dat plus
roboris,uel ualiditatis ipſi exemplo,quia primo
non cõſtat,quòd in dicta Terra ſit archiuum ali-
79 quod authenticum. Secundò ut ſcriptura † ar-
chiui probet,tria requiruntur:quòd ſit poſita in
loco publico, quòd habeat cuſtodem de publi-
co, & quòd ſcriptura producta eſſet poſita inter
ſcripturas publicas,ut per Fely.in d.c.cum cau
ſam,num.7.de probat.& in c.ad audientiam,nu.
51.de præſcript. Franc.Marc.quæſt.298. prima
par.Bertran.conſil.3.nu.2.3.par.primo impreſ-
ſorum. Quinimmo non probat,ſi etiam ſcriptu-
80 ræ non publicæ ibi ſoleant † reponi,ut per Fely.
in dic.c.ad audientiam.5.concluſ.num.15.Dec.
conſil.458.num.5.D.Crauet.d.tract.prima par.
§.quartò limitatur.num.1.& ſequen.& ſequitur
Hier.d.tract.c.63.nu.11.& ſequen. At cum in
propoſito,hoc archiuum non habeat hæc requi
ſita,imò appareat,ꝙ etiam folia non publica illic
81 reconduntur,nõ poteſt illis fides adhiberi.† Af
flict.deciſ.303.nu.4.& ꝙ exemplum exempli ex
archiuo ſumptum non probet, in terminis tra-
dit Bertrand.d.conſ.3.nu.3.Tum & tertiò, quia
archiuum illud non probat extra illud territo-
82 riũ,& inter perſonas non ſubiectas illi † archiuo,
ut per Fely.in d.c.cum cauſam.nu.7.& in d.c.ad
audientiam.a.concluſ.12.Alex.conſ.138.opor-
tunè.3.col.1.uolu. & d.conſ.a 3.colum.2.5.uol.
ubi loquitur ad hoc propoſitum,ſicut etiam tra
dit Socin.d.conſil.187.col.7.in princ. & Franc.
Marc.quæſt.334.nu.2.ſecunda par. Cum etiam
& quarto,quia & ſi omnia deficerent, quæ utiq;
militant, non probant ſcripturæ extractæ ex ar-
83 chiuo † aliquo,niſi parte ad id citata extractæ, &
exemplatæ fuerint, Card.conſil.72.Titius nunc
ſunt,num.15. & ſequen.& in cap.fin.ubi Felyn.
num.6.de fide inſtrumen. Ruin.conſil.92.num.
17.in 4.uolum. & Franciſ. Marc. quæſtio.53a.
ſecunda parte.

Secundo dictę aſſertæ accuſationes non pro-
bant,

bant, quia non conſtat quòd fuerint aliqui accuſati in locis controuerſiæ, quia locus ille olim appellatus Sylua Romaneſca, nó eſt hic, de quo contenditur, ut dicetur latius inferius. Alius vero locus, in quo legitur fuiſſe damnum datum in Verrucula, ſeu loco Verruculę, nó cóprehendit noſtram in locis controuerſiæ exiſtentem, quia additur *alla Verrucula Barghegqiana*, & ſic intelligunt de alia Verrucula in territorio Bargæ exiſtente, cum nullibi ſit probatum, hanc hoc nomine *Barghegqiana*, vnquàm fuiſſe uocatam,
84 vel nominatam. vbi enim eſt nominis † diuerſitas, res diuerſa cenſetur. l. ſi idem cum eodem. C. de codicill. Alexand. conſilio 96. num. 6. quinto vol. & propterea ex aduerſo probandum erat, quòd eſſet eadem res, licèt nomen mutatum fuiſſet, ut per Bartol. in l. demonſtratio. in principio, quæſtione ſeptima, numero 20. ff. de conditio. & demonſtratio.

Tertio dictæ antiquæ accuſationes, nihil inferunt ad poſſeſſionem, uel quaſi, iuriſdictionis de præſenti, uel a quadraginta annis citra, cum illa poſſeſſio, ſi quæ extitiſſet, quæ tamen verè nulla extabat, in Republica Florentina, non fuit tranſlata in primum, vel ſecundum nunc pręſentem Ducem, & quæ etiam accuſationes tolluntur ex alijs rationibus, ad nouas accuſas, inferius adferendis.

Quo uero ad alias nouas accuſationes pro damnis datis, in dictis locis, ut dicitur, inſtitutas ab anno 1535. citra pluribus annis, dicitur primo illas non fuiſſe productas in forma probanti, cum ex nonnullis aſſertis libris releuatæ fuerint, quos non conſtat eſſe authenticos, nec conſtat aliquem notarium rogatum de eis, & potuiſſent ſibi illas ſcripturas Bargenſes confingere, & propterea illis non eſt credendum. l. exemplo. C. de probatio.

Secundo illæ non probant, niſi contra accu-
85 ſatos, † ſecus contra alios, & preſertim contra Sereniſſimum Ducem, quia res inter alios acta, ita Bertran in conſilio 125. numero 7. uerſic. præterea. ſecundo uolum. poſteriorum. Et quòd non extendantur ad alias perſonas, tradit Socin. in d. conſil. 187. col. 8. in prin.

Tertio illæ accuſationes non nocent non ſubditis, nec propterea probant locum eſſe de iu-
86 riſdictione † accuſantis, maximè quando non ſunt antiquæ, Socin. dicto conſil. 187. colum. 7. ad fin. uerſ. præterea per ſuquiſitionem. & cum ſint actus extrinſeci, qui de facili fieri poſſunt, nó poſſunt nocere poſſeſſoribus, aliàs ſequeretur q una Ciuitas poſſet hoc modo quærere quaſi poſſeſſionem in terris Soldani, ita in indiuiduo reſpondet Corn. in conſilio 333. ſupra citato, columna penul. primo uolum. & conſil. 171. eodem primo uolum.

Quarto nulla quaſi poſſeſſio potuit acquiri ipſi Sereniſs. Duci Florentiæ, ex his accuſationib. quia cum Sereniſſimus Dux Ferrariæ, eas igno-
87 rauerit, quod præſumitur, cum eſſet † abſens a dictis locis, ut per Socin. in dicto conſilio, colum. octaua, & non fuerint actus in maximo numero facti, ut per Corn. in dicto conſil. 48. prima colum. in quarto. Nec poſſit quæri poſſeſſio, uel quaſi, niſi cum ſcientia, & patientia aduerſarij, illi non potuerunt nocere, vel accuſantibus prodeſſe, ita Socin. in indiuiduo, dicto conſil. 187. octaua colum. verſic. quinto & ultimo. Et ad propoſitum etiam tradit Alexand. conſilio 16. in cauſa & lite. colum. quarta. uerſicu. inſuper reſpondeo. quinto uolum.

Et ſicut non poteſt dici quæſita poſſeſſio, uel quaſi, iuriſdictionis, dicto Sereniſſimo Duci Florentiæ ex accuſationibus prædictis, ita nec ex exactionibus aliquarum condemnationum pro eis factis contra aliquos de Plebe cődemnatos, inuentos in dicta Terra Bargæ, & de facto carceratos, quia ex actibus uiolentis non acquiritur
88 aliqua poſſeſſio, uel quaſi, † iuriſdictionis, ut admittit Ruin. dicto conſilio ultimo, numero 9. & in terminis tradit Socin. dicto conſil. 187. octaua colum. uerſic. confirmatur iſta opinio. cuius mentis uidetur Hierony. d. tract. cap. 73. in princip. tali enim caſu poſſidenti per præcepta, & vio
89 lentas exactiones, nó daretur † interdictum retinendæ. Guid. Papæ conſil. primo, numero 11. & 67. num. 3. & Ruin. conſil. 111. num. 20. & ſequen. quinto uolum.

Sic etiam reſpectu appoſitionis cuſtodum minimè eſt probata quaſi poſſeſſio, cum quatenus uerum id ſit, id fuit reſpectu paſcuorum pro eo anno, quo ipſi Bargenſes fruuntur illis paſcuis, & propterea ferè omnes teſtes forenſes pro earum parte examinati, deponunt quòd aduenientibus paſtoribus, quibus paſcua fuerant locata, ipſi cuſtodes recedebant; & plures ex eis affirmant nunquàm uidiſſe, uel intellexiſſe quòd cuſtodirent nemora, immo ſecundus teſtis eorum ingenuè fatetur, quòd nemoribus cuſtodes non ponebantur. De Bargenſibus in cauſa propria deponentibus non eſt curandum, quia nullam probationem faciunt, ac ſi non fuiſſent examinati, ut inferius dicetur. Sed cũ pro parte Sereniſſimi Ducis Ferrariæ fuerit probatum, quòd officiales ſui cuſtodiebant omnia illa loca, ne fierent fraudes, uel contrabanna, & inſuper paſcua, & etiam nemora per cuſtodes dictorum hominum Plebis cuſtodiebantur, & fuerunt factæ tot accuſationes, condemnationes, pro homicidijs, & contrabannis, & exactæ, necnon exactæ gabellæ ab hominibus Bargæ, & etiam ab agentibus ipſius Sereniſsimi Ducis Florentiæ, & ab omnibus alijs, & Regaliæ a paſtoribus, & precium ſalis, quod indifferenter omnes paſtores ſalientes caſeos citra Alpes acceperunt, & ſemper officiales dictæ prouinciæ Frignani iuſtitiam adminiſtrauerunt

runt in dictis locis, & pro omnibus, quę illic acciderunt, non eſt dubitandum, quin longè melius fuerit probata quaſi poſſeſſio iuriſdictionis pro parte ipſius Sereniſs. Ducis Ferrarię.

Nec partẽ aduerſam defendere poteſt illa cautela, qua uſa eſt, ut euitaret noſtras probationes, da gabella exacta pro lignaminibus abductis ꝑ homines Bargę, & agentes dicti Sereniſs. Ducis Florẽtię, ex locis controuerſię, articulando, & faciendo ſuos teſtes deponere, quòd in conducẽdo lignamina à Serris Bargam, neceſſum ſit tranſire per quandam certam partem territorij Rochæ a Pelago, q̃ eſt extra cõfines, & terminos prętenſionum ipſius partis aduerſę, & propterea, ea tantum de cauſa fuit ſoluta gabella: Nam pluribus rationibus tollitur hæc cautela. Prima eſt, q a ex euidẽtia facti apparet totum contrariũ, ꝙ imò uia quæ à dictis Serris Bargam tendit, tota eſt in locis controuerſis, & intra terminos, quos prętẽdit pars aduerſa, fuiſſe olim appoſitos, & debe-
90 re reponi, ut ex inſpectione plantæ, cui eſt † credendum, ut ex Pariſ. in conſ. 104. nu. 28. in 1. & Hier. in d. tract. in c. 31. num. 5. ſupra comproba-
91 tum extitit. euidentia enim iſta facti cõuincit † teſtes de falſo, ut ꝑ Bal. in l. ſi quis teſtib. in fi. & ibi Saly. num. 22. C. de teſti. Marſ. in rub. de probat. num. 161. Nam & illa ſuperat omnes probationes, Iaſ. in l. fi. col. ſi. ff. de in lit. iur. Boſſi. in ſuis uar. tract. crimi. in 1. tit. de delictis, nu. 24. & 25. ubi dicitur, quòd ex ea cognoſcitur, an teſtes uerum dicant, idẽ latè de euidentia facti tradit Io. Bapt. Plot. in repeti. l. ſi quando. num. 777. C. vnde ui. & in materia noſtra Hier. de Monte d. trac. c. 30. num. 2. & ſequen.

Secunde eſt ratio, quia licèt pars illius vię fortè poſſet eſſe per loca, in quibus homines Rochę habent ius paſcendi, uigore laudi diuiſorij, pro parte dictorum hominum Plebis producti, ut in proceſſu, fol. 150. non propterea poteſt dici ꝙ territorium illud ſit Rochæ à Pelago, cùm remanſerit dictæ terrę Plebis, ut in dicto laudo, & ſic non poteſt dici, quòd propterea fuerit ſoluta gabella, quia oportebat tranſire per territorium Rochæ, cùm in rei ueritate non eſſet, & propterea nullã habet iuſtam excuſationem, quod etiam ex ea cõſtat, quia præter id quod ex inſpectione loci deſcriptionis tollitur omne dubium, ipſi de Barga, & Comiſſarius Sereniſſimi Ducis Florentię, intẽdentes omnino dictam partem, in qua homines Rochæ habent ius paſcendi, uel uſum paſcui, cõpræhendi intra ſuos prætenſos terminos, in proceſſu pluries inſtiterunt, quòd dicti *della Rocha* interuenirent in hoc iudicio, & ratificarent compromiſſum factum, & ita executum fuit, ut in ꝓceſſu, fol. 148. & ſequen. Quo fit ut negari nõ poſſit inſpecta intentione partis aduerſę quin ſolutiones factę ꝑ gabellis, factę fuerint pro lignaminibus ex locis, & per loca controuerſię, & non per alia, etiam reſpectu minimæ partis.

Tertiò etiam tollitur omnis ſcrupulus, quia ipſi homines de Barga, & Sereniſſimi Ducis Florentiæ non tantùm ſoluerunt gabellas pro lignaminibus abductis a dictis Serris Bargam, quo caſu ſecundum omnes oportebat tranſire per territorium Rochæ, quod falſum eſſe ſupra oſtenſum fuit, ſed etiam pro alijs lignaminibus abductis ex alijs locis, quæ tàm per dictam uiam, quàm per aliam, de qua in dicta deſcriptione ſeu deſignatione loci apparet, conducta fuere & conduci poterant, Bargam, nihil tangẽdo de dicta parte, in qua dicti *della Rocha* habent vſum, uel ius paſcendi. Quod autem etiã ſoluerint pro dictis alijs lignaminibus nõ laboratis in dictis Serris, deponunt plures ex noſtris teſtibus, pręſertim primus, vndecimus, duodecimus, tertius decimus, decimus quartus, & decimus ſeptimus, ex quibus tollitur omnis difficultas, & uana redditur probatio partis aduerſæ.

Quæ autem poſtremo loco ſuprà obiecta fuere de ſciẽtia, & patientia ipſius Seren. Ducis Florentiæ non probata, ex pluribus etiam ceſſant, Primo, quia de uera ſcientia hic ſatis apparet, ex quo etiam per agentes ſuæ Celſitudinis ſemper ſolutum fuit pro talibus extractionibus, ut deponunt nonnulli ex teſtibus noſtris. Secundò hic non agimus de pręſcribẽda iuriſdictione aduerſus dominum illius, quo caſu exigitur ſcientia, & patientia, ut ſibi officiat, & ius poſſidenti, uel pręſcribenti acquiratur: Sed agimus de probando quaſi poſſeſſionem antiquiſſimam, & iugiter cõtinuatam Sereniſſimorum Dominorum Ducũ Ferrariæ. Vnde nõ eſt curandum de ſcientia, uel patientia alicuius, cùm nõ conſtet, quòd unquã
92 in ea re ius habuerit. Tertiò ſcientia † & patiẽtia præſumitur propter uicinitatem, Alex. d. conſ. 23. col. prima, in fin. 5. vol. Corn. d. cõſ. 48. 2. col. 4. vol. Brun. d. conſ. 34. num. 8. & D. Crauet. conſil. 148. num. 5. & idem Ruin. conſ. 129. num. 11. & d. conſ. ult. num. 10. in 4. vol. & maximè attẽta diuturnitate temporis, ut per Corn. ibi, & Hier.
93 d. tract. c. 75. in fi. & hoc caſu ſufficit † ſcientia officialium, ut per Areti. in allegato conſ. 42. colu. pen. quod tenent alij citati per Balb. qui habent ſententiam, & ipſe ſequitur in d. tract. præſcrip. 2. par. 5. par. prin. q. 2. 3. q. 2. col. uerſ. ſed dubitatur. & ex his ſatis & ſuper ſublata ſunt quæ ad poſſeſſionem uel quaſi, iuriſdictionis in contrarium adducta fuere.

Reſpectu modò ꝓprietatis ipſius iuriſdictionis facilè etiam obiecta tollũtur, & primo reſpectu illarum accuſationũ antiquarum, in quibus (ut pętenditur) enunciatur, ea loca eſſe de Communi Bargę, & eius territorio, obſtant omnes rationes ſuprà adductæ, in earum reſponſionib. quia non ſunt in forma probãte, cùm ſint exempla exemplorum, nec conſtat fuiſſe factas, uel inſtitutas, pro damnis datis in locis controuerſiæ, & illas loqui de locis iſtis, ſed ultra ea dicitur ꝙ

etiam

etiam ſi eſſent in forma probante nihil facerent
contra partem noſtram, quia uerba enũciatiua,
94 †etiam in antiquis, non probant, quando inſtru
mẽta omnia habent originem ab eiſdemmet p-
ſonis, quia pro uno habentur, Areti. in d. c cùm
cauſam. Soc. in d. conſ. 194. col. fin. uerſ. ſed ad
primum. D. Crauet. in d. tract. pri. par. §. amplia-
tur nunc. num. 17. Crot. cõſ. 34. num. 17. & Hier.
d. tract. c. 60. 4. limit. nu. 10. tùm etiam, quia non
probant quando habent originem à perſonis
95 †ſuſpectis, ut in caſu iſto, ut per Soc. in d. col. fin.
et Hier. d. c. 5. limit. num. 11. & idem eſt, quando
ſunt ſcripta in fauorem narrantium, aſſerentium
uel affirmantium, prout erat in his caſibus, quib.
accuſantes affirmabãt damna illata eſſe in territ.
Bargæ, quia aliàs non potuiſſent illic inſtituere
accuſationes. Hiero. loco præallegato, 7. limitat.
num. 23. & cùm hic agatur contra iuſtum poſſeſ-
ſorem, uerba illa etiam nõ probant, ut tradit idẽ
Hieron. ibi in 6. limitat. num. 12. de quo latiùs
inferiùs dicetur.

Non obſtat modo aſſertum inſtrumentum
tranſactionis, & compoſitionis ex aduerſo pro-
ductum, in quo totam vim facit pars aduer-
ſa: quia & ſi illud uerum, & ualidum fuiſſet, cu-
ius contrarium inferius aperte demonſtrabitur,
nullum nobis reſpectu iuriſdictionis, negotium
facit. Siquidem primò obſeruandum eſt, data ue
ritate dicti inſtrumenti, quòd nullæ cõtrouerſiæ
ortę fuere inter partes reſpectu iuriſd. ſed tantũ
modò reſpectu particularium bonorum ipſarũ
uniuerſitatũ, & terrarũ, quo fit ut trãſactio facta
ſuper ipſis controuerſijs, non cenſeat̃ facta reſpe
ctu iuriſdictionis, & territorij, nec fines appoſiti
96 cenſentur †ipſis iuriſdictionibus, uel earum re-
ſpectu, ita in indiuiduo arguit Socin. iun. in con-
ſi. 139. numero 6. 3. uol.

Secundò cùm iuriſdictio non eſſet penes
ipſas uniuerſitates, ſed penes Principes ipſarum,
non poteſt dici illas uoluiſſe confinare territo-
97 ria, ſed terrena †earum tantum, ut per Soc. iun. in
loco præallegato, & idem arguit Soc. ſen. in com
promiſſo facto inter uniuerſitates, in conſ. 95. nu
me. 14. 3. uol. Quod & in cauſa iſta ingenuè ad-
mittit, & fatetur Soc. iun. d. conſ. 146. num. 26.

Tertiò non poteſt dici, quòd per dictam
tranſactionem, & compoſitionem fuerit facta
declaratio confinium ipſorum territoriorum:
quia hoc modo fuiſſet deciſum, quòd omnia lo-
ca ſupra dictos terminos verſus Bargam, eſ-
ſent de territorio Bargæ, & iuriſdictione Flo-
rentiæ, ita quòd nullo tempore Sereniſſimus
Dux Ferrariæ potuiſſet reclamare, vel contraue-
nire, quod tamen minimè facere voluerunt par
tes ipſæ. Quinimò, vt ex dicta finium appoſitio
ne, quæ terrenis partium fiebat, nullum præiudi
cium iuriſdictioni pararetur, addiderunt clauſu
lam illam, ſaluo, & reſeruato iure vtriuſque par-
tis, quò ad iuriſdictionẽ. Quæ clauſula eſt modi-
98 ficatiua, † & reſeruatiua, gl. in l. item Labeo. ubi
Bald. & Ang. ff. fam. ercif. in uerſi. ſi purè. & dicit
Ang. in conſ. 22. pro deciſione. ad fi. quòd ſem-
per limitat, modificat, & declarat præcedentia.
& idem tenet in conſ. 290. circunſcripta. num. 4.
Caſt. conſ. 311. circa id, de quo primo quæritur.
num. 4. primo uol. nouiſſimorum. Corſe. in trac.
de Trebellia. nu. 8. Dec. conſ. 656. num. 6. Alba.
conſ. 13. num. 4. & Pariſ. conſ. 70. nu. 15. & ſeq.
3. vol. ſed & operatur, vt per aliqua verba, quæ
99 † alioquin ius diminuerent, non cenſeatur eius
iuris facta diminutio, vt ex Corn. in conſ. 305. in
princ. tradit Durant. in tract. de arte teſtan. ti. 4
Cautela 4. in fi. Dicta etiam clauſula, ſaluo, & re-
ſeruato, operatur, ſecundum Caſtren. d. conſ. in
primo quæſito, in 2. parte eiuſdem, nu. 2. reſer-
100 uationem, ut † non cẽſeatur receſſum a primo
iure, quia aliàs reſultaret contrarietas, ſequitur
Paris. d. conſ. 70. nu. 19. Sic etiam dicit Caſtren.
in conſ. 139. Pro declaratione. nu. 6. in 1. uolu.
quòd reſeruatio facta de iure alicuius facit illud
remanere firmum, non obſtante contractu, uel
laudo, in quo apponitur. Addit etiam Ang. in d.
conſ. 290. col. 3. nu. 4. circa med. ꝙ dicta clauſu-
la habet tantam vim modificationis, quòd vbi
non inuenit quid modificet, orationem præce-
dentem extinguit, & ad nugationem reſoluit
101 Quod procedit, † in quacunque parte inſtru-
menti apponatur, Ang. conſ. 42. prout patet. co-
lum. 3. nu. 4. & Pariſ. d. conſ. num. 22. Et ad pro-
poſitum, quòd iſta clauſula reſeruatiua non præ
102 iudicet iuriſdictioni † alterius, tradit Soc. in d.
conſ. 15. nu. 6. 3. vol. & Iaſ. in conſ. 166. colum. 3.
verſ. Nec obſtat quòd d. Antonius, 4. vol. Cùm
itaquè non poſſit ſimul ſtare, quòd per confiniũ
appoſitionem, & conuentionem ipſam fuerint
confinata territoria, & declaratum, terrena, &
loca exiſtentia ſupra dictos terminos uerſus Bar
gam, eſſe de territorio Bargę, & ſic de iuriſdictio
ne reipublicæ Florentinæ, & quòd tamen ſalua
ſint iura in iuriſdictione ipſa Sereniſs. Duci Fer-
rariæ, quæ reſeruatio iura conſeruat, latè D. Cra
uet. conſ. 33. num. 17. & alij in locis ſupra cita-
tis, quia hæc ex diametro pugnant, meritò di-
cendum eſt, fuiſſe tantummodo terminata ter-
rena ſeu dominia uniuerſitatum, pro quib. erat
inter partes cõtrouerſia, ut ſupra, quæ ſunt quid
diuerſum a territorio, ut diſtinguit ad propo-
ſitum, Soc. d. conſ. 95. non autem territoria. Et
uerba illa, territorium, & diſtrictum, impropriè
accipiuntur, cùm propriè ſtare nequeant pro
terrenis, & iuribus particularibus dictæ uniuer-
103 ſitatis Bargæ, † iuxta tradita per Doc. in l. ſi tibi.
ff. de ſeruitu. & in l. ſi cùm ante. C. de donat. ante
nupt. & Dec. in l. in contrahenda. num. 6. ff. de re
gu. iur. quod etiam ex dicto inſtrumento partes
apertè ſenſiſſe uidentur, dum dicitur, per totum
illud terrenum, quod eſt a dictis terminis ultra
uerſus Alpes, & uerſus Bargam, &c. ſit & eſſe in

telli-

telligatur Cõmunis Bargæ, & hominum, & per-
ſonarum eiuſdem, & non dicit de territorio, uel
iuriſdictione, & ſtatim partes addunt illam clau
ſulam, ſaluo, & reſeruato, &c. Vna enim pars, uel
104 uerbum inſtrument, declarat † aliam partem
ambiguam. l. qui filiabus. in prin. ff. de l e. primo.
ubi Iaſ. in princ. & in l. prima. ubi Soc. in princip.
ff. de reb. dub.

Et quatenùs poſſet dici, quod confinata fuiſ-
ſent territoria. quod nullo pacto dici poteſt, per
prædicta, non propterea fuiſſet comprehenſa iu
riſdictio, quæ ad dominos pertinebat, cùm aliud
ſit iuriſdictio, & aliud territotium, & hoc ulti-
mum poteſt intelligi de tertia illa ſpetie iuriſdi
ctionis, quæ competit uniuerſitatibus, ſeparata
105 ab ea, † quæ competit dominis caſtrorum, ut
diſtinguit Bar. in conſ. 189. ptimò quæritur, nu
me. 1. & 2. & in l. prima. num. 15. ff. de iuriſd. om.
iud. & Soc. ad propoſitum, d. conſ. 15. colum. pe.
num. 7. uerſ. præterea ex alio. & tradunt Doct. in
d. l. prima, & in l. imperium. co. tit. Et licèt Soc.
iun. in d. conſ. in hac cauſa facto, num. 26. uidens
difficultatem magnam in ſe extricando a dicta
clauſula reſeruationis, per quam tollitur omne
prẹiudicium, quod per dictam confirmationem
& confinium appoſitionem fieret inter dictas
uniuerſitates, nixus fuerit alium intellectum da-
re dictæ reſeruationi, ꝙ ipſa intelligitur de iſta
iuriſdictione, quæ poteſt competere uniuerſita-
tibus imponendi collectas, & alia huiuſmodi, nõ
de illa ſuprema, quæ Principibus competit; ut
in dicto num. 26. & ſequen. tamen cùm ipſę uni-
uerſitates non poſſent confirmare iuriſdictio-
nes, quæ ad illas non pertinebant, ut ipſe ibi ad-
mittit, & Sereniſſimus Dux Borſius, & Orator il
le Reipublicæ Florentinæ, non eſſent ibi tanquã
partes, ſed tanquàm conſentientes geſtis per ip
ſas partes, quod etiam admittit idem Söcin. ibi,
num. 26. non poteſt dici, quòd illa uerba de ter-
ritorio, & diſtrictu loquentia. quibus termini eſ-
ſent apponendi, deberent comprehendere iu-
riſdictionem Principum, de quibus nulla erat
controuerſia. Et propterea inuitis dentibus
neceſſe eſt fateri, quòd termini non fuerint po-
ſiti iuriſdictionib. imò nec territorijs, ſed tan-
tùm terrenis, & dominijs uniuerſitatum; quia
aliàs uana fuiſſet illa clauſula reſeruationis, &
ſeruiret de uento, quod eſſet contra eius iura,
& uirtutem, de qua ſupra abunde ſcriptũ fuit;
& contra regulam, quod etiam minimũ uerbum
106 † in contractu non poteſt eſſe ſine effectu ope
randi. Bald. in rubr. C. de contraheo. empt. 9. q.
Imo nec ſyllaba, ſecundum Curt. iun. plura ci-
tantem, in conſ. 85. num. 4. Et quod etiam ani-
maduertens Soc. iun. in d. conſ. contrario, & ui
dens difficultatem vrgere, fatetur quod illa clau
ſula nihil dat, uel aufert: uerum ut iuridica eſſet
ſua conſultatio præſupponit unum in facto, qđ
eſt falſum, ꝙ Reſpublica Florentina fuiſſet prius
in poſſeſſione dictæ iuriſdictionis, ſed errore fa
cti, qui prudentiſſimos fallit. l. ſecunda. ff. de iu
ris & fac. ignoran. lapſus eſt. Et cum ſit totum
oppoſitum uerius: quia Principes Ferrariæ ſunt,
& ſemper fuerunt Domini horum locorum, ſua
ratio facit pro parte noſtra, & ad fauorem no-
ſtri Sereniſs. Ducis.

Quibus adſtipulatur aliud inſtrumentum
exhibitum a Bargenſibus, de anno 1547. cu-
ius exemplum productum eſt in proceſſu, & re
giſtratum, fol. 61. vbi eſt clauſula plenior, & cla-
rior reſeruationis huiuſmodi: dicitur enim ibi,
Quæ quidem tranſactio, compoſitio, & omnia
ſupraſcripta, facta, & celebrata fuerunt in præ-
ſentia prædictorum Cõmiſſariorum, Legatorũ,
proteſtantium, quòd per prædicta, & quodlibet
prædictorum, non intendunt quoquo modo
præiudicare, ſeu aliquod præiudicium inferre
præfatæ excellentiſs. Communitati Florentiæ,
& prædicto Illuſtriſs. D. Duci Mutinæ, quantum
ad iuriſdictionem dominationis, & ita proteſta
48 *Inſtrumentum eſt ſeruandum in his, in quib. contrario vſu non fuit ſublatum.*
49 *Exceptio in cæteris, præter exceptuata, confirmat regulam.*

CONSILIVM II.

In Domino confido.

SVbtilia, & acuta ſunt motiua Clariſsimi & Excellentiſ. Domini Arbitri, in hac cauſa horum Sereniſſimorum Principum, & ſubditorum ſuorum excitata, re tamen vera minime obſtant victoriæ Sereniſs. Ducis Ferrariæ, Domini mei, & hominũ Plebis a Pelago: nec tollunt, vel elidunt fundamenta conſtructa, & rationes adductas in fauorem illorum in priori Conſilio meo, ut ſigillatim reſpondendo motiuis ipſis comprobabo, ſequendo ordinem ipſorũ dubiorũ, vt clarior appareat eorũ ſolutio.

Primò igitur non obſtat, quòd ex quo inſtrumenta ex aduerſo producta habeant ſuas ſolemnitates a iure requiſitas, eis uideatur ſtandum, non obſtante, qnòd Notarius ille rogatus, ut prętenditur, de eis non fuerit matriculatus, ſecundum formam ſtatutorum Regij, ex quo non conſtat Herberiam, quo in loco celebratus aſſeritur primus contractus tranſactionis, fuiſſe de territorio Regij, licèt eſſet de dięceſi, nec quòd ſtatutum fuerit ſolemniter ſumptum, & extractum, nec quòd eo tempore eſſet conditum: nam primum tollitur ex eo, quòd licèt Herberia non ſit in diſtrictu Regij, ex quo tamen eſt in dięceſi locus ille comprehenditnr in ſtatuto loquente de
1 dięceſi, † non quia ſtatutum Regij, tamquàm
ſtatutũ Ciuitatis, illuc ſe extendat, ſed tamquàm
ſtatutum Principis utriuſque loci: Ciuitas enim
illa Principi ſuppoſita non poteſt condere ſtatu-
2 ta, ſine ſuperioris † Principis aſſenſu, & confirma-
tione, vt per Bar. in l. omnes populi. 5. q. num. 3.
& 4. vbi etiam alij, ff. de iuſti. & inre. & confirma-
tio operatur, quòd cenſeatur Principis ſtatutũ,
ex quo actus alioquin ſine ea eſt nullus, iuxta tra
dita per Doctores, Cyn. num. 9. Bar. Bal. & alios,
vbi Dec. nnme. 21. & 22. in l. more. ff. de iuriſdict.
omn. iud. Alex. in conſ. 1. colum. 12. verſ. non ob
ſtat ꝙ D. Dux, 5. uolum. & Brun. in tract. de con-
ſtitu. & decret. in uer. cõfirmare. verſ. ſtatuta con
firmata, nam propter confirmationem Principis
3 ſtatuta † extenduntur ad caſum, ad quem extendi
non poſſent, ut per Roman. conſil. 12. uiſo facto.
2. colum. uer. maxime, quia ut mihi. Vbi propter
confirmationem ſummi Pontificis ſtatutorum,
voluit ſtatutum comprehẽdere caſum iutatum.

Quòd autem non fuerit ſtatutum ipſum extractum ſolemniter, prout debent extrahi ſcripturę archiui alicuius, ut in Conſilio oſtendi, nõ videtur obeſſe, ex quo ſufficit quòd totũ unum ſtatutũ ex libro releuetur, & extrahatur, nec hoc caſu Doctores, qui loquuntur de hac extractione, exigunt partis citationẽ, uel alia, quæ adduxi
4 fortè neceſſaria in extractione ſcripturarum † ar
chiui, ut uidere licet apud Bar. & cæteros, in rub.
ff. de oper. no. nunciat. & ita communiter practicatur. & ratio differentiæ inter unum caſum, & alterum eſſe poteſt, quia ſcripturæ archiui ſunt in loco recondito, & non omnibus noto. Præterea, an ſint publicæ, necne, poteſt eſſe controuerſia, & quæſtio. At ſtatuta unius Ciuitatis, omnibus pateut, & in illis exactionibus, quę fiunt ab eis, uix poteſt fieri fraus, quin facilè detegatur, & ſunt publica. Ideo tanta ſolemnitas non uidetur neceſſaria, & huc uidetur tendere ratio Bar. in ſimili diſtinguentis, in l. inciuile. ff. de legib.

Ad tertium, quòd non conſtet eo tempore fuiſſe conditum, poteſt reſponderi, ꝙ debemus
præſumere fuiſſe conditum eo tempore, & uige
5 re, ex quo non † conſtat contrarium, per doctri-
nam Bal. in l. ex perſona. num. 2. C. de probat. vbi in materia contingenti, quando ſtatus præſens poteſt concurrere cum naturali ueritate antecedentis ſtatus, ex præſenti præſumitur in præteritũ. verũ quia ſperatᷣ ex facto huic motiuo apertius ſatisfieri, ſuper hoc ulterius non inſiſtam.

Secundo ſupponitur in motiuis, ꝙ reſpectu Sereniſs. Ducis Borſii, qui interuenit in contractu, & pariter reſpectu ipſius Commiſſarij Florentinæ Reipublicæ, pro diuerſa parte interuenientis, non erat opus mandato aliquo. Sed hoc præſuppoſitum licèt ſit uerum reſpectu dicti Sereniſs. Principis, reſpectu uero dicti Commiſſarij eſt falſum, cum de eius mandato, & poteſtate nul
libi conſtet, & ei ſine litteris ſui principis non
6 erat credendum, cuius mandatnm † exigebat ſcri
pturam, & aliter probari non poterat, textus eſt expreſſus in l. uni. C. de manda. Princip. ubi Dec. poſt alios, num. 6. in l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. 10. & in l. 1. ubi Bart. C. de ſuperindict. lib. 10. quo fit, ut cum ſcriptura hoc caſu exigatur, & de ea non conſtet, ceſſet controuerſia Do-

ſcto-

ctorum in illa quæſtione, an mandatum ex diuturnitate temporis poſſit, vel debeat præſumi:
7 nam hoc mandatum†exigens principis ſcripturam, de qua etiam in inſtrumento nulla fit mentio, vel enuntiatio, ex aliqua diuturnitate temporis non præſumitur. ita nouiſſimè tradit Auguſt. Bero. in conſil. 9. num. 8. 3. uolum. quod ſine aliqua difficultate procedit, ex quo quando agitur de præſumenda ſcriptura propter temporis diuturnitatem, exigitur, quòd interuenerit factum hominis, ut poſſeſſio longi temporis, virtute illius ſcripturæ ſolutio longo tempore facta, vel alia huiuſmodi, quæ non interuenerunt in caſu iſto, imò interuenit contraria obſeruantia, ut in Cõſilio oſtenſum fuit, & inferius oſtendetur, ita declarat D. Crauet. per plura per eum illic citata, in ſuo tract. de antiqui. tempo. in fi. tertię partis. num. 40. & hoc fundamentum ſolum, præter alia in conſilio prætacta, & firmata, deſtruit omnem intentionem partis aduerſæ, fundatam in dictis inſtrumentis.

Tertio præſupponitur etiã in motiuis, quòd quæſtio orta inter partes ante aſſertam tranſactionem, non erat de proprietate fundorum, ſed de confinibus, vt colligitur ex proœmio ipſius inſtrumẽti, & in deciſiuis verbis dicitur, quòd terminatur territorium, &c. quod etiam præſuppoſitum falſum eſſe in facto, mihi apertè probant verba ipſius inſtrumẽti, in proœmio ipſius, in quibus legitur, quòd cum quæſtio, & controuerſia eſſet inter partes, de, & ſuper confinibus territoriorum dictarum Terrarum, & Communiũ, ſtatim ſubiungit, quia vtraque dictarum partium, videlicet una verſus alteram excedere, & transfinare terminos, limites, & cõfines veros, & qui inter eos iure debito cuſtodire debebant, tranſeundo, & veniendo ad loca propria, & priuata, alterius partis, & in ipſis non ſolùm fructus capiendo, ſed etiam damna multa inferendo. Ex quibus verbis duo apertiſſimè colliguntur. Primum, quòd controuerſia, & quæſtio non erat ſuper terminis territoriorum, & diſtrictus reſpectu iuriſdictionis, cum actus hinc inde in illis factis, non concernerent iuriſdictionem, nec dominorum, nec caſtrorum, ſed reſpectu proprietatis, & poſſeſsionis terrenorum, & bonorum partium, quod inſeruiet his, quæ tetigi in Conſilio ad declarationem verborum dicti inſtrumẽti, & quæ inferius etiam tangam. Secundum, quòd etiam non erat quæſtio tantummodo de confinib. terrenorum, & locorum partium, ſed etiam de terrenis, & locis ipſis, de quibus neceſſario diſputabatur, cum per alteram partem occuparentur, vt expreſsè cantant verba inſtrumenti, nam quando pars occupat loca vltra confinia, prætendens eſſe propria, & tunc quęſtio
8 etiam†eſt de rebus illis, non de confinibus tantùm, vt probatur ex l. 2. §. ſed ſi fundus. & l. qui fundum. §. primo, ff. pro empt. & ex traditis per Bal. in l. fin. num. 1. C. fin. regun. & Balb. in tract. præſcript. 4. par. quartæ partis principalis. 14. quæſtione, num. 3. Vbi dicunt, quòd cum agitur quæſtio finium deducuntur etiam in controuerſiam bona per alteram partem occupata, & poſſeſſa, modo non ſint præſcripta. Quòd modo in verbis deciſiuis, voluerint partes terminare territoria, & diſtrictus, negamus expreſsè, cum de eis nulla eſſet quæſtio, vt per Socin. ſenior. & iunior. in conſilijs citatis, quo fit, ut magis uoluerint confinare, & terminare terrena, & proprietates illorum, vt dixi in dicto Cõſilio, & inferius etiam latius comprobabo.

Subiungitur quarto loco in dubijs, quòd ex quo in partibus ſuperioribus ipſius inſtrumenti, eſt facta mentio de territorio, & diſtrictu, cui partes terminos apponere uolebant, verba iſta declarent verbum, terrenum, inferius poſitum, quòd ſuperiora reſtringere uidebatur, & magis illud impropriare, quàm quòd tot alia ſuperiora improprientur ab illo, ex quo ſuperiora magis in ſequentia influunt, quàm econtra, & maius ſit robur verbi totiens repetiti, quàm ſemel tantùm enuntiati. Quod tanto clarius videtur procedere, ex quo eadem verba repetuntur in alio inſtrumento appoſitionis ipſorum confinium ſuper ipſis territorijs, in quo in eius fine additur: Et prædicti habeantur pro veris terminis, & confinib. dictarum Communitatum, & territoriorum. Quæ uerba non videntur poſſe recipere improprietatem, nec extraneam interpretationem. Quibus concinit exemplum noſtrum productum inſtrumenti, ut dicitur, celebrati de anno 1454. in quo dicitur in proœmialibus, quòd quæſtio erat ſuper confinibus territoriorum, cum Bargenſes prætenderent ſe confinia extendere ad Verruculam vſque, Plebani vero non excedere iugum Alpium.

Ad hæc omnia reſpondetur, quòd licèt verba territorij, & diſtrictus, de ſui ꝓprietate aliud importent, quàm terrena, & proprietates locorum: illa tamen hoc caſu, ſecundùm ſuum proprium ſignificatum, non ſunt accipienda, ſed ſecundùm improprium reſtringenda, tum propter mentem partium, tum propter ſubiectam materiam, & naturam contractus, in quo fuere appoſita. cum propter cauſam expreſſam, & propter verba ſequentia, quæ illa declarant, ac propter clauſulam reſeruationis, quæ ex diametro cum eis pugnat. Dubium autem non eſt, quin
9 potius mens†partium, in contractibus inſpicienda ſit, quàm verborum conceptio. l. vltima, C. quæ res pign. obliga. poſſuut. & l. in conuentionibus. vbi: Aleia. ff. de verborum ſignif. cum alijs traditis latiſſime per Tiraq. in repet. l. ſi vnquam, in uer. libertis. nu. 58. C. de reuoc. don. & ſecundũ ipſam mentẽ uerba dijudicantur, reſtringun
10 tur, & ampliantur, etiam ꝗ de mente cõſtet†per extrinſecas cõiecturas potiùs quàm ſecundum cor-

corticem verborum.l.ſemper inſtipulationibus.
ff.de reg.iur.ita Caſtr.ad propoſitũ,in conſ.148.
viſo & examinato puncto.nu.1.in fi.1.vol. nouiſ
ſimorum.& hoc caſu propter mentem ſeruandã
11 †impropriantur uerba,Ang.conſ.68.Martinus.
nu.5.Alex.conſ.116.Animaduerſis.col.4.verſic.
Præterea cum hac concluſione.uol.2.& in conſ.
103.nu.3.6.vol.Alciat.in d.l.In cõuentionibus.
& in materia;finium, Corn.conſ.158.col.2.circa
medium,primo vol.de quo etiam per D. Craue.
in conſ.pro genero.nu.110. De mente autem in
caſu iſto partium,quòd non intellexerint termi-
nare territoria, ſed terrena illorum, conſtat ex
uerbis procemij ipſius iuſtrumenti,in quib.dici-
tur, quòd quæſtio, & controuerſia erat,ex quo
vna pars excedebat terminos occupando fru-
ctus alterius,& damnificando illam,& ſic reſpe
ctu proprietatis,nõ territorij, vel iuriſdictionis,
de qua nullum,vel minimum verbum fit. Verba
12 enim†procemij oſtendunt mentem partium cõ
trahentium.l.fi.ff.de hære.inſtit. Caſtr. d.conſil.
148.num.2. Dec.conſ.379. num.quinto, 1.vol.
& latè Tiraquel.in trac.ceſſan.cauſa. prima limi.
num.64.& ſequen.& Alcia.in d.l.in conuentio-
nibus.in prin.ubi dicit,quod hoc caſu expreſsè
conſtare dicitur de mẽte,tacitè modo de ea cõ-
ſtat ex natura contractus,ex qualitate rei,& per
ſonarum, vt per eum ibi : quæ omnia in caſu no-
ſtro concurrunt,ut inferius oſtendam. Secun-
13 dum etiam ſubiectam † materiam, & naturam
contractus verba interpretantur,vt præter Al-
ciat.ibi tradit Alex.in conſ.37. viſo dicto inſtru
mento.1.colum.3.volum.Rom.conſ.211.allega
tiones.prima colum.in fi. Corn.ad propoſitum
in d.conſ.158.ſecunda colu.& Cagnol.in l.ſem-
per in obſcuris.nu.20. ff.de reg.iu.& quod pro-
14 pter naturam † contractus impropríentur ver-
ba,a partibus in contractu expreſſa,probatur in
l.inſulam.ubi latè Iaſ.ff.de præſcript.verb. tradit
Dec.conſ.160.nu.2.& conſ.164.num.3.& con-
ſil.489.ante finem. Et Cagnol. in l.quoties idẽ
ſermo.num.4. ff.de reg.iur.ubi ꝙ magis attendi
tur ſubſtantia rei quæ geritur, quàm denomina-
tio a partibus facta. & dicit Aret. in conſ.160.
longa eſt, in 6. dubio, ꝙ qualitas pactorum de-
clarat contractum, etiam ꝙ alio vocabulo illum
appellent portes, vnde cum quæſtio inter par-
tes eſſet de terrenis, & locis proprijs illorum,
& de confinibus terrenorum, & locorum ſuo-
rum, quæ ipſę appellant territoria, non autem
de iuriſdictione ipſorũ locorum,de qua nullum
verbum fit,& trãſactio fiat ſuper eis, cui dubiũ,
ꝙ tranſactio ipſa tantùm reſpectu rerum, ſuper
quib.lis erat, vel timebatur eſſe poſſe, facta fuit,
non reſpectu aliarum.l.prima.ff.de tranſact.& l.
2. C.eod.tit.& tanto magis,quia conſiderando
15 qualitatem † perſonarum cõtrahentium (ſecun
dum reſponſionem Socini iun. pro diuerſa par-
te conſulentis, in allegato conſ.146.num.26.in
tertio volum.) quæ non poterat contrahere ſu-
per re ad illas non pertinente, ut eſt iuriſdictio)
non poteſt dici fuiſſe terminata territoria,nec il
la verba propriè ſtare,& accipi poſſe, repugnan
te mente, & poteſtate partium, & natura con-
tractus, ac ſubiecta materia, & ita in indiuiduo
in Conſilio allegaui deciſionem in terminis, So
ci.Iun.in conſ.139.in 3.vol.vbi nu.6.arguit non
fuiſſe terminata territoria, ex quo nulla quæſtio
inter illas vniuerſitates erat. & licèt in ipſo in-
ſtrumento ſæpe fuiſſet dictum,ꝙ ponebantur cõ
finia inter curiam,& iuriſdictionem illarum Cõ
munitatem,tamen illa verba ſtabant impropriè,
cum ipſi homines nullum ius haberent in ipſa
iuriſdictione,cui deciſioni nihil vidi reſponderi
in motiuis Clariſſimi Domini Arbitri,& cum vl
tra illã tot aliæ rationes cõcurrant, in caſu iſto,
certe non poteſt iure dubitari de hac veritate.
Quibus additur idem eſſe debere propter cau-
16 ſam a partib. expreſſam, ſecundum quam † ver-
ba quantuncunque generalia,in quauis diſpoſi-
tione inſerta,ſemper intelliguntur,& regulãtur,
l.ſi de certa. C.de tranſa.& maximè hoc in tran
ſactione procedit, Ang.in conſ.248. Pũctus eſt.
num.3.Cagnol.in d.l.ſemper in obſcuris. nu.21.
licèt ipſum citet ſub alio numero, & idem dicit
ipſe Ang. de clauſulis generalibus, & prægnan-
tibus, quæ reſtringuntur propter cauſam ſuam,
in conſ.189.viſa dicta quietatione. colum. pri-
ma, & Aretin.in conſil.163.verum eſt,colum.5.
uerſ.hoc præmiſſo dico. ubi ꝙ non comprehen-
ditur res, quæ non poteſt conuenire cauſæ libe
rationis expreſſę, licèt ex proprietate verborum
comprehenderetur,& idem tenet, colu.7. Idem
17 ꝙ a cauſa ſua expreſſa † contractus reguletur, &
reſtringatur,tradit Caſtr.ad propoſitum,d.con-
ſil.148.num.2.Iaſ. conſ.84.colum.pen. verſi.ſex
to pro eadem. 3.volum. & Dec. d.conſ.379.nu.
quinto.Cum igitur cauſa huius tranſactionis fi-
nalis expreſſa in dicto procemio,vt ſupra, ultra
eam non ſunt extendenda verba tranſactionis,
licèt ſecundum proprietatem illorum extendi
poſſent, ſed illa ſunt reſtringenda ad cauſam ip
ſam,etiam illa impropriando,vt dicunt Doct. ſu
prà citati. Quod tanto clarius eſt faciendum,
cum partes ipſæ inferius ſe declarauerint, an in
tellexerint ꝙ termini apponendi diuiderent ter
ritoria,vel terrena,ſuper quib. erat controuer-
ſia,& fiebat tranſactio,apponendo illam clauſu-
lam. Et quod totum illud terrenum, quod eſt a
dictis terminis vltrà uerſus Alpes, & uerſus Bar
gam,citra tamen iugum Alpium, uſque ad dict.
terminos,& infra dictos terminos, & infra dict.
cordas,ita per tractas,& pertrahendas, & a dict.
terminis ibidem ponendis, ſit, & intelligatur
Communis Bargæ, & hominum & perſonarum
eiuſdem. Licèt enim,vt dicitur in motiuis, præ-
cedentia ſoleant magis in ſubſequentia influe-
re,non tamen eſt,quin & ſequentia† præceden-
tia

tia declarent,& interpretentur, l.ſi ſeruus plu-
rium.in fi.ff.de leg.1. & ita tradit Anchar.conſ.
379.dubietas.2.colum. & ante eum Bar.conſil.
161.proponitur.num.3. Ang.d.conſil.68.nu.5.
& D.Cephal.conſil.13.num.13. etiam ſi offen-
dantur verba.Socin.l.prima,in fi. 1.notab. ff.de
reb.dub. & D.Crauet. in dicto conſil.pro gene-
ro.num.298.Poſtremo loco,quia ſi fuiſſent ter-
minata territoria,clauſula illa,Et ꝙ per verba ſu
praſcripta, non præiudicetur iuribus tertij, de
qua dicetur inferius:& illa,Saluo etiam & reſer
uato iure vtriuſque partis quo ad iuriſdictionẽ:
quæ ex diametro cum intentione aduerſæ par-
tis pugnat,vt oſtendi in Conſilio, & etiam ſuper
ea aliqua verba faciam inferius ad corroboratio
nem aliorum ſcriptorum,induceret cõtradictio
nem,& repugnantiam. Ad euitandam hanc con
trarietatem verba ſunt improprianda, ut per
D.Crauet.in dicto conſil.pro genero.num.310.
Conſtat igitur neceſſario dicta verba non eſſe
intelligenda,vt intelligit pars aduerſa, & pungi-
tur in motiuis,quòd ſtent propriè,quia tot regu
læ iuris repugnarent, quæ concordant impro-
priando,& intelligendo illa, prout verè debent
intelligi per prædicta & peralia in primo Con-
ſilio adducta.

Nec me mouet,quòd in ſecundo inſtrumen-
to appoſitionis terminorum, fuerint etiam ap-
poſita dicta verba, diuiſionem ſeu terminationẽ
territoriorũ,non terrenorum cõcernentia,tum
quia primo illud inſtrumentũ fuit funditus nul-
lum,& inualidum, ex quo ad illud deuẽtum fuit
per dictos aſſertos Commiſſarios principum,
nullum habentes mandatum a dominis ſuis,quę
mandata,cum ſcripturam exigant,vt ſupra, non
præſumuntur ex diuturnitate temporis,tũ quia,
cum illud ſecundum inſtrumentum habeat rela-
tionem ad primum, & primum ſit interpretan-
dum neceſſario de confinatione terrenorum,nõ
territoriorum, certè ſecundum, ſecundum pri-
19 mum † venit intelligendum,& referens aliter prę
ſumitur erraſſe.Card. conſil.112.de ſingulis.pri
ma colum.Alex.conſ.9.ponderatis.colum.pen.
verſ.& hoc ſaltem.5.uolum. Dec. in l.edita. nu.
86.C.de eden.& in l.pen.num.2. C.de inſtit. &
ſubſtit.& in conſ.63.colum.3.& 4.Cur.iun.con
ſil.92.nu.8.& ſequen. Ripa in l.admonendi.nu.
36.ff.de iureiuran. & Alciat.in authent. ſi quis
in aliquo.C.de eden.

Sicut etiam nihil facit, quòd in alio exemplo
illius inſtrumenti anni 1454.dicatur, quòd erat
quæſtio de confinibus, tũ quia illud patitur ean-
dem difficultatem,quo ad iuriſdictionem,quam
patitur hoc ſecũdum, & verba illa ſunt eo pacto
in eo interpretanda,vt in caſu iſto,cum nulla eſ-
ſet quæſtio de iuriſdictione, nec vnquam fuerit
niſi a modico tempore citra,& ibi fuere reſerua
ta iura principum,reſpectu iuriſdictionis, prout
etiam in hoc ſecundo, tum etiam quia pars ad-
uerſa non poteſt ſe fundare in dicto inſtrumen-
20 to,cuius exemplum pro parte noſtra † fuit pro-
ductum, ex quo illud negauit. cap.ex eo.de reg.
iur.in 6.Bartol.in l.poſt legatum. num.11.ff.de
his, qui ut indig.

Ceſſat etiam id, quod in motiuis conſidera-
tur,quòd ex quo cõpoſitio facta fuit coram do-
minis vtriuſque territorij, arguitur,quòd de eo
rum pręiudicio tractabatur,aliàs potuiſſent ſine
eis inter ſe componere,& conuenire,quia uerba
dicti inſtrumenti tollunt hanc cõſiderationem,
ſi quidem in dicto procemio dicitur,quòd ob oc
cupationem,& exceſſum terminorum,partes et
venerant ad arma, & iniurias,ac offenſam ſibi in
uicem intulerant,propter quod,ne ſequerentur
maiora ſcandala, Principes ſe interpoſuerunt.
Nimirum igitur ſi ea de cauſa corã eis facta fuit
cõpoſitio (ſi facta fuit,de quo ſemper dubitaui)
quia ad ſedandum huiuſmodi diſcordias, opus
fuit opera ipſorum Dominorũ.Quod & ex alio
factum fuit,quia fuit conuentum, vt omnes pœ
næ & condemnationes hinc inde debitæ, & fa-
ctæ,caſſari deberent,quod inter ipſas ſine Princi
pibus,quibus debebantur,fieri non potuiſſet.

Quinto loco motiuatur,non obſtare ea, quæ
per me fuere adducta in Conſilio de reſeruatio-
ne iuriſdictionis partiũ, quia præter alias reſpõ-
ſiones datas per Excellentiſ.Iuriſconſultos, qui
pro aduerſa parte ſcripſerunt, cum ſit reſeruata
iuriſdictio utriuſque partis, quæ erant Cõmuni-
tates colligitantes, quod ego videor admittere
in dicto meo Cõſilio, quib.nulla iuriſdictio com
petere poterat, reſeruatio nihil operatur, cum
non entis, nullæ ſint qualitates, aut reſeruatio.
21 Nec eſt abſurdum vt clauſula, † quæ non poteſt
operari,nihil operatur, Fely.in cap.cauſam,quę.
colum.6.verſ.ad illud brocardicum, de reſcript.
vbi ꝙ illud dictum,ꝙ verba debeant aliquid ope
rari,reſtringitur, ſi iuris ratio patiatur, & magis
attenditur ſanus intellectus, etiam ſi verba nihil
operentur.Comenſ.conſ.107.in vltimis verbis.

Sed hoc motiuum facillimè ſoluitur, quando
quidem non verſamur in caſu,in quo dicta clau-
ſula reſeruatoria non poſſit aliquid operari:cum
enim iam probatum ſit, ꝙ partes ipſæ, videlicet
Communitates illæ non intellexerint velle ter-
minare territoria,quod etiam facere non pote-
rant,vt ſupra abundè comprobatum extitit,qua
re nõ fuit etiam eis licitum apponere illam clau-
ſulam reſeruatiuam iurium iuriſdictionis ad cau
telam,ne propter verba ſuperiora de territorio,
& iuriſdictione,mentionem facientia,poſſet du
bitari,an voluiſſent terminare territoria,uel ter
rena, & an illa uerba ſtarent propriè,vel impro-
priè,cum propter cõtradictionem,& repugnan
tiam euitandam illa impropriè veniant accipien
da,vt ſupra concluſum extitit. Operatur igitur
hoc caſu talis clauſula, & operari poteſt, quia
22 dubium † tollit,& ambiguitatem,l.quæ dubita-
tio-

tionis.vbi Cagnol. ff.de regul.iuris.

Præterea dicitur in motiuo,quòd dicti Princi
pes,& orator non erant ibi, vt partes, quod ego
videor admiſiſſe. Ego dico me plures reſponſio-
nes ad conſilium Soci. iun. contra partem no-
ſtram conſulentis attuliſſe,& inter cæteras,quòd
etiam ſi verum eſſet, quòd Principes non fuiſſent
partes in contractu,ſed tantummodo tamquàm
conſentientes, vt ipſę ibi,num. 26.tangebat, non
poterat ſtare quòd ipſę partes potuiſſent facere
ea,quæ ad ſe non pertinebant,& de quibus nulla
erat controuerſia. Quo fit vt minimè admiſerim,
Principes non fuiſſe partes,quod verius videtur
eſſe,imo vt partes interueniſſe, cum & ipſi pro-
miſerint,& ſe obligauerint,vt in ipſo inſtrumen-
to. Vnde ſequitur, vt ipſa clauſula ſuũ effectum
operari ex hoc capite poſſit. Quinimò & ſi ipſi
Principes in eo contractu fuiſſent tertij tantum,
non autem partes, adhuc ceſſaret etiam funda-
mentum partis aduerſæ, autumantis illa verba,
territorij,& iuriſdictionis,præiudicaſſe Sereniſs.
Duci Ferrariæ, propter aliam clauſulam appoſi-
tam in dicto inſtrumento, & quòd per verba ſu.
praſcripta non præiudicetur iuribus tertij.Nam
iſta clauſula conſeruauit etiam ius ipſius iuriſdi-
ctionis, dictis Principibus,iuxta tradita per Do.
Crauet.in conſil.29.num.8. & in alijs locis Do-
ctores: verùm quia ſuper iſta clauſula reſeruatio
nis in Cõſilio abundantiſſimè ſcripſi, & illic oſtẽ
di illam omnino iuriſdictionis iura illæſa reſer-
uaſſe,& ſuum effectum operari poſſe, & debere,
ſuper hoc ulterius non inſiſtam,maximè quia ea
non tolluntur per adducta in motiuis..

Additur ſexto loco,in dubijs,quòd ubi dicta
clauſula poſſet intelligi reſeruaſſe Principum iu
ra,non eſſet abſurdum intelligere,& reſtringere
illam ad regalia, & gabellas, quæ ſunt antiquæ
exactiones,vt teſtes aliqui deponunt.

Sed certe abſurdiſſima eſſet hæc interpreta-
tio, & reſtrictio, ex quo ex teſtibus examinatis
conſtat,ꝙ Sereniſs.Duces Ferrariæ ſemper exer
cuerunt iuriſdictionem in dictis locis,circa om-
nes actus ipſam iuriſdictionem concernentes,
nec eſt probatum, partem aduerſam unquam ta
les actus in ea exercuiſſe.Et poſito ꝙ aliquos tã-
tùm actus,vt gabellarum,& regaliarum exactio
nes,non propterea clauſula illa ad illos tantum
actus poſſet referri, cum indefinitè iuriſdictio-
nem reſeruet,& per vnum actum iuriſdictio quo
23 ad omnia acquiritur, † vel retinetur,Brun.con-
ſil.34.nu.14.de quo per Hieron.de Monte,in tra
cta.de finibus,in c.78.ubi ponit nonnullas decla
rationes ad caſum noſtrum facientes.

Et cum ſupra abundè, & in Cõſilio oſtenſum
ſit,non fuiſſe in dicto inſtrumento terminata ter
ritoria, quæ ad prædictas vniuerſitates non per
tinebant, & de quibus nulla erat controuerſia,
etiam ex auctoritate eorum, qui contrarium in
hac cauſa, reuoluto mantello conſuluerunt, vt
Soc.iun.in dicto conſilio 139. in qua cauſa con
ſuluerat etiam pro illa ſententia Magnif. D.Mar
cus ab Aſinis,nunc Aduocatus contrarius, qui-
24 bus in hac cauſa veluti teſtibus varijs, † minimè
eſt credendum,D.Crau.conſil.16.in fi.& etiam,
quia ipſi Principes interuenerunt, vt partes in
contractu; & quatenus interueniſſent vt tertij,
etiam iuratis fuiſſe reſeruata,ut ſupra, ceſſat etiã
id quod ſeptimo loco pungitur in motiuis,quòd
dicta clauſula poſſit importare reſeruationem iu
riſdictionis minimę Caſtris competentis,ſecun
dum opinionem Soc. iun. in dicto conſilio, de
quo tetigi in dicto Conſilio meo,& certè abſo-
nus intellectus eſſet, quòd fuerit facta termina-
tio territorij, quo ad iuriſdictionem Principum
magnam,de qua nulla erat controuerſia,& ꝙ ad
vniuerſitates non pertinebat,& fuiſſet reſeruata
hęc minima:ſed non eſt mirum, ſi Doctores con
ſulentes pro diuerſa parte mirum in modum ſe
torſerunt,ut defenderent eorũ conſultationes,
a dicta clauſula reſeruationis clara, & ſi oportue
rit illi dare extrauagantes, & abſurdos intelle-
ctus,quia ſic accidit ijs,qui veritatem oppugnãt,
& magis conſulunt pecunię,quàm iuſtitiæ,quod
etiã videre licet ex conſilio Auguſtini Beroi pro
parte aduerſa in hac cauſa edito,21.in 3.volum.
num.21. vbi primo voluit illam clauſulam debe
re intelligi reſpectu iuriſdictionis aliorum loco-
rum,non expreſſorum, nec ſpecificatorum: qui
intellectus quãtum a vero ſenſu diſtet, nemo eſt
qui non videat. Nam vana fuiſſet exceptio, & re
ſeruatio, ſi non comprębenderet loca confina-
ta, & incongrua, cum non conueniret regulæ,
25 † nec eſſet de ea, vt per Doctores in l.1.vbi Ca-
gnol.num.23.ff.de reg.iur.& cum clauſula huiuſ
modi reſeruatiua eius ſit potentiæ,ut præceden
tia moderet,& ius prius cõpetens omnino con
ſeruet,quinimmo ſi aliter fieri non poſſit,corri-
gat præcedentia, vt fuſiſſimè in Conſilio oſten-
di.Ceſſat etiam alia reſponſio ipſius Beroi,num.
23. de clauſula generali, ꝙ non comprębendat
ſpecificata,ſed & leuior videtur alius intellectus
ipſius Beroi,ibi.num.13.quòd reſeruatio vniuer
ſitatum comprębenderet tantùm iuriſdictionẽ
paſſiuam,non actiuam:quia cum paſſiua ſit corre
latiua actiuæ, non poteſt eſſe reſeruata vna ſine
26 altera, cum ſtatutum in vno † correlatiuorum,
cenſeatur & in altero ſtatutum.l.fin.vbi late Iaſ.
col.3.& 4.C.de indic.vidui.tol.cum alijs,de qui
bus per Euerar. in ſua Topica legali, in loco
76. A Correlatiuis.

Ad illud autem,quod dicitur in motiuis, me-
me memoria feſelliſſe, dum in Conſilio meo ci-
taui aliud inſtrumentum anni 1457. continens
etiam talem reſeruationem,quam verè non con
tinet,reſpondeo, quòd in exemplari meo inue-
nio me allegaſſe inſtrumentum exhibitum a Bar
genſibus de anno 1547.& ſic illud exemplum in
ſtrumenti celebrati de anno 1454. licèt non ne-
gaue-

gauerim exemplum conſilij potuiſſe eſſe erratũ.
Ad id atũ, quod octauo loco reſpondetur ad
coniecturas, & præſumptiones falſitatis, dictorũ
inſtrumentorum, quòd leuiores ſint, quàm ut
27 inter tantos Principes attendi debeant, iuxta di
ctum Bal. in conſilio 251. ante fin. lib. 5. dicitur
imo eſſe graues, & ponderoſas, & conſideratas
per Doctores in his terminis, vt in Cõſilio, nec
conſtat, quòd in caſu Bal. fuerint tales, quia non
ſic reſpondiſſet, cum nec textus per eum citatus
id dicat, & Bald. dicit tantùm, quòd multa hinc
inde dicebantur, & propterea illæ omnino ſunt
dignæ maxima conſideratione, & maximè cum
nulla Principibus impingatur nota, cum eis igna
ris potuerint fabricari, licet pro hac noſtra par-
te extent tot, & tanta fundamenta, & rationes,
vt arbitrer talia inſtrumenta in nihilo obeſſe poſ
ſe parti noſtræ, etiam ſi veriſsima fuiſſent.
Subiungitur nono loco, quòd ſuppoſito illo
inſtrumẽto pro vero, terminatio territoriorum
Principi Ferrariæ præſenti, & conſentienti ob-
fuiſſe videatur, etiam quòd nihil pepigiſſet, per
tradita per Bar. in l. quæ dotis. nu. 20. ff. ſol. matr.
Sed & hoc ex præcedentibus fuit ſolutum. Pri-
mo, quia non fuit facta terminatio territoriorũ,
vt in Conſilio, & late ſupra, quarto motiuo diſ-
ſerui. & quatenus poſſet dici, quod facta fuiſſet,
clauſulæ appoſitæ reſernatiuæ tollunt omne du
28 bium, cum ipſi Principes partes † fuerint, promit
tendo, & conueniendo, vt in dicto inſtrumento,
ex quo fuere præſentes, & nominati in inſtru-
mento, iuxta tradita per Doctores in cap. ſuper
eo. de offic. deleg. & Marſ. ſingul. 295. Clauſula.
vbi de tertio in inſtrumento non nominato, &
quatenus haberentur pro tertijs, ex alia Clauſu
la, quòd tertio non præiudicent iuuantur. Vt nõ
omittam, quòd poſito quod poſſet dici, ipſas
vniuerſitates potuiſſe apponere terminos terri-
torij, quod ad illos non pertinebat, & quod con
ſenſus præſentinm Principum eis obeſſet, cum
& ipſi appoſuiſſent illam clauſulam reſeruatiuã
quod nullum fieret præiudicium partibus, reſpe
ctu iuriſdictionis, quæ pariter ad illas non perti-
nebat, non poteſt pars Florentię vnam partem
acceptare ſine altera. & ſicut cõſenſus ipſius D.
Ducis ſibi obfuiſſet in permittendo, quod appo
nerent illa verba. territorij, & diſtrictus, ita con
ſenſus Cõmiſſarij Flotentiæ ſibi obfuit permit-
tendo, quod pariter apponerent illam reſerua-
tionem, nec pars aduerſa (vt dixi) poteſt accepta
29 re inſtrumẽtum pro parte, ſed tenetur † accepta-
re in totum, aut totum reſpuere. l. cum quęritur.
ff. de adminiſtr. tut. ad fin. late Cagn. in l. ſecun-
dum naturam. num. 8. ff. de regul. iur. & Tiraq. in
tract. de retractu conuentio. in ſi. num. 4. & ſeq.
quod æquiſſimum eſt, cum forte prædictus Se-
reniſs. Dux non conſenſiſſet, vt illa priora ver-
ba, quæ terminationem, & confinationem iuriſ-
dictionis importare poſſent, apponerentur, niſi
etiam fuiſſet addita illa clauſula reſeruatiua,
& modificatiua, quæ illa declararet, modera-
tet, vel corrigeret.
Decimo loco, quo ad homines Plebis dubi-
tatur, vt de mandato partium, ſatis ex coniectu-
ris videatur probatum, cum non ſit veriſimile
Commiſſarium illum oratotem, cum tot ho-
minibus acceſsiſſe ad illum Principem, & ea fe-
ciſſe, de quibns in inſtrumentis, ſine mandato,
vt latè in motiuis proſequitur Clariſſ. motiuans,
30 † iuxta tradita per D. Crauet. in 2. par. num. 69.
ſui tract. de antiquit. temp. quæ eſt alia limitatio
ab ea, quæ de ennntiatione mandati, cum lapſu
temporis ponitur, nume. 62. cum nec ueriſimile
ſit, eos impenſas tales feciſſe, & labotes illos paſ
ſos fuiſſe, ſi mandatum non habuiſſent, vt ibi. nu
mero 65. ut mirum uideatur, quòd in meo Con
ſilio in uer. nec iſto caſu, adduxerim etiam opus
eſſe ſcientia principalium, cum hoc caſn manda
tum ſine diuturnitate temporis præſumatur.
Sed ad hoc motiuum reſpondetur, quod pri-
mo reſpectu illius Commiſſarij, illa coniectura
expenſę & laboris nihil facit, cum ſcriptura re-
quireretur, vt ſupra oſtendi in reſpõſionibus ad
ſecundum motiuum. Reſpectu uero dictorum
hominum vniuerſitatum, quo ad enuntiationẽ,
31 illa nihil facit † ſine ſcientia dominorum, ut con-
cordant fędere diſtinctionis, opiniones diſſo-
nas. Brunus in his terminis, in conſ. allegato 95.
num. 3. & alij, quos in Conſil. citaui. Quo ad ſe-
cundam limitationem, quòd nõ ſufficiat impen
ſa talis, niſi etiam concurrat ſcientia partis, nõ
fui loquutus ſine lege, vel auctoritate, ſe nidean-
tur Doctores citati per me: nam licèt tenentes
limitationem fundẽt ſe in præſumptione. l. cum
de indebito. ff. de probat. tamen alij Doctores, il
lam declarantes, vt Cagnol. in l. velle non credi
tur. num. 19. in 2. limitat. ad fin. verſ. quinimmo
in puncto. ff. de reg. iur. & Fernan. Vaſqui. in con
ſilio citati, pulcherrime declarant, exigi etiam
32 ſcientiam, & patientiam dominij. † adducentes
maxime Vaſqui. optimam rationem, quia aliàs
ſequeretur, quod ob modicam impenſam poſ-
ſet quis in re maxima domino præiudicare, quę
declaratio optime conuenit caſui noſtro, cum
impenſa, vel labor horum hominum, non fuerit
talis, ut quaſi erumnas Herculis paſſi fuerint, ſit
præſumendnm eorum mandatum, & tanto mi-
nus, cum appareat ex inſtrumento ipſo, quod ta
lia mandata non fuere, tanquàm legitima admiſ
ſa, ex quo fuit conuentum, vt omnino infra men
ſem deberet ſubſeqni ratificatio, aliàs contra-
ctus eſſet nullus, vt in Cõſilio, & dicã ẽt inferius.
Quod modo ſubiungitur in motiuis, ꝙ cum
mandatum præſumatur, non fuerit opus ratifica
tione, per tex. in l. ſi procurator. §. i. ff. de condic.
indeb. falſum eſt in caſu noſtro, quia licet non
requiratur ratihabitio domini mandato inter-
ueniente, ut in dicto textu, illud tamen non pro-
cedit,

cedit, quando etiam ſtante mandato partes con
ueniunt, ꝙ debeat fieri ratificatio † infrà certum
tempus, alias contractus ſit inualidus, quo caſu
non loquitur ille textus, nec alius Doctor, quē
viderim: hoc enim caſu ſtante expreſſa conuen
tione partium mille mandata non ſufficerent,
& maximè, quando fuit promiſſa, & conuenta
ſub conditione, & cum decreto irritanti, vt in di
cto instrumento, de quibus latè diſſerui in Con
ſilio, in ver. tertiò cum in dicto instrumento.

Quib. ego addo conſilium Dec. 532. multum
ad propoſitum, vbi fuit facta promiſſio de ratifi-
cando infra menſem, ſecūdum certam formam
ſtatutorum vrbis, alias contractus eſſet nullus.
Et quia ratificatio fuerat ſubſequuta ſine illa for
34 ma, † reſpondit, nullo modo ſtandum eſſe con-
tractui, quæ deciſio non poſſet eſſe magis ad pro
poſitum huius ratificationis promiſſæ, & hoc cō
ſilium Decij ſequitur etiam Auguſt. Bero. conſ.
176. num. 65. primo volum. Dum autem vnde-
cimo loco pungitur in motiuis, quòd negari nō
poſſit obſeruantiam fuiſſe ſubſequutā, reſpectu
capituli alternæ fruitionis paſcorū, quod vide-
tur efficacius, & grauius, reſpondetur, quòd nō
ſufficit etiam quòd in aliqua parte instrumentū
fuerit obſeruatū, ſi non obſeruetur in totū, quia
Doctores citati per me in Conſilio in hac mate
ria, exigunt obſeruantiam factam fuiſſe ad for-
mam, & iuxta tenorem instrumenti, vt ex illis
videri poteſt, & propterea nō ſufficit quod hoc
capitulum fuerit obſeruatum, quia non propte
rea poteſt dici fuiſſe obſeruatum instrumētum,
ſed receſſum ab instrumento. Nec admitterem
etiam hoc capitulum grauius eſſe cęteris, vel ma
ioris importantiæ, cum longè grauius ſit capitu-
lum nemorum, ex quibus maior, & continuus
fructus, omnibus tēporibus percipitur. Et quod
instrumentum non dicatur fuiſſe obſeruatum,
& propterea illi ſtandum non ſit, licèt in aliqua
35 parte fuerit obſeruatum, † in indiuiduo tenet
Auguſt. Bero. in conſ. 115. nu. 38. & 39. 1. volū.
poſt Alex. per eum citatum, in conſ. 6. col. 2. li. 1.
Pręter id, quod reſpectu illorū paſcuorum dici
poteſt instrumentum non fuiſſe obſeruatum, cū
non ſecundum confinia eis deſignata in eo, illis
vſi fuerint, & poſſet eſſe etiam, quod dicta pa-
ſcua ex alijs cōtractibus præcedentib. eo mō eſ
ſent vſufructuanda, & maxime ex instrumento
anni 1454. vbi ſit ſimile pactum huius alternæ
fruitionis. nec vmquàm audiui vel legi in dicta
cauſa, quòd reſpectu dictorum paſcuorum aliter
vmquàm fuerit ſeruatum inter partes.

Duodecimo obijcitur, quod licèt factum fue
rit pactum de ratificando, ex quo tamen fuit in-
ſtrumentum mandatum executioni, non vide-
tur ꝙ amplius ab eo recedi poſſit, quod ſemel
placuit. Sed & hoc tollitꝛ. Primo, quia negamus,
hoc instrumentnm appoſitionis confinium va-
luiſſe, vel valere, ex quo non conſtat, ꝙ Commiſ-
ſarij Principum haberent mandatum, qnod in
ſcriptis exigebatur, vt ſupra oſtenſum eſt. Secun
do & ſi habuiſſent, non propterea partes cenſe-
rētur receſſiſſe a pacto de ratificatione infra mē
ſem facienda, quia nemo præſumitur in cōtinen
ti ſe corrigere. l. nam ad ea. ff. de conditio. & de-
monſtr. & poſſunt ſimul ſtare vtraque instrumen
ta quod fuerit conuentum de ratificatione in-
fra menſem facienda, cum decreto irritanti: &
quod interim affigerentur termini, quos partes
in primo instrumento, pro affixis, & appoſitis
habere voluerunt, quæ tamen affixio, & omnia
inde ſequuta, tollerentur, & caſſarentur non ſub
ſequuta ratificatione, iuxta tenorem pacti: vitan
da enim eſt correctio conuentionum, & quan-
do poſſunt concordari ſunt concordanda, vt ſe-
36 cundum instrumentum, ſecundum primum † in-
telligatur, Bar. in conſil. 72. colum. fin. Alex. con-
ſil. 94. in 3. volum. & conſil. 40. in 4. volum. Dec.
& Alciat. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. quæ ad
duxi etiam in conſilio ad aliud propoſitum. Ter-
tio cum ratificatio hoc caſu eſſet conuenta ſub
conditione, & exigeretur pro forma, non fuit ſa
37 tis, ſi facta fuiſſet facto, & non ſeruata † illa for-
ma, vt per Dec. d. conſil. 532. & per Ruin. conſil.
69. num. 13. 3. volum. & Bero. conſil. 134. num. 5.
& 6. primo volum.

Et licèt in d. instrumento fuerit dictum, ꝙ
omnia intelligantur bona fide, ad rectum, & bo-
num ſenſum, ac purum intellectum, & inter Prin
38 cipes † de apicibus non ſit diſputandum, Bald.
conſil. 365. num. 2. in 5. nihil tamen oſtendit in-
tentionem noſtram, ſed iuuat magis, cum hic
non agamus de apicibus iuris, ſed de obſeruan-
tia conuentionum, quæ eſt ſecundum bonam fi-
dem, cum nihil ſit tam congruum humanę fidei,
quàm pacta ſeruare. l. prima, in princ. ff. de pact.
l. 1. ff. de conſtitu. pecun. Vnde cum pacto con-
uentum fuerit, ut infra menſem ratificatio certa
39 forma fieret, & quæ per partes † promiſſa fuit,
& facienda erat, vt per Caſtren. in conſil. 281.
in cauſa iſta. colum. pen. num. 9. 1. volum. nec fue
rit facta, & propterea ſecundum pactum contra
ctus fuerit reſolutus, & annullatus, ſubindeque
aliter fuerit obſeruatum, quàm in instrumento
ipſo conuentum fuerit, certè non videtur hoc
caſu fieri contra bonam fidem, nec de apicibus
iuris, ſed de ipſa rei ſubſtantia tractari.

Obijcitur decimotertio, ꝙ reſpectu cæſuræ ne
morum, uidentur melius prubata per partem ad
uerſam, ut in motiuo: ſed hoc negamus, cum plu
res, & digniores, & non ſuſpecti deponant, pro
hominibus Plebis, vt in Cōſilio fuit oſtenſum.
Nec eſt uerum. ꝙ hæc cæſura fuerit recens a ui-
gintiquinque annis citra, ut dicitur deponere
decimumquartum teſtem, quia immo illa, ut om
nes dicunt, fuit antiqua, a recordatu illorum, &
multi deponunt de annis quinquaginta, & de
annis quadragintaquinque, vt ex teſtimonijs
ipſo-

ipſorum cernere eſt. Et licèt aliqui dicant, quòd
ab annis vigintiquinque, maior fuerit facta in-
ciſio, non ſequitur, quinetiam ante illa non fue
rit facta, licèt non tam magna. & licèt vnus au-
diuerit terminos ſe extendere ad Verruculam,
nihil officit eius teſtimonium de auditu. c. licèt
ex quadam. de teſti. cum alijs, quæ in Cõſilio ad
hoc propoſitum teſtium de auditu loquẽtium
adduxi. ex quibus conſtat adducta in Conſilio
reſpectu harum probationum adhuc ſubſiſtere,
& non eſſe reſoluta, vt dicitur in motiuo.

Ad ea autem, quę dicuntur de teſtibus depo
nentibus de exiſtentia terminorum, ſatis eſt re-
plicare ea, quæ in Conſilio adducta fuere, quòd
reprobantur per teſtes noſtros, & quòd ſunt cõ
trarij, & ſuſpecti, ac habent intereſſe in cauſa, cũ
noſtri ſint ab omni ſuſpitione alieni. Et quia
etiam quòd termini illic fuerint affixi, vt dicit in
ſtrumentum, ex quo affixio non valuit, & fuit re
ſoluta, vt ſupra comprobatum extitit, illa nihil
obfuit, vel obeſt Plebanis, & tãto minus, ex quo
non fuere illi termini obſeruati, vt ex probatio-
nibus conſtat, & quia tam ſuper hoc, quàm ſu-
per teſtificatibns teſtinm aduerſariorum, depo-
nentium de auditu, & fama, abundè ſcriptum
eſt, nec in motiuis adducitur aliquid, quod illic
adducta tollat, ſuper his vlterius non inſiſtam.

Sicut etiã non eſt opus inſiſtere, an teſtes de
vniuerſitate probent, necne, cum ex adductis in
Conſilio appareat, receptiſsimam eſſe opinio-
nem, quòd non, quando habent commodum in
particulari, vt hic: nec hoc caſu eſt arbitrarium
40 iudici, qnanta fides † ſit eis adhibenda, cum in
totum reijciantur, nec aliter. Bald. conſilio 420.
colum. 3. in primo. & Fel. in cap. inſuper. nu. 6. 5.
fallen. de teſtib. tenent, imò hanc partem ſequũ
tur. Nec poſſunt iungi, cùm alijs idoneis, ex quo
41 in totum ſunt † inhabiles, vt declarat Fely. met
citatus in motiuis, in allegato ca. teſtimonium.
num. 5. ſecunda colum. eod. tit. vltra quod, cum
alij teſtes aduerſarij patiantur & ipſi exceptio-
nes, quia ſunt ſubditi, ut in Cõſilio adduxi, non
42 poſſunt dictum aliorum parum † habilium ſup-
plere. D. Crauetta. conſi. 6. nu. 125.

Quod autem ſubiungitur in motiuis, quòd li
cèt aliqui ex terminis prędictis non appareant,
nec congruant loca deſignata a Bargenſibus, ſa-
tis tamen eſt, qnòd extet terminus Verruculæ
immutabilis, a qno cæteri regulam ſumere de-
bent, nihil obeſt, qnia hoc non tollit, quin tol-
latur præſumptio, quòd fuerint affixi termini,
vt ex ſecundo inſtrumento dicitur, & deponere
videntur aliqui ex teſtibus aduerſarijs, & quòd
inſtrumentum non ſit hoc reſpectu etiam ſu-
ſpectum.

Decimoquarto loco obijcitur in motiuis,
quòd fuerit interrupta præſcriptio hominum
Plebis, ex quo de anno 1547. fnerunt per Prin
cipes miſſi Commiſſarij, & coram eis interuene-
43 runt † partes, iuxta trad ita per Balb. in tract.
prædicto, tertia parte ſextę partis principalis,
quatta quæſtione, num. tertio, 9. & 20. & tanto
44 magis, † cum ipſi videantur in mala fide, capit.
fin. de præſcriptio. ex qno per inſtrumentum an
ni 1457. erat eis prohibita cęſura lignorum.

Sed & hoc minus cæteris obſtat, ſiquidem pri
mò non poteſt dici interrupta præſcriptio, licèt
fuerint miſſi illi commiſsarij qui fungebantur ui
ce arbitratorum, coram quibus aliquid hinc in-
de per partes, fuerit dictum, uel allegatum, quia
hic non eſt modus interrumpendę præſcriptio-
45 nis, ut ad propoſitum † tradii Oldrad. conſilio
176. factum tale eſt, in 1. quæſt. Secundò requi
rebatur litis cõteſtatio, ut interrumperetur: quę
non tantùm non interuenit, quòd conſtet, ſed
nec etiam citatio alicuius partis, nec mãdatum
aliquod dictarum vniuerſitatumm cùm nulla
acta, facta fuerint coram eis, & verſamur in præ
46 ſcriptione † cum titulo, & bona fide, propter di
uiſionem factam cum hominibus Rochæ, ut di-
xi in Cõſilio, citando in terminis, Soc. conſ. 15.
nume. 6. in tertio, quo caſu deciſio Balbi, facit
pro parte noſtra, in loco præcitato, nume. 7. &
47 bona fides † præſumitur. l. pen. C. de euic. Alcia.
in tract. pręſump. regula tertia, præſump. quinta.
Nec hoc caſu inſtrumentum prædictum poteſt
inducere malam fidem, cum fuerit nullum, & in
ualidum, & non fuerit ſubſequuta ratificatio cõ
uenta, & patitur tot defectus, vt impoſſibile ſit
de iure poſſe illud ſuſtinere, vt tam in dicto Cõ-
ſilio, quàm ſupra apertiſſimè fuit oſtenſum, &
ſufficit quòd ipſi homines ducti fuiſſent erro-
re iuſto, ad ſic credendum, vt per citatos per Al
ciat. in dicta pręſumpt. præter id, quod cum ipſi
homines ſemper poſſederint a tempore dictæ
diuiſionis citra, ut uidentur firmare teſtes depo
nentes a tempore ſui recordatus citra, præſcri-
ptio etiam dicto anno 1547. erant finita, & com
pleta, & interrumpi non poterat. Quibus ſtan-
tib. nullus timor poteſt tenere ipſos Plebanos,
ut poſſint teneri ad damna nemorum huiuſmo-
di, cum ipſi in ſuo inciderint, nec apparet alicu-
bi de dominio Bargenſium, vel aliquo eorum iu
re, niſi ex his inſtrumentis talibus, qualibus, in-
ualidis, & nullis, & quæ numquam habuerunt ef
fectum, executionem, uel obſeruantiam, ut in to
to proceſſu conſtat, & in quibus nullum poſſunt
iuſtè facere validum fundamentum.

Decimoquinto motiuatur reſpectu inſtru-
menti anni 1454. cuius exemplnm pro parte
noſtra fuit productum, vt ei nõ ſit credendum,
ſed dicto inſtrumento anni 1457.

Sed certè per hoc motiuum, non ſunt ſubla-
ta ea, quæ in Conſilio meo fuere adducta ſuper
hoc, & primò non poteſt adhiberi fides teſtib.
aduerſarijs, deponentibus, exemplum huius
vltimi datum fuiſſe, quia habent intereſſe in cau
ſa, & vnus eſt aduocatus. Noſtri autem nullas ex

ceptiones patiuntur, & licet non uideantur re-
ctè exemplata, tamen illud tunc exhibitum erat
defectiuum, & ſtabat eo modo, quo nunc ſtat
exemplum repertum hac lite pendẽte, quod au-
get ſuſpicionem huius nunc producti, nec veriſi
milius eſt, quod fuerit exhibitũ illud, quod nunc
eſt productum cum ſequenti deſcripto in eo fo-
lio, quia illud primum erat releuatum per alium
notarium, nepotem illius Benedicti, qui, vt dici-
tur, fuit rogatus de illo inſtrumento: hoc autem
eſt releuatum per eummet Benedictum. Nec, ꝙ
ipſa duo ſint in eodem folio, facit rem ueriſimi
lem, ex quo primum anni 1457. non fuit exhibi
tum, nec ſecũdum releuatum per dictum Bene-
dictum: quinimò illud, eſſe ambo deſcripta in eo
dem filio, augent ſuſpitionem, ex quo veriſimi-
liter fuere releuata eodem tempore, & ſcriptura
videtur facta diuerſis tẽporibus: nec mihi etiam
viſa fuit unius, & eiuſdem manus, & antiquitus
inſtrumenta non ſolebant ſcribi in his folijs, ſed
in membranis rotulis, nec memini me inſtrumẽ
tum antiquum legiſſe, vel vidiſſe releuatum in ta
libus folijs membranis, niſi eſſent libri inſtru-
mentorum, quæ tamen dicta ſint ex abundanti,
cum data etiam eorum veritate, nihil nobis offi-
ciant. Nec eſt verum, quòd hoc inſtrumento an-
ni 1457. tolleretur illud anni 1454. propter clau
ſulam decreti in eo appoſitam, cum ipſi compa-
tiantur inuicem, & non ſint contraria, vt in con
ſilio oſtendi.

Ad id autem, quod decimoſexto loco dicitur
in motiuis ſuper hoc inſtrumento, quòd ex quo
non appareat de laudo lato per Rempublicam
Senenſem, confinia nemoris, de quib. in eo, red
duntur incerta. Reſpondetur, quòd illa relatio
facta ad alia confinia, de quibus in dicto laudo,
non officit, vt reſpectũ confinium certorum, &
illic expreſſorum cõuentio non poſſit habere ef-
fectum, intra quæ confinia, proculdubio extant
paſcua, & ſic tollitur incertitudo.

Quo autem ad id, quod dicitur de pacto de
non ſoluendo gabellam, cum in hoc a dicto in-
ſtrumento fuerit per partes receſſum, nec ſerua
tum pactum illud, & iam ſint lapſi centum anni,
& vltra, non poſſunt conqueri Bargenſes, ſi in-
ſtrumentum obſeruetur in his, in quibus con-
48 trario vſu, & conſuetudine non fuit ſublatum;
ut per Bero. d. conſil. 115. & cap. fin. de præſcrip.
non obeſt Principibus, qui de illo inſtrumento
ſcientiam nõ habuerunt, iuxta tradita per Balb.
in tract. prædicto, ſecunda par. tertiæ partis prin
cipalis, quæſtio 17. præter id, quod, ut dixi, pars
aduerſa non poteſt facere fundamentum in eo
inſtrumento, quod impugnauit.

Decimoſeptimò, redeundo ad dictum inſtru-
mentum dicti anni 1457. reſpondetur funda-
mento pro parte noſtra facto in dicto conſilio,
ad oſtendendum, quòd hæc inſtrumenta poſ-
ſunt concordari, ut compatiantur, nec ſecun-
dum, primum corrigat, quod ſcilicet ſtante illa
clauſula, quòd totum terrenum, &c. ſit Bargen-
ſium, quo caſu compræhenduntur etiam arbo-
res, videantur ceſſare adducta per me.

Sed certè hęc reſponſio non tollit fundamen
tum noſtrum, cum poſſit intelligi illud terrenum
eſſe, & intelligi debere Bargenſium, iuxta teno-
rem primi inſtrumenti ad vſum & vſumfructum,
& reſeruatio arborum id innuit, dum dicitur,
quòd pleno iure ſint Bargenſium, quaſi intellexe
rint partes, quòd aliud ſit reſpectu terreni, quod
pleno iure non pertineret ad ipſos, & ad hoc fue
re per me citata duo conſilia in terminis, Bruni,
& Iaſ. in conſilio. nec erat opus facere pactum ex
preſſum ſuper nemoribus ex eo, quod reſpectu
paſcuorum fuerat conuentum, ut alternis annis
illis partes fruerentur, quia non propterea pote
rat inferri aliquid ad nemora, immo illa exce-
49 ptio † paſcuorum magis confirmabat regulam
in cęteris. l. nam quod liquidè. §. finali, ff. de penu
lega. cum alijs traditis per Doctor. in dicta l. pri-
ma, ubi Cagno. numero 25. de regul. iur. tantum
abeſt, ꝙ illud pactum nemorum eſſet neceſſariũ,
niſi ut partes oſtenderent, mentem eorum eſſe
non recedendi ab illo primo inſtrumento.

Poſtremo loco aliqua adducuntur ſuper Syl-
ua Romaneſca, ut poſſit teneri eſſe in loco diffe-
rentiæ, & ſcripturas productas per Bargenſes
aliquam fidem facere, per conſilium Decij 42.
in quinto dubio. Verum quia ex deductis in Cõ
ſilio apparet, utrumque eſſe falſum, & ex ſcri-
pturis tranſmiſsis producendis Clariſsimus Do
mi. Arbitrator poterit ueritatem huius loci, vbi
ſemper fuerit, & nunc ſit, dignoſcere, ſuper hoc
nihil immorabor, ſicut etiam ſuper traditis per
Dec. in dicto conſilio, qui non loquitur in ſcri-
pturis talibus, nullam penitus fidem facienti-
tibus, vt oſtendi, nulla verba faciam, quia ex eius
lectura colligitur reſponſio. Illud tantum ad-
dam ſuper hoc, quod etiam in Conſilio tetigi.
Bargenſes ex dictarum ſcripturarum productio
ne, & ex eo quod nixi ſunt imponere Clariſsimo
Domino Arbitro, eas loqui de loco controuer-
ſiæ, ſatis & ſuper oſtendiſſe animum ipſorum,
cum ſciẽter quærant his uijs indirectis alienum
obtinere, quod prædictum Clariſsimum D. Ar-
bitratorem vndique oculatiſsimum iam cogno-
uiſſe, tum ex hoc, tum ex alijs, quæ in proceſſu
cauſæ acciderunt, non dubitauerim.

Sublata igitur, & penitus euacuata ſunt om-
nia motiua, & dubia prædicti Clariſs. Domini, &
optime defenſata ſunt omnia fundamenta no-
ſtra adeo, vt (ſententia quidem mea) nullus am-
plius ſit dubitandi locus, niſi nodũ (quod aiunt)
in ſcirpo quæramus. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Vide in hac cauſa Nat. conſ. 673.

AR.

ARGVMENTVM.

Legitimatus ſpurius per reſcriptum, quãdo excludat ſubſtitutum a fideicommiſſo facto a teſtatore nobili?

Et ex quibus clauſulis uitietur legitimatio ob non expreſsionem fideicommiſsi, & uocatorum ad illud?

Et quando Princeps cenſeatur præiudicare tertio, & tollere diſpoſitionem teſtatoris.

S V M M AE.

1 *Legitimatio non prodeſt legitimato, nec obeſt ſubſtituto, niſi facta ſit expreſſa mentio de fideicommiſſo, & perſonis vocatorum.*

2 *Legitimatio vt valeat facta petente patre de filio naturali, eſt facienda mentio de aliis filiis, quos habet.*

3 *Subſtitutus habens ſpem probabilem ad fideicommiſſum, difficilius excluditur per legitimatum.*

4 *Legitimatio ad feuda non valet nõ facta mentione de comprehenſis, & vocatis ad ea.*

5 *Legitimatio vt valeat in præiudicium filiorum exiſtentium, de illis eſt facienda mentio.*

6 *Quod procedit in feudo, & in legitimatione facta per Imperatorem.*

7 *Et idem procedit in emphyteuſi.*

8 *Princeps non præſumitur velle tertio præiudicare, de quo nulla eſt facta mentio.*

9 *Subſtitutus excluditur per legitimatum ex communiore opinione.*

10 *Quæ opinio patitur maximam difficultatem propter communem vſum loquendi.*

11 *Et illa non procedit, quando ſubſtituti ſunt nobiles.*

12 *Spurius legitimatus non eſt, neque dicitur nobilis.*

13 *Legitimatus per reſcriptum non continetur ſub conditione de filiis legitimis, vel ex legitimo matrimonio deſcendentibus.*

14 *Quod procedit, qualitercunque ſit facta legitimatio.*

15 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, ex aliquorum opinione non comprehenditur in diſpoſitione loquente de natis ex legitimo matrimonio.*

16 *Fideicommiſſi expreſſio non eſt neceſſaria in legitimatione, ex opinione Soci. quod reprobatur.*

17 *Legitimatus cum clauſula, ac ſi de legitimo matrimonio natus & procreatus eſſet, excludit ſubſtitutum in fideicommiſſo, in quo ſunt vocati nati ex legitimo matrimonio.*

18 *Legitimatio vt ſubſiſtat, eſt exprimendum legitimè natos vocari, & legitimatum non admitti.*

19 *Legitimatio non poteſt aliquem facere natum de legitimo matrimonio, licèt poſſit fingere.*

20 *Princeps legitimando vt obſit ſubſtitutis debet derogare legi, ſi cum teſtamentum. C. de teſtamen.*

21 *Legitimatus eſt legitimus, nihilque a legitimis differt.*

22 *Clauſulæ ſolitæ apponi per Tabelliones, non habent magnam virtutem in legitimatione.*

23 *Legitimationis clauſula, perinde ac ſi de legitimo matrimonio natus & procreatus eſſet, non operatur in præiudicium tertii.*

24 *Nec ſi inter parentes legitimati nullum potuit eſſe matrimonium.*

25 *Princeps nullus ſupremus, nec Imperator poteſt derogare voluntati teſtatoris.*

26 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an excludat ſubſtitutum ſi ſit dictum, ſi deceſſerit ſine filiis de legitimo matrimonio natis.*

27 *Legitimatus ex patre vxorato non efficitur legitimus, ſi a Principe laico legitimetur.*

28 *Epiſcopus eligendus debet eſſe natus de legitimo matrimonio, de hoc tamen poteſt diſpenſari a Papa.*

29 *Teſtatoris voluntas de legitimo trahitur per interpretationem paſſiuam ad legitimatum.*

30 *Princeps legitimando, quando præſumatur velle derogare voluntati teſtatoris, vel iuris diſpoſitioni?*

31 *Princeps fortaſſe non legitimaſſet, ſi omnia bene nouiſſet, & de perſonis notitiam habuiſſet.*

32 *Legitimatus excludit ſubſtitutum, quando*

conſtat, Principem voluiſſe illi praiudicare.

33 *Subreptio vel obreptio legitimationis, etiam modica, vitiat.*

34 *Princeps vt poſsit deliberare, an uelit legitimare clara & aperta, illi eſt facienda mentio.*

35 *Tempus ad adeundum, durat triginta annis.*

36 *Citatio agnatorum eſt neceſſaria etiam in diſpenſatione.*

37 *Legitimationi ſtandum eſt, non ſupplicationi, quando legitimatio ſtrictior eſt ſupplicatione.*

38 *Legitimationem impetrans debet fideicommiſſum exprimere, nec ſufficit in genere de eo eſſe cogitatum.*

39 *Verba generalia debent poſſe comprahendere bona ſubiecta fideicommiſſo.*

40 *Et in materia odioſa, reſtringenda, non amplianda ſunt.*

41 *Et reſtringenda, ne quis damnum indebite patiatur.*

42 *Et potius debent eſſe ſine effectu operandi, quam vt tertium lædant.*

43 *Legitimandi generalis poteſtas, etiam extenditur ad feuda.*

44 *Non tamen extenditur ad fideicommiſſa.*

45 *Sicut legitimatio ad feuda, non extenditur ad feuda dignitatis.*

46 *Legitimatio facta, & derogatio de fideicommiſſo reſpectu vnius, non extenditur ad alium, nec ad aliud fideicommiſſum.*

47 *Princeps, quando vult tertio praiudicare, an ſit neceſſe illum nominare?*

48 *Principis beneficium non eſt latiſsimè interpretandum, ſi includat plura ſpecialia.*

49 *Subſtituto magis fauendum eſt, quàm legitimato.*

CONSILIVM III.

In Domino confido.

AD fauorem Magn. & nobilis domini, Comitis Petri Marij Sacrati. In hac cauſa fideicõmiſſi, cum Comite Ioan. Baptiſta legitimato, tot, & tanta allegata fuere, per tot Clariſſimos, & Excellentiſsimos Iuriſconſultos, vt vix aliquid non præuiſum, & præcogitatum in medium afferri poſsit: ne tamẽ a Clientulo meo & iuſtitia ipſius cauſæ operam, & patrocinium meum, qualecumque ſit, ſubtrahere videar, nonnulla ego quoque pro diſſolutione dubiorum ſubtiliter per Excellẽtiſsimos Dominos meos excitatorum, ad victoriam ipſius optimè (iudicio meo) conducentia, quorum aliqua per alios etiam ſcripta fuere, ſcribere duxi. Ex quibus conſtabit ipſum Magnific. Com. Petrum Marium abſoluendum eſſe ab impetratione ipſius Com. Ioan. Bapt.

Et primo præmitto, illam eſſe tàm uerã, quàm
* frequentem Doctorum concluſionem, * quòd legitimatus per Principem, vel habentem poteſtatem legitimandi, vt ſubſtitutum, in bonis fideicommiſſo ſubiectis excludat, vel conditionem deficere faciat, ne legitimatio ſua ſubreptiouè notari, annullarivè poſsit, debet expreſsim de fideicommiſſo huiuſmodi, & perſonis ſubſtitutorum, claram, & certam mentionem facere,
1 alioquin legitimatio † ipſa ſibi non prodeſt, & ſubſtituto non obeſt. Ita conſulendo firmauit Alexand. in conſilio 25. circa primum dubium, colum. tertia, poſt medium, & in conſilio 67. conſideratis. colum. quinta, verſic. idem tenet Pau. & in conſilio 93. eiuſdem. iunctis colum. fin. primo uolum. quam tenuit etiam Barbat. qui pro contraria parte in dubijs adducitur, in conſilio 27. in ſecundo volum. & idem Socin. parum ſibi conſtans, ſed melius ſentiens, in conſil. 251. colum. 10. verſic. confirmatur etiam iſta opinio. vbi plenius tangit, quàm in conſil. 63. in dubijs citato. ſecundo volum. Hanc opinionem etiam ſequitur Felyn. in capit. cum olim. colum. 11. numero 16. de re iudica. quam uidetur ſequi Bertran. in conſil. 169. numero 6. ſecunda par. ample Brun. in conſilio 15. numero 11. Curt. iunior conſilio 83. numero 8. Ruin. in pluribus conſilijs, 173. numero 17. in conſilio 178. numero 12. in ſecundo volum. & conſilio 80. nume. quinto, & nume. 24. in tertio volum. & in conſilio 106. nume. 11. eodem tertio uolum. Quam etiam admittit Pariſ. in conſil. primo, num. 84. & 113. ſecundo uolum. & conſtanter firmat in conſil. 9. numero 84. & plenius, conſil. 12. num. 217. & ſequen. dicto 2. uol. Neuiz. in conſil. 99. num. 16. Grat. reſpon. 65. nume. 38. primo uolum. & conſil. 29. num. 58. in ſecundo, & conſil. 158. nu. 28. & ſequen. eod. 2. uolum. Idem etiam legendo tenuit Ruin. in repet. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, num. 121. ff. de liber. & poſthum. quam etiam tenet Didac. Couarru. Hiſpanus, in ſuo epito. in quartum decret. 2. par. in cap. 8. §. 9. nu. 8. & Magnif. Cephalus, in conſil. 111. nu. 44. in quo conſuluit ad fauorem Magnif. Domini Cæſaris Paſqualetti, in caſu magis dubio, & in legitimatione, prægnantiſſimis clauſulis referta, & ſecundùm eius conſilium iudicatum fuit, ut etiam ad aliud propoſitum inferius dicam.

Confirmatur iſta opinio ratione concludenti adducta per Doctores, in dictis locis: nàm ſi cum legi-

legitimatur filius naturalis, etiam patre peten-
te, habente tamen alios filios legitimos, de quo
rum præiudicio tãtùm reſpectu eorum legitimæ
2 agitur, ut valeat legitimatio† in eorum præiudi-
cium, de eis mentio facienda eſt, ut tradit Paul.
de Caſt. & poſt eum cæteri, in dicto §. & quid
ſi tantum. Butr. Abb. & Præpoſi. in capit. per ue-
nerabilem. qui fil. ſint legit. Curt. ſenior conſilio
13. numero 34. & conſil. 35. num. 24. Socin. con
ſil. 246. colum. 3. & 4. in ſecundo, & conſil 95.
numero 35. in quarto uolum. Dec. conſil. 307.
numero 10. Ruin. conſ. 77. num. 35. in tertio, Al-
ciat. conſil. 206. num. primo, Didac. dicto §. 9. nu
mero 7. & in cap. 20. ad finem, num. 9. primo lib.
ſuarum reſolut. quanto magis erat faciẽda men
tio in caſu huius legitimationis, de dicto fidei-
commiſſo, & perſonis ſubſtitutis, de quorum in
tereſſe, reſpectu omnium bonorum fideicom-
miſſo ſubiectorum tractabatur. Et præſertim,
cum ipſe Comes Petrus Ma. ius ad rem habe-
bat, & ſpem probabilem uigore teſtamentorum
olim nobilium Com. Franciſci, & Petri a Sacra-
to, quorum mortis tempore ipſe Comes Ioann.
Baptiſta nedum non erat legitimatus, ſed nec
etiam in rerum natura, per ea quæ ad propoſi-
3 tum † tradit Ancharan. conſilio 427. circa pri-
mum, prima colum. Alexan. dictis conſilijs, 25.
& 67. ſecunda colum. Dec. conſil. 284. num. 10.
& conſil. 425. num. 9.

Et ſicut non ualet legitimatio legitimati in
præiudicium ſubſtitutorum, & ad fideicommiſſa
vocatorum, non facta mentione de ipſis, ut ſu-
pra, ita pariter idem eſt dicendum rèſpectu bo-
norum feudalium, uel emphiteuticorum, non fa
cta mentione de ipſis bonis, & de agnatis com-
præhenſis in inueſtituris ipſorum bonorum exi
ſtentibus. Quæ quidem quæſtio cum hac no-
ſtra fraternizat, & eiſdem rationibus deciditur,
4 ut in feudo † tradit Aretin. in conſil. penult. co-
lum. penult. in fine, quem ſequitur Crot. in dicto
§. & quid ſi tantum. num. 63. Bertran. in conſilio
112. numero 26. & ſequen. in ſecunda par. ubi ci-
tat Alexand. in conſilijs, in noſtra quæſtione ci-
tatis, Dec. in conſil. 85. num. 8. & Brun. qui dicit
fuiſſe ita iudicatum, in Rota Vrbis, in cauſa, in
qua fuerat legitimata filia, & non fuerat facta
mentio de nominibus filiorum patrui, & nume-
ro ipſorum exiſtentium uocatorum, licèt de pa
truo, & filijs non nominatis fuiſſet facta mentio
in dicto conſilio 15. ante fin. & ſupra, num. 11. &
idem tradit Pariſ. loquens etiam de mentione ex
preſſa facienda perſonarum uocatarum ad bo-
na ipſa in allegato conſi. 12. num. 220. & ſequen.
ſicut etiam de numero filiorum exiſtentium ad
5 validitatem legitimationis in eorum † præiudi-
cium faciendam eſſe mentionem, tradit Præpo-
ſi. in dicto cap. per uenerabilem. §. quod autem.
colum. 15. uerſ. aduerte nunc. Curt. ſenior conſi-
lio 19. verſ. Capio tertium. numero 25. & in alijs
conſilijs citatis per Didac. in dicto cap. 20. quod
eſt capitulum ultimum primi libri ſuarum reſo-
6 lutionum, & in † feudo tradit etiam Boer. deci-
no. 123. in princip. & numero quarto, & Socin.
iun. qui alios citat, & loquitur in legitimatione
facta per Imperatorem, in conſilio 99. numero
7 40. ſecundo uolum. Er in emphyteuſi † firmat
Ruin. conſ. 29. num. 10. 5. uolum.

Ex quibus reſultat clariſſima concluſio, legi-
timationem hanc non facta mentione expreſſa
de ipſis fideicommiſſis, & de perſona ipſius Co-
mi. Petri Mar. necnon etiam Com. Antonij eius
fratris tunc uiuentis, ipſi Comiti non obeſſe, &
nullum præiudicium facere, ut etiam tradit poſt
Canon. in dicto capit. per uenerabilem, Ruin. in
conſilio 94. in principio, in tertio volum. hoc
enim caſu quæſtio nullam habet difficultatem,
quòd dicta legitimatio ob ſubreptionem eſt nul
la quo ad fideicommiſſa, non expreſſa, & ſubſti-
tutos, de quibus non eſt facta mentio, ſed & ha-
bet præſumptionem contra ſe, quod noluerit
8 Princeps† tertio præiudicare, vel eius iuri dero-
gare, de quo nulla facta fuit mentio, nec ſcien-
tiam habuit, vt per Brun. d. conſil. 15. num. 12.
Dec. conſil. 269. num. 10. Ruin. dicto conſ. 178.
num. 12. ſecundo uolum. & Grat. dicto conſ. 29.
num. 60. & conſil. 158. num. 31. in ſecundo. Hoc
igitur erit primum, fortiſſimum, & (iudicio meo)
inconcuſſum fundamentum, ad excluſionem ip
ſius agentis, & ad incluſionem ipſius Magn. Rei.

Secundum eſt fundamentum, quòd licet illa
** videatur communior ** opinio Doctorum, te-
9 nentium † legitimatum excludere ſubſtitutum,
vt per Alexan. & alios, in l. generaliter. §. cum an
tem. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. ex facto. §. pri-
mo, vbi Moder. ad Treb. Quæ tamen non leuem
patitur difficultatem propter generalem com-
10 munem vſum † loquendi, diſtinguentem legiti-
matos a legitimis, & naturalibus, vt per Curt.
ſen. conſil. 74. ſuper memorata. num. 74. Brun. d.
conſil. 15. num. 11. Dec. conſil. 284. num. 10. Ne
uizan. conſil. 99. num. 24. Grat. conſil. 29. nu. 50.
præallegato. & Cephal. conſil. 82. num. 19. Illa ta
men ex præſumpta voluntate teſtatoris, nõ pro
cedit, quando teſtator, qui fideicommiſſum reli-
quit, vel filios legitimos, & naturales, in condi-
tione poſuit, ſeu illos ad fideicommiſſum uoca-
uit, erat nobilis genere. Nec enim credendum
eſt, voluiſſe admittere legitimos diſſimilis condi
tionis, & qualitatis, ad bona ſua, & propterea
11 hoc caſu † ſubſtituti nobiles nõ excludentur per
ipſum legitimatum, vt tenuit Ang. in diſputatio.
ſua Nobilis quidam genere, & Alex. qui ſecun-
dum hanc opinionem conſuluit ſcienter, eam
comprobando, in d. conſ. 25. quam etiam tenuit
in alijs conſilijs ſupra citatis, 67. 4. colu. & 94. in
2. colum. 1. uolum. & in d. §. cum autem. num. 2.
Socin. in d. l. Gallus. §. ſi eius. num. 5. 2. caſu. Af-
flic. deciſio. 386. num. 3. Bertran. conſil. 169. ad

ſi.ſecunda par.Dec.d.conſ.284.num.10.& 425.
num.12. Rip.in d.l.ex facto. §. primo. num.44.
Neuiz.d.conſ.99.num.25. Grat.d.conſ.29. nu-
me.5. Ruin.conſ.158.num.6.primo volum. Pa-
riſ.d.conſil.9.nume.47. & conſil.12. num.149.
Aleiat.d.conſil.201.num.52. & Cephal. conſil.
82.num,2.& conſil. 117.nu.23. Cum igitur ver-
ſemur in fideicōmiſſis relictis per olim Magnifi-
cos & nobiles viros, Comitem Franciſcum, &
Petrum à Sacrato, nedum nobiles genere, ſed
etiam habentes feuda dignitatis, & caſtra, & ēt
quàmplura priuilegia ipſos nobilitātia, dubium
non eſt, ipſos in ſuis diſpoſitionibus nullo mo-
do intellexiſſe ſpurios legitimatos, ad eorum hę
reditates, maximè ad excluſionem legitimorū,
& naturalium, & ex legitimo matrimonio na-
torum admittendos fore, ſed imo eijciendos, &
penitus excludendos eſſe. Et licèt ſciam, ex no-
ſtris Doctoribus aliquos fuiſſe, ſed tamen pau-
cioris numeri, & leuioris auctoritatis, qui aliquā
do cauſæ inſeruientes, & auri ſacra fame deuicti
contrarium tenuerunt, autumantes etiam in fi-
deicommiſſis nobilium, legitimatos admitten-
dos eſſe, cum per legitimationē ipſam, ipſi quo-
que efficiantur nobiles: ea tamen opinio quæ
eſt contra communem, tot, & tātorum patrum,
minimè eſt admittenda, & eo maximè, quia ſpu-
12 rius † legitimatus nullo modo, per legitimatio-
nem propriè, & verè efficitur, uel dicitur nobi-
lis, ut per plura tradit Tiraquel. in tract. de nobi
li.cap.15. num.10. & Petr.Duenas, in ſuis regu-
lis iuris, in regula 69. baſtardi.

Tertium & vltimum eſt fundamentum (vt
omittam plura alia latiſſimè per Excellentiſſi-
mos Cōſulentes ad impugnationem huius legi
timationis tacta, & diſcuſſa) quòd opinio illa le-
gitimatum excludere ſubſtitutum, communi *
omnium conſenſu, non procederet, quando te-
ſtator poſuit in conditione, vel uocauit filios,
vel deſcendentes, legitimos, & naturales, & legi
timè, uel de legitimo matrimonio natos, ut hic
factum fuit in teſtamento Comitis Franciſci
13 hoc enim caſu nullo modo † legitimatum, vel
qui non eſt legitimè, uel de legitimo matrimo-
nio natus, ſubſtitutum excludere, fuiſſe in publi
ca diſputatione Bononiæ determinatum, & ve
riſſimum eſſe, tradit Bald. in d.l.Gallus.§.ſi eius.
in ſi.quem & ibi ſequuntur Aret.& Soc.& tenet
Alex.in d.§.cum autem.num.ſecundo.& in con
ſilio 2.ubi conſuluit pro legitimato, columna 6.
uerſ.comprobatur. primo volum. & conſil.121.
uiſo themate, columna fin. in ſecundo volum.
& conſil.91. eiuſdem initij. colum.3. in quarto
volum.ante finem. & conſil.172.num.2. ubi di-
cit communem, 7.volum. Dec.conſ.155. num.7.
& uidetur idem tenere in conſ.425.numero 10.
Rip.in d.§. primo, num.47. Curt.iun. conſil.64.
numero 12.& conſil.83.num.2. Bertran. conſil.
212.num.8.in ſecunda par.& conſil.149.num.3.
primo uolum. poſteriorum. alias quarta parte.
Guid.Pap.quæſtione 482. vtrum. Antonius Ro-
ſellus, in tract. legitimat. in tit. legitimationis ef-
fectus, num.19. ubi dicit, quòd qualitercunque
14 ſit facta legitimatio, legitimatus hoc caſu ſub-
ſtitutum non excludit, Crot. in d.§.& quid ſi tan
tum.nu.81. Martin. Lauden. in d.tract. legitima.
num.239. Durant.in tract.de arte teſtan.titu.5.
Caut.15.nu.5. Ruin. conſil.92.nu.13.in 3. Grat.
in conſi.47.in 1.& conſi.65.num.17.eo.uol.& di-
ctis conſilijs, 29. num.45.& 158.num. 27.& 28.
in 2. Neruiza. d. conſil.99. num.25. Socin. iun.
conſ.65. in princ.2. vol.& conſil.39.num.43. &
conſil.63.nume.33.& conſil.72. nume.14.in 3.
vol. Alciat.in d.conſil.201.nume.54. quod etiam
uidetur tenere Mantua, in conſil. 228. & tenet
Cephal.in conſi.66.col.2.& conſil.82. num.15.
conſil.111. num.6. & conſil.117. num.10. imò
fuerunt aliqui, qui voluerunt in diſpoſitionibus
loquentibus de filijs natis ex legitimo matrimo
15 nio, non compręhendi etiam legitimatos † per
ſubſequens matrimonium, ut fuit tactum per ali
quos ex Excellentiſſimis Conſultoribus, & ali-
quos huius ſententiæ citat Didac. prædictus, in
d.cap.8. §.2.num.30. ubi tamen in fine illius §.
tenet hanc noſtram ſententiam, diſtinguens in-
ter legitimationem factam per matrimonium, &
hanc factam per reſcriptum, quam nullo modo
extendi ad hunc caſum cenſet.

His iactis fundamentis tutiſſimis, deueniam
ad reſolutionem dubiorum propoſitorum, ex
quorū ſolutione conſtabit de iuſtitia ipſius Ma-
gnifici Rei. Obijcitur igitur primò, non fuiſſe ne
ceſſariam mentionem fideicommiſſi in legitima
tione aduerſarij, quod ratione, & auctoritate cō
probari videtur. Ratione, quia Doctores hanc
quæſtionem tractantes præſupponunt non fuiſ-
ſe factam mentionem fideicommiſſi, & tamen
concludunt legitimatum, ſubſtitutum exclude-
re. Et quòd id præſupponant, ea ratione proba
tur, quia ex eo quæſtio hæc in dubium refrica-
tur, quòd in dubio non præſumitur, Principem
tertio uoluiſſe præiudicare, & ius ſuum auferre.
Quo fit vt facta eius mentione ceſſet ratio dubi
tandi de voluntate, & ſolum de poteſtate diſpu-
tandum eſſet. Auctoritate comprobatur, quia
16 in his terminis, non † eſſe neceſſariam exprę-
ſionem firmat Soci. in conſil. ſexageſimotertio.
numero ſeptimo. in tertio, Barba.in l.cum acu
tiſſimi, C. de fideicommiſ. & Goz. conſilio 48.
numero 15.

Hæc obiectio ceſſat, & penitus tollitur, &
euacuatur ex adductis ſupra in primo fundamē-
to, in quo fuit oſtenſum, expreſſionem huiuſ-
modi omnino eſſe neceſſariam, vt legitimatio
hæc officiat ſubſtituto, ſecundum communem
opinionem Doctorum, cuius opinionis fuerunt
etiam Barbat. & Socin. ſibimet aduerſantes, de
quibus non eſt curandum. Nec eſt verum,

quòd Doctores præſupponant, non eſſe neceſ-
ſariam expreſsionem huiuſmodi, imò apertè
oppoſitum affirmant, vt ſuprà. Et licèt quan-
doquè ſenſerint, ſubſtitutum non excludi ex
præſumpta voluntate Principis, in dubio nolen-
tis pręiudicate tertio: non tamen propterea
neceſſariò concluditur, quod eo caſu non fue-
rit facta mentio fideicommiſsi per legitimatum,
licèt expreſsè ei non derogauerit. Præterea ra-
tio, qua refricatur in controuerſiam hæc quæ-
ſtio, non eſt illa tantùm, quæ tangitur in du-
bijs; quia Princeps non videtur velle deroga-
re iuri tertij, ſed quia dubitatur, an legitima-
tus ſit vere, & propriè legitimus, vt comprę̨hen
datur ſub diſpoſitione loquente de legitimis, &
naturalibus. Et quia magis communis opinio
videtur, quod compræhendatur, videtur ſub-
ſtitutum excludere. Sed quicquid ſit de hac
ratione negari non poteſt, quin neceſſaria ſit
dicta expreſsio, & mentio, vt ſupra, aliàs legi-
timatio eſt nulla ſaltem in præiudicium ſubſtitu-
ti, vt per omnes ſupra citatos in primo funda-
mento. Ex quo ſequitur, quod ſicut ob non
factam hanc expreſsionem, vel mentionem in
dicta legitimatione ipſe Comes Petrus Marius
non poteſt excludi à fideicommiſſo relicto in
teſtamento prædicti Comitis Petri, ponen-
tis in conditione & uocantis filios legitimos, &
naturales, tanto minus excluditur à fideicom-
miſſo Comitis Franciſci, vocantis filios ſeu
deſcendentes natos ex legitimo matrimonio,
per ea quæ dicta fuere ſupra in tertio fundamen
to, & inferius etiam dicetur.

Secundo obijcitur in dubijs, quod ex quo in
legitimatione eſt facta mentio, ſeu diſpoſitio
expreſſa, quod legitimatus haberi debeat, ac ſi
de legitimo matrimonio natus, & procreatus
exiſteret, cenſetur omnino ſubſtitutum exclu-
dere, etiam in fideicommiſſo Comitis. Franci-
17 ſci, vocantis natos ex legitimo † matrimonio, ut
in his terminis conſuluit collegium Patauinum
inter conſilia Mantuæ, conſilio 191. & refert
Socinus iunior conſilio 77. numero 15. in 3.
Cum enim hoc a voluntate Principis legitiman
tis dependeat, certum etiam uidetur hoc caſu,
illum eſſe admittendum, & in dubijs adduntur
aliquę rationes ad comprobationem huius obie
ctionis, de quibus inferius dicetur. Sed quia a
reſolutione huius obiectionis reſultare uidetur
reſolutio totius huius cauſæ, ideo altius exor-
diendum eſt, & plenius articulus venit diſcutien
dus, vt eius veritas haberi poſſit.

Dico igitur, prædictum Comitem Ioann. Ba-
ptiſtam agentem, non comprę̨hendi modo ali-
quo in dicta ſubſtitutione, & fideicommiſſo, ob
dictam ſuam prætenſam legitimationem, ſiue In
tueamur voluntatem, ſiue poteſtatem Principis
legitimantis: Cum enim, vt ſupra dictum fuit,
nulla facta fuerit mentio fideicommiſsi huiuſ-
modi, & ſubſtituti prædicti, quæ omnino facien
da erat, vt ſupra in dicto primo fundamento, du
bio procul dicendum eſt conſtare de defectu in
tentionis Principis ignorantis ius competere
tertio in dictis bonis, & per conſequens quòd
ei præiudicare noluerit. Et nedum hoc caſu erat
facienda mentio de fideicommiſſo, & ſubſtitu-
to, ſed etiam erat exprimendum, quod legitima-
18 tus non admittebatur, † ſed tantùm legitime na
ti uocabantur, vt ad propoſitum tradit Pariſius
dicto conſilio 9. numero 33. & Ruin. loquens in
feudo, in conſil. 36. numero 12. primo uolum. Et
quòd etiam erat prohibita alienatio, quæ hoc
caſu induceretur contra uoluntatem teſtatoris,
ut per Grat. d. conſ. 29. nu. 48.

Secundo certum eſt, quod dictus Comes
Ioann. Baptiſta nullo modo ſecundum teſtato-
ris uoluntatem, poteſt comprę̨hendi, & contine
ri in ſubſtitutione facta natis ex legitimo matri-
19 monio, † quia legitimatio non poteſt ipſum face
re talem, licèt poſsit talem fingere, ut Bartol. tra
dit in conſilio 76. numero ſecundo, cuius men-
tis uidetur eſſe Caſtr. in conſilio 180. ſuper eo,
quod. numero quinto, primo uolum. Curt. in ad
ditio. ad conſilium ſuum 16. conſil. 35. nume. 33.
& conſil. 74. numero 75. Pariſ. conſil. prædicto
22. numero 213. Socin. iun. conſilio 65. nume-
ro ſecundo, in ſecundo, & Cephal. conſil. 66. nu
mero ſexto, & ſequen. Et cum præter uolunta-
tem teſtatoris admitteretur, non poſſet ſubſtitu
* tum excludere, per tradita cõmuniter * per Doc.
ſupra citatos in tertio fundamento. Vt igitur cõ
tra volũtatẽ expreſſam teſtatoris admitteretur,
ſic iubente Principe legitimãte, opus erat dero-
gare diſpoſitioni ipſius teſtatoris expreſſę, quod
minimè factum fuit, & hoc caſu debuiſſet etiam
20 Princeps derogare † ſimiliter diſpoſitioni, l. ſi
cum teſtamentum. C. de teſtamen. ut tradit Rui.
dictis conſilijs, 80. num. 8. & 95. etiam num. 8. in
tertio uolum. & Cepha. dicto conſilio 111. nu-
mero 45. quam derogationem, cum non fecerit
Princeps ipſe, ſequitur non fuiſſe eius intentio-
nis velle legitimare dictum aduerſarium ad ip-
ſa fideicommiſſa.

Tertio dicitur, quòd licèt in hac legitimatio-
ne ſit dictum, quòd legitimatus haberi debeat,
ac ſi de legitimo matrimonio natus, & procrea-
tus eſſet, non tamen cenſetur Princeps diſpo-
ſuiſſe quòd ipſe legitimatus comprę̨hendatur
in dicto fideicommiſſo, de legitimè nato, vel de
legitimo matrimonio nato loquẽte, ſed tantùm
expreſſit illud, quod de iure inerat, nam ex legiti
matione legitimatus reſtituitur ad primęua iu-
21 ra, & habetur, ac ſi de legitimo matrimonio † na-
tus eſſet, nihilque a legitimis differt, vt probatur
in §. ſit igitur. in Authen. quibus mod. natur. ef-
fici. legit. collatio. 6. & in §. ſit igitur. in Authent.
quibus modis natur. effici. collatio. 7. & expreſſe
tradit Ancharan. conſil. 225. colum. prima, & So

cin.in §.ſi eius,præallegato,numero 5.verſic.ter
tius caſus. Expreſſio igitur hæc eorum,quæ ine-
rant,nihil operatur. l.4.de leg. 1. & l.non recte.
C.de fideicommiſ.

Quarto cum regulariter in omnibus legitima
tionibus talis clauſula ſoleat apponi, vt obſer-
uaui in multis formularijs talium inſtrumento-
rum, prout etiam ponit hanc formam Cagnol.
in l.ſi qua illuſtris.ſub numero 28. C.ad Orficia.
non eſt faciendum fundamentum in huiuſmo-
22 di clauſulis ſolitis † apponi per Tabelliones, ad
coniecturandam voluntatem legitimantis,vt tra
dit Bertran.licet ad aliud propoſitum, in conſi-
lio 73.numero 8. & ſequen. ſecunda par. Curt.
iun.in conſil. 101. vltima colum. Ripa in l. Cen-
turio, numero 80. ff. de vulga. & pupilla. Pari-
ſien.conſil.20. numero 84.& ſequen.primo vo-
lum.& conſil. 16.num. 18.2. volum.& Ruin.con
ſil.60. ad fin.3.volum.

Nec conſilium collegij Patauini ſupra cita-
tum offi cit huic Dom.ſubſtituto, tum quia in il-
lo caſu fuerat expreſſius declaratum,quòd legi
timatus excluderet ſubſtitutum, non inter den-
tes vnico verbo, & in clauſulis generalibus, vt
in caſu iſto:in caſu enim illo in legitimatione di-
cebatur, quòd ille legitimatus comprehendere-
tur in quacunque diſpoſitione, vel inter viuos,
vel in vltima voluntate loquente, & diſponen-
te de filijs ex legitimo matrimonio natis.Ex qui
bus verbis habuerunt illi conſulentes, tenentes
illam partem.probabilem rationem conſulendi
ad fauorem legitimati. quæ clauſula cum non re
periatur addita in caſu iſto, nimirum ſi illa deci-
ſio etiam in ea ſibi locum vendicare non poteſt.
l.quod dictum.ff.de pact.tum etiam,quia ab opi
nione illa Mant. & cæterorum duorum Do-
ctorum,electorum a collegio,receſſit & iuſtè So
cin.quartus electus,vt per eum in dicto conſilio
66.in ſecundo, & contrarium in ea cauſa conſu-
luerunt Grat. dicto conſilio 158.& Pariſ. dicto
conſilio 12.longè maioris auctoritatis,& ſcien-
tiæ, quàm eſſent Marcus Mant. & alij duo eius
collegæ, declarantes illam clauſulam non proce
23 dere in præiudicium † tertii,ut in caſu iſto,ut per
Grat.ibi.numero 26. & numero 17. dicit etiam
non operari, quando inter parentes legitimati
24 nullum potuit eſſe † matrimonium, & Pariſ.nu-
mero 212.quod etiam tenet idem Grat.in dicto
conſilio 29.numero 50.& ſequen. & Pariſ. con-
ſilio 9.numero 53.Ruin.conſilio 80.numero ſex
to,& conſilio 95.numero quinto, præallegatus.
in tertio volum. & Socinus iunior, qui a cæte-
ris nõ diſcrepauit, ea tãtùm ratione,quod legiti
mandi poteſtate careret,vt dicitur in dubijs:ſed
aliis expreſsis in dicto conſilio 65. idem tenet
in conſilio 77.numero 15. & conſilio 91. nume-
ro 15. in tertio uolum. Cephal. conſilio 23. nu-
mero 112.& conſilio 66.numero ſexto,& ſepti
mo,& ſequen.Contra quod conſilium Maut.ſeu
Collegii Patauini, quod tunc allegabatur, ſcio
anno præterito fuiſſe iudicatum ad fauorem D.
Cæſaris Paſqualetti, & tamen in legitimatione
aderant clauſulæ pleniores, & ampliſsimæ, ita
ut de intentione legitimantis dubitari non poſ-
ſe uideretur.

Cæterum,& ſi uerum eſſet,ſicut falſum eſt, Se
reniſsimum Principem noſtrum uoluiſſe etiam
ad dicta fideicommiſſa dictum Comitem Ioann.
Baptiſtam legitimare,non tantùm,ſi poteſtatem
intueamur,expeditum eſt ipſum potuiſſe expreſ
ſe derogare uoluntati teſtatoris diſponentis,le-
gitimatos non eſſe admittendos ad eius ſucceſ-
ſionem, ſicut tantùm natos de legitimo matri-
monio, quod idem eſt, admittendos eſſe,immo
verior uidetur opinio tenentium, quòd etiam
Imperator, & ſupremus Princeps (huic enim
Principem noſtrum parem eſſe non diffiteor)
25 non poſsit tollere uoluntatem † teſtatoris, &
diſpoſitionem ipſius,quæ iure gentium,introdu
cta eſt,per dictam l. ſi teſtamentum. ubi idem te-
net Fulgo.Roman.Corne.Dec. in conſilio 357.
numero quinto,& conſilio 403. numero 14. &
conſilio 557.numero tertio,& Brun.dicto conſi
lio 15.numero 15.Fortun. in repetitio.dicti §.&
quid ſi tantum, numero 184. ad finem uſque.
Ruin.conſilio præallegato 80.numero ſeptimo,
& conſilio 95.etiam numero ſeptimo, in tertio
uolum.Socin.iunior,dictis conſilijs,65.numero
19.& 110.numero 25.& 145. numero 39.in ter
tio uolum. quod etiam uidetur tenere Boſſ. in
ſuis variis Tracta. in titulo de Princip. numero
198.& Bello.in conſ.ſecundo,nu.tertio, & quar
to. Quam queſtionem ample diſcutit,& diſputat
ad partes concludens pro iſta parte, & reſpon-
dens omnibus,quæ in contrarium poſſunt addu
ci, Didac. prædictus, in capitulo 6. libro 3. ſua-
rum reſolutionum.

Non obſtat etiam, vt dicitur in dubijs, quòd
26 ex quo legitimatus † per ſubſequens matrimo-
nium excludit ſubſtitutum,etiam ſi conditio ſit
addita, ſi q.s deceſſerit ſine filijs de legitimo ma-
trimonio natis,cum haberetur pro tali.c.tanta,
qui fil.ſint legit.Deci.in conſil.155.colum.fin.ita
legitimatus per reſcriptum, cùm hac clauſula:
quia licèt in legitimato per ſubſequens matrimo
nium,etiam ſint opiniones,& multos ſcio tene-
re contrarium, quòd imò non excludat vltrà ci
tatos per Didac.in dicto §.2. c.8. nu.30. tamen
cum legitimatus per matrimonium,efficiatur ve
re,& proprie legitimus,& natus dicatur de legi
timo matrimonio, ut probat Didac. in toto illo
§. & pręſertim dicto num.3.non eſt,quin debeãt
admitti ad ea quæ vocãtur legitimè,vel de legiti
mo matrimonio nati: ſecus aũt in legitimato ex
reſcripto,quia is non compræhenditur in diſpo
ſitione loquẽte de legitimè natis,ut ſuprà in ter
tio fundamento, abundè dictum fuit, cum non
poſſit aliquo modo dici natus de legitimo ma-
tri-

trimonio,ſed tantum fictè,per ea quę in ſecunda
reſponſione ad hanc ſecundam obiectionem de
ducta fuere, quod probatur,ſecũdum Didac.in
dicto ſ.2.in fi.ex tex.in c.cum in cunctis.iuncto
c.innotuit, extra de electio.

Præterea animaduerrendum eſt, quòd cõpa-
ratio, quæ fit de legitimato ex matrimonio ſub-
ſeqnenti ad legitimatum ex reſcripto, ut paripaſ
ſu incedant,ſeruit optime ad excluſionem ipſius
agentis; cum enim natus fuerit ex perſonis, in
ter quas non poterat eſſe matrimonium, quia
pater erat vxoratus, & duas non poterat ha-
bere uxores. l. cum qui duas. C. ad leg. Iul. de
adulter. ſequitur, qnòd ſicut per ſubſequens
matrimonium non potniſſet legitimari,ut ſubſti
tutum excluderet, dicto cap. tanta. & Didac.d.
ſ.2.num.2.ira pariter ſit dicendum in legitima-
to, uel diſpenſato potius per reſcriptum: Nam
27 hic legitimatus† non dicitur verè legitimus,ma-
xime cum a Principe laico non valente diſpone
re ſuper matrimonio.& in caſu, in quo matrimo
nium eſſe non poterat,fuerit legitimatus, ut de-
clarat, quàmplures in hanc ſententiam citans
Didac.dicto capitulo 8.§.8.num.4.columna 4.
verſiculo 3.ex eadem, quod ad propoſitum te-
net Alciat. in l ſi is qui pro emptore.nume. 37.
ff. de uſucapio.

Sicut etiam tollit argumentum, quod etiam
facit Socin.in dicto ſ.ſi eius.num.5.de epiſcopo
28 eligendo,qui debet eſſe natus de legitimo† ma-
trimonio, dicto cap. cum in cunctis de elect. &
tamen ad hoc poteſt legitimari a Papa, ut per
Abb.in cap.cum Vintonenſis.colum.2.eo.tit.&
Socin. loco prædicto, quia ultra reſponſionem
* Soci. ibi defendentis communem opinionem,*
quod illud ſit,quia Papa poteſt legitimare,in ra
dice matrimonij diſponendo; poteſt reſponde-
ri,alind eſſe in diſpoſitione legis,aliud in diſpoſi
tione teſtatoris.Nam legem ſuam legislator ſine
vlla prohibitione auferre, & ei derogare poteſt
ſuo arbitrio,non ſic eſt in lege teſtatoris, per ea,
quæ ſuprà dicta fuere, & propterea non ſentie-
bat malè Socin.iun.in dicto conſil.65.ad fi.inter
pretando illam clauſulam in caſu collegij Pata-
uini;qnod legitimatus compręhẽderetur in qua
cumque diſpoſitione de legitimè natis, debere
nerificari in diſpoſitione legali, non autem teſta
toris ad excluſionem ſubſtituti.

Et ſtantibus communibns ſententijs Docto-
rum ſupra citatis in fundamẽtis conſtructis pro
hac parte noſtra, ſternitnr, & penitus explodi-
tur conſequentia, quæ ſit in dubijs, quòd non
fuit opus derogare l. ſi teſtamentum, præallega-
29 tæ;quia per interpretationem† paſſiuam diſpoſi
tio teſtatoris ad hunc caſum extenditur, nt per
Rui.conſil.191.nnm.20.in 2. Nam reſpectu om
nium fideicommiſſorum militãt dno priora fun
damenta pro hac parte conſtructa,quòd ex qno
non fuit facta mentio de fideicommiſſo, & quia
teſtarores erant nobiles,legitimatus non poteſt
excludere ſubſtitutum, reſpectu uero fideicom-
miſſi,Comitis Franciſci,ad quod ſunt vocati na
ti ex legitimo matrimonio,ſalſiſſimum eſt,quòd
diſpoſitio teſtatoris etiam per interpretationẽ
paſſiuam extendatur, vel extendi poſſit ad hunc
* caſum, & in contrarium eſt communis opinio*
omnium ſuprà citatorum,quibus additnr etiam
Brun.ad propoſitum loquens in ſucceſſione ſta-
tutaria,in trac.ſuper ſtatuto,Quod ſtantibus ma
ſculis,fęminæ non ſuccedant,in 12.articu.quæ-
ſtione 4.num.72.& 74.Nec Ruin.allegatus huic
opinioni contradicit,ſed ei potius adhęret.is.n.
conſuluit in caſu, quo etiam conſuluit Socin.in
dicto conſil.63.in 3. in quo legitimatio amplio
ribus verbis, & clauſulis erat compoſita, ut per
eundem Soci.ibi.nnm.7.& 9.nempe quod legi
timatus ſuccederet ex teſtamentis,& contra te-
ſtamenta,& quòd faceret conditionem purifica
ri, & deficere, ſicut feciſſet, ſi eſſet de legitimo
matrimonio a principio procreatus, non ob-
ſtante quocumque iure quæſito alteri, ſeu quæ
rendo. et idem refert ẽt Ruin.d.conſil.nu.19. Et
quia in illo caſu iam defecerant legitimè nati ex
legitimo matrimonio,cenſuerũt conſulentes, le
gitimatũ ita plenè, ut in dicta legitimatione cõ-
præhendi in diſpoſitione teſtatoris, uocantis
alios de agnatione ſua, abſque illa qualitate, na-
tos de legitimo matrimonio.Cum igitur in caſu
noſtro extet prædictus Comes Petrus Marius
legitimus,& naturalis, & de legitimo matrimo-
nio natus, dubium non eſt.ipſum tantum admit
tendum eſſe ad excluſionem legitimati,qui nul-
lo modo poteſt compræhendi ſub dicta diſpoſi
tione.Quo ſit ut ueriſſimum ſit id,quod ſupra di
ctum fuit,quatenus potuiſſet ille Sereniſs. Prin-
ceps derogare diſpoſitioni teſtatoris per ſuam
legitimationem, uolens admittendum eſſe con-
30 tra expreſſa nerba teſtatoris legitimatũ, † quod
tamen non arbitrarer eſſe iuridicum per ſupra
deducta,debuiſſe neceſſario derogari prędictæ l.
ſi teſtamentum,& eius diſpoſitioni.Dum autem
adducitur conſilium Abb.44.in primo, dicitur
illud loqui in alijs terminis, quãdo Princeps fin
gebat ſolemnitatem inſinuationis a principio,
in contractu interueniſſe derogando ſuæ diſpoſi
tioni: ſecus eſt cum uult derogare diſpoſitioni
teſtatoris. Et pariter tollitur cõſilium Dec.357.
ſupra pro parte noſtra etiam allegatum, num.8.
quod quidem non loquitur in caſu iſto,quando
diſpoſitio teſtatoris de legitimè natis,ſeu de legi
timo matrimonio loqnebatur, ſed tantum quo-
niam erat dictum de filijs legitimis, & naturali-
bus,ut in caſu conſilij Alexan.ſecundi,in primo,
ſecus autem expreſſe firmat in caſu iſto, etiam
Principem non poſſe voluntati, & diſpoſitioni
teſtatoris derogare, Conſilia etiam Roi.76.nu-
mero 12.& 104.numero 15.in tertio fundamen
to,in deciſio.But.non loquentis in his terminis,
in

in conſilio 2. in fi. minimè obſunt parti noſtræ,
quia Rui. ipſe loquitur in caſu, quo verba teſtato
ris non repugnabant, & eis nulla fiebat violẽtia,
vt eſt in caſu conſilij Alexandri ſecundi, ſupra
citati, licet in dicto num. 12. plus dicere videa-
tur, vt Princeps cenſeatur poſſe fingere teſtato-
rem intellexiſſe in ſua diſpoſitione de legitima-
to, quod eſt contra ſententiam, tàm ipſius Rui.
quàm tot aliorum ſupra citatorum, decidẽtium
apertè, imo non compræhendi in dictis diſpoſi
tionibus naturalitatem, & ueritatem non fictio-
nem exigentibus, ut tam ex Barto. in allegato
conſilio 75. quàm alijs ſupra citatis cernere eſt.

Tertio & vlt. principaliter obijcitur, quod poſi
to, ꝙ neceſſaria fuiſſet mentio, ſeu expreſſio fidei
cõmiſſorum prædictorũ ſatis cenſetur facta per
clauſulas quamplures conſideratas in dubijs,
in dicta legitimatione appoſitas, de quibus ſigil-
latim inferius verba faciam.

Ad hanc obiectionem tollendam duo addu-
cam, quæ generaliter eam, & omnes eius conſi-
derationes penitus tollant, poſtea ſingulariter
reſpondeo ſingulis clauſulis cõſideratis, & pon-
deratis, in dubijs.

Primum igitur eſt, quod tollit omnem diffi-
cultatem, quòd licèt eſſet uerum ſub generalita-
te dictarum clauſularum, & verborum legitima-
tionis cenſeri factam mentionẽ, vel expreſſionẽ
de dictis fideicommiſſis, quod tamen falſum eſt,
ut inferius oſtendam: tamen non propterea de-
fendi pôt, quin legitimatio ipſa ſit nullius ualo-
ris, quo ad præiudicium ipſius magnifici Comi-
tis Petri Marij, ſubſtituti, & vocati ad dicta fidei-
commiſſa. Nam, ut tradunt Doctores ſupra cita
ti, in primo fundamento, nedum opus eſt ut legi
timatio prȩiudicet ſubſtituto, de ipſa ſubſtitutio
ne, & de fideicommiſſo, expreſſam, & claram mẽ
tionem facere, ſed etiam de perſonis ſubſtituto
rum, & de eorum numero, aliàs legitimatio ipſa
eſt nulla & inualida, vel ſaltem non officit nõ no
31 minatis, cum forte Princeps non † legitimaſſet, ſi
omnia bene nouiſſet, & de perſonis etiam noti-
tiam habuiſſet, ut tradunt ferè omnes ſupra cita
ti, & præſertim Brun. dicto conſilio 15. Pariſ. di-
cto conſilio 12. numero 119. & ſeq. & Didac. in
locis ſupra citatis. Hic igitur eſt unus defectus
inſanabilis, qui non poteſt compræhendi aliquo
modo ſub aliqua generalitate verborũ, & clau-
ſularum dictæ legitimationis, nec umquam pote
rit aduerſarius ſcopulum hunc euitare, in quem
nauis eius neceſſario frangenda eſt. Cum enim,
vt tollatur ius fideicommiſſariorum, neceſſe ſit
conſtare, Principem voluiſſe eis præiudicare,
32 quo caſu habet locum illa opinio tenentium, † le
gitimatum excludere ſubſtitutum, vt per Alex.
dictis conſilijs 67. & 94. in fi. Ruin. conſilio 106.
num. 6. in 3. Pariſ. dicto conſil. 1. num. 65. & nu.
8. & conſil. 8. num. 16. & ſeq. in 2. quomodo uo-
lumus fuiſſe huic magnifico Comiti præiudica-
tum, & dictis fideicommiſſis derogatum, ſi de ip
ſo, uel de alijs ſubſtitutis, ut erat tunc Com. An-
tonius, uiuens, nullum uerbum, nullauè mentio
facta fuerit?

Secundum eſt, quòd ad euitandam ſurreptio
nem, vel obreptionem legitimationis, quæ etſi
33 modica ſit, † illa vitiat, vt per moder. in dicto cap.
per uenerabilem, etiam ſi ſine dolo, uel ignoran
tia commiſſa ſit, cum maxime agitur de præiudi
cio tertij, ut abunde tradit Soci. iun. in conſilio
120. num. 6. 4. volum. & Cur. ſen. conſi. 16. num.
75. nõ ſufficit aliquid exprimere verbis, vel clau
ſulis generalibus ſub inuolucro uerborum, & in
34 nube: ſed clare, & aperte † mentio eſt facienda,
vt Princeps deliberare poſſit, an uelit legitima-
re, uel non, vt ad propoſitum tradit Cur. ſen. in
conſil. 35. nu. 24. & 36. Brun. dicto conſi. 15. nu.
13. & 14. Ruin. conſil. 66. num. 17. in 3. Laurent.
Sylua. cõſ. 53. 45. nu. 45. & Pariſ. dictis conſilijs
9. num. 87. & 12. num. 220. & ſeq. Vnde cum nul
la de his fideicommiſſis fuerit facta ſpecialis mẽ
tio, ſed generalis, ſub inuolucro uerborum, me-
rito legitimatio ipſa non debet obeſſe dicto ma-
gnifico Reo. Et hæc duo fundamenta ſat ſunt
ad tollendas omnes conſiderationes factas in
dubijs de clauſulis legitimationis, quibus etiam
ſingulariter reſpondeo.

Et primo nihil facit, quòd legitimatus fue-
rit actor ad ſuccedendum in bonis aſcenden-
tium, quorum appellatione ueniunt ſubiecta fi-
deicommiſſo, vt uidentur uelle vbique Docto.
Nam licèt ſub hac generalitate poſſint compre-
hendi bona ſubiecta fideicommiſſo, non propte
rea ſequitur, ergo fuit facta mentio de ipſis fidei
commiſſis, cum potuiſſent extare bona aſcendẽ
35 tium adhuc non adita, cum tempus † ad adeun-
dum duret triginta annis. l. licèt, ubi glo. & Doc.
C. de iu. delibe. quæ tamen nulli eſſent fideicom
miſſo ſuppoſita, & cum hæc uerba non importẽt
magis hæc bona, quàm alia, non poteſt dici, fa-
ctam fuiſſe expreſſionem, quæ neceſſaria eſt, ut
Princeps poſſit deliberare, an uelit præiudicare
tertio, nec ne. ei igitur imputandum eſt, qui le-
gem apertius dicere potuit, & qui ſe fundat in
uerbis. l. veteribus. ff. de pact. l. quicquid aſtrin-
gendæ. ff. de uer. oblig.

Clauſula uero omiſſionis citationis neceſſa-
riæ, de qua Princeps meminit, licet poſſit conue
nire derogationi fideicommiſſi: quia tamen cita
tio erat neceſſaria reſpectu feudorum, & bono-
rum emphyteuticorum, ad quæ expreſſe Prin-
ceps actorum legitimaui, non poteſt dici, ex cau
ſa fideicommiſſi fuiſſe addita, cum ſatis reſpectu
feudorum, & emphytheoticorum bonorũ ope-
retur, per ea quæ ſupra de citatione agnatorum
in primo fundamento dictum fuit. Quæ etiam
clauſula ſatis operatur, ex quo, cum hic ageretur
de diſpenſatione, ut etiam ſupra dictum fuit, cita
36 tio † agnatorum erat neceſſaria, ut per Doct. in

dicto

dicto §. et quid ſi tantum. & Didac.in d.c.9.5.8.
num. 5.verſ.4. infero.

Dum autem ponderatur, patrem petijſſe legi
timari filium ad bona aſcendētium ipſius patris,
quo caſu neceſſario uidentur uerba intelligenda
de ſuppoſitis fideicommiſſo. Reſpondetur. im-
mo neceſſario ſub illis verbis non compræhen-
di per ea, quæ dicta fuere ſupra, prima clauſula
tum quia licèt pater iu precibus petierit legiti-
mationem pro filio ad ſucceſſionem bonorum
ſuorum aſcendentium, necnon & aſcendentium
maternorum, in legitimatione tamen Princeps
non conceſſit pro aſcendentibus tam paternis
quàm maternis. ſed ſimpliciter aſecndentium
meminit, quo caſu in aſcendentibus maternis
poteſt illa clauſula uerificari, & in hoc ſtandū eſt
37 legitimationi, non ſupplicationi, † quando legiti
matio eſt ſtrictior ſupplicatione, ut per Soc.iun.
conſil.95. num.92. in 3. tametſi cum dicta clau-
ſula poſſit ſibi locum uendicare etiam in bonis
aſcendentium fęminarum, ut auię uel proauię pa
ternæ, & etiam aliorum aſcendentiū, præter hos,
de quorum fideicommiſſis agitur, neſcio quo-
modo propter iſtam clauſulam uelit aduerſa-
rius factam fuiſſe de his fideicommiſſis men-
tionem, & Principem de illis ignarum illis
derogaſſe.

Nec etiam facit illa clauſula In fine legitima-
tionis appoſita, qua ſupplentur defectus com-
miſſi per taciturnitatem, vt dicatur facta mentio
iſtorum bonorum fideicommiſſis ſubiectorum,
vel fideicommiſſorum, ſiue ſubſtitutorum, quia
illa clauſula non poteſt extendere vires ſuas ad
ea, quæ nullo modo expreſſa fuerunt, nec ſufficit
38 in genere ſuiſſe † cogitatum, ut ad propoſitum
tradit Ruin. in conſilio 66. num.27. in tertio. &
propius ad caſum noſtrum in conſilio 80. num.1.
in fi. iuncto num.5. eod. uolum. Nec etiam ſat eſ-
ſet, ſi (ut dicitur in dubijs) fuiſſent in legitimatio
ne addita illa uerba, fideicommiſſo ſubiectorū,
quia fuiſſet generalis expreſſio, & nō fuiſſet cer
tus Princeps, cui fideicommiſſo ſubiecta eſſent,
& cuius eſſet qualitatis, & qui eſſent ſubſtituti,
quibus præiudicare deberet per ea, quæ ſupra
deducta fuere.

Vltimò nihil facit illa clauſula generalis, &
alijs quibuſcumque, vndecumque habitis, & pro
uentis, acquiſitis, & acquirendis. Quæ cum ſint
generalia uerba, debent poſſe compræhendere
39 bona † fideicommiſſo ſubiecta, per tradita per
Crauet. in conſilijs 209. & 294. ad propoſitum
Deci. conſilio 76. nam cum poſſunt alia bona,
quàm hæc compręhendere, ut clarum eſt, non
ſunt extendenda ad hæc fideicommiſſo ſuppo-
ſita in præiudicium tertij, quia cum ſumus in ma
40 teria odioſa, reſtringenda, † non amplianda ſunt
uerba, ut per omnes in dicto cap. per uenerabi-
lem. Brun. dicto conſilio 15. numero 13. & Di-
dac. dicto §. 8. numero 5. & uerba regulariter
potius ſunt reſtringāda, quàm amplianda, & ex-
41 tendenda, ne quis indebite damnum † patiatur
Crauet. conſil. 3. numero 6. & conſilio 70. num.
29. & potius debent eſſe ſine effectu operandi
42 quam quod tertium lædant, † ut in his terminis
tradit Grat. dicto conſilio 158. numero 23. &
cum in caſu Pariſ. & Grat. in quo collegium Pa
tauinum conſuluit ut ſuprà, eſſent uerba amplio
ra magis inferentia ad fideicommiſſa, & tamen
ipſi ambo conſulentes, non cenſeri factam men
tionem de eis reſponderunt: tanto magis con-
cludendum eſt in caſu noſtro, non fuiſſe factam
mentionem, quæ etiam non ſufficit generalis, &
ſub inuolucro uerborum, ut ſupra.

Videndus eſt etiam Iaſ. in conſil. 70. 3. uolum.
qui contrarium conſuluit in eo caſu, in quo con
ſuluit Deci. in dicto conſilio 76. Et licet conſtet,
vt dicitur in dubijs, Principē voluiſſe tertio prę-
iudicare, legitimando ad feuda, non propterea
ſequitur, ergo uoluit etiam legitimare ad fidei-
commiſſa, & præiudicare ſubſtitutis, nulla fa-
cta mentione fideicommiſſorum, uel perſona-
rum ſubſtitutorum, cum reſtrictio ſit facienda
ut ſuprà, non autem extenſio ad præiudicium ter
tij, nec de uno ad aliud inferri poteſt: nam licet
43 generalis poteſtas † legitimandi etiam extenda-
tur ad feuda, ut per Socin. conſilio 3. num. 8. 11.
& conſilio 17. in 3. volum. Rub. conſil. 33. num.
2. & Rip. in l. 1. num. 53. ff. de vulg. & pupilla. non
44 tamen extenditur ad legitimandum † ad fidei-
commiſſa. Curt. iun. conſi. 83. num. 16. Et quòd
legitimatio ad unum, non extendatur ad alterū,
firmat in terminis Cepha. in conſilio 117. nume
45 ro 36. & 40. ſicut etiam legitimatio † ad feuda
non extenditur ad feuda dignitatis, Socin. iun.
conſilio prædicto 95. num. 92. in tertio. imò de-
46 rogatio † facta reſpectu unius fideicommiſſi uel
teſtamenti, & legitimatio, ut ſuccedat, reſpectu
unius, non extenditur ad aliud. Pariſ. dicto con-
ſilio 9. num. 88. quia qui unum concedit, aliud
negare cenſetur, vt per Cepha. ad propoſitum, in
dicto conſilio 117. ad fi. licet reſpectu fideicom
miſſi Comitis Franciſci ceſſet etiam omnis ſeru
pulus, quia aduerſarius non ſuccederet ad eius
bona, nec ex teſtamento, in quo nullo modo cō
pręhendi nec ab inteſtato, ut loquuntur uerba
legitimationis.

Ad illud autē, quod tradit Iaſ. in l. fi. col. 5. nu.
25. de conſt. Prin. quòd non eſt neceſſe nomina
47 re tertium, quando Princeps † vult ei præiudi-
care, ſed ſufficit clauſula generalis: Reſpondetur
ex uerbis ipſiuſmet Iaſ. ibi, illud procedere, quan
do conſtat de voluntate Principis, quòd om-
nino vult præiudicare, uel derogare iuri tertij,
quod non conſtat in caſu iſto. Nec legitimatio
ad feuda, poteſt extendi ad fideicommiſſa, ut ſu
pra, quæ ſunt diuerſę naturæ. Et quia licet reſpe
ctu ipſorum feudorum poſſet extenſio fieri, non
ſic etiam reſpectu aliorum bonorum, quia etiam
quan-

48 quãdo beneficium † Principis eſt latiſſime interpretandum, illud non procedit, quando includit plura ſpetialia, & continet plures diſpenſationes, ut per Iaſ. in dicta l. fin. columna 7. vltima limitatione.

Ex his igitur ſublata ſunt omnia dubia propoſita cõtra dictum Comitem Petrum Marium, & clara reſultat concluſio, ipſum tamquam iuſtitiam fouentem ab impetitione aduerſarij, cum victoria expenſarum eſſe abſoluendum, quod in dubio eſt faciendum, tum quia Reus, l. fauorabiliores. de reg. iur. tum quia magis fauendum eſt
49 † ſubſtituto, qui tractat de damno uitãdo, quàm legitimato, Neuiz. poſt Bald. per eum citatum in conſilio prædicto 99. num. 29. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertazz.

In hac cauſa conſuluit Cephal. conſil. 186. & Rim. iun. conſil. 46. & fuit obtentum pro parte fideicommiſſi Comitis Franciſci.

ARGVMENTVM.

Ex quibus uerbis & clauſulis dicatur relictus uſusfructus uxori, nõ proprietas? Legatum, quando dicatur temporale, & de eo ſit ſatisfaciendum creditoribus? Quid ſi in eo facta fuerit ſubſtitutio?

S V M M AE.

1 *Contractus in vim valet aſsignatio facta in teſtamento præſenti, & acceptanti.*
2 *Aſsignare, poteſt importare, translatum fuiſſe dominium, non vſumfructum.*
3 *Verbum, ſpectare, potius ad dominium & proprietatem, quàm ad vſumfructũ refertur.*
4 *Petitorium cenſetur intentare, qui dicit rem ad ſe ſpectare.*
5 *Proprietas cenſetur relicta, non vſusfructus, ſi res relinquitur ad vita vſum, & vſumfructum.*
6 *Et quomodo procedat. l. Titia. parag. fina. ff. de lega. 2.*
7 *Proprietas rerum cenſetur donata mulieri, licèt dicatur res vſibus filię donatariæ fuiſſe deputatas.*
8 *Vſusfructus legato ſi aliqua additur proprietas, quæ illi non conuenit, cenſetur legata proprietas.*
9 *Inſtitutio directa, vel fideicommiſſaria, poteſt importari verbis, perueniat, aut, reuertatur.*
10 *Proprietas cenſetur legata, ſi fundus eſt relictus in gaudimentum.*
11 *Legatum non eſt temporale, quando eſt facta ſubſtitutio.*
12 *Etſi hæres magis illud habet, vt fideicommiſſarius quàm vt hæres.*
13 *Idem eſt, ſi ſit dictum, quòd legatum reuertatur ad infraſcriptos hæredes.*
14 *Filius non tenetur ſoluere debita patris, ſi bona habuit ex legis, vel aui diſpoſitione.*
15 *Vel habeat alio iure quàm hæreditario, vel fecerit inuentarium, vt in feudo hæreditario.*
16 *Verborum a proprietate nõ eſt recedendum.*
17 *Dictio, donec, facit vt potius cenſeatur legatum vſusfructus, quàm proprietatis.*
18 *Proprietas non cenſetur legata, ſed vſusfructus, ſi ſit dictum, ad vtendum fruendum in vita, vel eius vita durante.*
19 *Legatum reſtrictum ad vitam, cenſetur eſſe vſusfructus.*
20 *Verbum, more, quid importet?*
21 *Legatum eſt vſusfructus, ſi dictum ſit, per modum vſufructuaria, vel more vſufructuaria.*
22 *Dictio, etiam, implicat identitatem, & idem ius ac factum.*
23 *Teſtamenti pars vna, aliam declarat.*
24 *Clauſula, ad vtendum, & fruendum, arguit relictum fuiſſe vſumfructum, non proprietatem.*
25 *Vſusfructus cenſetur legatus, non proprietas, ſi facta ſit geminatio de verbis importantibus vſumfructum, vel relicta ſint alia legata importantia proprietatem.*
26 *Et ſi in alia parte meminit teſtator de vſufructu, oſtendit etiam ſuperius fuiſſe relictum vſumfructum.*
27 *Iura etiam veniunt in inſtrumento venditionis.*
28 *Legatum ſi eſt temporale, poſt tempus conſolidatur cum proprietate, & hæreditate, et tranſit ad quemcunque hæredem, etiam extraneum, & quomodo.*
29 *Creditoribus teſtatoris eſt ſatisfaciendum de legato temporali, & de feudo hæreditario ab hæredibus.*

30 *Hæres tenetur ſatisfacere creditoribus, de eo, quod capit vt hæres, non vt extraneus, nec iuuatur inuentario.*

31 *Verbum, aſsigno, eſt æquiuocum, nec transfert dominium: interdum autem titulum, interdum dat poſſeſsionem, interdum administrationem.*

32 *Verbum, ſpectare, non importat dominium, ſed ius pignoris, vel aliud ſeparatum à proprietate.*

33 *Proprietas non cenſetur relicta, ſi in diuerſa oratione fuit facta mẽtio de uſufructu.*

34 *Legatum non reſtringitur cauſa, vel modo.*

35 *Proprietas, cenſetur legat, ſi vſusfructus non ſit relictus, vel facta mentio de eo, ſed ſit reſtrictum legatum ad vitam legatarii.*

36 *Vſusfructus pecuniæ, ſi legatus eſt, poteſt in eo ſuſtitui, & remanet uſusfructus.*

37 *Modo non fiat ſubſtitutio de hærede, quæ non valet, & ſi fiat, præſumitur teſtator erraſſe.*

38 *Verbum, peruenire, quid importet? Et quòd intelligatur de vſufructu.*

39 *Proprietas non propterea cenſetur relicta, quia teſtator diſponat, legatum ad hæredem redire.*

40 *Et quando habeat locum, vel non, diſpoſitio l. Proculus, de vſufr.*

41 *Fundus relictus in gaudimentum, an ſit relictus quo ad vſumfructum tantum, ſi legatum reſtrictum ſit ad vitam legatarii.*

42 *Legatum eſt temporale, ſi non fuit factum ſub aliqua conditioue, & quando?*

43 *Aliud eſt, ſi relinquatur in vita legatarii, uel inſtituti.*

44 *Expreſsio teſtatoris rei, quod inerat, ad maiorem declarationem non officit.*

45 *Legatum eſt temporale, etiam quòd ſit facta ſubſtitutio.*

46 *Et maxime, ſi non eſt vocatus hæres ſpecificè, uel reſtrinxit teſtator ad illam reſtitutionem.*

47 *Vel eſt facta mentio hæredum hæredis.*

48 *Sed quid ſi addita ſit dictio, infraſcriptum, vel, ſuperſtites.*

49 *Hæredem cum beneficio inuentarii comprahendunt omnia, quæ de hærede ſimpliciter loquuntur.*

CONSILIVM IIII.

In Domino confido:

VIſo facto propoſito pro parte Magnifici & Excellentiſs. artium. & & Medicinæ Doctoris Dom. Matthæi Fabrij, de Rauenna, & ſcripturis exhibitis, ac allegationib. Excellentiſſimorum Iuriſconſultorum, qui pro vtraque parte ſcripſerunt, requiſitus, vt pro ueritate quid in hac cauſa ſentirem, ſcriberem: omnibus maturę conſideratis arbitror, iuſtiorem procuidubio eſſe partem ipſius Dom. Matthæi, & executionem pro eius credito quod habebat, cõtra olim Dom. Baptiſtam Betium, & ſucceſſiue DD, Cæſarem, & Antonium eius filios, & hæredes, cum beneficio legis, & inuentarij, faciendam eſſe in bonis, de quibus in legato facto per Magiſtrum Cæſarem Betium, antiquum patrem ipſius quondam Dom. Baptiſtæ, olim Dom. Mariæ, eius vxori, & nunc tentis per ſororem Benedictam eius filiam, uirtute dicti legati in teſtamẽto patris facti, reſeruato vſufructu ipſi ſorori Benedictę, & ſatisfacto hęredibus prædictæ D. Mariæ, de quantitate librarum 574. vt in dicto teſtamento. Et quia punctus videtur habere aliquas difficultates, vt illæ penitus tollantur, & euacuẽtur, placet ordinem cõſulentis ſeruare, traditum per Iuſtin. in §. illud quæſitum, ubi no. Porti. Inſt. de rer. diui. non oblitus quòd oppoſita iuxta ſe poſita (teſte Philoſopho) magis eluceſcũt, & poſitis iuxta ſe contrarijs, maiora à minoribus diſcernuntur, & quòd quaſi ferro viam aperit, qui per contraria tranſit, ut Bald. ſcriptum reliquit in l. precibus. 8. columna, numero 33. C. de impube. & ali. ſubſtit.

Prima itaque facie videretur dicendum, ipſum Magnificum Domin. Matthæum nullum ius habere poſſe in dictis terris, cum numquam videantur fuiſſe in bonis dicti quondam Dom. Baptiſtæ, vel in eius hæreditate, nec in eis, eius filij, ut hæredes ſuccedant patri, ſed ut uocati ex proprijs eorum perſonis in teſtamento aui, quo caſu cùm ſint hæredes patris cum benefi cio inuentarij, non tenentur ſatisfacere debito patris, uulga. l. fi. §. & ſi præfatam. C. de iu. delib. vbi omnes.
Primò legatum dictarum terrarum factũ D. Mariæ, & ſed potius illa aſſignatio illi facta, præſenti, & inſtanti in teſtamento de ipſis terris, quæ in
1 vim† contractus ualuit, glo. iuncto tex. in l. hæredes palam. §. fin. in fi. ubi Doct. ff. de teſtam. non
cenſetur compræhendere vſumfructum tãtum,
ſed etiam proprietatem rerum ipſarum, quia uer
2 bum,† aſſignare, ex quo videbatur cauſa habilis
præcedere ad tranſlationem dominij, operatur
fuiſſe tranſlatum rei dominium, non tantum
vſumfructum. Barto. ad propoſitum in l. ſi conſtante, in princip. num. 92. 93. quem cęteri ſe-

quun-

quuntur,ſolu.matrimo. Nat.conſil.496.num.5.
Ceph.conſil.135.num.8.Alcia.in l.verbum aſſi-
gnare, de verbor. ſigoif. Et licèt in teſtamento
dicatur;quòd terræ ſunt maioris precij, & valo
ris debito teſtatoris. cum dicta eius vxore, & ꝙ
illud plus abinde ſupra teſtator uoluit ſpectare
vxori,utendum & fruendum, donec ipſa uixerit,
nõ propterea uidetur legatus uſusfructus. Nam
3 verbum illud,ſpectare,potius ad proprietatem,
& dominium, quam ad uſumfructum uidetur re
ferri,Inno.& Io.And.in cap.dilecto. in ver.ſpe-
ctantia.de offic.archid. Aber. in c.cum eccleſia.
num.53.uerſ.ex prædictis,de cau.poſſ.& propr.
Io.Pet.de Ferra.in ſua prac.in for.libel.in actio.
reali. in uerſ. ſpectat. Et qui dicit in libello rem
4 ad ſe ſpectare, cẽſetur† intentare petitorium.Iaſ.
in l.naturaliter. §.nihil commune.num. 186.de
acquir. poſſ. vbi citat conſilium Feder. de Sen.
283. conſilium latum. ſic etiam non videtur re-
lictus vſusfructus illius pluris, ſed illud plus,utẽ
dum,& fruendum, quod eſt quid diuerſum.hoc
5 enim caſu † cenſetur relicta proprietas, ot ſatis
probari uidetur ex tex.l.Titia. §.fin.ff. de leg.2.
vbi vxor reliquit viro ad uitæ vſum, & fructum
participationem caſtelli Nucleorum. & gl.ibi in
fi.& communiter omnes.Bart.& cęteri decidũt
fuiſſe relictam proprietatem, non tantum uſum-
fructum. Aliud enim,ut dicit Bart.illic,& ſequun
tur alij,eſt relinquere uſumfructum,& aliud fun
dum ad vſumfructum, quo caſu cẽſetur legatum
dominium. Idem probatur in l. ſpecies, de au-
ro,& arg.lega.vbi fuit dictum in legato ſpecierũ
auri, & argenti: quarum rerum uſumfructum,
dum uiues, tibi ſufficiet.& fuit additum, ut lega-
tarius cum moreretur uernis ſuis reſtitueret, &
tamen ibi deciditur, quod non vſusfructus tan-
6 tum,ſed proprietas legata cenſetur, addito† one
re fideicommiſſi. quod tenuerunt præter Doct.
in ea.l.Alex.conſi.pen.colum.fi.2.uolum.& con
ſil.173.colum.fi.5.volum.ad idem eſt tex.in l.4.
& ibi Bar.latè diſcutit,de alim.& cib.leg.vbi ſi ſit
relictum prædium ad alimenta, cenſetur etiam
legata proprietas. Et idem probatur in l. cum ij.
§.ſi uni.de tranſ.ubi Doct. communiter de fun-
do legato ad alimenta, & in dictis locis reijcitur
opi. Oldra.diſtinguentis, an in vna oratione,uel
narratione facti, ſit facta mentio vſusfructus,
uel res legata, & verba de uſufructu loquentia,
poſt legatum perfectum ſint addita. hoc etiam
probatur,in l.donationes in concubinam.§.ſpe
7 cies.de donat. vbi cenſetur donata† proprietas
rerũ, licet fuerit dictum eas vſibus filiæ donata-
riæ fuiſſe deputatas. Præterea ex quo teſtator
cenſetur ſubſtituiſſe in dictis terris,ſeu eo pluri,
& ſuperfluo dictarum terrarum,ultra creditum,
ſeu credita uxoris hæredem ſuum,ſeu eius hære
des, ſatis oſtendit proprietatem reliquiſſe, quia
8 in uſufructu inanis † eſt ſubſtitutio hæredi facta,
l.qui fructus.de vſufr.leg.quod etiam probatur
ex dicta l.ſpecies, & ex l.fi.de vſufr.ear.rer.quæ
vſu cõſu. ubi fuit relicta pecunia Titio, vt vſum
eius habeat,& poſt mortem ſuam ad Meuium re
diret, & tamen cenſetur legata proprietas, quia
erat reſtituẽda pecunia ab eo poſt mortem eius,
ut ibi dicit Iuriſconſultus. ſic etiã uidemus pro-
pter aliquam additionem factam legato vſusfru
8 ctus, quæ illi non conueniret, cenſeri legatam† eſ
ſe proprietatem, vt uidetur probari in l.Procu-
lus.de vſufru.per quem tex.in d.l.fi.decidit Soc.
iun. caſum huic noſtro ſimilem, in conſilio 84:
num.6.& ſeq. 1.uolum. quòd ſi ſit legatum præ
dium alicui, uel inſtituatur in prædio, licet di-
catur,inſtituit uiuentem uſufructuarium, cenſe-
tur tamen relicta proprietas. Et quãdo quis gra
uat legatarium uſusfructus reſtituere, cenſeatur
uoluiſſe proprietatem legare,uoluit Rom. ſing.
563.tu habes.In propoſito autem illa uerba,per
ueniat,&,reuertãtur,ſunt cõia,& poſſunt impor
9 tare directã† & fideicõmiſſariam ſubſtitutionẽ.
Bar.& alij,in l.centurio.de vulg.& pup.Et quod
10 quando fundus relictus eſt in gaudimẽtum† cẽ-
ſeatur relicta proprietas, tenuit Bal. in l. ſi habi
tatio.§.1.de vſu,& habita.Franc. Crem.ſing.34.
lego vxori.& Marſ.ſing.414.teſtator.Et idem in
fundo legato ad alimenta, vel ad vſufructuan.
* præter Bar.& alios,in dicto §.ſi uni.vbi Iaſ. dicit
communem, * num. 3. tradit Ferrat. caut. 2. &
Durant.de Arte teſtan.tit.6.caut.23.Nec obijci
poſſe uidetur quòd dictum legatum fuerit tem-
porale,& poſt mortem uxoris,& ſororis Bene-
dictæ reſpectu partis ipſi ſorori relictæ,ad hære-
des teſtatoris redeat: quia hoc poteſt negari,
11 quando eſt facta† ſubſtitutio, ut ſupra, ut uoluit
Alex.in cõſ. 92.ſuper eo.3.colum.3.volum.& ꝙ
12 hbẽat hęres† magis ut fideicõmiſſaruis,quam ut
hæres,uoluit Caſtren. conſilio 426.ad primum
quęſitum 2.dub.2.uolum.Et idem ad propoſitũ
uoluit Fulgo.in conſi.70.proponitur quod d.Lu
cas.in 1.dub.Vbi teſtator diſpoſuit, ꝙ poſt mor-
tem legatarij bona deuenirent libere ad inſtitu
tum hęredẽ teſtatoris infraſcriptum, ut fuit etiã
dictum hoc caſu.Idem, quando eſt dictum quòd
legatum reuertatur ad inferiores hęredes,quòd
13 non ſit legatum † temporale tradit Alexand.in
dicto conſilio 173. in 5.Rui.conſilio 29.num.4.
& 5.in 2.& ſequitur Soci.iun. in conſil.131. nu.
74.1.uolum. Cum.n.primus hæres Dom.Bapti
ſtæ obierit, non uidetur potuiſſe acquiri dictum
legatum proprietatis eidem. vnde dicti filij ex
2 perſona propria videntur admittẽdi, & tãto ma
gis,quia fuerunt vocati hæredes ſuperſtites, iux-
ta tradita per Socin. in conſilio 14. numero 6.
& 7.in 4.Quo fit ut cum non habuerint d.terras
ex facto patris defuncti, ſed ex legis, uel aui di-
14 ſpoſitione,non tenentur† ſtare cõtractui patris,
& ſoluere eius debitum. Gabr.li.6.ſuarum con-
cluſionum,tit.de Reg.iur.concl.11. numero 27.
idem quãdo alio iure quam hęreditario habeãt.

Burſat.

Burſat.conſil.91.num.22.
Quinimo etiam quòd haberent rem ipſam
iure hæreditario, non uidetur poſſe teneri, ex
15 quo non habeut a defuncto,†& fecerunt inuen
tarium, vt ſupra, vt in feudo hæreditario voluit
Dec.in conſil.185.colum.4.& And.ab Exea.li.
de pac.numero 228.& ad propoſitum facit l.ſi a
me. ad l. Falcid. vbi non computatur in quar-
tam, quod habet hæres, non vt hæres, ſed ut
fideicommiſſarius.
His tamen minime refragãtibus, contrariam
ſententiam iuſtiorem eſſe, vt ſupra, exiſtimo du-
plici ratione.
Primo, quia dictum legatum non fuit factum
de proprietate, ſed de vſufructu dictarum terra
rum, adeò quòd proprietas remãſit penes dictũ
Domin.Baptiſtam hæredem, quouſque uixit, &
poſt eius mortem penes eius filios & hæredes.
Secundo, quia quatenus fuit relicta proprie-
tas, legatum ipſum fuit temporale, & finito tem
pore redit ad hæreditatem, & in ipſo poteſt ſa-
tisfieri ſicut in re hæreditaria Dom.Baptiſtę, ipſi
magnif. Dom. Mattheo.
Primũ probatur põderãdo verba dicti legati:
in quo primo eſt facta mentio per teſtatorem de
uſufructu, ut ibi, utẽdũ, & fruẽdũ, & qñ ſunt uer
ba clara, & expreſſa facientia mentionem de vſu
16 fructu, ab eorum proprietatę non† eſt receden-
dum, l. non aliter. iu princip. de lega. 3. & ita ad
propoſitum argumentatur Socin. in conſil.102.
num. 13.3.uolum.Bello.conſil.ẽt citato per alte
rum ex magnif.aduocãtis D.Matthęi.num.3.&
Cepha.conſil.37. nu.23.
Secundo fuit factum relictum donec uixerit
Dom.Maria. & ſucceſſiue Dom. ſoror Benedi-
cta, quo caſu relictum eſt annuũ, a principio, &
pro primo anno purum, & pro ſequentib.con-
ditionale. hoc enim caſu propter dicctam d.ctio
nem donec, tanto magis cenſetur legatum† vſu
17 fructus, †non proprietatis. Rub. Alexan.conſil.
23.num.5.Ceph.conſi.158.uum.39.& Borgni.
Caualcan. in tract. de vſufruc.muli. reli. nume-
ro 79.& 115.
Tertio fuit relictum factum ad vitam legata-
riorum, quo caſu quando eſt facta mentio vſuſ-
fructus, ut quia ſit dictum, Ad vtendũ, & fruen-
dum in uita ſeu eius uita durante, & tunc non
18 cenſetur legata†proprietas, ſed vſuſfructus, Bal.
in l.prima.num.2. C.de fruc.& lit.expen. ſecun-
dum quam ſententiam conſuluere Curt. ſen.&
alij famoſi Doct. illius temporis, ut refert Pau.
de Monte Pico, iu dicto §. Titia.num. 11.& ſeq.
Boer.conſil.13.uum.2.in fi. Quando enim eſt re
19 ſtrictum†legatum ad uitam, cẽſetur eſſe vſuſfru
ctus, qui finitur cum vita.§.finitur. Inſtit.de vſus
fru.Dec.conſil. 278.colum.3.ner.Quia.& ſenſit
Pic.dicto nume. 10. cui opinioni etiam adhæret
Ferrat. d.caut.2.colum.pen.& fi.& tenet Ceph.
dicto conſilio158.num.5. & Borgni.dicto trac.
num.76.& 79. Quod etiam uoluit Socin. in di-
cto conſil.102.& ſeq.
Quarto hoc probatur ex illis uerbis, more
vſufructuariæ, quæ declarant teſtatorẽ uoluiſſe
illam facere, & eſſe uſufructuariam, quia alias ſu
perfluo noluiſſet illam ſe gerere more uſufru-
ctuariæ, ſi uoluiſſet eſſe proprietariã: talia enim
uerba inferunt debere ſeruari in eo caſu, quod
20 de more ſeruandum† erat, ut probatur in l.mo-
re maiorum, de iur.om.iud.in l.pen. de iuſtit. &
iu. in l. more Romano, de fer. ubi diſpouitur ſe
cundum illos mores, & eſt ac ti fuiſſet dictum,
21 per modum vſusfructus. quo caſu præſumitur
legatum uſusfructus, & nou proprietatis. ut ad
propoſitum tradit Bello. d.conſ. 6.nu.3.
Quinto idem probatur ex capitulo, ſeu clau-
ſula ſequenti, uolens, & mandans, quod mortua
ipſa Dom.Maria prędicta ſoror Benedicta, ſi tũc
ſuperuixit, ſit, & eſſe debeat etiam uſufructua-
ria prædictæ petiæ terræ, ſuper qua eſt dicta do-
mus, ut ſupra, &c. quę clauſula aperte probat, ip
ſam Dom.Mariam fuiſſe relictam vſufructuariã,
22 propter illam dicrionem,† etiam, quæ implicat
identitatem, l. etiam. ſol.mat.l.fi. C.ſi tut.uel cu-
ra.interue. Soci.conſilio 27. num. 11.in 4. Grat.
ad propoſitum, reſponſo.13.nu.27.2.nolum.ubi
ex Alex.dicit, quod implicat idem ius, & factũ,
Nat.conſi.476.nu.7.& 8.ubi dicit quod uedum
implicat identitatem, ſed etiam repetit omnes
23 ſuas qualitates. certum eſt enim, unam†partem
teſtamenti, alteram declarare. l qui filiabus. in
princ.de leg.1.vbi Iaſ.Iul.Clar.late, in §.teſtamen
tum.q.76.3.reg.li.3.ſuarum ſententiarum, & ad
propoſitum.noſtrum Bello. d.conſil.nu.8.
24 Sexto clauſula illa ſuperior, vtendum, et
fruendum. infert legatum fuiſſe uſumfructum,
non proprietatem, nt arguuntur Soci. conſilio
3.numero 4.in 4.uolumine. Bello, dicto conſilio
6. numero 3.& 4.
Septimo gemiuatio facta de uerbis importan
tibus uſumfructum, etiam arguit legatum uſuſ-
fructus. Bello.d.num.4.& Ceph.d.158. num.42.
Octauò, cum teſtator reliquit alia legata d.D.
Mariæ & pręſertim legatum beſtiarum, in quib.
oſtendit, ſe legaſſe proprietatem, cum uellet ut
de eis poſſet diſponere ſuo arbitrio, ex hoc etiã
25 arguitur, hoc fuiſſe† uſusfructus, ut per Bello.
dicto couſi. num.6,
Nonò & vlt.uñ teſtator noluiſſe, d.ſororẽ Be-
nedictã eſſe uſufructuariã poſt mortẽ d. D. Ma
riæ, q̃ caſus euenit, certe proprietas eo caſu trã
ſuolaſſet ad hæredes, quia non potuiſſet ſtare in
aere, nec in ſuſpẽſo, quod ſi ſic eſſet, prout in rei
ueritate eſt, ſequirur quòd ita pariter fuit uſu-
fructuaria Dom. Maria propter dictam clauſu-
lam, quæ declarat ſuperiorem ut ſupra, quia quã
26 do teſtator Inferius meminit de legato† uſusfru
ctus, declarauit id, quod ſupra relictũ eſt eſſe pa-
riter uſumfructum, Soc.dicto conſi. 102.nu.13,

&

& idem ſi ex alijs verbis poteſt conſtare de mente teſtatoris. Rom.conſil.503.diligenter.2.dub. num.7.Durant.qui ſequitur Soc.d.caut.23.in fi. & Cepb. conſil.37.num.30.

Ex tot igitur rationibus & fundamentis concludo,legatum prædictum fuiſſe vſusfructus, & nõ proprietatis, & propterea proprietatem pertinuiſſe ad dictum q.D.Baptiſtam, & per conſequens veniſſe in obligatione facta ꝑdicto M.D. Matthæo, in inſtrumento venditionis illi factę,
27 in qua deueniunt etiam iura, Rip.in l.1.num.6. de pign. & in ipſa proprietate executio fieri poteſt, ad not. in l.ſi finita. §.ſi de vectigalibus. de dam.infe.Secundo principaliter,poſito ſine pręiudicio veritatis, quod legata fuerit etiam proprietas,non tantum vſusfructus,quod non poſſum fateri per prædicta & per alia, quæ etiam dicẽtur inf.pro reſponſione oppoſitorum ſupra, adhuc tamen dicta executio in dictis bonis venit facienda, reſeruato vſufructu dictæ ſororis Benedictæ, ut ſupra reſpectu partis, cuius vſuſfructus illi relictus extitit,quia D. Maria non potuit illa tranſmittere ad ſuos bæredes, ſed bona ipſa poſt eius mortem, pro parte,& pro dicta reliqua parte, poſt mortem ſororis Benedictæ ad hæreditatem dicti q.Cæſaris antiqui,& ſucceſsiuè D.Baptiſtæ eius filij, & bæredes ſuos, debuerunt, & debent redire, ex quo legatum illis factum fuit,& eſt temporale,& ad tẽpus earum vitæ reſtrictum. Nec habetur hoc caſu reſpectus ad perſonam, ſed magis ad ius hæreditarium,&
28 iure cuiuſdam† conſolidationis,per text.in d.§. Titia.& ibi Bart.Bal.qui dicit, hæredem hæredis poſſe rem vendicare. Caſtr.qui dicit quòd conſolidatur cum bæreditate,ſicut vſusfructus cum proprietate. & ſic penes quemcumque reperiatur hęreditas,bona redeunt,ſicut etiam vadit ad extraneos hęredes.Cuma.illic,num.3.Pic.num. 17.& ſequen.& maxime nume.19.20. Soc.in d. conſil.102.num.4.Barb.conſil.55.colum.3.in 2. Dec.conſ.557.nu.4. Rui.conſil.86.5.6.in 2.Rip. in l.hæredes mei.§.cum ita.num.67.& ſeq.& ibi latius Hier.Zanch. in repet.nnm.162.vbi 2.colum.reſpectu conſolidationis æquiparat vſufructuario.Pariſ.conſil.21.num.38.44. in ſecundo volum. vbi ad propoſitum noſtrum, & in conſilio 97. columna ſecunda, eodem volumine, Alcia.in l.prima,num.18.de leg.primo.Crauet. in repet.l.cum filiofam. 2.par. nu.259.& ſeq. ff. eo.Cepb.plenè.d.conſil.158.num.6.& 7.& ſeq. Borgni.d.tract.num.81.& nouiſſime Burſat. conſil.87.num.28.Quod etiam probatur ex.l.fin.C. de leg.vbi legatum relictum ad tempus, poſt tẽpus ad hęredẽ redit.Et quando apparet de mente teſtatoris, quòd voluit legatum limitare, babet locum diſpoſitio d.§.Titia.Bart.in d.l.4.no. 5.de alim.& cib.leg. Cum itaque dicta bona legata finito tpe legati ueniant ad hæredit. & hęredes prædictos & dicti filij Dom.Baptiſtæ non poſſint illa habere,niſi hæredes patris, certum eſt etiam quod de illis tenentur dicto creditori ſatisfacere, & in hoc approbare factum defuncti, ex quo ſunt ut hæredes, non ut extranei, per ea quæ de feudo hæreditario ad quoſcumque extraneos tranſituro ſcribunt Doc.quod ſatisfaciendum ſit creditoribus defuncti per hæredes, ẽt qui inuentariũ confecerint, quod hoc caſu eos non releuat. quod exemplum ſeruit optime ad hoc propoſitum ex eiſdem rationibus,
29 quas deducunt Doct.tenentes† hanc ſentẽtiam in feudo,ut Socin.iun.conſil.112.colum.3.in fi. 2.uolum.& 42.num.2.in 3.Alciat.conſilio 160. num.15.Ant.Gabr.d.conclu.11.num.20.& ſeq. Vbi dicit,quod hæres tenetur hoc caſu approbare factum defuncti,nouè Menoch. conſil.89. num.68.& ſeq.& nouiſſime Rolan.à Val.in trac. de inuent.confe.4.par. §.numquid hæres.num. 14.& nu.28.29.& ſeq. fol.149. ſic etiã ſi hæres ut hæres, non ut extraneus aliquid capiat cauſa conditionis implendę, tenetur de illo credito-
30 bus ſatisfacere,nec illum† iuuat inuentariũ, ut per Ang.Caſt.& alios,in l.ſeruum filij.§.ſi idem. de lega.1.& plene per Rolan.dicto tract.& par. §.an hæres. fol.33.

Supereſt modo ut tollantur ea, quæ pro parte aduerſa,ſupra in medium adducta fuere, quæ etſi ex ſupra conſtitutis fundamentis corruiſſe cõſtet,& effectualiter, ac uirtualiter ſublata ſint, ſigillatim tamen euacuantur, ut clarius de iuſtitia huius conſultationis liqueat.

Primo itaque nihil facit, ꝙ dicti filij ſint bæredes cum beneficio inuentarij, quia cum proprietas dictorum bonorum non fuerit relicta dictis mulieribus, vt ſupra abundè demonſtratum extitit, in ea poteſt, & debet dicto creditori ſatisfieri, & debuit dicta proprietas etiam poni in inuentario, vt ius defuncti.

Secundo etſi proprietas fuiſſet legata (quod negamus) cum ad hæreditatem res, vel redierit pro parte, vel reditura ſit, in ea poteſt,& debet ſibi ſatisfieri per adducta ſupra in ſecundo fundamento.Et licet aſsignatio illa videatur facta per viam contractus, idem tamen eſt ac ſi facta fuiſſet per uiam vltimæ voluntatis, ut non dicatur translatum dominium, quod ad hæredes ſuos tranſeat, vt Bartol.tradit in dicta l.quarta, in fine, & plures etiam citat Conſtant. Roger. in dicto §.ſpecies.nu.primo. Nec eſt uerum,quòd cauſa babilis pręceſſit ad dominij tranſlationẽ, ſaltem ultra ſummam,de qua in teſtamento.Vn
31 de verbum,aſſigno,tamqnam ęquiuocum,† non transfert dominium, quod interdum dat titulum,interdum poſſeſſiouem, & interdum adminiſtrationem. Bal.in l.2.num.7. C.com. de leg. Aretin.in l.ſi pluribus 3.not.per illum text. de legat.1.Alci.in d.l.uerbum,aſſignare.Grat. reſponſo.7.num.4.13.& 14.2.uolum. ubi quod operatur ratione adiuncti.Et cũ teſtator declarauerit,

quo

quo pacto intellexit procedere, & locũ ſibi ven-
dicare dictam aſſignationem; ceſſat omne dubiũ.

Quę antem obijciuntur de uerbo, ſpectare, pa
32 riter† ceſſant, cum non tantum importet domi-
nium, ſed etiam poſſeſſionem, ius pignoris, vel
aliud ius ſeparatum a proprietate, vt ad propoſi
tum trad. Calder. in tit. de præben. conſil. 23. an
ſi papa. & eſt deciſ. Rot. 49. quidam. de reſcrip. in
antiq. & ſequitur Felyn. in rubr. de reſcr. colum.
tertia, poſt med. & de dicto verbo, pertinere, eiuſ
que ſignificatione trad. Rip. in d. cap. cum eccle-
ſia. nu. 132. Et quòd dictum verbum ſit æquiuo-
cum, & non importet dominiũ, niſi ſit additum,
iure dominij, trad. Burſ. in conſ. 8. nu. 14. Et ſi be-
ne inſpiciantur, quæ ex aduerſo in hoc allegan-
tur, non aliter etiam dicunt, & maxime illud con
ſilium Feder. mihi non dicit id, ad quod allega-
tur. Quod modo proprietas cenſeatur legata D.
Marię, non vſusfructus tantum, non probatur in
d. §. Titia. quia Doct. illic tenentes poſt vlt. gloſ.
ſuiſſe relictam proprietatem, non loquuntur in
2. caſu, in quo non fuit facta mentio de vſu, vel
fructu, ſed tantum fuit relictũ legatum ad vitam,
& dubium erat de bonis extra dotem relictis ui
ro, an deberentur filiæ hæredi, ut Alci. qui illum
text. reſtituit, declarat in c. 19. lib. 4. diſpunctio-
num. Vltra quòd eo caſu non concurrebant tot,
quæ concurrunt in caſu iſto, quæ apertiſſimam
rem reddunt. Ad l. ſpecies, multipliciter reſpon-
detur. & primo, quia ibi fuit relicta res, non vſuſ-
fructus, quod factum non uidetur bene in caſu
noſtro. Præterea in diuerſa oratione fuit facta
mentio de vſufructu, poſt orationem legati per-
33 fectam, quo caſu non † cenſetur relicta proprie-
tas, vt voluit Alber. in d. §. Titia. cui uidetur adhę
rere Pic. nu. 23. & Ferrat. d. caut. 2. nu. 1. ult. col.
Tertio illic additur cauſa, vel modus de vſufru-
34 ctu† loquens ad fauorem legatarij, quæ non re-
ſtringit legatum. Bar. & Alber. in d. l. 4. Bar. Imo.
& Conſtant. in dic. §. ſpecies. & Pic. in d. §. Titia.
num. 10. & 17. Quarto non eſt relictus vſusfru-
35 ctus, vel facta† mentio de eo, & reſtrictum lega-
tum ad uitam, ut per Bal. & communiter alios ſu
pra citatos, Soc. d. conſ. 102. nu. 12. Borgni. d. tra
cta. nu. 79. & faciunt trad. per Pariſ. d. conſ. 97. 2.
colu. vltra ꝙ ex multis verbis, & clauſulis ſupra
ponderatis apertiſſimè probatur, relictum fuiſſe
tantummodo vſumfructũ, quod in caſu d. l. ſpe-
cies. non euenerat.

Et eiſdem rationib. reſpondetur ad d. l. 4. de
alim. & cib. leg. & ad l. cum ij. §. ſi uni. & ad §. ſpe-
cies, d. l. donationes in concubinam, & ad alias
ll. ex quibus probatur cenſeri relictam proprie-
tatem, licet fuerit facta mentio vſusfructus, quia
quando eſt etiam legatum reſtrictum ad uitam,
non cenſeť relicta proprietas. & idem eſt in alijs
concurrentibus, quæ in caſu iſto concurrunt.

Præterea ad dictam l. fin. de uſufr. earum re-
rum, reſpondet Ang. in l. qui duo. de ſeruit. ruſt.
præd. quòd loquitur in pecunia, cuius vſus non
poteſt ſeparari a proprietate, ſecus uidetur in
alia re, cuius vſusfructus legatus eſt, quia poteſt
36 ſubſtitui in vſufructu, † & remanet vſusfructus.
Pariſ. dicto conſilio 21. num. 41. in ſecundo. mo-
do ſubſtitutio fiat de alio quàm de hærede, cum
non valeat illi facta, ex quo redit ad proprieta-
tem ſine ſubſtitutione. dicto §. finitur. Inſtitu. de
vſufruc. & præſumitur teſtator erraſſe, ut eſt
text. ineuitabilis in dicta l. qui fructus. de uſufru.
leg. & uoluit idem Caſtr. ſeu alius, quiſquis fue-
rit, inter eius conſilia, in primo uolum. conſilio
121. colum. fin. ante numerum primũ, quod in-
nuit etiam Roman. ſingu. 543. tu habes. & quod
37 non valeat† talis ſubſtitutio, facta hæredi, tenet
etiam Ruin. licet illum text. non alleget, in conſi
lio 54. numero 10. in ſecundo uolum. Et cum in
propoſito hic prætendatur facta ſubſtitutio de
hærede, illa non facit vt cenſeatur relicta pro-
prietas, ſed potius præſumitur erratum, licet in
caſu iſto teſtator non cenſeatur uoluiſſe facere
ſubſtitutionem dictis uſufructuarijs, ſed tantum
exprimere id, quod inerat de iure, quæ expreſſio
non officit. dicta l. 3. de leg. primo, de quo inſe-
rius dicetur in ſequenti puncto. quod etiam aper
te demonſtrat proprietas illius uerbi, perueni-
38 re, quod non† de proprietate, ſed de peruentio-
ne facti, & nuda a tranſlatione proprietatis, &
ſic de uſufructu intelligitur, Pau. de Caſt. in con
ſil. 246. quòd dicta ſubſtitutio. ante fin. in antiq.
ubi loquitur ad propoſitum noſtrum. quem ſe-
quitur Zanch. in d. §. cum ita. num. 122. nihil igi-
tur facit ꝙ teſtator diſponat, legatum ad hæredẽ
39 redire, vel peruenire, quia nõ propterea † cenſeť
relicta proprietas, ut et poſt Soc. in d. conſ. 102.
declarat Ceph. in d. conſ. 158. nu. 1. Et cum nihil
40 fuerit diſpoſitum præter id, quod conuenit† vſu
fructui, diſpoſitio. l. Proculus. de vſufr. nihil hẽt
cõe cum caſu noſtro, ut per Bello. d. conſil. 6.
nu. 11. tametſi lex illa non probet ẽt id, ad quod
allegatur, ut multi ex recentioribus declaraue-
runt, Ari. Pinel. in l. 1. 3. par. nu. 42. C. de bon. ma
ter. Vaſqui. qui de ſucceſſio. creatio. li. 3. §. 23. an
te fi. nu. 50. & Borgn. d. tract. de vſufru. mul. reli.
nu. 77. 2. col. vbi dicunt, ꝙ relicto vſufructu non
uenit proprietas, etiam ſi legatum remaneat inu
tile. l. quod in rerum. §. 1. de legat. 1. & teſtatores
errore iuris, & etiam Notarij, quandoq; per im-
peritiam multa addunt in teſtamentis, nõ neceſ
ſaria, vt in d. l. qui fructus. Conſil. ẽt Soc. iun. 84.
in 1. non officit intentioni noſtræ, quia in caſu
ſuo concurrebant alia, quæ in noſtro non con-
currunt. Vnde ceſſantibus eius rationibus, ceſſat
eius deciſio. l. quod dictum. de pact. & pręſertim
in caſu ſuo fuerat inſtituta hæres illa D. Bartho.
vnius poſſeſſionis, quod ipſe multũ ponderat, &
reſtitutio erat alijs facienda, ut illic habetur.

Poſtremò auctoritates Bal. & aliorũ in illa q.
de fundo relicto ad gaudimentum tolluntur, vl-

tra quòd habent contradictores, & repugnant
41 menti teſtatoris, quia non† procedunt in legato
reſtricto etiam ad uitam legatarij, ut ſupra de-
ductum fuit, & in ſpecie firmat Socin. dicto
conſilio 102.num. 12.& ſequen.Boer.dicto con
ſil.13.nume.ſecundo, & Borgni.dicto nume.76.
Non obſtant modo ea, quæ contra ſecundum
punctum, & fundamentum noſtrum ſupra obij-
ciebantur. Et primo, quòd legatum non fuerit tem-
porale, propter ſubſtitutionem factam.vt ſupra,
quia immo fuit, & eſt temporale, ex quo nõ fuit
42 factum† ſub aliqua conditione, puta, ſi deceſſerit
ſine liberis, vt per Bald. in l.in cauſæ.la ſeconda,
§.Pomponins. de minor. ſed ſimpliciter in caſu
mortis, ut animaduertunt Rip. & Zanch.in d.§.
cum ita.ſupra citati:nam aliud eſt, quòd quis in
ſtituatur, vel quid illi relinquatur ſimpliciter, &
poſt eius mortem, alius ei ſubſtituatur, vel uoce-
tur, & tunc verum eſt quòd non eſt relictum tem
porale, ſed conditionale, & prædecedente uoca
to non tranſmittit ad hæredes, ut in dic.§.Pom-
ponius. Aliud eſt, quòd relinquatur in uita lega-
43 tarij, vel inſtituti, quia tunc eſt† temporale lega-
tum, & redit ad hæreditatẽ, & ita declarat Caſtr.
in dicto §.Titiæ.in dicta l.fi. C.de lega.ubi etiam
ſequitur Corn.& in dicta l.ſi ame.ad l.falcid. ſe-
quuntur Rub.dicto conſil.23.num.4.Rip.dicto
§.num.68. Durant.de arte teſt.tit.quarto, caut.
5.num.ſecundo, & Ceph.dicto conſil.156.num.
12. Nec hoc caſu diſpoſitio teſtatoris, quod res
44 redeat ad hæredes, officit, ſed iuuat magis:† ex-
primit enim ad maiorem declarationẽ id, quod
inerat, ut ſupra, vt ad propoſitum reſpondit Iaſ.
in conſil.154.colum.fin.ante fin.quarto volum.
Crot.in l.re coniuncti.num.115.de leg.3. Pinel.
in dicta l.prima, num.42.4.pag.& Crauet.in con
ſil.306.num.tertio, ante fin.& in hac quæſtione,
in dicta l.cum filiofam.nu.261. & 352.& ſeq. &
Pariſ.d.conſi.22.num.44.Quinimmo etiam hoc
caſu facta ſubſtitutio non officit, quin relictum
45 remaneat † temporale, quicquid maluerint alij
ſupra in oppoſitum citati, vt per Socin.in dicto
conſil.102.num.14. Corn.in d.l.fin. Pariſ d.nu-
mero 44.Crauet.in d.l.cum filiofam.dicta ſecun
da par.num.259.Zanc.in d.§.cum ita. num.167.
ſecunda colum. Ceph.d.conſil.158.num.37. &
38.& nouiſſime Burſat.dicto conſil.86. nume.6.
46 † Quod tanto clarius procedit, quando non eſt
vocatus hæres inſtitutus ſpecificè, vel reſtrinxit
teſtator ad illam reſtitutionem, vt per Rub.dicto
47 conſilio 23. nume.quarto. Vel eſt facta† mentio
hæredum hæredis, ut in caſu iſto facta fuit, Soc.
dicto conſilio 102.colum.fin.numero 15. Nam
eo caſu nihil officit addita dictio, infraſcriptum,
vel ſimilie, ut per Durant. dicto titu.6.caut.60.
num. ſecundo, tametſi inſpecta mente teſtato-
ris, illa etiam non officiat, Crau, in dicta l.& par.
numero 161.late Ceph.dicto conſilio 158. nu-
mero 26.& ſequen. & Burſat.dicto conſilio 87.
numero 28. Cum itaque fuerint etiam uocati
hæredes hæredis, & ſeu diſpoſitum, legatum te-
dire ad dictos hæredes hæredis, non poteſt di-
ci quòd dicti filij habeant, vel habere poſſint
hæc bona ex perſonis eorum proprijs, magis
quàm haberent vſumfructũ, qui conſolidaretur
cum proprietate ipſorum, prout hoc legatum
conſolidatur cum hæreditate, ut ſupra. Nec il-
lud verbum, ſuperſtites, offendit hunc intelle-
ctum, ex quo exprimit quod ineſt, cum nullus
48 † poſſit admitti, niſi ſit ſuperſtes, vt reſpondent
Iaſ.dicto conſilio 154.ante fin. Crot.in dicta l.re
coniuncti.nume.115.& Crauet.d.306. numero
tertio, ante fin. & non repugnat menti teſtato-
ris, vt in fortiori caſu dicit Crauet. in d.par.nu-
mero 261. quod cum referatur ad hæredes hæ-
redum, nullam habet difficultatem, quod ſecus
eſſet, ſi de filijs.vel fratribus, aut alijs huiuſmo-
di perſonis teſtator loqueretur, quo caſu loqui-
tur Soc.iunior ex aduerſo citatus, & alij tenen-
tes ſuam ſententiam: nam oportet illis caſibus
vocatum ſuperuiuere grauato, ſecus in hæredi-
bus hæredis, qui ſemper ſuperuiuunt, & ſuperſti
tes ſunt, ſi hæres habeat hæredes. Vnde conclu-
dendum eſt, quòd dictæ hæredes, non habent
relictum ex perſona eorum, ſed ex perſona hæ-
redis, cui ſucceſſerunt, & ſic Dom. Baptiſtæ eo-
rum patris, debitoris tranſmittentis, vt in ſpecie
dicit Crauet.dicto numero 261.uerſic.præterea.
Et ſic ceſſant ea, quæ ex aduerſo obijciebantur,
quòd haberent ab auo, & alio iure quàm hære-
ditario patris. Quod autem dicebatur de feu-
do hæreditario, quod habet filius, qui inuenta-
rium confecit, & de eo non teneatur ad debita
patris.ex Dec.& And.ab Ex.ſupra. ex Soci.iun.
Alcia.Rolan.a Val.falſum eſſe comprobatum ex
* titit, qui affirmant communem*opinionem eſſe
contra Dec.quod immo filius de feudo hæredi-
tario tenetur, ſicut de qualibet alia re hæredita-
ria ſatisfacere creditoribus patris. Vltimo non
obſt.dicta l.ſi a me.ad l.falci.quia illa non proce
dit, quoties hæres nõ habet ut fideicõmiſſarius,
ſed ut hæres, vt quando eſt relictum ad tempus,
quod neceſſario & omni caſu finito tempore re
dit ad hæreditatem:tunc enim hæres habet iure
hæreditario & non iure fideicommiſsi, & tranſ-
mittit ad hæredes, ac imputatur in quartam, ſi-
cut cætera bona hæreditatis, vt declarat Caſtr.
illic. Cum itaque adeundo d. Baptiſta hæredita-
tem patris, dominium, & proprietas, ſeu ius hu-
iuſmodi terrarum in ipſum tranſlatum, vel tranſ
lata fuerit, l.cum hæredes, in principio, de ac-
quirenda poſſeſſio. & ſubinde per aditionem
factam per filios, etiam in illos tamquàm ius
quæſitum patri. licet inuentarium confecerint,
tenentur de illis rebus creditoribus ſatisfacere,
vt ſupra, nec inuentarium illos defendit. quod
enim de hæredib. diſpoſitũ eſt, regulariter etiam
49 in hęrede cum beneficio inuẽtarij procedit, † &
lo-

locum ſibi vēdicat. Caſtan. cōſ. 22. nu. 23. & ſeq. & conſ. ſeq. nu. 27. & ſeq. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le vif. 2. par. 11. declarat. num. 7. & ſeq. Reſidēo itaque in hac ſententia, prædictum Magn. D. Mattheum iuſtitiam fouere, & illi in dictis bonis, vt ſup. ſatisfaciēdū eſſe. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertazz.

Contra hæc conſil. adeſt Ceph. 399.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum, quādo poſſit compræhendere emphyteuſim & feudum?

Et quid ſi emphiteuſis ſit noua, uel alienabilis? & quando ſit uel noua, uel alienabilis?

Et quid ſi fideicommiſſum ſit factum inter compræhenſos?

Et de confectione, & ualiditate inuentarij, ad hoc ut quis poſſit petere fideicommiſſum.

S V M M AE.

1 *Emphyteuſis non poteſt comprahendi in fidei commiſſo, ex Soc. iun.*

2 *Sed contraria opinio eſt verior, ſi fideicommiſſum ſit factum inter comprahenſos in inueſtitura.*

3 *Feudum paternum & antiquum venit in fideicommiſſum factum inter comprahēſos.*

4 *Et maxime, quando teſtator loquutus eſt expreſſe de bonis feudalib. vel emphyteuticis.*

5 *Filii haredes poſſunt grauari in rebus etiam propriis.*

6 *Teſtator poteſt diſponere de rebus haredum, vt de propriis.*

7 *Bonorum appellatione, continetur emphyteuſis, & feudum.*

8 *Pralegatum non valet rei emphyteutica, vel feudalis factum vni ex filiis, niſi ſimpliciter adeatur hareditas per alios.*

9 *Emphyteuſim comprahendi in fideicommiſſo, eo magis eſt dicendum, cum agitur ſolum de poſſeſſione auocanda.*

10 *Emphyteuſis eſt noua, ſi facta eſt inueſtitura tanquàm de re deuoluta & decaduta.*

11 *Etiam ſi in inueſtitura ſolum ſit appoſita noua qualitas.*

12 *Emphyteuſis ſi eſt noua, tanto magis venit in fideicommiſſum.*

13 *Emphyteuſis noua poteſt alienari in filiorum praiudicium ſi illorum contemplatione non conſtet fuiſſe conceſſam.*

14 *Emphyteuſim alienandi conceſſam eſſe poteſtatem arguitur ex clauſula, quod inueſtitus, & ſucceſſores teneant, & poſſideant faciendo & diſponendo, &c.*

15 *Qua clauſula aquipollet clauſula, & quibus debent, &c. & de hac clauſula.*

16 *Item ex alia clauſula cenſetur conceſſa poteſtas alienandi, qua eſt, quod non poſſet alienare ſine licentia, &c.*

17 *Emphyteuſis alienabilis venit in fideicommiſſo, ſicut in petitione hareditatis.*

18 *Et maxime, ſi poteſt alienari in quoſcunque.*

19 *Emphyteuſis debetur comprahenſis in inueſtitura, ſi non fideicommiſſi nomine, iure proprio ex aquiſſima opinione.*

20 *Circuitus ſunt euitandi.*

21 *Inuentarii ſtante nullitate, excluditur quis a petitione fideicommiſſi.*

22 *Inuentario confecto hereditas dicitur iacens, & haredes ſunt tanquàm extranei.*

23 *Inuentarii in confectione debet ſeruari ſtylus & conſuetudo loci, vbi ſit.*

24 *Teſtamentum factum Venetiis, ſuſtinetur cum minori numero teſtium, licèt bona ſint alibi.*

25 *Teſtatoris voluntatem qui non obſeruauit, agere non poteſt ex illius diſpoſitione.*

26 *Diuiſionis prohibitio facta a teſtatore in perpetuum, non valet.*

CONSILIVM V.

In Domino confido:

PRo Illuſtribus Dominis de Rangonibus in hac cauſa fideicommiſſi, cum iſtis Poſſeſſoribus, tot, & tanta allegata fuere per eorum Excellentiſſimos Aduocatos, mihi fratres, & maiores honorandos, tàm in cauſa principali, quàm reſpondendo dubijs ſubtiliter excitatis in hac cauſa appellationis, ut omne id, quod ſuperaddatur, magis ſuperfluum, quàm neceſſarium eſſe videatur. Ne tamen laborem detrectaſſe videar, & ſpem, quam in opera mea ipſi Illuſtres Principales poſuerunt eludere, nonnulla per eos adductis addam, in mediumq́ue adferam, pro confirmatione eorum ſen-

tentiæ.quibus apertè conſtabit.quàm longe a re
cta via errauerint illi priores iudices,qui contra
eos iudicauerunt.

Ad rem igitur deueniendo,dicitur clarum eſ
ſe,eueniſſe caſum fideicommiſſi relicti in teſta-
mento quondam Illuſtris Comitis Nicolai Rin-
goni, cuius virtute agitur in perſonam prædi-
ctorum Illuſtrium Agẽtium,eius nepotum,tum
ob alienationes per eorum parentes factas,tum
propter caſum mortis ipſorum inſtitutorum, in
quibus caſibus ipſi ſunt vocati, vt in teſtamen-
to,& quia hoc ſatis perſpicuum eſt ex allegatis
in cauſa principali,tum quia hoc pręſupponitur
in dubijs per excellentiſſimum Dominum Mo-
tiuantẽ,& de eo nulla ſit quæſtio, ſuper hoc nul
la verba faciam: ſolum ſit difficultas ex tribus,
in dubijs tactis,quæ ſi oſtendero, nihil eis obeſ
ſe apertè conſtabit, ipſos Illuſtres Actores iuſti
tiam fouere,& ſententiam contra eos latam re-
uocandam eſſe.

Primum dubium in eo conſiſtit, quòd hæc
bona,pro quibus controuertitur, ſunt emphy-
teutica Abbatiæ Nonantulæ, & propterea non
1 potuerunt compręhendi † in fideicommiſſo prę
dicto,per tradita in dubijs,& præſertim per cõ
ſil.Soc.iun.72. in prin. Hoc primum dubium in
primis nihil officit alijs poſſeſſoribus bonorum
allodialium, ſuppoſitorum fideicommiſſo, quo-
rum reſpectu primi Iudices omninò malè iudica
uerunt. Præterea non videtur probatum,quòd
etiam bona in inueſtitura producta, contenta,
ſint illamet, quæ in hoc iudicio petuntur,& in-
ſtrumentum ipſum nullam probationem facere
videtur, vt abundè oſtendiſſe videntur ipſi ma-
gnifici Domini Allegantes, quibus in hoc aſſen
tio. Verum in his non immoror, ſed tangam
alia,quæ ponunt (vt aiunt)ad radicem gladium,
& incidunt omnes difficultates. Dico igitur, ꝙ
etſi bona hæc eſſent emphyteutica, potuerunt,
& debent in dicto fideicommiſſo venire, vt etiã
reſponderunt ipſi Magnifici Aduocati, quia illa
** eſt communior, ** & receptior Doctorum † ſen
2 tentia, quòd emphyteuſis paterna, & feudum
3 † etiam antiquum venit in fideicommiſſum fa-
ctum inter compræhenſos in inueſtitura,ſecun
dum diſtinctionem Ioan.And.in addit.ad Spec.
in titu.de loca.§.nunc aliqua. verſ.15.in verbo,
quæſtio non eſſet dubia. & Bal.in l.cum virum.
in fi. C. de fideicommiſ. & in conſ.70. punctus,
1.colum.num.3.in 2.volumine,quod tenuerunt
Ray.& Nicol.de Neap.in allegata l.ſi patroni.ad
Trebel.ut refert Alex.ibi,num.15.verſ.addatis,
vbi Caſtrenſ.dicit,eſſe not.limitationem,& ipſe
Alex.approbat ibi,num.14.& 15. cum quadam
tamen limitatione. & idem Alex.in conſil.19.ſu
per eo.2.& 3.colum.& conſil.29.perſpectis.2.
dubio.colum.3.& clarus in tertio dubio,colu.
5.in 5.vol. Quod etiam admittit in conſ.11.in-
cipiente,ponderatis.in 2.dubio,colum.10.ver.
non obſtant allegata, in tertio volum.duplicato
conſ.101.in 3.vol. Quam ſententiam dicit com-
munem Iaſ. loquens in feudo, in prælud.feudo.
colum.18.verſi.niſi fideicommiſſarius. & Curt.
iun.etiam allegatus pro hac parte in ſuo tract.
feud.4.par.quęſtione penult.colum.8.verſic.ſe-
cundò poteſt decidi dubitatio,nu.133. & in con
ſil.1.num.13.Brun.in conſ.14.nu.1.& conſil.39.
num.9.& Sigiſm.Neapol. in conſil.46.num.18.
quam limitationem ſequitur Præpoſit. Alexan.
in c.in generali. verſ.quæro,an feudum. in tit.ſi
de feu. fuer. controuer.int.dom. & agna.quam
etiam tenet Ruin.conſ.108.num.18.in 2.& con
ſil.105.num.3. in 3.& conſil.72. num.8. in 5.&
plenius eam defendit ab omnibus impugnatio-
nibus,in conſ.37.num.11.primo uolum. & quã
etiam admittit Pariſ.in conſi.30. nu.69.2.vol.&
ſecundum iſtam ſententiam,me aduocante, fuit
iudicatum per Dominum Vicarium Magnifici
Prætoris Ferrariæ, ad fauorem Domini Anto-
nelli de Vechijs,& eius ſententia poſtea fuit cõ
firmata in cauſa appellationis per duos iudices,
non obſtante citato in dubijs conſilio Soc. iun.
72.tunc etiam in dubijs propoſito, qui ſine du
bio tenet contra communem opinionem,ut ex
ſupradictis liquet. Quod etiam in caſu iſto tan-
tò magis ceſſat,cum expreſsè de huiuſmodi bo
nis emphyteuticis loquutus fuerit teſtator,&
4 † ea inſtitutioni, & ſubſtitutioni,ac prohibitio-
ni de non alienando ſuppoſuerit, quo caſu ceſ-
ſant,quæ ipſe Socin. in dicto conſilio proſequi-
tur de defectu uoluntatis teſtatoris, et de mo-
do, et ſolum ſupereſt diſputatio, an id potuerit
facere,quod certiſſimũ eſt per prædicta, et quia
5 etiam quòd filij hæredes inſtituti, fuerint † gra-
uati in rebus eorum proprijs,potuerunt graua-
ri,ut per Bellon.latè in allegato conſil.9.num.8.
et ſequen. citato per ipſos Dominos Aduoca-
6 tos,nam teſtator poteſt diſponere de rebus † hæ
redum,ut de proprijs, Crauet.conſil.133.nu.3.
et 4.quo caſu ceſſat conſideratio Soc.quam etiã
pungit Ruin. in conſil. 28. in 5. tacta in dubijs,
ꝙ ius teſtatoris morte extinguebatur,ideo non
ueniebat in fideicommiſſum, quod motiuum &
facit Bal.in d.conſ.70.nu.3.Capra in conſ.146.
in prin.et Ruin.in conſ.37. præallegato. nu.11.
tenentes omnino compręhẽdi, ex quo teſtator
poteſt legare, et prælegare rem hæredis, et per
aditionem hæreditatis obligatur hæres, ut ibi
per eos. et ſine difficultate procedit caſus iſte:
ex quo ipſi Illuſtr. Actores ſunt uocati nedum
ad hęreditatem,ſed ad bona teſtatoris, ſub quo-
7 rum nomine † uenit emphyteuſis, et feudum,ut
in his terminis tradit Alexander in dicto con-
ſilio undecimo, in ſecundo dubio. Iaſ. in uſib.
feud.dicta columna 18. Ruin. dicto conſilio 37.
numero 12. de quo etiam per Pariſ. conſil. 21.
numero 61. in ſecundo volumine. & Tiraq. in
tracta.de retra.tit.1. §.1.gloſ.3. in princ.& in l.ſi
vm-

vmquàm.uerſi.bona. num.14. C. de reuocandis donationibus.

Et licèt, ut dicit Socin.ipſe in d.conſil.nu.33. pater non poſsit prælegare rem feudalem, uel emphyteuticam uni ex filijs, ſi tamen id fiat & adeatur ſimpliciter hæreditas per alios, te-
8 nentur † prælegatum, vel fideicommiſſum reſtituere, ut ſentit Ioann.Andr. in dicta additio. & ſequuntur plures ex ſupra citatis, & maxime Capra.dicto conſilio,nu.9. Alex.d.conſ.29.col. 5.in 5.& Rui. d.conſil.37.nu.11. et ad propoſitum etiam tradit Andr.ab Exea,in lib.de pac.c. 227. Ceſſant igitur cum auctoritate ipſius Soci. etiam eius rationes in caſu iſto ex prædictis, qui bus ſi addatur(vt etiam fuit factum in reſolutionibus per alterum ex Magnificis Aduocatis) 9
9 hic agitur de poſſeſſione auocanda, † in remedio.l.fi. C.de edi.di.Adr.tol. tanto minor ſubeſt difficultas, ut per Ruin.d.conſ.28.nu.4. et Soc. met.in conſ.75.num.30.primo vol.

Et idē tanto magis erit dicendum, cum optimo iure defendi poſsit,hanc emphyteuſim tamquam nouam, non ut paternam, vel antiquam eſſe conſiderandam,cum ea fuerit inueſtitus Com. Nicolaus, tanquam de re deuoluta,et de-
10 caduta,†ex pluribus cauſis, per tradita per Alc. in conſ.decimo, ponderatis, ſecunda colu.in 3. Brun. conſ.79.num.quinto. et inter conſilia ſua alij conſulentes, conſ.112. num.7. ubi clarè, et conſil.ſequen. num.2.& conſil. 177.num. 151. vbi loquitur, quando conſtat de mēte partium, Sigiſmun. Neapolit. conſil.52. primo dubio. & conſil.21.num.58.1.volum. Ex quo ceſſat,quod de præſumptione,quòd ſit antiqua,vel noua;dicitur in dubijs.Et ſi verum eſt,quòd etiam fuerit noua qualitas appoſita in hac inueſtitura nō ua,quæ in alijs non extabat, omnino pro noua
11 †eſſet admittenda, ut etiam tetigerunt prædicti Domini Aduocati,Iaſ.conſi.24.nu.4.in 3.Brun. conſil.68. num.9. habetur in dicto conſil.112. num.6.& Guil.a Perno, in conſil. 12.nu.22.in conſilijs feudalibus.

Et ſicut ipſe inueſtitus, & eius hæredes, non poſſent impugnare hanc eſſe antiquam, non no uam inueſtituram, ita pariter nec iſti poſſeſſores, qui a dictis hæredibus cauſam habent, per ea, quæ abunde tradit Crauet. in tract. de antiqui.tempo. prima par. In ſectione, incipiente Ampliatur autem memorata. num.2.& ſequē. Quòd ſit, vt ſi huiuſmodi emphyteuſis noua ſit
12 cenſenda, † tanto magis veniat in fideicommiſſo,ut per Pariſ.conſ.2.numero 8. primo volum. Nam, quòd etiam pater poſſit huiuſmodi bona alienare in filiorum præiudicium, quorum con-
13 templatione † non conſtat fuiſſe conceſſa, tradit Idem Pariſ.in conſi.3. num.16.eo. volum. Sigiſm.Neapoli.in conſil.52.num.1.et ſequen.Ripa,num.179.et Alciat.num.41. in l.in quartam. ff.ad l.Falcid. quę opinio, & verior, & commu-

nior videtur, licèt nonnulli aduerſentur, ut in dubijs.

Rurſus ex alio arbitror etiam caſum noſtrum eſſe extra aleam omnium difficultatum, quia ex clauſulis appoſitis in dicta inueſtitura cenſetur conceſſa poteſtas alienandi dicta bona in quoſcunque, quod probatur, tum ex illa clauſula,qđ inueſtitus, & ſucceſſores, ſeu deſcendentes teneant, & poſſideant dicta bona, faciendo, & diſponendo de ipſis iure emphyteotico quicquid
14 voluerint, ex qua cenſetur conceſſa † poteſtas alienandi,ut per Gozad.conſ.8.num.24.& Crauet.conſ.256.num.4. Nam videtur æquipollere
15 clauſulę. & quibus debent,†&c. de qua per Iaſ. in l.fin.colum. 3.C.de iure emphyt.Ruin. conſi, 119.num.20.ſecundo volum. & Pariſ.conſi. 71. nume. 44. in tertio volum. tum ex alia clauſula, quod non poſſet alienare ſine licentia, niſi ſecūdum formam conceſſionis,non autem in Coml
16 tibus potentibus, &c. per ea,† quæ ad propoſitum tradit Alex. loquens in huiuſmodi inueſtituris Abbatiæ prædictæ in conſil. 173. uiſo thematc.colum. 3. in ſecundo volu.duplicato conſil.91.in tertio,& Ruin.qui etiam in hac, uel ferè ſimili clauſula loquitur, in conſ. 213.num.6. primo volum. & tradit etiam Cur.iun.in conſil. 155.in fi.& in tract. feud.in tit.ex quib.cau.feu. amit.num.141.& Tiraquel.in d.l.ſi vmquam. in præfatio.num.34.& quòd talis clauſula præiudicet etiam agnatis,& comprehenſis in inueſtitura,tradit Calcan.conſil.50.colum.5. uerſic.item dicta. Quo ſtante,dubium non eſt, quin hæc bo-
17 na † ueniant in fideicommiſſo, ſicut ueniunt in petitione hæreditatis.Litem ueniunt. §. fi.& ibi glo.fin.ff.de petit.hęred.Anch.conſil. 125.uiſis. colum.penult. Dec. conſil.586. num.quinto, & conſil.680.num.8. Gozadi.conſ.25.num.19. & Ruin.d.conſil.213.num.7. tenentes poſſe aliena
18 ri † in quoſcumque, & quòd ueniant in fideicōmiſſo,Alex.& alij in d.l.ſi patroni. & in d.conſilio 19.prima colum.in 5. Dec. conſil.395. num. 8.Ruin. conſil.108.num.18.in ſecundo, & Socin. iun. in conſil. 115.num. 33. in 2. volum. quod etiam admittit dicto conſil. 72. num.22.& 23. & plures citat Crauet. conſil. 256. num. 4.in fi.

Poſtremò animaduertendū eſſe cenſeo,quod & per ipſos Dominos tactum fuit,quòd ſiue teneamus, hæc bona fuiſſe ſuppoſita fideicommiſſo, ut ſupra (quod certiſſimum eſt) ſiue quia nō poterāt tranſire in extraneos, de eis non potuiſſe teſtatorem diſponere, & non venire in fideicommiſſo, ut tenet Soc. iun. non poteſt negari
19 quin omnino † debeantur ipſis Illuſtribus Dominis Actoribus, tanquam comprehenſis in inueſtitura prædicta, iuxta notata in l.ſi mihi & Titio. ff.de verb.oblig. Alex.conſil.104.& 105. in quarto volum. & 118.in quinto,quo caſu omninò aduerſarij ueniunt condemnandi, ut in his terminis admittit Alex. in conſil. 11. in ſecundo

dubio, in prin. verſ. inſuper dato. iuncto verſ. nō
obſtat. cum uerſ. ſequen. colum. fin. ſupra allega-
20 to. quæ opinio æquiſſima eſt ad circuitus † tollē
dos. l. dominus. ff. de cond. indeb. & l. cum fun-
dus. §. fundum. ff. ſi cert. per. & ut citius finis liti-
bus imponatur. c. finem litib. de dolo & contu.

Secundum dubium reſpicit nullitatem inuē-
tarij, ſeu inuentariorum factorum de bonis hæ-
reditatum quondam Illuſtrium Comitum Gui-
donis, & Ludouici, olim parentum reſpectiuè ip
21 ſorum Illuſtriuin Actorum, qua nullitate † ſtan-
te excluderentur a petitione fideicommiſſi, l. uē
dicante. ff. de euict. Ruin. conſ. 7. nu. 40. & conſ.
42. num. 12. in 1. Quod quidem fundamentum
potuit eſſe in cauſa, vt priores iudices dictos
reos abſoluerent. Verum dubium hoc pariter
non obſtat victoriæ ipſorum Dominorum Illu-
ſtrium, quia certum eſt, quod fuit confectum
inuentarium, etiam in cauſa principali produ-
ctum, hæreditatum parenrum ipſorum, vt ſuprà:
22 quo caſu hærediras cenſetur † iacens, & ipſi hæ
redes cenſentur hoc caſu tamquam extranei,
nec confuſa ſunt iura ipſorum, ut in. l. debitori.
ubi omnes. C. de pact. Dec. & Cagnol. in l. ex
qua perſona. ff. de reg. iur. cum alijs citatis per di
ctos Magnificos Dominos Aduocatos, tota dif
ficultas fit in inuentarijs ipſis in ciuitate Vene-
tiarum confectis, in quibus non videntur ſerua
tæ ſolemnitates l. fin. C. de iure deliber.

Quæ quidem difficultas optime tollitur, quia
ſeruanda eſt in huiuſmodi inuentario ſtilus, &
23 conſuetndo loci ubi fiunt huiuſmodi † inuen-
taria, ut tradit Bald. in dicta l. fin. in fi. princip.
Caſtren. in §. primo, ſecunda columna. Vbi dicit
eſſe notabi le pro ſuſtentatione inuentarij. &
Iaſ. columna fin. ipſius prin. & Durant. in tracta,
de arte teſtandi, titulo 11. caute. 8. num. tertio,
& faciunt etiam tradita per omnes in l. prima.
C. de ſum. trin. & fi. cathol. quod ualet teſtamen
24 tum factum Venetijs, cum minori † numero te-
ſtium, quàm exigatur de iure communi, etiam quod
bona ſint alibi ſita.

In propoſito modo quòd in huiuſmodi inuē
tarijs de conſuetudine & ſtilo Venatorum non
exigantur ſolemnitates, de quibus in dicta l. fin.
ſed quod ſat ſit conficere huiuſmodi inuenta-
rium ex rogitu tabellionis, & per modum, prout
obſeruatum fuit in productis in cauſa. deponūt
quattuor teſtes examinati in cauſa appellationis
in dicta ciuitate Venetiarum, qui optime pro-
bant fuiſſe ſeruata ſeruanda.

Et licet teſtes non dicant, quòd etiam non
ſeruata diſpoſitione l. fin. prædictæ, ſed tantum-
modo conſuetudine prædicta, hęres gaudeat be
neficio ipſius legis, hoc non officit, quia ſatis
eſt, quod deponant, quod hæc publicata, &
confecta, fuerint facta ſecndum illum ſtilum &
conſuetudinem, cum certum ſit hæredem con-
ſequi hoc beneficium, ex dicta deciſione Bal. &
cęterorum decidentium valere inuentaria, ut
hæredes gaudeant dicto beneficio d. l. fin.

Et cū teſtes ipſi ſpecialiter loquantur de iſtis
inuentarijs confectis per hæredes, & ſuper eis
deponant, non poteſt dici quòd de alijs inuen-
tarijs ſenſerint, ut innuitur in dubijs.

Tertium, & ult. dubium, quod ipſi Illuſt. Agē
tes agere non poſſint, quia non obſeruauerint
25 uoluntatem teſtatoris prohibentis † inter eos
diuiſionem, argum. l. Papinianus. §. meminiſſe.
ff. de inoffic. teſtam. & in c. ex eo. de regu. iur. in
ſexto. nullam habet difficultatem, vt etiam oſten
ſum fuit per ſupradictos Magnificos Dominos
Aduocatos.

Primo enim conſtat hos Illuſtres Agentes
contraueniſſe voluntati dicti teſtatoris diuiden
do bona hæreditaria, nec ſat eſt quod conſtet
diuiſionem eſſe factam, quia fieri potuit per eo-
rum parentes, ſicut etiam fuerunt factæ aliena-
tiones, & non probat hoc eſſe, &c. l. non hoc.
C. vn. legit. & c. in præſentia, de probati. & diui-
ſio facta per eorum parentes magis eos iuuat
ad auocandum bona, ſecūdum teſtatoris uolun
tatem, ut ſtent in hæreditate ſua, iuxta diſpoſitio
nem teſtatoris.

Secundo etſi iſti Illuſtres Agentes bona hæ-
reditaria inter ſe diuiſiſſent, nullam tamen pœ-
nam incurrere potuiſſent, cum ſecundum com-
* muniorem * Doctorum ſententiam, non ualeat
26 prohibitio diuiſionis † In perpetuum per teſta-
torem facta, quod tenet late Boer. ultra alia ad-
ducta per dictos Dominos Aduocatos, deciſio
ne 87. numero 7. Alciat. in l. nemo poteſt. ff. de
leg. primo, num. 15.

Tertio, quia cum omnes contraueniſſent, nul
li pęnæ locus eſſe poſſet, & omnibus conſentien
27 tibus diuiſio fieri † potuiſſet, etiam ſi prius iu-
reiurando promiſiſſent non diuidere, Oldrad.
conſil. 241. factum. & Durant. qui alios citat, in
dicto tract. tit. 8. caut. 8. numero 5. Laus Deo
Opt. Max.

Barth. Bertazz.

ARGVMENTVM.

Quando ex multis uerbis & clauſulis fidei commiſſum ſit iniunctum ſimplex & perpetuum in caſu mortis?

Et quid ſtante prohibitione alienationis addita à teſtatore cum ratione, & cauſa generali?

Quid ſi dicatur fideicōmiſſum euaneſcere filiis decedentib. cum liberis ex conſil. Oldra. 21. & quando hoc non obſtet? & prima non corruat ſubſtitutio, ſed ex mente & verbis teſtatoris perpetua ſuſtineatur?

SVMMAE.

1 Breuitatem ſectari debet conſulens loquendo ſubſtantialiter.

2 Filii poſiti in conditione, ex quibus coniecturis dicantur vocati.

3 Sed illa eſt præcipue, & maxime conſiderabilis, quando in teſtamento prohibitio alienationis eſt ampliſſime facta.

4 Fideicommiſſum iniunctum eſt patrib. etiam decedentibus cum filiis, quando teſtator diſpoſitiue clauſulam, quia voluit totam & integram, &c. non addidit prohibitioni alienationis, ſed ante.

5 Fideicommiſſum quando additur ratio generalior dicto extenditur.

6 Alienationis prohibitio extenditur etiam ad hæredes, hæredum, quando teſtator addidit clauſulam, quia vult omnia bona ſua &c.

7 Verbum, voluit, eſt aptum importare fideicommiſſum.

8 Fideicommiſſum ſimplex & perpetuum inducitur ex verbis, totam, & integram eius hæreditatem.

9 Et ſimplex in caſu mortis ob verbum, ſemper, etiam quod illud adiiciat in prohibitione alienationis, & in ratione ipſius prohibitionis.

10 Idem, ſi eſt dictum, quod bona permaneant in deſcendentib. gradatim in infinitum.

11 Idem, ſi ſit dictum, quia vult perpetuo bona permanere in familia, vel in deſcendentibus ſuis.

12 Vel dicatur, quod volebat ipſas res ſemper permanere in domo, & parentela nobilium &c.

13 Aut, quod bona ſemper deberent remanere in familia de vno in alium, & de aliis clauſulis pluribus.

14 In his omnibus clauſulis ſimplex inductum eſſe fideicommiſſum in caſu mortis perpetuum inter deſcendentes, frequentiſſima eſt ſententia, & plurimorum iudicio confirmata.

15 Verbum, deuenire, inducit ſimplex fideicommiſſum.

16 Verba, in perpetuum, aptiſſime inducunt ſimplex fideicommiſſum.

17 Prohibitio alienationis eſt realis, et fideicommiſſum inducit, cum imperſonaliter loquutus eſt teſtator.

18 Geminatio prohibitionum, & clauſularum, magis demonſtrat teſtatorem voluiſſe fideicommiſſum.

19 Diuiſionis prohibitio, cum qua clauſula inducat fideicommiſſum?

20 Adeo etiam, quod bona non poſsint tranſire in fiſcum?

21 Vocati ad fideicommiſſum in caſu alienationis, poſſunt agere ad auocationem bonorum.

22 Inſtitutione prima deficiente ceſſant ſequentes, ex opinio. Oldra. & Alex.

23 Quæ opinio procedit, niſi ex aliis coniecturis conſtet teſtatorem voluiſſe ſubſtitutum in caſu, quo ſupereſſent liberi, hæreditatem tamen reſtituere, & quando hoc?

24 Alienationis prohibitio, quando dicatur facta ſolo caſu, quo inſtituti decedant cum filiis?

25 Clauſula, quando dicatur executiua, uel acceſſoria, & quando non?

26 Cauſa generalior dicto in fideicommiſſo, quando non reſtringatur ad ſubſtitutionem, & diſpoſitionem, ſed illam amplíet & extendat.

27 Prohibitionis clauſula de non alienando, inducit fideicommiſsum ſimplex, ſi alias redderetur ſuperflua.

28 Prohibitio alienationis facta reſpectu fideicommiſsi ceſſat, ſi extinctum ſit fideicommiſsum illud propter exiſtentiam liberorum.

29 Sed contra eſt in caſu, quo propter prohibitionem factam cum clauſula, quia voluit, &c. ſubſtitutiones ipſæ fideicommiſſariæ extenduntur et ampliantur ad alios caſus, non expreſsos, & ſpecificatos.

30 Et quomodo loquatur Rip. in l. centurio, numero 162.

31 Et Dec. conſil. 636.

32 Prohibitio alienationis, quando non ceſſet ceſſante fideicommiſso, vel ſubſtitutione, quia aliud diuerſum inducat fideicommiſsum.

33 Subſtitutionis expreſſæ caſus licèt ceſſet per

ſuperexiſtentiam liberorum, non ceſſat tamen fideicommiſſum ex aliis partibus inductum.

34 *Et hoc caſu, partes non perueniunt liberæ fratribus ſuperſtitibus, quia ſunt reſtituendæ deſcendentibus.*

35 *Et maxime, quando verba diriguntur ad honoratum, & alienatio eſt prohibita.*

36 *Fideicommiſſo facto in caſu contrauentionis, ſi fratres poſteriores alienent, partes ſunt reſtituendæ prædecedentium, ſi fideicommiſſum eſt uniuerſale.*

37 *Fideicommiſſum eſt reſtringendum, niſi verba aliud importent ſecundum illorum proprietatem.*

38 *Et maxime, quando conſtat de mente, quæ in fideicommiſſis maxime attenditur.*

39 *Dictio (tunc) in fideicommiſſo, quando ſit reſtrictiua, & taxatiua?*

40 *Et quando non impediat ſubſtitutionem ad alios caſus trahi?*

41 *Et maxime ſtante mente, & rõne teſtatoris.*

42 *Fideicommiſſum magis inducitur ex ratione addita incontinenti poſt ſubſtitutionem, quàm ſi addatur poſt prohibitionem alienationis.*

43 *Hæreditas nõ dicitur portio unius filii tãtùm.*

44 *Pronomina iſta (ipſo) (ſua) ſemper ſunt referenda ad teſtatorem in teſtamento.*

45 *Relatio facienda eſt ad proxima.*

46 *Hæreditas quandoque dicitur portio hæreditatis, ſed impropriè.*

47 *Verborum impropriatio non eſt facienda, niſi in contrarium ſit mens expreſſa teſtatoris.*

48 *Verba non debent eſſe ſine effectu operandi.*

49 *Probibitionis alienationis cauſa finalis demonſtratur ex verbis proœmii teſtatoris.*

50 *Motiua danda ſunt breuia, & puncta non cartha.*

51 *Teſtatoris voluntatem qui violat, iura violat pietatis.*

52 *Opinio Doctoris non deliberatè loquentis & examinantis, non eſt attendenda.*

53 *Opinio communis, ſi conuincitur falſa, non curatur de auctoritate Doctorum defunctorum.*

54 *Doctorum ſubſcribentium authoritas eſt, vt plurimum modici facienda.*

CONSILIVM XVI.

In Domino confido.

Poſſem pro diſſolutione dubiorum ſubtiliter excitatorum per Reuerendum & Excellent. Dom. Iudicem in hac cauſa horum Illuſtr. Dominorum Agentium de Rangonis, valde fimbrias dilatare, cum materia, quæ in eis tractatur, alta ſit, & profunda, & in qua habemus ſcripta maxima Doctorum legentium, & conſulentium uolumina, & ad id etiam nedum inuitari, ſed cogi videor ex latiſſimo conſilio illius Clariſs. olim Rotæ Bononien. Auditoris, domini Leonardi Columbini, qui ſuper hoc tantùmmodo puncto, qui nunc in dubijs proponitur, an ſcilicet ex teſtamento olim Illuſtr. Comitis Nicolai Rangoni, conſtet factum fuiſſe, & extare fideicommiſſum, cuius uirtute ij Illuſtr. eius nepotes nunc agere poſſint; triginta folia occupauit, quæ pro dubijs etiam data ſunt. Sed quia conſulentem decet vti breuitate, & ſubſtantialiter
1 loqui, vt Aretin. tradit in conſil. 35. viſo, colum. prima. & qui rectè conſulunt, veniunt ad rem ſine multiloquio, & ſine truffis, & generalibus, quæ ſolent apponi ornatus cauſa, ne parum multa ſcire videantur, vt per eundem Aretin. in conſil. 53. diligenter. colum. 1. & Neuiz. in ſyl. nupti. lib. primo, num. 17. & 18. vbi admonet Aduocatum, vt ſit parcus in uerbis, allegando pauca & bona, per plura per eum ibi adducta. Propterea eo breuiore, quo potero ſermone oſtendam, fideicommiſſum prædictum in teſtamento ipſo iniunctum fuiſſe, & adhuc vigere, eueniſſeq; illius caſum, & ipſius conditionem purificatam fuiſſe, & per conſequens optimo iure actum fuiſſe, ſed iniuſte iudicatum, iuſteque appellatum, & prouocatum, non obſtante aceruo illo allegatorum per dictum Magnif. Columbinum ad fauorem aduerſariorum. Et ſolum tangam illa fundamenta, quę immediatè ſcopum ipſum percutere uidentur, & ad deciſionem ipſius puncti pertinent, & quæ nullam, uel minimam habent difficultatem. Reliqua uero remotiora & controuerſa omittam, ne nimis prædictum Reuerend. D. Iudicem onerem, qui tamquàm oculatiſſimus, ea etiam ſpeculari ex ſe poterit, & ad controuerſiam hanc, ſi opus erit, aduocare.

Principio itaque dico, quòd licèt alta ſit quæſtio inter Doctores, an filij poſiti in conditione cenſeant uocati, & in diſpoſitione poſiti; & hinc inde ſine auctoritates non leues, plurimæq; coniecturæ adducantur, ex quibus inhærendum ſit
2 opinioni affirmatiuæ, quas omnes tad numerum 23. latè proſequitur nouiſſimè Excellens Modernus Dominus Hieronymus Zanch. in ſua repetitio. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. a numero 730. vſque ad numerum 794. ſuper plu-

ribus

ribus quorum poſſet fundari intentio horum Il
luſtriũ Actorum, ut abunde allegatum fuit per
Magnificos Aduocatos Mutinenſes ad eorum
fauorem. Ego tamen vnam ex eis rantùmmodo
amplector, quæ certam victoriam nobis afferre
poſſe videtur: Ea enim eſt propter prohibitio-
nem alienationis in teſtamento ampliſſimè fa-
ctam, de qua inferius abunde dicemus, cuius ra-
tione hoc caſu filios filiorum in conditione poſi
tos, uocatos iure fideicommiſſi ad teſtatoris hæ
3 reditatem cenſeri firmat† primò Socin. in con-
ſil. 250. in fi. primo uolum. Curt. Sen. in conſilio
45. aliàs 46. ſæpe reuoluta. colum. 4. num. 7. Cur.
iun. conſil. 43. num. 8. Ruin. conſi. 122. num. 4. in
2. volum. Alex. de Neuo, conſ. 17. num. 4. latè Ia-
cob. Mandel. de Alb. conſil. 87. nu. 13. Quæ opi-
nio nullam habet difficultatem, quando in pro-
hibitione ſunt aliqua verba, ex quibus poſſunt
dici deſcendentes uocati, vt in caſu iſto, de quo
dicetur inferius. ita declarat nouiſſimè Alciat. in
conſ. 35. nu. 12. lib. 8. per quod tollitur dubium,
quod poſſet fieri ex traditis per Soc. conſil. 116.
colum. 3. in 3. vol. de quo tacitè obiecit Zanch.
in d. §. cum ita. num. 749. vbi banc noſtram par-
tem ſequi uidetur.

Secundò licet filij filiorum inſtitutorum in di
cto teſtamento expreſſe non uideantur uocati
per ſubſtitutionem factã de ſuperſtitibus, & de-
ſcendentibus maſculis, caſu quo aliquis ex inſti-
tutis ſine filijs, & deſcendentibus maſculis dece
deret, ſuper quo valde laborauit ille Excellens
Conſultor aduerſarius: quia tamen teſtator ipſe
ſubiunxit clauſulam illam, quia totam ipſius hæ-
reditatẽ voluit integram ſemper eſſe apud ſuos
deſcendentes maſculos, legitimos & natura-
les, &c. dubium non eſt, quin iniunctum ſit fi-
deicommiſſum, patribus etiam decedentibus
cum filijs, cum teſtator diſpoſitiue hoc caſu, &
per verba diſpoſitiua, non enuntiatiua fuerit lo-
quutus, & impoſſibile ſit integram hæreditatem
ſemper eſſe apud deſcendentes, niſi filij patribus
cenſeantur ſubſtituti, & hic caſus nullam, vel mi
nimam habet dubitationem, quando iſta clauſu-
la, quia voluit, &c. non eſt addita prohibitio-
4 ni† de non alienando, vt tradit Dec. conſil. 23.
num. 4. verſic. ſexto, Curt. iun. conſil. 22. numero
19. vbi loquitur, quando hæc clauſula præcedit
probibitionem, & conſilijs 114. num. 18. & 145.
numero quarto, prima colum. Durant. in tract.
de arte teſtan. titulo 8. caut. ſexta, numero ter-
tio, Socin. iun. conſilio 140. numero 8. in tertio
volum. Crauet. conſil. 130. numero 10. & Alcia.
conſilio 36. nume. 11. & 14. & conſil. 102. num.
4. in 4. caſu. lib. 9.

Quod ex alio expreſſe conſtat, quia licet di-
ſpoſitio teſtatoris ſit reſtricta ad certum caſum,
ita ut vltra illum fideicommiſſum non cenſeatur
iniunctum, ſi tamen addatur ratio generalior di
5 cto, dubium non eſt, quin fideicommiſſum† ex-
tendatur, & inducatur etiam in alijs caſibus, ad
quos ratio illa extenditur, l. cum pater. §. dulciſſi
mis. ff. de leg. ſecundo, ita Bartol. ad propoſitum,
in l. pater. §. fundum. ff. de lega. tertio, Pau. de Ca
ſtro in conſil. 77. viſis & conſideratis. num. 4. pri
mo volum. Socin. conſilio 251. ſecunda colum.
ſecundo uolum. Crot. in repetit. l. filiusfamilias.
§. diui. numero 42. ubi Amb. de Opiz. numero
113. & 115. Pariſ. conſil. primo, numero 36. in
tertio vol. & Alciat. in conſil. 35. num. 8. & con-
ſil. 205. num. 5. lib. 9.

Hinc eſt, quòd licèt teſtator in ſuo teſtamen-
to prohibendo alienationem ſuorum bonorum
hæredibus inſtitutis, non cenſeatur illam prohi
bere hæredibus hæredum, nec ad illos extenda-
tur prohibitio ipſa, cum de eis mentio facta non
fuerit, vt per omnes in dicto §. Diui. Tamen ſi te
ſtator addat hãc rationem generalem, quia vult
bona ſua conſeruari perpetuò in ſua agnatio-
6 ne, & tunc etiam hæredes hæredum† cenſentur
prohibiti alienare, vt in terminis tradit Roman.
conſilio 457. circa propoſitam. ſecundo dubio.
Soc. in conſilio 43. primo dubio, tertio volum.
Iaſ. qui dicit ita fuiſſe iudicatum in dicto §. Diui.
num. 152. ſecunda lectura. Curt. iun. conſil. 43.
num. 11. Ruin. conſil. 124. num. primo, ſecundo
volum. Pariſ. dicto conſil. primo, num. 38. & con
ſil. 63. nume. 19. Alba. conſil. 54. num. 4. Durant.
dicto tract. tit. 8. caute. 2. num. 3. Alciat. dicto §.
Diui. numero 38. & in dicto conſilio 205. nume
ro ſeptimo, & Petr. Duen. in ſuis regulis iuris,
in regula 39. Alienationis prohibitio. in ſecun-
da limitatione.

Accedat, quòd teſtator loquutus fuit per ver
7 bum, voluit, † quod eſt aptum importare fidei-
commiſſum, Inſtitut. de ſingul. reb. per fideicom
miſ. relict. in fi. l. fin. C. commun. de lega. So-
cin. ad propoſitum, in l. qui Romæ. §. cohęredes.
num. 19. ff. de verborum obligatio. & in conſilio
249. colum. 9. in fi. ſecundo volum. & d. conſil.
43. colum. 4. & conſilio 57. numero 3. tertio
volum. Dec. d. conſil. 23. num. 4. ver. 5. Curt. iun.
d. conſil. 22. num. 19. & Socin. iun. d. conſil. 140.
num. 9. in tertio.

Verba etiam illa, totam ipſius hęreditatem vo
luit integram, &c. declarant mentem teſtatoris
8 fuiſſe, vt ſimplex, & perpetuum† fideicommiſſum
induceretur, vt eſt text. in l. nomen. §. fin. de leg.
3. Durant. d. tract. tit. 8. caut. 2. Bapt. Villalob. in
ſuis communibus opinionibus, in ver. alienatio-
nis prohibitio. 2. limita. nu. 88. & idem de verbis,
ſine diminutione, quæ ſunt eiuſdem ſenſus, tra-
dit Gozad. conſ. 64. num. 13.

Ad idem etiam tendit verbum, ſemper, in di-
cta clauſula additum, quod importat, teſtatorẽ
voluiſſe fideicommiſſum inter deſcendentes in-
9 ducere, etiam ſimplex, & in caſu † mortis, etiam
quòd illud adijciat in ꝓhibitione alienationis,
& in ratione ipſius prohibitionis, vt per Soc. in
d. §.

d.§.cohæredes.num.18.verſ.& hanc concluſio-
nem,& in d.conſil.57.num.5. Dec.d.conſil.23.
num.3.verſ.3.& nu.4.verſ.quinto,& ver.6.& in
conſ.481.num.3.Rub. Alex.conſil.1.num. 11.&
14. Durant.d.caute.2.nu.2. Ruin.conſ.101.nu.
15.& ſequen. & conſ.108. num.13.& conſ.124.
num.2. & conſil. 147. num. 12. ſecundo volum.
Pariſ.d.conſil.63.num.18.& conſil.92.num.38.
ſecundo volum. Gozad.conſ.102.num.6.& ſeq.
& Petr. Duen. d. regu.39. quarta limitatio. Et
quòd quando eſt dictum, vt in caſu iſto, quòd
ſemper bona permaneãt in deſcendentib. quòd
10 gradatim in infinitum † fideicommiſſum indu-
catur, tradit etiam Alciat.in conſ.36.nu.10. lib.
nono. Idem etiam, quando teſtator dicit, quòd
vult bona ſua ſemper eſſe ſuorum filiorum, &
deſcendentium, & tranſire de hærede in hære-
dem, tradit Dec. in conſ.38.nu.2.

Tertiò principaliter conſtat, fideicõmiſſum
ſimplex, & in caſu mortis fuiſſe inductum ex
prohibitione alienationis facta cum cauſa per di
ctnm teſtatorem in ſuo iam dicto teſtamento
per verba ampliſſima, dum dixit: Item volens
ipſe Magnificus Dominus teſtator nomen, & di
gnitatem ſuæ agnationis conſeruare, & poſteri-
tati pronidere, prohibuit omnem alienationem
ſuorum bonorum, & hæreditatis, quia voluit ad
deſcendentes maſculos ex ſe, & ex ſuis deſcen-
dentibus maſculis, in infinitum deuenire, &c.&
ſupra etiam nedum iterum prohibuerat omnẽ
alienationem dictorum bonorum ſuæ hæredi-
tatis, ſed & omnem trebellianicæ deductionẽ.
Quibus ſtantibus non eſt dubitandum, quòd
non fuerit inductum fideicommiſſum, vt ſupra,
* * ſecundum communem, & frequentiſſimam * *
Doctorum ſententiam, concludentium quòd
quando prohibitio alienationis facta in teſta-
mento non eſt nuda a cauſa, vel aliter inualida,
& teſtator addit cauſam prohibitionis, q̃a vult
perpetuò bona permanere in familia, vel in de-
ſcendentibus ſuis, vt hoc caſu, tunc inducitur
ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, etiam
11 † in caſu mortis, non tantum in caſu alienatio-
nis. ita poſt Aret. & alios declarat diſtinguen-
do caſus, Soc.in d.§.cohæredes.num.16. in ter-
tio caſu.& in l.ſi cognatis. num.18.ff.de reb. du-
bijs. quod etiam conſulendo firmauit in pluri-
bus conſilijs, conſil.251.ſecundo dubio, colum.
tertia, in tertio caſu. vbi fuerat dictum, quòd bo
na non exirent extra deſcendentes, & in tertia
difficultate, colum.5..verſ.aliquando, & ſecũdo,
in dictis conſilijs.43.ſecundo dubio.& 57. ſecũ
da col.in tertio, & inter conſilia Curt.ſen. con-
ſil.40.colum.penul.vbi pariter diſtinguit. Idem
etiam pluries conſuluit Dec. vt in conſil.23.nu-
mero 3.& conſ.38.num.2. ubi reſpondit in ca-
ſu, Soc.in d.conſ.57.vbi fuerat dictum per teſta
torem, quòd volebat, bona eſſe ſuorum filiorũ,
& trãſirent de deſcendẽtib. in deſcendentes.in

caſu vero dicti conſilij 23. erat dictum, quòd
uolebat ipſas res ſemper remanere in domo, &
12 in illis de domo, & † parentela nobilium de Ca
thena. & in conſ.481.nu.3. & ſequen.in quo ca
ſu erat dictum, quòd bona ſemper deberent re-
13 manere † in familia de vno in alterum. Idem te
net Curt.iun.in quampluribus conſilijs, quibus
oſtendit Soc. in hoc articulo non fuiſſe ſibimet
contrarium, ut in conſ.22.num.18. & ſequẽ.ubi
num. 20. dicit, hanc opinionem fuiſſe habitam
pro communi.& conſil.43.num.9. & ſequen.&
conſil.114.nu.16.conſ.115.nu.11.116. & con-
ſil.145.num.4. & 10. & conſ.167. nu.ſecundo.
Idem tenet Rub.d.conſil.primo, num.10. & ſe-
quen.& conſil.53.num. quarto & quinto. Ruin.
etiam pluries conſuluit, ſecundum eam, vt in cõ
ſil.128.num.11.& ſequen. primo volum.& con-
ſilio 101.num.14.& ſequen.in ſecundo, vbi erat
dictũ, ꝙ bona ſemper conſeruarentur in familia,
& maſculis, & dicit eos cẽſeri gradatim vocatos
& grauatos. & cõſ.110.nu.7.& ſeq.& conſ.114.
nu.6.& ſequen. & conſ.173.num.9.eo.2.vol. &
cum iſta opinione etiam tranſit Durant.d.tit.8.
caut.2.ſecundum quam pluries etiam conſuluit
Pariſ.conſil.præallegato, primo. num.35.& ſeq.
in tertio. & conſ.26. num.14. & ſequen.in 2. &
conſil.31.num.29.& ſequen. & conſil.52.nu.9.
ubi ad propoſitum dicit, quòd deſcendentes
gradatim cenſentur vocati, & grauati, & conſil.
63.num.12. & ſequen. & conſ.88. num.1.& ſe-
quen.& conſ.92. num.34. & ſequen. eo. 2.vol.
Gozadin. conſ.52. num.5. & latè conſ.102. per
totum. quam opinionem etiam admittit Socin.
iun.in conſ.97.num.52.in 2.uol. & firmat conſ.
primo, nu.23.& conſ.140.nu.7. 3.uolum. ubi di
cit, quòd eſt magis communis opinio. hanc etiã
opinionem latè firmat Alber. d.conſ.54. per to-
tum, & Crauet.conſ.130.nu.10.& eam etiam ſe
quitur Rol.a Valle, nouiſſime, in conſ.98. nu.15.
2.vol. quam etiam tenet Alcia. in conſil.præalle
gato 36.nu.10.& ſequen.& conſil.102. ferè per
totum.& conſil.205.num.8.d.lib.9. vbi dicit, in
14 frequenti † ſenatu pro iſta ſententia fuiſſe iudica
tum contra opinionem Dec.in conſ.218. & quã
ſententiam, tanquam ueriorem, poſtremo loco
ſequitur Didac.Couarru.Hiſpan.in repet.c.Ray
naldus.in princ.nu.8.uerſ.ſed & ipſe Decius.de
teſtam. Cum igitur in caſu iſto valida eſſet ex ſe
prohibitio alienationis, tum quia iterum facta
fuerat ſupra cum cauſa, quia uoluit ſemper eſſe
apud ſuos deſcendentes, &c. tum quia illam fe-
cit teſtator pro conſeruatione nominis, & di-
gnitatis ſuæ agnationis: cum etiam quia infe-
rius in caſu contrafactionis priuauit inobedien-
tes, & applicauit bona obedientibus, iuxta not.
in d.§.Diui, & in l.quoties. la prima, C.de fidei-
commiſſ. & per quàmplures ex ſupra citatis,
certè negari non poteſt, quin illa clauſula, quia
voluit ad deſcendentes, & cæt. operetur fidei-
com-

commiſſum ſimplex in caſu mortis, cum alias eſ
ſet ſuperflua,& ſeruitet de vento,ut tradunt tot
& tanti Doctores in locis ſupra citatis.
Quod tanto clarius procedit, cum optime
15 conueniant verbum, deuenire,† de quo loquitur
Soc.conſil.prædicto 249.colum.9.in fi.in 2.&
16 verbum, in infinitum,† quod inducit dictum ſim
plex fideicommiſſum, hoc caſu, Curt.,iun. dicto
conſil.145.num.10. Rub.d.conſil.53.nu.4.& 5.
verſic.& cum in dicto teſtamento.Ruin.d.conſ.
173.num.8.in fi.ſecundo volum.& Alb.d. con-
ſil.54.numero 2.
Et cum imperſonaliter loquutus fuerit te-
ſtator, prohibitio hoc caſu facta fuit, & eſt rea-
17 lis,& fideicommiſſum† inducit, vt ſupra, ut per
Doc.in d.§.Diui.ubi Opiz.2.d.nu.113.& 115.&
Alciat.nu.28.Deci.conſil.282.col.1.in fi.Ruin.
conſil.147.nu.11.& conſil.174.num.1.2.vol.&
Cur.iun.d.conſil.43.num.11.
Accedat geminatio huius prohibitionis, &
huius clauſulæ, voluntatem teſtatoris aperte ex
primentis, importantis quod induceretur ſim-
plex fideicommiſſum inter deſcēdentes, vt ſu-
18 pra, quæ geminatio† magis enixam, apertam, &
certam mentem teſtatoris declarat.l.Baliſta, cū
ibi not. ad Trebel.& in his terminis tradit Soc.
d.conſil.251.col.5. Deci.d.conſ.23.num.4.& 5.
& conſil.38. num.2. verſic.2. & conſil.481.nu.
8. Rub.d.conſil.53.num.6. Pariti.conſil.18.nu.
9.in 3.Gozadin.conſil.12.nu.2.& d.conſil.102.
num.6.& Alb.d.conſil.53.num.3.vbi loquitur
in geminata prohibitione.
Quarto fideicommiſſum ſimplex fuiſſe iniun
ctum etiam extra caſus expreſſos in ſubſtitutio-
nibus, apertè conſtat ex ea clauſula, qua teſtator
ipſe filijs inſtitutis, & deſcendentibus, iniungit
communionem, de qua in dicto teſtamento hu
ius tenoris, cum hac cōditione, & lege, quòd ha
beant con tinuè illa habere, & tenere, ac poſſide
re pro indiuiſo, & nullo umquàm tempore diui
dere, ſed ſtare,& habitare ſimul in vna domo, &
familia, &c. Ex qua diuiſionis prohibitione, cū
clauſula, de qua ſupra, inductum fuit ſimplex fi-
19 deicommiſſum,† ut in terminis pleoè compro-
bat Curt. iun. in conſilijs, 111.num.20.& conſi.
112.num.2.& conſil.114.num.16.& conſil.115.
num.4.& ſeq.conſilio 116.num.4. Adeo quòd
20 etiam bona non poſſunt† tranſire in fiſcum. Ro
lan.a Valle, conſilio 84. numero 35.& ſequen.
primo volumine.
Ex quibus luce ipſa meridiana clarius cōſtat,
fideicommiſſum iniunctum fuiſſe ſimplex & ab-
ſolutum, In caſu mortis, non tantum contrafa-
ctionis per dictum teſtatorem in dicto teſtamen
to, & ad ipſum nepotes etiam ex filijs inſtitutis
fuiſſe vocatos, & propterea iuſtè fuiſſe actum
per dictos Illuſtres Dominos Agentes. Quòd ſi
aliquod poſſet eſſe dubium, an iſti nepotes agen
tes fuerint vocati in caſu mortis, (quod ex prędi
ctis liquet eſſe falſum) negari tamen non poteſt
quin ſaltem eſſent vocati in caſu contrafactio-
nis, cum hæc bona, pro quibus controuertitur,
fuerint per Illuſtres Comites, Guidonem, & Lu
douicum eorum patres, & patruos, reſpectiuè
21 alienata,† quo caſu ipſi poſſint agere ad auoca
tionem bonorū. l.cum pater.§.liberis.& l.peto.
§.fratre.ff.de leg.2.& l.fi.cum ibi not.C.de ver.
ſignif. Caſtren.conſil.77.prægallegato.num.2.an
te fin.primo volum. Socin.dictis conſilijs 57.in
princ.in tertio, & conſilio 40.colum.penult.nu.
22.inter conſ.Curt.Sen.Dec.dicto conſilio 23.
num.5. Gozadin.conſil.52.num.4.& Pariſi.con
ſil.17.columna prima,& ſeq. tertio volum. Cum
enim fuerit expreſſa cauſa prohibitionis aliena
tionis, vt remanerent bona ſuæ poſteritati, non
potuerunt alienare ultra ſuam legitimam, ut per
Caſt.d.conſil.num.2. Quia igitur purificata con
ditio fideicommiſſi, tum per mortem grauato-
rum, tum etiam per contrauentionem per eos
factam alienando in extraneos, ut conſtat ex in
ſtrumētis per Aduerſariosmet productis, diſpo-
ſitio cenſetur pura, & potuit per ipſos Illuſtres
Agentes agi, prout actum fuit.l.fin.§.primo, ubi
Iaſ.ff.de vulg.& pup.latè tradit Hieron. Zanch.
in d.§.cum ita.num.463.
Supereſt modo his iactis fundamentis, v tol
lantur dubia ſubtiliter excitata per Reuerendū,
& Excellētem Dominum Iudicem, & fundamē
ta illa inania, & debilia illius Excellentis Con-
ſultoris pro diuerſa parte conſtructa,& oſtenda
tur ea in caſu ipſo ſibi locum minime uendicare
poſſe, quorum facilis eſt ſolutio,& euacuatio, fir
mis ſtantibus,& militantibus fundamentis pro
parte noſtra conſtructis, tot rationibus, iuribus,
& auctoritatibus communitis & confirmatis.
Tollam igitur primo dubia ipſius Reueren-
di Domini Iudicis, poſtea euacuabo allega-
ta per dictum Dominum Conſultorem in
illis triginta folijs conſilij ſui, pro dubiis
propoſitis.
Dubitatur itaque primo, quòd cum Comites
Guido, et Ludouicus, deceſſerint cum filijs, ſal-
tem reſpectu eorum partium, non potuerit eſſe
locus fideicommiſſo, per tradita in d.conſi. quic
quid ſit de portionibus præmortuorum, iuxta
tradita per Alex, conſil.139.num.3.uol.6.
Sed certe dubium hoc in caſu noſtro nullū
facit dubium, in quo termini noſtri longe diſtāt
a terminis allegatorum in dicto conſilio, ut
ſuo loco ſpecialius reſpōdebo, & pariter Alex,
in dicto conſil. ſi quidem ille loquitur caſu, quo
deficiat prima ſubſtitutio, à cuius purificatio-
ne procedunt aliæ ſequentes. Ipſa prima enim
22 deficiente, ceſſant ſequentes, † & hoc caſu lo-
quitur tex. in allegata l.ex facto, §.pen. ff.ad Tre
bel. quod voluit Oldrad.conſil.21.& alij plures
in dicto conſilio Aduerſario. At caſus noſter
diuerſiſſimus eſt, cùm nepotes iſti agentes ad fi-
dei-

deicommiſſum factum, & iniunctum per auum filijs,etiam cum filiis decedentibus, vocati fuerint,vt ex ſupra conſtructis fundamentis clariſſimè comprobatum eſt,cuius caſus cùm euenerit tum per mortem patrum & patruorum, cùm etiam per contrafactionem, dubio procul eis competit actio, ex diuerſis igitur non infertur,l. fi.ff.de calum.& l.Papinianus exuli.ff.de minori.

Secundo,quia illa opinio Oldr.Alexan.& ſequacium,procedit, niſi ex alijs coniecturis conſtet,teſtatorem voluiſſe ſubſtitutum, etiam in caſu,quo ſupereſſent liberi filiorum, hæreditatem reſtituere,& maxime prohibendo alienationem
23 cum cauſa, vt ad propoſitum tradit Craue.con ſil.vlt.colum.pen.verſ.ſecundo principaliter,ſecundo volu.& in propoſito, nedum extant con iecturæ, ſed expreſſa diſpoſitio teſtatoris,verbis expreſſis fideicommiſſum inducentis, vt ſupra abundè oſtenſum eſt.

Secundò principaliter non obſtat, quòd cauſa ſubſtitutionis, quia voluit totam ipſius hæreditatem,&c.fuerit addita,& iniuncta ſubſtitutioni factæ in caſu, quo filij ſine filijs decederent, quæ quidem clauſula,cùm ſit redditiua rationis, & acceſſoria ad principalem clauſulam diſpoſitiuam,non debet illam alterare, clem.prima,de præben.ſed potius debet reſtringi, & referri ad principalem, & idem de prohibitione alienationis, etiam ſubſequente, videtur dicendum, quaſi voluerit teſtator,bona conſeruari in familia,& non alienari, ſi deceſſerint inſtituti ſi
24 ne maſculis,& nihil fuerit diſpoſitum† ipſis decedentibus cum maſculis, vt per Deci. conſilio 377.numero 6.

Namque id primò ex eo tollitur, quòd negari poteſt, hanc eſſe clauſulam acceſſoriam, vel executiuam, cum ſit appoſita in verbis diſpoſitiuis,& per verba diſpoſitiua, vt dictum fuit ſupra in ſecundo fundamento, in princ. Et quòd non poſſit dici clauſula executiua & acceſſoria,
25 † probatur ex traditis per Curt.iun.in conſil.3. num.4.verſ.præterea.per Deci. in l.non omnis. colum.3.verſ.vnde reſoluendo.ff. ſi cert.per.& Andr.ab Exea.in trac.de pact.nu.226.
26 Secundò,quia cauſa generalior † dicto,vel rō reddita per teſtatorem non reſtringitur ad ſubſtitutionem, & expreſſam diſpoſitionem,cui iniungitur,ſed illam ampliat, & extendit ita, vt fideicommiſſum inducat,vt ex Barto.Caſtr.& tot alijs, in indiuiduo loquentibus, ſupra comprobatum fuit in dicto ſecundo fundamento,in verſicu.Quod ex alio,cum verſ. ſequen. Vnde cum teſtator appoſuerit clauſulam illam, quia totam ipſius hæreditatem voluit integram ſemper eſſe apud ſuos deſcendentes maſculos, &c. quæ locum habere non poteſt,niſi fideicommiſſum inducatur, etiam inſtitutis cum filijs decedētibus, ut latiſſimè, tùm ex ponderatione uerborū, tùm ex multis alijs in dicto ſecūdo fundamento adductis,comprobatum extitit.ceſſat motiuum.

Nec Deci.in dicto conſil. loquitur in his terminis, quando cauſa, ſeu ratio eſt addita poſt ſubſtitutionem, & diſpoſitionem teſtatoris, vt in caſu iſto, ſed quando eſt addita prohibitioni de non alienando, quæ eſt alia quæſtio,cum primo caſu facilius fideicommiſſum inducatur, cū ceſſet diſputatio, an teſtator id induci uoluerit in caſu alienationis, vel in caſu mortis, ut tradūt omnes Doctores citati in dicto ſecundo fundamento,in prin.tùm etiam, quia illa ratio generalior dicto, etiam addita clauſulę prohibitionis de non alienando, inducit fideicommiſſum ſim
27 plex,quando aliàs redderetur† ſuperflua, ſecundùm communem opinionem, quam tenent tot patres ſupra citati, in tertio fundamēto,in prin. quam & tenuit Deci. ipſe, melius ſibi conſcius, in tot conſilijs ibi allegatis,quæ aliter non repeto.Vltra quòd in caſu noſtro plura concurrunt, quæ non concurrebant in caſu Decij, ex quib. cogimur iure fateri fideicommiſſum etiam hoc caſu fuiſſe inductum, præter id,quod ceſſat omnis difficultas, ex quo contrauentum, & contra factum fuit uoluntati teſtatoris,ut ſupra dictum fuit in quinto fundamento.

Tertiò dubitatur,quòd cum decedentib. Co mitibus,Guidone,et Ludouico,cum filijs maſculis expirauerit,et extinctum fuerit fideicommiſſum,ceſſauerit ēt,& extincta fuerit ꝓhibitio alie
28 nationis † facta reſpectu ipſius fideicommiſſi, per tradita per Soci.conſil.53.nume.11.in prin. et conſil.115. nu.10.in 4.uol.quia cauſa,et ratio illa,quia uoluit bona, etc.& prohibitio ſubſequens,ſunt intelligendæ,et limitandæ ad caſum ſubſtitutionis, ſi inſtituti. ſcilicet, ſine maſculis deceſſerint,quibus cum maſculis decedentibus nihil teſtator diſpoſuiſſe cenſetur, et ſi id forſan uoluiſſet, cum id non expreſſerit. l.quidam cum filium.de hæredi.inſtit.et Ripa declarat in ſimili caſu,in l.Centurio.nu.162.ff. de uulg.et pupil.et in hac ſpecie eſt conſilium Dec. id affirmantis, 636. Cuius caſus à noſtro tantùmmodo diſtat, quia in illo præceſſit ſubſtitutio fideicommiſſaria,et ſubſequuta eſt prohibitio alienationis, et addita cauſa, cum in noſtro cauſa poſt ſubſtitutionem ſit immediate addita, et poſtremo loco facta prohibitio alienandi,quod magis conueniente uidetur deciſioni ipſius Decij.
29 Sed certe hæc oīa à caſu noſtro†ſunt prorſus aliena:et cum eo nihil habent commune,et ſi uera eſſent in ſe, prout etiam falſa ſunt:nam,quod primo loquantur in diuerſis terminis diuerſam rationem habentibus, & ſic ceſſent illæ deciſiones l. quod dictum . ff. de pact. aperte conſtat, quia non uerſamur in caſu, in quo iure defendi poſſit,ꝙ cauſa, & ratio illa, quia uoluit,&c.duplici loco addita, ſcilicet, poſt factas ſubſtitutiones et poſt prohibitā alienationem,ceſſet in caſibus,in quibus ſpeciales, et expreſſæ ſubſtitutiones

nes locum habere non poſſunt, & eatenus ex-
tendatur, & non vltra, quatenus extenduntur
ſubſtitutiones, ſed in caſu quo propter illam cau
ſam, & rationem ſubſtitutiones ipſæ fideicom-
miſſariæ extendantur, & amplientur ad alios ca
ſus non expreſſos, & ſpecificatos, nempe, vt gra
datim omnes deſcendentes vocati cenſeantur,
vt firmant quàmplures Doctores ſupracitati,
& huc tendunt tot verba, & clauſula dicti teſta-
menti, ſupra in quattuor prioribus fundamentis
ponderata, & geminate appoſita, quæ breuitatis
gratia non reperam, quorum nulla concurrebát
in caſibus Doctorum in dubijs citatorum, ex
quibus neceſſario compellimur legibus, rationi-
bus, & Doctorum auctoritatibus fateri, fidei-
com miſſum etiam in caſu mortis inſtitutorum
decedentium cum filijs fuiſſe iniunctum. Socin.
enim in d. conſil. 53. loquitur, quando prohibi-
tio alienationis fuerat facta propter fideicom-
miſſum factum illi Dominæ Margaritæ vocatæ,
quę cum prędeceſſiſset, & ſubſtitutio effecta fue
rit caduca, & expirauerit, nimirum ſi prohibitio
facta de alienando, illam reſpiciens ceſsat, quæ
non extendebatur ad alinationem faciendam
poſt mortem. vt hic in infinitum extenditur pro
pter expreſsa verba, etiam geminata teſtatoris.

In alio verò conſilio 115. loquitur in prohi-
bitione facta in donationis contractu de nõ alie
nando, quo caſu, & prohibitio, & præceptum ſe
cundum naturam contractus veniunt interpre-
tanda, & interpretandum, per tradita ibi per
30 eum. Ripa ſ etiam in d. num. 162. loquitur in alia
quæſtione, an filij in conditione poſiti cenſean-
tur vocati, in qua, ſtante prohibitione alienatio
nis cum hac cauſa, & clauſulis, de quibus ſupra.
tenendum eſt quod ſic, per auctoritates Docto
rum citatorum ſupra in primo fundamento, &
hoc caſu volũtas tranſit in diſpoſitionem, quod
non eſt in caſu l. quidam cum filium, ſupra cita-
tæ. & tanto magis alijs tot concurrentibus, de
quibus ſupra in tribus alijs ſequentibus funda-
31 mentis. † Decius vero in dicto conſilio 636.
pariter loquitur in alio caſu diuerſo, cum non
concurrerent in caſu ſuo, quæ in caſu noſtro cõ
currũt, & prę ſertim, quia illa cauſa. & ratio, quia
voluit, totam, & integram, &c. non fuit addita
poſt ſubſtitutionem, quæ venit ad ampliationẽ.,
& extenſionem ipſius ſubſtitutionis, quod non
eſt, quando eſt addita prohibitioni de non alie-
nando, vt tradũt Doctores ſupra citati in ſecun-
do fundamento. & hoc nihil habet commune
cum prohibitione alienationis, quæ illo caſu po
terat referri ad fideicommiſſariam ſubſtitutio-
nem, cum poſt illam incontinenti fuerit appoſi-
ta, vt per eumdem ibi, num. 8. quod non eſt in
caſu noſtro, cum procul a ſubſtitutionibus ite-
rum ſit addita, ſed (quod pluris refert) in illo ca-
ſu prohibitio uidebatur inualida, cum non fue-
rat facta extra familiam, cum cauſa illa, vt in fa-
milia remaneret, quo caſu eius cõſultatio defen
di poſſet, iuxta tradita per Socin. in conſil. 227.
in ſecundo, in d. §. cohæredes. & in locis alijs ſu-
pra citatis in tertio fundamento.

Nec in illo caſu fuit geminata clauſula illa,
quia voluit. &c. nec diſpoſitum, vt tota, & inte-
gra, ſemper eſſet hærediats apud deſcendentes,
nec addita verba, in infinitum, vel probibita
etiam diuiſio, quæ omnia ſimplex, & abſolutum
fideicommiſſum, etiam in caſu mortis indu-
cunt, vt ſatis & ſuper ſupra comprobatum exti-
tit, ultra quod in caſu Decii, non fuerat etiã pro
hibitioni contrauentum, vt in caſu noſtro, quo
caſu nedum ceſsat auctoritas ipſius Decii, ſed &
diſputatio Doctorum, per tradita ſupra in d. 5.
fundamento.

Et poſito etiam, ſine veritatis præiudicio, ꝙ
omnia in dubiis citata in terminis caſus noſtri
loquerentur, minime eſsent attendenda, quia eſ
ſent contra communes Doctorum ſententias,
ſupra allegatas, quas etiam amplexi fuerunt, &
ſecundum eas conſuluerunt ipſi, Socin. & Deci.
ut ſupra oſtenſum eſt.

Et in hac ſpecie, quòd prohibitio alienatio-
32 nis † non ceſſet ceſſante ſubſtitutione, cum aliud
diuerſum inducat fideicommiſſum, tradit Ruin.
in conſ. 124. ante fin. 2. volum. & conſi. 168. col.
pen. uerſic. 2. non obſtat, num. 28. in 3. volum. &
ipſum ſpecialiter aduerſus Decium in d. conſil.
636. ad hoc citat Hieron. Zanch. in d. §. cum ita.
num. 675. Ex quibus de plano tolluntur, & peni
tus euacuantur omnia, quæ in dubiis ſubtiliter
per Reuerendum Dominum Iudicem excitata,
& propoſita ſunt, & clara apparet iuſtitia horũ
Illuſtrium Agentium.

Reſtat modo reſpondendum ad allegata per
illum Magnificum Conſultorem in d. ſuo conſi
lio vſque ad folia triginta, quæ etiam pro dubiis
proponuntur. quibus ex ſupra deductis clara re
ſultat reſponſio, & conſtat in rei veritate, ea eſſe
mera ſophiſmata, de quibus tradit Iuriſconſ. in l.
ea eſt natura canillationis. ff. de reg. iur. & tende
re ad occultandum manifeſtam mentem, & vo-
luntatem teſtatoris, & ueritatem ipſam nimiis
ſubtilitatibus, contra tex. in l. ſi ſeruum. §. ſequi-
tur. ubi Iaſ. ff. de uerb. oblig. quod ſub auctorita-
te iuris ſcientiæ propter nimiam ſubtilitatem
quandoque pernicioſe erratur, de quo per Ne-
uiza. in ſyl. lib. 5. num. 67. colum. 5. ſed magna eſt
uis veritatis, quæ omnia ingenia, aſtutias, et calli
ditates ſuperat, quę contra ficta, ſimulataque fig
menta ſeipſam defendit, ut per eumdem Neui-
za. d. lib. 5. num. 114. Sed ad rem.

Primo igitur non obſtat, quòd nec ex uerbis,
nec ex mente ſit inductum fideicõmiſſum, quod
tamquàm odioſum uenit reſtringendum, nõ ex-
tendendum, cum ſit onus, quia cõtrarium, et ex
mente, et ex uerbis ipſis, imò inductum fuiſſe, et
eius caſum eueniſſe, ſatis & ſuper oſtenſum, &
com-

comprobatum extitit ex quampluribus rationi-
bus & auctoritatibus, quæ in dicto conſilio tactę
non fuerunt, ſed diſſimulatæ.

Et licet illa opinio, an filij poſiti in conditio-
ne cenſeantur vocati, patiatur (vt dixi) difficulta
tem, & coniecturæ tactæ in dicto conſilio, poſ-
ſent eſſe dubitabiles, ſuper quibus tamen etiam
potuiſſem facere fundamentum, vt fecerunt Ma
gnifici Aduocati partis noſtræ in principali cau
ſa: quia tamen habemus deciſiones in hoc pun-
cto claras & ſpecificas, vt compræhendantur in
fideicommiſſo diſpoſitiuè, & vocati cenſeantur,
quando fuit facta prohibitio de non alienando,
cum cauſa, vt ſupra; & idem eſt quando fuit addi
ta cauſa, & ratio generalior in ſubſtitutione, &
in prohibitione, vt oſtenſum fuit, nolui fruſtra
laborare diſputando has concluſiones, quæ poſ
ſunt in dubium reuocari, ſed tãtummodo in eis
facere fundamentum, quæ omnem prorſus ſupe
rant difficultatem.

Et licèt per ſuperexiſtentiam liberorum ceſ-
ſauerit caſus ſubſtitutionis expreſsæ per teſtato
33 rem, non tamen † ceſſat fideicommiſſum indu-
ctum ex alijs partibus, & clauſulis teſtamenti,
quo caſu nec Oldra. dicto conſil. 21. nec alij eius
aſſeclæ loquuntur, vt ſupra dictum fuit, & hoc ca
ſu etiam loquuntur Caſtren. allegatus in l. ex fa-
cto. §. pen. ff. ad Trebel. & Iaſ. in l. in ſubſtitutio-
ne. num. 5. cum ſeq. ff. de vulga. & pupil. & in l. ſi
quis. colum. 4. C. de inſtitu. & ſubſtit. non autem
in caſu aliquo noſtro ſimili.

Quò fit, vt falsũ ſit id, quod dicitur in d. conſi.
fol. 11. per dictas deciſiones, quod partes eorũ,
qui deceſſerunt ſine liberis, liberè peruenerunt
ad Comites Guidonem, & Ludouicũ, quia imò
peruenerunt cum onere, vt non poſſent alienari,
& in eis gradatim ſuccederent omnes deſcen-
dentes, ut ſupra: ſi enim fideicommiſſum eſt ſim
plex, & ſint vocati deſcendentes in caſu mortis,
certum eſt quòd iſtæ partes non peruenerunt li
34 bere ad fratres † ſuperſtites, cum illi teneantur
reſtituere ſuis deſcendentibus, vt probatur in d.
§. cum ita. vbi Bart. & Rip. numero 36. & ſeq. qui
loquitur, quando tota hæreditas ad aliquem de
bet peruenire, vt in caſu iſto, & idem eſt, quando
verba diriguntur ad honoratum, vt per eum ibi,
num. 45. quod etiam tradit Bart. & alij, in l. Mar-
cellus. §. quidam liberis. ff. eo. tit. tradit Hieron.
Zanch. in dicto §. cum ita, num. 366. 369. & ſeq.

Ex hoc etiam nullam habet difficultatẽ, quan
35 do alienatio eſt prohibita, † vt in caſu iſto, Ripa
in dicto §. cum ita. num. 4. & Zanch. num. 403. &
idem eſt, quando teſtator imperſonaliter fuit lo
quutus. Durant. d. tracta. tit. 5. caut. 28. in fi. Et ſi
eſſet factum in caſu cõtrauentionis tantũ (quod
tamen non eſt in veritate ut ſupra) etiam hoc ca
ſu, quo iſti fratres poſteriores alienauerunt bo-
36 na, venirent † reſtituendæ partes prædeceden-
tium, cum fideicommiſſum ſit vniuerſale. l. Sceuo
la. ubi Bart. & alij, ff. ad Trebel. ita in indiuiduo
tradit Paul. de Caſt. in d. conſil. 77. 1. dubio. nu.
5. in primo volum.

Ex quibus conſtat, quàm ualde in hac quæ-
ſtione fuerit erratum in terminis, cum imo fidei
commiſſum non fuerit extinctum, licet partes
prædecedentium ſine filijs pertinuerint ad ſuper
ſtites ſubſtitutos, cũ veniant in reſtitutione cęte
ris deſcẽdẽtib. facienda, nec potuerant alienari,
vt ſupra ex deciſionibus præallegatis in indiui-
duo comprobatum eſt. Nec uideo, quod faciant
ad rhombum iura ad hoc propoſitum citata in
d. conſilio, vt videre licet ex eorum inſpectione,
nam l. Męuius. §. duobus. cum ibi not. ff. de leg. 2.
l. qui hæredi. §. fin. ff. de condit. & dem. l. ſi quis
ita. & l. ſi hæredi plures. ff. de condit. & dem. So-
cin. iun. conſil. 4. num. 1. in 3. & Ruin. conſil. 92.
num. 9. volum. 2. non loquuntur ad propoſitum
huius quæſtionis, ſed in aliis caſibus, quo fit ut ſa
tis conſtet, quam parum iuſte fuerit conſultum
ad fauorem aduerſariorum.

Et cum fideicommiſſum prædictum comprę
hendat etiã caſum, quo dicti inſtituti deceſſerint
etiam cum filiis, & filii eorum, ac deſcendentes
cenſeantur vocati, ut ſupra, ſequitur quòd pari-
ter non fuit extinctum reſpectu eorum portio-
num, nec Alex. vel Ruin. ſupra citati in dubiis, et
in conſilio loquuntur in his terminis, ſed diuer-
ſis, ut dictum fuit.

Non obſtat etiam, dum dicitur in d. conſilio,
quòd fideicommiſſum fuerit inductum propter
prohibitionem alienationis, reſpectu filiorum
tantum, qui ſine filiis deceſſerunt, non aliorum,
qui filios habuerunt per multa leuia, et nimis
ſubtilia argumenta facta in ipſo conſilio, quia cũ
ſpecificas deciſiones habeamus, et in indiuiduo
communes, et receptas, ceſſant phantaſtica hæc
argumenta, et poſſumus dicere, vt dicebat Bald.
in conſil. 174. Caſus eſt talis. in fi. 2. volum. rela-
tus per Crauet. conſ. 4. num. 21. quod vbi verba
ſunt clara, cauillationes Aduocatorum locũ ha-
bere non debent: namque quod fideicommiſſũ
ſit odioſum et propterea reſtringendum, eſt ue
rum, niſi uerba aliud importarent, ſecundum eo
37 rum † proprietatem, quia eo caſu non patiuntur
reſtrictionem, vltra eorum propriam ſignifica-
tionem. l. cum lege. ubi Aretin. ff. de teſtam. c. ex
parte. il 3. ubi Abb. de decim. Crot. in repet. l. re
coniuncti. num. 15. ff. de lega. 3. et Deci. in l. in cõ
trahenda. num. 14. ff. de reg. iur. et in propoſito
probatum eſt per uerba, hoc importare in pluri
bus partibus teſtamenti deſcripta, et idem eſt,
38 quando conſtat de mente, quæ maxime † in fi-
deicommiſſis uenit attendenda. l. tertia, et latè
Iaſ. prima columna C. de lib. præter. l. in condi-
tionibus primum locum. ff. de condit. et demon.
et eam debemus ſequi, ut canis leporem. Bald. in
l. fin. C. de impuber. et ali. ſubſtitut. et Curt. iun.
conſil. 111. num. 6.

Et

Et idem ex his tollitur aliud,quod dicitur, hę
redem minus quàm ſit poſſibile grauandũ eſſe .
Sed quòd teſtator voluerit tantummodo onere
fideicommiſſi grauare eos, qui decederent ſine
filijs,quaſi illi ſint procliuiores ad alienandum,
& diſſipandum bona,negamus expreſsè,& ver-
ba teſtatoris repugnant . Non enim ſi ſenſiſſet
habentes filios poſſe alienare diſpoſuiſſet, totã ,
& integram eius hæreditatem ſemper eſſe debe
re apud ſuos deſcendentes maſculos , & ex ma-
ſculis legitimos,& naturales, & quomodo iux-
ta ſuam diſpoſitionem bona ad ſuos deſcenden
tes maſculos in infinitum deuenirent ? Et ſi vo
lebat,filios habentes filios poſſe alienare, quare
prohibuit perpetuam diuiſionem inter eos?Cer
tè iſtud eſt manifeſtè diuinare ,& ſibimet aliud
diuerſum a noſtro condere, & fabricare teſta-
mentum. Sed quia, vt dixi, verſamur in caſu de-
ciſo per Doct. non eſt inſiſtendum in diſputan-
do,quòd veriſimilius voluerit teſtator, quia Do
ctores præallegati id apertiſſimè ſecundum te-
norem verborum declarauerunt . Quæ autem
dicuntur de dictione, tunc, quòd ſit reſtrictiua ,
& taxatiua, ceſſant quando nõ ſumus in dubio,
39 ſed in caſu claro,in quo teſtator † voluit ſubſti-
tutiones extendi ad alios caſus. Pariſ. conſi. 9 a.
num.60.in 2.volum. & conſ.20.num.36. in ter-
tio volum.Soc.iun.conſ.106.num.29. in princ.
& conſil. 114.num.29.in quinto volum. & con
ſil.145. nume.29. in tertio volum. & Gozadin.
conſil.64. in ſi.per text.in l.Gallus. §.& quid ſi
tantum.ff.de lib.& poſthum. & ꝙ non impediat,
40 ſubſtitutionem † ad alios caſus extendi , tradit
Galiau.in d.5.& quid ſi tantum. colum.3. quar-
41 to not.maximè , attenta mente, & ratione † te-
ſtatoris.Pariſ.conſ.50.num.53.in tertio, & con
ſil.66.num.65. eo.uolum. & idem Alciat.tertio
libro.de verbo.ſignif.pagina mihi 147. verſ.ſed
quid ſi limitatiua . & in propoſito habemus di-
ſpoſitionem,& mentem teſtatoris claram,& ex-
preſſam, quo caſu ad hunc caſum extẽditur ſub
ſtitutio,ut ſupra.

Sicut etiam non obſtat, quòd ratio generalis
non extendat dictum, uel illud ampliet ,ut non
fiat extenſio ad caſum, quo filij cum filijs dece-
dant, quia hoc eſt etiam falſum, ut ſupra oſten-
ſum eſt, cum extẽdatur ad omnes caſus, qui poſ-
ſent compræhendi ſub illa prohibitione, & di-
ſpoſitione teſtatoris, & omnes deſcendentes
cenſentur gradatim uocati, & grauati, ut ſæpius
dictum eſt . nec eſt uerum , quòd eſſet nudum
præceptum teſtatoris de non alienando ſine illa
cauſa,& ratione, quia in caſu alienationis erant
alij uocati,& prohibitio de non alienando erat
facta pro conſeruatione familiæ, ultra quòd illa
cauſa fuit duplicata,& primo loco per verba di-
ſpoſitiua appoſita,ut ſuperius demonſtratũ eſt ,
& hoc caſu ceſſat omnis ſcrupulus , cum etiam
fuerit contrauẽtum uoluntati teſtatoris, ut ſup.

Ceſſat etiam id, quod ſubtiliter conſiderat ip
ſe Dominus Conſultor, quòd ex quo iſta cauſa,
& ratio,quia uoluit, &c. non fuit addita prohi-
bitioni de non alienando, ſed poſt ſubſtitutio-
nem de filijs ſuperſtitibus factam,ceſſant conſi-
derationes, & diſputationes Doctorum , ſuper
hac qõne, quia certè fallitur ex duob. grauiter.

Primò, quia tantò magis inducitur fideicom
42 miſſum † ex ratione addita incontinenti poſt
ſubſtitutionem,quàm ſi addatur poſt prohibitio
nem alienationis,cum primo caſu uideatur teſta
tor apertè ſuam uoluntatem declarare, quomo-
do ipſe intelligat uocare poſteros ſuos,& quib.
caſibus eis ſubſtituere,quod non ſit in alio caſu,
& militant adducta ad propoſitum ſupra in ſe-
cundo fundamento.

Secundo,quia cum iterum teſtator hanc ean
dem cauſam & rationem addiderit,prohibitio-
ni alienationis,iterum ſubinde factæ,ceſſat om-
nis ædificatio conſtructa ſuper hoc tenui fun-
damento, 1.q.1.c.cum Paulus. & cum geminata
fuerit cauſa ipſa, & prohibitio cum cauſa tanto
clarius de uoluntate enixa, & expreſſa teſtatoris
neceſſe eſt fateri conſtare.

Quæ autem in dicto conſilio longo ſermone
diſputantur ſuper prohibitione alienationis , an
regula quòd in his quæ in continenti ſiunt,non
ſit dare prius,uel poſterius.l.quidam.ff.de pecu.
lega.non exigunt ſpecialem reſponſionem, cum
certum ſit ſiue præceſſerit , ſiue ſubſequuta fue-
rit cauſa hæc,& prohibitio, omnino ex ui, & uir
tute uerborum,cenſeri inductum ſimplex,& ab-
ſolutum fideicommiſſum,ut ſupra,ex pluribus ſa
tis,et ſuper oſtenſum eſt, quæ cum oſtẽdant mẽ
tem, et uoluntatem teſtatoris fuiſſe certam,poſ-
ſumus iure illam eſſe dubiam negare,ut prætẽ-
dit ille Dominus Conſultor, ſicut etiam iuſtè ne
gamus prohibitionem alienationis factam fuiſ-
ſe propter filios decedentes ſine filijs tantum,
cum repugnent et uerba, & ipſiſſima mens teſta
toris,ut ſupra .

Dum autem ipſe excellens Cõſultor, fol. 2 a,
2.facie ipſius ſui conſilij,uolens tollere difficul-
tatem , quã ſibi maximã inijciunt illa uerba, ſu-
per tota,et integra,quæ repugnant ſenſui, et in-
terpretationi illius , nitentis defendere,ꝙ fidei-
commiſſum tantummodo compræhendit par-
tes prędecedentium ſine filijs maſculis,conatur
oſtendere, teſtatorem intellexiſſe non de tota et
integra hæreditate ipſius teſtatoris , ut ipſe ex-
preſſe loquutus fuit, ſed de hæreditarijs portio-
nibus filiorum quia ex lectura ipſius teſtamenti
ſatis conſtat, quam ſit extranea,abſurda,et ine-
pta ipſa eius interpretatio, et cõtra expreſſa uer
ba, et expreſſam mentem teſtatoris, non fuiſſet
opus aliter ſuper ea inſiſtere, uel uerba facere,
ſed id totũ remittere iudicioſo iudicis arbitrio :
tamen ut etiam oſtendã.hæc eſſe mera ſophiſma
ta,et merum commentum,aliqua pro reſponſio
ne

ne adduceam,quæ tollent omnem ſcrupulũ,non
laborando in reſpõdendo omnib.uanis,et friuo
lis rationibus, quia oporteret ſcribere iuſtum
aliquod volumen. Dico igitur, ꝙ hic ſenſus, &
intellectus abhorret a mente,& verbis teſtato-
ris.cum illa verba, totam ipſius hæreditatem, &
integram, &c.non poſſint intelligi de portione
43 hæreditaria vnius filij, quæ†non eſt hæreditas,
vt probatur in l. nihil aliud eſt hæreditas. ff. de
verb.ſign.& l.hæreditas.de reg.iur.l. Marcellus.
§.quidam liberis.cum ibi not.ff.ad Trebel. tum
quia, quando huiuſmodi pronomina, ipſe,
ſua,apponuntur in tertia perſona in teſtamento,
44 ſemper referenda† ſunt ad teſtatorem, non ad
hæredem,vt probatur in l. ex facto.in prin.ff.ad
Trebel.& ibi tradit Bart. & alij,& latiſſime Rip.
ibi, col. 2. qui plura adducit ad reſponſionem
quàmplurium argumẽtorum factorum in dicto
45 cõſilio,& maxime quod relatio ſit † facienda ad
proximum,& ſimilia. Ruin.conſil. 15.num.19.in
3.& conſil.152.num.5.eo.volum. & Socin.iun.
conſil. 145.num.42.3.volum. & cum teſtator di
ſpoſuerit,totam,& integram ipſius hæreditatem
ſemper eſſe apud ſuos deſcendentes, intelligen-
do de hęreditaria portione,ſecundum eũ,quod
eſt ineptiſſimum,non poteſt aliquo modo teſta
tor intellexiſſe propterea de illis, qui filios non
haberent,quia apud ſuos deſcendentes eſſe non
poſſet.cum nullos haberet,& neceſſe eſſet refer
ri verbum,ſuos,ad teſtatorem,& ſic verbum ip
ſius,referretur ad vnum,& uerbum,ſuos,ad aliũ,
contra rationes met ipſius Conſultoris.

Et cum fuerit additum verbũ, ſemper, quod
denotat nedum tempus futurum,ſed perpetuũ,
ceſſat alia conſideratio facta de verbo.eſſe,quod
ſecundum eum eſt præſentis temporis, non fu-
turi. Et cum teſtator loquutus fuerit per hæc
verba, ſemper eſſe, non video quomodo poſſit
dubitari, vt dicit idem Dominus Conſultor, ꝙ
quando portio unius prædecedentis peruenit
ad alios vocatos, non dicatur tota hæreditas eſ
ſe apud deſcendentes, cum & ipſe tamquàm de
ſcendens partem habeat,& cęteri cohæredes &
deſcendentes cęteras partes.

Non obſtat text.in l.Lucius Titius.in prin. ff.
de leg.1.in ver.hæreditatis. iuncta glo. quia ibi
46 accipitur improprie†pro portione hæreditatis,
vt per Imol. & Caſtr. ibi. ſed non eſt facienda
47 impropriatio verborum,niſi in†contrarium ſit
expreſſa mens teſtatoris. l. non aliter.in prin.de
lega.3.& in caſu illius legis neceſſe erat uerbum
impropriari, propter verbum,beſſem, additum,
quod in tota hæreditate non poterat verificari,
cum tantum in ſemiſſe ille hæres fuiſſet inſtitu-
tus, unde reſtituere beſſem non poterat, igitur
intelligendum eſt de beſſe ſuæ portionis hæredi
tariæ,& hoc caſu etiam loquitur ibi Bald.in d.l.
Lucius Titius,in prin.quãdo ſcilicet plures ſunt
inſtituti hæredes, & dictum ſit per teſtatorem,
quòd ſi quis ſine filiis decedat, hæreditas teſta-
toris reſtituatur alicui, nam debet intelligi de
hæreditate,ideſt portione hæreditaria illius de-
cedentis, non etiam aliorum, ex quo ipſe dece
dens non poterat partes aliorum reſtituere,per
dictum tex.in d.l.ſecus uero, quando eſt diſpoſi
tum, ut in caſu iſto diuerſiſſimo, in quo unus re
ſtituit uocatis ſuam portionem, & tamen uerum
eſt, abſq; ulla uerborum impropriatione, quòd
tota & integra hæreditas ſemper eſt apud deſcẽ
dentes teſtatoris,ultra quòd hoc caſu etiam uer
ba,totam & integram,remanent ſuperflua, & ſi
48 ne effectu†operandi,contra.l.ſi quando,in prin.
ff.de leg. 1. & iura citata per dictum Dominum
Conſultorem non loquuntur, quando extant
uerba iſta.

Tollitur igitur,& penitus excluditur hic ine-
ptiſſimus intellectus, & ſenſus prędicti Domini
Conſultoris,quod intellexerit teſtator prohibe
re tantum alienationem decedentibus ſine filiis,
non autem cum filijs decedentibus, cum repu-
gnet & uerbis & mentis teſtatoris, & communi
omnium Doctorum ſententiæ,ſupra in pluribus
ſententijs citatorum.

Et cũ hoc intellectu erroneo ex diametro pu
gnant uerba clauſulę ſecundę prohibitionis,ubi
teſtator dixit ꝑ hęc formalia uerba: quia uoluit
ad deſcendentes maſculos ex ſe & ex ſuis deſcẽ
dentibus maſculis in infinitum deuenire.ſi enim
habentes filios potuerũt alienare, quomodo bo
na hęreditatis teſtatoris peruenirẽt ad ipſos de-
ſcendentes ex maſculis in infinitum? certe eſt
impoſſibile,ideo explodendus eſt hic uanus ſen-
ſus, & inhærendum eſt menti expreſſæ, & uer-
bis teſtatoris.

Et cum omnes deſcendentes fuerint uocati
collectiuo nomine,non poteſt ullo modo dici,
quod gradatim & ordine ſucceſſiuo bona ad il-
los non debeant peruenire, & ſat ſit quòd per-
uenerint ad illos filios primi gradus ſuperſtites,
quibus licuerit contra expreſſam uoluntatem,et
præceptum teſtatoris bona alienare,et fideicom
miſſum interuertere, et filios, et deſcendentes
bonis priuare,qui tamen ad ea ſunt uocati,iux-
ta.l.cum ita.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.2.et tra
ditur per Doctores in l.Gallus.§.1.vbi Socin.nu
mero 4. ff.de lib.et poſth.

Ad id autem, quod ſubtiliter cogitauit ipſe
Dominus Conſultor, quod teſtator non habuit
affectionem ad conſeruationem ſuæ familiæ et
agnationis, ſed tantummodo ad deſcenden-
tes,et primo ad filios, et proximiores, reſpon-
detur ex uerbis ſecundæ prohibitionis aliena-
tionis quæ diſſimulat Dominus Conſultor ui-
diſſe, dum teſtator prœmio quodam exordi-
tur,Item uolens ipſe Magnificus Dominus teſta
tor nomen et dignitatem ſuæ agnationis conſer
uare,et poſteritati prouidere,prohibuit,etc.quæ
uerba nedum probant contrarium eius,quod co
gi-

gitauit ipſe dominus Conſultor, ſed oſtendunt
49 & probãt cauſam finalem†illius prohibitionis:
l.fin.ff.de hęredi.inſtitu. vbi omnes, cum alijs la
tiſſime cumulatis per Tiraquel. in tracta.ceſſan.
cauſa.prima limitatione, num.64. & verba,ſem-
per,&,in infinitum,etiam id inferunt. Sed quòd
hoc fideicommiſſum non poſſit habere locum,
quando bona perueniunt primo ad filios, & nõ
(eis pręmortuis) ad deſcendentes, & propterea
non ſit opus, ut & ipſi illa relinquant, & reſti-
tuant deſcendentibus, uideat Excellens Domi-
nus Iudex, & animaduertat, qua graui tortura
fuerit tortum hoc teſtamentum. Et quidem ſine
aliquibus indicijs, ut fateretur id,quod nunquã
teſtator cogitauit, & cuius contrarium ille aper
tis verbis expreſſit, non quidem ſemel, ſed plu-
ries, & iteratis uicibus;& non inter dentes, ſed
verbis id optimè importantibus, ut ſupra
oſtenſum fuit.

Ex quibus ſoluta ſunt,& penitus euacuata du
bia hæc longiſſima, quę tamen dari debuiſſent
50 breuia,& puncta,†non in pluribus carthis,vt vo
luit Bald.in conſil.217.in fi.2.uolum.& certè ſa-
tis fuiſſent dubia ipſius Reuerendi Domini Iudi
cis elicita ex toto illo conſilio,quod quidem re-
pugnat uoluntati (vt dixi) teſtatoris, & propte-
51 rea iura violat† pietatis, ut ex Bal.Nouel.tradit
Neuiz.in Syl.Nupcia.lib.6.num.19. Nec auctori
tati illorum Excellentiſs. Virorum, qui illi ſub-
ſcripſerunt,modo aliquo eſt deferendum:tum;
quia non diſcuſſerunt,vel guſtauerunt rationes,
quibus motus fuit ille Dominus Conſultor,ſed
Deus ſcit an etiam legerũt. Vnde de eorum ſub
ſcriptionib. non eſt curandum, cum opinio Do
52 ctoris non deliberata,nec examinata,†ſed in di
ſcurſu quodammodo poſita,nõ ſit attendenda,
Neuiz.d.lib.5.nu.29. Et ſi quando apparet,com
53 munem opinionem†eſſe falſam,& rationib. con
uincitur,non curatur de auctoritatibus Docto-
rum defunctorum,cum (ut ad propoſitum dicit
Dec.d.conſ.481.ante fi.nu.12.) imitentur aues,
quę quando una uolat, omnes aliæ ſequuntur:
quanto minus ſtandum eſt Doctoribus uiuenti-
bus,qui re non perpenſa,nec diſcuſſa:tum ut mo
54 rem gerant Amicis, vel Cõſulentibus:†tum etiã
ſæpiſſimè auri ſacra fame ducti,ut dicit Crau. in
tract.de antiqu.tempo.prima par.§.propoſitum
noſtrum, numero 48. ſententiæ aliorum ſub-
ſcribunt. Et quia non dantur pro dubijs aliæ
quæſtiones tactę in dicto conſilio, quæ verè non
habent dubium aliquod: cum etiam, quia aliàs
ſuper ipſis excitata fuere dubia per Clariſs. Mi-
rolium, tunc huius cauſæ Iudicem, & eis ad ple-
num fuit ſatisfactũ; tàm per me,quàm per alios
Magnificos Coaduocatos, ſuper eis nihil aliud
ſcribam. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertazz.

Et pro hac parte fuit iudicatum.

ARGVMENTVM.

Legitimæ in taxatione, quod tempus ſit inſpiciendum, an dotationis, an mortis? Et quæ bona illam minuant, uel augeant?

Et non poteſt haberi ratio bonorum, quę pater hæres fiduciarius detinebat reſtituturus nepotibus.

S V M M AE.

1 *Legitimæ in taxatione attenditur tempus dotationis filiæ, non mortis patris, quo adauctæ fuerunt facultates illius, ex Butr.*

2 *Et hoc caſu poteſt pater compellere filium ad faciendum finem.*

3 *Quæ omnia procedunt in dote.*

4 *Contraria tamen opinio eſt verior & communior.*

5 *Et opinio Butr. poteſt procedere, quando filia recepit a patre certam ſummam, & fecit, vel liberationem, vel excluditur a ſtatuto.*

6 *Filia non excluſa a ſtatuto poteſt petere ſupplementum legitimæ.*

7 *Teſtari quis non uidetur reſpectu eorum bonorum, quæ alteri debentur ab inteſtato, niſi expreſſe dicat.*

8 *Teſtator, qui poteſt diſponere de bonis quæ alioquin illo nõ diſponente debentur aliis, ſi non expreſsè diſponat, non dicitur diſpoſuiſſe.*

9 *Fideicommiſſum reſtituendum non continetur in clauſula teſtamenti, in omnibus autem aliis ſuis bonis, &c.*

10 *Legitima in taxatione non veniunt bona, quæ habent fratres ex fideicommiſſo debito, licet de illo diſpoſuerit pater.*

11 *Illa enim videntur habere ex teſtamento antiquiorum.*

12 *Inſtitutus non debet eſſe deterioris conditionis, quàm ſi ab inteſtato ſucceſsiſſet.*

13 *Teſtator quandoque cenſetur exprimere id, quod ineſt.*

14 *Legitima dicitur quota illius portionis, quam quis conſequuturus eſſet ab inteſtato, & ſumit initium a cauſa inteſtati, & regulatur.*

15 *Legitima non debetur non ſuccedenti.*
16 *Et excluditur a legitima, qui excluditur ab inteſtato.*
17 *Filia poteſt querelare ſolum reſpectu eius partis, quam eſſet habitura ab inteſtato.*
18 *Legitima in taxatione excipitur vt es alienum illa, quæ eſt alicui præcipua.*
19 *Filia a ſtatuto excluſa non poteſt teſtamentum paternum querelare illo inſtituto, qui illam excludebat.*
20 *Nec tali caſu poteſt peti ſupplementum legitimæ.*
21 *Legitimam non poteſt petere, nec teſtamentum impugnare filia, quæ renunciauit hæreditati patris, in qua non poterat ſuccedere.*
22 *Legitimatus cum hoc, quod non poſsit aliquid petere in bonis patris, niſi illud, quod ſibi relinquitur, nõ poteſt legitimã petere.*
23 *Mater excluditur a ſupplemento legitimæ, ſi non poteſt ſuccedere, niſi in certa parte etiam facto teſtamento.*
24 *Emphyteuſis, in quibus fœmina non poteſt ſuccedere, non auget illius legitimam.*
25 *Nec reſpectu illorum, quo ad reliqua bona earum legitima poteſt eſſe maior.*

CONSILIVM VII.

In Domino confido.

DOminus Matthęus de Paiarolis, ciuis, & mercator Mutinæ, de anno 1552. ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo relictis dotib. nonnullis eius filiab. reliquit quatuor eius filijs Dominis Franc. Paulo, Guidoni, & Simoni, lib. 25. pro quolibet eorum, & nõnulla alia bona in teſtamento deſcripta iure inſtitutionis, & pro omni eorũ legitima, trebellianica, & debita portione a patre, & in bonis paternis debitis quomodocunque, & qualitercunque.

In omnib. autem alijs ſuis bonis, inſtituit eius vniuerſalem hæredẽ Dominum Guidonem eius fratrem ita, & taliter, quòd ipſe Dominus Guido eius frater & hæres poſſet de bonis, & hæreditate ſuis prædictis diſponere pro libitu voluntatis ſuæ, hac tamen conditione, quod ſi, & in caſu quo deceſſerit, ſeu decederet quandocunque ab Inteſtato, tunc & eo caſu ſubſtituit eidem & inſtituit hæredes ſuos vniuerſales prædictos eius quatuor filios æquis portionibus. Mortuo teſtatore, ipſe Dominus Guido ſtetit in communione cum dictis eius nepotibus, communiter omnia eorum bona, ut prius ante mortẽ fratris poſſidendo, deinde de anno 1560. ſuum condidit teſtamentum, in quo iure inſtitutionis reliquit dominabus Vrſolinæ, & Franc. eius filiabus nuptis, dotes eis tempore matrimonij ipſarum, vel poſt datas, & nonnulla alia legata in ſuo teſtamento expreſſa, & D. Heliſabeth innuptę etiam alias pecuniarum & bonorũ quantitates, etiam reliquit, & hoc pro omni earum legitima, trebellianica, & ſupplemento legitimæ ac portione debita eis quomodocunque, & qualitercunque in bonis paternis, vel maternis, & ut in teſtamento. In reliquis autem ſuis bonis, factis nonnullis prælegatis dicto domino Guidoni, & nonnullis alijs diſpoſitis, ut in ipſo teſtamento, ſuos hæredes vniuerſales inſtituit ſupraſcriptos Dominos Paulũ Guidonem, & Simonem eius ex dicto Domino Matthęo olim eius fratre nepotes cum ſubſtitutionibus in teſtamento expreſſis. His ſtantibus mortuo ipſo Domino Guidone teſtatore inſurrexerunt ipſæ Domina Vrſolina, & Franc. filiæ ipſius Domini Guidonis petẽtes legitimam ſuam, vel ſupplementum ſuæ legitimæ in bonis patris, quibus ipſi hæredes obtulerunt, ſe illud eis ſoluere caſu quo illam non habuerint integram, quam tamen habuiſſe prætendunt, computatis dotibus, & alijs legatis ſibi factis. Et tanto magis, quia prætendunt hæredes ipſi inſpiciendum eſſe tempus dotationis ipſarum in conſideranda legitima earum in bonis patris, adeo quòd licèt exinde adducta fuerint paterna bona, tamẽ de illis nulla ſit habenda conſideratio. Secundò prætendunt, quod in taxanda dicta legitima nulla ſit habenda ratio bonorum, quæ remanſerunt in hæreditate prædicti quondam Dom. Matthęi eorum patris, cum ad illa eſſent uocati ipſi eius filij, ſi Dom. Guido ſecundus teſtator inteſtatus obijſſet, & cum legitima debeatur in illis bonis, quibus filiæ ab inteſtato ſuccedere poſſunt, de iſtis in ipſa taxatione conſideratio aliqua fieri non poteſt. Contrarium uero in utraque harum prætenſionum de iure verius eſſe aſſeuerant factores ipſarum mulierum. Quęritur modo, quid iuris ſit in utraque quæſtione.

Quo ad primam quæſtio. pro hæredibus concludendum videtur, attendendum eſſe tempus dotationis, in taxanda dict. legitima, non autem
1 mortis patris, quo adauctæ fuere facultates illius, per not. deciſionem ad propoſitum, Iacobi Butr. in l. pactum, C. de collatio. ubi decidit quòd ſi pater uiuens ſoluit legitimam filio, licet poſtea augeantur facultates ipſius, ut maior deberet legitima inſpecto tpe mortis, nihilominus nil poteſt petere filius, & idem eſt in dote data filiæ, ſecundum Bald. in authent. res quæ, numero 17. C. commun. de lega. quam deciſionem Butr. tenet etiam Bald. in l. finali, §. primo, colum. ſecunda, ad finem, numero 14. C. de vſur. rei iudi.

vbi

2 vbi dicit, quòd hoc caſu pater poteſt cogere filium ad faciendum finem, & refutationem de
ſucceſſione futura; & idem tenet in l. ſi ſucceſſ.
numero ſecundo, C. de his, quæ in fraudem
credito. eandem deciſio. tenent Angel. numero
quarto, decima fallen. Imola, numero quinto, &
Roman. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de
verborum obligation. & idem Angelus in l. ſi
proponas, §. primo, ante fin. ff. de inofficio. teſtamento, Caſtr. in l. in ratione, ſecunda colum. in
fine, ff. ad l. falcid. eandem etiam opinionem tenet Alexand. in dicta l. pactum, ante fin. numero
9. & in conſilio 180. uiſis duobus inſtrumentis,
colum. prima, in fine, in quinto, Curt. ſenior, in
3 conſil. vltimo, numero 10. idem in dote † tradit
Laurent. de Palat. in tracta. ſuper ſtatuto, quòd
ſtan. maſcu. fœmi. non ſucce. numero 131. &
late Brun. in eodem ſimili tracta. nono artic. quæſtio. prima, numero 41. & Boer. deciſione 62. numero 14. ubi videtur loqui ad propoſitum noſtrum, quando agnati, ſcilicet ſunt inſtituti hæredes, quam etiam tenet Rodo. Suarez in repet.
l. quoniam in prioribus. in decl. l. regni, quarta limitatione, colum. 8. numero tertio, & colum. ſequen. pag. 299. & Grammat. deciſio. 57. numero
34. & ſequen. Et pro iſta ſententia facit ſingu.
Roma. 128. uolo tibi unum, quem ſequitur Cur.
dicto conſil. Rip. in l. in quartam, nume. 46. ff. ad
leg. falcid. & Cagnol. in l. Papinianus. §. quarta.
numero 8. ff. de inofficio. teſtamento, quod attenditur tempus, quo legitima debetur, quæ
ex alio accidenti augeri non poteſt ad fauorem filiorum.

Sed tamen in hac quæſtione non auderem in
caſu iſto opinioni huic adhærere, tum quia iſta
opinio Iacobi Butri. & aſſeclarum, non uidetur
communiter recepta, & cõtraria verior. & com
** munior** videtur, tum etiam quia non loquitur
ad propoſitum caſus noſtri, ſed extra terminos
4 noſtros. Primo enim contra illam tenuit † Bald.
parum ſibi conſtans, in dicta l. pactum. ſexta oppoſitione, vbi loquitur etiam, quãdo filia ſe contentam, & tacitam uocauit dote pro ſua legitima, per tex. in l. ſi quando. §. primo, C. de inoffic.
teſtamento. in l. quamuis, ante fin. nume. 8. C. de
fideicommiſ. & in capit. cum M. Ferrarienſis, colum. 4. num. 15. verſic. & eſt argumentum, de conſtitut. & idem uidetur tenere in conſil. 437. quædam puella, primo uolu. idem tenet etiam Caſtr.
ſibi contrarius, in conſil. 73. licet iſta domina Liſa, primo dubio, & in conſil. 210. ego Paulus, primo uolum. nouiſſimorum, & Alexan. etiam ſibi
contrarius in d. l. in ratione, la ſeconda, in fi. ff. ad
leg. falcid. eandem etiam tenet Franc. in capitu.
quamuis, ſecunda colum. num. 6. tertia limitat.
de pac. in ſexto, Iaſ. in l. quæritur, & clarius in l. ſi
quando. §. primo, prima colum. & in authen. nouiſſima, tertia colum. de inofficio. teſtamen. & in
l. quod Seruius, colum. fin. ff. de condic. cau. data, non ſequu. Bal. Nouel. in tract. de dote, 6. par.
priuil. 17. nume. 5. Socin. in conſil. 100. numero
11. & ſequen. 3. uolum. Luc. de Pen. in l. in his,
in fi. verſ. item pone, pater. C. de præd. & omnib.
reb. nauicula. lib. 10. Bertran. in conſil. 10. nu. 1.
2. parte priorum impreſſorum, Dec. conſil. 276.
colum. pen. & in fi. conſil. Rip. in d. cap. cum M.
Ferrarien. num. 38. & hanc opinionem uidetur
etiam amplecti Gram. deciſ. 101. num. 27. ubi refert Luc. de Pen. ut ſupra, & nume. 72. ubi dicit
contrariam dubiam, & Ruin. in reper. §. & quid
ſi tantum, colum. 58. in fi. in l. Gallus. ff. de lib. &
poſthum. quam etiam tenet Crot. in conſil. 120.
num. 15. & hanc dicit communem Didac. quando non eſt additum iuramentum, in repet. dicti
cap. quamuis, in 3. par. relect. §. 1. num. 2. & in c.
Raynutius, §. 1. nu. 8. de teſtam. & Fernan. Vaſq.
qui dicit hanc eſſe communiorem, in trac. de ſucceſ. creat. lib. 2. §. 18. nu. 83. & in §. 20. in 4. par.
num. 295. ac in d. l. ſi quando. §. 1. num. 17. C. de
inofficio. teſtamen. cuius tit. lectu. eſt in 3. lib. de
ſucceſ. reſolut.

Quòd modo deciſio Iacobi Butr. & aliorum,
vt ſupra, in contrarium citatorum, non conueniat caſui noſtro, cõſtat, quia ipſe loquitur, quan
5 do filius † vel filia recepit a patre certam rem, vel
ſummam pro ſua legitima & fecit pactum, vel liberationem, de aliud non petendo in eius hæreditate, & hoc caſu loquuntur plures ex ſupra citatis, & præſertim Alexan. d. conſil. 180. Boer. &
Gramm. dictis deciſ. nam hoc caſu fortè illi ſententiæ poſſet adhæreri, ut trad. Graue. conſil. 11.
qui etiam loquitur hoc caſu, nu. 14. & Pariſ. conſil. 26. num. 89. 3. uol. vel quando ex forma ſtatuti excluditur filia, quæ debeat dotari, quo caſu
etiam loquuntur plures ex ſupra citatis, & præſertim Bal. Lauren. & Brun. in d. tract. & Gram.
dictis deciſ. 57. & 101. num. 72. Vnde cum in caſu noſtro tempore ſolutionis dotium nihil fuerit dictum, vel conuentum, ſeu promiſſum per filias, nec etiam habita mẽtio legitimæ earum per
patrem, ceſſat ratio Doct. aliter decidentium, &
per conſequens eorum deciſio. l. quod dictum,
ff. de pact. & idem eſt, cum ex ſtatuto Mutinæ ipſæ non ſint excluſæ, ſed uocentur ad ſucceſſionem patris. Vnde a ſupplemento legitimæ excludi non poſſunt, etiam quod pater prohibuerit il
6 las aliquid vlterius † petere poſſe, d. l. ſi quando,
in princip. & ad propoſitum tradit Alexand. in
conſil. 128. conſideratis verbis, in princ. primo
volum. quod autem dicunt Roman. & alij illum
ſequentes in dicto ſing. magis facit pro hac parte, ut ex eis uideri poteſt.

Quo vero ad ſecundam difficultatem eiuſdem ſententiæ, quòd nulla ſit habenda ratio bonorum dicti q. Domini Matthæi in taxanda legitima ipſarum filiarum, licèt pater illarum de illis bonis ut proprijs potuiſſet diſponere, & videatur defeciſſe conditionem, ſub qua filij

prædicti D.Matthæi erant vocati, ſcilicet, ſi ab
inteſtato ipſe Dominus Guido deceſſiſſet, iuxta
l.generaliter, in prin. C.de inſtit.& ſubſti.& tra
ditur per Alexand. in conſil. 88. nu. primo, in
fine, 7. volumine.

Moueor enim primò, quia licet ipſe D. Gui-
do teſtamentum condiderit, cum tamen de his
bonis ſibi relictis per fratrem expreſsè non di-
ſpoſuerit, reſpectu horum bonorum nō videtur
fuiſſe † teſtatum, ſed ab inteſtato deceſſiſſe, per
7 tex.in l.ab inteſtato, ff.de legit.tut. & in §.quod
autem, Inſtit.de legi.agnato.tutela. & ita in ter-
minis conſuluerunt Seueri.& Soc.vt refert Soc.
ipſe in conſil.92.in 3.difficultate, nu.35.& ſeq.
3.volum.& idem etiam, quando quis poteſt
diſponere in vita, & in morte de bonis ſibi reli-
ctis, alioqui in eis alij ſubſtituti ſuccedant, non
cenſeatur † diſpoſuiſſe teſtamentum condendo,
8 niſi de illis expreſſam faciat mentionem, tradit
Sylua.in conſil.14.ferè per totum. Quòd maxi-
me procedit, ex quo teſtator reſtrinxit diſpoſi-
tionem ſuam ab bona ſua, ut poſt prin.teſtamen
ti ibi, ac bonorum ſuorū, & in clauſula inſtitutio
nis hæredum ibi, in omnibus autem alijs ſuis
bonis. hoc enim caſu non comprehendi bona
alijs per fideicommiſſum † reſtituenda, trad.Syl
9 ua.d.conſ.num.3.Bello.conſ.64.num.6.& Cra-
ue.in conſ.19.num.13.& in conſ.144.nu.8.vbi
declarat illud procedere ad propoſitum noſtrū,
etiam ſi de illis bonis teſtator diſponere potuiſ-
ſet.& ad hoc etiam facit conſilium eiuſdem Cra
uet.25.num.19.quę cum ita ſint, vt teſtator de
ipſis bonis non videatur diſpoſuiſſe, vel teſta-
tum fuiſſe, & ſic purificata non fuerit conditio
in illis bonis, dicti fratres ſucceſſerunt vigore fi-
deicommiſſi paterni; & propterea ipſa bona in
10 calculanda, & taxanda legitima filiarum † mini-
me veniunt.l.ſi ame.l.in quartam, in princ.& in
l.qui fundum.§.ſi quis hæredem.ff.ad l.falcidiā.
& l.irritum, & l.in imponenda.C.eo.tit.nam illa
11 videntur habere † ex teſtamento patris, Caſtrē.
conſil.441.pro declaratione.num.2.verſi.item
probatur, 1.vol. Soc.in conſ.114.col.2.verſ.ſe-
cunda ratio, tertio volum.Soc.iun.conſ.58.nu.
6.in 3.& Craue.d.conſi.144.num.4.& non ve
niant in legitima, trad.Soc.iun.in conſ.184.nu.
nono, ſecundo volum.

Secundo, cum certum ſit, ipſo D.Guidone ab
inteſtato decedente bona hæc ad dictos eius
nepotes peruenire debuiſſe, cum illos ex teſta-
mento hæredes inſtituerit, in eis non debent eſ-
ſe deterioris conditionis propter ipſam inſtitu
12 tionem, eo quòd eſſent, † ſi ab inteſtato ſucceſ
ſiſſent, Caſt.conſilio 275.ſuper primo quæſito,
13 num.ſecundo, primo volum. non cenſetur † te-
ſtator exprimere id, quod ineſt, ut tradit Ruin.
conſilio 134.numero 4.& 203.numero 18.ſe-
cundo volumine. Idem tradit Tiraquel. qui alios
citat in tract.de retract.tit.primo.§.26.gloſ.pri-
ma.numero ſeptimo.& ad propoſitum etiam fa
ciunt trad.per eundem ibi, nu.4.cum ſeq.& Di-
dac.in c.Raynaldus, in princ.nu.8.de teſta. cum
igitur teſtamentum hoc non debeat obeſſe, ſed
magis prodeſſe filijs inſtitutis, & hoc caſu obeſ-
ſet ſi talia bona in legitima taxanda eſſent conſi-
deranda, ſeu de eis eſſet habenda ratio ad fauo-
rem dictarum filiarum, tenendum eſt prius illa
detrahenda eſſe ad fauorem hæredum, & de eis
nullam legitimam deberi filiabus ipſis, cum
prius detrahatur æs alienum ante legitimam fi-
liorum, dicta l.Papinianus.§.quarta, vbi omnes.
ff. de inoffi.teſtam.

Tertio moueor, quia legitima dicitur quo-
14 ta illius portionis, † quam quis ab inteſtato eſ-
ſet conſequuturus; & ita a cauſa inteſtati ſumit
initium, & ab ea regulatur, gl.in §.vnde, ſi quis,
in dicta l.Papinianus. l.parentibus, ubi Aret. &
Vaſq.num.3. C. de inoff.teſtam. Soc.iun.in con
ſil.25.vbi eſt regula certiſſima, nume.10.11.in
1.uolum. 67.num.61.& ſeq. & 124.num.10. &
11.2.uol.unde ſi ſit aucta, uel diminuta ſucceſ-
ſione ab inteſtato. ita pariter augetur, uel dimi-
nuitur legitima, vt per Vaſq. d.num.3. quo fit,
ut cum dictæ filiæ (ſi pater ab inteſtato obijſſet)
non potuiſſent in dictis bonis ſuccedere, cum in
illis uocati eſſent filij d.D.Matthæi, pariter in eis
nullam debent, vel poſſunt legitimam habere
15 per prędicta, & quia non debetur † non ſucceden
ti, ut ſupra; & tradit Ceph. conſil.5.nu.43. Nam
16 excluſa ab inteſtato † excluditur a legitima. Dec.
conſi.26.num.4.ubi dicit, eſſe communem opi-
nionem. Alba.conſil.23.num.1.& non nulli alij
inferius citandi.

Quarto id etiam probatur, quia iſtis filiabus
querela inofficioſi teſtamenti, reſpectu horum
bonorum dari non poteſt, cum tātummodo de-
17 tur reſpectu eius partis; † quæ ab inteſtato que-
relanti debetur, l.mater.ubi Bald.nu.1. & Caſtr.
colum.fin.ff.de inof.teſtamen.Brun.d.9.artic.1.
q.primo caſu, num.16.

Quinto probatur ex trad.per glo.Bal.& Ang.
nu.tertio, in d.§.vnde ſi quis. vbi dicunt, quòd
filia ex forma ſtatuti debeat habere certam par
tem ab inteſtato, in qua maſculus ſuccedere
non poteſt, de illa parte, quaſi ære alieno nulla
18 eſt habenda ratio, in taxanda † legitima filij ſuc
cedentis, quod etiam ſequitur Brun.dicto tract.
decimotertio articulo, tertia quæſtio. num.32.
& in eius conſilio impreſſo poſt dictum tract.ad
finem ipſius conſilij.

Sextò confirmatur ex deciſione Bal. in di-
cta l.Gallus.§.& quid ſi tantum, columna ter-
tia, verſiculo, & hæc faciunt ad quandam diffi-
cilem quæſtio. quod filia, quæ ex forma ſtatuti
eſt excluſa ab inteſtato ab hæreditate patris,
19 non poteſt teſtamentum patris † impugnare,
vel querelare, ſi inſtituit eum, qui illam ab in-
teſtato excludebat, & Baldum ſequuntur ma-

gis

** gis communiter ** Doctor.ibi,vt per Alexand.
& Socin.num.10.quam etiam opinionem tenet
Barbat.in conſil.54.colum.2.& 6. tertio uolum.
Caſtr.d.conſil. 375. ſecundo dub.num.2. in 1.
latè Dec.in l.filij dotem,num.4.& 5.C.de colla.
& in conſil.296.prima & ſecunda colum.Ruin.
conſil.27.num.3.tertio volum.& Brun.d.tracta.
10.artic.4.quæſtio.num.30. Et ſicut non poteſt
impugnare teſtamentum tali caſu, ita nõ poteſt
20 ſupplementum † legitimæ petere. Corn.conſilio
11.prima colum.in fi.& conſil.210.ſecunda co-
lum. 2.uolum. & Brun. d.9.articulo, dicto pri-
mo caſu, num.19.

Septimo optime facit, quòd ſi filia renuntiat
hæreditati patris legitimè, ex quo ei non poteſt
ab inteſtato ſuccedere, non poteſt etiam teſta-
21 mentum impugnare, vel legitimam petere † in il-
lis bonis, Caſtr.conſilio 96.ſi dicta Cornelia,in
princ.ſecundo volum.& Brun.d.10.artic. quæ-
ſtio.4.numero 32.

Octauò id probatur ex trad.per Alber. dicto
conſilio 7.num.ſecundo,& tertio,quòd ſi filius
legitimetur, cum hoc quòd non poſſit in bonis
patris petere, niſi quod pater ſibi reliquerit, ex
quo ab inteſtato eidem ſuccedere nequit, non
poteſt etiam in illius bonis legitimam, uel illius
22 ſupplementum † petere,quod etiã admittit Dec.
in conſil.257.2.col.

Nono idem probatur ex trad. per Ancha-
ran. in conſilio 428. ſuper caſu, quòd ſi ma-
ter ab inteſtato non poteſt ſuccedere filio, ni-
ſi in certa parte, etiam facto teſtamento, ex-
23 cludetur a ſupplemento legitimæ † in cæteris
bonis, ſequitur Corn. in dicto conſilio 116. ſe-
cunda colum.& ad idem eſt deciſio.Bru.in fi.di-
cti ſui conſilij, quòd ſi ex forma ſtatuti fœminæ
in domib. defuncti ab inteſtato ſuccedere non
poſſint,in eis etiam legitimã habere nõ poſſunt.

Decimo, & vltimo, id etiam comprobatur,
quia ſi in hæreditate patris extent bona emphy-
teutica, vel feudalia, in quibus filiæ fœminæ ſuc-
24 cedere nequeunt,† non poſſunt etiam in eis ha-
bere legitimam, ut uidentur uelle Ang. & Ale-
xand.numero quarto, in l.ſi patroni. ff. ad Tre-
bel.& clarius Franciſcus Marc.deci.235. nu.ter
tio,prima par. quod & tenet Bru. in dicto con-
ſilio, & Curt.iunior, in conſilio 21.numero 11.
Cum itaque filiæ iſtæ non potuiſſet ab inteſtato
in hac hæreditate d.quondã Matthęi ſuccedere,
cum illa ad dictos filios ſubſtitutos deferretur,
non poſſunt etiam in eis legitimam aliquam præ-
25 tendere,& minus † in alijs bonis maior eis, vel
pinguior legitima debetur propter hæc bona,li-
cèt in illis poſſint ſuccedere, ut per eundem
Curt. dicto numero 11.& numero ſequen. Vbi
ad propoſitum dicit, quod hoc caſu eadem ra-
tio eſt de toto ad totum,quæ eſt de parte ad par-
tem,l.quæ de tota. ff.de rei uendi. Ex his itaque
concludo ſupplementum legitimæ dictarum fi-
liarum in his bonis nullo modo deberi. Laus
Deo Optimo Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Hæres fiduciarius ad quæ teneatur, quis ſit, & quæ concurrere debeant, & de coniecturis,quibus arguitur fidem accommodatam fuiſſe inſtitutioni?

De taxatione legitimæ, & quod non ſit deducenda ex illis bonis, in quibus non ſuccedebat ab inteſtato, qui illam petit.

S V M M AE.

1 *Hæres fiduciarius non eſt propriè hæres, ſed cuſtos, & miniſter ad opus pietatis fauore filiorum.*

2 *Et ille eſt, qui eſt inſtitutus non ſui contemplatione, ſed eius, cui reſtituere damnatus eſt.*

3 *Et propter hanc fiduciam fructus etiam reſtituere tenetur.*

4 *Et quis dicatur hæres fiduciarius, tria concurrere debent.*

5 *Bona modica non efficiunt, vt quis non dicatur inſtitutus in tota hæreditate.*

6 *Filii, qui non poterant exhæredari, ſi prætereantur, non valet teſtamentum.*

7 *Miles poteſt filios in teſtamento præterire.*

8 *Emphyteuſis, vel feudum, non continentur in bonis teſtatoris.*

9 *Proœmium demonſtrat cauſam finalem.*

10 *Emphyteuſis, vel feudum, non poteſt confiſcari:*

Et num.11.

12 *Obſeruantia ſubſequuta declarat mentem partium, & teſtatorum.*

13 *Hæres fiduciarius arguitur, ſi inſtituit illos, quos eſt præſumendum inſtituendos eſſe.*

14 *Bannitus debet inſtitui caſu quo gratiam habeat.*

15 *Diſponendi cenſetur data libera poteſtas ex verbis, pro libito tuo.*

16 *Hæres fiduciarius, an ſit ille, qui potuit de bonis ipſis diſponere.*

17 *Contractus magis præſumitur ſimulatus & vſu-*

vſurarius ex clauſula, quod vere & non in fraudem vſurarum.

18 *Teſtator ſi aliquem inſtituat cum poteſtate diſponendi in quem velit, cenſetur fidem accommodaſſe, ſi inſtitutus ſpurium teſtatoris inſtituat.*

19 *Pater præſumitur amare filios, & pro illis bonum capere conſilium.*

20 *Adeo, vt exhæredando non dicatur malamente facere.*

21 *Probationi perſuaſiua credere tenetur, qui ex ſtat. ut arbitrator cognouit ſola facti, etc.*

22 *Idem, quando probatio eſt veriſimilis.*

23 *Quinimò poteſt vt Princeps & Deus iudicare.*

24 *Bona ſi non debentur ab inteſtato, neque in illis poteſt haberi legitima.*

25 *Legitima vt debeatur, attenditur ius ſuccedendi ab inteſtato.*

26 *Teſtatoris vtriuſque habens voluntatem, nō debet eſſe deterioris conditionis quàm habens vnius.*

27 *Legitima in taxatione ſunt detrahenda fideicommiſſa.*

28 *Et bona, in quibus filia non poteſt ſuccedere.*

29 *Teſtator poteſt diſponere de re hæredis.*

30 *Inſtitutus caſu quo faciat teſtamentum, ſi teſtetur, dicitur pure inſtitutus.*

31 *Conditio quando dicatur purificata & quando defecta.*

32 *Et quando dicatur potius impleta quàm defecta.*

33 *Conditio poteſt impleri per æquipollens.*

34 *Quod procedit, etiam in voluntaria.*

35 *Subſtitutio extenditur ad illū caſum, ad quē extenderetur ex veriſimili teſtatoris reſponſione.*

36 *Subſtituti debent habere hæreditatem, ſi bona relicta filio non peruenerunt ſecundum voluntatem teſtatoris.*

37 *Voluntas declaratur etiam ex actu nullo.*

38 *Legitima debetur in bonis patris, quorum ipſe effectus eſt hæres irreuocabiliter.*

39 *Argumentum a diſpoſitione legis ad diſpoſitionem teſtatoris, valet.*

40 *Filia excluſa a bonis, excluditur a legitima in illis bonis.*

41 *Inſtituti cenſentur habere voluntatem teſtatoris & libera bona ab illo,*

ÇONSILIVM VIII.

In Domino confido.

NVlla (iudicio meo) legitima conſi-
derari poteſt vel detrahi ad fauo-
rem harum filiarum quōdam D.
Guidonis, Paiaroli, ex bonis hæ-
reditatis quōdam D.Matthęi eius
fratris, quia vltra alia plura in alijs ſcriptis addu-
cta ipſe D.Guido inſtitutus à fratre in eius teſta-
mento fuit hæres fiduciarius inſtitutus, non vt
haberet hæreditatem, ſed contemplatione filio-
rum ipſius teſtatoris, ad finem illam eis conſer-
uandi, & demum reſtituendi, quo caſu non eſt
propriè hæres, ſed cenſetur tanquàm miniſter
1 ad opus pietatis† fauore filiorum, vt probatur in
l. 3. §. cum Pollidius, & ibi expreſsè Alber. & Bal.
ff. de vſur. & in l. Seius Saturninus. vbi Alex. 2.
col. poſt med. dicit quod cenſetur eſſe cuſtos, &
non habet ſentire commodum, cum ſit nudus
miniſter. ff. ad ſenat. conſ. Trebel. & in nouis ad-
dit. ad illum tex. dicitur, illum eſſe depoſitarium,
& q; hæres fiduciarius is ſit, qui non ſui con-
templatione, ſed eius cui reſtituere damnatus
2 eſt inſtitutus † proponitur, trad. etiam Alciat. in
c. vlt. 3. lib. parerg. iur. quod etiam voluit Hiero.
Zanch. in repet. §. cum ita, l. hæredes mei. ff. ad
Trebel. num. 97. & latè etiam de eo trad. Tira-
quel. in tracta. de retract. conuent. ad fi. pręfatio.
Quo ſtante non poteſt dubitari de detractione
legitimæ in his bonis, cum hæres ipſe propter
3 fiduciam fructus etiam perceptos reſtituere†te-
neretur, d. §. cum Pollidius, & quartam nullam
poteſt retinere, Bald. in rubrica, C. de reuoc. his,
quæ in fraud. cred. ante fi. & in l. poſt mortē, nu.
7. C. de fideicom. Bald. Ang. & alij in d. §. Polli-
dius, Ang. Paul. & Ale. in d. l. Seius Saturninus.
Alex. in §. fi. & Rip. in princ. num. 7. in l. in fidei-
commiſſariā, ff. ad Trebel. Quod autem D. Guido
fuerit hæres fiduciarius, probatur ex no. doctri.
Caſtrē. in d. l. Seius Saturninus, quē ibi ſequitur
Ale. poſt prin. qui dicit tria debere cōcurrere ad
4 ad hoc,† vt quis cenſeatur relictus hæres fiducia
rius, primo qualitas perſonæ fideicōmiſſarij, q; a
filius Secundò hæredis, quia amicus teſtatoris.
Tertio, quia in tota hæredit. ſit inſtitutus. & hæc
tria optime in caſu iſto copulatiuè concurrunt:
nā filij, quorū contēplatione fuit facta reſtitutio,
frater chariſſimus & dilectiſſimus fuit inſtitutus,
& tertiò fuit inſtitutus in tota hæred. & licèt fi-
lij fuerint inſtituti pro ſua legitima in libris 25.
& in apotheca feudali, ac ī terris emphyteuticis
abbatiæ Nonantulę, non propterea dicendū eſt,
5 †inſtitutionem factam non fuiſſe in tota hæred.
tum quia illa modica ſumma librarum non eſt
curanda, l. ſcio, ff. de in integ. reſti. tum quia, vt va
6 leret teſtm̄, ne filij qui†non poterant exhæreda-
ri,

ri,præterirentur,& teſtm̃ non infrigeretur.l.om
nimodo, C.de inoffi.teſtõ. Duran.in trac.de arte
teſtan.tit.3. caut.11. nume.2. fuit neceſſaria illa
inſtitutio,quòd in caſu d.l.Seius Saturninus,nõ
fuit neceſſarium, ex quo ibi miles archiguber-
nus claſſis Britannicæ fuit teſtatus, & potuit fi-
7 lios præterire,quod pagano†non licet,vt no.de
clarat Emanuel a Coſta,in repet. l.Gallus, §.&
quid ſi tantum,in prima par.num.61. & ſequen.
ff. de liber. & poſthum. apotheca uero feudalis
& terræ emphyteuticæ eccleſiæ ſubiectę, non
8 compręhenduntur†in hęreditate teſtatoris,Bar
to.in l.ut iuſiurandi.§.ſi liberi.nu.4.5.ff.de oper.
liber.Durant.d.trac.ti.11.caut.10. ubi loquitur
in emphyteuſi, & Iul.Clar. de eodem pariter lo-
quens,in ſuo 4.lib.ſententiarum,in §.emphyteu
ſis,q.37.& dę feudo,in §.feudum.q.85.

Cæterùm, quod ipſe dominus Guido fuerit
ſub fiducia hæres inſtitutus, apertiſſime ex alijs
etiam comprohatur:ut enim trad.Bald.in dic.§.
cum Pollidius,id prohatur ex cauſa, & uerbis te
ſtamẽti.Cauſa autem in propoſito,ex uerbiſmet
teſtatoris liquido apparet,dum in proęmio teſta
menti teſtator exorditur, uolens ſalnti animæ
ſuæ & familiæ ſuę prouidere.quod quidem proę
9 mium oſtendit † cauſam finalem,l.ſi.uhi omnes,
ff.de hæred.inſtitu. Tiraquel.in tract.ceſſan.cau.
prima limitatio.num.64.fuit igitur inſtitutionis
cauſa finalis,prouiſio ſuæ familiæ, ſed nemo ſa-
nl capitis autumaret unquàm teſtatorem filijs
ſuis,& deſcendentibus prouidiſſe eos excluden-
do a bonis ſuis, & fratrem inſtituendo, qui de
eis ſuo arbitrio diſponere poſſet, & excludere fi
lios. ſed cum fratrem hæredem fiduciarium fe-
cerit,prouidit ne bona ſua confiſcarentur ob de
lictum filiorum,ut euenit in uno ex eis,& exitus
acta prohauit, l.rem non nouam.iu ſi. C.de iudi.
& Socin.conſilio 127.numero 11.tertio uolum.
quod apertius oſtenditur ex inſtitutione facta
de filijs bonorum feudalium & emphytentico-
10 rum pro eorum legitima, quæ nõ poterant†con
fiſcari,Barto.in l.ſi finita,§.ſi de vectigalibus,vbi
etiam alij,de dam.infec.& de feu.trad.Boſſ.in ti
tu.de publi.bon. numero 53. & Clar.iu dicto §.
11 feudum, quæſtio.84. de emphyteuſi†vero tra-
dit Boſſ.ibi, numero 60.Boer.deciſio.78.nume-
ro ſeptimo, & Clar.in §.emphyteuſis, quæſtio.
19. & hanc cautelam ad euitandum, ne hona
tranſeant in fiſcum docent, nt in hac inſtitutio-
ne fiduciaria amici ad propoſitum, quæ propriè
fuit ſeruata in hoc caſu ad unguem practicata,
Bald.Ang.& Imo.poſt Cyn.in l.quidam cum fi-
lium,ff.de hæred.inſtit.

Concurrunt etiam aliæ coniecturæ, quæ tam
ex teſtamento ipſo, quàm ex his,quæ poſtea ſub
ſequnta ſunt, apertiſſime oſtendunt hanc hęre-
ditatem fuiſſe fiduciariam:namque teſtator,qui
(ut dixi)hoc agebat,ut prouideret ne filij oh ali-
quod delictum priuarentur ſuis,bonis, & pro-
pterea confidens de fratre dilectiſſimo quod bo
na ipſa illis ſeruaret, & fidem accommodatam
de reſtituendo ohſeruaret, voluit tantummodo
prouidere in vno caſu, qui poterat euenire, quo
bona peruenirent ad hæredes fratris citra eius
culpam, quando ſcilicet ipſe non fuiſſet teſta-
tus, ſed inteſtatus aliquo caſu obijſſet: eo enim
caſu fiducia deficiebat,& propterea ſubſtituit fi-
lios ſuos in caſu, quo ipſe inteſtatus deceſſiſſet,
quo caſu excluſo, in cæteris ſemper fiducia ſuũ
locum vendicabat.

Secundò id etiam apparet ex geſtis poſt teſta
mentum & mortem Dom.Matthęi:nam licet ip
ſe Dom.Guido ſciuerit, ſe inſtitutum a fratre,&
fuerit præſens teſtamento, ut colligitur ex teſti-
monio aliquorum teſtium in cauſa examinato-
rum & præſertim Ioannis Bergolæ, quod etiam
docehitur, ſi opus eſſet: tamen ipſe contrahen-
do ſuper bonis omnibus,& locando ad liuellum
nonnullas terras Pezzaccaro in ipſo inſtrumen
to ingenuè faſſus fuit, filios ipſos fuiſſe hæredes
patris, & eſſe ſocios omnium bonorum ipſius
D.Guidonis,ocnlum magis habẽs ad effectum,
& rem ipſam, quàm ad verba teſtamenti, qua cõ
feſſione nulla eſt melior probatio, l.generaliter,
C.de non numer.pecun.

Tertiò cum ipſi filij eſſent geſturi multa exer-
citia, multasque artes tam lanarum,quàm alia-
rum rerum,ipſe Do.Guido voluit,ipſos deſcribi
in matricula ipſarum artium,& per illas exerce-
ri,& de bonis,in quihus ipſe fuerat inſtitutus di
ſponere ac ſi eſſent domini ſuæ partis, & ſocij
omninm bonorum cum eo: obſeruantia enim
12 ſuhſequuta † declarat mentem partium teſtato-
rum & diſponentium, Crauet.conſ.101.num.3.
156.num.1.277.num.2.Nat.conſ.406.num.28.
Sylua.conſil.21.& Alcia.in conſil.149.numero
tertio, lib.quinto.

Quarto ex executione facta fidei conuentę &
accõmodatæ apparet ita præordinatum fuiſſe:
exitus enim acta probat, vt ſupra dixi,dic.l.rem
non nouam.nam ipſe Do. Guido filios fratris in
13 honis paternis inſtituit, ex qua†inſtitutione ar-
guitur,fidem fuiſſe accommodatam,Bar.in l.fin.
nume.6. ff.de his,quibus ut indig. ſed & proui-
dit in dicto teſtamento periculo confiſcationis
bonorum reſpectu partis dic.Franciſ.cuius par-
tem a fiſco ipſe prius defenderat tanquàm rem
propriam, ut hæres D.Matthęi,inſtituendo ip-
14 ſum † caſu quo gratiam habuerit, iux.l.in tẽpus,
cum ihi no.ff.de hæred.inſt. & trad. per Durant.
in d.tract.tit.2.caut.10. in ſi.

Ex quibns cõcludenter apparet,de primo ad
vltimum conſtare euidentiſſimè hanc hæredita-
tem,in qua D.Guido fuit inſtitutus,fuiſſe fiducia
riam,& propterea ad filios pertinuiſſe,& nullam
legitimam ad fauorẽ filiarũ ex ea detrahi poſſe,
cum ẽt fructus ſint reſtituendi, & nulla quarta
per hæredem venit detrahenda,ut ſupra.

Contra hoc vrgentiſſimum,& validiſſimũ fun
damentũ Mag. Aduocatus aduerſarius duo in al
legationib. obijciebat: alterum ꝙ iura loquentia
de fiduciaria hæreditate, vt in dicta l. 3. §. cum
Pollidius,& in d. l. Scius Saturninus, exigebãt ꝙ
in omni caſu reſtitutio eſſet facienda filijs, & ſic
certe ſemꝑ erat faciẽda reſtitutio, ſecus ſi in vno
tantum caſu fuerint filij ſubſtituti, ſi deceſſerit
ab inteſtato, vt in caſu iſto. alterũ eſt quod cum
in caſu iſto teſtator dederit licentiam hæredi di
ſponendi pro libito ſuo, de dictis bonis, cenſe-
15 tur data libera† poteſtas. l. fideicõmiſſaria liber-
tas. ff. de fideicom. liber. l. fideicõmiſſa. §. quàm,
quàm. ff. de leg. 3. vnde non videtur inſtitutus hę
res fiduciarius, qui non potuiſſet de bonis ipſis
16 diſponere. ſed certè vtrunq; falſum eſt. † Primũ
enim eſt contra tex. in d. l. quidam cum filium,
vbi non conſtabat fuiſſe grauatum inſtitutum ad
reſtituendum illi filiofam. & tamen ibi dicitur, ꝙ
ſi poſſet conſtare, quod fides fuerit accommoda
ta teſtatori de reſtituendo, reſtitutio eſt faciẽda,
vt ibi adnotarunt Bal. Ang. & Imo. num. 1. Idem,
quòd ſufficiat cónſtare ex alijs de fide præſtita,
vel interpoſita de reſtituendo, licet nõ appareat
in teſtõ, probatur in l. Lucius. §. 1. & ibi Ang. ff. de
leg. 1. idem ẽt probatur in l. fi. in prin. C. de fideic.
vbi grauatus tenetˉ iurare fideicõmiſſario petẽte
& iurante de calumnia, an fidẽ de reſtituẽdo prę
ſtiterit, quem tex. citat Bar. in d. l. quidã cũ filiũ.

Secundum vero ſimiliter tollitur, quia clauſu
la illa, pro libito voluntatis, fuit addita vt appare
ret, ꝙ talis inſtitutio non fuerat facta in fraudem
fiſci: quia ſi omni caſu fuiſſent uocati filij, cuí du-
bium, quòd eorum bona potuiſſent cõfiſcari, &
non fuiſſent ſeruata, & defenſata. Ideo dicendũ
eſt, ꝙ magis illa clauſula probat fiduciam, quàm
17 ꝙ probet contrarium, ut in ſimili, in† ſimulatio-
ne contractus trad. Bal. & alij in l. 3. nu. 1. C. plus
vale. quod agitur. vbi ſi ſit dictum, quod verè &
non in fraudem vſurarum quis mutuauerit, ma-
gis cẽnſetur contractus vſurarius. ſequitur Alci.
in tra. præſum. reg. 3. præſum. 29. nu. 2. & clarius
Tiraq. in tract. de retra. conuen. in pręfat. nu. 19.

Secundo per facultatem datam diſponendi
de bonis teſtatoris hæredi, non propterea appa-
ret, ꝙ non fuerit fides teſtatori accõmodata, &
ſic ꝙ hæres non fuerit fiduciarius, vt ad propoſi-
tum trad. Bar. in d. l. fi. nu. 7. verſ. alius modus eſt,
ff. de bis, quibus ut indignis. Vbi dicit quòd ſi te
ſtator aliquem relinquat hæredem eum, poteſta
te ei conceſſa, vt diſponat de ea hæreditate in
18 quem voluerit, ſi inſtituat† ſpuriũ teſtatoris, cen
ſetur fidem accõmodaſſe de reſtituendo ſpurio
ipſius teſtatoris, & ſic apparet quòd talis pote-
ſtas conceſſa hæredi, non tollit quin talis ſpurius
cenſeatur habere a teſtore per l. unum ex fami-
lia. §. 1. ff. de legat. 2. ſequitur Imo. ad propſitum,
in d. l. quidam cum filium, in fi. Caſtr. dicta l. Lu-
cius. §. 1. ad fi. & Durant. in tit. 1. caut. vlt. nu. 9.

Quibus accedat, quòd cum præſumatur pa-
19 ter† amare filios, & plus terreri in filijs quàm in
ſe ipſo, l. iſti quidem, ff. quod met. cauſa. Alcia. in
dicto tracta. prima præſumptio. primę regu. &
capere ſalubrius conſilium pro filijs. l. nec in ea.
ff. ad l. Iul. de adulter. etiam ſi illos exhęredet,
20 quia† non mala mente facere uidetur, Bartol. in
dicta l. ut iuriſiurandi, §. ſi liberi, vltima colum.
& Alcia. dicto tract. & regula. præſumptio. ſecun
da, in princip. & uotum parentum ſit theſauriza-
re filijs, l. ſcriptum. ff. unde libe. & l. nihil, primo.
ff. de oper. liber. non eſt veriſimile, quod per ta-
lem clauſulam cenſeretur teſtator velle, quòd
in rei veritate frater in alios, q̄ in filios potue-
rit diſponere de ſuis bonis, & cum poſtea id fe-
cerit, concludendum eſt, ipſum fuiſſe fiducia-
rium, & non verum hæredẽ, vt ex tot, & tantis
rõnibus, & præſumptionib. liquidiſſimè conſtat.

Et cum cauſa iſta cognoſcenda ſit ex forma
ſtatutorum Mutinæ ſola facti veritate inſpecta,
vt in ſtatuto ſub rubrica de compromiſ. facien.
ſecunda pag. in fi. vbi datur poteſtas arbitratori-
bus procedendi, & terminandi ſola facti verita-
te inſpecta, & de facto, dubium non eſt, quin ta-
lis fiducia ſit attendenda, etiam ſi alioqui illa nõ
uideretur tam plenè, & concludenter probata,
cum arbiter, & iudex hoc caſu poſſint iudicare
abſque cognitione & probatione, Bartol. conſi-
21 lio 82. punctus q. & credere † probationi tan-
tum perſuaſiuæ, Bald. in l. ſolam, ad finem, C. de
teſti. Aretin. conſilio 84. diligenter ponderatis,
quarta colum. Dec. in capit. dilecti, colum. ſecun
da, de iudic. Crot. in l. prima. §. ſi quis ita, nume-
ro 8. prima lect. ff. de verborum obligatio. Marſil.
ſingul. 494. probationes. Blanc. in tracta. de com
promiſ. quæſtio. prima, numero 39. Et idem eſt,
22 quando probatio eſt veriſimilis, † vt per Crauet.
in tracta. de antiquit. temp. in prima pat. §. quar
to limitatur. numero 43. & poteſt manu regia
procedere, & decidere, vt per Bartol. in extraua
gan. ad reprimen. in uerſic. uidetur. in fi. Aret. di-
cto conſil. Iaſ. in l. certi conditio, §. ſi numos, co
lum. ſexta, ff. ſi cert. petat. & Ioan. Baptiſta Peruſ.
in tracta. de arbitrato. lib. 10. cap. 14. circa med.
23 Quinimmo poteſt ut Princeps, † & ſicut Deus
iudicare, ut uoluit Bald. in capitu. inueſtituram,
colum. fin. de accuſat. per tex. in capit. ad petitio
nem. ad fin. ubi idem tenet Felin. de accuſatio.
ſequitur, & defendit Dec. in dicto capit. dilecti,
& late trad. Rolan. a Val. conſil. 54. nu. 15. 2. vol.

Et licet iſtud fundamentum ſit tutiſſimum, &
claudat os aduerſarijs, tollatque omnes difficul-
tates, adeo quòd non eſſet opus inſiſtere ſuper
alijs fundamentis alias conſtructis ſuper exclu-
ſione huius legitimæ detrahendæ ex his bonis,
dum tamen ex alijs aliàs adductis fundamentis
iterum in medium adducam, quæ tutabor ab im
pugnationib. aduerſarijs, & oſtendam illa ẽt quę
ſtionem hanc claram & apertam reddere.

Pri-

Primum eſt, quòd nullo modo poteſt agi de
legitima habenda per filias in his bonis, ex quo
illa non debetur filijs vel filiabus, qui in illis bo-
24 nis ab inteſtato†ſuccedere non poſſunt, per tex.
in l.parentibus, vbi Aret. & Vaſq. num. 3. C. de
inoffi.teſtamento, cum alijs late tradit.in primis,
& ſecundis allegationibus,& præſertim Cephal.
conſil.5.num.43.vbi alios citat. Vnde ſiue ſit ex
cluſa filia ab inteſtato , ſiue ex diſpoſitione ho-
minis, numquam in illis bonis ei legitima debe-
tur, quia attenditur ius ſuccedendi ab inteſtato.
25 †vndecumque ſit, vt legitima debeatur, Soc.iu.
conſil.97.num. 51.& ſeq.in 2.& quocumque iu-
re inſpecto , vt per eum ibi, & idem generaliter
de quacunque excluſione ſiue facto hominis, ſi-
ue quolibet alio modo, loquitur Alciat.alias ci-
tatus in conſilio 11.in princip. 2, libro, & in ex-
cluſione & diſpoſitione hominis loquitur Alb.
conſilio 7.numero 2.& 3. & quando excluditur
propter renunciationem Caſt. conſil. 96.in pri.
2. volum. & Brun. in tracta. quòd ſtant. maſcu.
fœmi.non ſuccedat.articulo 10.quæſtione quar
ta, numero 32.

Secundum eſt fundamentum, quòd licèt D.
Guido teſtator inſtituerit hos nepotes in his bo
nis, in quibus ipſi ab inteſtato ſuccedunt, nō poſ
ſunt propterea eius filiæ ab eis ab inteſtato ex
cluſæ aliquam legitimam in illis habere, cum
nullam illis pater fecerit iniuriam illas excluden
do, & quia non debent eſſe deterioris conditio-
nis inſtitutio, & habentes voluntatem vtriuſque
26 †teſtatoris, quam primi tantū, vt per Bal.& alios
in dicto §. & quid ſi tantum , Brun. in dicta 4.
quæſtio. numero 30. Tiraquel. in tracta. de iu-
re primogeni. quæſtione 56. & trad. alij late
citati in alijs tam primis , quàm ſecundis alle-
gationibus .

His ſtantib. fundamentis, non obſtant ea quæ
adducebantur ex aduerſo in allegationib. per di
ctum Magnificum Aduocatum, & primo quod
cum per aditionem hæreditatis factam per Do.
Guidonem ipſe fuerit effectus dominus horum
bonorum, l.1.§.veteres, ff.de acquir. poſſ.ubi Do
ctor. legitima debetur filiabus , quæ debetur ex
ſubſtantia patris, authent.nouiſſima. C.de inof.
fic. teſtamento .

Quia reſpondetur, quod cum Dom. Guido
fuerit hæres fiduciarius , nullum ubi fuit quęſi-
tum dominium, vt ſupra, cum etiam fructus ueni
rent reſtituendi, & quatenus fuiſſet effectus do-
minus, quia erat grauatus reſtituere bona ſubie-
27 cta fideicommiſſo, †ueniunt detrahenda, nec cō
putantur in quartā, l.ſi à me, & in §.quartam, in
princip. ff.ad l.Falcid.l.irritum, & l. in imponen
da. C.eo.ſicut omne æs alienum debet detrahi.
l.Papinianus. §. quarta, ubi omnes, ff. de inoffic.
teſtamento, & in fideicommiſſo reſtituendo, ꝗ
non habeatur de eo conſideratio, & taxanda le-
gitima, Socin.iun.conſilio alias allegato 184.nu-
mero 9.2.uolum.cum etiam, quia ex quo in his
bonis filiæ ipſæ non poterant ab inteſtato ſucce
dere, ut ſupra in ſecundo fundamento, & tanto
minus inſtitutis vocatis ab inteſtato, ut ī tertio,
non ſufficit quòd pater fuerit dominus rerum ,
quia nō propterea debetur legitima niſi eorum,
28 in quibus filia poſſet ſuccedere, †vt abunde com
probatum fuit in alijs ſcriptis , quod & voluit
Chaſſe. in commentar. ſuper conſuetud. Bur-
gund. in rubrica . 7. §. 2. in tex. la terzi partie
de sbiens, in prin.numero primo.pag. mihi.910.
vbi dicit, quod legitima eſt tertia pars eius, quod
perueniret ab inteſtato, ſecus ſecundū illam con
ſuetudinem, quia eſt tertia pars ſubſtantiæ vel pa
trimonij patris. Nec eſt uerum quòd ideo dica-
tur deberi legitima de his, in quibus poteſt filius
ab inteſtato ſuccedere, ex quo non poteſt de alie
nis diſponere , quia imo poteſt pater teſtando
29 †etiam diſponere de alienis , ut de bonis hære-
dis, l.unum ex familia. §.ſi rem, & l.cum filius, §.
dominus, ff.de leg. 2. & Craue.in conſil. 133.ul-
tra quod cum lex taxet legitimam ſolum in his ,
in quibus datur ſucceſſio ab inteſtato , ut in di-
cta l. parentibus, eius diſpoſitioni ſtandum eſt.
Secundo non obſtat quod conditio, ſub qua fue
runt vocati dicti filij, ſcilicet caſu, quo D.Guido
inteſtatus deceſſerit defecerit, quia teſtm̄ fecit,
30 quo caſu eſt ac ſi purè †fuiſſet inſtitutus frater. l.
ult. §. 1.ubi Iaſ.nu.3. ff.de vulg.& pupil.l.ſi pupil
lus, ff.de condit.inſtit. cum alijs allegatis ad pro-
poſitum per Soc.iun.in conſil. 160.num.73. in
2.quę iura tamen loquuntur in purificatione cō
31 ditionis, non in defectione, † quo caſu loquitur
l.pecuniam quam, & ibi Dec.2.not.ff. ſi cert.pet.
& Craue.conſil.61. num.2. Nam hoc tollitur ex
tribus fundamentis ſupra conſtructis, quia cum
verſemur in hæreditate fiduciaria, ſemper debe-
batur filijs abſque ulla purificatione cōditionis,
& cum ab inteſtato in talibus bonis non ſucce-
derent filię, max ime inſtitutis uenientibus, et uo
catis ab inteſtato, non eſt curandum de defectu
conditionis, ex quo in illis bonis omnino illæ
non ſuccedebant , et ex perſona actoris ius
metimur. l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæredi. peta. et cum
fuerint inſtituti, qui ſuccedebant ab inteſta-
32 to, conditio magis dicitur impleta, quam defe-
cta, nam potius cenſentur habere a primo teſta-
tore, quam a ſecūdo. d.l.unum ex familia. §.ſi de
falcidia. & §.ſi duos, vbi gl. hæreditario, de leg. 2.
Caſtr.conſi.441.col.2. circa medium, in primo
Soc. ad propoſitū, in conſil. 114.col.2.uer.2.ra-
tio, 3.uol.et Crauet.conſ.144.nu. 1.et ſeq.et nu.
8.dicit idem procedere etiā in bonis illius, in cu
ius hæreditate non erant remanſura bona poſt
eius mortem, citando Bal.in conſi, 238.col.1.in
fi. in 2. volumine.

Secundo rñd.qđ cū caſus iſte inſtitutionis fi
liorū ſit ſimilis caſui, ſecundum quem illos ab in
teſtato uocauit ſub ea conditione, ſi inteſtatus
de-

deceſſerio non dicitur conditio defecta,ſed im-
pleta,quę poteſt impleri per ęquipollens,ex quo
33 caſus†eſt ſimilis,& eiuſdem effectus,l.mulier,in
prin.l.ſi mater.vbi Saly. & Ang.ac Dec.nu.2.C.
de inſtit.& ſubſt.& tradit Bar.Soc.nu.6.& Clau.
num. 17. in d.§.& quid ſi tantum,quod procedit
34 etiam in conditione voluntaria, † vt per eos ibi,
& per Rui.etiam ibi,in repet. 12. oppoſ.num. 34.
& 38.Dec.in conſil.227.colum.fi. Soc.iun.con
ſil.90. num. 27.1. volum. quam etiam opinionē
dicit communem * in conſil. 102.num.36. & ſe
quen. & tenet in conſil. 106.num.13.& 23.eod.
2.volum.& conſilio 82.num. 13.4.volum. & ad
propoſitum tradit Socin.in conſil. 92.col. pen.
ad fi.3.volum.vbi uoluit, ſubſtitutum uocatum
ſub conditione,ſi quis teſtatus non fuerit,cenſe
ri vocatum ſi teſtatus fuerit, ſed non de illis bo-
nis.quanto magis igitur ſi illi met, qui ab inteſta-
to vocabantur,ſint etiam inſtituti.

Tertio certiſſima eſt iuris regula, quòd caſus
ille compręhenditur, & ad illum extenditur ſub
ſtitutio quando veriſimile eſt, quod ſi teſtator
35 fuiſſet interrogatus†ita reſpondiſſet,gloſ.in l.ta-
le pactum,§.fi. ff.de pact.Cur.Sen. conſ. 76. col.
5.num.19. Dec.d.conſi.227.num.26.1.uolum.&
ad propoſitum,ac in fortioribus terminis,Soci.
in d.conſil.92.ad fi. Sed quis non diceret, quòd
ſi teſtator viuens interrogaretur, an ſicut vole-
bat totam hæreditatem ſuam filijs deferri,ſi fra-
ter inteſtatus decederet,ita pariter integram il-
lis deberi ſi illos frater inſtitueret? reſponde-
ret, ita fuiſſe eius mentis, & voluntatis, de qua
aperte conſtare ſupra in primo fundamento
oſtenſum eſt.

Tertio nō obſtat,quòd teſtator voluerit vter
que legitimam hanc debeti filiabus ipſis, quia
primus Dom.Matthæus vocauit filios ab inteſta
to, quo caſu uoluit liberam eſſe voluntatem fra
tris diſponendi ex teſtamento, ſed non propte
rea inſtituti ab eo cenſeantur vocati ab ipſo pri-
mo teſtatore, vt in ſimili probatur in l. Lucius,
la ſeconda. ff.de hæred.inſtit. ſecundus vero pa-
ter D.Guido teſtando aperuit illis viam, & effe-
ctus fuit dominus bonorum irreuocabiliter; &
licèt prohibuerit illas plus petere, quia tamen
ſciuit quòd nō poterat eis ſupplementum adime
re, l.omnimodo, & l.quoniam. C.de inoffic. te-
ſtamento,ſatis cenſetur uoluiſſe ipſum ſupplemē
tum, per eas peti poſſe. Namque reſpondetur,
vtrumque falſum eſſe. primo enim cum condi-
tio babeatur pro impleta,ut ſupra ex mente Do.
Matthęi teſtatoris, de eius contraria voluntate
potius conſtat, quod imò ad filios tota hæredi-
tas pertinere uoluit, per multa, quæ ſupra addu-
cta fuere,non autem ad ipſas filias,nec ab inteſta
to,nec ex teſtamento uocatas,& ad hoc optime
facit conſilium Angeli 159. Conradus,num. 3.
col. 3.& 4.vbi filius fuerat grauatus reſtituere hę
reditatem,ſi deceſſerit inteſtatus, non nullis ho-
ſpitalibus,& ipſe fuit teſtatus,ſed eius teſtamen
36 tum non habuit effectum,†ex quo eius bona in
terim fuere confiſcata ob delictum, propter qđ
fuit capite punitus,& quia teſtamētum eius non
habuit effectum,quia bona non peruenerunt ſe-
cundum uoluntatem teſtatoris ad ſubſtitutos,
nec ad eos quos teſtator prætulerat ſubſtitutis
ex diſpoſitione filij,reſpondit Ang.hæreditatem
ad ſubſtitutos pertinere ex mente teſtatoris, ex
cuius deciſione negari non poteſt, quin ille qui
inſtituitur a teſtatore grauato, ſi decederet inte
ſtatus,habeat uolūtatem teſtatoris primi,& con
ſilium Angeli loquitur in longe fortiori caſu,
quando alij fuere inſtituti, licet non poſſint ha-
bere bona pp cōfiſcationē.unde tāto magis,quā
do etiam ſubſtituti fuere inſtituti. Nec caſus l.
Lucius,facit ad propoſitum noſtrum,quia ibi fi
lij inſtituti, & grauati, nullo caſu erant uocati ex
teſtamento, ſed ab inteſtato, & præſumpta uo-
luntate, & hi fuerunt hi filij vocati ſub condi-
tione,quæ licèt non euenerit,cum tamen ex alio
caſu,(quia fuerunt inſtituti) qui habuit eundem
effectum,habuerint hæreditatem, cenſentur ha-
buiſſe ex teſtamento, cum ſubſtitutio extenda-
tur de caſu ad caſum,ut ſupra. Quod modo ha-
beant dictæ filiæ etiam uoluntatem patris, fal-
ſum eſt, cum apertiſſimis uerbis in teſtamento
pater eas excluſerit a ſupplemento,& licèt id fa-
cere non potuerit,d.l.omnimodo, in princ.non
tamen poteſt iure dici, eas habere voluntatem
teſtatoris in hoc ſupplemēto, cum ex actu etiam
37 nullo declaretur teſtatoris†voluntas,l.fin. ff.de
reb.eo. & Cur.iun.conſil.134.num.2.

Quarto non obſtat etiam id,quod ex aduerſo
replicabatur contra ſecundum noſtrum funda-
mentum,quod aliud ſit, quando filia excluſa eſt
ex diſpoſitione ſtatuti, et aliud quando ex alia
38 diſpoſitione,uel conditione defecta:†quia cum
pater faciat teſtamentum, et efficiatur irreuoca
biliter dominus filiæ, poſſunt habere legitimam
in illis bonis, quia hęc ſubtilis conſideratio non
ualet obolum, cum ſtante illa ueriſſima regula ꝙ
legitima cōmenſuratur ſucceſſioni ab inteſtato,
nihil eſt quòd filia ſit excluſa magis ex diſpoſi-
tione ſtatuti,quàm aliter, ut ſupra fuit dictum,et
maxime quia ualet argumentum a diſpoſitione
39 legis†ad diſpoſitionem teſtatoris,§.diſponat.in
Auth.de nupt.l.cum quidam,C.de uerb.ſignifi.
cum alijs tradit per Euerar.in ſua topica legali,
loco 52. a lege ad teſtatorem. Et cum pater ex
aditione hæreditatis fuerit effectus dominus,
l.cum hæredes,in princ.ff.de acquir.poſſeſſione.
per teſtamentum per eum factum non fuit am-
plius effectus dominus,§.ſic itaq; diſcretis,Inſti.
de action.ſed bene teſtando,et alios inſtituēdo,
excludebat nepotes, quos cum non excluſerit,
ſed inſtituerit, non uideo quod ius fœminis ex-
preſſe excluſis etiam a ſupplemento potuerit,vel
uoluerit quęri. Vnde ſicut in caſu Ancha.in con
ſilio

ſilio 428.Bru.& aliorum citatorum in primis al-
40 legationibus filiæ ab inteſtato à certis bonis†ex cluſæ, excluduntur etiam à legitima in eis bonis. etiam quod pater in alios de illis diſponat,& tamen erat dominus irreuocabiliter, non video quare in caſu noſtro idem non ſit dicendum.

Quinto pariter ceſſat id,ꝙ replicabatur cõtra tertium,quod cum pater teſtando ius irreuocabile acquiſiuerit, id beneficio & commodo filiarum veniat adſcribendum, quia hoc etiã falſum eſt,quando illimet.qui ab inteſtato excludebant filias, ſunt inſtituti hæredes, ex quo non debent eſſe deterioris conditionis, vt ſupra dictum fuit, & hoc caſu deciſ. Bal. & aliorum, in d.§.& quid ſi tantum,& in alijs locis alias,& ſupra allatæ locum ſibi vendicant, & caſus illorum eſt admodũ ſimilis caſui noſtro, nec in aliquo ab eo diſtat:nã filia excluſa per ſtatutum ab inteſtato,ſi pater facit teſtamentum acquirit ius, quia ceſſat diſpoſitio ſtatuti, & tamen ſi pater illam excludat inſtituendo eoſdem, qui ab inteſtato illam excludebant, nullam petit legitimam.& hic eſt caſus noſter.ſecus ſi alij inſtituantur,& hoc caſu loquitur l.poſthu. de inof.teſta. vbi non eſt imputandum teſtatori, quare fuerit teſtatus. & licèt imputetur, ſi non inſtituat poſthumum, qui poterat ab inteſtato ſuccedere, tamen ſecus ſi non poterat ſuccedere.vt hic,vt in §.ſi quis ex his, ea.l.

Poſtremo loco non obſt. etiam id, ꝙ replicabatur conſilijs Soc.114.in 3.& Crauet.144.ſup. citatis, quod in caſibus illis inſtituti a teſtatore ſecundo cenſentur habere a primo, quia erant vocati, ex quo tenebatur inſtitutus relinquere vni de familia,vel poterat vnum eligere, vt in eis, quia idem eſt in caſu iſto, ex quo eſt data facultas teſtandi, in quemcunque voluerit D. Guido.
41 Nam inſtituti cenſentur habere†voluntatem teſtatoris, vt uoluit Ang.d.conſi.159.nu.3.& cenſentur habere bona à primo teſtatore,vt voluerunt Bar.& alij ſupra in primo fundamento citati in q. ſpurij, ꝙ ſi habeat ab hærede immediate inſtituto,cenſetur habere à teſtatore:ſecus verò ſi mediate,vt ibi per eos. Ex quibus arbitror luce ipſa meridiana clarius conſtare, has filias nullam legitimam prætendere poſſe in dictis bonis. Laus Deo Opt.Max.

Barth. Bertazz.

ARGVMENTVM.

Legitima, quæ portio ſit? & an illam petere poſsit filia excluſa ab inteſtato?
Verbum, diſponere, an importet ſolum diſpoſitionem in ultima uoluntate, an etiam inter uiuos?

S V M M AE.

1 *Legitima,an ſit triens,vel ſemis portionis debitæ ab inteſtato, an verò patrimonii patris & ſubſtantiæ illius?*
2 *Legitimæ ſupplementum poſſunt quandoque habere filiæ in illis bonis, in quibus ab inteſtato ſuccedere non poſſent.*
3 *Legitima eſt triens, vel ſemis ſubſtantiæ patris ab inteſtato peruenturæ.*
4 *Fœmina excluſa,etiam ſi extraneus inſtituatur, non poteſt querelare, vel rumpere teſtamentum.*
5 *Succedens ab inteſtato, ſi inſtituatur, per talem inſtitutionem non efficitur deterioris conditionis.*
6 *Alienatio prohibita in alium,poteſt tamen fieri in ſuccedentem ab inteſtato.*
7 *Inſtitutus non debet eſſe deterioris conditionis, quàm ſi ſucceſsiſſet ab inteſtato.*
8 *Excludens ab inteſtato, multo fortius excludit ex teſtamento.*
9 *Teſtator inſtituens legitimum & vocatum a lege,non poteſt dici malignè teſtatus.*
10 *Legitimam, vel illius ſupplementum non poteſt petere fœmina excluſa ab inteſtato inſtitutis ab inteſtato ſuccedentibus.*
11 *Legitimæ ſupplementi petitio ſuccedit loco querelæ.*
12 *Filia, quæ ab inteſtato non ſuccedit,non poteſt teſtamentum paternum impugnare.*
13 *Secus, ſi aliquid debebatur filiæ, vt dos, vel alimenta.*
14 *Verbum diſponere, intelligitur tantummodo in vltima voluntate.*
15 *Etiam ſi ſit addita clauſula importans conceſsionem liberæ voluntatis, vt ſi ſit dictum, ad omnimodam ſuam voluntatem.*
16 *Pars vna teſtamenti, aliam declarat.*
17 *Clauſula, hac tamen conditione: &, ita tamen,limitat & reſtringit præcedentia.*
18 *Dictio,tamen, eſt limitatiua, & reſtrictiua.*
19 *Et etiam aduerſatiua.*
20 *Legitimæ in taxatione poteſt iudex ſe informare de valore rei, & ex ſe taxare.*
21 *Iudex ex veriſimilibus poteſt ſe informare de valore rei, & intereſſe.*

CON-

CONSILIVM IX.

In Domino confido:

PRo Magnificis fratrib. de Paiarolis alias ſcriptum fuit per me, & binde copioſius per Magnificum Dominum Iulium Cæſarem Codebuium, mihi vti fratrem honorandum, ad oſtendendum, quod legitima filiarum D. Guidonis nullo modo venit detrahenda ex bonis hæreditatis quon. Do. Matthęi ſuppoſitis fideicommiſſo, in caſu quo ipſe Do. Guido ab inteſtato deceſſiſſet, ſed tantummodo in bonis paternis, & proprijs ipſius d. Guidonis, in quib. ipſæ ſucceſſiſſent ab inteſtato. Nunc autem hæſitatur ſuper veritate huius conclnſionis, ex quo facto teſtamento debetur ſnpplementum legitimæ filiabus etiam eorum bonorum, a quorum ſucceſſione ab inteſtato excludebantur, tũ quia ratio illa non videtur vera, quod legitima,
1 ſit triens, vel ſemis portionis filiabus† debita ab inteſtato, ſed patrimonij patris, ſeu ſubſtantiæ illius, vt in Auth. de trien. & ſemis. poſt princ. colla. 3. & tranſumptiue in auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſta. vt animaduertit Sal. relatus per Soc. & Seuer. in conſilio illorum 160. inter conſ. Soci. 1. volum. col. 17. ver. præterea legitima, quie quid aliter eſſet diſpoſitum de iure Digeſtorum. Nec ratio illa, quæ videbatur baſis totius noſtrę concluſionis, quod ex quo ex teſtamento uocati ſunt ij, qui ab inteſtato erãt uocati, nulla in eis bonis legitima ipſis filiab. debeat, eũ non debeãt eſſe inſtituti deterioris conditionis habentes expreſſam teſtatoris uolũtatẽ, quam habentes tantummodo tacitam, ſicut nec filiæ debent eſſe melioris conditionis, quæ ex tacita & expreſſa excluduntur, uera uidetnr, quia cum pater fuerit teſtatus, & alligauerit ſe legi de cauſa teſtati loquẽte, non potuit filias a legitima excludere, quin ſupplementũ illius eis deberetur etiam in eis bo
2 nis, in quibus ab inteſtato† ſuccedere non potuiſſent, ut ad propoſitum concorditer conſuluerũt Soc. & Seuer. in dicto conſil. cui ſubſcripſerunt plures Doctores illius ætatis, ſecũdum quod fertur fuiſſe iudicatum. Super hoc igitur clauo percutiendum eſt, & diſcutiendum erit utra harum opinionum communior.

Pro cuius difficultatis diſſolutione tres propono concluſiones veras, & communes, ex quibus tollitur omnis ſcrupulus. Primo quòd legitima filiorum eſt triens, uel ſemis ſubſtantiæ teſtatoris aſcendentis portionis ſcilicet, quam habituri fuiſſent ab inteſtato. Secunda erit quod ratio illa quod qui ſuccedit ab inteſtato, non poteſt vel debet eſſe deterioris conditionis, quo ad excluſionem fœminarum a legitima ſi inſtituatur, uel habeat etiam teſtatoris uoluntatem expreſſam; & tertia, quod ſupplementum legitimę hoc caſu ipſis filiabus vtroque iure excluſis non debetur.

Prima igitur concluſio probatur præter addu
3 ctat in priorib. allegationib. ex glo. in ver. ſemis. in d. auth. nouiſſima. & Bar. in conſil. 8. factum tale proponitur. ad fi. Ang. conſil. 105. ſtatuto cauetur, ad fi. Comen. conſil. 188. ſpect. miles, num. 2. ubi expreſſe reprobat Saly. cuius fuit ſententia contraria, & opin. illa per Socin. & Seuc. relata. idem tenet Alex. in conſilio 65. circa pręmiſſam, 2. colum. in fi. 4. volum. Corn. in conſilio 150. columna 3. ubi loquitur in quocumque excluſo, & conſil. 316. 3. colum. 1. volum. Soci. rectius ſentiens in conſilio 288. colum. 8. verſic. vlt. loco, & colum. 11. verſ. primum probatur, vbi dicit communem contra Sali. & eam etiam ſententiam tenuit in alijs locis citatis per Tiraquel. in loco inferius allegando, Gozadin. conſil. 43. colum. penul. Craue. qui alios etiam citat in conſil. 11. nu. 13. vbi etiam loquitur in excluſa renuntiatione propria, quam ſententiã tenent etiam alij quàm plures citati per Tiraquel. in tracta. de iure primogen. q. 65. num. 9. & ſupra etiam quęſ. 53. nu. 14. & per Cepha. citatum in prioribus allegationib. in conſi. 5. num. 43. idem tenet Cagnol. in l. l. 1. num. 3. ff. de inoffi. teſtamento. idem Vaſqu. contra Saly. lib. 2. de ſucceſſ. creat. §. 20. par. 4. in repet. d. auth. nouiſſima. num. 238. ubi dicit eſſe communem, quam etiam dicit communem nouiſſime, Soc. iun. conſ. 87. num. 2. & ſeq. tertio
4 volum. ubi dicit, fęminam† excluſam, etiam ſi extraneus inſtituatur, non poſſe querelare, vel rumpere teſtamentum, quod vltimum tamen ego nõ libere firmarem, quia ſcio multos habere contradictores, eãdem etiam ſententiam contra Saly. tenet Bero. ubi dicit communem * in conſil. 79. num. 59. 2. volum. Alcia. in conſi. 4. in 6. quęſito, num. 22. & ſeq. 2. volnm. & nouiſſime etiam Iacob. Philip. Port. conſil. 179. num. 16. ex quibus apparet, quàm temerarium eſſet ab hac tam canonizata & a tot excellentiſſimis patribus recepta ſententia recedere.

Secunda conclnſio ſimiliter eſt clariſſima, veriſſimam eſſe illam rationem, & communiter * receptã; quod is qui ab inteſtato ſuccedit, poteſt a teſtatore inſtitui, nec per talem inſtitutionem expreſſam habens teſtatoris voluntatem debet
5 effici† deterioris conditionis quàm ſi inſtitutus non fuiſſet, & tacitam tantum habuiſſet, vt vltra alios, quos citaui in priorib. allegationibus in 2. fundamẽto, ſecundæ difficultatis videntur etiam tenere Bero. conſi. 84. nu. 44. 2. volum. ubi quan
6 do alienatio† eſt prohibita in alium, poteſt tamẽ fieri in ſuccedentem ab inteſtato, & Hieronym. Zanch. in repet. §. cum ita, l. hæredes mei. ff. ad Treb. num. 402. ſed propius ad caſum noſtrum, quod non debeat eſſe deterioris conditionis inſtitutus, quàm ſi ſucceſſiſſet ab inteſtato, uidetur tenere Anchar. allegato alias conſil. 428. 2.

colum.

col.vbi dicit, quod nulla iniuriam infert teſta-
tor ei, qui ab inteſtato plus petere non poterat.
idē Caſt. in conſi. 196. in puncto quæritur, nu. 3.
uer. quidam vero, 1. par. vbi dicit quòd non dēt
imputari patri, cur inteſtatus non deceſſit. l. poſt
humus, in princ. de inoff. teſtamento. nec maſcu
lus debet eſſe melioris conditionis ab inteſtato,
& cum tacita voluntate defuncti, quam ex teſta-
mento, & cum expreſſa, imò melioris ex teſta-
mento, argumento l. quæ liberis, §. hæc verba. ff.
de vulg. & pup. quod conſilium ſub alio num. re
fert Soc. in d. conſi. 150. colum. 14. & 15. & ibi fir
mat, quamplures alios conſuluiſſe pro iſta ſenten
tia, hoc idem etiam repetijt idem Caſtr. in con-
ſil. 275. ſuper 1. quæſitó, 2. dub. ead. parte, & in
conſilio 403. viſis, & conſideratis omnibus, poſt
prin. 2. volum. vbi inquit, quod multo fortius ex
8 cludunt† ex teſtamento, qui excludebant ab inte
ſtato, & quod non cadit ſuppletio, vbi non cadit
legitima. idem tenet Alex. in l. Gallus, §. & quid
ſi tantum, num. 16. verſic. reperio etiam. & num.
ſeq. vbi reprobat Saly. & reſpondet illius funda-
mētis & in 2. reſponſione, tangit hāc rationem,
quod inſtitutus non dēt eſſe deterioris cōditio-
nis, cum alias imputaretur teſtatori, quare teſta-
mentum condidit, hoc idem etiam firmat Brun.
alias citatus in tracta. ſuper ſtatuto quod ſtant.
maſcu. fęmi. non ſucced. in 9. artic. 1 q. num. 18. &
19. vbi apertiſſime declarat, quòd non debet
eſſe vberior ſucceſſio petentis ſupplementū con
tra quodammodo expreſſam voluntatem teſta-
toris, quam ſi ueniret ex tacita ab inteſtato, quo
caſu non ſuccederet, argum. l. 3. in prin. ff. de ſer
uit. ruſtico. præd. Nec poteſt teſtanti imputari,
quod teſtatus deceſſerit, & quis non poteſt dici
9 malignè teſtatus, † quando legitimum, & uocatū
a lege admittit. l. 1. cum duab. ſeq. ff. de inoffic. te
ſtamento. hanc etiam rationem ſatis uidetur fa-
cere Cagnol. in d. l. 1. num. 3. vbi dicit, quod teſta
tor non facit iniuriam fęminæ excluſæ, de qua
conqueri poſſit, ex quo etiam abſque teſtamen
taria diſpoſitione ab hęreditate erat excluſa, nec
vſus eſt offic. impietatis excludendo excluſas.
Quam etiam rationem tetigit Tiraquel. in d. tra
cta. q. 56. contra Soc. vbi dicit, quòd ſi aliter di-
ceremus, ſequeretur quod imputaretur teſta-
tori, quare teſtamentum condidit, & ſic minus
poſſet teſtando quàm non teſtando. Vnde
cum ratio iſta communiter recipiatur, ut ſu-
pra, explodenda eſt Socin. & Seuerin. ſenten-
tia illi contraria.

Tertia modo concluſio, quæ claudit os Soc.
& ſequacibus & ſilentium etiam parti impone-
re debet, eſt, quòd excluſa ab inteſtato, ſi inſti-
tuantur hi, qui ab inteſtató ſuccedebant, nullum
10 poteſt petere legitimæ ſupplementum, ſi in ali-
quo uocetur, uel inſtituatur. hoc uidetur uoluiſ-
ſe Bar. in d. conſil. 8. ad fi. & expreſſius Ang. in d.
conſ. 103. ante fi. & inter conſi. Bal. cōſ. 465. nu.
2. 3. volum. Anch. & Caſtr. in præallegatis conſ.
Alex. in d. §. & quid ſi tantum. d. num. 16. & ibi ſe
quitur Claud. num. 25. Idem tenet Alex. conſil.
65. 3. colum. 4. uolum. Cur. Sen. conſi. 35. col. 12.
num. 31. uerſic. attamen verior. Iaſ. conſil. 221. 2.
dub. num. 2. pen. colum. 2. volum. Corn. con ſilio
316. 2. colum. 1. uolum. 57. colum. 2. in 2. ubi pa
riter adducit dictam rationem, de qua in præce
denti concluſione, in uerſic. tum etiam, & idem
tenet plura adducens ad propoſitum, in conſil.
116. 1. colum. in fi. & colum. ſeq. d. 2. uolum. Dec.
conſi. 505. colum. fi. num. 7. Rui. conſil. 51. num.
* 12. & ſeq. ubi dicit communem * contra Salyc.
3. uolum. & conſil. 152. num. 13. 2. uolum. ubi te-
net contra Socin. Brun. etiam latiſſime hanc ſen
tentiam defendit in d. 1. q. nume. 12. & ſeq. per
multas colum. et numeros, ubi reſpondet omni
bus contrarijs, dicens Socin. et Seuer. reliquiſſe
dubiam hanc quæſtionem diſtinguendo caſus,
quando ſimpliciter filia eſt excluſa, qui caſus cō
uenit caſui noſtro, et eſt omnibus clarior, et quā
do eſt aliquid ei præſeruatum, qui erat caſus So
ci. et Seueri. in quo etiam concludit, ſupple-
mentum non deberi niſi eatenus, quatenus mi-
nus ea parte reſeruata relictum fuiſſet cōtra opi
nionem Soci. et aſſeclarum, quam ſententiam
etiam tenet Alciat. in conſilio 11. in princ. 2. lib.
ubi generaliter, ſiue mulier excludatur ſtatuto,
ſiue repudiatione, ſeu quolibet alio modo, et re
ſpondet Socin. quod in eius caſu aliud erat pro
pter ſtatutum de quo inferius dicetur, ſecus ſi
omnino excludatur. hāc etiam opinionem tam-
quam communem cōtra Soci. tenet Tiraq. in d.
q. 56. ubi dicit, quòd qui non poteſt admitti ad
petendum legitimam, non poteſt etiam admitti
11 ad petendū ſupplemētū, quia petitio† ſupplemē
ti ſuccedit loco querelæ, nam et hoc caſu filiam
non poſſe teſtamentum impugnare, ex quo ab
12 inteſtato † non ſuccedit, firmat idem Tiraquel.
præter alios, in allegationibus citatos in d. tract.
de iure primogen. q. 53. num. 22. maxime quan-
do inſtituti ſunt venientes ab inteſtato, vt per
eum ibi, num. 36. & hanc opinionem, quòd ſup-
plementum hoc caſu peti non poſſit, dicit eſſe
* * magis communem Soci. iun. conſilio 61. nume-
ro 1. & ſequen. d. 4. volum. Apparet igitur ex his
concluſionib. ita firmatis, & veriſſimis, quicquid
autumauerint, uel magis dubitatiue reſponde-
rint Seuer. & Soci. in dicto conſilio 150. ab alijs
non bene re diſcuſſa uel digeſta ſubſcripto, filias
haſce nullam ex bonis quondā D. Matthæi legiti
mam, uel ſupplementum legitimę, petere poſſe,
cum in illis ab inteſtato patri ſucceſsiſſent, præ-
13 ter id quod conſilium illud non conuenit† caſui
noſtro, ex duobus. Primò, quia aliquid debeba-
tur eo caſu filiæ excluſæ, dos, & alimēta, ut in d.
conſil. 18. uerſic. amplius etiam, cum uerſic. ſeq.
in quo ſit maximum fundamentum, quia in totū
non excludebatur. & in ueritate caſus ille po-
teſt

teſt magis recipere dubitationem, quam quan-
do ſimpliciter eſt excluſa, prout eſt in caſu no-
ſtro, ab iſtis bonis hæreditatis Domini Matthęi,
prout diſtinguit Brun. in d. 1. q. Secundo quia in
eo caſu Soc. & ſtatuti Florentini fęmina non vi
debatur excluſa ab inteſtato, quando non exta-
bant filij, ſed frater, prout ponderabant ſtatutũ
illud, quo caſu defendi poterat eorum conſulta-
tio ex eo capite, ut animaduertit etiam Alciat. di
cto conſilio ſupra citato, quæ etiam ratio ceſſat
in caſu iſto, in quo nullo modo filiæ admitte-
bantur ad ſucceſſionem horum bonorum patre
ab inteſtato decedente, & ceſſante ratione ceſ-
ſat etiam deciſio contraria. l. quod dictum, ff. de
pact. capitulo, cum ceſſante, de appellatio. vt non
omittam, quòd etiam in eo caſu Seueri. & Soci.
non audacter & intrepide, ſed trepidanter, &
dubitando reſponderunt, ut in columna 19. il-
lius conſilij in penult. columna, ſe remittunt
conſcientiæ iudicis autumantes rem adeo du-
biam eſſe, vt diuidi poſſit res illa cõtrouerſa per
medium. Verum cum hiſce temporibus nihil ſit
dubitandum, quin communior ſit ſententia Do
ctor. contra illud conſilium, vt ex ſupra dedu-
ctis liquido comprobatum eſt, ſumus extra a-
leam omnium difficultatum, quod nõ eſt aliquo
modo habenda ratio bonorum hæreditatis Do.
Matthæi in ſupplemento legitimæ bonorum do
mini Guidonis eius filiabus debitæ.

Nec obſtat etiam alia ratio, in qua audiui ex
aduerſo fieri fundamentum, quod ſcilicet ex te-
ſtamento Domini Guidonis filias, multum dam-
nificatæ fuere, ex quo ſi pater ab inteſtato deceſ
ſiſſet, bona Dom. Matthæi ad filios perueniſſent,
verum filiæ in omnib. bonis patris ſucceſſiſſent:
unde negari poſſe non videtur, quin teſtando
Dom. Guido magis damnificauerit filias, quia re
ſpondetur, nos nunc agere de bonis Dom. Mat
thæi, an illis legitima aliqua, vel ſupplemẽtũ legi
timę dictis filiabus debeatur? & neceſſariò con
eluditur quòd non, ut ſupra, & ex alijs deductis
comprobatum extitit, quo fit vt ueriſsima ſit il-
la ratio in iſtis bonis, quod reſpectu illorum nul
lum damnum, nullumue præiudicium illis fuit il
latum; nec eſt curandum, ſi in ſuis bonis, de qui-
bus non diſputatur, voluit Dominus Guido te-
ſtator nepotes inſtituere, & filias dotibus, & le-
gatis contentas eſſe, quia hoc non facit ad pro-
poſitum rei, de qua diſputamus. Quinimo ego
dico, ꝙ potuiſſet Do. Guido etiam non teſtando
(quo caſu bona dicti Matthæi ad filios ſubſtitu-
tos delata fuiſſent) relinquere nepotibus bona
ſua, vel illa eis dare, detracta legitima filiarum co
dicillando, donando cauſa mortis, vel ẽt inter vi
uos, adeo quod nullus propter dictum teſtamen
tum filiabus uidetur relictus querelæ locus.

Diſcuſſo, & reſoluto hoc puncto, ſuccedit
aliud dubium, nunquid licuerit Domino Guido
ni inſtituto hæredi in teſtamento Domini Mat-
thæi diſponere inter uiuos, de bonis hæreditatis
ipſius Domini Matthæi propter licentiam illi
conceſſam in ſuo teſtamento poſt illius inſtitu-
tionem in illis verbis, & ita, & taliter, quod ipſe
poſsit de bonis, & hæreditate ſuis prædictis di-
ſponere pro libitu voluntatis ſuæ. In quo pun-
cto concurro in ſententiam prædicti magnifici
Domini coaduocati, quod verbum, diſponere,
14 †debeat tantummodo intelligi in ultima volun
tate, vt de proprio ſuo ſignificatu importat, §.
diſponat, in Authenti. de nuptijs. quod & tenet
Nat. conſilio 563. numero 26. Berò. conſilio 84.
numero 30. & numero 80. ſecundo uolum. Rui.
in conſilio 153. numero 12. ſecundo uolumine.
* & eſt communis opinio * ſecundum Viui. in pri
ma parte ſuarum opinionum communium, opi-
nione 442. verbum, diſponere. quod procedit
etiam, quando eſt addita alia clauſula, quæ vi-
15 deatur importare conceſsionem† liberæ volun-
tatis, vt ſi eſt dictum, ad ſui omnimodam uolun-
tatem. Iaſ. conſilio 189. columna ſecunda, ad fin.
ſecundo uolumine, & conſilio ſequen. in prin. ſe
quitur Durant. in tracta. de arte teſtan. titulo 5.
de ſubſtitut. caut. 38. vbi dat remedium ꝙ expreſ
ſe addatur uerbum, alienandi. & licet propter
ſubiectam materiam, vel aliqua uerba aliud infe
rentia verbum ipſum quandoque trahatur ad
diſpoſitionem inter uiuos, tamen in caſu iſto tra
hi non poteſt, tum quia inferius fuit facta ſub-
ſtitutio in caſu, quo prædeceſsiſſet hæres ab in-
teſtato, quo caſu uerbum, diſponere, etiam ad-
dita clauſula, pro ut tibi placuerit, importat di-
ſpoſitionem in ultima uoluntate, ex quo clauſu-
la ſequens præcedentem declarat, ita ad propo-
ſitum Ruin. conſilio 121. numero quarto, ſecun-
do uolumine: tum quia poſt dicta uerba in teſta-
mento fuit addita clauſula, hac tamen conditio
ne, quod ſi & caſu quo ipſe deceſſerit, ſeu dece-
deret quandocunque ab inteſtato, tunc & eo
caſu ſubſtituit eidem, & inſtituit hæredes ſuos
uniuerſales ipſum Franciſcum, Paulum, Guido-
nem, & Simonem, &c. hæc enim clauſula ſubſe-
quens declarat præcedentem poteſtatem. l. ſi
ſeruus plurium. in fi. ff. de lega. primo, & una pars
16 †teſtamenti, aliam declarat, l. qui filiab. in princ.
ff. eodem titulo; Bellon. conſilio ſexto, numero
octauo & nono. & Iul. Clar. libro ſuo tertio ſen-
tentiarum, in §. teſtamentum. quæſtio. 76. tertia
regula. & ad propoſitum, Ruin. dicto numero 4.
& in conſilio 86. numero 17. iuncto num. 2. 3.
volumine. ubi erat dictum, quod poſſet admitte
re pro libito ex teſtamento, uel aliter, & tamen
non eſt intelligendum, quod inter viuos diſpo-
nere, uel dimittere poſſet, ſed in ultima uolun-
tate, ex quo vnum uerbũ declarabat aliud. quod
ẽt cõprobatur ponderãdo illam clauſulam, hac
tamẽ conditione, &c. quę limitat, reſtringit, & de
17 terminat præcedentia, ſicut† clauſula, ita tñ. l. ita
tamen. ff. de manumiſ. teſta. Rim. in hac clauſula,

in

in conſil.85. num. 24. & ſequen. & de clauſula,
ita tamen, quod reſtringat, limitet, & modificet
præcedentia, probatur in l. vbi adhuc, ver. ita ta
men, ubi Saly. C. de iure dot. & Pariſ. conſil. 17.
num. 19. primo volumine. Quibus accedat, quod
18 illa dictio, tamen, † ſola eſt limitatiua, & reſtri-
ctiua, l. pro hærede, §. quid tamen, ff. de acqui-
ren. hæred. Rui. conſ. primo, num. 12. quarto uo-
19 lum. & etiam aduerſatiua, † Alberic. in Diction.
ſuo, in eod. verbo. Ruin. conſilio 41. numero 8.
ſecundo volum. & Pariſ. conſ. 17. num. 20. primo
volum. quo fit, vt negari non poſſit omni reſpe-
ctu de diſpoſitione, quæ fieret in vltima volun-
tate, teſtatorem intellexiſſe. Et propterea licet
D. Guido inſtitutus pecunias communes, & ex-
tractas ex capitalibus mercium erogauerit in
emptionem terrarum, & domorum factam etiã
nomine proprio, non tamen eſt quin ſit haben-
da ratio omnium bonorum alienatorum, & pe-
cuniarum peruentarum ad eius manus, de hære
ditate D. Matthæi, etiam quod filij ipſius cõſen
ſiſſent, receptioni ipſarum, iuxta not. in l. ſi fun-
dum per fideicommiſſum. ff. de legatis primo, fa
cit l. imperator, §. finali, cum ſequentibus. ff. de
legatis ſecundo.

Et quia in calculo faciendo horum bonorũ
opus erit poſtea diſcutere aliquos alios articu-
los, quos etiam tetigit ipſe Magnificus D. Coad
uocatus, & in facto d. Guido iunior principalis
optimè de hac re informatus oſtẽdet huiuſmo
di rationes, ideo pro nunc ſuper alijs punctis
non inſiſtam, ſed unum tantum dicam in mate-
ria probationum ſuper valore & æſtimatione re-
rum & capitalium mercium, ſuper quibus teſtes
ipſorum fratrum depoſuerunt, quod quate-
nus eorum teſtimonia non concluderent ea eſ-
ſe illius valoris, & æſtimationis, ut ipſi deponũt
quod poteſt Magnificus tertius arbiter, etiam
non delato iuramento in ſupplementum parti
ipſorum fratrum (quod tamen denegari non po-
teſt, ut fuit latè deductum per Magnificum Co-
20 debonium) ſe informare † de dicto ualore & æ-
ſtimatione, & ex ſe taxare, ut Barto. noluit in l. ſi
id. quod ex Pamphila, in fi. ff. de legat. ſecundo.
Abb. in capitulo, cum cauſam, il ſecundo, nume-
ro tertio, de teſtibus, Are. in l. cum ſeruum, in fi.
ff. de uerborum obligatio. ubi ſi apparet factam
fuiſſe expenſam & ignoratur quantitas, poteſt iu-
21 dex ex veriſimilibus taxare, † idem de valore rei,
& de intereſſe, Alex. in conſilio 153. uiſo proceſ
ſu, in fi. primo volum. & Cagnol. in l. uni, C. de
ſenten. quæ pro eo, quod inter. profer. nume-
ro 141. & ſeq. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Rurſus in hac tractantur ea, de quibus in ſuperioribus conſultationibus, de hærede fiduciario, & quando dicatur eſſe talis, & aliqua non obſtent, quo minus ſit fiduciarius, & de intellectu. l. Seius Saturninus. ff. ad Senatuſcon ſul. Trebell.

S V M M AE.

1 *Hæres fiduciarius tenetur reſtituere hæreditatem totam.*
2 *Et vna cum fructibus.*
3 *Et quibus coniecturis probetur aliquem eſſe fiduciarium hæredem?*
4 *Vt ſi teſtator vocet filios caſu, quo hæres fiduciarius inteſtatus decedat.*
5 *Vel hæres permittat filium teſtatoris poſsidere bona patris.*
6 *Etiam, quando quæritur, quod inſtitutus priuetur hæreditate, & fiſco applicetur.*
7 *Et an in l. Seius Saturninus, ſit hæres fiduciarius, vel fideicommiſſarius.*
8 *Et an requiratur, quod filii ſint præteriti a teſtatore.*
9 *Legitimę imputantur bona quęſita per patrem.*
10 *Conditio inducitur per dictionem, ſi.*
11 *Et illa exiſtente non datur fiduciaria hæred.*
12 *Fiduciarius hæres, an demonſtretur in l. Seius Saturninus, ff. ad S.C. Trebel.*
13 *Et vt ſit talis, neceſſe eſt vt ſit grauatus reſtituere filio teſtatoris aliquo tempore, vel ſub aliqua conditione.*
14 *Et quid ſi dicatur, fidem eſſe accommodatam de reſtituendo incapaci?*
15 *Fraus facilè præſumitur in probibitis.*
16 *Argumentum valet ab hæreditate fiduciaria reſtituenda incapaci ad illam, in qua accommodatur fides vt reſtituatur capaci.*
17 *Et leges, quæ loquuntur de prima, a Doct. citantur in materia ſecunda.*
18 *Fiſcus non poteſt auferre bona ab hærede fiduciario.*
19 *Fiduciarius hæres tamen dicitur ille, qui poteſt arbitrio ſuo de rebus relictis diſponere.*
20 *Legitima non poteſt peti ab excluſo ab inteſtato, quando ſunt inſtituti venientes ab inteſtato.*
21 *Hæres inſtitutus cum facultate diſponendi et dandi cuicunque voluerit, ſi in aliquem diſpo-*

diſponat, ille cenſetur habere hæreditatem a primo teſtatore.

22 *Teſtatus decedere, & decedere inteſtatus, licet contraria; ſimilia tamen ſunt quandoque.*

23 *Iudices debent aduertere, ne nimis adhæreant ſcrupuloſitati.*

24 *Diſponere verbum, an intelligatur inter viuos, an in ultima voluntate.*

25 *Et quod non poſsit intelligi niſi in vltima voluntate.*

26 *Clauſulæ de diſponendo pro libito ſuæ voluntatis, eſt facienda reſtrictio, ſi illa appoſita ſit in vltima voluntate, & quando.*

27 *Fiduciarius hæres poteſt etiam eſſe ille, qui poteſt diſponere inter viuos de hæreditate ſub fide relicta.*

28 *Fideicommiſſum comprehendit, & ſunt reſtituenda bona empta ex pecuniis ſubiectis fideicommiſſo.*

CONSILIVM X.

In Domino confido.

RESOLVENDO breuiter, quæ adducta fuere contra fratres de Paiarolis ſcripto, & voce, dicimus apertiſſime conſtare, Dominum Guidonem fuiſſe inſtitutum a fratre hæredem fiduciarium, non fideicommiſſarium, & propterea totam eius hæreditatem integram
1 †vna cum fructibus ad filios pertinuiſſe, per alias deducta, ex quo contemplatione ipſorum fuit inſtitutus, quod probatur etiam in l. facta. §. ſi hæres, il ſecondo. ff. ad Trebel. & in l. ſi ita relictum, §. Pegaſus, de leg. primo. trad. Hieronymus Laurent. in repet. l. in fideicommiſſariam, nu. 7. & in cip. in §. 1. illius l. ante fin. nu. 7. ad Treb. & de re-
2 ſtitutione fructuũ †Menoch. in tract. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. tertia, caſu 256. nu. 18. & hoc caſu haberi pro nudo miniſtro trad. etiam Crauc. in l. cum filiofamil. tertia parte, numero 35. de legat. primo, per l. quidam cum filium, de hæredi. inſtituen.

Quod modo conſtet de fiducia, ex qua contemplatione filiorum fuerit inſtitutus, qui proprie eſt fiduciarius, vt per Alciat. alias citatum in cap. fi. 3. li. parerg. & Zanch. in allegato §. cum ita, num. 97. ſatis probatum fuit in alijs allegat. ex multis præſumptionibus & coniecturis, ex
3 quibus probatur, †quem fuiſſe inſtitutum contẽplatione alterius, Angel. & Caſt. in l. cum aliquis, C. de iure deliber. & idem eſt, quando quis accõmodauit fidem de reſtituendo alteri, etiam quo ad pœnam inferendam, Saly. in l. etiam, colum. fi. ad l. Falcid. & in propoſito fuerunt allegatæ l. Seius Saturninus, ad Trebe. l. 3. §. cum Pollidius, de vſur. l. quidam cum filium, de hæredi. inſtit. & alia plura, de quib. in allegationib. nunc vltra ea adducitur tex. in l. liberto §. filium, ff. de annu. lega. vbi filius fuit inſtitutus in dodrante, & grauatus reſtituere nouercæ, a qua petijt teſtator, ut infirmitatem filij commendatam haberet, & ei menſtruos annuos denos præſtaret, donec ad 25. annum perueniret, & cum eam ætatem impleſſet, dimidiam hæreditatis reſtitueret: & quia (vt in fine legis illius dicitur,) infirmitati filij pater voluit cõſulere, fructus ẽt reſtitui dẽnt, & ibi gl. dicit quod ex tacita uolũtate patris præſumitur pater inducias medij tp̃is pro vtilitate filij poſuiſſe, & hũc tex. loqui in fiduciaro hærede voluerũt Rip. in dicta l. in fideicommiſſariam, §. primo num. 4. & Hieron. Zanch. in d. §. cum ita, numero 417. & 441. Idem probatur in l. cum ex filio, in princ. de vulg. & pupil. ubi auus iuſſit reſtitui hæreditatẽ nepoti, cũ in ſuã tutelã uenerit, quo caſu cũ teſtator voluerit nepoti proſpicere, nulla etiam quarta per grauatum retinetur. Cum itaque in propoſito noſtro teſtator in procem. teſtamenti fuerit poteſtatus, quod volebat prouidere familiæ ſuæ; quod de perſonis, quæ erant ſub eius poteſtate intelligenda eſt, non de fratre qui pariter erat caput familiæ. l. pronuntiatio, §. familiæ, de uerb. ſignific. & non poſſumus inueniri aliam cauſam prouiſionis quàm quòd fratrẽ inſtituerit hæredem fiduciarium, ut bona filijs ſuis ſeruaret: certe neceſſario fatendum eſt, ueritatem ita fuiſſe, & ſecundum eam iudicandum eſſe, quia alias illa uerba nedum nihil operarentur, contra l. ſi quando, in princ. de legat. primo; ſed inducerent contrarium effectum.

Adducebantur etiam plures præſumptiones ad id apertiſſime tendentes præter cauſam, quæ
4 euidenter apparet, quare fuerit † motus teſtator quod ſcilicet primo appoſuit conditionẽ, ſi in teſtatus frater decederet, quo caſu uocauit filios: nam hoc ſolo caſu potuiſſet fiducia locum ſibi vendicare non poſſe. ſecũdo ipſe Dominus Guido confeſſus fuit filios hæredes poſt mortem patris magis effectum inſpiciens quàm uerba, & admiſit in ſocios: tertio obſeruantia ſubſequuta id oſtendit, & quarto reſtituit bona, uel inſtituit filios, prout fuerat ordinatum. quibus additur, quod ex vnica tantum præſumptione præſumitur accommodata fides de reſtituendo; quando ſcilicet qui inſtitutus eſt patitur filium teſta-
5 toris †poſſidere bona patris, ut Imo. numero 3. & Alexan. numero 6. uoluerunt in l. ſi is qui ex bonis. ff. de uulga. & pupil. qui loquuntur in caſu fortiori, ut in ſtitutus priuetur hæreditate & fiſco
6 applicetur, †quod eſt odioſum, unde idẽ & multo magis dicendum eſt fauore filiorum. authen. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. quo fit, ut

cum

cum poſt mortẽ patris ſemper filij poſſederint,
vt ex proceſſu conſtat,& continuauerint ſocie-
tatem cum patruo, tanto clarius appareat de
tali fiducia. His accedat, quod cum ipſi a patruo
fuerint inſtituti,& ex eis in effectu fuerint reſti-
tuta bona patris, ſatis probatur fuiſſe accommo
datam fidem de reſtituendo illis, per text. & ibi
Caſt. in l. Lucius. §. 1. ff. de leg. 1.& trad. per Imo.
in d. l. quidam cum filium, in fi.
Non obſtant modo, quæ in contrarium addu
cebantur ſuper intellectu l. Seius Saturninus. ꝙ
7 ibi non † eſſet hæres fiduciarius, ſed fideicommiſ
ſarius, quia I. C. expreſſis verbis quinquies fa
firmat fuiſſe fiduciarium hæredem, & fiducia-
riam hæreditatem.& idem tenẽt omnes ibi, Rip.
Hier. Laur.& Zanch. in locis allegatis, nec aliter
dicit Alcia. in d. c. fi. ſicut ẽt non eſt verum, ꝙ du
bium eſſet ibi, an verba importarent conditio-
nem, an diem, quia certũ eſt ꝙ erat conditio quę
inducitur per, cum, qñ tempus apponitur ſub-
ſtantiæ rei legatæ, vt in l. ſi cui legetur, §. 1. de leg.
1.& in l. ſi ita ſcriptum fuerit, ff. de manu. teſt. ſed
tamen fauore filij, concurrentibus illis trib. de
quibus ibi per Caſtr.& Alex. cenſetur dies appo
ſitus, non conditio reſtitutioni. & licet in caſu
noſtro filij non fuerint præteriti, ſed inſtituti in
aliquibus bonis, hoc non tollit quin inſtitutio
fuerit fiduciaria, vt ꝓbatur in d. l. liberto. §. filiã.
vbi filius non fuit præteritus, ſed inſtitutus, & ta
men propter verba teſtatoris, quib. apparet vo-
luiſſe prouidere filio, cenſetur inſtit. fiduciaria.
Et ꝙ hoc non exigatur † filios fuiſſe præteritos,
8 voluit etiã Claud. de Seiſſel. in d. l. Seius Saturni
nus. in prin.& declarat not. vt alias ẽt dixi, Ema-
nuel a Coſta, in repe. §.& quid ſi tantũ. 1. par. nu.
61. quẽ ſequitur Fernand. Vaſq. in trac. de ſucc.
creat. li. 1. §. 4. nu. 21.& ſeq. & ibi Emanuel ipſe
oſtẽdit, valuiſſe teſtũ illius Seij Saturnini, tam q̃
militis per l. 1. §. item monarchos, ff. de bon. poſ.
ex teſta. milit. tum quia ij filii ſatis videntur præ
teriti, ex quo de bonis hæreditariis nihil fuit il-
lis relictum, præter lib. 25. cum feudalia, & em-
phiteutica nõ eſſent hæreditaria.& hoc caſu ſuf
ficit, ꝙ quodãmodo fuerint præteriti, vt dicit ibi
Imola, circa med. Quibus nõ obſt. ꝙ filij poſſent
legitimã petere in alijs bonis, quam in compre-
hẽſis in inueſtit. l. Papi. §. quarta. ff. de inoff. teſtõ.
9 quia cum eſſent bona quæſita † per patrem com
putabãtur illis in legitimã per l. oĩmodo, §. impu
tari. C. de inof. teſtõ.& ibi in terminis tradit. Bal.
Sal.& Caſt. Ale. in l. ſi patroni, in prin. 2.& 3. col.
2. vol.& Rip. in l. in 4. nu. 177.& ſeq. ff. ad l. Falci.
Tollitur ẽt id, quod adducebatur de cõditio-
10 ne, quod ea exiſtente non † datur fiduciaria hære
11 ditas, & hęc fuit cõditio per dictionẽ, ſi, quę † ex
preſſam conditionẽ inducit, non tacitã, iuxta tra
di. per Bart. in l. 1. nu. 9. ff. de condi. & dem. quia
opin. Ang.& ſequacium procedit in conditione
quæ non cõmenſuratur tempore, vt in legato
facto filię cum nupſerit, quia poteſt nõ nubere:
noſtra aũt conditio tẽpore cõmenſuratur, ſi de
ceſſerit inteſtatus, nam eſt appoſitum tp̃s, quod
omnino eſt venturũ. & licet ẽt ſit addita condi-
tio inteſtati, hoc nõ officit, cũ magis fuerit addi
ta fauore filiorum, ſine qua fiducia perire potuiſ
ſet, ut ſupra & alias fuit oſtensũ. & illa cõſiderar
non poteſt, niſi tp̃e mortis, nec Doc. Ang. Alex.
& alij faciunt iſtam ſubtilem diſtinctionem, an
conditio fuerit appoſita per dictionẽ, ſi, vel, cũ.
imò loquuntur, qñ fuit dictum, cum nuberet, &
eo caſu, quia tp̃s eſt omnino incertum, cũ poſſet
non nubere, uolunt non tranſmitti legatum ante
conditionem, ut illic per eos.
12 Quod modo I. C. nõ decidat † caſũ in d. l. Seius
Saturninus, ſed relinquat in dubio, vt ibi, ſi ꝓ ro
gãdo tp̃s, &c. tolli ẽ ex intellectu Emanuel. d. nu.
65.& ex tradit. ꝑ Caſt, & Ale. ibi, qđ ſatis appa-
ret de voluntate teſtatoris ꝑ p illa tria ibi relata.
Non ob. ꝙ nunq̃ daretur caſus inſtituẽdi ali-
quẽ hæredẽ inſtituto filio in minuſcula ſumma,
cũ poſſet ſẽper filius dicere, tu es hæres, fiducia
rius, & cogere hęredẽ ſcriptũ ad reſtituendũ hæ
reditatẽ. ex quo illa tria cõcurrerẽt, quia hoc nõ
13 procedit, qñ hr̃s eſt grauatus † reſtituere filio ali-
quo tp̃e, uel ſub aliqua cõditione, quæ magis fa
uore filij hẽt importare diem q̃ conditionẽ, ut
in caſu d. l. Seius Saturninus. quo caſu loquũtur
Caſ.& Alex. ſed quicquid ſit de intellectu illius l.
qñ ex uerbis teſtatoris aperte cõſtat, ꝙ voluerit
prouidere filijs, ceſſat oĩs ſcrupulus per alias ll.
ſupra citatas, præter id ꝙ ẽt exiſtente cõditione
ſi ex alijs põt conſtare de mẽte teſtatoris, aliud
dicendum eſt, ut eſt tex. in d. l. ſi cui legetur. §. 1.
in fi. & ibi Bar. & in propoſito tot ſunt præſum-
ptiones & coniecturæ pro hac veritate, vt nihil
vltra deſiderari poſſit ad probandũ hãc cõcluſi.
Non ob. ẽt, quod adducebatur ex aduerſo cõ
tra doctrinã Bar. in d. l. fi. ff. de his quib. ut indig.
14 & aliorũ ſupra allegatorũ, quòd procedat, † qñ fi
des eſt accõmodata de reſtituendo incapaci, &
15 ſic in prohibitis, in qb. facile † præſumitur fraus,
l. ſi forte, ubi Bar. de caſt. pecu. et l. ſi collatione,
ubi Dec. C. de colla. quia nulla eſt rõ dñiæ, quin
illę deciſiones procedãt ẽt, qñ fides eſt accõmo
data de reddẽ. capaci, imo magis eſt faciẽda iſta
interpretatio fauore filii, q̃ fauore fiſci, qui tra-
ctat de pęnali, et odioſo lucro, iuxta. cap. odia re
ſtringi, fauores cõuenit ampliari, de re. iu. in 6. et
in hac materia Doc. ꝓmiſcue arguũt de uno ca-
16 ſu † ad aliũ, ut in d. l. q̃dã cũ filiũ, et in d. l. Lucius,
§. 1. Bal. et Are. nu. 5. in d. l. ſtis, qui ex bonis. ſed
17 et leges, quæ loquũtur de fide accõmodata † de
reſtituendo incapaci, allegãtur per Doc. ad pro-
bãdũ fiduciam in ciuilib. ad fauorem honorati,
ut allegat Rip. in d. l. in tp̃s fideicommiſſariam. §.
1. nu. 6. et 7. l. cũ qui §. fi. ff. de his, quib. ut indig.
Quæ autem etiam reſpondebantur ad conie-
cturas, pariter non militant, nam id quod ex ad

uerſo dicebatur, fiſcum potuiſſe bona auferre
adducendo haſmet rationes, quod erat fiducia
rius hæres,& ex proceſſu etiam apparet contra
riũ,quod fiſcus nõ obtinuit,tolletur ex trad.per
Bal.& alios in d.l. quidam cum filium.vbi dicũt,
18 quòd fiſcus † non poteſt auferre bona ab hære-
de fiduciario: qui licet ſit cuſtos,& nudus mini
ſter quo ad effectum,quia tenetur reſtituere om
nia,interim tamen habet ius,& nomen hęredis,
vt Bal.& Alber.not.in allegato.§.cum Pollidius.

Sic etiam nihil obeſt licentia data diſponen-
di arbitrio ſuo de illis bonis, quia illa magis
confirmat fiduciariam ſtante inſtitutione facta
de filijs,& quia non repugnat fiduciæ,quòd uel
ex eo conſtat quod etiam eo non expreſſo po-
19 teſt hæres diſponere de rebus hæreditarijs † ar-
bitrio ſuo,cum ſit effectus dominus,dicta l.cum
hæredes,in princ. ff.de acquir. poſſ.qui in re ſua
eſt moderator, & arbiter,l.ſi in re mandata, C.
manda. & taciti,& expreſſi idem eſt iudicium l.
cum quid. ff.ſi cert.pet.ſicut nulla conceſſa licen
tia,quo caſu poterat hęres diſponere,non ꝓpterea
tollitur fiduciaria,quin ſi probetur ſit faciẽda re
ſtitutio. d.l.quidam cũ filiũ,ubi Doct.ita pariter
cõceſſa dicta licentia q̃ exprimit id quod inerat,
l. tertia. ff. de legat. 1.idem eſt dicendum.

Ad id, quod reſpondebatur inſtrumento, in
quo Dominus Matthęus faſſus eſt, filios eſſe in-
ſtitutos, & eſſe ſocios in alijs bonis quàm illis
relictis, quod tunc non erat effectus dominus
irreuocabiliter per teſtamentũ, replicatur quod
fatetur filios fuiſſe inſtitutos Dom. Guid.& eſ-
ſe eius ſocios,quod nullo modo eſſet,ſi ipſe fuiſ
ſet in rei veritate hęres inſtitutus, & non eſſet fi
duciarius, nec ante reſtitutionẽ ipſi potuiſſent
eſſe ſocij in illis bonis, nec vnquam potuiſſet il-
los dicere hæredes patris, uel ſocios in illa re,
ſecundum intentionem aduerſariorum, cum vi-
uens non ex quo reſtituenda erant bona moriẽs
ẽt teſtatus minime,q̃ nec loqui nec contrahere
poterat. unde uaria eſt rñſio iſta, ſicut ẽt nullius
põderis ſunt aliæ rñſiones,q̃ nõ tollũt fundamẽ
ta nſa. & hęc quo ad fiduciariã ſatis ſint. & ſuꝑ.

Quo uero ad alium punctum de legitima de-
trahenda, nec ne, poſito quod non verſaremur
in hæredit. fiduciaria, in qua tamen nos verſari
pluſquàm certum eſt, ut ſupra & alias fuit oſtẽ-
ſum:iam ex multis comprobatum extitit, eã nul
lo modo detrahi poſſe, nec video quid adduca
tur,quod vrgeat in contrarium,nam quæ addu-
cũtur pro parte noſtra.quod qui excluſus eſt ab
Inteſtato non poteſt petere legitimam ex teſtõ
veriſſimum eſt per deciſiones adductas,& regu-
las clariſſimas,ſed id certius eſt, quando ſunt in-
ſtituti ij, qui ab inteſtato ſuccedebãt, vt in caſu
20 iſto,† & hoc etiam mihi probat deciſ. Bal.cita-
ta per D.Aduocatum aduerſarium in auth.no-
uiſſima.q.8.C.de inoffic. teſtamento. vnde cum
hic ita ſe habeãt res,vtroque caſu, quia ſemper
vocati ſunt ij, qui excludebant filias, deciſ. Bal.
decidit caſum noſtrum,quod tãto magis expreſ
ſius ſenſit Bal.in q.ſeq.num.12.qñ ij.qui ab inte
ſtato ſuccedebãt,ſunt inſtituti in aliquo,quo ca
ſu uidetur inclinare in hanc partem,in quam pe
dibus & manibus incurriſſet per ſuam regulam
ſupradictam,ſi poſuiſſet q.quando fuerunt inſti
tuti in totum;& tanto clarius,quando in totum
mater vtroq. caſu fuiſſet excluſa, ut in iſto caſu.

Quibus additur,quod cum in teſtõ Do.Mat-
thæus diſpoſuerit, quod ipſe Dñs Guido poſſet
pro libitu ſuæ uolũtatis diſponere de dictis bo
nis,eo tamen ab inteſtato decedẽte, ſuccederẽt
eius filii,non uidetur quod filiæ ipſæ poſſent un
quam hẽre legitima horum bonorum, ẽt quod
alii eſſẽt extranei,inſtituti,quia qñ quis hẽt prã-
tẽ diſponendi,uel dandi cuicunq. voluerit, is in
21 quẽ ſit diſpoſitio, † cenſetur hẽre a primo teſtato
re per l.vnũ ex familia, §.1.ff.de le.1.& ita trad.
Imo.in l.qui filium,in fi.Aret.nu.5.Alex.nu.7.&
Iaſ.nu.10.in d.l.is qui ex bonis.Cepol. caut.38.
in 4.cautela illius,vbi loquuntur,maxime Alex.
in fi.d.nu.7.qñ fuit data licentia inſtituto dandi
de bonis ſuis, cui uelit,qui proprie uidetur ca-
ſus noſter. & quod habeat talis de uoluntate te
ſtatoris,voluit etiam Ang.in allegato conſ. 159.
col.3.vbi dicit,quod cenſetur prædilexiſſe inſti-
tutos ab hærede fideicommiſſarij.

Nec eſt verũ,ut dicebatur ex aduerſo quòd il
la licentia non poſsit aliud operari,niſi quòd de
bonis ipſis poſſet diſponere, ſicut de ſuis, & ſic
non ſit data poteſtas eligendi aliquem, ut in d.
l.unum ex familia.§.1.quia imo licentia ipſa ope
ratur electionẽ,& ſic eo caſu loquitur Alex. ut
ſupra.ſed tanto fortius in hoc caſu noſtro proce
dit,ex quo ſi ipſe D.Guido nõ inſtituiſſet alium,
ſubſtituti venirent ad hẽditatẽ,quo caſu negari
nõ poteſt,quin eſſet neceſſaria electio, & inſtit.
aliorum ad eorum excluſionem.

Quod modo conſil.Ang.& Soc.92.in 3.non
probẽt intentionẽ noſtrã,ex alijs alias deductis
tollitur.Ang.n.ipſe facit ꝓ iſta parte, dũ voluit,
præferendũ eſſe ſubſtitutũ.ex quo hæres fuit te
ſtatus,ſed nõ ſecundũ mentẽ teſtatoris. ſi igitur
ſeruaſſent mentẽ teſtatoris inſtituẽdo eos, quos
charos hẽbat teſtõr, & quos vocauerat ab inte-
ſtato,quis eſt q̃ nõ affirmaret,quo ad effectũ,cõ
ditionẽ eſſe purificatã, & vocatos fuiſſe hos fi-
lios.In caſu ẽt Soc.fuerat factũ teſtm̃,ſed nõ fue
rat teſtator de illis bonis teſtatus, & tñ voluit il
lã conditionẽ,ſi inteſtatus deceſſerit,adhunc ca
ſũ extẽdi ꝓꝑ ſimilitudinẽ caſus. & licèt diuerſa
22 ſint cõtraria,† decedere teſtatus,& decedere in
teſtatus,ſimilia tñ ſunt, & ſecundũ voluntatẽ te
ſtatoris,ꝙ quis ſuccedat ab inteſtato,uel ꝙ ſucce
dat q̃a inſtituatur ex teſtõ.& certe neſcio q̃s ſa-
ni capitis autumaret, ꝙ hæc nõ fuerit ipſiſſima
mẽs huius pr̃is,ſed velle cauillationib.& nimiis
ſubtilitatib. veritatẽ obnubilare in re,in qua de
bono,

bono, & ęquo procedendum eſt, non eſt niſi per
nicioſi errare, l. ſi ſeruum, §. ſequitur. vbi latè Iaſ.
ff. de ver. oblig. & propterea iudices debent ani-
23 maduertere, ne nimium adhæreant † ſcrupulo-
ſitati, quæ non debet attendi, l. poſthumus, ff. de
inof. teſt. Neuiz. in ſylua nupt. li. 5. nu. 67. 5. pag.
Reſtat, vt duo verba dicam etiam ſuper illa li
centia diſponendi, an poſſit accipi pro diſpōne
24 inter viuos, vel in vltima voluntate poſtquā vo-
ce hic pūctus non potuit diſputari: ſcio enim ꝙ
pars aduerſa erat allegatura conſ. Rol. a Val. 62.
nu. 18. & ſeq. 1 vol. vbi latè diſputat. quando eſt
addita clauſula, pro libito volūtatis. ſed adductis
per eum non obſtantib. dico primò, quòd illud
25 verbum, diſponere, non poteſt intelligi, niſi † in
vltima voluntate, vt per Iaſ. in alleg. alijs conſil.
189. col. 2. ad fi. & conſ. ſeq. in prin. maxime pro
pter clauſulam ſubſequētem ſubſtitutionis, quę
declarat illud verbum, vt ex Rui. in conſ. 121.
nu. 4. in 2. & 86. num. 17. iuncto nu. 3. in 3. vol. cū
alijs latè ſcriptis in ſecundis allegationib. ſuper
iſto puncto quibus etiam addo eundem Rui. in
conſ. 7. num. 9. 2. vol. & quòd quando eſt appo-
ſita in teſtamento uel alia diſpoſitione illa clau-
26 ſula, de diſponendo † pro libito voluntatis, ſit
facienda illius reſtrictio, propter uerba ſubſe-
quentia, trad. Bar. in conſ. 36. pater filio, in prin.
& per totum conſil. Alc. conſ 13. circa prin. col.
6. uerſ. pro hoc bene facit, 3. vol. & Pariſ. conſil.
33. num. 60. 63. 2. col. ad fi. ubi clauſula, qua cen
ſebatur conceſſa libera poteſtas faciendi volun
tatem ſuam reſtringitur propter fideicōmiſſum
ſubſequens, & ſequitur Zanch. præter Pariſ. etiā
per eum citatum in d. §. cum ita, nu. 389.
Secundo, ēt ſi operaretur, ꝙ potuiſſet diſpo-
nere inter viuos, non tamen hoc tollit fiducia-
riam, quinimò magis præſumeretur accōmoda-
ta fides; & contracta fiducia. ſi inter viuos inſti-
tutus dediſſet, uel alienaſſet his filijs teſtatoris,
prout potuiſſet vigore d. licentiæ, quæ forte fuit
ea de cauſa conceſſa confidenter, vt ſi ſibi vide-
retur, poſſet alienare in ipſos filios inter uiuos.
27 & quod alienans inter viuos cenſeatur † tali ca-
ſu fidem accommodaſſe, trad. Bal. & alij in d. l. is
qui ex bonis, & Imo. in d. l. quidam cum filium.
colum. fi. & ſi volumus tenere, quod potuerit di
ſponere etiam in alios, cum non diſpoſuerit, ni-
hil obeſt facultas conceſſa: non enim diſpoſuit
ultra ſuam partem, ut ex computis in facto oſtē
di poteſt, & ſic inanis eſt quæſtio.
Tertio & ultimo, licèt alienauerit capitalia
pannorum & aliorum mercium, & erogauerit
pecunias in prædijs d. Guido, non propterea cē
ſetur diſpoſuiſſe de illis, ita ut bona empta ex il-
28 lis pecunijs † non ueniant in reſtitutionē fideicō
miſſi. l. imperator, §. fi. cum duob. ſeq. ubi Doct.
de leg. 2. ita in terminis tradit Bero. conſ. 101. nu
me. 9. 2. uolum. & ita apparet, quòd in omnibus
punctis iſti fratres iuſtitia, & æquitatem ma-
ximam fouent. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertazz.

In his pulcherrimis articulis fuit pro hac par
te pronunciatum.

ARGVMENTVM.

Statutum quale ſit ſeruandum in ſucceſſione ab inteſtato, & an vidua ſit ciuis & ligetur ſtatutis ciuitatis viri?

Præſcribitur quando, & quo tempore iuri adeundi hęreditatem, & quando aduerſum hanc præſcriptionem competat reſtitutio in integrum ob ignorantiam, vel excludatur ob ſcientiam?

Conſuetudo quomodo probetur, & per quos teſtes, & illa quæ eſt aduerſus ſtatutum, & quo tempore inducatur?

S V M M AE.

1 *Conſulentes decet vti breuitate.*
2 *Statuta ciuitatis dominantis ſunt attendenda in ſucceſsione ab inteſtato.*
3 *Uxor efficitur ciuis ciuitatis viri.*
4 *Quod procedit ſine dubio, cum in viduitate permanſit.*
5 *Et ligatur ſtatutis ipſius ciuitatis.*
6 *Statuta loci, in quo bona ſita ſunt, attendenda ſunt in ſucceſsione ab inteſtato.*
7 *Quod procedit etiam reſpectu iurium, & actionum defuncto competentium.*
8 *Matre excluſa, excluſi ſunt etiam filii quaſi ex infecta radice.*
9 *Filia excluſa a ſtatuto ſufficit, quòd de bonis patris, vel matris dotē habeat conſtitutā.*
10 *Filia, cui dos eſt relicta vt dotata, dicitur a ſtatuto excluſa.*
11 *Filia excluſa ab hæreditate, cenſetur etiam excluſa a legitima.*
12 *Statutum ſi non poteſt tollere legitimam, poteſt tamen minuere.*
13 *Præſcribitur ſpatio triginta annorum a tempore mortis defuncti iuri adeundi hæreditatem, & iuri immiſcendi.*
14 *Iure accreſcendi poſt lapſum temporis cohæres acquirit partem non adeuntis.*
15 *Filiusfamilias pubes in poteſtate patris excluditur ab adeundo hæreditatem aduentitiam poſt lapſum triginta annorum.*

16 *Mala fides non eſt in coherede poſsidente partem cohæredis non aditam.*

17 *Quod etiam procedit in legato, licèt acquiratur ſtatim mortuo teſtatore legatario.*

18 *Aetas non recte probatur ex aſpectu, & quando?*

19 *Iudicem oportet cuncta rimari.*

20 *Confeſsio probat contrà confitentem etiam facta per verbum, credit.*

21 *Teſtes etiam de auditu probant contra inducentem, etiam quod ſit vnicus teſtis.*

22 *Quod procedit, quando pars vidit teſtes, & in alia cauſa illos tamen produxit.*

23 *Scriptura probat contra producentem.*

24 *Quod procedit, etiã quod ſit producta in partibus ſibi fauorabilibus, ſi altera pars non conſenſit.*

25 *Confeſsioni partis ſtandum eſt.*

26 *Libello ſtandum eſt contra actorem.*

27 *Reſtitutionem qui petit in integram, tacite fatetur lapſam fuiſſe præſcriptionem.*

28 *Pręſcriptio eſt impium præſidiũ & odioſum.*

29 *Præſcriptionis exceptio eſt adeo iuſta vt præſcribentem etiam in foro poli defendat.*

30 *Et iſta exceptio eſt admittenda etiam coram arbitratore & iudice, qui ſecundum æquitatem procedit.*

31 *Reſtitutio non datur illi propter ignorantiam, qui ſciẽtiam habet facti, ex quo ius oritur.*

32 *Reſtitutio non datur regolariter mulieri & ruſtico.*

33 *Reſtitutio non petitur legatario, qui per triginta annos non petiit legatum.*

34 *Reſtitutio in integrum non datur propter iuris ignorantiam.*

35 *Ignorantia ſupina, & non iuſta, excuſat.*

36 *Reſtitutio non cõceditur propter ignorantiam illi, qui adminiſtrauit, & habuit omnia iura, & inſtrumenta penes ſe.*

37 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, nec hoc caſu poteſt ignorantia iuramento probari.*

38 *Reſtitutio denegatur, ſi pendente tempore pręſcriptionis ſuperueniat ſcientia.*

39 *Succeſsionem qui amiſit per caput vnde liberis, per lapſum temporis poteſt intra alios triginta annos ſuccedere per caput vnde legitimi.*

40 *Quod procedit, modo filius in capite vnde liberi, non habeat alios cohæredes, à quibus excludatur.*

41 *Remiſsio cenſetur facta de re ſua tribus concurrentibus.*

42 *Fideicõmiſſum, quando cenſeatur remiſſum.*

43 *Dos quando cenſeatur remiſſa.*

44 *Præſumitur quilibet ſcire iura.*

45 *Teſtes deponentes, contenta in capitulis eſſe vera, an probent.*

46 *Et cum deponant de re ſatis antiqua, ſatis eſt quod dicant, ſe ſemper ſic vidiſſe, & audiuiſſe ſeruari.*

47 *Conſuetudo ſi probatur per teſtes, non eſt opus quòd illi exprimant, nec caſus, nec perſonas.*

48 *Conſuetudo etiam contra ius, ſpatio decem annorum inducitur.*

49 *Conſuetudo interpretatiua non eſt a iudice relinquenda.*

50 *Conſuetudo non dicitur probata, niſi obtenta in contradictorio iudicio.*

51 *Quod non procedit in conſuetudine habente actum implicitum contrarium, per quem iuri communi derogatur.*

56 *Nec requiritur quod fuerit obtentum pro ea, in contradictorio ex communiori.*

53 *Conſuetudo probatur per teſtes ſingulares.*

54 *Conſuetudo vna, tollit aliam.*

55 *Reis in dubio eſt fauendum.*

56 *Expenſæ non ſunt ſolnendæ ab eo, qui propter vnam ſententiam fauorabilem habuit iuſtam cauſam litigandi.*

CONSILIVM XL

In Domino confido:

MAgnifice Domine iudex, vidi & diligenter conſideraui omnes proceſſus laborioſos, & copioſiſſimos, ac ſubtiles, tã in facto, quàm in iure allegationes Excell. Iuriſconſultorum, vtriſq. partis, in cauſa coram D.V. vertente inter Magnificum Dom. Auguſtinum de Bonhomine, Actorem appellatum ex vna. & Reuer. Patrem, fratrem Benedictũ, et ſpec. Dñm Petrum, filios quondã Dñi Antonij de Siccis, mediantib. ipſarũ partiũ procuratorib. reos cõuẽtos appellantes ex altera. vna cũ ſnia lata per magn. Dñm Vicarium Terræ Primerij, iudicem a quo, cum conſilio Excellentis iuris ut. Doct. Bonon. Dñi Ferrantis Vetii. Et longo ſtudio, et matura diſcuſſione omnes articulos ipſius cauſę exa-

examinaui, vt pro veritate, & ſecundum iuſti-
tiam conſulerem, quæ eſſe debeant partes D.V.
in iudicando, & ſententiando in ipſa cauſa. Et tã
dem in hanc ſententiam (ſententia mea) iuſtam,
& æquam deueni, ut partes ipſius ſint iudican-
di, & ſententiãdi per modum, & formam, prout
in ſine præſentis conſilij deſcribam. Et ne teme
re, & inconſultè in hanc ſententiam incidiſſe vi
dear, rationes, quibus & motus & impulſus fue-
rim ad ſic conſulendum, breuiter depromã, mul
ta ad rem parum pertinentia omittendo, ſed
ſolum neceſſaria, & quæ ſcopum ipſum imme-
diate percutere videntur, tangendo & diſcutiẽ
do, non oblitus quod tradit Aretin. in conſil. 6.
colum. 1. & conſil. 35. & in alijs conſilijs relatis
per Neuiza. in ſylua nuptia. libro 1. nu. 17. quòd
1 decet conſulentes† vti breuitate & ſubſtantiali-
ter loqui, veniendo ad rem ſine multiloquio.

Verum quia, vt ex proceſſu conſtat, bona, quę
in hæreditate quondam Dominæ Heliſabeth,
auiæ paternæ ipſorum Dominorum Reorum, &
maternæ ipſius Domini Auguſtini Actoris,
pro quibus controuertitur, tempore mortis ip-
ſius defunctæ reperiebantur tam in loco Augut
dij, ſeu Agort, territorij, ſeu iuriſdictionis ci-
uitatis Belluni, quam in loco dictæ Tertæ Prime
rij ſeparata iuriſdictione, quæ quidem loca di-
uerſo iute municipali reguntur, propterea a cla
riori articulo initium faciẽdo, primò operępre
cium eſt videre, quid iuris de ſucceſſione bono-
rum eo tempore exiſtentiũ in territorio, uel iu
riſdictione ipſius ciuitatis Belluni eſſe debeat, &
an ad eorum ſucceſſionem ipſe Dominus Augu-
ſtinus nepos ex filia poſſit admitti, & ſubinde
de reliquis bonis diſſeremus.

Quod igitur attinet ad hoc primũ dubiũ, faci
le ſoluitur, ſi quidem dubium non eſt in ſucceſ-
ſione defunctæ reſpectu horum bonorum atten
2 denda eſſe ſtatuta ciuitatis† dominantis, vt com
* muniter * concludunt Doct. in l. 1. C. de ſum. tri.
ſi. cath. & tanto magis, cum Domina Heliſabeth
ipſa, de cuius hæreditate agitur, erat ciuis ipſius
ciuitatis ex ciuilitatis priuilegio viri, quem fuiſſe
ciuem illius ciuitatis oſtendunt quàmplura in-
ſtrumẽta in cauſa producta, & in cõfeſſo eſt uxo
3 rem† effici ciuem ciuitatis uiri. gl. & Bart. in l. ci-
ues. C. de incol. lib. 10. Bart. in l. fin. §. item reſcri
pſerunt mulierem, ff. ad municip. Soc. conſi. 36.
2. col. 1. vol. & gaudet priuilegijs viri. l. fęminæ.
ff. de ſenat. l. mulieres. C. de incol. lib. 10. tradunt
omnes in l. cũ quędam puella. ff. de iuriſd. omn.
indi. quod ſine dubio procedit, cum permanſe-
4 rit† in uiduitate, l. fin. ubi Barto. C. de bon. mater.
l. quoties. & ibi etiam Bar. C. de priuil. ſchol. lib.
12. & d. l. mulieres. Socin. conſil. 81. in princ. 3.
uol. Cagn. in d. l. cum quædã puella. nu. 5. & liga-
5 batur† ſtatutis ipſius ciuitatis. Bal. conſ. 439. nu.
4. in 4. Socin. in d. l. cum quædam puella. nu. 3.
Imo. in conſil. 73. in caſu propoſito, col. fin. & in
terminis Socin. iun. conſi. 12. in 3. uolum. Et re-
** ceptiſſima eſt ſententia tenentium in ſucceſſio
ne ab inteſtato, attendenda eſſe ſtatuta loci, in
6 quo bona ſunt† ſita, ut tradit Alex. in conſ. 16. 1.
volum. Curti. iun. conſ. 5. num. 42. & Rub. Alex.
conſ. 71. ad fin. Brun. late in tract. Quod ſtantib.
maſculis fœminæ non ſuccedant, octauo artic.
q. 2. Ruin. conſ. 48. in 3. vol. Gozadin. conſ. 49. 2.
col. & Cagnol. in l. fi. nu. 184. de pact. Quod non
tantum procedit reſpectu bonorum mobiliũ, &
immobilium exiſtentium in loco ſtatuti, ſed etiã
reſpectu iurium, & actionum defuncto compe-
7 tentium, cum cenſeantur † eo in loco eſſe, vbi
exactio fieri poteſt, vt tradit Lap. allegatione 91.
nu. 8. Cardin. in c. fin. de conſuet. Petr. de Rauen
na, in tract. de conſuetu. num. 159. & Rochus de
Cur. in eo. ſimili tractatu, num. 735. Alex. d. con-
ſil. 16. ad fi. Rub. conſi. 136. num. 2. Brunus. dicto
octauo artic. quæſtione 26. num. 137. Gozadin.
d. conſil. num. 14. Cagnol. d. l. fin. num. 185. & Ti
raquel. in tract. de Retrac. titulo 1. §. 36. gl. 3. nu.
15. & ſequen. Ex his igitur conſtat reſpectu bo
norum tempore mortis Dominæ Heliſabet exi-
ſtentium uere, vel interpretatiue in iuriſdictione
dictæ ciuitatis Belluni ſtandum eſſe diſpoſitio-
ni ipſorum ſtatutorum de huiuſmodi ſucceſſio-
ne diſponentium, quod admittunt etiam Magn.
Aduocati Domini Auguſtini. At in propoſito,
cum ex forma ſtatuti ipſius ciuitatis ſub Rubri-
ca, de ſucceſſionibus, & mittendis in poſſeſſio-
nem, &c. tranſmiſſi ſancitum ſit etiam in hæredi
tate matris filios maſculos, filias fæminas exclu
dere debere, & ex eis excluſis maſculos ſuccede
re, & idem uidetur etiam decidere aliud ſtatuũ,
etiam tranſmiſſum, ſub Rub. quod filię, et neptes
dotentur. Non uideo quomodo in his bonis po
tuerit Dominus Auguſtinus nepos ex filia ad-
mitti cum Domino Antonio filio maſculo ip-
ſius Dominæ Heliſabeth. Et licet ſtatutũ ipſum
non loquatur expreſſe de excluſione nepotum
maſculorum ex filiabus fæminis, tamen excluſa
8 †matre, etiam filius ex ea natus, quaſi ex infecta
radice cenſetur excluſus, ut declarat Caſtren. in
conſilio 339. Præſuppoſito, quod dictum ſtatu-
tum. in antiquis, alias 91. ſecundo uolumine, in
nouis, et late examinat Brun. in dicto tract. 6. ar
ticulo 3. memb. prima quæſt. num. 89. et ſeq. &
tenet Socin. iun. conſil. 69. num. 25. 3. uolu. ſicut
etiam nihil facit, quod de bonis maternis Dña
Marietta, mater Dñi Auguſtini nõ fuerit dotata.
quia ſtatutum excludit filiam, etiam ab hæredita
te matris, et ſi tantum ex bonis patris dotata ſit,
ut ex utroque ſtatuto tranſmiſſo aperte conſtat,
9 quo caſu ſufficit ex bonis † alterutrius fuiſſe ſibi
dotem conſtitutam, ut declarat Caſtr. in dicto
conſil. et idem tradit Laurenti. de Pallat. in tra-
ctatu ſuper ſimili ſtatuto, quòd ſtantibus maſcu-
lis fęminæ non ſuccedant. num. 146. uerſic. ſi ue
ro ſtatutum. Idem Campeg. in tracta. conſimili,

alias tract.de dote, q.44. An filia.& Brun.dicto
met tract.octauo artic. q.14.num.53. Dotatam
modo in propoſito fuiſſe Dominam Mariettam
in bonis patris negare non poſſumus,cum pater
libras trecentas in ſuo teſtamẽto,in cauſa appel
lationis producto, eidem pro dote reliquerit,
10 quæ poſtea nupta fuit, & propterea † dicitur vt
dotata excluſa,Bar.in l.Titio centum.§.Titio ge
nero.& ibi etiam Caſtren. ff.de condit.& dem.
Brun.late in d.tract.6.artic.7.q.num.213.& ſeq.
& ſtante ſecundo ſtatuto ſupra citato,mandan-
te filiam dotari, tollitur omnis diſputatio,quę in
ter Doctores in locis prædictis fieri conſtat, &
clara reſultat concluſio, vt reſpectu iſtorum bo-
norum his ſtatutis ſuppoſitorum Dñs Auguſti-
nus non potuerit cũ auunculo ſuccedere. Quod
procedit etiam reſpectu legitimę,cum filia exclu
ſa ab hæreditate,cenſeatur etiam excluſa a legiti
11 ma,vt comprobat † pluribus rationibus,& au-
ctoritatibus,Brun.dicto tract.9.articulo,quęſtio
ne prima.num.21.& ſequen. Et licèt aliqualiter
12 dubia ſit opinio,an ſtatuta † poſſint in totum tol
lere legitimam, de quo per Deci.in l.iura ſangui
nis. ff.de reg. iur. tamen quod poſſint minuere,
certiſſimum eſt, ut per Cagnol. ibi. numero 10.
* & eſt communis opinio, * & frequentior Do-
ctorum ſentẽtia,ut tradit Didac.Couarru.Hiſpa
nus in epito.in quartum Decreta.2.par.§.ſexto.
c.8.num.5.& Bapt. a Villalobos in ſuis commu
nibus opinionibus,in uerſi.legitima.num.62.&
cum ſtatutum propter dotem habitã a patre ex-
cludat filiam in totũ ab hæreditate matris,quod
facere poteſt,vt ex deciſionibus ſupra citatis li
quet, videntur ſtatuẽtes habuiſſe ambo patrimo
nia pro vnico patrimonio,ex quo voluerunt vni
cam tm̃ dotẽ, & non vltra conſequi poſſe, quo
caſu nihil vltra petere poteſt,vt ſuprà:& cum hic
agatur de ſucceſſione in hæreditate ipſa per ne-
potem ex filia excluſum, vt ſupra. clara reſultat
concluſio reſpectu horum male fuiſſe conſul-
tum & iudicatum.

Nũc videamus, an Dñs Auguſtinus reſpectu
bonorum ſitorum vere,vel interpretatiue,ut ſu
pra in Terra,vel territorio Primerij,vel alibi,vbi
non vigent dicta ſtatuta ciuitatis Belluni, poſſit
admitti? In quo articulo examinandæ,& diſcu-
tiendæ ſunt tres exceptiones appoſitæ pro par-
te Reorum,quarum duæ ſi ſunt veræ, & proba-
tæ,reſpiciunt etiam reſolutionem cauſæ ad fauo
rem Reorum, reſpectu quorumcumque bono-
rum ubique exiſtentium, tertia vero ſolum bo-
na Primerij concernit. Prima eſt præſcriptio-
nis triginta annorum. Secunda eſt tacitæ re-
miſſionis & repudiationis. Tertia eſt ſtatuto-
rum vel conſuetudinis excludentium fęminas
propter maſculos in dicto loco Primerij obſer-
uantiæ probationis.

De prima igitur præſcriptionis ſcilicet differẽ
dum eſt,quæ altiorem, & ſubtilem exigit indagi
nem. In qua primo non eſt dubitãdum, quin ſpa
tio triginta annorum a tempore mortis defun-
cti præſcribatur iuri adeundi hæreditatem, tam
etſi aliqua fuerit controuerſia in iure immiſcen
* * di, in qua etiam frequentior * * eſt Doctorum
13 ſententia,quod præſcribatur † eodem ſpatio, vt
tradunt omnes in l.licet. C. de iu.deliber. Cor.
in conſil.211.litera, C.2.vol.late Balb. in tract.
præſcrip.4.parte.4. partis principalis,quæſt.19.
Tiraquel.qui plures copioſe, more ſuo, citat in
repetitione l.ſi umquam,in uer.Reuertatur.nu.
392. C. de reuoc. donatio. & Bap. à Villalob.in
ſuis communibus opinionib. in uer.hæreditas.
nu.30.quam ſentẽtiam tenẽt etiam quàmplures
alij,qui inferius ad alia propoſita citabuntur,&
quam de plano fatentur Mag. Aduocati utriuſq.
partis, & Excellens Conſultor prędictus, ſicut
etiam dubium non eſt, ex lapſu ipſius temporis
14 partẽ nõ adeuntis † acquiri cohęredi adeũti per
ius accreſcendi, ut tradit Angel. in conſil. 241.
Dñs Bernardinus,2.col. Comen.conſil.29.qui-
dam Gionterinus.num. 1. Alex.conſil. 73.pun-
ctus.1.col.5.uol.& conſil.172.nu.3.& ſeq.in 6.
vol.& Corn.conſil.305.col.fi.in 3.vol.Quę con
cluſio procedit etiam in filiofamilias pubere in
15 poteſtate patris exiſtente, qui eo † tempore ab
hæreditate aduentitia excluditur,cum illam etiã
patre inuito,uel ignorante adire poſſit,ut eſt cõ
* munis * opinio Doctorũ,cum gl. Angelo tamen
& Iaſone reclamantibus,in l.1.C.qui admit.quæ
optime probatur in l.fi.in prin.& §.1.C.de bon.
quæ lib.ubi etiam Doctores,& in indiuiduo hoc
tenuit Bar.in conſ.allegato 129. quidam habuit
quẽ ſequũtur Bal. in d.l.1,vigeſimaprima oppoſi
tione.num.21.& Cor.col.quinta, & idem etiam
uidetur in effectu tenere Bald.in conſi.168.Pro
ponitur. nume. 2.& numero 45.uolum. Et quę
etiã concluſio ampliatur procedere etiam quòd
cohæres haberet ſcientiam,quòd hæreditas pro
parte ad fratrem, vel ſororem, vel quemcunque
16 alium pertineret,quia cum † nullum ius compe
tat ante aditionem, non poteſt dari mala fides
in poſſidente, Corn. d.conſil. 211. colum. fi.in
2.& Socin. conſil.63. col.3.in 1.uol. & ante eos
tenuit Bal.in conſil.386.quidam M.deceſſit.nu.
7.5.uolum. Rip.in d.l.ſi umquam.43. quæſt.nu.
112. ſed firmius idem tenet in l.fin. 69. q.num.
233.eo. titulo.C.de reuoc donat. Pariſ.conſilio
7.num.26.in 1.& conſilio 16.num.134. in 2. &
conſil.32.num.16.in 3.Balb.d.trac.de præſcrip.
2.par.3.partis principalis,quæſtione 13.3.limi-
tatione,num.9.& in 5.parte. quintæ partis prin
cipalis.3.q.num.3.Neguſan.in tracta.de pigno.
& hypothe.6.par.2.membro,col.fi.num.29. &
Tiraquel.in d.uer.Reuertatur.num.391. Quod
etiam procedit in legato, quod tamen acquiri-
17 tur ſtatim mortuo teſtatore legatario, † ſecundũ
opinionẽ Ancha.citatã per Doct.in locis præal
* legatis,quæ eſt cõmunis, * ut per Cagnol. in l.a.

q.7.num.79. C.de pac. inter empt.& vendit.&
quam etiam ſequitur Pariſ.in conſ.49.nu.34. in
2.vol. Et cum iſti Rei ſucceſſerint in factum pa-
tris, breui tempore poſt mortem matris defun-
cti, in hoc vltimo puncto nulla eſt difficultas, ſed
tota difficultas conſiſtit in hoc, an cõcludenter
ex proceſſu conſtet poſt pupillarem ætatem Do
mini Auguſtini Actoris lapſum fuiſſe ante iudi-
cium motum, tempus prædictum triginta anno-
rum, quod erat ex parte reorum probandum, ut
rectè firmauit Excellens D. Conſultor, quod ta
men ipſe negat fuiſſe probatum, & in hac diffi-
cultate, quia teſtes examinati pro autore coram
arbitris, non videntur inuicem conuenire, cùm
aliqui dicant, ipſum tempore mortis auiæ fuiſſe
ætatis annorum ſeptem in octo, & aliqui etiam
decem. Præterea iſti teſtes non deponunt, niſi
de eorum iudicio, ex aſpectu pueri, vel impube-
ris tunc apparente, quo caſu eorum teſtimonia
18 no bene probarẽt† ętatem ipſius, ſecundum no.
practicam, & theoricam traditam per Bart. in l.
de ætate.nu.10.ff.de minori. cum quo alij tran-
ſeunt. propterea vlterius eſt perquirendum, vt
veritas habeatur, quia oportet iudicantem cun-
19 cta rimari, & ordinem † rerum plena inquiſitio
ne diſcurrere, ut docet ſummus Pontifex in c.iu
dicantem, in prin.30.q.5. inuenio igitur in pro-
ceſſu, primò Dominum Auguſtinum Actorem
confeſſum fuiſſe reſpondendo poſitionib.31. &
32. in proceſſu cauſæ principalis, fol.198.2.fa-
cie, ſe natum fuiſſe uiuente Dom. Ioanne Vine-
dega, & ipſum Dom. Ioannem viuentem pluries
ſcripſiſſe Domino Laurentio eius patri, ut ſalu-
taret, vel oſcularetur ipſum Auguſtinum eius fi
lium, nomine ipſius ſcribentis. Dubium autem
non eſt, quin hæc confeſſio probet contra Do.
20 Auguſtinum, etiam quod per verba, † credit, ut
ponitur, facta fuerit, ut tradunt Doctores in l.2,
§.quod obſeruari.vbi Aret.num.2. C.de iureiu.
propter cal.præſti. & tradit Maran.in Speculo
aur.in 2.par.quarto actu, nu.14. ſi igitur ex pro-
ceſſu appareat de tempore mortis ipſius Domi-
ni Ioannis, ſatis apparebit de veritate ætatis ip-
ſius Domini Auguſtini Actoris. at in propoſito
id apertè videtur conſtare ex pluribus teſtibus
examinatis pro parte ipſius Actoris, coram ar-
bitris, & maximè ex ſeptimo teſte, fol.101. vbi
deponit, ipſum obijſſe de an.1510. vel 1511. in
circa in carcerib. Venetis, & inferius, fol.106,
affirmatiuè loquitur abſque illa dictione, circa,
de obitu altero ex dictis annis 1510. vel 1511.
idem deponit decimus teſtis, fol.116. ipſum de-
ceſſiſse de anno 1511. in circa. & dicit teſtis po-
ſtea, uidiſse eius ſarcophagum Venetijs, de audi
tu etiam mortis ipſius Ioannis tempore belli Ve
netijs, dùm eſſet carceratus, deponunt primus
teſtis, fol.83.& tertius, fol.87. Ex quibus teſtib.
ſatis uidetur probatum tempus mortis ipſius
Ioannis, maximè quia fuerunt inducti ab actore,
21 quo caſu† probant de auditu, uel credulitate de
ponentes contra ipſum, per tradita per Crauet.
conſil.201.num.7. vbi alios citat, & Sociu.iuni.
qui vult etiam vnico teſti hoc caſu credendum
eſſe, in conſil.69.num.11.& ſequen.1.vol.& cla-
riſsime procedit hæc ſententia, quando pars iã
uidit teſtes, & percunctata eſt, & illos in alia cau
22 ſa producit, ut in caſu† iſto factum fuiſſe cõſtat,
ut tradit not. Crauet. in trac. de Antiquit. tẽpor.
1. par §. quæritur etiã. nu. 14. ultra quod extat
etiam teſtimoniũ Dñi Bartholomęi Doionj exa-
minati ad inſtantiam reorũ in cauſa appellatio-
nis, qui deponit de morte dicti Dñi Ioãnis, de an
no 1510. uel 1511. ad ſummũ. Idem etiam aper-
tè uidetur conſtare ex atteſtatione illa, ſeu lit-
teris patentibus factis de anno 1521. in proceſ-
ſu productis per Dñm Actorem, fol.175. in qui-
bus dicitur expreſſe, quòd ipſe Dñs Ioannes
obijt in dictis carceribus, anno 1511. die 19. Se-
23 ptembris, quæ quidem ſcriptura† probat contra
producentem, ut per omnes in c. cùm uenerabi
lis. de exceptio. etiam ſi eſſet minus ſolemnis, ut
late tradit Craue. dicto tract. 1.par. ſectione, ſeu
§. incipi. viſo de verbis enuntiatiuis.nu.36.& nu
me.42. Quod procedit, etiam quòd fuerit pro-
ducta per Actorem in partibus pro ſe tantùm
facientibus, cùm maxime altera pars non con-
ſenſerit, & illam etiam produxerit in partibus ſi-
24 bi† fauorabilibus, ut in proceſſu, fol.209. ut per
Deci. in d.c. cùm uenerabilis, nu.22. Pariſ. conſ.
125.nu.20.& 22.1.uol.& late Crauet. loco præ-
allegato. num.72. ex quibus concludendum eſt,
non poſſe negari, conſtare ipſum Dominum Au
guſtinum ſaltem in lucem proditum, & natum
fuiſſe de dicto anno 1511.& per conſequens de
anno 1525. expleuiſſe annum decimumquartũ,
& pupillarem ætatem exiuiſſe, quo fit ut ſiue Do
mina Heliſabeth eius auia materna obierit de an
no 1523. ut in atteſtatione, ſeu fide mortis ip-
ſius producta in proceſſu cauſæ principalis, fol.
248. ſiue, ut aliqui teſtes dicunt, de anno 1524.
præſcriptio cęperit currere Domino Auguſti-
no facto adulto, ſaltem de anno 1526. & cum
de anno 1558. de menſe Septembris, fuerit cę-
ptum iudicium, negari non poteſt, quin nedum
xxx. ſed trigintaduo anni, ante ipſum iudiciũ ef-
fluxerint, & ſic præſcriptio ipſa fuerit tranſacta,
& elapſa, ac finita, & perfecta, quidquid dixerint
teſtes, qui ignorauerunt pręciſum tempus ętatis
actoris, & non poſſunt concordari cũ cõfeſſione
25 partis, cui omnino † ſtandum eſt, vt ſupra, iuxta
no. per Fel. in c. cum tu. nu.9. de teſtib. Doct. in l.
2.§. creditum. ubi Soc. nu.14. ff. ſi cert. pet. Quod
ẽt ſatis uidetur conſtare, cum de anno 1515. die
13. Ian. ipſa D. Heliſabeth, ut hæres d.D. Ioannis
eius mariti ſoluit in tot bonis hæreditarijs Do.
Laurentio patri Do. Auguſtini pro dote matris
ipſius D. Auguſtini antedictæ Rainen. 400. ſibi
promiſſos per dictum quondam Do. Ioannem,

vt in inſtrumento ſuperinde celebrato,& in alia
manu,Rainen.300. & li.4.pro ſuo ſalario,pro tē
pore, quo inſeruiuit dicto quondam Domino
Ioanni, quod oſtendit, longè antè fuiſſe defun-
ctum Dominum Ioannem, cum ſtatim ſequuta
morte non ſit veriſimile pro tàm magnis ſummis
ſatisfeciſſe creditoribus, tum etiā,quia interme-
dia fuit mors Magdalenæ filiæ Domini Ioannis,
26 ut fatetur actor in ſuo libello, † cui contra ip-
ſum ſtandum eſt.l.cum precum. C.de liber.cau.
Doct.in l.2.C.de inſti.& ſubſtit.ſub conditi.fact.
& in d.c.cum venerabilis.quo fit,vt cum verum
ſit, Dominum Auguſtinum natum fuiſſe viuēte
Dño Ioanne,ut ſuprà,neceſſario concludēdum
ſit ante motum præſens iudicium,etiam coram
arbitris de anno prædicto 1558.fuiſſe perfectā
præſcriptionem prædictam annorum triginta,
qua iple fuit excluſus.Pro quo ēt fuit petitio re
ſtitutionis in integrum facta per Dñm Actorē,
27 qua tacitè cēſetur fateri lapſam fuiſſe dictā† præ
ſcriptionem.vt tradit Io.de Amic.conſ.48.nu.9.
quæ duo vltima ex ſuperabūdāti, & nō ut neceſ
ſaria volui addūxiſſe,non quod eis ſit opus,cum
ex ſupraſcriptis ſatis,& ſup veritas ſit cōproba-
ta.Nec fuit animaduerſum per clariſs.Dñm Cō
ſultorem ad has confeſſiones Dñi Auguſtini ad
dictas poſitiones,tertiam, & trigeſimamſecūdā,
quod ſatis conſtat ex tenore ipſius conſilij deci
ſiui,in quo obijcitur de huiuſmodi confeſſionib.
hiſmet poſitionibus factis,& tamen in reſolutio
ne,& etiā in obiectione ipſa apparet fuiſſe æqui
uocatum,quia de reſponſione facta ad ſeptuage
ſimamprimam poſitionem verba facta fuere, in
qua de poſſeſſione reorum ponebatur,ex quib.
non leuis colligitur error Excell. Dñi Conſulē-
tis,qui pręnimia temporis anguſtia forte lapſus
fuit, cum alioqui ſit vndique uir iudicioſus,nec
ſatis vmquam cōmēdatus,in cuius ſnīam libēter
cōcurriſsē,ſi ſalua iuſtitia.& conſciētia potuiſsē.

Nec etiam obſtanr rationes,quib.motus fuic
ipſe Excellens Conſultor ad excludēdam hanc
exceptionem præſcriptionis:nam ad illud gene
28 rale,ꝙ ſit impiū†pręſidium,& odioſum,in Auth.
vt ecc.Roma.circa medi.ſatis rñdet.l.proſpexit.
ff.qui & a quib.manum.quia,etſi lex dura,tamen
eſt ſeruanda;& exceptio pręſcriptionis eſt adeo
29 iuſta,vt etiam pręſcribentem†in foro poli,& in
animę iudicio defendat,vt latè cōprobat Didac.
Hiſpan.in repeti.c.poſſeſſor malæ fidei.3.par.§.
2.de reg.iur.in 6.& ibi nu.4.oſtendit coram arbi
tratore,& iudice, qui ſecūdū ęquitatē procedit,
30 hāc exceptionē admittendā†eſſe,cum habeat iu
ſtitiæ,& æquitatis rationem,& ſit vtilis Reipub.

Secundo non ob. ꝙ ſaltē Dñs Auguſtinus ex
clauſula,ſi qua mihi iuſta cauſa, &c.de qua in l.
1.ff.ex quib.cauſ.maio. ob ignorantiam venirer
reſtituēdus aduerſus huiuſmodi lapſam præſcri
ptionem,quod fundamentū mouit ualde ipſum
Magn.Dñm Cōſultorem,ut in ſuo conſilio,quia
in hoc etiam fuit erratum: ſi quidem ipſe Dñs
Auguſtinus numquam ignorauit factum,ſ.hære-
ditatem per mortem auiæ ſibi fuiſſe delatā, quia
ipſemet fatetur,reſpondendo,ſ.poſitioni in pro
ceſſu primo,fol.200.ipſum ſemper habuiſſe noti
tiam de morte auiæ prædictæ,quæ cōfeſſio pro-
bat, vt ſupra.

31 Et quando quis ſcientiam†habet facti,ex quo
ius oritur.l.ſi ex plagis.§.in clino.ff.ad leg.Aqui.
nō eſt expeditum, ꝙ propter ignorantiā tantum
iuris detur reſtitutio.nec Bart.in l.1.§.ſi quis au-
tem.ff.de itin.actuq; priua.vel Balb.in tract.præ
ſcriptio.4.par.4.partis principalis,loquuntur in
ſciente factum,& ignorante ius:ſed quādo quis
ignorat ius ibi cōpetere,quod procedir ex igno
rantia facti,ex quo (ut dixi) oritur ius, & de iſta
ignorantia loquūtur paſſim Doctores.imò Balb.
ipſe in loco pręallegato,num.9.ex Bal.diſtinguit
non dari reſtitutionem,niſi propter ignorātiam
facti,& hoc caſu etiam loquitur Bal. de aditione
hæreditatis,in d.l.1.24.oppoſit.nu.24.C.qui ad
mir.& hoc caſu etiam loquitur Durant. in allega
ta cautela 6.nu.3.in 11.tit.ſui tract.de Arte teſt.
ſola enim ignorantia iuris, non autem facti,non
præbet iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum
aduerſus tranſactam præſcriptionem, maxime
cum non ſimus in muliere,uel ruſtico, in quibus
* etiam res habet difficultatem,& eſt communis*
32 opinio,ꝙ non detur†regulariter,vt tradit Ioan.
Mauritius in tract.de reſtitu.in integ.c.82.maxi
me quando quis peritiores conſulere potuerit:
hoc.n.caſu,& ruſticus, uel mulier non iuuatur,
ut per eum ibi,c.84.& ſeq.& in eo, qui ſciuit le-
gatū ſibi factū, & non petijt per triginta annos.
33 quod reſtitutio ſibi nō eſſet†cōcedenda, tradit
idē Mauriti.in c.74.ſecus vero,ſi ignoranir hęre
ditatē ſibi delatā,quia tunc daretur reſtitutio,ut
per eumdem in c.387.quod non fuit in caſu iſto
propter ſcientiam mortis defunctæ,vt ſupra.Idē
34 etiam, ꝙ propter iuris ignorantiam† non detur
reſtitutio in integrū,tradit Imola,& Caſt.ac alij,
in l.Clodius.quæ eſt l.anrepen.ff.de acquir.hær.
& ꝙ non detur,etiam in indiuiduo tener Craue.
qui pluribus rationib. comprobat,in conſ.225.
nu.9.& ꝙ iuris ignorātia non præſumatur,& da
ta etiam ignorantia ipſa,illa non ſit ſufficiens ad
reſtitutionem concedendam aduerſus præſcri-
ptionem,tradit Ruin.conſil.139.num.17.2.vol.
Quod etiam ex alio tollitur,quia in caſu iſto non
poteſt dici,iuſtam fuiſſe ignorātiam etiam facti,
ſi de ea eſſet dubitandum, cum ſupina, & alias
35 nō†iuſta nō excuſet, ut late tradit Fely.& alij,in
c.vigilanti,nu.5.col.3.de præſcriptioni.Crau.d.
trac.de Antiqui.tempo.4.par.§.materia iſta,nu.
50.71.& Didac.d.3.par.§.3.nu.3.& alij in alijs
locis. Et in propoſito illa non eſt iuſta ignoran-
tia, etiam facti, quando quis adminiſtrauit bo-
na.& patrimonium eorum hæredum,qui tenen
tur ad aliquid ſuluendum, uel dandum admi-
niſtran-

niſtranti, & habuit omnia iura, et inſtrumenta
penes ſe.hoc enim caſu propter ignorantiã non
36 poteſt concedi reſtitutio,†ut ad propoſitum tra
dit Petr.de Anchar.in conſ.163.viſo proceſſu.lo
37 quens in coniuncto,qui præſumitur†ſcire facta
coniuncti,colum.3. 2.volum.Pariſ.conſ.17.nu.
139.2.volum.ſequitur Marc.Anton.Nat.in con
ſil.162.ad fi.& conſi.230.num.5.Nec video,vbi
ſit probata iſta ignorantia,quæ non præſumitur,
vt ſupra;nec poteſt etiam iuramento probari,
ſed debet probari per fortes, & efficaces conie-
cturas, & pręſumptiones, ut per Crau.d.tract.4.
par.§.materia iſta,num.62.& 72. Natta,d.conſi.
230.num.6.& Didac.ad finem repetitio.dicti c.
poſſeſtor malæ fidei. Et cum reſtitutio denege-
38 tur,†ſi pendente tempore præſcriptionis ſuper-
ueniat ſcientia, ut probatur in l.ſi ab hoſtibus.
§.fin.cum l.ſequen.ff.ex quibus cau.maio.& tra
dit Didac.d.§.3.num.3.pag.3.quanto magis de
bet denegari,ſi(vt ipſe Dominus Auguſtinus fa-
tetur) ſemper habuit ſcientiam de morte auiæ,
ex qua hæreditas ipſius ei poterat, ſecũdum eius
intentionem,pro dimidia deferri. Ex quibus ſa-
tis, & ſuper tollitur fundamentum,quod in reſti
tutione concedenda fieri poterat.

Tertiò nihil facit alia ratio conſiderata per
ipſum Magn.Dominum Conſultorem, quòd li-
cèt præſcriptio eſſet elapſa triginta annorum,in
quibus Dominus Auguſtinus non adiuerit hære
ditatem auiæ, tamen ipſe potuerit excluſo capi-
39 te vnde liberi,ſuccedere per caput†vnde legiti-
mi intra alios triginta annos, per tradita per Do
ctores in d.l.licet, & latè per Gozad.in conſ.56.
num.7.& Bulb.d.19.quęſt.num.6. quia illæ deci
ſiones ſunt cum grano ſalis,non indiſtinctè intel
ligendę:procedunt enim,quando filius excluſus
a capite vnde liberi,non habet alios cohæredes
in eodem gradu,qui illum excluſerint:quia licèt
vincat alios agnatos remotiores, & ipſos exclu
dat,ſecus tamẽ eſt in fratre, vel alio deſcenden-
40 te in pari gradu exiſtente, † quia eo caſu ab ipſo
excluditur. ita declarat Angel. in d.conſil.241.
2.colum.Corn.in d.l.licet.& in conſil.prællega
to 211.colum.2. ſecundo uolum.Soc.d.conſil.
63.colum.3.in 1.volum.Gozad.in conſil.80.nu.
6.& idem etiam declarat in allegato met conſil.
56.nu.13.verſic.nec obſtat quòd ipſa. ad quod
non fuit animaduerſum. ubi in caſu illo contra-
rium tenet,quia non extabant alij deſcendentes
defuncti, quibus extantibus tenet opinio Soc.
in d.conſil.quem ipſe ſupra citauit,num.5.idem
etiam tenet Cagnol.poſt alios ibi, num.19.& ſe-
quen.& Riminal.iun.nu.153.in l.unica. C.quan-
do non petenti.par. idem tradit Socin.iun.con-
ſil.14.num.10.in 3.uolum. & eſt communis opi
* nio,* ut per Bapt.a Villalob.in ſuis communib.
opinio.in uerſ.hæreditas, nu.30. Conſtat igitur
ex ſupra deductis apertè, exceptionem præſcri-
ptionis obſtitiſſe,& obſtare Domino Auguſtino
agenti,& per conſequens etiam reſpectu omniũ
bonorum ubiq; exiſtentium,ipſum non potuiſ-
ſe obtinere : qua reſolutione ſtante non eſſet
opus quærere, vel diſputare quoad cęteras duas
exceptiones : ſed tamen, vt conſtet etiam quid
iuris ſit in eis,diſcuſſionẽ ipſarũ omittere nolui.

Secunda igitur exceptio remiſſionis, & repu
diationis præſumptæ hæreditatis pro ſua dimi-
dia pertinentis dicto Domino Auguſtino, ſatis
eſt etiam fundata,& iure cõprobata: cum enim
concurrerint illa tria copulatiuè in hoc caſu, de
quibus in l.Procula. ff.de proba. coniunctio per
ſonarum, ratio ſæpius calculata, & quod longo
tempore ſtetit,quòd ſuum nõ petierit, cenſetur
45 †remiſſio facta.vt per Bar.& omnes ibi. & in iſta
quæſtione ad propoſitum tradit Bart.in aliquib.
lecturis poſt Iacobum de Arena,in l.recuſari, &
ibi ſequuntur Ang.& Imola. ff.de acquir.hæred.
& Comenſ. in conſil. ſupra allegato 29. nu.1.&
42 in remiſſione † fideicommiſſi latè tradit Dec. in
conſi.267.colum.3.num.3.& in dote,quòd cen
43 ſeatur†pariter remiſſa,Soc.iun.conſil.14.nu.20.
in 3.uolum.& opinionem illam Bar. in his termi
nis approbat Rui.modo hęc tria copulatiuè con
currant,in conſ.162.nu.9.& 10.3.vol. In propo
ſito aũt hæc tria interuenerunt, ſilentium nedũ
longi,ſed longiſſimi tpis: coniunctio ſanguinis,
& ratio ſæpius calculata,vt in proceſſu.Sed(qđ
plus eſt)emptio facta ab ipſis poſſidẽtib.res hęre
ditarias de ipſiſmet reb. hæreditarijs, & ſolutio
eis facta in redditione rationũ, q̃ idẽ operantur,
prout in caſu Bar.& aliorũ in d.l.recuſari,operatẽ
illud,quod filia aliquid petierit a fratribus, tam-
quàm de rebus eorum,in quib. illa ius haberet.
Et licèt Magn. Conſultor voluerit in ſuo conſi-
lio hanc deciſionem euitare, adducendo,quòd
præſumitur Dominus Auguſtinus ignoraſſe jus
ſuum:quo caſu non habet locum illa deciſio, &
maximè quia ſucceſſit in adminiſtratione pater-
na,tempore eius pupillaris ætatis cæpta. tamen
rei veritate non eſt ſublatum dubium: quia cum
Dominus Auguſtinus ſciuerit factum, non præ-
ſumitur etiam fuiſſe ignarum iuris, ut ſupra di-
44 ctum fuit,& quilibet†præſumitur ſcire iura.l.le
ges ſacratiſſimæ. C.de legi.Alci.in tract.p̃ſumpt.
3.reg p̃ſumpt.31. Et licet poſſet forte habere ali
quam excuſationem tp̃e vitæ patris: cum tñ ab
anno 1541.quo obijt pater, vt dicunt teſtes exa
minati,per 17.annos,& ultra non petierit,& cũ
dictis hæredibus contraxerit,litigauerit, & bo-
na ſua adminiſtrauerit,eis ſoluendo pecunias,&
emendo de bonis hæreditarijs: certè non uide-
tur iuridicè ſatisfactum dictæ præſumptioni.

Supereſt tertia exceptio de ſtatutis, vel con-
ſuetudine excludentibus fœminas propter ma-
ſculos, quam non negauerim habere difficulta-
tem reſpectu obſeruantiæ ſtatutorum, quibus
Terra Primerij fuerit ſuppoſita, vel comitatus
Tyrolis, vel ciuitatis Feltri, a quà ſtatuta Prime-

rij

rij pro parte videntur habita, vt in proceſſu,
& in caſu dubio ego ſtetiſſem diſpoſitioni iuris
communis, ex quo ſtatuta ipſius Terrę Primerij,
non excludunt fœminas: ſed cum pro parte reo
rum ſatis videatur probatum, quod tempore o-
bitus Dominæ Heliſabeth, de cuius hæreditate
agitur, vigebat in eo loco, & viguit per decem
annos, & vltra ante conſuetudo, quòd tantum
maſculi admitterentur ad hæreditates, fæminæ
verò, & earum deſcendentes excluderentur: du
bium illud quod ex diuerſitate ſtatutorum fie-
bat, ſatis ſublatum eſt. Plures enim teſtes, etiam
ſenes, ſunt examinati pro parte reorum, qui de-
ponunt, contenta in capitulis eſſe vera, in quib.
quidem capitulis continentur ea, quæ dixi, & eſt
ac ſi depoſuiſſent ſpecificè, & ſigillatim, quæ in
eis continentur, quia relatum eſt in referente, l.
45 aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. & quod teſtes † hoc
modo deponentes probent, tradit Soci. in con-
ſil. 56. num. 12. & ſeq. 3. vol. & clarius Soci. iun.
conſil. 73. nu. 12. & ſeq. 2. vol. & cum deponant
de re ferè antiqua, ſatis eſſe videretur, ſi dicerēt
46 † ſe ſemper ſic vidiſſe, & audiuiſſe ſeruari, iuxta
tradita per Ioan. Fab. in ſ. ex non ſcripto. nu. 14.
Inſtit. de iure natura. gent. & ciui. & Petr. de Ra-
uen. In tract. de conſuetu. nu. 196. Fortius voluit
Guid. Pap. conſil. 164. nu. 2. non eſſe opus, quod
47 teſtes † in probanda conſuetudine exprimant ca
ſus, nec perſonas, in quibus fuit obſeruata con-
ſuetudo. Conſuetudinem verò hanc, etſi ſit con
45 tra ius ſpatio decem † annorum potuiſſe induci,
dubitandum non eſt, cum ſimus in terris impe-
rij, in quibus ius ciuile ſeruatur. Guid. Pap. con-
ſil. 131. nu. 5. & 6. vbi plura ſcribit ad propoſitũ,
& d. conſ. 164. nu. 3. Balb. in d. trac. præſcri. 5. par.
quintæ partis principalis, quæſtione 12. num. 2.
* vbi dicit communem. * Natta, conſil. 98. nu. 6. &
pluribus alijs conſilijs, & Bapt. à Villalob. in di-
ctis ſuis commun. opinion. in ver. præſcribitur,
num. 251. Et cum hic agatur de caſu dubio deci-
dendo, quod quidem dubium inducebatur ex
varietate dictorum ſtatutorum, non videtur, ꝙ
potuerit recedi ab hac probata conſuetudine,
49 & ita † interpretante. l. minimè, & l. ſi de inter-
pretatione, ff. de legib. per tradita per Bal. in con
ſil. 473. circa q. 2. colum. num. 3. quinto volum.
& Card. conſil. 60. Qualiotus, nu. 8.

Nec me mouent, quę Excellens D. Geruaſius,
aduocatus D. Actoris, contra hanc conſuetudi-
nem ſubtiliter adduxit, ꝙ non fuerit probata, ex
50 quo non conſtat de contemptu legis, † citando
Alexan. conſ. 132. in 1. & 136. in 2. tum quia non
probatur fuiſſe obtentum in contradictorio iu-
dicio, vt in d. conſ. 132. & in conſ. 173. vol. 6. Nā
primum tollitur ex eo, ꝙ verſamur in caſu cōſue
tudinis habentis actum contrarium implicitũ,
51 per quem iuri communi derogetur, † quod non
erat in caſibus Alex. ꝙ enim maſculi ſoli admit-
tantur, & numquam fęminæ in ſucceſſionibus,
proculdubio derogat iuri communi, vtroſq; ad-
mittenti pariter. l. maximum vitium. C. de libe.
præter. & ita in hac quæſtione tradit Abb. in c.
Ioannes. col. fi. de cleri. coniug. Doctor. in c. fin.
de conſuetu. in 6. Petr. de Rauen. in trac. de con-
ſuetu. nu. 187. Roch. de Curt. in c. fi. eo. tit. aliàs
trac. de conſuetu. nu. 420. ꝙ ēt in ſimili qōne vo
luit Aret. in ſ. igitur. in prooem. Inſti. Secundum
verò ceſſat, q a illa opinio, ꝙ ad ſubſtantiā, & eſſe
conſuetudinis inducendæ exigatur, ꝙ fuerit ob-
52 tenta † in contradictorio, non eſt vera: & contra
rium tenet Abb. in d. c. fi. de conſuetu. nu. 16. &
Roch. in d. trac. num. 361. Guid. Pap. d. conſ. 131.
* nu. 4. Craue. conſ. 55. nu. 6. vbi dicit cōem, * & in
tra. de antiqui. temp. 4. par. in prin. nu. 32. & 33.
** vbi refert d. cōſilia Alex. & dicit, magis cōem **
opinionem eſſe in contrariũ. Sicut ēt tollitur id,
53 ꝙ dr̄ de teſtib. ſingularibus, ꝙ non probent † con
ſuetudinē, ſecundum Alex. in d. conſ. 173. 2. col.
quia contrariũ, & melius tenuit idem Alex. in cō
ſil. 172. viſis, col. pen. 2. vol. vbi dicit, eſſe veriorē
opinionē, & idē tenet Guid. Pap. conſ. 116. nu. 4.
Deci. conſ. 586. nu. 2. & quam opinionē dicit ēt
** cōem ** Ioan. de Ami. conſ. 1. nu. 61. dum aũt dr̄,
fuiſſe probatum contrariũ pro parte D. Actoris,
imò quamplures fęminas fuiſſe admiſſas, quo ca
ſu vr̄ ſtandum iuri cōi, animaduertendum eſt, ꝙ
teſtes ipſi, & probationes quæ vīr facere in con
tratiũ, non loquuntur, niſi de tpe moderno a x.
vel xv. annis citra, quibus fuit variatum in hmōi
ſucceſſionibus, quod ēt fatentur aliqui ex teſtib.
reorum, qui dicũt ꝙ a tpe vicariatus D. Victorij
Brodi citra, cęptum fuit ſeruari contrariũ: ſed de
tpe, quo obijt D. Heliſabeth, de anno 1523. vel
1524. quod tps in ſucceſſione ipſa venit attēden
dum, non vidi fuiſſe probatam diuerſam conſue
tudinem, & ſic non tollitur fundamentũ reorũ;
quia pōt ſtare, ꝙ vno tpe vigeat vna cōſuetudo,
54 alio, alia, & diuerſa, quia vna † tollit aliam, vt tra
dunt Doct. in l. de quib. ff. de legi. Abb. in d. c. fi.
nu. 19. & Cur. d. trac. num. 405. ex quibus, iunctis
alijs ſupra deductis, eius ſum ſententiæ, vt malè
fuerit iudicatum per Dominum Iudicem a quo,
cum conſ. prædicti magnifici Conſultoris, maxi
me attentis etiam nouiter deductis, et probatis
in cauſa appellationis, et bene fuiſſe, et eſſe ap-
pellatum, et de nullitate dictum pro parte prædi
55 ctorum reorum, † quibus in caſu dubio fauen-
dum eſt. c. cum ſint partium, de reg. iur. in 6. et l.
fauorabiliores. vbi Deci. et Cagnol. ff. eo. titu. Et
quia Dominus Auguſtinus reportauit primam
ſententiam fauorabilem, et habuit iuſtā cauſam
litigandi, et etiam in hac cauſa ſuccumbit ex plu-
ribus probationibus factis in cauſa appellatio-
56 nis, ideo debet ab expenſis abſolui, † per tradita
per Bal. ad propoſitum, in l. generaliter, §. 1. nu. 8.
C. de reb. cred. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertazz.

A R-

ARGVMENTVM.

Minor, qui contrahit ſine ſolemnitatib. iuris,& ſtatutorum, non obligatur; & poteſt reſcinderecontractum,& maxime ſi alienauit rem prohibitam alienari a teſtatore.
Sed quid ſi fuit diſpenſatus ad cōtrahendum a gerente uices Principis?
Et quid ſtante iuramento?
Vel ſi dicatur, contractum eſſe vtilem minori?
Vel dicatur, illum ratificaſſe recipiendo pretium vel interuſuria?

S V M M AE.

1 *Solemnitates, quæ interuenire debeant de iure ciuili in alienatione facta a minore?*
2 *Alienationis faciendæ a minore iuſta & neceſſaria debet interuenire cauſa.*
3 *Curatoris authoritas neceſſaria eſt in alienatione minoris.*
4 *Decretum iudicis ordinarii deſiderat alienatio minoris.*
5 *Minor contrahendo ſine ſolemnitatibus, nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur.*
6 *Emens a minore ſine ſolemnitatibus,rem cum fructibus reſtituere tenetur.*
7 *Reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria minori læſo ob alienationem ſine ſolemnitatibus.*
8 *Reintegrandæ remedium poteſt intentare minor,qui ſine ſolemnitatibus alienauit.*
9 *Minor poteſt recuſare rem alienatam ſine ſolemnitatibus per officium iudicis.*
10 *Emptor rei minoris abſque ſolemnitate non poteſt refricare quæſtionem dominii.*
11 *Reſtitutio competit etiam minori, qui ætatis impetrata venia alienauit.*
12 *Et hæc reſtitutio penitus contractum reſcindet.*
13 *Reſtitutio conceditur aduerſus alienationem factam de re,quæ fuerat ſuorum maiorū.*
14 *Tutores Principis non habent eandem poteſtatem,quam Princeps;& donare non poſſunt,niſi modicè & moderatè.*
15 *Vicarius Principis poteſt facere ea, quæ poteſt Princeps.*
16 *Attamen etiam ſi filius Principis non poteſt concedere ea, quæ veriſimiliter in ſpecie Princeps non conceſſiſſet.*
17 *Vicemgerens licèt habeat eandem facultatem, quam Princeps: attamen hoc non procedit in reſeruatis Principi,ſi non ſit perpetuus, ſed ad tempus.*
18 *Aetatis veniam concedere,eſt de reſeruatis Principi.*
19 *Et illa venia non poteſt concedi,niſi poſt viginti annos.*
20 *Et illa conceſſa non poteſt etiam minor ſine decreto immobilia alienare.*
21 *Clauſulis,de plenitudine poteſtatis, &, non obſtantibus,ſolus Princeps vti poteſt.*
22 *Minor nō poteſt habilitari a Principe, ad alienandum bona exiſtentia in alio territorio.*
23 *Statutum habilitans ad contrahendum aliquem, non extenditur ab bona extra territorium.*
24 *Minor vigintiquinque annis, ſi eſt habilitatus a ſtatuto, vt poſſit alienare, non poteſt tamen alienare bona exiſtentia extra territorium.*
25 *Decretum iudicis loci originis extenditur ad bona alienanda alibi ſita.*
26 *Quod procedit, ſi ſeruentur aliæ ſolemnitates iuris.*
27 *Lex priuata & particularis,vt Principis decretum,non poteſt facere, quod non poteſt lex generalis.*
28 *Solemnitates ſunt adhibendæ iuris & ſtatutorum,tum originis,tum loci rei ſitæ.*
29 *Alienare prohibitus a teſtatore non poteſt habilitari ad alienandum.*
30 *Diſpenſatio vitiatur ex falſa cauſa.*
31 *Decretum iudicis annullatur ex cauſa partim falſa,& partim vera.*
32 *Cauſa finalis colligitur ex proemio.*
33 *Decretum Iudicis tollitur probatione contrarii eius, quod in eo dicitur.*
34 *Et annullatur ob non adhibitam cauſæ cognitionem.*
35 *Et redditur ſurreptitium & obreptitium,nō expreſſa veritate,ſed ſuppreſſa & tacita.*
36 *Iudex de non expreſſione veritatis in petendo decretum, facit fidem.*
37 *Et ſi decipitur in contractu minoris, eius ſucceſſor poteſt reuocare decretum.*

For-

38 *Forma non ſeruata rei, nec in re illa poteſt quis facere fundamentum.*

39 *Minoris contractus redditur nullus, ſi pretium, quod erat dandum, deponatur.*

40 *Diſpenſatio non extenditur ad defectus ſuppreſſos.*

41 *Contractus non valet, ſi pecuniæ tradendæ deponantur etiam ad effectum inueſtiēdi.*

42 *Idem eſt, ſi habeatur fides de pretio.*

43 *Vendita res dicitur minus, ſi non adſit pecunia, ſed fiat fides de pretio.*

44 *Venditio non valet, ſi pro parte fuerunt vendita bona non comprehenſa in decreto vnico pretio.*

45 *Minor per iuramentū repræſentatur maior.*

45 *Iuramentum ligat minorem contrahentem ſine ſolemnitatibus aduerſus ſtatutum.*

47 *Idem, ſi ſtatutum fingat iuramentum fuiſſe dolo, & metu extortum.*

48 *Reſtitutio in integrum non tollitur propter enormem læſionem iuramento.*

49 *Maxime, ſi iuramentum non fuit ampliſſimè cum mentione læſionis præſtitum.*

50 *Et maxime, ſi fuit obtenta abſolutio ad finem agendi.*

51 *Læſio non tollitur per præſentiam Principis in contractu.*

52 *Minor ignorans factum, non ligatur iuramento.*

53 *Contractus non valet, ſi in contrahente interueniat metus reuerentialis cum læſione.*

54 *Metus probatur ex proteſtationibus.*

55 *Iuramentum tanquàm non ſponte præſtitum, non ligat minorem compulſum iurare in contractu.*

56 *Contractus minoris ſine ſolemnitatibus, eſt nullus etiam ſi ſit illi vtilis.*

57 *Et de illius utilitate non creditur diſpenſantibus, minorem ipſum contrahere.*

58 *Iudici non creditur ad iuſtificationem ſui decreti.*

59 *Et non præſumitur ille conſenſiſſe, ſi ſciuiſſet veritatem damni minoris.*

60 *Ratificari non poteſt contractus doloſus, vel iuramentum dolo extortum.*

61 *Contractus approbatio, quando non cenſeatur facta ex pecuniarum receptione.*

62 *Feudum paternum poteſt auocari a filiis ſoluto pretio emptoribus.*

63 *Hæredum appellatione, quando filii tantum comprahendantur.*

64 *Inueſtitura ſecunda interpretanda eſt ſecundum primam.*

65 *Inueſtitura non poteſt alterari in præiudicium comprahenſorum.*

66 *Niſi partes expreſſe recedant ſcienter exprimendo quare recedant.*

67 *Pater, qui bona filiorum vendidit, poteſt ea dē vt legitimus adminiſtrator vindicare.*

68 *Agnati vocati ad ſucceſsionem facta alienatione poſt illam ſtatim ſuccedunt & ius illis quæritur.*

69 *Feudum etiam antiquum & paternum & emphyteuſis venit in fideicommiſſum.*

70 *Bonorum appellatione feudalia, & emphyteutica veniunt.*

71 *Feudi conſeruatio, quā reſpicit prohibitio alienationis, valida eſt.*

CONSILIVM XII.

In Domino confido.

NOn leuis eſt difficultas, poſt multorum Iuriſconſultorum ſcripta, aliqua utilia, & ad cauſam optimè facientia inuenire, & ſuperaddere, cum ſcribenti ſæpè eueniat quod diligenti meſſori euenire ſolet, vt inoperoſus, & parum diligens habeatur, ſi paucas ariſtulas poſt optimos meſſores tātum collegerit, per alios, vel incuria, vel data opera, tamquàm inutiles relictas: non erit igitur mirum ſi in hac cauſa Illuſtriſs. Domini, Domini Sigiſmōdi, & cæterorum Illuſtriſſimorum Conſortum Marchionum de Gonzaga, cum Illuſtribus Comitib. de Gambara, pauca ad fauorem ipſorum Illuſtriſs. Actorum adducam, cum tot, & tanta per alios Excellentiſſimos primo ſcribentes adſcripta fuerint, vt uix aliquid ulterius excogitari, vel addi poſſit, quod ſaltem virtualiter non fuerit dictum, vel tactum. Vt tamen ego quoque pro obſeruantia mea erga ipſos Illuſtriſſimos Actores, Id quod mei muneris eſt, expleam, nonnulla ultra deducta per ipſos Excellentiſs. Viros in medium adferam, ad uictoriam ipſorū (ni fallor) valde conducibilia, plura alia omittens conſulto, non oblitus quod Vlpian. ſcriptum reliquit in l. 1. in fi. ff. de do. præleg, rei ſatis demonſtratæ fruſtra quicquam adiici poſſe.

Cauſa igitur iſta habet tres quæſtiones principales, ſicut ſunt tres diuerſæ petitiones a diuerſis, & diuerſorum nominibus factæ, pro recupe ratio-

ratione Caſtri Veſcouati, detenti per dictos Illu
ſtres Comites de Gambara. Prima eſt reſpectu
petitionis factæ nomine prædicti Illuſtriſs. Do-
mini Sigiſmundi: Secunda reſpectu petitionis
nominibus eius Illuſtriſs. filiorum: & tertia reſpe
ctu Illuſtriſſimorum Domini Galeatij patrui, &
Dom. Maximiliani, patruelis ipſius Illuſtriſſimi
Dom. Sigiſmundi. De quibus ſingulis ſigillatim
diſcutiendum eſt, & de cuiuſlibet earum iu-
ſtitia diſſerendum.

A prima itaq; initium faciendo, arbitror cer-
to certius eſſe, Contractum venditionis factæ
dicti Caſtri, & aliorum bonorum, de quibus in
inſtrumento olim Illuſtri D. Aemyliæ de Gam-
bara, per ipſum Illuſtriſs. D. Sigiſmundum, uix an
num ſextumdecimum attingentem, factum fuiſ-
ſe, nullis ſeruatis, vel interuenientibus ſolemni-
tatibus in huiuſmodi minorum alienationibus,
tàm de iure communi, quàm municipali intro-
ductis, & per conſequens (niſi aliud impediat,
vel ei opem ferat) fuiſſe nullũ, & inualidum mul
ta enim ius commune ſeruanda eſſe ſanciuit, ut
1 minores bona ſua immobilia alienare † poſſint,
quę copulatiuè interuenire debent, quorum plu
ra enumerant Doctores citati per alios Excel-
lentiſs. Conſulentes, & Pariſ. conſil. 89. num. 6.
in primo. & conſil. 85. nu. 17. & 18. in 3. volum.
ac Ioan. Bap. Plot. in repet. l. ſi quando. num. 198.
C. vnde ui. & ad numerum duodecim. dicit Are.
in §. admonendi. num. 4. Inſtit. quib. alien. lic. vel
non, colligi ex textu in l. magis puto. §. ne paſſim.
cum §. ſeq. ff. de reb. eo. qui ſub tu. vel cu. ſunt.
Sed tria potiſſimum, citra omnem dubitationẽ,
omitti non poſſunt. Primò, quòd iuſta interue-
2 niat † cauſa, & neceſſaria alienationis. l. 1. in prin.
eod. titu. & d. §. ne paſſim. l. ob æs alienum. C. de
prædi. mino. & l. minorum. ac l. fi. eod. tit. & l. lex
quæ tutores. poſt prin. C. de adminiſtr. tut. Secũ
3 dò curatoris † auctoritas. l. 2. & 3. C. de auct. tu.
4 Tertiò decretum † iudicis ordinarij d. l. 1. in prin.
& d. §. ne paſſim. & l. ſi quidem. C. de prædi. min.
Statutum verò Ciuitatis Mantuę, ſub rub. de mo
do, & for. obſeruandis in contractib. minorum,
regiſtratũ in proceſſu noſtro, fol. 177. ultra hæc
tria addidit quartum, quòd debeat etiam inter-
uenire conſenſus proximorum agnatorum, vel
cognatorum, vt in eo, aliàs contractus ſit ipſo iu
re nullus. Quæ ſolemnitates, cum non fuerint
ſeruatæ nec adhibitę in dicto contractu, nedum
nulla fuit venditio, ſed nec ciuiliter, nec natura-
liter fuit obligatus ipſe Illuſtriſs. Venditor, ex
5 quo lex reſiſtit contractui, † per tradita per Bar.
& alios, in l. cum lex. ff. de fideiuſſo. & in his ter-
minis, in l. ſi non ſortẽ. in prin. ubi Iaſ. poſt alios,
ff. de condi. indeb. Roman. in conſil. 437. in caſu
propoſito. primo dub. Guid. Pap. conſilio 238.
Crot. in l. 1. §. ſi quis ita. 1. lect. nu. 3. & in 2. lectu
ra, nu. 2. ff. de verb. oblig. & Cagn. in l. cum am-
plius. §. is natura debet. nu. 3. ff. de reg. iur.

Et poſito quòd contractus iſte a uitio nullita
tis, & inualiditatis defendi nequeat, prout iure
defendi non poteſt, dubium etiam non eſt, quin
6 emptores rem cum fructibus reſtituere † tenean
tur, ut tradit Imola in conſil. 73. col. pen. Socin.
conſil. 22. colum. fin. Dec. in allegato ad propo-
ſitum per omnes Excellentiſ. ſcribentes, conſi-
lio 403. numero 19. Pariſ. dictis conſilijs, etiam
allegatis, 97. num. 34. & 98. nu. 23. & 24. & 100.
num. 20. in 1. uolum. Cur. iun. in conſil. 119. nu.
11. & Igne. in l. 3. §. eleganter. num. 99. & ſeq. ff.
7 ad ſenatuſconſ. Sylla. Nec iſto caſu eſt opus † reſti
tutione in integrum, etiam quod fuerit læſus ip
ſe Illuſtriſs. Venditor, ut per Io. Pet. de Ferra. in
ſua pract. Papien. in forma libelli ſuper reſtitu-
tione in integrum, in gloſ. vendidit. & ſequitur
Pariſ. d. num. 23. & 24. Quo etiam ſtante reme-
8 dium reintegrandæ potuit † intentari, ut plenè
Excellentiſs. D. Riminaldus coaduocatus com-
probauit, & tradit vltra citatos per eum Curt.
iun. in conſil. 131. colum. fin. Ioan. Bapt. Plot. in
d. l. ſi quando. num. 70. Alex. conſil. 1. colum. fin.
vltimo dubio. in 4. volum. & Neuiz. conſil. 85. nu
mero 13. Crauet. conſilio pro geneto. num. 214.
9 Sed & officium † iudicis ad recuperandam rem,
& poſſeſſionem ipſius annullato contractu, cum
emptores non poſſint refricare quæſtionem do
minij, vel poſſeſsionis, ut ad propoſitum in his
terminis tradit Paul. Caſtren. in conſ. 105. ſi non
intereſſet, num. 2. ſecundo volum. & Plot. in d. l.
ſi quando. in id citans alias deciſiones, nu. 205.
qui etiam ſupra, num. 203. probat iuramentum
in litem contra ementem ſine ſolemnitatum re
requiſitarũ obſeruatione deferri poſſe. Et quòd
10 non poſsit emptor refricare, † quæſtionem do-
minij, Crot. conſilio 26. numero 18. Crauet. di-
cto numero 214.

Cæterùm quatenus aliqua poſſet ſubeſſe diffi
cultas in hac re clara, vt ſuſtineri poſsit validitas
contractus, cum tamen ipſe Illuſtriſs. Venditor
ex dicto cõtractu fuerit enormiter læſus, & dam
nificatus, dubium non eſt quin daretur in inte-
grum reſtitutio aduerſus contractum ipſum, &
remedio reſtitutionis reſcindi debeat, per abun
dè tradita per alios Magn. Coaduocatos, ut pro
batur in l. fin. C. ſi adu. uendi. quæ quidem reſti-
11 tutio † cõpetit etiam ei, qui impetrata venia alie-
nauit, ut tradit Cyn. in l. 3. C. de ijs, qui ven. æta.
impetra. Et cum ultra grauem, & enormem læ-
ſionem, de qua fuſiſsimè diſſeruere ipſi Excel-
lent. Viri, conſtet apertè non fuiſſe expediens
Caſtrum huiuſmodi cum hac nobili, & digniſsi-
ma iuriſdictione, ac bonis uenditis, vendere ipſi
ipſi Illuſtriſs. tunc minori, reſtitutio cõtractum
12 penitus † reſcindet, & annullabit, ut Bar. tradit, et
cæteri ſequuntur, in l. ſi quidem. C. de prædi. mi-
no. & tradit Roder. Suares, in ſuis allegationib.
allegatio. 21. nume. 5. & quia res fuerat ſuorum
13 maiorum, propter affectionẽ † datur reſtitutio. l.

ſi in emptionem . ff.de minor Curt.iun. conſil.
118.num.11.& Tiraquel.latè in tract.de retrac.
in præfat.num.34.tit.primo.Cumque etiam an-
te lapſum quadriennij poſt perfectam ętatem ip
ſius Illuſtriſ. Actoris,motum fuerit præſens iu
dicium,iux.l.ſi.C.de temp.in integr.reſtitu. cla-
re procedunt,& ſine dubio hæc,quæ de reſtitu-
tione prædicta dicuntur.

Tota modo difficultas verſatur in diſcutien-
do,an exceptiones , & oppoſitiones, quæ fiunt
pro parte Illuſtrium Reorum ſint tàm efficaces,
& potentes,ut ſuſtinere poſſint validitatem dicti
contractus,& excludere ipſum Illuſtriſ. Actorē
a beneficio reſtitutionis.Quattuor namque prin
cipalia fundamenta fiunt ex aduerſo in exceptio
nibus.Primum ſuper decreto interpoſito per Il-
luſtriſ. & Reuerendiſ.felicis recordationis D.
Cardinalem Mantuæ,& per Excellentiſsimam
D.Ducissam,matrem Sereniſs.Do.Ducis Man-
tuæ,tūc tutores illius Illuſtriſ.Ducis viuentis ip
ſius Ciuitatis Mantuæ, qui cum uices Principis
gererent,cum clauſulis ampliſſimis, de plenitudi
ne poteſtatis habilem reddiderunt ipſum Illu-
ſtriſ.Actorem ad contrahendum, decernentes
contractū ipſum non ſecus ualere, quàm ſi a ma-
iore annis uigintiquinque celebratus fuiſſet,de-
rogantesq́ue tàm iuris communis, quàm muni-
cipalis diſpoſitioni , ut ex decreto ipſo cernere
eſt.Secundum eſt,iuramentum per ipſum D.mi-
norem præſtitum de obſeruando contractu,qđ
ipſum maiorem repræſentauit. Tertium quòd
contractus ipſe ceſſit in euidentem ipſius D.mi-
noris utilitatem. Et quartum, quòd fuit confir-
matus, & ratificatus,ſaltem facto , per receptio-
nem precij,vel intetuſuriorum. Omitto quintū
de confirmatione Imperatoria,de qua adhuc ni
hil conſtat. Diſcutiamus igitur ſingula.

Primum fundamētū decreti , quod maiorem
vim habere uidetur , & maiorem difficultatem
victoriæ noſtræ inijcere cenſetur, ſatis & ſuper
ſublatum fuit per ipſos Excellentiſ.primò ſcri-
bentes,quorum ſcriptis addo. Primo uerisſimā
eſſe eorum ſententiam,dum cenſent , ipſos Illu-
ſtriſ. tutores nullam in primis habuiſſe poteſta-
tem decernendi,& derogandi, vt in ipſo decre-
to, quod vltra rationes per eos appoſitiſſimè de
ductas conſtat , quia negari non poteſt tutores
etiam principis nō habere eandem poteſtatem,
quam habet Princeps ipſe,quod ex eò compro-
14 batur,quòd donare non poſſunt†niſi modicè,&
moderatè, ut tradit Ioan.And.& Domi. in cap.
grandi. de ſupplen. neglig. prælat. in 6. & Mar.
Laud.in tract.de offi.domino. quæſtio.84. Cum
nemo dubitet, Principem ipſum etiam magnas
res donare poſſe. Quod ex alio etiam fortiori
15 comprobatur, quia licet Vicarius†Principis di-
catur ea facere poſſe, quæ Princeps facere po-
teſt, ut per Afflic.in cap.imperialem. verſ.deci-
moſexto quæro,num.13. de prohibi.feu.aliena.
per Feder.tamen etſi filius Principis ſit,non po
16 teſt facere ea, quæ † uerisſimiliter in ſpecie Prin-
ceps non conceſſiſſet,cap.cum in generali,de of
fic.vica.ut tradit Afflic.ibi,ſcilicet dicto verſ.de-
cimoſexto quæro,num.44.Nec ea quæ niſi cum
difficultate concedit Princeps, vt in alienatione
feudi in eccleſiam, ut per eundem Afflic.ibi,nu.
46.& 47. Quo fit,vt cum non conſtet,Sereniſs.
Ducem Mantuæ nunq̄ fuiſſe ſolitū ſimilia decre
ta,ita clauſis oculis,& re bene nō intellecta con
cedere,immo conſuetudo penitus repugnat, ut
nonnulli ex noſtris teſtib. affirmant,& latè com
probauit Excellentiſs.Dominus Traianus,ſequi
tur,ut minus tale decretum facere potuerint ip-
ſi Illuſtriſs.Tutores.Præterea licèt Locūtenens,
vel Vicemgerens Principis habeat eamdem po-
teſtatem,quam habet Princeps ipſe,ut Bart.tra-
dit in l prima,§.ij quibus.ff.de legat.3. & Iaſ.in L
conuentionum.colum.2.uerſic.tertio.ff.de pac.
Illud tamen non procedit in reſeruatis Principi,
& quando officialis,vel Locumtenens huiuſmo-
di non eſt perpetuus, ſed creatur ad tempus ,
17 † ut propriè in his Illuſtriſ. tutoribus contigit.
ita notab.declarat Felyn.in cap. quæ in eccleſia-
rum,colum.11. num.32. verſ.quarta declaratio,
de cōſtit.& plenius Aegid.Boſſ.in ſuis uari.trac.
in tit.de Principe,num.87. & ſequen.quæ deci-
ſio decidit caſum iſtum, cum clariſsimi iuris ſit;
18 ipſos Illuſtriſ.tutores ad reſeruata Principi†ma
nus extendiſſe,concedendo ueniam ætatis mino
ri.l.denique,in prin.ff.de minor.& l.2.C.de his,
qui ueni.æta.impet. Afflic.in titu. quæ ſint reg.
nume.9.& Reſtau.in trac.de Impera.quęſt.110.
19 verſ.22. Et licèt uenia ipſa†cōcedi non poſsit,
niſi poſt viginti annos ætatis minoris. d.l.2. qđ
& tradit Io.Mont.in l.2.§.item impuberes.pag.
pen.ff.de reg.iur.Roder.Allega.12.nu.6.& Soc.
iun.conſil.47.num.37.in 3. Nec ea conceſſa poſ
20 ſit etiā†minor immobilia ſine decreto alienare.
l.fin. ubi omnes. C.de ijs, qui ueni.æta.impetr.
& tradit Fabian.in tract.de empt. & uend. in 3.
quæſtione principali,in fi.& Iaſ.in l.2.ff.de offic.
eius,cui mand.& iuriſdic. Nihilominus ipſi Illu-
ſtriſ.tutores,nedum minorem uiginti annis ha
bilitauerunt,& ei ueniam conceſſerunt,ſimplici
ter,ſed ut poſſet etiā alienare immobilia, & qui-
dem non inutilia, ſed precioſa,& maximi ualo-
ris , totum ferè eius patrimonium abſorbentia,
& nullis ſeruatis,uel adhibitis ſolemnitatibus iu
ris communis, uel municipalis,derogantes legi-
bus,& ſtatutis,ſuper his diſponentibus,ac Duca
li decreto prohibenti in contractu contrahen-
tes iurare,cum clauſulis, de plenitudine poteſta
21 tis,&, non obſtantibus, &c.quibus clauſulis†ſo-
lùm poteſt uti Princeps tanquàm ei reſeruatis ,
ut tradit Reſtaur. latè in dicta quæſtio.110. ver-
ſicu. ſeptimò ubi agitur de prima , & de ſecun-
da,verſic.vndecimo.

Secundò principaliter etiam ultra adducta

per alios Excellentiſs. Dominos Conſulentes
conſidero, quòd nec etiã ipſemet Sereniſs. Dux
Mantuæ potuiſſet ipſum Dominum minorem
22 habilitare † ad alienandum bona exiſtẽtia in alio
territorio ſibi non ſubdito, quod apertè proba-
* rur ex deciſione Bart. communiter * recepta in l.
prima, C. de ſum. Trin. & ſi. cath. num. 40. ubi vo
23 luit, quòd ſtatutum † habilitans inhabilem de iu
re communi, ad contrahendum, vel actum ali-
quem faciendum, etiam ſi ſit ſubditus, & contra
hat in territorio ſtatuentium, nõ extendatur ad
bona ſita in alieno territorio ſtatuentibus non
ſuppoſito, & contractus, vel actus huiuſmodi nõ
valere reſpectu bonorum ipſorum, & ibi reſpon
det argumentis, & rationibus, quæ in contra-
rium, facere uidentur. cuius Bart. opinionem ſe
quuntur ibi expreſsè Bal. num. 15. Signo. in re-
pet. num. 19. & uidetur ſequi Saly. colum. 4. ver.
dic ergo. & clarius Aret. antepen. colum. nu. 19.
verſ. ſecundò etiam eſt videndum. & idem tenet
Anchar. in repet. c. canonum ſtatuta. de conſtit.
quæſtio. 12. colum. 59. verſ. ſed circa perſonas.
& in terminis in ſtatuto diſponente, maiorem vi
ginti annis poſſe alienare, & omnia facere, quæ
poteſt maior annis uigintiquinq;, quòd tamen
24 † non poſſit alienare immobilia in alio territo-
rio exiſtentia per dictam deciſionem Bart. & ſe-
quacium, quia quo ad ea non poteſt ſtatutum il-
lum habilem facere, tradit Socin. in conſil. 239.
prima colum. 2. volum. duplicato conſil. 131. in
25 quarto. Et licet decretum † iudicis loci originis
minoris extendatur ad bona alibi ſita. d. l. magis
puto. §. illud. & tradunt Doctores, in l. ſi prædiũ.
C. de prædi. mino. & in l. 1. C. de contrahen. emp.
illud procedit, quando ſeruantur ſolemnitates a
iure communi introductæ, quo caſu de iure cõ-
26 muni valet decretum † illius Iudicis, & poteſt il-
lud extendi, & tali caſu poteſt etiam reſtitui, ſi læ
datur minor, ut ad propoſitum in alia quęſtione
rẽſpondet Iaſ. in d. l. 1. colum. fin. ante fin. 2. lect.
Secus igitur eſt, quando non adhibitis huiuſmo
di ſolemnitatibus habilitatur minor ad alienan-
dum, & tollitur etiam reſtitutio in integrum, ut
ſupra, quia eo caſu ſtatutum hoc non poteſt ui-
res ſuas extendere ad alia bona non ſui territo-
rij. & ſi hoc non poteſt facere ſtatutum, & lex ge
27 neralis, minus id facere poteſt decretum † Prin-
cipis, quod eſt lex priuata, & particularis, ut pro
batur ex traditis per Saly. & Caſtr. in l. 2. C. de
ijs, qui veni. ęta. impetr. ubi dicunt, quòd licèt ſit
prohibita conceſſio, & impetratio veniæ ante ui
geſimum annum, tamen ſtatuto caueri poteſt, ut
minor uigintiquinq; annis, maior tamẽ decem-
octo, vel uiginti, habeatur ꝓ maiore uigintiquin
que, & poſſit alienare, & omnia facere, quæ poſ
ſunt alij maiores ꝑfectæ ætatis, & hoc ideo, quia
maior eſt poteſtas legis generalis, quàm ſpecia-
lis, ut per eos ibi. conſtat igitur decretum huiuſ-
modi non potuiſſe extendi ad iſta bona alienata,
etiã fuiſſet decretum Principis, & Ipſiusmet Do
mini Ducis, & propterea erat opus adhibere ſo-
lemnitates iuris communis, de quibus ſupra di-
ctum fuit: immo & etiam ſtatutorum loci, ſeu lo
28 corum, in quorum territorijs † bona alienata ſi-
ta ſunt, ut tradit Pariſ. d. conſi. 99. num. 60. in pri
mo. & ultra eas etiam alias ſolemnitates a ſtatu
to Mantuæ requiſitas, per tradita per Bar. in d. l.
prima, 6. quæſtio. num. 32. Cur. iun. conſil. 9. nu.
ſecundo, & Pariſ. d. conſil. 99. colum. fin. & per
alios in alijs locis. Et ſtantibus his duobus fun-
damentis, iudicio meo, ſolidiſſimis & irrefragabi
libus, non eſſet opus aliter pertractare alia fun-
damenta, ad deſtructionem ipſius male conſulti
decreti cõſtructa, nec alijs adductis addere. Sed
tamen, ut etiam omnia ipſa adducta deguſtaſſe vi
dear, & ut conſtet exuberanter de iuſtitia ipſius
Illuſtriſs. D. Actoris, proſequar etiam alia funda
menta, per eos conſtructa.

Tertiò igitur adducitur ad nullitatem dicti de
creti, quòd ex quo per teſtatorem Illuſtriſſimum
Dominum Ioannem auum paternum ipſius Do-
29 mini minoris fuit prohibita alienatio † ipſorum
bonorum, non potuerunt ipſi Illuſtiſs. tutores
habilitare ipſum Illuſtriſs. Dominum venditorẽ
ad alienandum per l. ſi teſtamẽtum, cum ibi not.
C. de teſtam. & per alia allegata, quibus ego ad-
* do, hãc opinionem eſſe veram, & communem, *
vt tradit Brun. in conſil. 15. num. 15. Ruin. conſi.
95. num. 7. tertio uolum. Bellon. conſil. 2. num. 3.
& 4. Soc. iun. in conſil. 65. num. 19. in ſecundo;
& conſilijs 110 numero 25. & 145. num. 39. in
3. & huius ſententiæ etiam eſt Boſſ. in dicto tit.
de Princip. num. 198.

Quarto, quia decretum ipſum, & diſpenſatio
facta, proceſſit ex falſa cauſa, & ſic fuit nullum, &
30 nulla. quòd falſa cauſa uitiet † diſpenſationem,
tradit latè Fely. in cap. quod ſuper his, per illum
tex. 1. & 2. colum. de fide inſtrum. Pariſ. conſ. 51.
num. 28. & ſequen. & conſil. 68. num. 214. & ſe-
quen. in 4. ubi num. 216. dicit, ceſſante cauſa di-
ſpenſationis, diſpenſationẽ ipſam ceſſare, quod
& latè proſequitur Tiraquel. in tract. ceſſan. ca.
prima par. nu. 89. De decreto quod ex falſa cau-
ſa uitietur, tradit Fely. in c. j. col. pen. nu. 16. de re
iud. Corn. conſil. 98. colum. fin. in primo, & conſi
lijs 99. & 185. colum. pen. in quarto, Barbat. ad
propoſitum, in conſi. 6. colum. 9. in quarto, & Pa
riſ. conſilijs 89. nu. 59. in primo, & 12. nume. 63.
in 2. & 85. num. 4. in 3. Alciat. in trac. præſumpt.
3. regula. præſumpt. 10. nu. 11. & latè Petrus Due
nas in ſuis regulis iur. in regula 185. decretum.
Et nedum annullatur decretum ex cauſa falſa;
ſed etiam ſi ex parte ſit vera, & ex parte falſa,
vt optimè comprobarunt ipſi Magnif. Domini
31 Conſulentes, citantes † ad propoſitum conſilia
Decij 403. & Natæ 162. quod etiam tenent Af-
flic. in dec. 218. Barb. Pariſ. & Alc. in locis pręalle
gatis, Cur. iun. d. conſ. 118. nu. 10. Nicel. in trac. de
con-

concord.gl.in 1.concord.nu.395.& Pet.Duen,
d.reg.ampl.4.At in propoſito,propoſita fuit fal-
ſa cauſa vtilitatis , quæ reſultabat maxima ipſi
Dño minori ex contractu ipſo,cùm tamen undi
que eſſet damnoſisſimus,& inutilis, ut tam in fa
cto teſtes examinati,quàm in iure,& in facto cõ
probauerunt ipſi magnifici ſcribentes , qui etiã
oſtendunt, hac tantum ex cauſa motos fuiſſe ip-
ſos Illuſtrisſimos tutores ad ſic diſpenſandum ,
32 & decernendum,& cauſam hanc fuiſſe† finalem,
ut ex proœmio decreti colligitur, per allegata p
eos,& late per Tiraquel.in d.tract.ceſſan. ca. 1.
limit. nu. 64.& ſequen. quod ex alio etiam con-
ſtat, quia fuit appoſita ab his, qui loco Principis
erant.l.pen.C.de donat.int.vir.& vxo.& per eũ-
dem Tiraquel.ibi,nu. 30. tollitur igitur decretũ
33 probatione contrarij eius,quod in eo exprimi-
tur,Corn. conſ.236. ad fi. 4. vol.& Ruin. conſ.
107. nu. 14. in 1.vol. Et ex hoc apertè conſtat,
ꝙ nulla fuit adhibita cauſæ cognitio in decre-
tis minorum neceſſaria, ut ſupra;quæ contractũ
34 annullat, & decretum†ipſum , ut per Anchara.
conſi.83.Viſis diligenter.Barbat.d. conſi.6.col.
2.& 3.Deci.conſ.556.nu.5. Paris.d.conſ.89.nu.
58.in 1.& conſ.85.nu.48.& ſequen.in 3.Aleiat.
d.præſump.10.nu.8.& Pet.Duen.in regula 186.
Decretum.& quòd veritas non fuit expreſſa,ſed
ſuppreſſa, & tacita, quo caſu decretum tãquàm
35 †ſurreptitium,& obreptitium redditur nullum.
Corn.conſ.185.col.2.in 4.& Deci. conſ.479.nu.
7. Et hoc non tantùm conſtat ex facto ipſo in
proceſſu comprobato, ſed ex confeſſionemet ip
ſorum Illuſtriſſimorum Tutorum,apertè atteſtã-
tium ſibi tunc temporis per agentes matris ip-
ſius Illuſtriſſimi D.Sigiſmondi, q̃ (Deus ſcit quo
ſpiritu ducta)alienationẽ hanc affectabat,& pro
curabat, medio illius Quiſtelli forte contractus
proxenetæ, fuiſſe affirmatum contractum fuiſſe
dicto minori vtilẽ. nec de ea utilitate aliter pro-
bationem, uel certitudinem habuiſſe, & pariter
nullam ſcientiam habuiſſe de prohibitione alie.
nationis facta in teſtamento aui paterni, quib.
36 † eſt credendum,per tradita per Fel. in c. cum a
nobis,in ſecunda fallen.nu.8. & in 7.num.11.de
teſtibus.pro quo facit,quia iudex, qui decipitur
37 in contractu minoris, vel eius ſucceſſor † poteſt
reuocare decretum interpoſitum , text. eſt in l.
quamuis.cum gl.ff.de reb.cor. & tradit Marſ.ſin
gul.320. ſæpe contingit.

Quinto pars aduerſa non poteſt in dicto de-
38 creto facere fundamentum†ex quo eius formã,
& tenorem non ſeruauit.l.cum ij. §.ſi prætor.ff.
de tranſact.l.diligenter. in prin.ff.manda.cum ſi-
milibus. Primò enim in decreto fuit dictum, &
intellectum , quòd pecuniæ ſoluerentur, & fue-
runt depoſitatæ pro parte, & pro parte fuit ha-
bita fides de precio, & fuerunt uendita etiã alia
bona in decreto non expreſſa extra territoriũ
dicti caſtri ſita, quæ omnia perperam & contra
iuris formam facta fuere; pecuniæ enim precij,
vt deberent erogari in emptionem prædiorum,
realiter erant ſoluendæ, non deponendæ , quia
per depoſitum non implebatur cauſa, propter
quam proceſſerat alienatio , quo caſu redditur
39 contractus † nullus, vt eſt tex. in d. l.magis pu-
to.§.ne tamen, & tradit Azo in ſumma.C.de præ
di.mino.2.colum, Cor.conſ.207. prima colum.
in tertio . & Dec. in allegato conſil.403.nu,18.
& ſi pars uolebat deponendas eſſe,id exprime-
40 re debebat,quia diſpenſatio † nõ extenditur ad
defectus ſuppreſsos.Ang.in l.ſed ſi hac. §.patro
num.ff.de in ius voc.& Roder.d.allegatione 12.
num.36.& quòd non ualeat contractus , etiam
41 quando pecuniæ deponuntur † ad finem inue-
ſtiendi,tradit Barbat.d.conſ.6. col.11. Non po-
tuit etiam tanto minus haberi fides de precio ,
cum etiam ex hoc capite non impletur cauſa ,
42 † propter quam fit venditio , ut ad propoſitum
tradit Bar.& alij,in l.a diuo Pio. §.ſed ſi emptor.
ff.de re iud. & Fab. in d. tract. tertia quæſtione,
num.3.& minus cenſetur res uendita, cum uen
43 ditio non fit præſente pecunia,ſed habita† fide
de pretio. l.ſi prædio, in diem.in fi. ff.de in diem
addic.§.plus autem.Inſtitu.de actio. Corn.con-
ſilio303.tertio uolumine. & latè Tiraquel.in di
cto tract. de retract. titulo primo. §.primo.gloſ.
18. nume.35. & ſequen. Quòd modo non ua-
44 leat † uenditio, ex quo pro parte fuerunt vendi
ta bona non comprehenſa in decreto unico pre
cio,vltra dictum conſilium Decij 403. num.21.
quod eſt in terminis, faciunt ad propoſitum re-
lata per Tiraquel d,tract,§.23.gl.prima, num.4.
Ex quib.ſatis, & ſuper deſtructum , & ſublatum
eſt hoc tam ualidum fundamentum decreti hu-
iuſmodi dominorum aduerſariorum ,

Secundum principale fundamentum ipſorũ ,
eſt iuramentum præſtitum per ipſum Illuſtriſ-
ſimum Dominum Venditorem, quo ipſe maior
45 † repræſentatus fuit,auth.ſacramenta puberum.
C.ſi aduer.uendi.& uidetur firmare contractũ ,
ex quo poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,
c.cum contingat.de iureiur.cum ſimilibus. Hoc
fundamentum per alios excellentiſſimos Do-
minos coaduocatos ſimiliter ſublatum eſt ex
quàmpluribus rationibus per eos adductis,qui
bus ego quoque aliqua non inutilia addam .

Primò enim toll tur ea ratione , quia ſtatutũ
Mantuæ prohibet,minorem contrahere nõ ſer-
uatis dictis ſolemnitatibus, etiam quòd iuramẽ
tum interueniat , quo caſu cum peccet contra
46 ſtatuti prohibitionẽ, † non ligatur iuramento .
ſecundum opinionem Bart.in l.ſi quis pro eo.ff.
de fideiuſſo.quam ultra citatos per Didac. Co-
uar.allegatum in repet,ca.quamuis.2.par. §.pri-
mo,num.8.tenet Bald.in conſil.487.conſideran
dum.num.1.in tertio,& conſi.483. viſo ſtatuto.
in 4.Calcan.conſ.24.colum. 18.Guid.Papa con
ſil.238.Barb.conſ.21.colum.4.& ſequen.primo
vol.

vol.Iaſ.conſ.133.nu.17.in 4.etiã allegato.Quam
* opinionem dicit communem*Rodor.Suares.in
l.1.in tit.de las arras.nu.24.& in praxi dicit ſer-
uari Alb.cõſ.70.nu.6.& in dictis locis alij citãt.

Secundo, quando ſtatutum prohibet, minorẽ
ſine ſolemnitatibus contrahere,& prçſumit con
tractum ſimulatum, & iuramentum vi,dolo,vel
metu extortum,tunc nulla eſt difficultas proba-
** bilis,quin illa ſit uerior,& cõmunior** opinio,
47 q contractus nõ ualeat,& iuramentum† non li-
get, quam tenuit Bar.in l.omnes populi.2.q.ter-
tiæ qõn.principalis,nu.25.vbi dicit,ita uidiſſe iu
dicari,quem ſequuntur Bal.Saly.Fulgoſ.& Iaſ.in
d.auth.ſacr.puber.Card.Butr.& Imo.in d.c.cum
contingat,Bald.d.conſ.483. Corn.conſ.135. 3.
col.1.uol.& 121.2.col.in 4.Barb.d.conſ.21.col.
7.in 1.& d.conſ.6.col.7.& conſil.41. coſ.6.in 4.
Anchar.conſil.330.niſis facti.5.col.Alex.qui di
cit communem, conſ.196.num.5.in 6.& conſil.
151.nu.3.& 9.7.vol.Iaſ.d.conſ.133.nu.17.Curt.
iun.conſilijs 118.& 119.Ruin.conſil.135.num.
14.in 1.& conſ.95.nu.9.in 5. Pariſ.conſ.53.nu.
33.& conſ.97.num.4.& conſ.99.nu.28.in j.Al-
ba.conſ.70.nu.7.Soc.iun.conſ.3.num.38.41.&
ſeq.2.uol.Cagn.in l.ſi librarius.nu.45.ff.de reg.
iur.& Bapt.a Villalob. in ſuis communi.opin.in
ver.iuramenti effectus.num.152.Cum igitur ex
ſtatuto prædicto Mantuæ prohibeantur mino-
res contrahere,& annulletur contractus, etiam
ſi iuramentum interueniat, & ex decreto Federi
ci Marchionis Mantuæ prohibitum etiam ſit iu
ramentũ,& fingitur ſeu præſumitur dolo,& frau
de,ac ui. & metu extortũ,ſequitur q iuramentũ
in hoc contractu præſtitum, fuit nullum,& inua
lidum,nec ligauit ipſum Dñm iurantem.Et licèt
fuerit derogatum ipſis ſtatuto,& decreto per ip
ſos Illuſtriſ.tutores, tamẽ derogatio ipſa fuit nul
la, ut in præcedenti fundamento abunde com-
probatum extitit.

Tertio eſt ratio,q pp enormem læſionem iu
48 ramentum nõ tollit reſtitutionem† in integ.quç
in caſu iſto ſatis,& ſuper videtur probata. vt per
Dec.in allegato cõſ.403,& conſ.349.nu.6. & tã
to minus,quia non eſt præſtitum ampliſſimis ver
49 bis de lçſione† loquentibus,& hanc reſtitutionẽ
ſpecialiter comprætendentibus,ut per Rip.in al
legato reſponſo.15.nu.6.& 10.3.lib.Soc.iu.con
ſil.47.nu.18.in 3.& Alb.conſ.81.nu.54.& con-
ſil.89 nu.6.maxime,quia fuit obtenta abſolutio
50 † ad ſi.agendi.Pariſ.conſ.96.nu.25.in j.Soc.iun.
d.conſ.47.nu.38. & conſ.145.nu.39.2.uol.quæ
51 quidem læſio † non fuit ſublata per præſentiam
etiam Principis interuenientis cõtractui. ut per
Ruin.conſ.135.nu.16.j.uol.

Quarta eſt ratio,quòd cũ minor factum igno
52 rat,iuramentum ipſum† non ligat. ut ultra Dec.
d.conſ.403.col.pen. uerſ.quintò reſpondetur
trad. not. Rip.allegatus d.c.15.num.7.& 10.vbi
propriè loquitur in renunciatione Caſtri, & iu-
riſdictionis,& fuerat ſibi expreſſum,contractum
eſſe ſibi utilem, quod uidetur etiã tenere Crau.
conſ.142.nu.20. & admittit Bertran.conſ.141.
4.quæſito.in fi.2.par.Et eſt,quando ex cauſa fal
ſa fuit motus,Bal.d.conſ.483.nu.1.in 4.& Pariſ.
d.conſ.96.nu.24.in 1.& cum non conſtet.ipſum
Dominum minorem tunc habuiſſe ſcientiam de
valore bonorum uenditorum. præſumitur igno
rantia,Iaſ.d.conſ.133.nu.10.

Quintò iuramentum non obligat, vel ſaltem
venit reſcindendus contractus, ſi metus etiam
53 † reuerentialis interuenit cũ lçſione,vt plene do
cuerunt ipſi Excellentiſ.Conſulentes, ex Cur.iu.
Rip.& alijs, per eos citatis, quod & tradit Barb.
d.cõſ.41.col.5.in 4.Rui.conſ.60.nu.19.in 3. Ber
tran.conſ.293.nu.11.in 3.Boer.deciſ.100.nu.19.
Alb.conſ.77.nu.22.ubi loquitur,qnando fuit fa
cta alienatio ſine cauſa,& conſ.81.nu.5. & conſ.
100.nu.4.Didacus Couarru. in ſuo epito. in 4.
decreta.c.3.§.5.nu.4.2.par.In propoſito modo
de hoc metu reuerentiali, tam reſpectu matris,
quàm dictorum Illuſtriſ. Tutorum male impreſ
ſorum ex teſtibus probatum eſt, quib. affirman-
tibus de metu,magis ſtandum eſt, quàm neganti
bus, etſi pauciores eſſent, vt per Didac.Boer.&
Alb. locis præallegatis,& de proteſtationibus fa
54 ctis per contrahentem, † q probent metum,vel
iuuent alias probationes, Boer.d.deciſ.nu.10.&
Didac.loco præallegato. num.12.

Sextò quoties minor cõpellitur iurare in cõ-
55 tractu, iuramentum ipſum † non ligat, tanquàm
non ſponte præſtitum,vt tradit Corn.dicens.ita
Dominum ſuum tenuiſſe in d.auth.ſacram. pub.
in conſ.124.ante fi. 3.uol. Atqui in hoc contra-
ctu interuenerunt prædicti Illuſtriſ.Tutores,&
expreſsè mandauerunt, ipſum Dominum mino
rem iurare debere in dicto contractu, quo caſu
non poteſt dici ſua ſponte, ſed cõpulſus iuraſſe.

Tertium fundamentum facile ſternitur: quia
etſi contractus fuiſſet utilis d. Dño minori, ta-
men ẽt a nullitate defendi non poſſet,ex quo ſo
56 lẽnitates† neceſſariæ non interuenerunt.l.ſi fun
dus,in prin.ubi gl.ff.de reb.eo.& licèt gl.& non-
nulli Doctores aliter uoluerint in l.2.ff.de offic.
eius, cui mand. eſt iuriſd. tamen contra eos eſt
* cõis*opinio, ut per Caſtr.& Lancelot.Dec.ibi,
ſecundum quã fuit iudicatum, ut per Affli.alleg.
deciſ.78.tum quia illa opinio contraria procede
ret in reb. penitus inutilibus, & infructuoſis, ac
ſterilibus, ut loquuntur Docto. aduerſarij. cuiuſ
modi non ſunt hæc bona,quç ſunt fertilia,& ma
gnæ utilitatis,& redditus, & non procederet ẽt,
qñ ſterilitas non eſt perpetua, vt quia pp guerrã
ſunt ſteriles,prout minus fertilia uidebãtur hçc
bona pp bellum tunc adhuc uigens, ita Bald. in
conſ.184.ad intelligentiam,ad fi.2.uol.

Secundo,licet ipſi Illuſtriſ.Tutores affirmaue
57 rint in decreto diſpenſationis† de hac utilitate,
non tñ eis eſt credendũ, & oñſum fuit per alios

Mag. Dominos Coaduocatos, & tradit Pariſ. d.
conſ.68. nu.226.in 4. ſicut etiam non creditur
58 iudici ad iuſtificationem† ſui decreti. Barb.d.cõ
ſil.6.col.13. Alcia.d.præſump.10.nu.3. & 5. Pet.
Duen.d.reg.186.decretum interpoſitũ. 5.ampl.

Tertio ceſſat omnis ſcrupulus, ex quo fuit
probatum contrarium per teſtes, & alias proba
tiones factas in proceſſu, quo caſu tollitur decre
tum, & p̃ſumitur, ipſos Illuſtriſs. Tutores erraſſe,
vel fuiſſe deceptos, ut ipſi in ſuis litteris patenti-
bus atteſtantur: & nõ eſt præſumendum, eos cõ
59 ſenſiſſe, ſi ſciuiſſent veritatẽ† eſſe in contrariũ, vt
in ſimili dicit de iudice Barb.d.conſ.6.col. 13.

Quartum, & vlt. fundamentum ẽt nullam ha-
bet difficultatẽ. Primò, quia præter id, quod nõ
conſtat de aliqua ratificatione, quæ potuerit in-
duci tacitè, vel expreſſe, poſt contractum vendi
tionis, quando non ſunt adhibitæ ſolemnitates
in contractu minoris, nec ſeruata forma ſtatuti,
nam tunc contractus, etiam ſi minor, ſit effectus
maior, ratificari, & approbari non poteſt, ut ex-
preſſe diſponit dictum ſtatutum Mantuæ, de mo
do, & forma obſeruandis &c.

Secundò, quia quando ſtatutum præſumit cõ
tractum doloſum, vel iuramentum dolo extor-
tum, ut etiam in hoc caſu, vigore dicti decreti
Federici Marchionis, & tunc etiam ratificari
60 † non poteſt, vt multis rationibus comprobat
Rom. conſ.54. viſis. & conſuluit deciſiue Curt.
iun.conſ.50.nu. 8.& ſequen.

Tertio, quia receptio pecuniarum potuit ex
61 alijs cauſis fieri, quàm vt contractus† approbe-
tur, non cenſetur facta approbatio, vt per Boer.
d.deciſ.100.num.16.& 17.& Boſſ. in tit. de plu-
ribus violen.num.96.& 100.

Sublatis igitur omnib. fundamentis Domino
rum Aduerſariorum, ſolum remanet prima quæ
ſtio ad fauorem ipſius Illuſtriſsimi Actoris, ip-
ſum omnino obtinere debere. qua ſolutione ſtã
te, ſuperuacaneum eſt diſputare de meritis alia-
rum, cum ad eas tantum recurrendum eſſet, ca-
ſu quo ipſe Illuſtriſſimus Dominus Actor obti-
nere non poſſet. Verum, vt omnibus ſatisfaciã,
aliqua etiam in eis addam alijs fuſiſſimè per a-
lios Magnificos ſcribentes adductis.

Secunda igitur eſt quæſtio, nunquid, poſito,
quod ipſe Illuſtriſs. D. Sigiſmundus ex perſona
ſua non poſſet obtinere, (quod iure dici non po-
teſt per prædicta) an tamen ipſi eius filij, vel ip-
ſe ut eorum pater, & legitimus adminiſtrator,
poſſint recuperare dictum caſtrum feudale per
ipſum alienatum, ſaltem reſtituto precio. In quo
ad fauorem ipſorum Dominorum filiorum con
cluſum fuit per ipſos Excellẽtiſſimos Dominos
Coaduocatos, quorum ſententiæ ego quoque
ſubſcribo, tanquam iuridicæ, & rationabili; cum
62 filij viuente patre poſſint feudum† paternum
(quod ex pacto, & prouidentia vocant) ſoluto
precio auocare ab emptoribus, ut tradunt om-
nes in c. Titius. allegato, ſi de feu. fuer. contro-
uer. inter domin. & agnat. vaſall. quod & tenent
Mart. de Laud. inter conſil. Bru. conſil. 119. nu.
36. Guil. a Perno, in conſilijs feudalibus. conſil.
ſexto, num. 19. Curt. ſen. conſ. pe. nu.4. & Ian. in
tract. feud. 4. parte. 4. dubitatione. nu.151. & Ti-
raquel. in tract. prædicto de retract. tit. 1. §. 1. gl.
9. num. 46. & Alb. conſ. 76. vbi reprobat Bal. qui
voluit etiam agnatos habere hoc beneficium,
cum tantum filijs competat, uiuente alienante.

Nec quicquam facit, quòd in renouatione fa
cta Illuſtriſſimo Domino Sigiſmundo auo ipſo-
rum Dominorum filiorum fuit facta inueſtitura
pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, quia illa
non eſt attendenda, ſed prima, facta proauo,
qui feudum acquiſiuit, in qua ipſe fuit inueſtitus
pro ſe, & hæredibus ſuis legitimis maſculis, &
63 hoc caſu hæredum appellatione,† tantum filij
comprehenduntur, ut per dictos Excellentiſs.
Dominos Coaduocatos extitit comprobatum,
quod & tradit Pet. Duen. in reg. 359. filius. Et
64 ſecundum hanc primam† inueſtituram, ſecunda
venit interpretanda, & ſi ſecunda aliter loqua-
tur, cenſentur partes erraſſe, Bal. conſil. 215. pro
ponitur, primo dubio. 2. vol. nec poteſt alterari
65 in præiudicium comprehenſorum, † vt vltra a-
lios citatos tradit Sylua. in tract. de feu. reco-
gni. quæſtione 38. Ferret. conſ. 40. num. 6. & con
ſil. 119. num. 4. & Tiraquel. dic. tract. §. 32. gloſ.
unica, num. 39. niſi expreſſe partes ſcienter a pri
ma recederent, exprimendo quare recedant, &
66 quòd ita† conueniunt, licẽt aliter in prioribus
conſtaret, ut tradit Caſtren. in conſ. 63. uidetur
dicendum, in antiquis, alias conſ. 142. num. 3.
2. vol. ſeq. Dec. conſ. 193. nu. 4. & cõſ. 263. nu. 5.

Et hoc caſu, licẽt ipſe Illuſtriſſimus Domi. Si-
giſmundus huiuſmodi feudum alienauerit, po-
teſt uti pater, & legitimus adminiſtrator ipſorũ
filiorum, feudum ipſum recuperare, q. a nõ ſuo,
ſed alieno nomine comparet, & tanquam alia
perſona, ut ad propoſitum de patre, qui bona fi
liorum uendidit, quòd ea ut pater & legitimus
67 † eorum adminiſtrator, & eorum nominibus
agens poſſit uendicare, tradit glo. Bal. Sal. & Ca
ſtren. in l. a matre. C. de rei vend. Bertr. cõſ. 295.
nu. 1. 3. par. & Rip. in l. ſi conſtante, in prin. nu. 99.
ff. ſol. matrimonio.

Supereſt tertia, & vltima quæſtio petitionis
Illuſtriſſimorum agnatorum, quæ ſuccedit in ca-
ſu, quo etiam filij obtinere non poſſent, quæ &
ipſa ſatis fuit diſcuſſa, & deciſa per ipſos Excel-
lentiſs. Dominos. In qua cẽſeo ipſos Dominos
agnatos admittendos eſſe, ad reuocationem alie
natorum contra teſtatoris prohibitionem, & eſſ-
68 ſtatim facta alienatione fuerint† vocati, ut in te
ſtamento, & ius fuerit eis quæſitũ. l. cũ pater. §.
libertis. ff. de le. 2. ubi Caſ. & Rodor. alle. 3. no. 7.
proculdubio ipſi deberent obtinere, & hoc caſu
filijs tũc nõ natis p̃ponẽdos eſſe autem aiũt im.

Nec

Nec obſtat, quòd ſecundum opinionem ali-
quorum, pater non poſsit teſtando de feudo di-
ſponere, quia cum inter comprehenſos fidei-
69 committitur, feudum†etiam antiquum, & pa-
ternum, & emphyteuſis uenit in fideicommiſ-
* * ſum, ſecundum veriorem, & communiorem * *
Doctorum ſententiam, quam tenet Alexand. in
conſil. 19. ſecunda, & tertia colum. & in conſil.
29. 2. dubio, in 5. uolum. Iaſ. qui dicit eſſe com-
munem, in prælud. feud. col. 18. verſ. niſi fideicō-
miſſarius. Curt. iun. in tract. feud. 4. par. nu. 133.
Brun. conſ. 14. nu. 1. Ruin. conſ. 108. nu. 18. in 2. &
conſ. 105. nu. 3. in 3. Et tanto magis, quia hic eſt
70 facta mētio bonorum, †quo caſu feudalia, & em
phyteutica compræhenderentur, Alex. conſ. 11.
2. dub. 3. vol. Iaſ. d. col. 18. Ruin. conſ. 37. nu. 12.
in 1. uol. Pariſ. conſ. 21. num. 61. in 2. & Tiraq. in
d. trac. §. 1. glo. 3. in prin. & in l. ſi vnquàm. in ver.
bona. nu. 14. C. de reuoc. dona. & in caſu iſto nul
la eſt difficultas, cum prohibitio, quæ tendit ad
71 maiorem†conſeruationē feudi, valida ſit, vt per
Pariſ. allegatum per Magn. Plumbinum, conſ. 2.
nu. 10. & conſ. 3. nu. 36. & ſeq. 1. uol.

Cconcludo igitur una cum aliis Excellentiſs. Dominis Conſulentibus. in quorum ſententiam manibus (quod aiunt) & pedibus concurro. in omnibus petitionibus ipſorum Illuſtriſs. Dominorum Actorum, ipſos iuſtitiam fouere. Laus Deo Opt. Max.

Bart. Bertazz.

Conſulentes in hac cauſa ſunt Rol. a Val. conſil. 7. in 3. Nat. conſ. 631. Ceph. conſil. 207. Rim. iun. conſil. 5. pendet adhuc controuerſia coram Collegio Papiæ.

ARGVMENTVM.

In eadem cauſa quibuſdam reſpondetur dubitationibus, & enucleatur, quomodo minor antequàm reſcindat cōtractum, debeat reſtituere omne illud, quod ex eo habuit.

S V M M AE.

1 *Contractum reſcindere qui vult, debet ante omnia reſtituere omne illud, quod ex eo habuit.*

2 *Dominium non transfertur in ementem ſine ſolemnitatibus a minore.*

3 *Contractus eſt nullus, quando precium deponitur, quod erat tradendum.*

4 *Minor non tenetur reſtituere precium ſolutum ex contractu nullo, niſi quatenus in eius vtilitatem verſum eſt.*

5 *Et hoc debet probare aduerſarius, non minor.*

6 *Minor ſi precium non recepit ex contractu nullo, ſufficit ſi cedat actionem emptori.*

7 *Oblatio ſimplex, & verbalis non ſufficit ad conſequendum actionem.*

8 *Contractu annullato actionem competere certum eſt ad recuperandam rem, & poſſeſsionem.*

9 *Emptor non poteſt agere ad rem, niſi offerat precium, modo illud petatur per partem, alias iudicium procedit.*

10 *Oblatio realis non eſt neceſſaria, cum alius recuſat recipere.*

11 *Oblatio debet eſſe cum effectu, ita vt offerens rem habeat paratam ſolutioni.*

12 *Et verbalis non releuat offerentem, quando alius eſt paratus recipere.*

13 *Iuramentum obligat minorem etiam ſtatuto dante formam in contractibus minorum.*

14 *Iuramentum non firmat contractum prohibente ſtatuto.*

15 *Et illo non obſtante auditur minor ad reſciſſionem cōtractus impetrata habilitatione.*

16 *Læſio non tollitur, licèt Princeps interueniat contractui.*

17 *Minor non ligatur iuramento, ſi ignorauit factum.*

18 *Vel compulſus fuit iurare, vel non fuit metus reuerentialis.*

19 *Iuramentum nō obſtat, quando agitur ad nullitatem contractus.*

20 *Bona nobilia immunia & oneribus non ſubiecta, non debent alienari.*

21 *Decretum iudicis excludit omnem doli, & læſionis præſumptionem.*

22 *Tutores Principis non habent eam poteſtatem quam Princeps.*

23 *Nec ea gerere poſſunt, quæ Princeps raro facit, aut gerit.*

24 *Decretum iudicis non habet præſumptionem validitatis ſine ſolemnitatibus neceſſariis.*

25 *Nec creditur Notario atteſtanti de interuentu eorum.*

26 *Et non valet decretum illud, aut iuuat contractum, quando apparet illas ſolemnitates non interueniſſe.*

CONSILIVM XIII.

In Domino confido.

QVia in cauſa iſta Illuſtriſs. D.Sigiſ-
mundi Gonzagę, abunde fuit ſcri
ptum,& per me,& per alios Cla-
riſs.I.C.ſuper difficultatibus,quæ
nunc in dubium reuocantur per
Clariſs.D.Conſiliarios Principis noſtri,ex quo-
rum ſcriptis ſublatæ ſunt,& penitus enacuatę du
bitationes iſtæ,propterea breuiter rem perſtrin
gam, reſpondendo dubitationibus propoſitis,
cum in paucis conſiſtat veritas.

Dubitatur igitur primo, Illuſtriſ.Dñm prædi-
ctum non poſſe obtinere,ex quo agens ad reſciſ
1 ſionem contractus prius†non reſtituit id,quod
ex contractu ipſo ad illum peruenit. l.ſi a te. C.
de pac.int.emp.& vendit.Bal.in §.notandum,in
tit.de his, qui feu.dare poſ. Anchar.conſ.34.nu.
20.cum alijs,de quibus in dubijs.

Dubium hoc facilè ſoluitur,ſi factum perpen
datur. Agitur pro parte Illuſtriſ.Domini,ad auo
catioñe rei nulliter alienatæ, cum in alienatione
ipſa non fuerint ſeruata ea,quæ neceſſariò erant
ſeruāda,de quib. aliàs abundè tractatum fuit, &
quæ latè proſequitur Rol.a Val.in conſ.33.in 1.
col.& in fi.illius conſilij,1.vol.vbi dicit,dominiū
2 †in emptorem nō eſſe tranſlatum, & conſ.18.nu.
72.& ſeq.2.vol.Et inter cętera illud tactū fuit,ꝙ
alienatio huius Caſtri fuit inutilis minori,& val-
de damnoſa,quia precium non fuit ſolutum rea
liter ipſi venditori, ſed depoſitatum penes Illu-
ſtriſs.Duciſſam Mantuę,penes quā adhuc extat,
cum nunquam in emptionem prædiorum eroga
tum,vel inueſtitum fuerit, & ex hac cauſa ēt fuit
3 nullus†contractus,vt ex pluribus oſtenſum fuit,
quibus etiam additur deciſio Alc.ad propoſitū,
in conſ.9.nu.13.1.lib.ſecundum vltimam impreſ
ſionem, vbi reſpondit, contractum eccleſiæ fuiſ
ſe nullum,ex quo loco rei, quæ dari debebat, in
contracambium fuit precium depoſitū, ex quo
nullus redditus interim per eccleſiam fuit perce
ptus, & ex eo conſtitit nullam ſubſuiſſe cauſam
alienationis,nec reſpectu utilitatis,nec neceſſita
tis,ut per eum ibi. Quib.in facto ſtantib.duplici
fundamento tollitur hæc prior dubitatio.

Primum eſt, ꝙ qñ contractus eſt nullus, ut in
caſu iſto,& tunc minor non tenetur ad reſtituen
4 dum precium†ſibi ſolutū,niſi conſtet,illud con-
uerſum fuiſſe in eius utilitatem, l.prędium.l.præ
diorum.& l.vtere.C.de prædi.mino.l.ſi pupillo-
rum.§.fin.& l.pen.§.fi.ff.de reb.eo.& hoc debet
5 probare aduerſarius,†non minor, vt not.gloſ.&
* communiter*omnes,in d. l.prediorum. Cy.in l.
fi.col.pen.in fi.nu.3.& col.ſi.C.de in integ.reſti.
mino.Bar.& alij.in l.j.C.ſi aduer.venditio.Alex.
conſ.46.circa primum.j.col.5.uol.Soc.conſ.115.
col.fi.3.dub.1.vol.& Io.Maurit.in trac.de reſti.in
integ.c.215. at cum nedum hic non conſtet,pre
cium hoc fuiſſe verſum in vtilitatem ipſius Illu-
ſtriſs.Venditoris,ſed conſtat imò totum oppoſi
tum verius eſſe,ceſſat dubitatio propoſita.

Secundum eſt,quia Doctores,& iura, quę exi
gunt minorem,vel contrahentem reſtituere pre
cium, loquuntur qñ in rei veritate precium ip-
ſum peruenit ad minorē ipſum, ſecus ſi illud nō
6 percepit,vt hic:quo caſu ſufficit,†ſi cedat actio-
nē, quā habet ad illud cōſequendū.l.quod debe
tur. ff. de pecul. Et ꝑpea ſat fuit oblatio facta in
libello,ꝙ aſſentiebat,ſeu erat paratus aſſentire,ꝙ
preciū depoſitatū Dñis aduerſarijs ſolueretur.

Nec obſt.vt dicit in dubijs,ꝙ oblatio ſimplex
7 & verbalis†non ſat fuerit ad conſequendū actio
nem,ad tradita in l.iuriſgentiū.in prin. ff.de pac.
per Negus.in trac.de pigno.& hypothe. 3.mēb.
5.partis.2.particula. nu.5.in 2.declara.& Boer.
deciſ.124.num.22.& 29. Quia non eſt verum, ꝙ
oblatio eſſet neceſſaria ad actionem conſequen
8 dam,cū competierit actio†ad recuperandū rem,
& poſſeſſionem,ipſius annullato cōtractu,Caſtr.
conſ.103.nu.2.in 2.& Plot.in l.ſi qñ.nu.203.&
205. C. vnde vi. cum alijs aliàs citatis in primis
allegationib.Nec oblatio huiuſmodi erat neceſ-
ſario fienda, ſi nō peteretur ex aduerſo precium
9 ipſum,quia ēt in contractu emptionis,†licet non
poſſit agere emptor ad rē,niſi offerat precium.l.
Iulianus. §.offerri. ff. de act. emp.tñ illud dēt in-
telligi,ſi petatur per partem,aliàs procedit iudi-
* cium,ſecundum cōem*opin. quam tenet Boer.
d.deciſ.124.num.30.& Tiraq.qui plures citat, in
tract.de retract.ti.1.§.1.glo.17.nu.3.& 4. & latè
examinat, & decidit Andr. ab Exea,in tract.de
pact.nu.424.& pluribus ſequentibus. at cum in
hoc proceſſu pars aduerſa nunquàm preciū hoc
petierit,verùm ſemper defenderit validitatē cō
tractus,& ſic in effectu recuſauerit, ſe velle illud
recipere,nō video quid opus fuerit alia oblatio-
10 ne†reali, iuxta tradita per Alex. in l.ſi mora.nu.
5.5.fallen.ff.ſol.matr.& Neguſ.loco in dubijs ci
tato,etiam 5.fallen.num.7.

Sicut etiam ceſſat illud, quod ēt in dubijs dr̄,
11 ꝙ oblatio deberet eſſe† ī effectu,ita ut offerens
rem ſoluendam, paratā haberet ſolutioni,vt per
Alex.conſ.130. Tiraq.d ti.1.§.1.gl.19.nu.4. cum
ſeq.cū alijs citatis in dubijs.Nam hęc omnia poſ
ſent locū habere eo caſu,quo quis rem, vel pecu
niā tradere,vel ſoluere deberet,quod non cōue
nit caſui noſtro,cū Illuſtriſs.hic Dñs,nihil penes
ſe habeat reſtituēdum,& quia tm̄ haberet actio-
nem ad hoc depoſitum,caſu quo illud vellet in
emptionem prędiorū erogare, iuxta tenorē in-
ſtri,ſat eſt ꝙ aſſentiat,illud relaxandum eſſe Dñis
Aduerſarijs,ut ſupra,& ꝙ habeat paratum id,qđ
in ſe eſt,ſ.aſſenſum hunc,vel actionis ceſſionem,
quam paratus eſt cedere, reſtituto ſibi Caſtro
occupato per Dominos Aduerſarios.

Ad

Ad id autem, quod ſubiungitur in dubijs, ver
12 balem obligationem non releuare† offerentem,
quando aduerſarius offert ſe paratum recipere,
Bar. in l. fin. ff. de diſtr. pign. ad fi. & alij citati in du
bijs, ſatis eſt negare partem aduerſam vnquàm
ſe obtuliſſe velle retrò accipere precium, immo
recuſauit ſe teneri, affirmando contractum fuiſſe
validum, & reſcindi non poſſe.

Secundum dubium eſt de iuramento præſti-
to per ipſum Illuſtriſ. D. Sigiſmundum, In contra-
ctu de non contraueniendo, modo aliquo, ratio
ne, vel cauſa, quod ipſum ligat. auth. ſacram. pub.
C. ſi aduer. vendi. & ibi Igne. nu. 32. & 41. vbi te-
net, procedere illud ẽt ſtatuto dante formam
13 † in cõtractib. minorum, & loquente tam in per-
ſonam, quàm in rem, vt per eum ibi, nume. 45.
etiam non certiorato minore, Alex conſ. 42. nu.
10. in 1. tollitur ex plurib. fundamentis aliàs con
ſtructis in alijs ſcriptis, & primo, quia imò con-
* traria opinio eſt communior, ** quòd iuramen
14 tum non firmet contractum† prohibente ſtatu-
to, ex quo contrahens peccat, ut tradunt plures
citati in dictis allegationibus, & præſertim Ro-
dori. Suares. allegatus in l. 1. nu. 24. in titu. de las
arras. & Alb. qui dicit in practica ſeruari, in con-
ſil. 70. nu. 6. Sed quando ſtatutum præſumit con
tractum, in quo non fuerunt ſeruatæ ſolemnita-
tes, meticuloſum, & uiolentum, & iuramentum
dolo, vel per metum extortum, ceſſat omnis dif
ficultas, ut ex allegatis in ſecundo fundamento
ſuper hac difficultate latè diſſerui in priorib. alle-
gationibus, & idem eſt, quando minor enormi-
ter fuit læſus, vt dixi ibi, in tertio fundamẽto, ſeu
tertia ratione. Nam hoc caſu conceſſa habilita-
tione, prout hic conceſſa fuit, auditur minor ad
15 reſciſſionem † cõtractus. quod etiam tradit Alc.
in conſil. 135. nu. 13. 5 lib. De læſione vero ipſius
Domini Venditoris latè comprobatũ fuit, tam
in facto, quàm in iure, adeo vt de ea non ſit dubi
tandum, quę nec cenſetur ſublata aliqua pręſum
ptione inducta ex præſentia Principum interue-
16 nientium dicto contractui, tum quia illa† non of
ficit, vt per Rui. in allegato conſ. 135. num. 16. in
1. & nouiſſimè Rolan. a Val. conſ. 54. nu. 38. in 2.
uol. tum quia præſumptio ſublata fuit per proba
tionem, Crau. conſ. 36. num. 5.

17 Sicut etiam tollitur, ex quo minor† factũ igno
rauit, ut in terminis tradit Dec. allegato conſil.
403. col. pen. cum alijs citatis in quarta ratione
ſuper hoc puncto in dictis prioribus allegationi
bus. quod etiam firmat Alcia. in dic. conſil. 135.
nu. 11. ubi dicit hoc caſu deficere conſenſum iu-
rantis: quod pariter procedit, ſi minor compul
ſus ſit iurare, & metus etiam reuerentialis inter
uenerit, tunc enim iuramentum iurantem non
ligare fuit ex duabus rationibus poſteriorib. ibi
18 comprobatum. † quòd etiam quando aliàs con-
tractus eſt nullus, tradit Rol. a Val. conſ. 2. nu. 80.
& ſeq. 1. uolum. Quibus ſi addatur, ꝙ quando agi
19 tur ad nullitatem contractus infirm† non obſtat;
ut per Cur. iun. conſ. 118. nu. 9. & nouiſſimè Petr.
Beninten. concl. 47. nu. 4. qui dicit, hanc eſſe cõ-
* munem, * certè conſtabit nullam ſupereſſe diffi-
cultatem ſuper inualiditate dicti contractus.

Nec eſt verũ, ꝙ hoc caſu exigatur læſio ultra
dimidiã. ut per Doctores in hoc puncto citatos,
ſed ſufficit ꝙ ſit enormis, & iurans ſit minor, &
in propoſito de lęſione, & quidẽ magna, & enor
mi, ſatis ex proceſſu cõſtat inſpecta qualitate rei
uenditæ, quia etiam quando poſſunt alienari bo
20 na minoris, hæc nobilia† immunia, & nullis one-
rib. ſubiecta non debent alienari. Rol. a Val. dic.
conſ. 99. nu. 5. in 1. & de venditione Caſtri tradit
idem Rol. in conſ. 18. nu. 76. & ſeq. 2. uol. & quia
ſuper hoc per omnes ſcriptum fuit, & per teſtes
fuit probatum, quàm enormiter fuerit læſus, ẽt
habita conſideratione omniũ qualitatum, & cõ-
ditionum rei venditæ, ſuper hoc non inſiſtam,
ſed ad aliàs ſcripta me remittam.

Tertium, & vltimum dubium reſpicit decretũ
21 interpoſitum, quod vr̃ excluderet† omnem doli,
& læſionis præſumptionẽ. l. 1. ubi Bar. C. de pręd.
decur. lib. 10. cum alijs, de quib. per Abbatem in
c. niſi eſſent. de præb. ſuper quo dubio aliàs fuſiſ-
ſimè fuit ſcriptum per alios, & per me poſt eos,
& oſtenſum, ꝙ non valuit decretum ipſum. cum
ipſi Illuſtriſs. tutores, nõ habuerint eã poteſtatẽ,
22 quam† haberet Princeps, ut in primo fundamen
to latè oſtendi ſuper hoc puncto, quib. addo Io.
Lup. in rub. de donat. int. uir. & ux. §. 45. nu. 12. af
firmantem, tutorem ẽt Principis ea gerere non
23 poſſe, † quæ Princeps, niſi de raro facit, vel gerit,
quod ẽt tradit nouiſſimè Rol. a Val. d. cõſ. 18. nu.
66. 2. uol. Quòd aũt huiuſmodi decretum, tàm
damnoſum minori per Principem nõ ſoleat paſ
ſim fieri, in proceſſu comprobatũ extitit. Et cum
auctoritas tutorum ipſorum Illuſtriſ. non poſſet
ſe extendere ad ea expedienda, quæ erant reſer
uata Principi, cum haberent officium tpale, non
perpetuum. Et quia decretum illud, quo inhabi
lis de iure cõi habilis reddebatur, non potuit ex
tendi ad bona ſita extra territorium ipſorũ Do-
minorũ, vt abundè comprobaui in primo, & ſe-
cundo fundamento, in dictis allegationib. ſuper
hoc puncto, quibus nihil uidi in dubijs fuiſſe rñ-
ſum, nullum poteſt fieri fundamentũ in hoc præ
tenſo decreto. Et cum ẽt decretum ipſum inter-
poſitũ fuerit, non interuenientib. in eo ſolemni-
24 tatib. neceſſarijs, non habet pręſumptionẽ† vali-
ditatis, ut per Dec. in his terminis, d. conſ. 403. &
illum ſequitur Rol. a Val. d. conſ. 33. ferè per to-
tum, in 1. & d. conſ. 99. nu. 22. & ſeq.

25 Nec creditur Notario, † ẽt ſi de eis atteſtare-
tur, Beninten. concl. 2. nu. 4. & ſeq. Et quando ap
paret, ꝙ fuit interpoſitũ ex falſa cauſa, vel ꝙ non
26 interuenerunt † ea, quæ neceſſario exigebantur,
prout in caſu iſto, ex fide met ipſorum Illuſtriſs.
Tutorum, & ex pluribus alijs probationibus,

res caret omni probabili difficultate, ut ultra alia per me adducta in quarto fundamẽto huius puncti tradit Rolan.d.conſ. 99. nu. 10. & 29. & ſequen. & Alciat.d.conſ. 9. nu. 15. in 1. lib.

Ex quibus ſublata ſunt dubia propoſita, & clara apparet iuſtitia Illuſtriſſimi Agentis, qui omnino obtinere debet: ſicut etiam (quatenus eius uictoria poſſet recipere aliquam difficultatem ex huiuſmodi difficultatibus tactis in dubijs, quod tamen falſum eſt, ut ſuprà) filij, & attinentes eius Illuſtriſſi. Domini, ſuper actionibus per eos intẽtatis obtinere debent, ex multis, quæ ad eorum fauorem alias fuſiſſimè per omnes ſcribentes in hac cauſa adducta fuere, ſuper quibus cum non refricentur in dubium, nihil ſcribam. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertazz.

Vide in hac cauſa conſil. Rim. iun. 45.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum repertum in archiuo ſeu regiſtro, an ſit releuandum, & quid ſit pręſtandum in releuatione?

Quid ſi plures habeat additiones, cancellationes, & caſſationes, an ſine illis poſſit releuari.

Et quid ſi in eo deſiderentur omnes ſolemnitates, ſitque potius foliacium notarij, & memoriale inſtrumẽti conficiendi, quàm aliud?

S V M M AE.

1 *Imperator non poteſt cognoſcere de cauſis ciuitatis infeudata, aliàs eſſet turbare in iuriſdictione.*

2 *Acceſſoria iudicii, quando ſint, & quando principalia.*

3 *Exceptio cenſetur reiecta, ſi illa oppoſita eſt tamen proceſſum ad ulteriora.*

4 *Inſtrumentum exigit nomen Domini Imperatoris, indictionem, & alia.*

5 *Et deficiente ſubſcriptione notarii, uel aliqua ex his ſolẽnitatib. non poteſt releuari.*

6 *Et idem eſt, quando eſt ſcriptum manu diuerſorum.*

7 *Folia uel foliaciæ notariorum non ſunt in conſideratione, nec poſſunt releuari.*

8 *Scriptura notarii non probat, nec poteſt releuari, quando multa ſunt relicta in albis, et apparet, ſcribentem plus ſcribere uoluiſſe.*

9 *Additiones marginales, an ſint manu eiuſdẽ notarii, poteſt probari comparatione litterarum.*

10 *Et præſumuntur appoſitæ tempore conditi inſtrumenti & de uoluntate partis.*

11 *Cancellationes notariorum ut probent, & quando eſt additæ cauſa cancellationis.*

12 *Notario non creditur, aſſerenti factum eſſe aliud inſtrumentum.*

13 *Inſtrumentum non eſt, quod non eſt ritè factum.*

14 *Exemplum probat ſcripturæ exhibitæ ab aduerſario.*

15 *Scripturæ priuatæ & non probanti, non ſtatur contra producentem.*

16 *Scripturæ priuatæ ut credatur, neque ſupremus Princeps poteſt facere.*

17 *Exemplo non eſt ſtandum, ſed originali reſpectu caſſationum et cãcellationum, cum fortaſſe illæ non fuerint exemplatæ.*

18 *Exemplum exempli non probat.*

19 *Exemplum probat parte citata, a ſcriptura producta deſumptum.*

20 *Exemplatio debet fieri iudice mandante parte citata cum collatione & auſcultatione.*

21 *Exemplum etiam in antiquis, non probat, ſi non interuenerunt neceſſariæ ſolennitates.*

22 *Etiam ſi ſit ſcriptum a notario regiſtri non ſeruata forma in regiſtratione.*

23 *Archiuum non probat, nec illius ſcripturæ, ſi in illo reponantur omnes ſcripturæ, etiã non perfectæ & ſolemnes.*

24 *Relatum eſt exhibendum, non autem ſtatur referenti.*

25 *Notarius reficiendo inſtrumentum non poteſt illi dare ſolemnitates non adhibitas.*

26 *Confeſsio partis ſuper his, quæ ab eius poteſtate non dependent, non eſt habenda in conſideratione.*

27 *Cautela abundans non nocet.*

28 *Solemnitatis repetitio facta in uno inſtrumento, non cenſetur facta reſpectu alterius.*

29 *Appoſtillæ non probant, ſi non conſtat eſſe de mente eiuſdem notarii non habentes diem uel fidem, & ideo inſtrumentum poteſt releuari ſine illis.*

Inſtru-

30 *Inſtrumentum alioqui defectiuum, & imperfectum, neque poteſt releuari ſine appoſtillis adulterinis.*

31 *Cancellationes, & caſſationes in inſtrumento præſumuntur additæ in ipſo initio, & de voluntate partis.*

32 *Et illa cancellata & caſſata non cenſentur publicata.*

33 *Inſtrumentum poteſt releuari ſine caſſationibus, ſi cōſtat coniecturis de ratione illarū.*

34 *Pater pæſumitur diligere filios, & velle ſeruare æqualitatem inter eos.*

35 *Officialis quilibet præſumitur officium ſibi iniunctum fideliter & bene exercere.*

37 *Scriptura notarii, quæ eſt tanquàm memoriale quoddam, & ratiocinium inſtrumenti conficiendi, nihil probat.*

38 *Releuando inſtrumentum ſunt ſeruanda ſtatuta, conſuetudines, & ſtilus loci.*

39 *Delegatus in deciſoriis tenetur obſeruare cōſuetudines, et ſtatuta alterius loci, et quādo.*

40 *Scriptura archiui, vel regiſtri, quomodo, & quibus ſolemnitatibus ſint releuandæ.*

CONSILIVM XIIII.

In Domino confido.

IN hoc àrticulo, in quo agitur de releuatione horum aſſertorū codicillorum, dicebam voce quinq; fundamentis, nos verſari in re clara, & nullo modo ſecūdum intentionem partis aduerſæ releuationem ipſam fieri poſſe. Primò, quia hæc cognitio non videtur pertinere ad cognitionem Sereniſ. D. noſtri Ducis, Iudicis delegati, quomodo ſit facienda huiuſmodi releuatio, & an ſit faciēda, nec ne, cum hęc cognitio pertineat ad Iudices Ciuitatis Mātuę, qui ſecundū ſtatuta, & cōſuetudines illius Ciuitatis, hoc habent decidere, ut inferius dicetur. Certū eſt enim, ꝙ Sereniſ. Imperator nō poteſt cognoſcere de cauſis illius ciuitatis infeudatæ, vel illas delegare, ſed id ſpectat ad cognitionem illius Se
1 reniſs. Ducis inueſtiti, quia aliàs † eſſet ipſum turbare in ſua iuriſdictione, Bal. in l. 1. q. 43. ff. de rer. diuiſ. Cur. iun. conſ. 1. & ſeq. Cagno. in l. conſilij. ad fin. ff. de reg. iur. Nat. conſ. 408. nu. 7. & Gram. deciſ. 30. nu. 11. Quo fit ut cum cognitio hęc non poſſit pertinere ad ipſum Sereniſ. Delegantem, fruſtra diſputatur, an Sereniſs. Delegatus poſſit cognoſcere, tanquàm incidens vel acceſſorium quoddā de hac quæſtione, & ceſſant omnia, quæ ex aduerſo adducebantur, de dependentibus, & acceſſorijs, & eorum cognitione. Nam hoc procederet, vbi eſt eadem ratio, & ſumus in acceſſo-
2 rijs propriè, non † in æquè principalibus, ut dicebam citando Cagn. & Moder. in l. cum principalis cauſa, nu. 10. & 11. ff. de reg. iur. & quando delegans potuiſſet cognoſcere, non quando nō poteſt. Sicut etiam tollitur id quod dicebatur, Illuſtriſs. D. Sigiſmundum ſibi præiudicaſſe faciendo committi cauſam per ipſum Sereniſs. Imperatorem, quia in illa commiſſione non poteſt comprehendi cognitio huius dubij, & cum nunc incidat, cognoſcendum eſt de eo per Iudices competentes, nec aliquid fuit allegatum, ex quo hoc probetur.

Et pariter etiam ceſſat illud, quod ex aduerſo dicebatur, hoc ſatis cenſeri deciſum, ex quo Magnif. Senatores Mantuę miſerunt Ferrariam illū Notarium archiui illius ciuitatis cū illis ſcripturis, quia ſi videantur litteræ ſuæ relationis, apparebit quod id fecerunt, ut morē gererent ipſis Dn̄is Mag. Iudicib. ſubdelegatis, & pro illa uice dūtaxat: quo fit, ut nō poſſit ꝓpterea dici fuiſſe renunciatum cognitioni illius articuli ad eorū cognitionē, vel aliorum Iudicum illius ciuitatis pertinenti, cū maximè id fecerint, vt omnē prorſus ſuſpitionē tollerent, ꝙ appoſtillę exiſtētes in ſcriptura cōtrouerſiæ non fuerint manu illius Notarij, uel fuerint adulterinę, vt ꝑtendit ex aduerſo.

Secundum eſt fundamentum, ꝙ hęc exceptio nunc etiam oppoſita replicata, cum iam fuerit oppoſita, & ſuper ea fuerit cognitum, & exinde poſt longam diſputationem proceſſum ad vlte-
3 riora, cenſetur † reiecta. l. a procedēte, ubi Bar. & alij. C. de dilatio. c. ex parte N. vbi Dec. nu. 3. de appel. Caſt. in l. 1. ad fi. C. de ordi. cogni. nec ſaltē reſpectu cognitionis cauſæ poteſt ad finem impediendi proceſſum, & expeditionem obijci.

Tertiò ego dicebā, quod, etſi ad Excellentiſs. Dn̄os Iudices, ſeu relatores pertineret hæc cognitio, & de hac releuatione facienda nūc eſſet diſputandum, ꝙ tamen nuſquàm admittendū eſt hos aſſertos codicillos in publicā formam redigi poſſe, cū nullę ſolemnitates in ipſis neceſſarię, & requiſitæ interuenerint, & nō deficiunt in eis vna vel duæ, ſed omnes, nam exiguntur regulariter in quolibet inſtr̄o, inuocatio Diuini nominis, nomen Imperatoris, indictio, annus, menſis, dies, locus, locus loci, teſtes, ſubſcriptio, & ſignū
4 † Notarij, ut per glo. in l. generaliter. C. de tabul. lib. 10. Spec. in tit. de inſtru. edi. §. 2. Bar. in repet. §. ſi initium. l. ſi quis ex argentarijs. ff. de eden. & habetur per omnes in c. 1. de fi. inſtru. & late tradit Didac. Hiſpan. libro ſuo practica. quæſtionū, c. 20. At in propoſito nulla ex his ſolemnitatib. reperitur interueniſſe, quo caſu eis forma ualida nulla dari poteſt, quia ſi inſtrumentum, vel teſtamentum ex ſcedis Notarij defuncti non poteſt releuari, ſi aliquæ ex dictis ſolemnitatibus deficiant, tanto minus ſi omnes. Quòd non

5 poſſit releuari deficiēte †, ſubſcriptione Notarij,
vel aliqua ex huiuſmodi ſolemnitatibus, tradit
Ang. conſ. 120. Ad hoc vt ſcriptura. & idem eſt,
6 quando eſt manu diuerſorum † ſcripta, vt etiam
in caſu iſto Alex. conſ. 41. viſo tenore. in prin. 1.
vol. & cōſ. 153. videtur prima. 1. col. 2. vol. Anan.
conſ. 33. Bertran. conſ. 250. nu. 2. 3. vol. ſecundo
impreſſorum, Rub. conſ. 94. nu. 2. & cum ſimus
in ſcripturis repertis in filcia Notarij, nō in qua
terno, vel libro, proculdubio huiuſmodi foliaciū
7 in nulla poteſt eſſe † conſideratione, nec releuari
poteſt in publicam formam, ſecundum cōem
Doctorum ſententiam, quam tenet Cagn. in l. ſi
librarius. nu. 36. ff. de regu. iur. Pariſ. conſ. 12. nu.
120. & ſeq. & conſ. 27. ferè per totū, 2. uol. & plu
ra etiam citat Gram. deciſ. 106. num. 23. & ſeq.

Et tanto minus poteſt eſſe locus dictæ releua
tioni. ex quo ſcriptura ipſa eſt defectiua, & non
perfecta, cū multa in albis fuerint relicta, ex qui-
bus conſtat, dictum teſtatorem, vel codicillato-
rem, plus ultra voluiſſe diſponere, quo fit vt ſcri
8 ptura ipſa releuari non poſſit, † cum nec ullam fa
ciat probationem, Bar. & alij, in l. ſi is qui. nu. 3. ff.
de teſtam. Imo. in conſ. 91. col. pen. Moder. in l.
admonendi. ubi Rip. nu. 157. ff. de iureiur. & Pa-
riſ. ad propoſitum, d. conſ. 27. nu. 17.

Quartum eſt fundamentum, quòd etiam ſi re
leuandi eſſent huiuſmodi codicilli (quod tamen
falſum eſt per prædicta) non tamen ſunt releuan
da illa capitula cancellata, reſpectu quorum fue
runt factæ illæ additiones marginales (non ha-
buit locum) vel (non fuit contentus,) cū iſtæ caſ
ſationes, & appoſtillæ, quæ ſcriptæ fuere manu
9 † eiuſdem Notarij, ut comprobari poteſt ex com
paratione litterarum facienda, iux. l. comparatio
nes. C. de fi. inſtr. & traditur per Doct. in d. l. ad-
monendi. præſumantur factę, & appoſitæ tempo
10 rē conditorum † dictorum aſſertorum codicillo-
rum, & de voluntate ipſius Dñi Codicillantis, vt
ad propoſitū tradit Bal. in conſ. 305. in quodam
libro. 4. uol. quem ſequitur Alex. in conſ. 70. col.
3. in 1. & conſ. 13. nu. 12. in 6. & conſi. 104. nu. 7.
in 7. Caſt. conſ. 131. 2. col. 2. vol. nouiſsimorum,
Corn. in l. ſi unus. col. pen. C. de teſta. & in conſ.
118. 2. col. 4. uol. Rub. conſ. 95. nu. 4. Pariſ. conſi.
28. nu. 45. in 2. Zuccar. in repet. l. fi. C. de edi. di.
Adr. toll. nu. 288. & Crau. conſ. 228. nu. 4. Et tan
to clarius id procedit, quando eſt addita cauſa
11 † cancellationis, ut quia per errorē, vel ſimilem,
vt in caſu noſtro (non babuit locum) vel (nō fuit
contentus) ut tradit Bal. in rub. C. de fi. inſtr. nu.
29. & eius ſententiæ uidetur eſſe in l. Labeo. §. 1.
ad fin. ff. de pac. ſequitur Alex. in d. conſ. 14. col.
pen. num. 23. & conſ. 104. nu. 7. & Corn. in d. l. ſi
vnus. col. pen. & in d. conſ. 118. 2. colnm.

Nec ob. ea, quæ ex aduerſo per D. Aduocatū
aduerſarium adducebātur, & primo ꝙ ex quo in
alijs codicillis perfectis Notarius ille atteſtatur
Illuſtriſs. Codicillantem eo die alios codicillos
condidiſſe, ſatis conſtare videtur, hos illoſmet
fuiſſe, ex quo de alijs non conſtat: Namq; iſtud
12 primò tollitur, ex eo ꝙ nō creditur † Notario id
aſſerēti. l. ſi donatio. & ibi Ang. C. de dona. Alex.
conſ. 5. ponderatis. col. pen. in 4. Dec. in conſi-
lijs 302. nu. 15. & 522. nu. 5. & in auth. ſi quis in
aliquo, vbi etiam Alcia. C. de eden.

Secundo, quia de his non cenſetur ille Nota-
rius intellexiſſe, ſed de validis, & ſolēnibus, quia
13 illud non eſt inſtrm, † ꝙ non eſt rite factum. Bar.
in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bono. poſſ.
cont. tab. l. 4. §. condemnatum. vbi Rip. nu. 3. ff.
de re iud. Et licèt forte non reperiatur alius ro
gitus, nō propterea ſequitur, ꝙ de hoc intellexe-
rit Notarius inualido, & nullo. quod tāto clarius
procedit, cum eius relatio non poſſit facere, vt
ſolemnitates quæ nō interuenerunt, cenſeantur
interueniſſe, quæ non potuerunt ex relatione ip
ſa haberi pro appoſitis, nam hæc poſſunt ſimul
ſtare, quod etiam fuerint cōfecti iſti codicilli, ſed
nulliter, & inualidè, nec propterea iure repugnā
tè poſſint in publicam formam reduci.

Secundo non obſtat, ꝙ ſit credendū illi exem
plo, ſeu copiæ habitæ ex ſcriptura noſtra, exhibi
ta Notario cauſæ, quo caſu videtur ſaltem ſecun
dùm eius tenorem inſtrumentum eſſe releuan-
14 dum, & ꝙ credatur hoc caſu † exemplo, habetur
per Fely. in c. fi. col. fi. 5. fal. de fi. inſtrum. quia in
hoc nullum penitus poteſt fieri fundamentum,
ex pluribus. Primò, quia ſumus extra diſputatio-
nem Doctorum, an ſtandum ſit ſcripturæ priua-
15 tæ, vel aliàs non † probanti cōtra producentem,
iux. not. in c. cum venerabilis. de except. & in l.
2. C. de inſtitut. & ſubſtit. & ex quo copia noſtra
numquam fuit producta, ut atteſtatur Bonſigno
rius Notarius tunc cauſæ in ſuo examine, & tan
tùm vidēdum eſt, an exhibitio facta Notario per
vnum ex agentibus horum Illuſtriſs. Actorum,
non habentem mandatum aliquod, potuerit ip-
ſis obeſſe. & certum eſt ꝙ nō, quo fit ut exemplo
noſtro nulla ſit adhibenda fides, c. 1. de fi. inſtru.
vbi Moder. firmant per illum tex. etiā ſupremum
16 Principem non poſſe facere vt credatur † ſcriptu
rę, vel exemplo, & tradit Rom. in ſing. 107. an Pa
pa. Et tanto minus ei poſſet credi, cū reperiatur
diſcordare ab originali, exiſtente in archiuo ex-
hibito, quo caſu exēplari illi, & originali ſtādum
17 eſt reſpectu † appoſtillarum, & caſſationū, de qui
bus ſupra dictū fuit, Bar. in l. Sempronius Procu
lo. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 79. elegāter. 2. col. in 5.
Soc. iun. conſ. 23. nu. 11. in 2. Et ratio eſt in prom
ptu, quam adducit glo. in auth. ſi quis in aliquo.
præallegata. & Bertran. conſ. 219. num. 4. 2. vol.
ſecundo impreſſorum, quia in originali poſſunt
adeſſe cancellationes, & raſuræ, ac additiones,
quæ nō fuerint exemplatæ. Exemplum vero ſuū
ab exemplo noſtro deſumptū in nulla debet eſſe
18 conſideratione, cum exemplum † ēt exempli nō
pbet, l. ſancimus. C. de diuer. reſcr. c. fi. de fi. inſt.

Af-

Afflict. deciſ. 282.nu.6. & latè Didac.d.lib.pra-
ctica.q.c.21.num.4.
Præterea ad hoc vt exemplum illud proba-
ret, oporteret quod fuiſſet aſſumptum à ſcriptu-
19 ra producta per nos, & quæ † productio valuiſ-
ſet, vt quia facta parte citata, vt per Afflic.d.nu.
6.& hoc caſu loquitur Fely.in d.5. limitatio. &
Doct.in d.auth.ſi quis in aliquo. Præterea No-
tarius, qui illã ſcripſit copiam, debuiſſet eſſe No-
20 tarius cauſæ, exemplatio † debuit fieri iudice mã
dante, parte citata, & debuit collationari, & au-
ſcultari, ut tradit Iaſ.in conſil.62.num. 4.in pri-
mo, Ruin.conſil.88.num.10.in 4.& 92.num.17.
Maran.in Spec.aureo, ſecunda parte 10. Actu.
num.4. Et octo eſſe neceſſaria ad huiuſmo di exẽ
plationem, tradit Didac.d.c.21.nu.3. Quæ cum
nedum omnia, ſed nec aliqua ex eis interuene-
rint in hac exemplatione, certum eſt in ea nullũ
poſſe fieri fundamentum, ſed nec etiam (quod
fortius eſt) ſi interueniſſent probaret, cum ex in-
ſpectione vtriuſq. ſcripturæ, tam noſtræ, quàm
ſuæ, conſtet, quòd non interuenerunt in his aſ-
ſertis codicillis debitæ, & neceſſariæ ſolemnita-
tes, de quibus ſupra, quo caſu, etiam quod eſſe-
21 mus in antiquis, exemplum † non probaret, vt de-
clarat Corn.conſil.19.colum.fi.2.volum. & Di
dac.d.c.21.num.6.verſic.primus etiam, & verſi.
tertius caſus, & etiam in quinto caſu. Nec hoc
caſu loquitur Fely. vel alij ex aduerſo allegati,
qui ſentiunt, exemplum fuiſſe aſſumptum ex pu-
blico inſtrumento partis, non ex copia, & pro-
ducto, alijs requiſitis ad exemplationem inter-
uenientibus pro eius validitate. & quod ex vtra
que ſcriptura conſtet de eius perfectione, & de
ſolemnitatibus neceſſarijs adhibitis, quæ omnia
ceſſant in caſu iſto. Quibus etiam addo aliud in
hac materia exemplationis, quod in tantum pro
cedit hæc concluſio, quod exemplo non eſt cre
dendum, ut etiam procedat in exemplo ſcripto
per Notarium regiſtri a ſtatuto, memoriali, ſeu
regiſtro deputatum, quando maxime non fuit
22 ſeruata forma ſtatuti in tali regiſtratione † faciẽ
da, ut in eadem cauſa conſulentes reſponde-
runt Curt. iun.in conſilio 166. numero 1. & ſe-
quen.& Soc.iun.conſilio 2.numero primo.& ſe
quen.2. volumine.
Tertio non obſtat fundamentum, quod facię
bat Dominus Aduocatus aduerſarius, quòd ſcri
ptura ipſa aſſertorum codicillorum ſit reperta
in archiuo Ciuitatis Mantuæ, & ratione loci illi
ſit credendum. Quia hoc fundamentum ceſſat,
cum in dicto archiuo ſoleant reponi omnes ſcri
pturæ Notariorum defunctorum, etiam imperfę
ctæ, & non authenticæ, vel non probantes, quo
caſu cum iſta ſit talis, ceſſat omnis ſcrupulus, imò
audio etiam extare plures ſcripturas in dicto ar
chiuo huius Notarij informes non publicatas,
nec ſolemnes: tali enim caſu locus archiui his
23 ſcripturis fidem † nullam maiorem prębere non
eſt ambigendum, vt declarat Corn. in conſilio
142.colum.3.3.volum.& ſequitur Deci.in cap.
cum cauſam 4. fallentia. num.7.de proba.latius
declarat Fely.in c. ad audientiam, quinta decla-
ratione, num.15.de præſcrip. & Crauet.in tract.
de Antiqui.tempo.prima par.§.4.limitatur.nu-
mero 2. Ideo facienda erit remiſſio ad Dominũ
præfectum ipſi archiuo, uel ad alios officiales ip
ſius, qui poterunt decidere, an huiuſmodi ſcri-
ptura habeat, vel habere poſſit validitatem,
vel fidem.
Quarto non obſtat illud tam validum funda
mentum, quod tanta vi in medium adduxit Do
minus Aduocatus aduerſarius, putans ſe duriſſi
mum os nobis corrodendum dediſſe, quod ſcili
cet aperte videtur conſtare de confectione ho-
rum codicillorum, ex inſtrumento diuiſionis fa
ctæ inter ipſos illuſtriſſimos fratres hæredes pa
tris, in qua nedum meminerunt de iſtis codicil
lis, ſed etiam illis renuntiauerunt, ſeu voluerunt
nõ obeſſe, eorum diuiſioni. Nam hoc plurib. mo
dis facile tollitur. Primò, quia pars aduerſa nõ
poteſt ſe fundare in hac confeſſione tacita ipſo
rum, quia res inter alios acta. C. res inter alios
acta.in rubro, & nigro. Secũdo quia nõ ſtatur re
24 ferenti niſi exhibeatur † relatum, vt per omnes
d.auth.ſi quis in aliquo. C.de eden. ſicut non cre
ditur etiam notario ad eiuſmet rogitum relatio
nem habenti, ut ſupra in prima obiectione dictũ
fuit. Tertio non apparet, quod ſe retulerint ad
hos, de quibus controuertitur, cum alij poſſint
extare alterius, & diuerſi tenoris, & in dubio re-
latio cenſetur facta ad validos, vt ſupra dictum
eſt. Et vltimò, quia ſi de his intellexiſſent, ſua re
latio, vel voluntas non poteſt ei dare ſolemnita
25 tes † nõ adhibitas, & facere de inualidis validos,
iuxta ea quæ tradunt Docto.in d.auth.ſi quis in
aliquo. quod ſi tempore factæ relationis in ſecũ
do documento de primo, ſolemnitates neceſſa-
rię in primo non potuerunt interuenire, nec par
tes habent poteſtatem diſponendi, relatio illa
non officit, nec aliquam facit probationem, ſi-
26 cut nec confeſſio partis ſuper his, quæ † ab eius
poteſtate non dependent, eſt habenda in conſi-
deratione. Roma.conſilio 260.in propoſito 1.col.
Deci.in c.fin.num.1.de probat. cum alijs citatis
per Crauet. conſil.93.num.1. Et potuerunt ad
ſuperabundantem cautelam ipſi Illuſtriſſimi fra
tres renuntiare ipſis codicillis, etſi eſſent inuali-
27 di, & nulli, quia abundans † cautela non nocet. l.
teſtamentum. C. de teſtam.l.quæ dubitationis.
& l.non ſolent.ff.de regul.iur.& ſic conſtat, hoc
os eſſe tenue, et facile conſumendũ, & tollendũ.
Quinto non obſtat, dum fiebat etiam funda-
mentum ex aduerſo, quod in iſtis codicillis cen
ſeantur appoſiti teſtes, & quod alię ſolemnita-
tes aliorum codicillorum cenſeantur etiam re-
petitæ in iſtis. Nam hoc eſt falſum, cum reſpe-
ctu teſtium in uno tantum folio ſint deſcripti, in
quo

quo ſunt plura legata, quo caſu etſi reſpectu il-
lorum tantum valerent codicilli, non aliorum in
alijs folijs ſeparatis deſcriptorum, ceſſaret con-
trouerſia, quod autem. quando ſumus in ſcriptu
ris exiſtentibus in filcia. ſeparatis in folijs, quæ
poſſunt apponi, & tolli facile, repetitio ſolemni-
28 tatum appoſitarũ in vno inſtrumento † non cen
* ſeatur facta reſpectu alterius, tradũt omnes* cõi
ter poſt Bart. in d.l. ſi quis ex argentarijs. §. mi.
tium. ff. de eden. licet ſecus eſſe poſſet, ſi verſare-
mur in libro, ſeu quaterno conglutinato, & non
in folia, & fruſta diuiſo, vt hic.

Sexto non obſtat, vt dicebat Dominus Ad-
uocatus prædictus, quòd debeat etiam fieri rele
uatio capitulorum caſſatorum, ſine illis appoſtil
lis ſpuris, vel adulterinis, quas non conſtat eſſe
de manu illius Notarij, nec habent diem, vel fi-
29 dem † ipſius, per tradita per Io. And. in addi. Spe
cul. in tit. de inſtrum. editio. §. oſtenſo. in addit.
magna. incipien. dixit Rolandinus. & per tradita
per Doctor. in l. ſi vnus. præallegata. C. de teſta.
quia imo nulla releuatio eſt facienda, ut dixi ſu-
pra in tertio fundamento, & comparatione litte
rarum facile probari poteſt cuius manu ſint, ut
ſupra. Nec deciſio illa Ioan. And. quæ fuit Mar.
Sylli. vendicat ſibi locum, quando inſtrumentũ
eſt alioqui ex alijs defectiuum, & imperfectum,
30 † carens ſolemnitatibus, vt expreſſe declarat ipſe
Io. And. in d. addi. ad fi. illius q̃õnis. & idẽ decla-
rat Alex. in d. conſil. 104. num. 8. in 7. & Corn. in
in d. l. ſi vnus. col. pen. Quatenus igitur ſit facien
da releuatio, non ſunt releuanda hæc capitula
caſſata. & quæ habent cauſam caſſationis, per ea
quæ adduxi ſupra in quarto fundamento. Nec ẽt
hoc caſu procedit illa opinio Mart. Io. And. & aſ
ſeclarum, quia ea tantum procedit, quando con
ſtat quòd ex poſt facto publicato rogitu, ex quo
eſt ius quæſitũ partib. fuerunt factæ caſſationes,
& additiones, ſecus ſi ſumus in dubio, quia tunc
31 præſumũtur additę in ipſo initio, † & de volũtate
partis, ut declarat notab. Bal. in d. conſ. 305. in 4.
Alex. d. conſil. 104. nu. 8. Corn in d. l. ſi vnus. col.
pen. Et idem eſt, quando non eſt facta cancella-
tio totius inſtrumenti, ſed aliquorum capitulo-
rum duntaxat, quia non caſſata, vel cancellata,
32 non cenſentur publicata, † vt tradit Corn. in di-
cta l. ſi vnus, colum. penult. & not. in dicto conſi
lio 118. colum. ſecunda. vbi dicit, quod ex quo
Notarij ante publicationem faciunt protocol-
lum, ſeu minutum inſtrumenti conficiendi, &
poſtea partes non conueniunt, vel concordant
in omnibus, vel teſtatores non ſunt contenti di
ſponere eo modo, neceſſe eſt aliqua cancella-
re, & illa cancellata non cenſentur publicata,
ſed tantum non cancellata, & hoc conſilium
Corn. referunt, & ſequuntur quamplures ex
recentioribus ſupra citatis, & pręſertim Rub.
dicto conſilio 95. numero quarto. Zaccard. in
dicta l. fin. numero 288. & Pariſ. dicto conſilio
28. numero 45.

Ex quibus ſatis, & ſuper, ſublata ſunt omnia
fundamenta partis aduerſæ. Quæ etiam ceſſant
ex pluribus coniecturis, & præſumptionibus,
quæ indicant imo hos aſsertos codicillos, pro
quibus controuertitur, non fuiſse publicatos, ſal
tem in his partibus hanc controuerſiam reſpi-
cientibus: quando enim ſunt aliquæ coniectu-
ræ, vel rationes, quod partitæ, vel capitula can-
cellata, iuſte fuerint cancellata, & ex cauſa, tan-
33 to magis releuatio † eſt facienda ſine eis & ceſ-
ſat omnis ſiniſtra ſuſpitio, ut tradit Alexand.
in dicto conſilio 14. numero 12. verſiculo, Item
quædam capitula.

Prima igitur eſt coniectura, quia ſi habuiſ-
ſet locum prælegatum factum Illuſtriſſimo Do-
mino Alexandro de Caſtro Veſcouati, non eſt
veriſimile, quod paſsus fuiſser illud in diuiſione
obuenire Illuſtriſſimo Domino Sigiſmundo,
cum in illa hæreditate, nulla alia extaret iuriſdi-
ctio alicuius caſtri, præter hanc, & ipſe eſser pri
mogenitus, cui potius uideretur deberi.

Secunda eſt, quia ſi habuiſset locum, non eſt
credendum, quod Illuſtriſſimo Domino Galea-
tio nihil fuiſset prælegatum, cum ſolum ſuum
prælegatum fuerit in albis relictum, & pater præ
ſumitur æqualiter diligere filios, & uelle ſeruare
34 † æqualitatem inter eos, l. cũ præter. §. pater plu-
ribus, ubi Bart. & Bal. ff. de leg. 2.

Tertia eſt, quia cum ex forma ſtatuti ciuitatis
Mantuæ incõtinenti defuncto Notario eius ſcri
pturæ deferantur ad archiuum, & ibi per præfe
ctum, & alios officiales fideliter cuſtodiantur,
non eſt ueriſimile, quod fuerint falſo factæ illæ
cancellationes, & additæ ipſæ appoſtillæ, quia
35 præſumitur quilibet † officialis officium ſibi in-
iunctum fideliter, & bene exercere l. 1. C. de ſu-
ſcept. lib. 10. Alciat. in tract. præſump. 3. reg. præ
ſempt. 15. in princ.

Quarta eſt, quod iam ante annos duodecim,
uel circa ex dicto archiuo, & a Notario ipſius
fuit habita copia exhibita Clariſſimis Dominis
relatoribus, cum dictis caſsationibus, & appo-
ſtillis, ut probabitur ſi opus fuerit, & tamen eo
tempore nulla erat, uel poterat timeri cõtrouer
ſia in futurum ſuper huiuſmodi prælegatis, uel
capitulis nunc controuerſis.

Quinta eſt, & iudicio meo potentiſſima, quòd
ſcriptura horum codicillorum, non habet uer-
ba diſpoſitiua rei præteritæ, uel perfectæ, ſed
memoratiua rei perficiendæ in futurum, ut con
ſtat ex illis uerbis, *memoria delle infraſcritte
coſe, quali lo Illuſtriſsimo Signor Giouanni; vuole
& ordina eſſer poſte nel ſuo teſtamento.* ut inf. & in
alio loco legata in primo teſtõ, de quib. interro-
gãdus eſt, quid faciẽdũ. Et inferius. Videatur ſi
põt addi, ꝙ ſaltẽ in caſu neceſsitatis poſsint alie
nare. & in aliis locis dictæ ſcripturæ. Certe hæc
ſcriptura nihil perfecti, vel rei perfectę cõtinet,
ſed

ſed tantum perficiendæ,& eſt memoriale quod-
dam. & ratiocinium imperfectum teſtamenti,
vel codicillorum conficiendorum, quod deuiat
a ſtilo, & conſuetudine quorumcunque nota-
riorum rogatorum de aliquibus vltimis volun-
tatibus,vel contractibus. & ſic in nulla debet eſ
ſe † conſideratione per ſupra deducta, & per
36 tradita per Ruin.in conſ. 7. num.6. tertio volu.
ubi dicit, uoluntatem imperfectam non ualere
etiam ad pias cauſas, vel inter liberos, & ibi lo-
quitur in ſimili ſcriptura † præparatoria teſta-
37 menti.& idem tradit Rube.Alexand. conſil.24.
num.15. idem etiam tenet idem Ruin. conſil.9.
num. 7. eod.tertio volum. ubi loquitur quando
aderat verbum,uolo,quod eſt cõtra illud, quod
heſterno veſpere dicebat ille Magnificus Domi
nus Aduocatus aduerſarius.

Quintum & vltimum fundamentum, quod
faciebam in allegationibus eſt,quod ſtatuta, cõ-
ſuetudines,& ſtilus, ipſius ciuitatis Mantuæ ſer-
38 uanda ſunt in releuatione † huiuſmodi facien-
da,uel non facienda,ut tradit Cardin. conſ. 133.
num. 12.Comen.conſ.72.num.4. Dec. conſilio
447.num.10.Cur.iun.conſil. 162.num.2. Rub.
conſil. 14.num.10.Pariſ.d.conſ.325. numero 3.
Et cum hoc concernat deciſoria,non ordinato-
39 ria,dubium non eſt,etiam delegatum † alterius
loci teneri ea obſeruatione, iuxta nota.in l.1.C.
de ſum.trin.et ſi.catho.& per Cur.in c.fi.de con
ſuetu.queſtione pen.nu. 768.& ſequen. Et pro-
pterea remittendæ ſunt partes ad ipſam ciuita-
tem, & ſcribẽdum eſt iudicibus ordinarijs illius,
ut videãt has ſcripturas huius archiui.ſi ſunt au-
thenticæ,ut iuxta ordines illius ciuitatis poſſint
40 releuari in publicam formam, † & quomodo de
beant releuari,ut ad propoſitum tradit Bart. &
Bal.in l.iudices.C.de fi.inſtrum.& Cagnol.in l.ſi
librarius.nu.31. vbi dicit iudicem ordinarium
loci archiui debere uidere, an ſcripturæ ſint au-
thenticæ,nec ne, & partes eſſe illic tranſmitten-
das,ut ibi per eum. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Ad idem eſt conſil. 105. Rim.iun.

ARGVMENTVM.

Stante ſtatuto, quod in prima ſui parte uocat in uno caſu agnatos intra quartum gradum, & in alia diuerſa, & inferiori ac diuerſo caſu agnatos ſimpliciter, an in ſecundo caſu uocentur ſolum agnati intra quartum gradum, an verò omnes?

Et plura de materia declarationis, & repetitionis clauſularum, & qualitatum.

SVMMAE.

1 *Pars vna certa & clara ſtatuti,aliam declarat dubiam.*

2 *Statutum dubium magis recipit interpretationem ab alio ſtatuto,quàm a iure communi.*

3 *Statutum loquens diſtinctè, debet interpretari illud, quod poſtea ſit, & loquitur indiſtinctè.*

4 *Statuti pars vna, aliam declarat.*

5 *Declarationis materia differt a materia repetitionis.*

6 *Præcedentia habent virtutem declarandi, ſupplendi,ampliandi, & reſtringendi.*

7 *Qualitas adiecta ſemper declarat capitulum ſequens, vel præcedens, quamuis capitula ſint penitus diuerſa,nec regantur ab vno verbo.*

8 *Pars certa aliam incertam, vel dubiam declarat, etiam ex interuallo.*

9 *Repetita cenſentur, quæ pertinent ad diſpoſitionem,non ad declarationem.*

10 *Repetitio fit qualitatis, vel conditionis præcedentis, ſi apponantur verba,vt, hoc amplius,ulterius.*

11 *Verbum,inſuper,eſt repetitiuum, & eſt idem quod,vltra,vel vlterius.*

12 *Dictio, vltra, eſt repetitiua.*

13 *Dictio, ſed, repetit qualitates præcedentes.*

14 *Repetitio impeditur,quando per eam corrigitur ius commune.*

15 *Fœmina, vt minus vniuerſaliter excludatur, ſenſus eſt accipiendus in ſtatuto.*

16 *Interpretatio eſt facienda, vt minus lædatur ius commune.*

17 *Qualitas expreſſa in vna parte, extenditur ad aliam partem minus claram.*

18 *Statuti qualitas loquens in præcedentibus de agnatis quarti gradus, magis refertur ad ſequentia,quàm e contra.*

19 *Qualitas cenſetur repetita in capite incluſiuo,in quo non eſt expreſſa.*

20 *Deciſionibus in terminis tutius eſt adhærere in materiis bocardicis.*

21 *Sunt enim deciſiones ſecuriores.*

22 *Maxime hac noſtra tempeſtate, qua legibus & rationibus non pugnatur.*

23 *Pars vna ſtatuti aliam declarat, etiam ſi re ſul-*

ſultet iuris communis correctio.

24 Mentio expreſſa & ſpetialis, quando non dicatur facta in ſtatuto, de aliqua re.

25 Statuto loci non diſponente, an ad ius commune ſit recurrendum, ſi ſtatutum dicat quod recurratur ad ſtatuta ciuitatis.

26 Agnati dicuntur vſq; ad decimum gradum.

27 Statutum ciuitatis interpretans ſtatutum loci, omnes tribuit qualitates ſtatuto interpretationem recipienti.

28 Repetitio non fit in ſtatuto, quando adeſt in diuerſis clauſulis diuerſitas perſonarum.

29 Secus eſt, ſi agamus de declaratione facienda, quia illa trahitur ad omnia capita poſteriora, etiam ex interuallo.

30 Repetitio fieri non poteſt qualitatis propter interuallum intermedium.

31 Secus, ſi de declaratione loquamur, quia poſterius capitulum ſtatuti declaramus ex ſuperioribus, licet alia aduerſa capitula intermedient.

32 Declaratio cum fit, non nocet quod immediate non ſequatur capitulum dubium.

33 Dictio, ſed non facit diuerſum capitulum, ſed aduerſatur in iure et in facto, dictis in eodem capitulo.

34 Capitulum vnum, dicitur vnum factum cum ſuis qualitatibus ſeu plura connexa.

35 Capitula plura connexa, debent haberi pro vno.

36 Repetitio non fit in oratione perfecta & ſeparata, & quando?

37 Clauſula appoſita inter duo capitula, refertur ad vtrunq; ſi tractatur de eadem materia.

38 Repetitio non fit propter diuerſitatem rationis.

39 Fœminarum excluſionis ſemper ratio eſt, vt conſeruetur agnatio.

40 Et ideo eſt eadem ratio in hereditate paterna, quæ eſt in materna.

41 Fratris hereditas, an ſit ita debita ſorori, vt patris?

42 Repetitio non procedit ob difformitatem actus, vt ſi ſtatutum in aliquo capite vocet agnatos vſque ad ſecundum gradum, eſt in alio vſque ad quartum.

CONSILIVM XV.

In Domino confido.

STatuto Lugi de ſucceſſione ab inteſtato cauetur in hæreditate parentis decedentis ſine deſcendentibus maſculis fœminas deſcendentes ſuccedere pro legitima, id eſt pro tertia parte, & agnatos maſculos proximiores legitimos tamē & naturales pro reſiduo, uſque ad quartum gradum incluſiue, gradum accipientes ſecundum iuris canonici ordinationē. In hæreditate vero fratris decedentis ſine deſcendentibus fratres filios, & nepotes maſculos fratrum ſuccedere debere, excluſis matre, ex ſororibus, ſed non extantib. fratribus vel fratrum filijs, ſeu nepotibus ſorores ſuccedere pro tertia parte, matrem pro tertia, & agnatos maſculos pro alia tertia.

Quo ſtatuto ſtante euenit, 9 de anno 1566. obijt Ioann. Baptiſta de Fachinis de Lugo, nullis ex ſe deſcendentibus maſculis relictis, ſed relicta ſorore actrice, & nonnullis agnatis extantibus in quinto, uel vlteriori gradu, qui bona hæreditaria occuparunt, & occupant eo prętextu, quod ſucceſſio illorum ſaltem pro parte ad illos pertinear, dicti ſtatuti, vel ſimilis ſtatuti Ferrarię vigore. Quæritur, an ipſi in dicta hæreditate ſuccedant, ad excluſionem ipſius ſororis? & dubitatur illos admittendos fore, per multas rationes, quæ deciſiue conſulendo adductæ fuere per clariſsimum Dom. Aymonem Crauettam reſpondentem in hoc puncto huius ſtatuti pro agnatis vltra quartum gradum, dum ipſe in hac ciuitate ageret Conſiliarium iuſtitię, cuius conſilium datur loco dubiorum. Ego autem, qui tempore dicti probati conſilij in ea cauſa poſt illius prolationem ſcripſeram ſuper alijs articulis de deciſione ipſa ualde dubitabam, nunc audacter, & conſtanter affirmo, oppoſitum eſſe uerius, & magis eſſe iuridicum, & agnatos ipſos vltra quartū gradum exiſtentes omnino a dicta ſorore in totum excludi, & per cōſequens illam in remedio ſtatuti, q poſſeſsio cōtinuetur in hæredem intentato obtinere debere cum fructuum reſtitutione & expenſarum refectione.

Et primo moueor, quia ſtatutum prædictum in princi. quando uocauit agnatos ad excluſionem fœminarum reſtrinxit illos ad quartum gradum incluſiue, ſecundum tamen diſpſitionem iuris communis, unde cum inferius ad excluſionem ſuorū vocauerit agnatos in hæreditatę fratris ſimpliciter & indefinite debet intelligi, & declarari intra quartum gradum ſecundū partem anteriorem certam, & claram, quia vna
1 pars clara, † & certa ſtatuti, aliā declarat dubiā, ut eſt tex. in l. utrū, in prin. iūcta l. itē ueniunt. §. idem placere, & in l. ſi poſſeſſor, §. ait ſenatus. ff.

de

de petit.hæredit.& l.quemadmodum.§.fin.ff.ad
l.Aquil. & ibi uot.omnes poſt Bart.in Iuſtit.eo.
tit.iu §.ex hoc tamen capite,& ibi Ange.Areti.
qui dicit,quod ſemper allegatur ille tex.ad hoc,
& non tantum una pars ſtatuti certa, aliam de-
clarare debet,ſed etiam unum ſtatutum dubium
2 magis recipit† interpretationem ab alio ſtatuto
quam a iure communi,ut trad.Aucha.in conſi-
lijs 94.iſta Domina Ioanna, 2.colum. uerſi.non
obſtat.& 422.uiſo puucto,ante fi. Dec.conſilio
30.num.10.& conſil.65.num.4.& Pariſ. couſil.
97.num.15.16.3.uolum.quod ſi procedit in plu
ribus ſtatutis, tanto magis id in uno admitten-
dum eſt, ut argumentatur Craue. in conſil. pro
genero,nu.336. & quod ſtatutum uuum, quod
3 loquitur diſtincte, debeat interpretari† illud, q
poſtea ſit loquens indiſtincte,& primum trahat
ad ſe ſecũdum,& illud diſtinguat,& declaret,&
ſimiliter, quod unum caput ſtatuti trahatur ad
alterum, tradit etiam Bald. iu l.omnes populi,
pen.car.num.22. uerſic. tertio modo poſterius,
ff.de iuſti. & iu. ſequitur Anchar. in repet.c.pri-
mi,de conſtit.colum.106.uerſi. adde etiam Bal.
Aret.ad propoſitum, iu conſil.144. uiſa conſul-
tatioue,primo dub.col.5.uerſ.præterea ſtatuiſi,
& Alex.in conſilio 99.num.9.7.uolum.& quod
4 una pars † ſtatuti aliam declaret, firmant etiam
alij Doc.iu alijs terminis,ut Coru.conſ.183.col.
circa med.2.uol.Iaſ.in l.qui filiabus, in princ.1.
not.num.2.de leg.1.Soc.in conſi.54.num.8. &
ſeq.4.uolum.& ante eos,Roma.conſi.122.circa
primum aute fin.& uouiſſime Senat. Pedemont.
deciſ. 167.num. 10.& ſeq.

Secundo conſidero, quòd in materia repeti-
tionis,quæ ut dicit d. Craue. in d. ſuo conſi. eſt
brocardica & ampliſſimam habet materiam, uõ
proprie in caſu noſtro uidemur uerſari, ſed in
materia declaratiouis, quæ ſatis videtur ab illa
repetitionis differre,vel in materia repetitionis
5 ex† natura declarationis,vt animaduertit Bal.iu
l.Titius,num. 2. C. de oper. liber. per l.ſi ſeruus
plurium. §.fi.ff.de leg.primo, per quem text.di-
xit Bal. iu conſilio 257.nnmero 1.2. volumine.
6 quod præcedentia † habent virtutem decla-
randi,ſupplendi,ampliãdi.& relinquendi, refert
& ſequitur Iaſ. iu conſil.69.colum.2. in princ.3.
colum.huius mentis fuit etiam Bal.in l.legato-
rum.§.1.ad fi.ff.de leg.2.vbi dicit,quod quando
prima ſunt expreſſa,& determinata, ſequẽtia ob
ſcura,& generalia determinant,& ecõtra. & ita
ad propoſitum diſtinguendo declarat Areti. in
d.conſil.144.colum.peu.vbi dicit quod qualitas
adiecta,ſemper declarat capitulum ſequens,vel
pręcedens,quamuis capitula ſiut penitus diuer-
7 ſa,† uec reguutur ab vno nerbo,d.l.utrum. cum
alijs illic per eum citatis.Idem quod licet crepe
titioni locus eſſe uequeat,declarationi tamen lo
8 cus eſſe debeat,& vna pars certa,† aliam incertã
vel dubiam declaret,etiam ex interuallo,firmat
idem Aret.in l.3.§.filius,colum.fin.num.10.vbi
etiam Iaſ.num.3.ff.de lib.& poſth.Soc.in l.1.nu.
3.2.colum. ff.de reb.dub. Ang. num.2. & Imo.
in l.ſi quis cum aliter.ff.de verborum obligatio.
Idem firmat Rui. Iu conſilio 147.numero 8. ſe-
cundo volumine.& conſilio 51.numero quarta
to. quarto volumine.

Tertio etſi de repetitionis materia agendum
eſſet, adhuc caſum huuc verſari iu claro cẽſetur
ex doctrina Bart. in l.prætor.§.eritque differen-
tia,iu princ.ff.vi bon.rapt.& inferius, uum.1.vbi
9 diſtinguit, quod aut dicta in† præcedentibus per
tinent ad narrationem,& non cenſentur repeti
ta; aut diſpoſitionem,vt hic, & repetita cenſen-
tur,niſi aliud capitulum intermediet, de quo in
ferius tractabitur, reſpondendo fundamẽtis D.
Craue.ſequitur Aret.in d. §.capite 3.num.2.In-
ſtit.de leg. Aquil.

Quarto quãdo in orõne apponitur dictio de
ſui natura repetitiua, ut hoc amplius, ulterius,
10 & huiuſmodi ſimiles,& tunc† ſit repetitio quali
tatis, vel conditionis præcedentis. l. codicillis,
in priuc. vbi gl.iu uer. hoc amplius. ff. de uſu, &
uſufr.leg.l.ſi tibi pure. ff.de leg.3. ubi ſuperiora
repetuntur,& de repetitioue conditionis præce
dentis, eſt tex.in l.auia,in prin.& in l.liberis om
nibus.ff.de condit.& demonſtr.de quo trad. Al
ciat.in l.uel ſingulis,ad fi.ff.de uulg. & pup. at in
propoſito,in ſecundo capitulo dicti ſtatuti, ubi
agitur de hæreditate fratris, capitulum ipſum
annectitur primo per uerbum, iuſuper, quod eſt
11 etiam repetitiuum,† & idem importat quod ul-
tra,uel ulterius.l. Seiæ.iu priuc. §. Seiæ iuſuper.
ubi glo. ff.de fundo inſtr.c.ſtatutum. §.inſuper.
de reſcript.in 6.in l.prima.in prin. C.cõmuu.de
lega. Alber.iu dictio.ſuo.iu dicto uerbo,inſuper.
12 & de dictione, ultra, † quod ſit repetitiua, late
habetur per Pariſ.in couſil.95.uum.9.2.uolum.
in conſi.2.num.65.18.num.43. & ſeq.ubi etiam
agit de repetitione, & iu conſil.109.num.48.3.
uolum. Quibus addendum eſt,quod ad fin.dicti
13 ſecundi capituli eſt addita aduerſatiua,† ſed,quæ
etiam repetit qualitates præcedentes,Rui.con-
ſil.111.nu.6.3.uolum. & Reued. Capra,in con-
ſilio 60. numero 8.

Quinto tanto magis qualitas ipſa cenſetur in
ipſo ſecuudo capitulo repetita,ex quo per hanc
repetitionem reducimur ad ius commune,
quo fœminæ propinquiores maſculos exclu-
dunt,l.maximum uitium, C.de lib.præter. & ſi-
cut impeditur repetitio,quando per eam corri-
14 gitur † ius commune,ut per Bart.in d. §.eritque
differentia, 2. columna & Socin. d.conſilio 54.
uum.8.in quarto.ita repetitio eſt facienda,ut ius
commune ſeruetur,et ſenſus ille eſt accipiẽdus,
15 ut miuus uuiuerſaliter excludatur fęmina,† ut ad
propoſitum tradit Aret.in d.conſi. 144.in 2.du
bio, colum.antepen. uerſic. & ideo uidetur ac-
16 cipi.& quod ut† minus lędatur ius cõe. ſemper
in-

interpretatio eſt facienda, Pariſ. ad propoſitum,
in conſil. 110. num. 35. & ſequen. tertio volum.
quod & trad. quamplures ex infra citandis in
ſequen. fundamento.

Sexto & vltimo moueor ob multas Doct. de-
ciſiones in terminis in caſibus huiuſmodi ſtatu
ti, fęminas excludentis propter maſculos. In qui
bus Doc. ipſi firmant, ſtatutum in vna parte cla
rum & certum, declarare aliam partem incertã
vel ambiguam, & qualitatem expreſſam in vna
17 parte, extendi ad aliam partem† minus claram,
& in ſecunda parte cenſeri reperitam, & primo
Bal. inter conſilia Ang. conſil. 68. Marti. colum.
pen. num. 3. vbi in hoc ſimili ſtatuto loquens in
prima parte, cuius exprimebantur certæ perſo-
næ agnatorum maſculini ſexus tantum excepta
ſorore, decidit ſecundã partẽ, ſororẽ nõ excipiẽ
tem dñe pariter intelligi vt excipiat, ut in prima:
& minus corrigatur ius commune, ſubdens ꝙ
quando vnius partis diſpoſitionis eſt certior in-
tellectus declarat, & dat intelligere alium, cuius
intellectus eſt magis obſcurus, & propriè loqui-
tur, quando agnati ſimpliciter in ſecunda parte
ſtatuti vocabantur. idem firmauit Ang. in conſi.
ſequenti 69. ſubtiliter, vbi approbando con-
ſilium Bal. loquitur propius ad caſum noſtrum,
& in his terminis in ſtatuto, quod in vna parte
faciebat mentionem de agnatis quarti gradus
ad excluſionem fęminæ, & in alia parte loque-
batur de agnatis ſimpliciter ad illius excluſio-
nem in alio caſu, & decidit Ang. aliam partem lo
quentem indiſtincte de agnatis intelligi de his,
qui erant in quarto gradu, de quibus in alia par-
te ſtatutum diſpoſuerat. & hoc conſilium eſt in
fortiori caſu, cum ibi in 2. capitulo non in pri-
mo ſtatutum loqueretur de agnatis quarti gra-
18 dus, prout in caſu noſtro, in quo qualitas† in prę
cedentibus appoſita magis refertur ad frequen-
tiam, quàm e contra. Iaſ. in d. l. 3. §. filius 3. not.
num. 10. Pariſ. conſil. 43. num. 52. 3. volum. & ad
propoſitum, Iaſ. in conſil. 69. colum. 1. ad fin. 3.
volum. cum alijs citatis per Barth. Caſſe. in con-
ſuetud. Burgund. rubrica 4. §. 2. in tex. teus, meu-
bles, num. 3. pag. mihi 534. Quæ conſilia Bal. &
Ang. refert, & ſequitur Aretin. in d. conſil. 144.
colum. pen. & fin. vbi voluit ſtatutum loquens in
primo capite de maſculis ad excluſionem fęmi-
narum ita in ſecundo capite, quo loquebatur de
deſcẽdentib. pariter de maſculis ẽt intelligẽdũ,
& ibi dicit quod reſpectu declarationis facien.
ſufficit etiã quod in uerbis narratiuis ſit poſitum
vnum verbum clarum. & hoc conſilium Aret. ſe
quitur Soci. iun. in conſil. 1. num. 66. 1. volum. in
his etiam terminis huius vel ſimilis ſtatuti con-
ſultus reſpondit Iaſ. in d. conſil. 69. contra id,
quod conſuluit in ea cauſa Cur. iun. de quo infe
rius dicetur. in caſu cuius ſtatutum Zibelli, in
prima parte exlcudebat filiam ab hæreditate pa
tris per agnatos exiſtentes in primo gradu ſecũ
dum ius canonicum, & inferius in alia parte lo-
quebatur de agnatis primi gradus, nec addebat,
an ſecundum ius canonicum, vel ciuile, & tamen
firmat ſecundum partem claram, & expreſſam
eſſe intelligendum, quod conſilium Iaſ. ſequitur
etiam expreſſe Socin. iun. in conſil. 25. ad fi. ter-
tio volum. Idem tenuit Dec. in conſil. 553. nu.
8. vbi in vna parte ſtatutum vocabat filias cum
nepotib. in alia non, & ſecundam ſecundũ prio
rem eſſe intelligẽdam cenſuit, ad propoſitum ẽt
conſuluit Gozad. in conſil. 19. per totum, in ſta-
tuto Mantuano in capite excluſiuo admittente
agnatos vſque ad quartum gradum ſecundum
ius canonicum ad excluſionem fęminarum, vt
eadem qualitas, ſecundũ ius can. cẽſeretur repe
19 tita† in capite incluſiuo, in quo non erat expreſ
ſa, Rui. etiam conſil. 43. num. 4. 3. uolum. Idem
ad propoſitum reſpondit in ſtatuto, quod in pri
ma parte de patre defuncti loquebatur, & in 2.
de fratre ſimpliciter, ut etiam in ea parte de fra-
tre defuncti deberet intelligi ad excluſionem fi-
liæ, hanc eandem concluſionem tenuit Pariſ. in
d. conſil. 110. num. 17. & num. 34. in 3. volum.
vbi ſtatutum in uno capite de fratre carnali lo-
quebatur, & de eodẽ fratre in alia parte ſtatutũ
eſſet interpretandum. Cum itaque tot, & tantæ
deciſiones, & auctoritates tantorum patrũ mini
me viſę nec conſideratæ a Craue. contrarium ex
ſuo capite, & ex leuibus rationibus reſponden-
te extent pro iſta parte, grande nephas eſſe arbi
trarer ſequi opinionem ipſius d. Craue. & maxi-
me quia in iſtis materijs brocardicis periculo-
ſum eſt aliquid firmare ſine deciſione in termi-
nis, quib. deciſionib. in indiuiduo tutius eſt ad-
20 hærere, †ut trad. Seuer. in repet. d. l. omnes po-
puli, fol. 34. et ſequuntur Brun. in tract. ſuper ſta
tuto, quod ſtan. maſcu. fęmi. non ſucce. q. 19.
colum. penult. num. 89. et Pariſ. conſil. 47. nu. 93.
3. uolum. nam deciſiones in terminis ſunt ſecu-
21 riores, † ut idem Brun. trad. ibi, et in 6. articu. 3.
membro. quæſt. 3. num. 112. intantum ut Neui-
za. trad. in ſylua nupt. libro 5. num. 72. 3. colum.
22 et maxime hac noſtra tempeſtate, † in qua ut di
cunt Cur. iun. conſi. 119. num. 6. et Rub. Alexan.
conſilio 2. numern 24. et conſilio 46. numero 4.
non creditur legibus et rationibus, ſed ſolum
deciſionibus.

Nec me fugit, quod Cur. iun. in conſilio 7. de
quo non meminit d. Craue. conſuluit contrariũ
eius, quod conſuluit Iaſ. in dicto conſilio 69. et
in conſilio meminit de dicto conſilio Ang. licet
ſub alio numero, et contra illud uidetur tenere,
numero 15. ut ibi per eum. Quia illud ſuum con
ſilium ſtantibus tot auctoritatibus et deciſioni
bus in contrarium urgentibus minime defendi
poſſet, quin contra illud iudicaretur, ita ut mi-
rum non ſit, ſi de illo in hac materia dubitaue-
rit Brun. in d. tract. in 12. artic. quæſt. 23. nume-
to 282. propter dictam regulam, quòd una pars
ſtatu-

23 †ſtatuti debet aliam declarare, quod procedit
etiam ſi reſultet correctio iuris communis, vt in
caſibus, in quibus conſuluerunt Iaſ. Rui. & Go-
zad. in locis ſupra citatis. Præterea Cur. iun. lo-
quitur in caſu omnino a noſtro diſſimili, & fere
omnes ſuæ rationes eo tendunt, quod ſcilicet
non erat faciēda repetitio illius qualitatis ad ex-
cluſionem filiæ, & ad correctionem iuris com-
munis, cum in caſu noſtro agatur de contrario,
vt non corrigatur ius commune, nec reſtringa-
tur, ſed omnino ſeruetur, unde ceſſante ratione
illius deciſionis ceſſare debet etiam illius deci-
ſio l. quod dictum. ff. de pact. cap. cum ceſſante,
cum ibi not. de appellat. Addo quod idem Cur.
loquitur in caſu diuerſo, in quo ſtatutum in alio
verſ. dicebat attendendam eſſe diſpoſitionem iu
ris ciuilis, et ſic magis ſecundum eam partem ōi
cit ſtatutum illud recipere debuiſſe interpreta-
tionem, quod non eſt in caſu noſtro, in quo in
alijs partibus ſemper de agnatis indiſtincte fuit
loquutum ſtatutū, ut etiam dicā inferius reſpon
dendo rationibus dicti Cranet. unde ex diuer-
ſis non infertur l. Papinianus exuli, ff. de minor.
& l. fi. ff. de calumn.

Poſtremo loco hanc interpretationem non
leuiter adiuuat ſtatutum noſtrum ciuitatis Fer-
rariæ de ſucceſſione ab inteſtato, in quo fœminæ
tantummodo excluduntur a maribus exiſtenti-
bus intra quartum gradum agnationis ſecun-
dum ius canonicum. & cum ad hæc ſtatuta faciē
dus ſit recurſus in caſibus, de quibus per ſtatuta
aliorum locorum non eſt facta expreſſa & ſingu
laris mentio, vt in literis ante ipſum ſtatutum im
24 preſſis, & de hoc caſu poſſit dici non † eſſe factā
ſingularem, & indiuiduam mentionem, iuxta
tradita per Bart. in l. fin. in fi. C. ſi quis contra ius
uel utili. pub. & in extrauag. ad reprimen. in uer.
non obſtantibus, in ſecunda colum. & Alexan.
conſil. 150. ſecunda col. lib. 6. poſito quod pars
ſtatuti anterior poſteriorem non declararet, &
interpretaretur, cuius contrarium ſupra aperte
comprobatum extitit, ſatis uidetur decititcaſus
noſter ex eo ſtatuto & maxime, quia literæ ipſæ
diſponunt ad ipſa ſtatuta recurrendum eſſe, etiā
quod per ſtatuta locorum eſſet diſpoſitum ad
25 ius commune †recurrendum eſſe, quod tollit di
ſputationem Doctorum, de qua per Soc. ſen. in
conſil. 81. in primo, & 271. in ſecundo uolum. &
Soc. iun. in conſ. 2. num. 30. & ſequen. primo uo
lum. unde cum ſtatutum Lugi uocet in ſecunda
parte agnatos indiſtincte, nec exprimat, quoto
gradu diſtare debeant, vt excludant ſororem,
vel cum ea admittantur ad duas partes hæredita
tis ex tribus, neceſſe eſſet confugere ad decla-
26 rationem iuris † communis, quæ interpretatur
hunc locum, de agnatis uſque ad decimum gra
dum. glo. & Doct. in authen. in ſucceſſione. C. de
ſuis, & legi. cum aliis tradit per Tiraquel. in tra-
ctatu retract. titulo primo, §. primo, glo. 9. num.
23. Quod tamen prohibent literæ ipſæ diſponen
tes prius ad ſtatuta Ferrariæ recurrendum eſſe,
hunc caſum expreſſe decidentia. & cum ſtatutā
Ferrariæ dicantur quodammodo interpretatiua
ſtatutorū dubiorum aliorum locorum, oēs qua
27 litatēs in eis exiſtentes † cenſentur repetitæ in
ſtatutis interpretatis, ut uoluit Curt. iun. conſilio
quinto, numero 8.

His ſtantibus fundamentis facile corruunt
omnes rationes, & reſponſiones Dom. Craue. in
dicto ſuo conſil. quibus ſatis uirtualiter ſatisfa-
ctum cenſetur, tum ex rationibus adductis per
Doct. in locis ſupra citatis, tum etiam ex alijs no
ſtris rationibus, & fundamentis ſupra conſtru-
ctis. ſed tamen, vt lucidior appareat veritas, &
iuſtitia ipſius dictæ Actricis, ſigillatim etiam il-
lis reſpondebo.

Primo igitur non obſtat, quod repetitio fieri
non debeat, quando adeſt diuerſitas perſonarū,
28 † cum ſtatutum prius loquatur in hæreditate
aſcendētium poſterius in hęreditate fratrum, &
in prima parte non loquitur de matre, in ſecun-
da ſic, Socin. in dicta l. fi. colum. ſecunda, nume-
ro ſecundo. quia cum hic agamus de declaratio
29 ne facienda, †illa trahitur ad omnia capita poſte
riora, etiam ex interuallo, & etiam quod hæredi
tates eſſent diuerſæ, ut trad. Doctor. in ſimilibus
qq. ſupra citati. nec refert, quod in primo capite
agatur de hæreditate aſcendentium, in ſecundo
tranſuerſalium, ut dicetur inferius reſpondendo
ad aliud fundamentum, ſicut etiam in primo ca-
pite non erat de matre facienda mentio, cum ip
ſa in hæreditate mariti, uel ſoceri. non ſit in ali-
qua conſideratione, nec ſuccedat exiſtentib. de-
ſcendentibus, ſicut ſuccedit filijs & deſcenden-
tib. l. prima. C. unde uir. & uxor. ultra quod mili-
tant etiam alia fundamenta ſupra conſtructa in
caſibus, de quibus non loquitur Socin. uel alius
id firmans.

30 Secundo non obſtat, quod † repetitio fieri nō
poſſit illius qualitatis propter interuallum ora-
tionis intermediæ, iux. tradita per Bar. in l. in re
petendis, circa princ. ff. de leg. 3. Dec. in conſilio
317. colum. 3. & alios in conſi. ipſo citatos, & po
terat allegari magis ad propoſitum, & in termi-
nis doct. Bart. in d. §. eritque hæc differentia. 2.
col. Namque primo reſpondetur, quod in termi
nis huius q. ad interpretandum poſterius capitu
31 lum ſtatuti, ipſumque †declarādum, nihil obeſt,
quod intermedient alia diuerſa capitula, quod li
quido probatur ex d. l. quemadmodum, §. fin. ad
leg. Aquil. & ex §. ex hoc tamen capite, inſtit. eo.
tit. ubi apparet, quod qualitas quanti plurimi ap
poſita in 1. capite leg. Aquiliæ cenſebatur reperti
ta in 3. capite illius l. in quo illa erat omiſſa, & ta-
men intermediabat ſecundum capitulum illius
legis, quod nunc non eſt in uſu, et ita quod in de
claratione facienda non noceat, etiam quod im
32 mediate, † et ſine interuallo non ſequatur aliud

ca-

capitulum dubium, tenent Aret. Soci. Rui. et alij
ſupra citati, in ſecundo fundamento pro hac no
ſtra parte conſtructo, licèt ſecus eſſe poſſet, quan
do ageretur de repetitione facienda ad alium ef
fectum, quàm declarationis.

Secundo & ſi verũ eſſet fundamẽtum d. Cra
ue, quod in terminis noſtris non procedit, ut ſu
pra, nec in eo loquuntur Doc. per eum citari, ad
huc tamen in caſu iſto non procederet, cum in
ter primum capitulum, in quo eſt clauſula & qua
litas illa, uſq; ad quartum gradũ incluſiuè, & a-
liud ſecundũ capitulum, in quo agitur de hæredi
tate fratris, & nocantur ad excluſionem ſororis
in totum fratres, & filij ac nepotes fratrum, &
eis non extantib. agnati maſculi pro tertia par-
te nullum aliud capitulũ intermediet, & in hoc
errauit D.Craue. diuidendo illud capitulum in
duo, ut primo uocentur fratres & filij, ac nepo-
tes ad excluſionem ſororis, in ſecundo agnati:
quia non poteſt negari, quin ſit unicum capitu-
lum prouidens in hæreditate fratris, quando ex
tant cum ſorore alij fratres, vel eorum filij, uel
nepotes, quo caſu in totum excluditur, & quan-
do non extant, quo caſu ſuccedit in tertia, & alij
agnati in tertia, & mater in tertia, nã dictio, ſed,
non facit diuerſum capitulum, ſed aduerſatur in
33 † iure, & in facto dictis in eodem capitulo, iux
ta trad. per Pariſ. in conſ. 45. nu. 8. in tertio uol.
& in d. conſ. 110. num. 35. eo. uolum. & ſi unum
34 capitulum, † dicitur unum factum cum ſuis qua
litatibus, ſeu plura connexa, ut per Bar. in l. Au-
relius, §. idem quæſijt, num. 3. ff. de lib. lega. Imo,
in c. cum uenerabilis, colum. 4. de excep. & Cor.
conſi. 305. colum. quarta. tertio uolum. quis au
det negare hoc eſſe unicum capitulum tractans
de ſucceſſione fratris extantibus fratribus, uel
eorum filijs, & nepotibus, uel illis non extanti-
bus, & ſaltem, quando poſſent dici plura capitu
35 la, non poſſe negari, quin eſſent cõnexa, † & pro
vno deberent baberi, ut latè proſequitur Me-
noch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 95.

36 Tertio non obſtat, quòd repetitio † non fiat in
oratione perfecta, & ſeparata, ut per Bart. in d. l.
in repetendis, & per Doct. in alijs locis, quia lo-
quuntur in alia materia, non in terminis iſtis, in
quibus ad declarationem faciendam partis du-
biæ fit repetitio de uno capitulo ad aliud etiam
diuerſum, & ſeparatum, ut ſupra nedum in diuer
ſis orationibus: & hoc caſu loquuntur Doct. in
his terminis ſupra citati. & Bar. met. in d. §. & tã
to magis, quando ſunt appoſitæ dictiones repe-
titiue, inſuper, ſed, & ſimiles, vt ſupra dictũ fuit,
& cum prior qualitas, & clauſula appoſita fuerit
inter duo capitula, tanto magis debet ad utrũ-
37 que referri, ex quo † tractatur eadem materia.
Caſtr. num. 2. Soc. num. 8. & ſeq. Iaſ. num. 21. in
d. l. tertia. §. filius. ff. de lib. & poſthu. Vltra quòd
obſtant etiam alia fundamenta ſupra adducta,
quæ tollunt omnem difficultatem.

38 Quartò nihil etiam facit, quod repetitio † nõ
fiat propter diuerſitatem rationis, Bar. in conſi
lio 64. Alex. conſ. 48. in prin. & alij illic citati, &
in caſu iſto militare uidetur diuerſa ratio, quia
in primo caſu ad excluſionem filiæ ab hæredit.
aſcendentis uocantur agnati, uſque ad quartum
gradum, in qua maior fit iniuria fœminis, in ſe-
cundo vocantur ſimpliciter agnati ad excluſio-
nem ſororis ab hæreditate fratris, quæ non eſt
æquè debita: quia reſpondetur, quòd vna & ea
dem ratio militat in excludẽdis fęminis, ſcilicet
39 vt conſeruetur † agnatio, vt per Doct. in l. 2. C.
de in ius vocan. & Brun. in d. tract. articu. 3. fere
per totum. ſicut dicit idem eſſe propter eãdem
40 rationem in hæreditate paterna, † quæ eſt in ma
terna, Aret. d. conſ. 144. col. antep. uer. & primo,
quia. vbi dicit quòd licèt hæreditas paterna di-
catur quaſi debita, tamen conſideratur commu
niter ut lucrum. & licèt ſtatutum in hæreditate
patris, vel aſcendentis admittat agnatos ulterio
ris gradus in hæreditate fratris, alias ſequeretur
quòd ſi ſtatutum excluderet fęminam propter
agnatos ad hæreditate patris, cenſeretur ẽt ex-
cludere ad hæreditate fratris. tanto magis etiã
quòd id non exprimeret, ex quo non eſt eis ita
41 debita, quod tamen falſum † eſt, Bar. in l. fi. ff. ad
Tertul. latè Brun. in d. tract. 6. arti. 2. memb. 2. q.
num. 80. & in 8. art. 9. q. nu. 81. & 86.

Quintum etiam de difformitate actus, ex quo
ſtatutum in aliquo capite uocauit agnatos vſq.
ad ſecundum gradum, & in alio capite ad quar-
42 tum, quo caſu † repetitio non procedit, Doct.
in l. prima. C. de probat. & Calcan. conſ. 121. co
lum. pen. in fi. ſimiliter tollitur, quia ſtatutũ quo
ties de agnatis meminit, non loquutum fuit dif-
formiter, & in ſecundo capitulo citato non fuit
loquutum de agnatis uſque ad ſecũdum, uel ter
tium gradum ſub hoc nomine collectiuo, ſed de
fratribus, filijs, & nepotibus fratrum, quos vo-
luit admitti ad excluſionem ſororis: ſed illis non
extantibus vocauit agnatos maſculos in genere
pro tertia parte, non exprimendo gradum, un-
de gradus repetendus eſt ex cap. primo, ubi etiã
de agnatis uerba facit, ſicut etiam in primo capi
te in hæreditate aſcendentis primo uocauit de-
ſcendentes maſculos, & eis non extantib. agna-
tos uſque ad d. gradum, dempta legitima filiæ.

Sextum & ultimum minus cæteris obſtat, nã
quòd in quarto c. in quo matre tantum extan-
te, non etiam ſorores uocantur proximiores, nõ
ſe reſtringendo ad gradum quartum, nihil facit,
quia in cap. præcedenti, ubi extat ſoror, ſtatutũ
eo modo non uocat proximiores agnatos, ſed
agnatos maſculos, unde argumentum reflecti-
tur retorqueturque contra ipſum Dominũ Con
ſultorem. Præterea, cum in primo capite ubi ſta
tutum expreſſit de quarto gradu, etiam ſtatutũ
vocauerit proximiores agnatos, ad quód non
animaduertit ipſe Dom. Conſultor, igitur idem

erit

erit etiam in 4. parte ſtatuti. ex quo non videtur propterea appoſita in hoc cap. noua qualitas.

Quo verò ad ea, quæ in d.conſ.adducũtur ad oſtendendum ſtatutum Ferrariæ in hoc caſu deciſo per ſtatutum Lugi ſibi locum non vendicare, non eſt opus aliter reſpondere, quia aut caſus eſt deciſus per repetitionem, & declarationem prædictam (pro vt veriſſimum eſſe cenſeo,) & tunc verum eſt quod ad illud non debet recurri; aut non eſt deciſus, ſed opus eſt pro deciſione recurrere ad ius commune, & tunc potius ad ſtatutum Ferrariæ recurrendum eſſe vigore dictarum literarum, & per ſupra deducta autumauerim. Laus Deo O.M. *Barth. Bertazz.*

Conſilium Crauet.de quo hic fit mentio, nũc eſt in impreſſis 429. ad rem iſtam vide Cephal. conſ.717. & Marcus Bru. ab Anguil.qui conſuluit contra Crauet.conſ.37.

ARGVMENTVM.

Qui inueſtire debebat pecunias vltimo loco numerandas ex contractu venditionis, an poſsit agere ad totum pretium non facto hoc implemento inueſtitionis?

Et an teneat adiudicatio facta de re eadem vendita?

S V M M AE.

1 *Sententia eſt nulla, & adiudicatio virtute illius, ſi lata eſt ad fauorem illius, qui non poterat agere.*

2 *Solutio prius eſt facienda pretii, quàm eiuſdem fiat inueſtitio.*

3 *Implementum rei ſi præponitur implemento actoris pôt agere actor, licèt nõ impleuerit.*

4 *Implementum qui non fecit, neque etiam obtulit, poteſt tamen obtinere ſenentiam fauorabilem, ſi nihil de eo ſit oppoſitum.*

5 *Exceptio competens ſi non eſt oppoſita, excipienti eſt imputandum.*

6 *Vſumfructum petens & non offerens cautionem, merito ſuccumbit.*

7 *Referens ſe ad tenorem inſtrumenti, cenſetur totum, & integrum retuliſſe.*

8 *Sentẽtia ualet referens ſe ad acta probatoria.*

9 *Datio in ſolutum facta habita relatione ad inſtrumentum crediti, valet.*

10 *Sentẽtiæ quot ſunt capita, tot cenſentur ſñiæ.*

11 *Actus ille præſumitur præceſsiſſe, qui præcedere debuit.*

12 *Ordo licèt ſit inuerſus, quæ fiat interpretatio circa validitatem actuum?*

13 *Iudex cenſetur eo modo proceſsiſſe, quo procedere debuit, vt valeat ſententia.*

14 *Sententia ſi habet plura capita ſeparata, in ea poteſt dari prius & poſterius, & pro parte valere, & pro parte non.*

15 *Emptor deficiens in ſolutione terminorum, amittit commodum contractus propter additum iuramentum.*

16 *Decoctor amittit beneficium contractus, ſi deficiat in ſolutione, & labatur terminus.*

17 *Adiudicatio ſaltem de æquitate valet, licèt deficiat ſolemnitas aliqua.*

18 *Sñia pôt valere in aliquib. capitib. ſeparatis.*

19 *Interpretatio ſemper fit pro validitate actus.*

20 *Intereſſe debetur etiam quod venditor ſit in mora præſtandi fideiuſſorem de euictione, & quando?*

21 *Intereſſe lucri ceſſantis data mora, omni iure debetur.*

22 *Sententia licet iniqua & lata ſine probationib. ſi non eſt appellatũ, non dẽt annullari.*

23 *Datio in ſolutum non eſt nulla, licèt per æſtimatores fuerit erratum in calculo intereſſe vel lucrorum.*

24 *Moroſus non eſt emptor, qui non tenetur ſoluere, niſi prius facta menſuratione.*

25 *Terminus ad ſoluendum non currit, niſi prius dato fideiuſſore, ſi ille dandus eſt.*

26 *Moram non incurrit emptor ante implementum ex parte venditoris.*

27 *Sed quid ſi implementum non reſpiciat, niſi vnum caſum, non autem ſi faciendum pro ſecuritate emptoris & omnium, vt in datione fideiuſſoris.*

28 *Cauſa ceſſante periculi, et ſecuritatis promiſſionis, an debeat ceſſare ipſa promiſſio ſecuritatis, & euictionis?*

CONSILIVM XVI.

In Domino confido:

A Deo ſubtiliter, & copioſe Clar. I.C.D.Franci. Burſ.cauſam hãc D. Franc. Spagnæ diſcuſſit, & reſoluit, ut cuicũq; ſubtilius diſcutiendi, & latius diſſerẽdi occaſionẽ ꝑripuerit, ita ut opus ſit, uel eius ſcripta repetere, aut aliquas ariſtulas poſt terga optimi meſſoris derelictas colligere, ut tamẽ clienti, & amicis meis operam meã, qualiſcunq. ſit, eſſ flagitantib. morem gerã hoc onus detrectare nolui, nõnulla

addendo, quæ ni fallor, iuſtitiam ipſius apertiſſi-
me oſtendunt, breuitati tamen inhærens, nõ ob
litus id qđ Vlpia. elegãter docuit ĩ l.1. in fi. de do
te p̃leg. Rei ſatis demõſtratæ fruſtra q ꝗ adijci.
Maior itaq. difficultas huius cauſæ in eo pun
cto verſatur, an ipſe D.Franciſ. qui vendidit poſ
ſeſſionem ſuam, q Dom.Ioan.Mario Scradæ, pro
precio inter eos conuento, cui venditioni D. Al
da eius vxor ſolemniter conſenſit, & omnibus
iuribus ſuis renuntiauit, cum hoc quod ipſe D.
Franciſcus teneretur pro maiori cautione dictę
ſuę vxoris, caute inueſtire ducatos trecẽtos qn-
quaginta in vna proprietate idonea, & allodia-
li, ex denarijs vltimis exigendis de dicto precio,
& non aliter, nec alio modo, ipſa renuntia ſorti-
retur effectũ, & ipſe emptor nõ poſſet, nec debe
ret, nec eius hæredes poſſent, uel deberent ip-
ſos ducatos trecentos quinquaginta ex præ-
dictis ſuis vltimis denarijs, ut ſupra ſoluendos,
ſoluere, niſi inueſtiantur, ut ſupra, niſi ali-
ter ipſe D. Franciſcus ante ſolutionem, ut ſupra
faciendam, acquiſiuerit alias proprietates, ſeu
aliam proprietatem, ſuper quibus eius uxor cau
ta eſſet pro d.ſumma, quo caſu d. renuntia cen-
ſeatur & ſit libere facta, potuerit ante acquiſitã
aliquam proprietatem, vel factam erogationem
alicuius partis dicti precij pro cautione uel etiã
nulla facta oblatione de inueſtiendo, iuxta teno
rem pacti, agere ad totum precium ſibi debitum
contra ſecundum emptorem d.poſſeſſionis, &
ſententia Rotæ Mantuæ, qua fuit pronuntiatum
etiam pro d.ſumma dictum Do.Franciſcum eſſe
præferendum cęteris creditoribus, & adiudica-
tio facta inſolutum de ea, ualuerit, nec ne? quia
ſi nec agere, vel petere potuiſſet, ſententia tamꝗ
2 erronea, & adiudicatio fuiſſet† nulla, & inualida,
l.ſi ſortem. §.ſi centum. ubi oẽs. de cõdi. indeb.
Rom.conſil.450.& 454.& illic in nouiſſimis ad-
ditionibus, Pet. Duen. in reg. 185. Decretum. &
alij, in alijs locis, in quo puncto eius ſum firmiſ-
ſimæ ſententiæ, quod ipſe D. Franciſcus ad di-
ctam ſummam potuerit agere, & iuſte fuerit em
ptor condemnatus iuſtiſſimaque, & valida fuerit
ipſa adiudicatio in ſolutũ plurib. rõnib. quarũ ali
quæ adductæ etiam fuerunt per magnificũ Burſ.
Prima eſt ratio, quod ſtantę d. pũcto, ut ſupra
narrato, ipſe D. Franciſcus non tenebatur prius
inueſtire precium, ſeu reliquũ precij prædicti ꝗ
ſibi ſolueretur, ſed ſecundum naturam rei, & ex
proprietate uerborũ, in cõtractu deſcriptorum,
prius erat facienda ſolutio precij ipſius† per em-
2 ptorem, ut in terminis conſuluerunt Soc. in con
ſil. ult. nu. 3. 3. uol. Bero. conſ. 200. in fi. 1 uol. & la
tius in conſ. 136. num. 6. & ſeq. in 2. & aliqua ad
propoſitum adducit Ceph. in conſ. 48. nu. 37. &
ſeq. quæ conſil. appoſitiſſime adduxit Excel. Bur
ſatus. hoc enim caſu quo implemento actoris
præponitur implementũ rei proculdubio actor
3 poteſt agere, & ceſſãt oẽs difficultates, †etſi pars
oppoſuerit de non facto implemento, ita ad pro
poſitum declarat And. ab Exea, in ſuo libro de
pact. num. 424. ver. ſecundus caſus.
Secunda eſt rõ, quia admiſſo ꝙ verſaremur in
caſu, in quo eodem tempore per utramque par-
tem eſſet adimplẽdum, ex quo fuit actum ad pre
cium, & nihil fuit oppoſitum de implemento fa
ciendo, diſpoſitio i. Iul. §. offerri. ff. de act. emp. ſi
bi locum minime uendicat, cum is tex. intelliga
tur, ſi per partem fuerit oppoſitum: namque ne-
gari non poteſt, cum agatur de contractu nomi-
nato, quin nata ſit actio, & poſſit intentari, & im
1 putandum eſt parti, quæ nihil de implemento
oppoſuit, ita vt valeat ſententia contra eam lata,
4 etiam nulla facta† oblatione, ut Barto. trad. in l.ſi
duo patroni. §. ſi quis iurauerit. nu. 3. quem ple-
rique ſequuntur. ff. de iureiu. Alex. Corn. & Iaſ.
in l. filiæ licèt. C. de collat. Ang. & Iaſ. in l. iuriſgẽ
rium. in prin. ff. de pact. & illic Fortun. Garz. nu
mero 9. 10. qui dicit, hoc dictum verum eſſe in
ſe, licet ſecundum eum non probetur ex eo tex.
idẽ tenet Fely. in c. in tantũ. nu. 4. de ſimo. quam
opin. ẽt dicit cõem† Galiaula in rub. de ver. obli.
19. cõcl. nu. 221. & hanc ſnĩam plurib. rõnib. cõ
probat & defendit And. ab Exea, d. nu. 424. vſq.
ad nu. 437. vbi ẽt citat plures auctoritates, quã ẽt
alios citans tenet Boer. dec. 124. nu. 30. & ſeq. Ti
raq. de Retract. tit. 1. §. 1. gl. 17. nu. 4. igitur impu
tã. eſt reo, ſi exceptionẽ, quã ſibi cõpetere exiſti-
5 mabat, non† oppoſuit, cũ multa impediãtur fieri,
ꝗ ſi nõ opponãt facta, tenẽt. Ro. in cõſ. 215. duo
sũt. & ibi ĩ addi. Dec. late ĩ l. in ambiguis ꝑ dote.
§. 1. de reg. iu. And. ab Exea, loco p̃alleg. nu. 433.
Tertio hæc ſnĩa tanto clarius procedit, qñ iu
dex in ſnĩa condẽnat, & reſeruat exceptionẽ rei,
uel cõdẽnat actorẽ, ad implẽdum pro parte ſua,
vt ad propoſitum in petente vſumfructũ, & non
6 offerente† cautionẽ debitam, trad. Caſtr. in l. 1. in
fi. C. de uſufru. Bal. in l. ſi pater, in fi. per illum tex.
C. de act. emp. Barb. conſ. 120. col. pe. circa med.
3. uol. Alex. in d. l. filiæ licet. num. 3. Fely. in d. c.
in tñ. nu. 5. Boer. d. dec. nu. 31. & And. ab Exea,
loco p̃citato, nu. 436. uer. Ego tñ. Et in propoſ.
ſatis fuit reſeruata exceptio rei in ſnĩa Rotæ, ex
quo condẽnauerũt reũ, iuxta formã, & ſeriẽ p̃di
cti iſtrĩ emptionis: nã ad illũ ſe referẽdo, cẽſenĩ
eius tenorẽ totũ, & integrũ retuliſſe cũ oib. eius
7 qualitatib. †ut p Bal. in hac materia notabiliter
loquentẽ, in conſ. 212. ea quæ veniunt. in 5. uol.
& Bero. q loquitur de relatione facta ad Inſtrm,
in conſ. 140. nu. 36. 2. vol. & de relatio. ſnĩæ facta
8 ad acta probatoria, ex qua† valet ſnĩa, trad. Van
ti. in trac. de Nullit. in tit. de Nullit. ex def. proc.
9 nu. 103. & ſeq. & de datione† inſolutũ facta habi-
ta relatione ad inſtrm crediti, ꝙ ualeat ad propo
ſitũ, Ceph. conſil. 47. num. 46. ver. 2. vbi ẽt firmat
valere ſententiam, ſi non fuit oppoſita compen-
ſatio, quæ debitum poſſet extenuare.
Quarta eſt ratio, quòd cum in eodemmet pro
cel-

ceſſu,& ſententia fuerit facta datio inſolutum d.
venditori de parte dictæ poſſeſſionis pro maiori
ſumma pro debitis ante maturatis, certum eſt
quod non erat amplius facienda erogatio pecu
niarum pro cautione vxoris, cum ſatis, & ſuper
fuerit ei cautum per dictam acquiſitionem di-
ctorum bonorũ iuxta tenorem pacti in d. inſtr̃o
contenti. Et licet eodem tempore cenſeatur fa-
cta acquiſitio, hoc non officit: tum, quia potuit
fieri etiam poſt, ex quo in ſententia fuit habita re
latio ad dictum inſtrumentum, & ſic ſecundum
eius tenorem iudicatum, vt in ratione pr̨ceden
ti: tum, quia cum ſententia habeat plura capita
diſtincta, cenſentur† plures ſententiæ, quot ſunt
10 capita ſeparata. l. ſcire debemus. ubi Barto. in fi.
prin. & ibi Alex. num. 3. & 4. de verb. obl. Abb.
in c. inter dilectos. col. fi. ante fi. verſ. ego limita-
rem. de fi. inſtr. & in c. ſi duobus, ad fi. vbi Peruſ.
& Dec. nu. 9. de appel. & eſt text. in l. etiam §. 1.
de minor. & Boer. deci. 73. nu. 4. & cenſetur pri
mò lata illa cõtinẽs adiudicationẽ pro antiquio
ri debito, etiam ſi ordo ſcripturæ repugnaret,
11 qui tamen concordat, quia† ille actus præſumi-
tur præceſsiſſe, qui præcedere debuit, ut actus
ſequens valeat, l. cum in teſtamento. §. 1. vbi Bal.
decidit q. de emancip. & donat. præpoſtera. ff.
de hær. inſt. & illic etiam Ang. tradit. Alex. Iaſ. &
alij, in l. 2. §. prius. de vulg. & pup. & idem Alex.
in conſ. 81. lecto & diſcuſſo 3. volum. & 112. ſu-
per eo dubio. nu. 4. 5. volum. Fely. in c. cum dile-
cta. nu. 5. ver. declara. de reſcri. & in c. paſtoralis,
num. 5. uer. ad identitatem. & num. ſeq. eod. ti. &
Dec. in c. conſtitutus. num. 2. de reſcri. & in cap.
prudentiam. in fi. prin. de offic. deleg. ac Alcia. in
tract. præſump. reg. 3. præſump. 42. in princip. &
in ſententia quod fiat interpretatio circa prio-
ritatem actuum, licet ordo ſit inuerſus, vt actus
12 †valeat, & interpretanda ſit ſententia. vt melius
valere poſsit, Crau. conſil. 52. nu. 3. & in dubio
facienda eſt interpretatio, & capienda pr̨ſum
ptio pro validitate ſententiæ, quia cenſetur iu-
dex eo modo proceſsiſſe, †quo poſſet eſſe ualida,
13 Alci. d. tract. 3. reg. præſump. 35. num. 4. & ſeq. &
licet in inſtr̃o non ſit dare prius, vel poſterius,
vt per Bart. in l. contractus. C. de fi. inſt. aliud ta-
men eſt in ſententia, qų quando habet plura ca
pita ſeparata, † cenſentur plures ſententiæ, & in
14 ea põt dari prius, & poſterius, & pro parte vale-
re, & pro parte non, Bal. trad. in l. 2. nu. 6. C. de re
iud. quod in inſtr̃o non euenit, Pr̨terea etiam in
inſtr̃o datur prius, & poſterius, in his quæ ſunt
ordinata ratione, ut probatur ad propoſitum in
l. inſulam. qui pot. in pig. hab. & ita declarat Bal.
in d. l. contractus. num. 12. & ſequitur Fely. in d.
c. cum dilectus. nu. 5. uerſ. 3. declara.

Quinta eſt ratio, ꝙ cum emptor tam primus q̃
ſecũdus defecerint in ſolutione priorum termi
15 norũ amiſerunt commodum† ipſius cõtractus,
pp iuſm additum in inſtr̃o, l. ſi quis maior. C. de
transact. ut ad propoſitum in uenditore, & em-
ptore, trad. Matthæſil. not. 50. nota magnum pe
riculũ, & illic in nouiſsimis additionib. Cagn. in
d. l. ſi quis maior, nu. 139. de cuius l. diſpoſitione
abunde ſcribit Ant. Gabr. li. 3. ſuarum conluſ. ti.
de tranſa. conclu. 1. quod procedit ẽt in decocto
16 ribus deficientib. in ſolutionibus, ut per Benue
nu. Stra. in trac. de Decoct. 6. par. nu. 13. & ad pro
poſitũ ſcribunt Dec. in conſi. 452. nu. 7. & Rui.
qui in eodẽ caſu cõſuluit, in conſil. 199. in 1. uol.

Sexta eſt rõ, quod ex quo in proceſſu fuit co
gnitum de ueritate huius debiti, & deciſum, ven
ditorem teneri, & pro eo exinde facta adiudica
17 tio, † non ur̃ nulla, quin ſaltem de ęquitate ua-
leat, ut trad. Capic. qui dicit ita fuiſſe iudicatum,
dec. 51. nu. 6. & 7. idem uoluit Soc. poſt Alex. in
l. iuſte poſsidet. col. pen. nu. 13. uer. ponitur etiã.
de acqui. poſſ. Duen. d. reg. 185. 7. & ult. fallen.

Septima & ult. eſt ratio, ꝙ ex quo cap. ſent en
tiæ ſunt ſeparata, et ſummæ diſtinctæ, quatenus
poſſet dubitari de pr̨cedentib. fundamẽtis, quæ
certe mea ſnĩa, sũt ſolidiſsima, et ĩcõcuſſa, poſſet
18 ualere ſn a in alijs† partib. et capitulis ſeparatis,
ut uoluit Areti. in l. certi condictio §. quoniam.
nu. 22. ſi cer. pet. & illic Soci. nu. 32. in 3. limi. Idẽ
etiã firmauit idem Soc. in d. l. iuſtè poſſidet. in fi.
cum quibus tranſit Cagno. in l. cum amplius. in
fi. prin. de reg. iur. Et his igitur omnibus rationi-
bus, & fundamentis apertiſsime conſtat, validã
fuiſſe ſententiam, et dationem inſolutum factam
a Rota pro hac ſumma ducatorum trecentorum
quinquaginta, quæ potuit peti, & ad eam agi, ac
pro ea adiudicationem fieri, cui ſententiæ etiam
in dubio adhærendum eſſet, tum quia ſemper fa
19 cienda eſt interpretatio † pro ualiditate actus. l.
quoties. de uerb. obl. cum alijs citatis per Alci.
d. reg. 3. præſump. 33. tum quia hæc opinio ma-
gis eſt conformis. ęquitati, cui etiã propter æqui
tatem ipſam adhęſit conſilium Neapol. ut refert
Capic. d. deciſio. 51.

Sublata itaq. hac maiori difficultate, facile ẽt
diſſoluuntur alię leuiores reſpectu intereſſe con-
uentorũ, et promiſſorũ in inſtr̃o uenditionis, et
debitorũ poſt moram rõne lucri ceſſantis Do.
Franci. actori, mercator, et ſolito negotiari. in il
lis enim prioribus conuentis in inſtr̃o ſoluẽdis
in recõpenſationem fructuum iuxta diſpoſitio-
nẽ. l. curabit. C. de ac. emp. ubi latè Doct. de quo
ẽt abũde ſcribit Gabri. li. 3. ſuarum conclu. li. de
emp. et uendi. concl. 3. & ſeq. non puto poſſe fie
ri iuſte aliquã difficultatẽ, quia ẽt illa debentur,
nulla data mora regulari emptoris ꝑcipiẽtis fru
ctus ex re uendita, etiam ſi uẽditor fuiſſet in mo-
20 ra præſtãdi fideiuſſorem † de cuictione, aut aliud
hmõi faciẽdi, ut uoluerũt Bal. et Caſtr. in l. 2. C.
de vſu. Rui. cõſ. 66. nu. 7. 4. uol. quã opi. Cag. de-
fendit in d. l. curabit. nu. 31. et ſeq. & tenet Ceph.
d. cõſ. 48. nu. 42. & ſeq. & Gabr. d. cõcl. 3. nu. 4. et
cõcl. ſeq. nu. 9. quo uero ad intereſſe lucri ceſſan

tis ad qđ fuit cōdēnatus aduerſarius, illud ēt p̱p
21 morã debitoris oĩ iure †debetur, iuxta trad. p̱
oēs in l. vni. C. de ſenten. quæ pro eo, quod int.
prof. per Cagn. in d. l. curabit. num. 66. & ſeq. Be-
nuen. Scra. in trac. de contract. merca. in prin. nu.
3. & ſeq. & Gabri. d. li. 3. tit. de ſolut. & liber. con
cluſ. 10. Et licet forte talia intereſſe non fuerint
plene probata, ut vidi olim fuiſſe dubitatũ, quod
tamen non admittimus, cum omnino ea om-
nia fuerint in proceſſu probata, quæ neceſſaria
videbantur, non propterea ſententia annullare-
tur, ſed valida eſſet, etiam ſi fuiſſet lata ſine aliqui
22 bus probationibus, licet eſſet †iniqua, & imputã
dum eſſet parti, quæ non appellauit, ſecundum
* communem * opinionem Doct. quam refert, &
ſequitur Vanti. d. tracta. de Nullit. ex def. proce.
num. 37. & ſeq. Et cum ſententia non fuerit erro
nea, quia lata, & facta adiudicatio pro debito ve
ro, quæ fuit conformis petitioni continenti ve-
rum debitum, licet forte in eius executione fue
rit per peritum electum, erratum in calculo hu
iuſmodi intereſſe, vel lucrorum, uel in rerum ęſti
matione, vel aſſignatione, non propterea datio
23 inſolutum †fuit nulla. Alciat. allegata deci. 218.
nu. 3. & idem voluit Alex. in d. l. iuſte poſsidet.
nu. 23. & Capie. deci. 41. nu. 9. Nunc operæpre-
cium eſt aliqua motiua tollere, quæ iuſtitiam ip-
ſius D. Franc. obnubilare videntur, et præſertim
opinionem illam, quam uidetur Dec. admittere
in d. conſil. 471. nu. 11. & Rui. in d. cõſil. 198. col.
pen. quod ſi conſtitiſſet fuiſſe factum pactũ em-
ptori, quod precium non ſolueret, uel illius reſi
24 duum, niſi prius factą † menſuratione, excuſare-
tur emptor a mora, pro cuius ſnĩa ego adduco
tex. expreſſum in l. ſi §. 1. ff. de reſcind. venditio.
vbi fuit conuẽtum, quod pars quędam precij pe
nes emptorem remaneret, donec darentur fide
iuſſores de euictione per venditorem, & quod
non ſoluẽte emptore precium, res eſſet inempta,
& cum precium non fuerit ſolutum, nec præſtita
fideiuſsio per venditorem, qui tamen liberaue-
rat rem a ſuſpitione euictionis, de ea facienda
per quaſdam ſorores ius in ea prætendentes, re-
ſpon. I. C. rem non eſſe inemptam, & ſic empto
rem non fuiſſe in mora, vt illic adnotant omnes
Doct. qui poſt Bal. tenent, quod terminus datus
25 ad ſoluendum, nõ currit, donec †ſit datus fideiuſ
ſor, cum pactum de dando fideiuſſore, reſtringat
promiſsionem de ſoluendo, & unum pactum ſe
cundum aliud ſit interpretan. ut per Alber. Saly.
& Fulg. illic, qui quidem tex. in duobus intentio
ni Dom. Franciſci uidetur obſtare. Primo, quia
emptor non cenſetur fuiſſe conſtitutus in mora,
ex quo non fuit adimpletum per dictum uendi-
torem id, quod adimplere tenebatur. Secundo,
quia licet fuerit cautum pro dote eius uxoris ex
ſententia dationis inſolutum pro prioribus cre-
ditis uenditoris, nihilominus ipſe non eſſet libe
ratus, quin teneretur ad obſeruationem pacti.

Sed certe nec opi. Dec. nec Rui. uel hic tex. ob-
ſtat uictoriæ D. Franciſci. namq. primo termini
ſunt diuerſi, & ex diuerſis nõ infertur. l. ſi. de ca-
lum. l. Papin. exuli. de minor. nam in caſu Dec. &
Rui. ſi fuiſſet probatum pactum, quod ex aduer-
ſo allegabatur, quod non eſſet reliquum precij
ſoluendum, niſi prius facta menſuratione, poſſet
opin. illa, quod emptor non eſſet in mora, locũ
ſibi uendicare, quia prius erat facienda menſura
tio ante ſolutionem, & non poſſet uenditor age
re ante implementum, ut ad propoſitum decla-
rat And. ab Exea, d. lib. de pac. numero 424. uer.
primus caſus. quod certiſsimum eſt, ex quo men
ſuratio poterat præcedere ſolutionẽ, & idem eſt
in caſu dicti §. primi, dictæ l. ſi. ubi I. C. reſpondit,
quod ſi conueniſſet, ut non prius pecunia ſolue
retur quàm fideiuſſor uenditionis cauſa dare-
tur, nec id factum eſſet, cum per emptorem non
ſtaret, quominus fieret, nõ poſſe poſteriorem le
gis partẽ exerceri. uis igitur ſtat in hoc, an prius
ſit præſtandum implementum per uenditorem,
quia tunc per ipſum prius implendum eſt, nec
26 ante illius implementum, emptor in mora †con-
ſtituitur. Et ad hoc optime facit conſilium Caſt.
270. uiſo puncto, in 2. quem ſequitur Negus. in
trac. de Pign. 5. par. 4. mẽb. nu. 10. & Benintẽ. cõ
clu. 77. nu. 11. qđ licet poſsit fieri exequutio ſnĩæ
nõ obſtante exceptione melioramentorum op-
poſita, qñ ipſa melioramenta nõ ſunt liquida, tñ
quãdo in ſententia fuit dictum, ſolutis prius me-
lioramẽtis, non poteſt fieri ante executio, quàm
ſit facta ſolutio. Cum itaque in caſu noſtro non
eſset addita hæc clauſula, quod prius ante ſolu-
tionem eſset facienda erogatio ipſius precij, &
ſecundum ordinem, & rationem naturalem. nõ
poſset fieri ante ſolutionem factam, prout pote-
rat fieri menſuratio, ut in caſu Dec. uel præſtari
fideiuſsor, ut in d. §. 1. ceſsat ipſorum Docto. &
tex. deciſ. ceſsante illorum ratione; l. quod di-
ctum, de pac. c. cum ceſsante. ubi Dec. in prin. de
appel. Quia imo cum in d. §. I. C. ponderet quod
per emptorem non ſtaret quo minus fieret id,
quod conuentum extitit, & in caſu noſtro pro-
pter decoctionem emptoris ſecundi ſteterit per
ipſum, quin fieret erogatio pecuniarum, quũ eas
debito tempore non ſoluerit, ſed bona illius per
creditores fuerunt direpta, & ſubhaſtam uẽdita,
& inſolutum adiudicatã, certè deci. illius tex. fa-
cit pro hac noſtra ſententia; quod etiam ex alio
iuuat d. Frãciſcum: quia cum fuerit conueniũ de
dando fideiuſsorẽ ex cauſa ueditionis, ille dãdus
erat, non tñ reſpectu eatũ mulierũ, quæ cãm im-
pulſiuã dederant illi pacto, ſed reſpectu omniũ,
q̨ potuiſsẽt rẽ euincere, ut trad. Bar. & oẽs, ibi, ad
27 hoc ſpãliter adnotãtes † illũ tex. unde nõ ſat erat
q̨ fuerit ſublata ſuſpitio euictionis reſpũ illarũ mu
lierũ, q̃ ius p̃tẽdebãt in re ex quo ẽt reſpũ oĩum
erat prę ſtãdus fideiuſsor, ſecus uero in hoc nr̃o
caſu, in quo non erat facienda inueſtitio, & ero-
ga-

gatio pecuniarum, prædictarum pro intereſſe
emptoris,reſpectu omnium,qui poſſent rē euin
cere,ſed tantum reſpectu vxoris venditoris,cu-
ius cauſa fuit finalis illius pacti, non impulſiua,
vt in eo tex.ur tenent glo.& omnes illic,reſpon-
dentes ad obiectum, quòd ceſſaute cauſa ſuſpi-
tionis, debuit etiā ceſſare effectus fideiuſſionis.
Vnde cū in caſu iſto cauſa fuerit finalis, quæ cō
cernebat commodum tertij. & ſic dictæ vxoris
venditoris,iuxta trad.per Tiraq.in tract.Ceſſan.
cauſa,limit.1. num.52. non autem impulſiua,ut
in d.tex.quæ multum differt a finali, ut per eun-
dem Tiraq.ibi.nu.6. certè ille tex.facit pro hac
noſtra parte,& decidit hanc quæſtionem ad fa-
uorem uenditoris, quòd cum ceſſauerit cauſa fi
nalis peticuli euictionis,& promiſſionis factę de
inueſtiendo,ac ſecuritatis ipſius vxoris ex dicta
inueſtitione,& erogatione facienda, quia poſſeſ
ſio ſua fuit data inſolutum, pro maiori parte d.
D.Franciſco, ex dicta ſententia plura hona mo-
bilia acquiſiuit,certe debuit etiam ceſſare id,qđ
cauſa ipſius periculi promiſſionis, & ſecuritatis
28 † ſtatutum fuit, & inter partes conuentum, ut
de primo trad.Tiraq.in d.trac.Ceſſan. cau.1.par.
num.199.de ſecundo promiſſionis. num.217.
& de tertio ſecuritatis,num.231. Et cum habea
mus deciſiones ſpecificas, & in indiuiduo Soci.
& Bero. illis omnino ſtandum eſt, etiam ſi cōis
opinio a remotis eſſet in contrarium, ut tradit
Neuiz.in Syl.lib.5.nu.72.Cætera obiecta ſubla-
ta ſatis,& ſuper fuere per Excellentiſs. Burſatū,
quæ uirtualiter etiam euacuantur ex rationib.
& deciſionib.ſupra allegatis, & non eſt opus for
maliter aliter reſpondere,cum cauſa hæc agatur,
coram Illuſtribus, & Clariſſimis Senatoribus,
qui intelligunt ad motum labiorum,& ſat eſt il-
lis rem per indicem(quod aiunt)oſtendere.
Laus Deo Optimo Max. *Barth. Bertazz.*

Conſultatio Burſa. de qua hic habetur men-
tio, eſt uel 68. uel 184.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis, quibus ſolennitatibus ab
eccleſia poſsit concedi?
Decima eſt ſoluenda a primo inueſtien-
te, ſi ad eū reuerſa fuerit emphyteuſis.
Quando quis non cadat a poſſeſsione exi
gendi decimas?

S V M M AE.

1 *Solemnitates præſumuntur interueniſſe ex temporis antiquitate.*

2 *Solemnitates non exiguntur de conſuetudine in conceſsione facta ab eccleſia in emphit.*

3 *Emphyteuta primus non poteſt rem, vel illius partem in emphyteuſim alteri concedere.*

4 *Valet tamen conceſsio, ſi prælati conſenſus accedat, a quo emphyteuſis recognoſcitur.*

5 *Contractus tranſactionis, in dubio vtilis cenſetur eccleſiæ.*

6 *Eccleſiæ tranſactioni ſtandum eſt facta etiā ſuper decimis ſpiritualibus, ſi auctoritas ſummi Pōtificis, vel epiſcopi interueniat.*

7 *Nec etiam hoc caſu probari oportet pecuniam ceſsiſſe in vtilitatem eccleſiæ.*

8 *Contractus eccleſiæ confirmatus a ſede apoſtolica, non habet controuerſiam.*

9 *Decima debita domino directi, eſt etiam ſoluenda a primo inueſtiente, ſi ad illum reuerſa fuerit emphyteuſis.*

10 *Emphyteuſim ſi habeat dominus directi ex caducitate, illam debet habere liberam: ſi verò alia via, vel contractu, tunc durant obligationes, & ſeruitutes.*

11 *Dominus rei ſi rem habet ex perſona alterius debet vti iure illius.*

12 *Emphyteutæ vel feudatario eccleſiæ decima debita debetur, etiam ſi reuertatur ad eccl.*

13 *Eccleſia rem acquirit ac recipit cum ſuo onere præterito ordinario, & perpetuo, etiam decimarum reſpectu.*

14 *Decima eſt onus reale, et ſequitur fructuum detentatorem.*

15 *Decimarum ſpiritualium & conuentionaliū, quando ſit ratio eadem?*

16 *Decimæ conuentionales cadunt in laicos, nec ſunt propriè decimæ.*

17 *Et quando præſtantur in ſignum proprietatis ēſt ciuilis poſſeſſionis.*

18 *Decimæ quandoque ſoluuntur loco cenſus.*

19 *Decimæ temporales, quæ ſoluuntur Principibus, quæ ſint.*

20 *Exactionis quaſi poſſeſsio non eſt amiſſa, licèt non fuerit ſolutum, ſi ſolutio non fuit negata, & eius quaſi poſſeſsio interuerſa.*

21 *Penſio non amittitur, ſi dominus per triginta annos non petiit, ſi illa non fuit negata, uel poſſeſsio interuerſa.*

22 *Feudi dominus cenſetur eſſe in quaſi poſſeſsione ſeruitiorum ſibi per uaſallum debitorum, niſi interpellatus negauerit.*

23 *Spoliatus decima per illius negationem poteſt agere remedio capituli, reintegranda.*

CONSILIVM XVII.

In Domino confido.

QVoniam in hac cauſa decimarum
magn. Cõitatis Terræ Lugi cum
Reuerendiſs. D. ep̃o Imolæ, alias
abunde & ſubtiliter conſultũ fuit
per olim Excellen. I.C.D. Auguſt.
Beroium Bonon. cuius conſilium eſt impreſſum
in 1. vol. ſuorum conſil. ſub nu. 84. in quo quidẽ
cõſ. oẽs difficultates, q̃ pro parte ipſius Reuerẽ-
diſs. ep̃i fieri poſſent adeo ſuſtulit, vt nullus am-
plius dubitandi locus relictus eſſe videatur. Pro
pterea in ſcribendo breuis ero, nõ oblitus eius,
quod I.C. ſcriptum reliquit in l. 1. in fi. ff. de do.
præleg. rei ſatis demonſtratæ fruſtra q̃ adijci.
In hanc igitur q. non laborabo ſuper 1. dub.
fuſiſſimè diſputato per ipſum D. Conſultorẽ cõ
cernente validitatem emphyteuſis Maſſæ Cam-
pi cõceſſę antiquitus iam fere ſunt 300. anni, per
ep̃m tunc Imol. d. Communitatæ, tum quia il-
lud dubium optime per ipſum Cõſultorem fuit
abſolutum, tum quia cum a d. conceſſ. citra qua
tuor ætates hominum effluxerint, non eſt dubi-
tandum de eius validitate. Nã ſolemnitates oẽs
1 pręſumuntur interueniſſe † ob temporis antiqui
tatem, ut per Dec. in conſ. 341. num. 13. & Rui.
in ead. cau. ad fauorem Sereniſs. Ducis Ferrariæ
conſulentem in conſ. 35. nu. 22. 1. vol. & latiſſi-
me Craue. in tract. de antiq. temp. in 3. par. in §.
vidimus in genere, nu. 25. cum plurib. ſeq. Qui-
nimo de conſuetudine in conceſsione emphy-
teuſis ab eccleſia facta, cum minoris ſit præiudi
2 cij cæteris alienationib. tales ſolẽnitates † nõ exi
gũtur, vt atteſtãtur Spe. Azo, & alij citati per Iul.
Clar. in 4. lib. ſuarum ſenten. in §. emphyteuſis,
q. 28. verſ. & ſi dicas. tum quia interuenit tranſa-
ctio confirmata auctoritate apoſtolica de anno
1528. de quibus inferius ſuo loco dicetur. cum
etiam quia de validitate ipſius conceſsionis nõ
puto fieri aliquam controuerſiam, per Reue. epi
ſcopũ, ſed tãtũmodo ſuper ſolutione decimarũ.
Solum igitur inſtabo ſuper 2. dub. an ſcilicet
cõceſsio facta per ipſam Cõmunitatẽ poſt dictã
conceſsionem illi ab eccleſia factam quampluri
bus perſonis tam ipſius Communitatis, quam ẽt
forenſibus de parte ipſorum bonorum ad cultu
ram reducendorum ſoluendo decimam partem
fructuum ipſarum rerum dictæ Cõitati valuerit?
& ex quo aliquæ ex ipſis rebus alijs conceſsis
peruenerunt ad epiſcopatum prædictum, & poſ
ſidentur per ipſum Reuer. ep̃m, an & ipſe tenea-
tur ad dictas decimas dictæ Cõitati perſoluen-
dum? In quo dubio arbitror ipſum Cõitatem iu
ſtitiam fouere, tam in petitorio, quam in poſſeſſo
rio. Primò. n. quo ad conceſsionẽ factam per Cõ
munitatem dictis perſonis, ſiue illa fuerit in em-
phyteutim, ſiue ſub alio titulo, illa proculdubio
fuit valida. quia licet primus emphyteuta non
3 poſsit rem uel illius partem in emphyteuſim † al
teri concedere, vt per Spec. in tit. de loca. in §.
nunc aliqua, q. 125. Iaſ. in l. fi. nu. 110. C. de iure
emphy. & Iul. Clar. in §. emphyteuſis, quæſtio.
20. ualet tamen conceſsio, ſi conſenſus prælati
4 accedat, a quo emphyteuta † rem recognoſcit, ut
per Spec. loco præallegato, & Imolã in c. potuit,
col. 9. ver. item iuxta prædicta. loca. qui conſen-
ſus in propoſito ꝑ antiquitatem tp̃is annorũ
centum, & ultra, præſumitur interueniſſe, ut per
Craue. loco pręcitato, maxime nu. 30. ſed omnis
ſcrupulus penitus ceſſat, cum ſuper hoc orta li
te inter ep̃m Imol. prædictũ ex una, & dictã Cõi
tatem ex altera ſuper huiuſmodi conceſsionib.
factis per dictam Cõitatem, & decimis illis per
ſoluendis, tandem fuit ſuper ea tranſactum, &
confirmatæ fuere omnes prædictæ conceſsio-
nes, ut in inſtr̃o ipſius tranſactionis, cui ſtandum
eſt. c. 1. ubi gl. & Doct. de tranſac. & in dubio con
5 tractus † tranſactionis vtilis cenſetur eccleſię,
Alex. conſil. 66. nu. 19. 6. uol. poſt Butr. per cũ ci
tatũ, & de tranſac. facta cũ clauſula, late ſcribunt
Nat. cõſ. 441. & Rol. a Val. in ead. cã, in cõſ. 15. 1.
vol. in ult. col. & ibi Nat. nu. 27. loquitur, qñ ẽt in
teruenit licẽtia ſuperioris, & idẽ trad. Nat. ipſe in
cõſ. 561. nu. 8. qñ interuenit auctoritas ep̃i, & qñ
6 interuenit † auctoritas ſummi Põt. in trãſac. facta
ſuꝑ decimis ẽt ſpiritualib. illã cõfirmãdo, qđ il
li ſtãdũ ſit, trad. ẽt Iaſ. in cõſ. 19. 2. col. 3. uol. de
quo hr̃ ĩ c. ſtatuimus. & ĩ c. ueniẽs, de trãſac. hoc
. n. caſu cõtractũ ualere, nec ẽt opus eſſe probare
pecuniã ceſsiſſe in utilitatẽ eccleſię, firmat Crot.
7 † in cõſil. 43. nu. 11. & de cõfirmatione Principis
ſcribit ẽt Pari. in cõſ. 3. nu. 27. 4. uol. & cũ fuerit
ſn̄iatũ ꝑ cõmiſſarios apoſtolicos cõtractũ ipſius
trãſac. cedere ĩ euidẽtẽ utilitatẽ eccleſię, fueritq.
apoſtolica auctoritate cõfirmatus, proculdubio
8 ſuper eo † amplius nõ eſt controuertendum, ut
per Dec. d. conſ. 341. nu. 11. & Rui. d. conſ. 35.
nu. 36. & Pariſ. in conſ. 4. num. 38. 4. uolum.
Pręſuppoſito itaq; ꝙ ualuerit cõceſsio facta ꝑ
dictã cõitatẽ d. ꝑſonis ab ea inueſtitis, & ꝑ cõſe
quẽs conuentio, & promiſsio decimæ oĩum fru
ctuũ rerũ cõceſſarũ, cũ d. res cõceſſę ꝑuenerint
ad ipsũ ep̃atũ Imol. & ſic ad dñm directũ totius
emphyteuſis, certũ eſt ẽt, ꝙ decima † debetur ipſi
Cõitati per ipsũ dñm directũ, ut ad propoſitũ fir
mat Imo. in d. c. potuit, co. 9. uer. itẽ iuxta ꝑdicta.
& ſeq̃tur Iaſ. in d. l. fi. ĩ d. nu. 110. vbi dicit Imo. ꝙ
eo caſu dñs tenetur ſoluere primo emphyteutæ
vltra id ꝙ recipit, licet (vt ipſe addit) videatur ꝙ
poſſit dare quantũ vẽdi poſſet illa obligatio an-
nua, q̃ in plus eſſet, vt deſinat res ſua ſibi ſeruire.
Cui deciſioni optime conuenit, ꝙ licèt qñ res
redit ad dominum, redeat libera ab oneribus, &
ſeruitutibus impoſitis per primũ emphyteutã,
vel vaſſallum, illud procedit, quando res ipſa vi-
gore primi contractus peruenit ad dñm ipſum,
vt

vt quia cadat a iure ſuo inueſtitus culpa ſua ob
canonum non ſolutum, vel alia huiuſmodi cau-
ſa, ſecus ſi alia via, vel alio contractu res ad do-
10 minum †reuertatur: tunc enim durant obligatio
nes & ſeruitutes, vt voluit Guid. Pap. q. 575. em
phyteuta. Manſuer. in ſua praxi, in titu. de loca. &
iure emphy. nu. 16. verſic. item ſi vtilis dominus.
quos refert, & ſequitur Tiraquel. in tract. de re-
tract. tit. 1. §. 34. gl. 1. num. 9. Idem voluit Cur. iu.
in tract. feud. in 4. par. 14. q. ante fi. nu. 105. & ꝙ
11 quando dominus rem habet ex perſona† alte-
rius, debeat vti iure illius, trad. etiam late Boer.
deciſione 281. nu. 7. idem etiam ad propoſitum
trad. Afflict. in c. 1. §. quod ergo. nu. 5. & ſeq. de
inueſtitu. de re alie. facta. ꝙ ſi cum conſenſu dñi
obligatur res feudalis, ſi deinde redeat ad dñm,
redit affecta eo onere, & ita ad propoſitum in de
cima, quæ debetur emphyteutæ, vel feudatario
12 eccleſiæ, quod duret illius obligatio, †ſequendo
Afflict. trad. Nat. in d. conſil. 561. in fi. Concludi
tur igitur, ꝙ ſicut hæc decima erat ſoluenda per
inueſtitos a dicta Cõitate, ipſi Communicati, iux
ta trad. per Spec. in d. §. nunc aliqua, ver. 165. ita
pariter res ipſæ affectæ eo onere in eccleſiam &
epatum Imolæ tranſiuerunt, per priuata & quia
13 res, quæ peruenit etiam ad eccleſiam, tranſit† cũ
ſuo onere præterito ordinario, & perpetuo, etiã
reſpectu decimarum, c. paſtoralis, uer. fructus, de
decimis. Card. conſ. 88. nu. 9. & licet loquãtur in
decimis ſpiritualib. eadem tñ ratio eſt in conuẽ
tionalibus, pro quib. res eſt affecta, & obligata,
14 & ſicut decima† eſt onus reale, & ſequitur fru-
ctuum detentatorem, gl. in c. tua nobis. de deci.
Soci. conſil. 217. col. 1. ver. ſeptimò confirmatur.
& cõſ. 268. col. 1. ad fi. 2. vol. Capic. deciſione 20.
nu. 27. & Bero. cõſ. 19. nu. 7. 1. uol. ita idẽ eſſe dẽt
15 in hac conuentionali, †cũ ſit eadẽ rõ in ea. l. a Ti
tio. ff. de uer. obli. & l. illud. ff. ad leg. Aquil. faciũt
ẽt ad propoſitũ plura citata per Albe. in conſ. 8.
nu. 1. & 2. ꝙ res trãſeat ad eccleſiã cũ onere ſuo,
cũ ipſa rẽ affectã poſſideat, teneẽ ẽt ad onus rea-
le, Soc. d. cõſ. 217. poſt prin. ver. ſecũdo hoc idẽ.

Nec hoc caſu diſputandum eſt, nunquid ipſa
cõitas ſit capax huius decimæ, quaſi quod ſit ius
ſpirituale: quod motiuum mouit ipſe Bero. in d.
ſuo conſil. num. 32. & ſeq. quia cum hic agatur
de alia decima, quæ ortum habet a partium con
uentione, & ſpeciali pacto debetur, non autem
deſcendit a iure ſpirituali, ſed a temporali, ceſſat
difficultas, hæc enim cadit in laicos, & non pro-
16 prie tales † appellantur decimæ, ſed certæ deci
cimationes, ut trad. Bal. in conſil. 419. ad euiden-
tiam, nu. 1. ver. item & decimæ, 1. vol. & de his vr
etiam loqui Bal. in c. grauis, nu. 16. de reſti. ſpol.
17 ꝙ qñq; præſtantur† in ſignum proprietatis, & ci
uilis poſſeſsionis, & de his etiam uidetur ſenti-
re Bal. dicens, eas eſſe extraordinarias, l. ſiſtu-
las, §. frumenta. ff. de contrahen. empt. ſicut etiã
de his ſenſit Abb. in c. tua nobis, num. 3. de deci
mis, & Alex. q dicit, quod quandoque ſoluun-
18 tur† loco cenſus, in conſil. 40. num. 8. 6. vol. de
19 decimis etiam temporalib.† quæ ſoluũtur prin-
cipib. meminit Alcia. in l. ſylua cædua. §. noualis,
ff. de verb. ſignif. & in conſi. 32. nu. 3. lib. 1. vbi di
cit, quod poſſunt hři a principe, quo fit ut nulla
ꝓhibitio huius decimę poſsit obijci ipſi Cõita-
ti. & hæc quo ad petitoriũ illius ſatisſint & ſup.

Reſpectu vero poſſeſſorij, pariter Communi-
tas ipſa ius fouet: cum enim tam ante dictam trã
ſactionem, quàm poſt per quindecim annos &
vltra, dictam decimam exegerit a poſſeſſoribus,
& ab epiſcopatu ipſo, licet per nonnullos annos
ad preces sereniſsimi Domini Ducis noſtri ex-
actionem ſuſpenderit, dubium etiam non uide-
tur, quin potuerit continuare & perſeuerare in
eius poſſeſsione uel quaſi exigendi. quia non di-
citur propterea amiſiſſe poſſeſsionem, licèt per
multos annos non exegerit, ſi ſolutio non fuit
20 denegata, et eius quaſi † poſſeſsio interuerſa, ut
per Inno. in c. querelam, num. 3. et ibi Abb. nu. 2.
de elect. cuius ſententiæ in effectu uidetur Bal.
in l. 2. 3. q. nu. 44. C. de ſerui. et aqua. et in c. 1. de
controuer. inter vaſal. et epiſ. Ang. in l. quemad-
modum, nu. 1. ff. de acquir. poſſ. quod etiam vide
tur ſequi Bal. in l. ſi quis conductionis. nu. 2. C. lo
ca. et in exactione decimarum Ruin. in conſilio
165. num. 4. 5. vol. Quinimo id procedit, etiam ſi
dominus ſtetiſſet per xxx. annos, ꝙ penſionẽ nõ
petijſſet, quę tamen non fuerit etiam denegata.
21 ſic poſſeſsio uel quaſi † interuerſa, gl. pen. et ibi
Bar. Bal. et Ang. in l. male agit. C. de pręſcrip. 30.
uel 40. annorum. vbi Ang. dicit, ꝙ in dubio non
pręſumitur interuerſa. Aret. in d. l. quẽadmodũ,
ante fi. et Io. Fran. Balb. in trac. pręſcrip. in 4. par.
4. par. principalis, q. 11. num. 3. et 4. ad fi. ubi poſt
22 Aluaro. dicit, quod dominus cenſetur eſſe † in
quaſi poſſeſsione continua ſeruitiorum ſibi per
Vaſallum debitorum, niſi interpellatus negaue-
23 rit. Et quatenus decima ipſa fuerit †denegata, ip-
ſa Cõmunitas cenſeretur ſpoliata, & poſſet agere
remedio reintegrandę. d. c. querelam, vbi Doct.
Capel. Tholoſ. q. 59. et ibi Steph. Aufr. in addit.
Rui. conſ. 165. num. 4. 5. vol. Chaſſane. in conſue
tu. Burgun. rubr. 11. de cenſi. §. 2. in tex. et ſi ſem-
blablement, nu. 27. pag. 1383. Petr. Foller. in rub.
de cenſi. in uer. tamquam res iudicatas, nu. 34.
et Iaco. Menoch. in trac. de recuper. poſſeſsione,
primo remed. 8. q. nu. 81. et ſeq. Quod procedit,
etiam ſi ſucceſſor ſoluere neget, ut per eundem
ibi. num. 89. ex quibus, ultra alia adducta per di-
ctum magnificum primum conſulentem, in hac
ſententia reſideo, tam in petitorio, quam in poſ
ſeſſorio dictam Communitatẽ iuſtitiam fouere.
Laus Deo Optimo Maximo. *Barth. Bertaz.*

Cõſilium Bero. 84. in primo, tollit omnes dif
ficultates ad fauorem huius Communitatis, de
quo in prin. fit mentio.

ARGVMENTVM.

Donatio facta amaſiæ ob turpem cauſam, non ſubſiſtit, licèt illa fiat per interpoſitam perſonam.

Donatio non acceptata ab abſente non acquiritur, & ſi fuit repudiata, non poteſt amplius acceptari, & maxime mortuo teſtatore.

S V M M AE.

1 *Donatio eſt nulla ea inualida, facto ob turpem cauſam.*

2 *Et maxime, ſi fiat ab vxorato.*

3 *Et ſi donans ſit miles, etiam ſi ſit additum iuramentum. & num.*4.

5 *Donatio facta a Principe habente iura imperii, valet etiam ſi fiat concubinæ, ex Baldo.*

6 *Quod eſt verum, ſi vt in illius caſu res fuerunt traditæ, & præſcriptæ.*

7 *Donatio ſi non poteſt ſubſiſtere, non magis ſubſiſtit, quia ſimulate perſona non prohibita interueniat.*

8 *Nam perſona vera, non neminata, attenditur.*

9 *Donatio facta abſenti, nemine pro illo acceptante, non acquiritur illi.*

10 *Eccleſię abſenti nec acquiritur donatio, nemine pro ea acceptante.*

11 *Donatio ſi fiat alicui, vt ſtatim alteri donet, actio quæritur illi, cui res eſt donanda.*

12 *Nam donatio non eſt facta primo, niſi ipſe habeat tempus aliquod ad donandum tertio.*

13 *Acceptatio donationis requiritur, etiam ſi priuata perſona pro abſenti acceptaſſet.*

14 *Quod procedit, etiam ſi donatarius diceret, ſe velle acceptare, modo expreſſe non acceptaret.*

15 *Notarius licèt recipiat & ſtipuletur pro abſente, requiritur tamen acceptatio donatarii.*

16 *Donatio non acceptata viuo donatore, non poteſt illo mortuo approbari.*

17 *Et opinio contraria in praxi non admittitur.*

18 *Donatio repudiata non poteſt amplius retractari.*

19 *Hæreditas repudiata non poteſt amplius acceptari.*

20 *Donatio repudiata, ſine nouo conſenſu donatoris non poteſt acceptari*

21 *Actus ſemel reprobatus, non poteſt amplius approbari.*

CONSILIVM XVIII.

In Domino confido.

PRoponitur in facto, quod quidã Illuſtriſſimus Dñs Co. philocaptus ſpecie & forma vnius puellæ, domicellæ eius vxoris, volẽs illam allicere ad amandum eum, & vt libidinem ſuam cum ea expleret, donauit cuidam eius familiari, & fido conſocio, huius amoris conſcio, titulo donationis inter uiuos, tres poſſeſſiones in territorio ſuo ſitas, cum debitis clauſulis per publicum inſtrumentum ad finem, ut talis familiaris donatarius illas relaxaret ipſi puellæ, quæ tamen ſoluere deberet ex eis aureos mille in pecunijs vel terris cuidam eius conſociæ, & trecentos alij etiam iuueni huius amoris inſcię, & ita ſtatim poſt factã dictam donationem ipſe donatarius chirographo a d. Dodonatore confecto ſcripto, & ſigillo ſuo munito, ac ſubſcripto a dicto donatario faſſus fuit, donationem ipſam ſibi factam de dictis poſſeſſionibus per dictum Dominum ſuum, non fuiſſe factam pro ſe ipſo, ſed vt fieret, & daretur ipſi puellæ, cui ipſe permittebat, licet abſenti, eas poſſeſſiones dare, & tradere, ſub illis modis, & conditionibus ſoluendi dictas partes cæteris mulieribus, vt ſupra. Quod chirographum ipſe donatarius de mãdato ſui domini præſentauit ipſi puellæ: quæ cum illud accepiſſet uſque ad eam partem, qua declarabatur donationem ſibi eſſe factam de dictis poſſeſſionibus, animo turbato chirographum lacerauit, & reſpondit deferenti, ſe nihil prorſus velle ex rebus ipſius Domini. Quo audito per ipſum Illuſtriſſimum Dominũ, aliud ſimile chirographum conſcripſit, & ſubſignauit, deſcribique fecit per dictum donatarium, & iterum eodemmet nuntio tranſmittit puellæ, quod ipſa pariter recipere recuſauit. Vnde ipſe donatarius illud penes ſe retinuit. Obijt interim Illuſtriſſimus Dom. ille, & eo defuncto donatarius ipſe dictum chirographum ipſi puellę tradidit, quæ illud acceptauit & retinuit penes ſe, prætenditque dictam donationem valuiſſe, & valere & poſſeſſiones ipſas ſibi quæſitas fuiſſe, & nonnullos fructus ex eis a dicto donatario percepit, quorum nullam partem viuente Domino donatore habuit, vel recipere uoluit, Quęritur nunquid dicta donatio voluerit, nec ne, & an dictæ poſſeſſio

nes

nes ipſi puellæ debeantur, vel ad hæredes Illu-
ſtriſs. Donatoris pertineant?

Quibus omnibus maturè conſideratis, eius
ſum ſententiæ, quòd dicta donatio non valuerit
multis ex rationibus. prima eſt, quia præſuppoſi
to, ut in puncto, quòd dicta donatio facta fuerit
dictæ puellæ pro coitu extorquẽdo ab ea, & ob
1 turpem cauſam, dicta donatio fuit nulla, & † inua-
lida, per l. idem ſi §. ſed & quod, ff. de condic. ob.
turp. cau. & trad. per Doct. in l. 2. C. eo. quod in
his terminis admittit Antonius de Butr. in con-
ſil. 14. 1. facie, nume. 2. & Rip. in l. ſi plagij, nume.
12. ff. de uerborum oblig. & ita in indiuiduo poſt
Ang. & Alex. per eum citatos firmat Io. Lop. in
repet. rubricæ de donat. inter uirum & vxorem,
in §. 37. num. 9.

Secundò Idem eſt dicendum, ex quo ipſe Il-
luſtriſs. Dominus erat vxoratus, & coitus huiuſ.
modi fuiſſet adulterinus, & a legibus improba-
2 tus, quo fit vt donatio ex tali cauſa † fuiſſet nulla,
& inualida, per trad. ad propoſitum per Corn.
in l. hereditas, colum. 6. ver. circa hoc dubitatur.
cum ſeq. colum. C. de his, quibus, ut indign. Be-
nedi. Capra in conſil. 127. nume. 4. & ſeq. Seuer.
in repet. l. ſi qua Illuſtris. colum. antepen. nu. 9.
C. ad Orſi. Io. Lop. in d. §. 37. num. 8. Rui. conſil.
109. nu. 29. & ſeq. 3. uol. & Crau. conſ. 229. nu.
11. verſ. quarto reſpondeo.

Tertiò cũ ipſe eſſet miles ſacri ordinis Regij,
3 donatio † etiam ex ea cauſa prohibebatur, l. 2. C.
de donat. inter vir. & vxo. Rom. conſ. 43. ad pri-
mum, num. 5. Lop. in d. num. 9. Rip. in d. l. ſi pla-
gij, nu. 13. & in l. miles, nu. 10. & 12. ff. de re iudi.
4 vbi loquitur, etiam ſi adderetur iuramẽtum, † &
ſequitur Crau. In d. conſ. 229. in fi.

Et licèt Bal. in conſilijs 248. quæritur vtrum,
num. 4. 1. volum. 262. recolo, & 267. ad euiden-
tiam, num. 7. 8. primo volum. duplicato conſilio
457. in 5. uolum. quem aliqui ex præallegatis ſe-
5 quuntur, autumauerit † donationẽ factam a Prin
cipe habente iura imperij valere, etiam ſi fiat cõ
cubinæ, ex quo habet plenitudinem poteſtatis,
& eſt ſupra ll. tamen Bald. Illic mouetur, quia ille
Princeps non erat miles, nec milites noſtri tem-
poris habebant priuilegia militum, & multis ra-
6 tionibus diuerſis motus † fuit, quæ non concur-
runt in caſu iſto, & maxime, quia res iam fuerant
traditæ, & præſcriptæ, & conſtabat quòd Prin-
ceps ille uoluerat vti plenitudine poteſtatis, qđ
non apparet hic, & maxime, quia non fuit expreſ
ſum, quod donatio illa huic puellæ fieret, nec ſa
cta fuit per modum priuilegij, quod videtur exi-
gere, Bertran. in conſil. 3. numero 10. tertio vo-
lum. ſecunda par.

Secunda eſt principalis ratio, quòd donatio
nõ fuit facta ipſi familiari donatario, ſed eius ꝑ
ſona fuit interpoſita, ut tegeretur perſona ipſius
puellæ, vel ne aliquis ſuſpicaretur datum fuiſſe
ob turpem cauſam, vel vt fieret fraus legi, quo
ſit, ut talis ſimulatio ad validitatem contractus
7 † non ſit attendenda, l. hac edictali. C. de ſecund.
nupt. & trad. Bal. in conſil. 400. in libris, num. 6.
5. uolum. & attenditur hoc caſu ſolùm perſona
8 vera † & non nominata, ut Pariſ. probat in con-
ſil. 55. num. 16. & 17. primo uolum. vnde cum ta
9 lis donatio facta fuerit abſenti, & nemine † pro
ea acceptante, non potuit illi acquiri, l. abſenti.
ff. de donat. Alber. in l. nec ei. ff. de adopt. Ber-
tran. in conſil. 116. num. 16. & ſeq. 2. uolum. pri-
ma par. quod in tantum procedit, ut etiam ec-
10 cleſiæ non acquiratur, † nemine pro ea recipien
te, Pau. de Caſt. in l. illud. C. de ſacroſan. eccleſ.
Ruin. conſil. 13. nume. 10. quarto uolum, Didac.
Couar. in repet. Rub. ext. de teſtam. tertia parte,
num. 13. & Iul. Clar. in 4. lib. ſententia. §. donatio.
quæſt. 12. verſ. item quæro. quòd procedit, etiam
ſi iuramentum donatoris interuenerit, Alcia. in
conſil. 98. nume. 3. & ſequen. lib. 8. Nec hoc caſu
poteſt dici, donationem factam fuiſſe illi familia
ri donatario, ut illas res daret tertio & ſic ipſi
11 puellæ adeo ut fuerit ex tali cõtractu † actio quæ
ſita ipſi puellæ, l. quoties. C. de donatio. quæ ſub
modo. ſaltem perſonalis, ut per Didac. in c. 14.
primo lib. reſolutio. num. 3. quia ille text. loqui-
tur, quando poſt aliquod tempus eſt facienda re
ſtitutio tertio: tunc enim cenſetur facta dona-
12 tio primo propter interuſurium † medij tempo-
ris. ut per Bal. in d. l. ſecus uero, ſi donatur quid,
alicui, ut confeſtim alteri tradat, ut in caſu iſto
vt probatur in l. Ariſto, in princ. ubi Imola, ff. de
donat. quod etiam tradit Didac. In d. cap. 14. nu-
mero 13. ad fi. & ſi inſpiciatur dictum chyrogra
phum, apparet quòd dictus Illuſtriſs. Dominus
non donauit dicto familiari res ipſas, vt eas da-
ret dictæ puellæ, ſed magis, ut donaret ipſi puel-
læ donator ipſe eo tunc, quo caſu ipſi familiari
non cenſetur donatum.

Tertio exigebatur ratificatio ipſius puellæ, &
acceptatio ipſius donationis, etiam quòd dictus
13 familiaris donatarius pro ea acceptaſſet: † ꝙ ſine
dubio procedit, quando priuata perſona acce-
ptaſſet pro abſente, l. ſi ego, ff. de neg. geſt. Dec. in
l. contractus, num. 16. ff. de reg. iur. Rub. Alexan.
conſil. 117. num. 2. & 3. Didac. d. cap. 14. num. 13.
verſ. quantum vero, ad fin. Tiraq. in trac. de con
ſtit. limit. 30. num. 57. & Alciat. in conſil. 29. nu-
mero ſeptimo, & ſequen. lib. 8. Quod adeo ue-
rum eſt, ut ſatis non ſit, ſi is cui donatum ſit, dixe
14 rit ſe velle acceptare, † licèt expreſſe non acce-
ptauerit, vt per Aret. conſ. 17. conſideratis, col.
5. verſic. ſed & ſecundo, & Curt. iun. conſil. 120.
nu. 3. Quinimò ẽt in notario recipiente & ſtipu-
15 lante pro abſente, ꝙ exigatur † acceptatio abſen-
* tis, vel ratihabitio, communiter * concludunt
Doct. in locis præallegatis, Alcia. in repet. c. cum
contingat, num. 231. & ſequen. de iureiur. Andr.
ab Exea, in lib. de pact. nu. 18. & ſequen. Galiau.
in rubr. de verborum oblig. num. 84. Cagnol. in

l. ſi

l.ſi librarius,num.64.ff.de reg.iur.ubi dicit com
munem,& in l.fin.num.273.C.de pact.Et in ca
ſu iſto proculdubio acceptatio exigebatur,& ra
tificatio,cum ipſa donatio contineret etiam ali-
quid oneris ſoluendi dictas pecunias dictis alijs
mulieribus,vt per Rub.d.conſil.117.nu.5. Cum
itaque ſupponatur, ipſam dominam non appro-
baſſe vel ratificaſſe dictam donationem viuente
dicto Illuſtriſs.Domino donatore, non uidetur
quòd illi ius in dictis bonis fuerit quæſitum, vel
16 quòd mortuo ipſo poſſit illam amplius approba
re.Caſtr.conſil.195.uiſis his, ſecundo uolum.nu
mero 2.& 3. vbi conſuluit deciſiue. Dec.in d.l.
contractus,& in conſilio 226.num.7.& ſequen.
Pariſ.conſil.77. nume.30.& ſequen.& conſil.ſe-
quen.num.50.primo uolum. Gal.d.rubr.nume-
ro 84.Alcia.in cap.cum contingat, num.237. &
ſequen.& in l.2.§.ex his,prima colum. ff.de ver-
borum oblig.& Cagnol.in l.hæredem, num.24.
ff.de reg.iur.Tiraquel. in d.tertia limitat. nume-
ro 73. & huius mentis cenſetur eſſe Plot. in l. ſi
quando, num.12. C.vnde ni.licet non ignorem
Didac.in d.tertia par.nu.13. & neotericos alios
17 quoſdam uoluiſſe etiam donatore mortuo,† poſ
ſe donatarium donationem acceptare, quorum
opinio uix in praxi admitteretur,contra opinio
nem tantorum Doctorum, tum quia forte poſ-
ſet teneri,quod ſpecialiter de his reb. ante mor-
tem diſpoſuerit, quo caſu etiam ſecundum opi-
nionem Dida. & aliorum opinio. hæc ſibi lo-
cum vendicaret.

Quarta,& vltima eſt ratio,quæ ſoluit omnem
difficultatem, quod nedum ipſa puella, viuente
domino donatore,non acceptauit,nec ratam ha
buit dictam donationem,ſed immo expreſsè re
cuſauit,& repudiauit,quod facere potuit, vnde
18 ad illam non † datur amplius regreſſus,vt decla-
rat in fortiori caſu Paul.de Caſtro,quando ſcili-
cet ſtatutum prohibebat mulierem ſe obligare,
quod poteſt facere talem repudiationem,in con
ſilio 171. in caſu præſenti, viſis omnibus, prima
colum.ſecundo volum. & loquitur etiam in mi-
nore,vt ibi, ſecunda colum. cui ſubſcripſit Imo-
la in conſil.74.in caſu, & ſequitur Felyn.in cap.
2.colum.4.ſub num.7.de conſtit.Socin.conſilio
53.num.25.quarto uolum.Ioan.Arno.dialo.12.
mulieres.Dec.qui ſequitur Imo. in dicto conſil,
74.in conſil.624.num.10.& Cur.Iun.dicto con-
ſil.120.nu.1.& 7.& nu.8.loquitur etiam in mino-
19 re,†& in repudiatione hæreditatis, tradit etiam
quod cum illa dilatio octo dierum eſſet ſtatuta-
ria, ſeu legalis, Prætor ille illam aſsignando, cen
16 ſetur comprehẽdiſſe†in ea diem termini, ad nor.
per Alex. in l. j. ff. ſi quis caut. Nanque primo ani
maduertendum eſt, quod hic verſamur in dila-
17 tione data abſenti, quo caſu non currit, † niſi a
die, quo ei fuit intimata, vt late per Marant. in
Spec. aut. 2. par. 3. actu, nu. 14. tum quia, & ſecun
dò, licet in hoc puncto ſint opiniones, an dies
termini computetur in termino, illa tamen, &
** verior, & frequentior** eſt opin. & quæ†ſerua-
18 tur in pract. quòd non cõputetur, vt late trad.
Tiraquel. in tract. de rett act. tit. 1. §. 1. glo. 11. nu.
22. & ſeq. & Vant. in tracta. nullita. in tit. de nul-
lita. ſenten. ex defec. iur. ordi. nu. 160. cum etiam
& tertiò, quia quando ſumus in odioſis, & pœ-
19 nalibus, numquàm dies†termini computatur in
termino, etiam ſi diuerſa opinio eſſet tenenda,
vt per eundem Tiraquel. loco præallegato, nu.
44. 3. limit. & idem eſt, quando ſumus in dilatio
ne expectatoria, ut per eundem ibi, num. 58. 8. li
mitat. qui caſus proprie caſui noſtro quadrant
conueniuntque. Ex quibus ſolidiſſima remaner
concluſio facta, quòd pendente termino non
20 potuit procedi ad bannũ, † & actus fuit nullus,
cũ eſſent ligatæ manus Iudicis, ut late per Vant.
loco præallegato, nu. 158. qua nullitate ſtante du
bium non eſt, quin ceſſet fundamentum partis
aduerſæ, quod admittit etiam Ruin. in allegato
conſ. 48. num. 11. in 4.

Secundò adducitur caſſatio, & cãcellatio hu-
iuſmodi bannorum & condemnationum, quæ
21 operatur idem, quod reſtitutio, † vt latè trad.
Barb. ad aliud propoſitum allegatus in conſil. 3.
colum. 2. cum duab. ſeq. 2. volum. & ante ipſum
Bart. in l. fin. C. de ſent. paſ. Nel. in tract. bannit.
prima par. 3. temp. quęſ. 4. ac in illamet ciuitate,
Gozad. conſil. 96. nume. 9. Et cum ipſi Domini
Bentiuoli, fuiſſent condemnati in contumaciã
22 uigore ſtatuti illius † ciuitatis, dubio procul po-
tuerunt cancellari de mandato regiminis & po
puli Bonon. ut in indiuiduo trad. Alex. in conſil.
114. repetitus 2. uol. & ſequitur Alcia. in tracta.
præſumpt. reg. 3. præſumpt. 22. nu. 2. & certe caſ
ſatione & cancellatione ſtante, quæ non fuit re
leuata per illum Notarium, cum ipſis bãnis, nec
23 de ea facta aliqua mentio, pro ut†erat faciendũ,
iux. trad. per Bar. in l. 2. §. primo, num. 3. ff. quem
admo. teſta. ape. ex quo uidetur incurriſſe pœ-
nam falſi, vt egregie docuit Magnif. Scarlatinus,
24 †cui adſtipulatur Crau. conſ. 168. in prin. reſpon
dens teneri actione iniuriarum, qui reſtitutum
bannitum appellat, nulla potuit, vel poteſt ipſis
bannis fides adhiberi.

Nec

Nec quicquam faciunt, quæ ex aduerſo pro
reſponſione adducuntur, & primo ꝙ non value
rit cancellatio, ex quo non fuit ſubſcripta per ſu
perſtitem Cameræ actorum, iuxta formam ſtatu
ti ſub rub. de gene. ſeu commu. pœn. banuit. &c.
ante fi. & in prouiſ. Pet. Caret. fol. 54. ante fi. uer.
ne quis autem. quia vltra præſumptionem indu
ctam a ſtatuto ipſo, & ex iuris communis diſpo
ſitione, quæ ex diuturnitate temporis præſumi-
tur, vt abundè deductum fuit, cenſeo ceſſare om
nem difficultatem, ex eo ꝙ vt In facto præſuppo
nitur, cancellatio iſta fuit facta per vnum ex offi
cialibus, ſeu notarijs Cameræ, in qua erant libri
ipſorum bannorum, addita cauſa cancellationis
iuxta formam dictorum ſtatutorum & prouiſio
nis, quo fit vt cancellatio ipſa non ſit ab eis im-
probata. cum tantummodo per ſtatutum ipſum
diſpoſitum ſit per notarios deputatos ad diſcū
bannitorum & Cameræ actorum ſubſcribenda
eſſe banna ipſa, quia libri ipſi, ſeu ipſa banna eſ-
ſent in officio diſci bannitorum, ut in ipſo ſtatu-
to & in propoſito non præſupponitur fuiſſe, niſi
in officio Cameræ, quo caſu non videtur neceſ-
ſaria ſubſcriptio notarij diſci prædicti, cum ſta-
25 tutum id non requirat, † & cum ſit ſtricti iuris,
ſtrictè eſt interpretandum, l. quod conſtitutum.
ff. de teſta. mili. Rip. in ca. 3. nu. 2. & in c. 9. nu. 1.
1. lib. reſponſorum. tum & ſecundò, quia per di-
ctam prouiſionem ſunt reuocara omnia ſtatuta
præcedentia ſuper huiuſmodi cancellationibus
diſponentia, ut in ipſa ante fi. in §. reuocamus au
tem. Vnde ſtandum tantummodò eſt illi proui-
ſioni, quæ non exigit ſubſcriptionem vtriuſque
officij, ſcilicet alterutrius tantum, vt in verſicu.
ne quis autem. ubi diſponitur, officiales ad Ca-
meram actorum & diſcum Vrſi pro tempore de
putatos teneri ſubſcribere, &c. quæ verba non
exigunt ſubſcriptionem ipſorum copulatiue, q a
quando tractatur de odio non de fauore alicu-
26 ius, ut in caſu iſto, non exigitur † concurſus co-
pulatorum, iuxta doct. Imolæ poſt Butr. in clem.
in pleriſque, col. 4. & 5. de elect. Rui. conſ. 112.
num. 13. in 2. & Nicol. Euerard. in ſua topi. lega.
in loco, a natura copulæ. L. in princi. mens igitur
prouiſionis huiuſmodi fuiſſe uidetur, vt exigere
tur ſubſcriptio notarij Cameræ, vel notarij, ſeu
officialis diſci Vrſi, quando libri bannitorum
eſſent in altero ex dictis locis, non vtriuſque ip-
ſorum copulatiue, vt ſupra.

Sicut etiam nihil facit, quòd defuncto Illuſtri
D. Ioanne Cancellario eius banni nihil profue-
rit, quia imò videtur profuiſſe in hoc, quod non
poteſt nunc allegari bannum illud, & cum age-
retē de pœna criminis læſæ maieſtatis, ſicut mor-
27 tuo delinquēte † ipſe potuiſſet damnari, Aret. in
tra. male. in ver. *c'hai tradito la tua patria*. col. 6.
yer. & bñ aduertas, & alijs in alijs locis: ſic ēt eo
28 defuncto, & condemnato potuit eius † bannum
caſſari, quia contrariorum eadem eſt diſciplina,
& idem operatur oppoſitum in oppoſito, ꝙ pro
poſitum in propoſito. l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. cum ſi.

Pariterque ceſſant alia, quæ ad inualiditatem
huius caſſationis ex aduerſo adducuntur, ut de
uiolentia, qua uſi fuerunt D. Bentiuoli, mutādo
magiſtratus, & alia huiuſmodi: quia cum hæc nō
probentur niſi verbo, non eſt opus alia reſpon-
ſione. Quod autem de mandato regiminis Bo-
non. cancellatio fieri potuerit, iam ſupra ex Alc.
comprobatum eſt: & cum cancellatio huiuſmo
di plenam reſtitutionem contineat, vt ſupra, ſe-
quitur quòd eo banno non obſtante, potuit agi
ad reintegrationem poſſeſsionis prędictæ,

Tertiò principaliter (& ex hoc ceſſat omnis
ſcrupulus) aduerſus huiuſmodi banna, & condē
nationes adducuntur gratiæ ēt geminatæ ſum-
morum Pontificum reſtituentium ipſos D. Ben-
tiuolos pleniſſime ad bona omnia, quibus eorū
pater, & mater fuerint priuati cum ampliſſimis
verbis, tollentibus omnia ipſa banna, & annul-
lantibus condēnationes ipſas cum clauſulis prę-
gnantibus. ex quibus negari non poteſt, quin re
ſtitutione ipſa ſtante remedium hoc intentatum
ipſis defunctis, & ijs nunc uiuentib. dominis agē
29 tib. competierit, & competat, cū Principem † id
facere poſſe ambigendum non ſit, Bar. in l. quæ-
cunque, ad fi. C. de fi. inſt. & iure haſtæ fiſ. lib. 10.
Fel. in c. inter quatuor, nu. 6. de ma. & obe. Alex.
conſ. 216. nec arguendi, col. 4. in 2. Moder. in l.
Gallus, §. & quid ſi tñ, ubi Crot. nu. 56. ff. de li. &
poſt. & in indiuiduo, in reſtitutione horum Illu-
ſtriſs. Bentiuolorum, conſultus reſpōdit Rui. cō-
ſil. 21. nu. 7. & ſeq. 5. vol. ubi quamplura adducit
ſuper huiuſmodi gratijs aduerſus creditores oc
cupantes poſſeſſionem bonorum ipſorum domi
norum, ad quam ipſe non obſcure ſentit, illos
agere poſſe, quod tanto clarius conſtat, cum ex
preſſe in gratijs ipſis dicatur, quòd deberent re
ſtitui & reintegrari ad poſſeſ. ipſorū bonorū, nō
obſtantib. d. ſnijs & bannis, & ut in eis, quo caſu
non uideo, quid apertius ſit deſiderandum, cum
de voluntate Principis conſtet, quæ legis habet
vigorem, §. ſed & quod Principi, Inſt. de iure nat.
gent. & ciui. tametſi eius ſim ſententiæ, ut reſti-
30 tutus pleniſs. ad bona † poſſit etiā remediū hoc
reintegrandæ, intentare: quod ēt ſentire videtur
Rui. in all. conſ. 49. nu. 7. & tanto magis, quia re-
ſciſſo banno per reſtitutionem ēt ius quęſitum
tertio ex confiſcatione ipſa immediatè tollitur
31 & † reſtitutio applicatur. ut per Plo. in conſ. 108.
nu. 29. in 1. tomo conſil. crimi. & Nat. conſ. 471.
32 num. 2. & ſeq. & quia reſtitutio reſtituit † in pri-
ſtinum ſtatum reſtitutum, ut per Doct. in dicta
l. fin. C. de ſent. paſ. Ang. conſ. 256. Guid. nume.
ſecundo, & latè Afflict. in tit. hic finitur lex Fe-
derici, in ſexto, not. col. 1. maximè quando eſt fa
cta non obſtantib. ſententijs, & in forma hac am
pla, vt per Boſ. in tit. de reſtit. quæ fiunt a Princ.
nu. 11. in ſuis var. tract. crimi. et ibi nu. 13. & 14.

dicit, ꝙ taliter reſtitutus nedum recuperat poſ-
ſeſſionem ſuorũ bonorũ, ſed ẽt detentationem
ſentit ẽt, nu. 15. ꝙ detur hoc remedium reinte-
grandæ.cum ad ipſum ſe remittat. & in fortiori
caſu voluit Soc.iun. in alleg.conſ.34. nu.7.in 3.
34 remedium hoc tanquàm in rem † ſcriptam dari
filio ad fideicõmiſſum uocato,ẽt confiſcatis bo-
nis patris,cuius etiam ipſe nõ erat hæres, vt per
eum ibi.|& certè hæc ſunt tam perſpicua, ut nul-
lus probabilis dubitandi locus ſubeſſe videatur.

Non obſtant,quæ ex aduerſo contra eas gra-
tias & reſtitutiones obijciuntur, quia ſunt nul-
lius conſiderationis:namq; dum primò dicitur,
ꝙ non cenſetur reſtituta poſſeſſio per reſtitutio-
35 nem factam.vt in terminis † allegatur Bal.per il-
lum tex.in l.denique.in 2.lect. ff.ex quibus cau.
maio. quæ cum ſit facti, fictione reſtitui non po-
teſt, Barto.& alij in l.ſi is,qui pro emptore. ff.de
vſucap.cum alijs ad lungum adductis.hęc eſt me
ra parolizatio,ut dicebat Soc.quãdoq; de Barb.
ſeu ęquiuocatio,ſi quidem nos non dicimus,qđ
per reſtitutionem in integrũ poſſeſſio amiſſa ſit
in reſtitutum tranſlata,vel continuata,quia hoc
fortè non eſt verum,& hoc caſu loquuntur alle-
gata in cõtrarium,ſed quod per reſtitutionem,
quæ reſcindit ſententias, & banna,conceditur
reſtitutis & ſucceſſiue eorum hæredibus ius re-
cuperandi poſſeſſionem.quæ fuit amiſſa per ban
num,cum ipſum nunc ſit ſublatum. Vnde cum
agitur remedio reintegrandę aduerſus eũ,quòd
nunc poſſidet, & ipſe opponit de banno,poteſt
replicari de gratia & reſtitutione & ſic tollitur
36 † eius oppoſitio, ut in ſimili docet Bal.in l. cum
proponas,la 2.in prin.C.de pact.& trad.Doct.in
l.nam & poſtea. §.ſi minor, ff.de iureiur. igitur
nihil facit ad rhombum, quod ex reſtitutione
nõ tranſeat poſſeſſio, quia ſufficit quòd tranſeat
ius illam recuperandi, & propterea ceſſat etiam
cõſideratio,quę fit de poſſeſſione ciuiliſſima,quę
non parit remedium hoc, vt dicitur ex aduerſo,
cum hic agatur ex perſona dicti olim Illuſtr.D.
Ioannis, ad recuperandum illam naturalem,
& ciuilem poſſeſsionem, a qua ipſe cecidit,non
aũt uigore tranſlatæ ꝑ reſtitutionẽ in reſtitutos.

Quæ autem ſecundo loco dicuntur,quòd an
teceſſores ipſorum Illuſtriſs. agentium reſtituti
reinciderunt in eaſdemmet cenſuras. & ſenten-
tias per nouas contrauentiones,vltra quod non
credimus hęc probata fuiſſe,tolluntur ex eo pręⁱ
cæteris,quod pars aduerſa opponit de iure ter-
37 tij & fiſci,de quo regulariter opponi † nõ poteſt,
vt vltra allegata pro parte noſtra trad. Soc.iun.
in conſil.130.num.10.in 3.uolum.etiam ſi ſit ex
38 cluſiuum iuris agentis, † cum ſimus in iudicio
ſummario,vt per Ruin.conſil.129.num.9.ſecun
do volum. Claud.in l.ille a quo.§.ſi de teſtamen
to. ff.ad Trebel. & Tiraquel. in l.ſi unquàm. in
verb.reuertatur, num.362.C.de reuocan.dona-
tio. Nec releuat partem aduerſam,quòd ipſo iu-
re cenſerentur ipſi domini de Bentiuolis, rein-
cidiſſe in priores ſententias, ex forma primæ
gratiæ & reſtitutionis, quia cum numquàm fue-
rit facta declaratio, non poteſt de iure ipſius fi-
ſci, & tertij opponi, ut per Tiraquel.ibi nume-
ro 359. & 360.

Quarto in hac difficultate eſt animaduerten-
dum,ꝙ fundamentum præcipuum.in quo Ruin.
ſuam cõſultationem fundauit,& in quo pars ad-
uerſa magnam vim facit,ꝙ.ſ.ex quo olim Illuſtr.
D.Ioannes fuit bannitus, & confiſcata fuerunt
omnia eius bona,propterea potuit ſpoliari poſ
ſeſſione huius rei,in caſu iſto ceſſat. Namq; pri-
mo cõſiderandum eſt,ꝙ ſi verum eſſet,ꝙ de con
ſuetudine ſtatuta Bonon.loquentia de confiſca-
39 tione bonorum, non fuiſſent † recepta in vſum,
vt voluit Gozad.in conſi.96.num.5.ceſſaret fun
damentum ipſum: ſi vero fuiſſet locus ipſi con-
fiſcat oni alio medio defenditur non licuiſſe al-
teri priuato ſpoliare ipſum dominum Ioannem
dicta poſſeſsione, quia cum ipſe tempore banni,
& ante rem ipſam poſsideret, proculdubio illa
veniebat in confiſcationem & ad fiſcum pertine
40 bat, nec priuatus quiſquam potuiſſet illam † in-
gredi,vel ipſi illam auferre,vt trad.Bar.in tracta.
qui ſint rebelles, in ver.rebellando,ad finem, in
verſic.item an iuriſdictio.& clarius Boſſ.in titu.
de crimine lęſę maieſta.num.130.quo fit,ut cum
nõ liceret priuato cuipiam poſſeſsionem ipſam
non auferre, ceſſat etiam deciſio ipſa ceſſante
eius ratione.l.quod dictum.ff.de pac.ultra quod
aliud fundamentum, in quo Rui. ipſe etiam vim
facit, relatum etiam per D.Aduocatum aduerſa
rium,quod bannitus amittat ea beneficia quæ a
41 iure communi ſibi tribuuntur,† non eſt etiam tu
tum, ut per Rip.poſt alios, in l.ex facto, §.ex fa-
cto,num.15.ff.ad Trebel.Nel.in tract.de bannit.
prima par.2.temp.quæſt.37.& ſeq. Goz. d.con-
ſil.97.num.7. Neuiz.conſil.73. num.6.& ſeq.&
Boſſ.in titu.banni.quod amittant, nu.13.& ſeq.
& de bonor.publicatione,numero 69.quo ſit,vt
ipſe non potuerit etiam ſuis bonis ſpoliari. Et
cum non conſtet bona hæc veniſſe in confiſca-
tionem ipſam cum effectu, quo ad amiſſionem
ipſorum, vel quod eius uirtute fuerint ablata
prædicto Illuſtri Dom.Ioanni, non uideo quo-
modo pars aduerſa in ipſa poſsit facere funda-
mentum, quæ nec ius habet a fiſco, & cuius vel
auctorum ſuorum illicita fuit occupatio, ut ſu-
pra, nec quomodo procedat fundamentum ex
aduerſo in confiſcatione ipſa, quod non detur
remedium reintegrandæ,ex quo per Iudicem ri-
te procedentem ſpoliatus fuerit ipſe Dom.Ioan
nes,quia hęc poſſent procedere,ſi in facto con-
ſtaret,hæc bona fuiſſe per fiſcum adempta,& ab-
blata, dic.Ioanni, & uigore ipſius ſententiæ fi-
ſco incorporata, quod cum non conſtet, ceſ-
ſat obiectio ipſa.

Quinta,& vltima eſt difficultas, quòd cũ tem-
pore

pore vitæ prædicti Illuſtr. Do.Io.petia terræ, de cuius poſſeſſione controuertitur, eſſet pro maiori parte valliua.& aquoſa, & nūc pro maiori parte eſt atterrata, & in partem ad culturam reducta, an cenſeatur probata poſſeſſio ipſius q. Do. Ioannis talis, quæ mereatur anteponi poſſeſſioni domini aduerſarij, cum forte illa poſſeſſio nō poterat eſſe, niſi in piſcando, cum hęc D.aduerſarij ſit plenior omnes fructus percipiendi, qui ex
42 terra colligūtur, & iſta videtur præferenda, † per trad.per Bal.in l.vni.nu.88.verſ.ſed nūquid poſſeſſio aquæ.C.de cōfeſ.vbi dicit, quòd interrum
43 pitur præſcriptio † mutato elemento, & Dec.in conſ.402.nu.19.ac Rim.conſ.529.nu.14.& ſeq. Quæ quidem difficultas ceſſat ex duob. Primo, quia hic non agimus de interruptione præſcriptionis, quo caſu loquitur Bald. vel quando vna pars poſſidet piſcando, & alia poſſidet arando & colendo terram, vel alios ſimiles actus in terra ipſa faciendo eodem tempore, ſeu prout contingebat aquas creſcere, vel decreſcere in locis illis, ut erat in caſu, In quo prędicti Doct. conſuluerūt, ſed ſumus in alio caſu, quia eo tempore, quo poſſedit D.Io.& emit loca iſta, nullus alius præter ipſum poſſedit hanc rem, vel aliquos actus poſſeſſorios fecit in ea: qui quidem actus poſſeſſorij non potuerunt fieri, niſi tales, quos patiebatur natura, & qualitas loci ipſius, tunc pro certa modica parte paſcui, & pro reliqua valliui, & acquoſi. Vnde cum pręſupponatur probatū, ipſum q.Illuſtr.D.Ioan. poſſediſſe rem hanc eo modo, quo poterat poſſideri, faciendo in ea paſcere beſtias ſuas, & in ea piſcari faciendo, certè negari non poteſt, quin ſit probata poſſeſſio huius rei, quæ alio modo non potuit poſſideri, nec aliter tenent Doctores præallegati, qui hoc caſu non loquuntur.

Secūdo, quia qui poſſidet aquam poſſidet ēt terram, ſuper quam eſt ipſa aqua. & totius rei eſt
44 poſſeſſor, † ut multis medijs pulcherrimè comprobat Rui. qui in illa cauſa contrariū conſuluit contra Dec.& Rim.in conſ.43.col.3.cum duab. ſeq.4.uol.& ſecundum eius ſententiam obtinuit tunc D.Alfonſinus Trottus, pro quo ipſe conſuluit, vt oſtendi poteſt ex laudo lato ad fauorē ipſius per olim Sereniſ.Ducem Alfonſum II.Ferrariæ Ducem, ex quibus ceſſat, & penitus tollitur hæc vltima difficultas. Quibus omnib. ſublatis, quæ victoriæ ipſorum Illuſtriſ. Dn̄orum obſtare poſſe videbantur, ſupereſt ut ad eorum fauorem tandem cauſa expediatur. Et quia in hoc remedio reintegrandæ, res eſt tandem in tuto, ſuperuacuum uiſum eſt laborare ſuper alio remedio ſtatuti, in quo tum copioſè, cum etiam elegāter, & ſubtiliter ſcripſit prædictus Excellentiſs. Scarlatinus, cum cuius ſententia pertranſeo. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertazz.

Multum ad rem facit conſ.Rui.21.nu.7.in 5.

ARGVMENTVM.

Immunes ad quæ onera non teneantur, & quando immunitas ſit ſeruanda per dominum Caſtri, & quando immunitas extendatur ad bona futura?

Collecta, quando non poſsit imponi a domino? Et quando non poſsint ab eodem omitti proclamata pœnalia cōtra ius, ut de venatione, de eundo ad illius molendinum, & de alijs grauaminibus?

Quibus teſtibus in hoc iudicio querelarum ſit credendum?

S V M M AE.

1 *Onera omnia continentur in priuilegio immunitatis conceſſo verbis generalibus.*

2 *Ut ſi adſint verba illa, quouis modo, vel ſimilia.*

3 *Verba geminata, maxime operantur in priuilegiis.*

4 *Dictio (etiam) implicat identitatem, & continet maiora expreſsis.*

5 *Immunitas remanet firma in caſibus non exceptis.*

6 *Taxatiua (& non vltra) alia excludit.*

7 *Immunitas extenditur ad terras poſtea acquiſitas.*

8 *Et ad futuros ciues, vel colonos, ſi verbis vniuerſalibus fuit deſcripta.*

9 *Et quando fuit conceſſa per nomen collectiuū.*

10 *Coloni futuri comprabenduntur immunitate conceſſa colonis.*

11 *Ratificatio inducitur ex obſeruatione.*

12 *Et præſumitur ſubſequuta ob temporis antiquitatem.*

13 *Diſpoſitio Principis præſumitur iuſta, & valida.*

14 *Obſeruatio facit vt præſumatur compromiſſum, vel mandatum.*

15 *Immunitas declaratur obſeruantia.*

16 *Princeps, ſi declaret, vel mandet aliquid ſeruari, non eſt vlterius diſputandum.*

17 *Immunitas conceſſa alicui, & illius hæredibus ac ſucceſſoribus, comprabendit futura.*

18 Dictio (idem) importat in iiſdem caſibus eandem cenſuram.

19 Clauſula in fine poſita, refertur ad omnia præcedentia.

20 Verbum (liberè) importat immunitatem bonorum.

21 Et importat ſine contradictione, impedimento, & arbitratu ſuo.

22 Liberè qui poteſt aliquid facere, non eſt neceſſaria alicuius requiſitio.

23 Nec liberè facere poteſt, ſi faciendo incidit in pœnam.

24 Clauſula, ſine vlla exceptione, importat, vt nihil poſsit, vel in facto, vel in iure allegari.

25 Immunitas conceſſa per contrarium, eſt fortior cæteris, & magis obſeruanda.

26 Relatum quod ſupereſt, illud comprehenditur a referente ſi de alio non conſtat.

27 Referens immunitatem, ſi illam poteſt de nouo dare, relatio probat.

28 Poſsidere quis præſumitur ex titulo præambulo.

29 Poſſeſsio de præſenti, iuncto titulo, facit præſumi poſſeſsionem in preteritum.

30 Inueſtituræ pactum eſt ſeruandum.

31 Immunitas præſcribitur ſpatio quadraginta annorum.

32 Immunes ſunt manutenendi in ſua libertate.

33 Et contra innouantem præſumitur.

34 Princeps non poteſt exigere a ſubditis, niſi onera conſueta, & a ſuis præceſſoribus exacta.

35 Domini recognoſcentes ſuperiorem non poſſunt facere proclamata contra ius commune, & imponere collectam.

36 Collecta, in quibus caſibus poſsit imponi ſubditis.

37 Subditi licèt iuramento aſtricti, non tenentur parere banno domini emiſſo voluptatis gratia.

38 Et ſi grauantur iniuſtè, poſſunt conqueri coram ſupremo Principe.

39 Agri non ſunt inculti relinquendi, & relicti poſſunt occupari.

40 Princeps tenetur ad damna ſubditorum, ſi propter illius prohibitionem deſinant agros colere.

41 Venator damnificans agros ſatos, tenetur.

42 Venatio non poteſt probiberi de iure, niſi ſubditi poſt probibitionem acquieſcant longo tempore.

43 Subditis eſt ſoluenda merces a dominis, ſi eorum operibus, vel plauſtris, vel animalibus vtantur.

44 Subditi non tenentur gratis ſeruire domino.

45 Et tenentur aliquid dare pro hoſpitio, modo iuſtum ſoluatur pretium.

46 Princeps prius debet ſuum excutere marſupium, quàm ſubditorum.

47 Vendere nemo tenetur rem ſuam pro minori pretio.

48 Subditi non tenentur ire ad molendinum ſui domini.

49 Vendere nemo tenetur viliori pretio, tempore penuriæ, annonam.

50 Immunitas etiam habet locum tempore penuriæ.

51 Eccleſia grauatur per indirectum, ſi illius coloni grauantur.

52 Reſeruationis clauſula facit, vt firmum remaneat ius conſeruatum, et corrigit ac modificat conceſsionem.

53 Iuriſdictionis eſt actus tenere cuſtodem.

54 Reſeruatio declaratur obſeruantia.

55 Proclamati non opponens, ſi tamen non obediat, eſt in poſſeſsione libertatis.

56 Teſtibus ſtandum eſt antiquioribus, dignioribus, & nullum habentibus intereſſe.

57 Onera, ſi aliqui excipiuntur tanquam immunes, cæteros non immunes reſpiciunt.

58 Teſtis repellitur, qui habet intereſſe in cauſa, & tractat de ſe exonerando.

59 Vel eſt nimis affectus parti, vel cauſæ, vel nimis gratioſus.

60 Vel ſi non eſt exemptus, non probat contra exemptionem.

61 Vel ſi ſit ſenſurus damnum in particulari.

62 Teſtes non ſuſpecti melius probant, quàm contrarium deponentes.

63 Teſtes ſubditi pro domino, diminuuntur de fide.

64 Teſtes inuicem aduerſantes reiiciuntur.

65 Actus familiaritatis gratia facti, non inferunt ad poſſeſsionem.

66 Poſſeſsio non acquiritur ex actibus meticuloſis.

67 Licentia petita ab immuni ad euitandum pœnam,

nam, & moleſtiam non obeſt immunitati.
68 *Onera præſumuntur ſolutametu, ob procla-
mata pœnalia.*
69 *Immunis onus ſubeundo, non præiudicat ſibi,
niſi per triginta annos hoc faciat.*

CONSILIVM XXI.

In Domino confido.

CAuſa hæc Magnificæ Communitatis Mutinæ cum Illuſtre Domino Saxoli, adeo fuit ſubtiliter & diligenter diſcuſſa per Clariſſimum Iuriſconſ. Dom. Iulium Cæſarē Caſtaldum, mihi vti fratrem, & maiorem honorandū, vt minime opera diligentioris cuiuſq; opus eſſe videatur. Vt tñ & muneri meo ſatisfaciā, & ne videar ciuis ingratus illius Ciuitatis, a qua infinita propemodū obſeqnia, & gratias cōſeqnutus fui, dū multis annis plures magiſtratus in ea geſſerim, plura ēt ego ad victoriā illius conducētia in mediū adferre volui, ex quib. procul dubio conſtablt, referendum eſſe ad fauorem ipſius Magnificæ Communitatis. Duæ itaq. erunt huius cauſæ inſpectiones & diſcuſſiones: prima ſuper immunitatibus ciuium, & colonorum ipſorum bona habentium in dominio dicti Illuſtr. Dom. Saxoli, an illis ſcilicet ſtantibus potuerit olim Illuſtriſs. Dom. Hercules de Pijs dicti ſtatus dominus, grauare ciues, & colonos ipſos ad ea, de quibus in querelis ipſius Magnificæ Communitatis, vel poſſit Illuſtris eius ſucceſſor in illis perſeuerare? Altera & ſecunda erit, quid iuris ſit etiam circunſcriptis dictis immunitatibus & exemptionibus.

Primam igitur inſpectionem & diſcuſsionem aggrediens, preſuppono certiſsimum eſſe ciues prædictos, & eorum etiam colonos eſſe immunes, & exemptos ab omnibus oneribus & grauaminibus illis imponendis, in eo ſtatu & dominio, vt primo conſtat ex declaratione olim Illuſtriſsimi Marchionis Leonelli, edita de anno 1450. impreſſa in libriculo prouiſionum Mutinæ, fol. 113. In qua deſcribitur capitulum immunitatis in hæc uerba, *Item che tutti li Cittadini Modeneſi li quali hanno poſſeſſioni ſuſo il terreno di ſoliera & in ciaſcun'altro luogo delli gentilhuomini, de Pij, li quali ſiano eſtimati a Modena debino eſſere eſſenti da argini & da ogn'altra grauezza da quale s'imponeſſe per detti nobili de Pij.* et nullo quouis modo *poſſino eſſere grauati per eſſi gentilhuomini, & coſi etiam li ſuoi mezzadri quanto ſia per le poſſeſſioni. de detti cittadini ſaluo che li mezzadri di ſoliera di Cittadini di Modena poſſino eſſere grauati in ciaſcuno anno per detti gentilhuomini alla condotta d'un carro di ſaſſi, & un'altro di calcina per ciaſcuno mezzadro, & non ultra, per li lauorieri della fortezza di ſoliera.* Quib. verbis generalib. ſtātib. dubiū non eſt quin cō-
1 prehendantur generaliter omnia onera, † quæ illis poſſent imponi, Bal. conſi. 112. quæritur, nu. 3. 1. volum. Alex. conſi. 30. ponderatis. 4. colum. numero 14. 2. volum. Vbi quando ſunt appoſita
2 uerba, quonis † modo, vel ſimilia, Nat. conſi. 160. num. 29. Rip. in l. 1. num. 50. ff. de vulg. & pup. Pariſ. conſi. 68. num. 23. & 29. 1. volum. Lauren. Syl ua. conſil. 66. num. 12. Alcia. in conſil. 3. num. 7. in fi. & num. 8. lib. 4. ac Rolan. a Val. conſil. 2. nu. 43. & ſequen. primo volum. & de verbis gemina
3 tis † appoſitis in immunitatibus, vltra Alexan. & Pariſ. in dictis conſilijs trad Craue. in conſ. 226. num. 13. ſicut ēt de clanſula, quouis modo, &c. generali, vel vniuerſali, ſcribit idem Craue. conſil. 88. num. 10. & Benuenut. Strac. in tracta. de mercatore. 1. parte, num. 83. & quando negatiue concipitur, vt in caſu iſto, Craue. conſil. 308. co
4 lum. pen. num. 6. & illa † uerba, *& coſi etiam li ſuoi mezzadri*, implicant identitatē immunitatis in coloris, C. etiam per procuratores cauſ. reſti. in integ. agi poſ. &c. etiam ob chyrogra. pecu. in Rubro, & nig. Alex. conſil. 23. uiſo proceſſu, 2. colum. in 5. vbi de dictione etiam, quam includere etiam maiora expreſsis in materia, etiā ſtricta, & exorbitanti, voluit Pariſ. conſ. 46. num. 30. & 31. 4. uolum. & cum exceptuetur vnicus tātum caſus vnius oneris pro fortilitio ſoleriæ, fir-
5 ma remanet immunitas † in cæteris oneribus non exceptis, Alex. conſilio 215. 7. colum. 2. uolum. & Dec. conſil. 151. num. 1. ante fi. Quod tanto clarius procedit propter clauſulam taxati-
6 uam † additam, & non vltra, quæ alia excludit, vt probatur in l. fi. in prin. C. de modo mulctarū, & in l. eos. §. 1. C. de vſur.

Et licèt fortè tempore dictę declarationis ipſi Domini de Pijs non haberent omnia caſtra, & omnes iuriſdictiones terrarum, quę poſtea ad illos vel ſucceſſores ipſorum deuenerunt, & pariter Ciues Mutinæ non poſsiderent in illis iuriſdictionibus forte tot bona, vt nunc poſsidēt, certum tamē eſt immunitatem ipſam, de qua in dicta declaratione extendi debuiſſe, & debere ad alias terras exinde acquiſitas † per dictos no-
7 biles de Pijs, ut præter Guid. Pap. citatum per Magnificum Caſtaldum in deciſione 489. tenet Alber. in l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. empt. & Brun. in tracta. de augu. in 9. concluſione princip. 2. colum. ſicut etiam reſpectu Ciuium & colonorum ſuorum extenditur ad futura bona, & futuros ciues, & colonos, ex quo ver
8 bis generalibus, vel uniuerſalibus † fuit deſcripta, Guid. Pap. d. deciſione, Alex. conſilio 177. in occurrenti, colum. 3. verſic. 2. pro hoc facit, 2. uolum. Vbi quando fuit conceſſa per nomen
9 † collectiuū. Nat. d. conſi. 160. num. 23. & nu. 26. ubi loquitur, quando fuit cōceſſa ciuibus & bonis. & in conſi. 140. num. 12. 14. & ſeq. & de con

ceſſa

10 ceſſa laboratoribus, † quod comprꝑhendantur
futuri, Bal. in d. conſi. 112. 2. dub. nu. 6.

Sicut etiam nihil facit ſi obijciatur, quòd nõ
conſtat de auctoritate ipſius Illuſtriſs. Marchio-
nis in dicta declaratione facienda: quia præter
id, quod executioni fuerunt tradita ea, quæ ip-
ſe, facienda eſſe in cæteris in dicta declaratione
decreuit, vt ex litteris illius D. Gallaſſij de Pijs,
productis in proceſſu, fol. 109. conſtat, ex quibus
11 tacita inducitur † ratificatio. l. Paulus. & l. bono-
rum, ff. rem rat. habe. & trad. Dec. in l. ſemper qui
non prohibet. ff. de regu. iur. & alij in alijs locis,
cum ſimus in antiquis, ex lapſu longiſſimi tem-
poris, omnia præſumuntur recte acta, & præſer-
12 tim prꝑſumitur ratificatio † ſubſequuta, l. ſi filius,
C. de petit. hæred. & ad propoſitum trad. Brun.
in conſil. 34. num. 9. Gozad. conſil. 11. nume. 16.
Crauet. trad. de antiquit. tempo. ſecunda par. nu
mero 65. Soc. iun. conſil. 139. num. 13. & 14. in 3.
Ceph. conſil. 240. num. 7. & Anton. Gabr. lib. 2.
ſuarum concluſionum, tit. de procur. concluſ. 1.
nu. 14. Vltra quòd præſumitur pro conceſſione
13 & diſpoſitione † Principis, ꝙ ſit iuſta & valida. So
cin. iun. conſ. 76. num. 57. 1. vol.

Et cum exinde ſemper fuerit obſeruata, ut de
ponunt omnes teſtes pro parte examinati, &
plures etiam ex aduerſarijs, vt inferius ſuo loco
14 dicetur, † prꝑſumitur prꝑceſſiſſe compromiſſum,
& mandatum, Alcia. in tract. præſumpt. ſecunda
reg. præſumptione 13. num. 2. & in conſil. 149. nu
mero 3. lib. 5. & Hieron. de Monte in tract. de fi
nibus. cap. 15. num. 2. & ſequen. Et in immunita-
15 te, quòd obſeruantia ſubſequuta † eam declaret,
trad. Bar. in conſil. 59. Commune Spoleti, num.
3. Crau. conſ. 101. num. 3. 4. Alb. conſ. 64. nu. 31.
& ſeq. Nat. conſ 406. nu. 28. & Sylua. in conſ. 66.
nu. 20. & 21. & 88. nume. 27. ſicut etiam declarat
ſententiam, Crau. conſ. 10. num. 9.

Et idem dicendum eſt, ex quo apparet de an
no 1491. fuiſſe mandatum per Principem cogi di
ctos Dominos de Pijs ad obſeruandum dicta ca
pitula. & decreta ac immunitatem, ut in literis Il
luſtriſ. Ducis Herculis, regiſtratis in dicto libri-
culo, fol. 34. nam ſtandum eſt declarationi Prin
16 cipis, qua mandat aliquid † ſeruari, nec vlterius
de ea eſt diſputandum, Bald. conſ. 348. proponi-
tur, in fi. 3. uol. & Soc. iun. conſ. 95. nu. 62. 3. vol.
vltra approbationem factam in inſtrumento in-
ueſtituræ, de qua inferius dicetur.

Secundo cõſtat de immunitate & exemptio
ne ipſorum ciuium ex capitulis conuentionali-
bus initis inter ipſum Illuſtriſsimum Ducẽ Her
culem I. de anno 1471. nobiles Dominos Mar-
cum & Leonellum de Pijs. In quibus concedun
tur immunitates & exemptiones ipſis Dominis
de Pijs, et eorum ſubditis, pro ſe, et eorum hæ-
redibus, et ſucceſſoribus, et pariter e conuerſo
ſubditis dicti Sereniſsimi Ducis in hæc uerba.
Et idẽ uerſa uice ſeruetur ſubditis prædicti Do.
Ducis habentib. eorum terras, & poſſeſsiones
in terris, & locis quibuſcumque, & ſuper terri-
torio, & loco quomodocumque ipſorum ma-
gnificorum Marci, & Leonelli, uidelicet, quòd
poſsint vti ac gaudere bonis ſuis, fructibus &
reditibus ac prouentibus ipſorum, & ea omnia
conduci facere libere, & expeditè, & ſine ali-
qua ſolutione datij vel gabellæ et cuiuſlibet alte
rius ſolutionis vel oneris, et ſine ulla exceptio-
ne ad terras et loca prædicti D. Ducis noſtri,
et ut in dictis capitulis regiſtratis in dicto libri-
culo, fol. 156. hæc enim immunitas proculdu-
bio trahitur etiam ad futura bona, etiam per ci-
ues acquirenda, uel per ipſos Dominos de Pijs,
ex quo immunitas ipſis de Pijs et hꝑredibus, et
ſucceſſoribus ſuis fuit conceſſa, et tranſit etiam
17 † ac extenditur ad futura, ut per Bar. in d. conſil.
59. num. 4. et per alia ſupra deducta, et cum ſit
dictum, et idem uerſa uice ſeruetur, etcæt. illa
18 dictio, † importat in ipſis caſibus eandem cẽſu-
ram. l. cum ij. § ſi uni, uerſ. idem gloſ. in uer. obli-
gatus. ff. de tranſact. illa uero dictio libere, in fine
appoſita, refertur ad omnia præcedentia tam re
ſpectu extractionis fructuum, quam etiam reſpe
ctu illius clauſulꝑ, uti, & gaudere bonis ſuis, fru-
19 ctibus, &c. quia clauſula in fine poſita, † refertur
ad omnia præcedentia. l. talis ſcriptura, §. fi. ff. de
leg. 1. cap. ſecundò requiris, ubi Dec numero 3.
de appellat. cum alijs, de quibus per Ant. Gabr.
dicto ſuo tracta. libro ſexto, titulo de clauſul.
concluſione 9.

20 Et in propoſito uerbum † ipſum libere, impor
tat immunitatem, & exemptionem ipſorum bo
norũ, Dec. conſi. 152. nu. 1. 2. col. Ruin. conſi. 84.
nu. 9. in primo. & dicit Craue. conſil. 122. nu. 6.
quod id, qđ liberũ eſt, omni libertate liberũ eſt
& abſolutum ab omni ſeruitute, & onere, &
quod tale uerbum in conuentionibus debeat in
telligi de omnimoda libertate, tradit Alcia. in
conſil. 3. num. 3. & 8. lib. 4. ſic etiam uerbum, li-
bere, importat ſine contradictione, impedimen
21 to, & arbitratu † ſuo, c. 1. §. 1. ubi Doct. de cen-
ſib. in 6. Alex. conſil. 14. nu. 4. in 4. et 214. nu. 4.
in 6. Dec. in c. reprꝑhenſibilis, num. 5. de appel-
lat. et quod nihil extrinſecus poſſit impedire ef
fectum, Alex. conſil. 12. uiſo themate, poſt princ.
2. uol. et Alb. conſil. 8. num. 17. et quando quis
poteſt re ſua libere uti, non requiritur alicuius
22 requiſitio, † uel licentia. cap. de multa, ubi Abb.
num. 3. de præben. Dec. conſil. 360. num. 5. Go-
zadi. conſilio 91. & late Tiraquel. in repet. l. ſi un-
quam, in uerſi. reuertatur, num. 535. C. de reuo-
can. donat. ubi quod conſenſus domini exigi-
tur, quod uoluit etiam Cur. iun. conſi. 2. num. 5.
23 Nec dicitur quis aliquid libere facere † poſſe, ſi
faciendo incidit in pꝑnam, Corn. conſil. 60. 3.
col. 2. uol. cũ uis illius uerba importet ſine ullo
onere, aut obſtaculo, uel contradictione, ut per
eundem Corn. loquentẽ de hac clauſula. quod

poſſit

poſſit vti libere,in conſil.267.6.colum.in prin.
4.volum.quibus ſi addatur illa clauſula,ſine ulla
exceptione,etiam in fine poſita,ad omnia ſupe-
24 riora ſe referens,vt ſupra.quæ † importat,vt ni
hil poſſit in iure, vel in facto allegari per aduer-
ſarium ad eius excuſationem.Soc.conſil.288.2.
dubitatione,colum.antepen.in princ.2.volum.
tanto clarius apparebit de iſta immunitate per
contractũ cõceſſa,vt ſupra & quæ fortior cæte
25 ris † eſt,& magis ad verbũ obſeruãda,vt per Alb.
conſ.1.nu.2.Nat.cõſ.497.nu.10.Neuiz.cõſ.66.
nu.44.Cepha.conſi.58.nu.38.vbi dicit in ea la-
tiorem eſſe faciendam interpretationem,Rolan.
a Val.conſil.76.num.13.& ſeq.2.volum.& de-
ciſ.Pedemont.91.num.13.vbi dicunt talem im-
munitatẽ nõ poſſe reuocari, quod uoluit etiam
Pariſ.conſil.69.in 5.1.volum.

Tertia eſt immunitas ſpecialis & ad maiorẽ
cautelam etiam cõceſſa in inſtrumento permu-
rationis factę per dictum Sereniſsimum Ducem
Herculem cum Illuſtriſs. Domioo Giberto de
Pijs,de anno 1499.in d.libriculo,fol.164.& in
inſtrumẽto inueſtiturę,de anno ſeq.1500.factæ
d.Domino Giberto de Caſtro Saxoli, & alijs
terris regiſtrato in d.libriculo,fol.173.in qua
fuit conceſſa ciuibus immunitas per hęc for-
malia verba, videlicet: Hoc etiam acto, quod
ciuibus Mutinenſibus bona immobilia poſsidẽ
tibus,& poſſeſſuris in futurum in villis ſeparatis
a iuriſdictiones Mutinenſæ ſeruentur ea capitu-
la,immunitates,libertates,& exemptiones, quæ
ciuibus Mutinenſibus in terra Solerię,& territo
rio in immobilib. iuribus hactenus ſeruata fue-
re,& cum hoc capitulum habeat relationem ad
immunitatem Soleriæ, de qua in dicta declara-
rione Illuſtriſsimi Marchionis Leonelli, de qua
26 neceſſario intelligendum eſt,ex quo † de alia nõ
conſtat.l.fundus qui locatus.in fi.de fun.inſtru.
Bal.in l.quibus diebus.§.dominus, uerſic.ego di
co.ff.de condi.& demonſtr.Fely.in c.1.num.6.
& 7.de reſcrip.Rip.in l.qui Romę.§.duo fratres,
in q.4.Bar.num.62.ff.de verborum obligatio.&
Pariſ.conſil.50.num.16.in 3.totus tenor illius
cenſetur deſcriptus in dicta vltima conuẽtio-
ne,ex quo relatũ,eſt in referẽte vere,realiter,&
proprie, & quicquid continetur in termino ad
quem ſit relatio,continetur in termino referen
te,ſaltem implicite,& qui explicat,nihil noui fa
cit,ſed diſcooperit,ut not.ſcribit Bal.in cõſ.212.
ea,quæ ueniunt,2.uolum.ſequuntur Dec.d.con
ſil.647.num.3.Craue.conſil.45.num.4.& Bero.
conſil.140.num.36.2.uolum.& cum partes po
tuiſſent in dicto contractu diſponere, & de no-
uo dare illam immunitatem, de qua in dicta de-
27 claratione relatio probat,† ut per omnes in au-
thent.ſi quis in aliquo, C.de eden.ubi Cagnol.
num.73.& ſeq.Alex.conſil.145.quoniam abun
de,3.dub.2.uolum.& ad propoſitum Alb.con-
ſilio 64.num.74.

Et licet hoc pactum non videatur habẽre re-
lationem ad id,quod declaratum eſt,& deciſum
in dicta declarat.dicti Sereniſsimi Marchionis,
ſed ad obſeruantiam immunitatis: quia tamen
præſumitur quod obſeruantia,de qua etiam de-
ponunt plures ex noſtris teſtibus,fuerit confor
mis conceſsioni, cum quis cenſeatur poſsidere
28 ex titulo prӕambulo,† & eius vigore,gl.& Ang.
in l.quædam mulier,num.4.ff.de rei vendi.Soci.
conſil.15.colum.fin.nu.7.4.uolum.Alcia.in tra
cta.pręſumpt.regula 2.pręſumptione 23.per to
tam,& ad propoſitum Alb.d.conſi.64.num.32.
ſatis relatio cenſetur facta ad titulum ipſum, &
ſic ad dictam declarationem: nam poſſeſsio de
præſenti iuncto titulo de præterito, facit etiam
29 præſumi † poſſeſsionem in præteritum,Soc.con
ſil.89.col.pen.in fi.Alex.conſ.16.colum.1.& 2.
in 2.colum.& Alcia.d.regula.præſumpt.21.nu.
15.& 26.num.5.& de relãtione ad aliam immu
nitatem pręcedentem, & eius obſeruantiã,tra-
dit etiam Natta d.conſi.340 num.19.Quod au-
30 tem pactum appoſitum † in inueſtitura ſit ſeruan
dum,ambigendum nõ eſt,l.1.C.de iure emphy.
Socin.conſ.109.nu.12.2.volum.

Quarto de d.immunitate, & libertate depo-
nunt fere omnes teſtes examinati pro parte no-
ſtra,& nonnulli etiam recepti pro aduerſa parte
affirmantes ante has innouationes dictas immu
nitates fuiſſe per longiſsima tempora ſic ſerua-
ta, adeo ꝙ iure dici poteſt etiam dictam immu-
31 nitatem fuiſſe præſcriptam,quę ſpatio 40.anno
rum præſcribitur, Bar.d.conſi.59.num.3.Alex.
d.conſil.30.colum.3.in 5.Alb.conſil.62.num.
38.Nat.conſi.486.num.11,12.& 627.num.1.&
& ſeq.& Socin.iun.conſil.76.num.58.1.uolum.
& quidem obſeruãtia etiam probatur ex literis
olim Illuſtriſsimi Domini Giberti Pij Iunionis
ſcriptis Magnificis DD.conſeruatoribus de an-
no 1530.regiſtratis in dicto libriculo prouiſio-
num,fol.118.in quibus ipſe affirmat, ſe nihil illis
in nouaſſe, uel innouare uelle. & idem ex lite-
ris Sereniſsimis Ducis Herculis prædicti et ca-
pitulis in eis inſertis,ſcriptis de anno 1499.re-
gimini Mutinæ productis in proceſſu, fol.101.
in quibus ſit mentio de obſeruantia dictarum
immunitatum.

Cum itaque appareat de immunitatibus, li-
bertatibus & exemptionibus prædictorum ci-
uium, & colonorum, ut ſupra, & de tam longa
et longiſsima quaſi poſſeſsione libertatis ipſo-
32 rum, proculdubio ſunt manutenendi † et con-
ſeruandi in eorum libertate iuxta trad.per Ca-
ſtren.conſilio 323.poſtremo,colum.prima.pri-
mo uolum. Craue.conſilio 111.num 10.et Boſ.
qui alios citat,in titulo de fiſco,ac priuil.eius,nu
mero 60. non obſtantibus innouationibus a
nonnullis annis factis per d.q.Illuſtriſsimũ Do.
33 Herculem, contra quem innouantem † eſt præ-
ſumendum,Alcia.regula ſecunda, præſump.30.
in

in princ. nam in oneribus huiuſmodi multum tribuendum eſt antiquę conſuetudini, Soci.iun. conſilio 75. numero 16.4.uolum.& cum innouationes, de quibus in querelis ciuium, de directo aduerſantur immunitatibus & exemptionibus ipſorum ciuium & colonorũ ſuorum, cum illi non poſſint uti.& gaudere libere bonis ſuis,& iſti onerentur maximis oneribus & grauiſſimis angarijs,& perangarijs, ut inferius dicetur, certe in hac prima diſcuſſione & inſpectione iuſte concludendum eſt quod illis attentis ad fauorem ipſius magnificæ Communitatis referendum eſt.

Nunc deſcendo ad ſecundam inſpectionem, & diſcuſſionem huius cauſæ, an circumſcriptis ſcilicet immunitatibus & exemptionibus horũ ciuium, & eius colonorũ licuerit prædicto quõdam Illuſtr. Domin. Herculi, uel liceat eius ſucceſſori facere prohibitiones, proclamata, & alia de quibus conqueritur ipſa Magnifica Cõmunitas,& breuiter concludo, minime licuiſſe, vel licere. Et pro fundamento præmitto quod domini terrarum non poſſunt grauare ſubditos ſuos, nec ab illis exigere onera, niſi conſueta, et ea quæ ante eos anteceſſores eorum bona fide,
34 & ſine dolo,& ſine coactione conſequi† conſueuerunt, ut uolunt quidã. cuius ſniæ eſt Alex. in conſilio 122.ſuper eo, ſecunda colum.4.uolum. & Gram. conſilio Ciuil. 98. numero 12. & ſeq. vbi late, & licet ſint opiniones inter Doctores an iſti Co. & domini terrarum, qui ſuperiorem recognoſcunt, poſſint facere banna, & procla-
35 mata† contra ius commune,& imponere collectam ſubditis ſuis.& pro parte negatiua ego poſſem adducere quam plures Doct. qui hanc ſententiam tenent, & dicunt eſſe communem, uel communiorem: tamen admiſſa contraria pro ue* * riori,& communiori, * * quam fuit in ſpeciem pro Domino Saxoli ſequutus Socin.iun. in conſilio 76. 3.uolum.cum hic maxime non intendã agere de imminuenda auctoritate ipſorum dominorum, certum, & iuſtiſſimum eſt, quod non
36 poſſunt Domini collectare ſubditos ſuos,† niſi in certis caſibus expreſſis per Doct. quos enumerat Alber. in l.fi.num.8.& ſeq.C.de iuriſd.omnium iudicum, Iacob. de Sancto Georg. in tract. feud.in glo. qui quidam, num. 75. & ſequen. ubi per plures colum. diſputat poſt alios per eum citatos Par.de Put.in tract. Sindic.in tit.de exceſ. Baronum, in prin. Boer.deciſio. 126. fere per totam, Reſtaur. Caſtal. in tract.de Imperat. quęſt. 57.numero 6.Socin.iun.in conſilio 98.numero 9.& ſeq.maxime nume. 17.3.uolum. Nat.conſilio 185. per totum, quod & admittit Rolan. a Val. qui conſuluit pro ſereniſſimo Duce Mantuę, in conſilio primo, numero 62. et ſequen. ſecundo uolumine.

Nec poſſunt facere domini banna, vel proclamata indiſcreta, niſi ex cauſa publicæ neceſſitatis, non autem ad ſui commodum,& vtilitatem, vel pro ſua voluptate, quia illis non tenentur pa
37 rere† ſubditi, etiam aſtricti iuramento fidelitatis, quia cuilibet debet eſſe libertas. ita declarat Paris de Puteo, in d.ti.de exceſ.Baron.in §. excedunt etiam Barones, num. 17.& tenet Soc.conſi.272.colum.pen.3.colum.5.dubitatione, 2. volum.& Soc.iun.d.conſil.98.nume. 12.27.& 29. Et ſi grauantur ſubditi iniuſtè poſſunt conqueri coram ſupremo Principe, vt prouideat oppreſſioni illorum, pro vt fuit conqueſta dicta magnifica Communitas Mutinæ, & vt tollan-
38 tur† ionouationes, Bert.conſil. 225. nume. 3. in fi.3.volum.2.par.& nume.8. & Bero.conſil.81. nu. 18.30.& ſeq.1.vol.

Quo præſuppoſito deſcẽdo ad diſcuſſionem ſingularum querelarum propoſitarum pro parte noſtra: & primo quo ad prohibitionem extirpationis & inciſionis ſtipitum dumorum & aliorum huiuſmodi exiſtentium in foſſatis ſecus vias publicas, & vicinales, & in riuis,& alijs locis, de quibus in proclamate edito de anno 1569. vt in proceſſu, fol.67. iſta prohibitio nullam habet rationabilem cauſam, niſi meræ voluptatis ipſius domini, vt in illis virgultis uepribus, & alijs ſimilibus locis, poſſent aues, & feræ ſylueſtres obſeruari, & augeri, quod non concernit publicam aliquam vtilitatem, ſed priuatam tantum illius recreationẽ & voluptatem, dominis verò terrarum & colonis ipſorum eſt damnoſiſſimum, cum ob non factas tales extirpationes & inciſiones facilè terræ ipſorum remanent in magna parte incultæ, & tandem ſteriles & inutiles, ex quo aquæ, quæ per dicta foſſata deſluere, & quæ deriuare debent ad exſiccationem agrorum, cum illa fodi nequeant, propter dictam prohibitionem remanerent in agris ipſis,& illos breui tẽpore inutiles & in fructuoſos redderet, vt ferè omnes teſtes noſtri deponunt, quod & non negant etiam plures ex aduerſis,& præſertim primus & ſecundus. Dubium autem non eſt, prohibitionem hanc ex diametro pugnare cum iure communi, quod ſtatuit, agros
39 † nullos incultos eſſe relinquendos & relictos occupari poſſe, & biẽnio præſcribi. l.qui agros. C. de omni agro deſer.li. 11. vbi Doct. & tradit Rip.in tracta.de peſte,in tit.de remed. præſerua ti.in §.accedo nunc ad vltimam par.nume.251. & ſeq. Quod modò Do. Caſtri ob venationem prohibitam, ſeu ex cauſa illius poſſit ſubditos damnificare, nullo iure cautum reperitur, quin-
40 imò tenetur ad omnia illorum damna, † vt in longè fortiori caſu voluit Didac. Couarru. in regula, peccatum, §.8. nume. 10. de reg.iur.in 6. vbi dicit, quòd ſi ob prohibitionem uenationis animalia ſylueſtria in maiori copia ſegetes ſubditorum corrodant, & deſtruant, tenetur dominus ad refectionem damni, ſicut etiam tenetur uenator, ſi ingrediens agrum ſatum alicuius ad uenãdum

41 dum fructus † eius damnificat, ut per eum ibi,
num. 11. tãto magis igitur tenetur dñs prohiben
do tales extirpationes, & inciſionis, ex qua tam
magnũ damnum ſubditis infertur. Et ſi de iure
42 † non poteſt prohiberi venatio, niſi ſubditi poſt
prohibitionẽ acquieſcant, longo tempore, Dec.
conſil. 197. Guid. Pap. conſi. 92. num. 2. Reſtaur.
in tract. de Impera. q. 110. caſu 311. Grãma de-
ciſione 67. num. 9. Didac. In d. regula, peccatum
d. §. 8. in prin. Bero. conſil. 81. num. 30. 31. in 1. &
Rolan. conſil. 9. num. 14. & ſeq. 2. vol. tanto mi-
nus poterit prohiberi cultura agrorum, & ſic ex
tirpatio propter venationem.

Secunda querela eſt de angarijs, & peranga-
rijs, quæ impoſitæ fuerunt colonis ipſorum ci-
uium, per ipſum Dominum tempore ſui domi-
nij, quæ ſunt munera perſonarum & boum ac
plauſtrorum, de quibus habetur in l. neminem,
per Doct. & maxime Alcia. C. de ſacroſ. eccleſ.
ad quas minime tenentur ruſtici ipſi, nec ex for
ma declarationis Marchionalis prædictæ, quæ
tantum obligat illos ad illa duo carrigia in caſu
fabricationis circa fortilicium Soleriæ, ut in ea
nec de conſuetudine, ut deponunt ferè omnes
teſtes noſtri, & quamplures etiam ex aduerſa-
rijs, & maxime 18. 19. & 20. & 33. qui eſt Maſſa-
rius villæ Caſinalbinis, & fuit per annos 19. plus
minusve, ut ipſe aſſerit, & ſic eſt informatus de
hoc onere, vno ore affirmantes, quod non tenẽ
tur niſi ad vnicũ carrigium ſingulo anno. Quod
modo de iure communi non teneantur ad talia
onera angariarum, & perangariarum, ſed etiam
Rex ipſe, & ſupremus princeps teneatur illis ſol
uere mercedem, quoties eorum operibus uel
plauſtris, & animalibus eorum egeat, † & utatur,
43 tradit Andr. de Iſern. & Afflict. in d. tit. quæ ſint
regal. in ver. & plauſtrorum, & nauium, in princ.
& in ver. Angariæ. & Par. de Puteo, in d. titu. de
excel. Baro. in princ. num. 6. & 7. ubi dicit, quòd
etiam quòd Com. vel Baro, habeat Caſtrum cũ
regalijs, angarijs, & perangarijs, non poteſt ex-
torquere ſeruitia a Vaſallis inuitis, niſi ſoluendo
mercedẽ, ſicut rex. Et quod non dẽt excedere &
ſatis grauare ſubditos, quia facultas conceſſa in
telligitur ciuiliter, & humaniter, & quod merces
44 tali caſu eis ſeruientibus † ſit ſoluenda, non autẽ
gratis ſeruire debeant, tradit etiam Rolan. a Val.
in conſil. 69. num. 18. 2. volum. & Bero. d. conſil.
81. num. 38. 1. uolum. Pro quo facit, quod licet
ſubditi teneantur dare aliquid domino pro ho-
45 ſpitio, † id tamen ſibi debet ſolui iuſto pretio, Io.
And. in addit. ad Spec. in tit. de Feud. §. quoniã.
pen. colum. verſ. & no. quòd vaſalli. debet enim
46 Dominus prius † excutere marſupium ſuum, an
tequam ſubditos grauet, Iacob. Leonar. inter
conſilia Feud. conſil. 117. num. 68. & 70. conſil.
506. numerò 13. & Soci. iun. conſilio 76. nume-
ro 10. in quarto.

Tertia eſt uitulorum, quos coguntur denun-
tiare, nec poſſunt extrahere, ſed tenentur dare
tam dicto Domino, quàm eius macellarijs in ſuo
dominio contra antiquam conſuetudinem, de
qua deponunt teſtes noſtri, & pro minori pre-
tio quàm venderent Mutinæ: hoc enim grauat
ipſos, vt dicetur ſuper ſecunda querela faſcium
& lignorum: hoc eſt etiam contra iuris diſpoſi-
tionem, quod teneatur uendere rem ſuam pro
47 minori † pretio quàm valeat, & ab alio habere
poſſit, etiam militibus, Nat. conſilio 83. numero
4. & Didac. Couarru. libro tertio varia. reſolut.
114, numero 6.

48 Quarta, quòd teneantur † ire ad molendina
propria ipſius Domini, eſt etiam iuſta querela, ſe
cundum iuris diſpoſitionem, Soci. dicto conſil.
272. colum. 3. Par. de Put. in dicto §. excedunt
etiam Barones. num. 19. Rip. in l. quominus, nu.
131. de flumin. Emil. conſil. 159. num. 18. & plu-
res alii, quos citauit magnificus Caſtaldus, quo-
* rum opinio communis * eſt, ut trad. Baptiſta Vil
lalob. in verbo, dominus, num. 114. & Menoch. in
tracta. de arbitr. iudi. libro 2. cent. 2. caſu 160. nu.
11. Quod autem coloni ipſi fuerint in hac liberta
te eundi per tẽpa retroacta ad molendina extera,
& extra dñium ipſius Dñi, dẽptis tñ, ut nonnulli
uolunt habitatibus in territorio Soleriæ, depo-
nunt plures ex noſtris teſtibus, & fere omnes
pro hac parte noſtra examinati, &c.

Quinta eſt, faſcium, & lignorum, quæ compel
luntur vendere ipſi coloni Domino prędicto, &
pro longè minori pretio quàm poſſent vendere
in ciuitate Mantuæ, quo ſemper per tempora re
troacta libere cõduxerunt, & vendiderunt in ea
& iuſta eſt querela, cum non poſſit Dominus co
gere ſubditos etiam tempore penuriæ uendere
annonam pro viliori pretio, ut ex Nat. & Di-
daco ſupra dictũ eſt in tertia querela, nec eſt du
bium hoc etiã procedere in lignis, & carnibus,
49 quæ graſſiæ † ſeu annonæ ueniunt appellatione.
Caſtr. conſil. 40. iſtud nomen, in primo, alias eſt
Fulgoſij conſilium 115. & tanto minus tenẽtur,
50 cum ſint exempti, vt ſupra. † quæ immunitas ha-
bet etiam locum tempore pecuniæ. Neuiza. con
ſil. 11. colum. 6. in fi. Rolan. a Val. conſilijs 13. nu
mero 51. 76. num. 13. & 80. num. 17. & 18. & hęc
etiam reſultat in maximum damnum ciuium:
quia (vt dicunt fere omnes teſtes noſtri) ſi coge-
rentur coloni uendere partem ſuam fructuum
in dicto ſtatu pro modico pretio, ciues cum dif
ficultate poſſent inuenire colonos, & ſaltem co-
gerentur eis remittere honorantias, & affictus,
quos illi ſoluunt pro poſſeſſionibus, ſeu domib.
& curtilibus poſſeſſionum. Iniuſta itaque eſt cõ-
pulſio iſta, quæ per indirectum, etiam grauat ci-
ues, ut ad propoſitum de grauaminibus impoſi-
tis per laicos colonis eccleſiarum, quando eccle
ſia non poſſet reperire colonos, uel cum magna
difficultate, quòd per indirectum dicatur graua
51 ri † eccleſia, tradit Federi. de Sen. in conſil. 111.

quæſtio

quæſtio talis, numero 10. in fi. Dom. in capitulo
quamquam, in fi. princ. de cenſibus, in ſexto, &
Felyn. in capit. eccleſia Sanctæ Mariæ. nume. 99.
de conſtitu.

Sexta eſt ob coactionem & compulſionem
colonorum, ut eãt ad forũ Formiginis, ad quod
onus nunquam fuere aſtricti, ut deponunt teſtes
noſtri, licet tempore uitæ Dom. Giberti Pij ſimi
le proclama factum fuerit, tamen non conſtat
ullos unquam fuiſſe coactos ex dictis colonis ad
illud ire, immo nec etiam ex ſubditis alijs appa-
ret fuiſſe quemquam propterea mulctatũ, ut plu
res etiam ex teſtib. aduerſarijs fatentur, qui om-
nes affirmant modico, & breui tempore duraſ-
ſe illud forum : cum enim iſta ſit coactio per-
ſonalis contra illius libertatem, militant ea, quæ
ſupra deducta fuere ſuper ſecunda querela.

Septima & ultima querela reſpicit impedimẽ
tum, quod præſtat ipſe Illuſtr. Dominus Saxo-
li officialibus aquarum Mutinæ, ne exerceant of
ficium, & iuriſdictionem ſuam in dicto eius do-
minio contra eius ſubditos delinquentes circa
dictam aquam & illam occupantes, quæ etiam
iuſtiſſima eſt propter reſeruationem factam in te
ſtamento permutationis & inueſtituræ de dicto
ſtatu Saxoli, ut in dicto libriculo, fol. 165. & fol.
173. Vbi deſcribitur talis reſeruatio his forma-
lib. uerbis, Reſeruato ipſi Domino noſtro Duci
& ſucceſſoribus ſuis, ac etiam ciuitatibus Muti-
næ Regij, & alijs iure deriuandi aquas ex flumi-
ne Situlæ, quod hactenus habuerunt, & prout ha
ctenus fuit obſeruatum & neutri dictarum ciui-
tatum vllum poſſit fieri impedimentum, aut præ
iudicium ex præſenti conceſſione. Cum enim re-
ſpectu huius aquæ fuerit facta reſeruatio iuriſdi
ctionis, proculdubio pertinet ad officiales Illu-
ſtriſſimi Ducis de ea recognoſcere non ipſius Il-
luſtr. Domini, quia clauſula reſeruationis ope-
52 ratur, ut firmum remaneat † ius reſeruatum, &
corrigit, vel modificat conceſſionem, Ang. conſ.
290. circumſcriptæ, num. 4. Caſtr. conſi. 139. pro
declaratione. num. 6. & 311. num. 2. & 4. vbi lo-
quitur in inueſtitura, 1. uolum. Crau. conſ. 33. nu.
17. & Pariſ. conſ. 71. numero 15. & ſeq. 3. volum.
& ad propoſitum noſtrum deciſ. Pedemon. 101.
nu. 1. & 2. ubi ex Luca de Pen. in l. contra publi
cam, colum, 7. C. de re milit. lib. 12. dicit, quod ſi
Princeps ex his, quæ ſibi ſpectant ratione domi
nij, & ſuperioritatis, vnum alicui concedat. ita
certe legitur conceſſum, quod ius aliud rema-
nens concedenti ex conceſſione illa nullatenus
violetur. & cum etiam iuriſdictio fuerit exerci-
ta per ciuitatem ipſam, tenendo officialem depu
tatum ad cuſtodiam ipſius aquæ, etiam in d. do
53 minio, quod eſt actus † iuriſdictionis, ut per Ale.
conſil. 43. de celerrima, in fi. 1. uolum. & 88. quo-
niam omne datum, colum. ult. in 2. Brun. conſil.
34. nu. 4. Ruin. conſ. ult. nu. 9. & 12. in 4. & Hie-
ron. de monte in tracta. de finib. c. 52. num. 6. &
de iſta quaſi poſſeſſione deponunt plures ex te
ſtibus noſtris, maxime 3. 4. 5. 14. & 19. qui fuit iu
dex, & aliquos inobediẽtes mulctauit, certe iſta
54 obſeruantia † ſubſequuta declarat hanc reſerua-
tionem, Craue. conſ. 211. num. 8. Quibus ſi adda-
tur ſentẽtia Sereniſ. Dñi Ducis noſtri lata ad re
lationem magnifici conſilij ſignaturę, quod non
licuerit ipſi Illuſtriſſimo Domino Saxoli ſe inter
ponere in dicta aqua, nec potuiſſe condemnare
medio ſuorum officialiorum colonos ciuium ir
rigantes prata, & terras ex ea, quę condemnatio
nes fuere caſſatæ, & annullatæ, vt in ipſa ſenten
tia in proceſſu producta, fol. 23. tanto clarior ap
parebit iuſtitia ipſius magnificæ Communitatis
ſuper hac querela, ex quibus conſtat quo ad om
nes querelas ipſas, iuſtè conqueſtam fuiſſe ipſam
Magnificam Communitatem.

Nec obſtant ea, quæ ipſe Illuſtriſ. Dom. Ad-
uerſarius oppoſuit, & nixus eſt probare, & plu-
res teſtes, pro eius parte examinatos, quod ipſe
fuerit in quieta, & pacifica poſſeſſione procla-
mandi, & prohibitiones & banna ipſa faciendi
a longo tempore citra, & tam ipſe, quàm eius an
teceſſores, vt in multis proclamatib. productis,
& de quo deponunt nonnulli ex eius teſtib. quia
primò ſi uideantur proclamata producta, quæ
continent has innouationes & tempora ipſorũ
publicationum, utique conſtabit a modico tem-
pore citra fuiſſe edita, & non tam ante, ut depo-
nunt teſtes ex aduerſo examinati : quia ſi fuiſſẽt
publicata ante alia proclamata, veriſimiliter fuiſ
ſent producta, cum præſumatur quis feciſſe me-
liorem probationem quam potuerit, Craue.
poſt Bellamer. per eum citatum in conſilio 134.
numero tertio. Er dubium non eſt ex breui
tempore ius non fuiſſe quæſitum ipſi Domino
proclamanti.

Secundo dicti teſtes ex aduerſo examinati
non probant, quia reprobãtur a teſtibus ipſius
Magnificæ Communitatis, deponentibus de li-
bertate dictorum ciuium, & eius colonorũ per
tempora retroacta, & maxime tempore uitæ.
quondam Illuſtriſ. Dom. Giberti, & quòd, non
obſtantibus aſſertis proclamatibus a modico tẽ
pore citra editis, ipſi continuauerunt in ſua liber
tate. & illis nõ paruerunt, quod ſatis fuit, tametſi
55 aliter non oppoſuerint † dictis proclamatibus,
Rolan. a Val. d. conſ. 9. num. 15. et ſeq. 2. uolum.
et cum teſtes noſtri ſint plures, digniores, et anti
quiores, et nullum in hac cauſa poſſint prætende
56 re intereſſe, † his potius ſtandum eſt. Soci. conſ.
86. colum. fi. 1. volum. Hierony. de monte in d.
tract. c. 59. in prin. et latè Ant. Gabr. li. 1. ſuarum
concluſionum; tit. de teſtib. concluſione 4. num.
34. et ſequen.

Tertio teſtes aduerſarij nullam faciunt proba
tionem, cum habeant intereſſe in hac cauſa, et
ſint ſubditi omnes ipſius Domini producentis.
cum enim agatur de infringendis immunitatib.
dictorum

dictorum ciuium,& colonorum ſuorum.certum
eſt, quod ſi ipſi ſint immunes, onus totum ope-
rum carregiorum & aliorum huiuſmodi rema-
nebit ſuper alijs ſubditis dicti dominij non im-
57 munibus,nec† exemptis,iuxta tradita per Io.An
dr.& Abba.num.174.concluſione,in c.2.de im
muni.eccle.& in c.accedentes,vbi Fely. num.7.
in 1.concluſione,de præſcriptio.& Cagnol.in l.
2.numero 226. C.de pact.inter empt. & vendi.
cum itaq.ſi ipſi coloni eſſent exempti magis one
rarentur dicti ſubditi,etſi non ſunt exonerãtur,
non ſunt idonei teſtes, ex quo in cauſa habent
58 intereſſe,& tractant de ſe exonerando,l.nullus.
ff.de teſti.l.omnibus.C.eo.tit.Bar.in l.deferre,§.
idem decreuerunt, ff.de iure fiſ. Craue.conſilio
102.numero 10.nec dubium eſt, quin teſtis ni-
59 mis affectus parti † uel cauſæ repellatur,l.fin.ff.
de teſtib. Campeg.in tract.de teſtib.regula.312.
affectio,& idem eſt in nimis gratioſo parti. idem
in regula 128.teſtis.Et cum(ut ſupra dictum eſt)
poſſent ex eorum teſtimonio pati damnum uel
lucrum conſequi, in particulari,cum onus rema
neat demptis exemptis ſuper cæteris non exem-
ptis,non probant exemplo teſtium de vniuerſi
60 tate, qui cum ſentiunt commodum† in particu-
lari,non probant,Pariſ.conſilio 138.num.33.in
4.Craue.de antiq.tempo.1.par.§.quid in libro.
num.19.& ſequen.Didac.in capitu.28.numero
4.pract. quæſtio. Menoch. de arbitr. iudi. libro
2.centur. ſecunda, caſu 106.numero 14.& de-
ciſione Pedemont.99.num.39. Et quando cer-
61 tum eſt,quod omnino ſunt†damnum paſſuri in
particulari,ut hic, penitus ſunt reijciendi,ut de-
clarat Craue. loco præallegato, numero 22. &
Menoch. d. caſu,numero 15. & Pedemont. di-
cto numero 39. & ſaltem diminuuntur de fide,
Didac.d.num.4.Beninten.deciſione 70.num.8.
& Hierony.de monte,cap.58.num.12.d.tracta.
& melius probant teſtes non ſuſpecti, quam ad-
62 uerſarij†contrarium deponẽtes,Menoch.dicto
caſu,num.10.Rolan.d.conſil.72.num.16 & An
to.Gab.d.lib.1.tit.de teſtibus,concluſione 4.nu
63 mero 73. & 93. & cum ipſi omnes ſint,†uel eſ-
ſent ſubditi dicti Dom. Saxoli,ex eo etiam dimi
nuuntur de fide,Bal.conſi.420.num.7.in primo,
Paris de Puteo in tract.de finib.feu.cap.& quia
ſæpe,num.2.fol.170.& Gabr.d.tit.concluſione
decima,numero 23. & quando eorum dictum
ex alio læditur (ut ex ſupradictis lædi apertiſſi-
me conſtat) tunc in totum reijciuntur,ita decla
rat Boſ. in titulo, de oppoſitio. contra teſtes.
numero 99.

Quarto admiſſo etiam(ſine veritatis præiudi
cio)quod dicti teſtes ex hoc non eſſent reijcien
di, ex alio tamen reijciuntur, quia inter ſe in
multis aduerſantur: aliqui enim dicunt, quod
pœna proclamatis ſuper extirpatione erat li-
brar.25.ut deponit quartus teſtis,alij uero libr.
quinque, quod apparet eſſe verum ex procla-
mate, aliqui quod ex prohibitione extirpatio-
nis prædictæ damnum magnum patiuntur do-
mini terrarum,ut primus,& ſecundus,quod alii
negant,& conuincuntur de falſo,ab omnib.no
ſtris teſtibus, aliqui quod ipſe Illuſtr. Dom.da-
bat licentiam extirpandi omnib.ut undecimus,
& aliqui alij, quod negant plures alij, qui non
potuerunt illam habere, ſed plures ex eis faten-
tur quod requirebantur ab ipſis colonis operę
& carregia in obſequium, & amicabiliter obti-
nebantur gratia concedentium,ut decimusquar
tus,decimuſquintus,decimuſoctauus, decimuſ-
nonus, 20. 29. & 33.quod cæteri negant affir-
mantes immo præceptis,& pignorationib. coa-
ctos fuiſſe. Dubium autem non eſt, quin teſtes
eiuſdem partis inuicem aduerſantes reijciun-
64 tur, † & non probant, cum inuicem ſe comfo-
diant. Ioann. And. & alij in capitulo,in noſtra,
de teſti.Dec.in l.ubi repugnantia,numero 3. ff.
de regu.iur.Marſ.quod eſt cõis, ſingulari 488. di
gnitas. & Gramma.conſil.Ciuil. 154.nu.8.& 9.

Quinto tenendo,ut tenent dicti teſtes, quòd
ob gratiam inſeruiuerint, non ob debitum ipſi
coloni in dictis operibus, non propterea poteſt
dici ius aliquod, vel quaſi poſſeſſio acquiſita ex
talibus actib. factis ratione amicitiæ, obſequij,
65 uel gratiæ, ſicut etiam, quando actus fiunt † iu-
re facultatis, Rip. in capitulo cum eccleſia, nu-
mero 41.& ſequen.de cau. poſſeſſio.& proprie.
& numero 43.& 44.quod uoluit etiam Bertran.
in conſilio 39.numero 1.prima parte.primo uo
lumine.ſi vero teneamus quod ex eo quod gra-
uabantur & pignorabantur,& metu pęnę pare
bant, vt deponunt alij, & tunc non poteſt dici
quæſita aliqua poſſeſſio, vel quaſi ipſi domino,
66 quia per actus † meticuloſos non acquiritur
quaſi poſſeſſio iurium, Socin.conſil.187.colum.
8.circa med. 2.uolum. Guid. Papæ conſil. 1.nu-
mero 11.& 67.numero 3.Ruin. conſil. 111.nu-
mero 20.2.volumine,Hierony. de monte in di-
cto tracta.capit.73.in prin. & Nat.qui loquitur
in banno pęnali cogente ſubditos ire ad molen
dina,in conſilio 106.numero 11.107.ante fin.&
627 numero 6.& ſequen.Bertran.conſilio 125.
numero 2.in fi.& numero 3.2.uolumine,ſecun-
da par.& Rolan.a Val. conſilio 13. numero 48.
67 tertio volumine. Nec hoc caſu licentia † petita
ad euitandum pęnam, & moleſtiam noceret pe-
tentibus,vt voluit Deci. d.conſi. 197.col.fina.

Sexto & vltimo, omiſſo quod opus erat do-
cere de ſcientia,& patientia ciuium,de qua non
eſt bene probatũ, ſine qua nulla poteſt dari poſ-
ſeſſio iuris,vt appoſitiſſime tetigit excellens Ca-
ſtaldus: Dico quòd non ſufficeret etiam conſta
re hos colonos, uel etiam ciues paruiſſe dictis
proclamatibus, & bannis, & ſoluiſſe onera per
longum tempus, ex quo id præſumitur metu &
68 ul factum,& ea ſoluta† & præſtita fuiſſe,ut trad.
Gramma.voto.12.num.2.8.17.& idem reſpon-
dit

dit idem Gramma.conſi.98.nu.17.& ſequen.& deciſiuè conſuluit in conſil.143. in prin.num.6. 15.& 25. in ciuili. quam opinionem tenuit etiã Bertran.conſil.225.nume.8.3.volu.2. par.Soci. iun.d.conſil.98.nume.36.& ſequen.in 3.et Rol. conſil.13.nume.46. et ſeq.3.uolumi. quam opi-
* nionem dicit communem*Didac.licet prædicta non alleget,in regula poſſeſſor 2.par.§.4.in prin. de regul.iur.in 6.et Villalob.in d.ver.dominus, nume.113.

Et idem dicendum eſt,quando immunes, et exempti ſeu priuilegiati ſoluunt, uel onera ſub-
69 eunt: nam ſibi non preiudicant in futurum,†niſi per triginta annos ipſa ſubierint, Guid. Papæ deciſione 387.ſed quid ſi nobilis.Nat.conſ.446 nume.16.et 17.et 627.nu.18. et Pedemon. deciſione 91.nu.22.

Et ex his remanet diſcuſſa, et (iudiico meo) apertiſsime dilucidata, cauſa iſta, et liquidò conſtat de iuſtitia ipſorum ciuium, et dictæ magnificæ eorum Cõmunitatis, et per conſequens referendum eſſe ad eorum fauorem per excellentiſſimas ueſtras Sereniſs.Domino Duci noſtro. Laus Deo optimo Maximo. *Bart. Bertazz.*

Contra hęc extat conſil.68.Rim.iun.ſed non tangit fundamenta hic conſtructa,lata fuit ſententia hincinde fauorabilis.

ARGVMENTVM.

Frater conſanguineus excluditur a fratre utrinque coniuncto quo ad ſucceſsionem, ſi ſtatutum uocet non proximiores, ut in caſu Ancharani, ſed priores in gradu.

S V M M AE.

1 *Opinio communis attenditur, ſi eſt in terminis quæſtionis propoſitæ, ſecus ſi extra.*
2 *Fratres vtrinque coniuncti admittendi ſunt ad ſucceſſionem, ſi ſtatutum vocet priores in gradu, excluſis conſanguineis.*
3 *Prior dictio, vocationis prioritatem importat.*
4 *Prior quis dicitur de duobus, qui habeant eundem gradum, vel officium.*
5 *Frater vtrinque coniunctus, eſt prior vel potior conſanguineo.*
6 *Statutum ſi vocat proximiorem, dicitur vocare priorem, vel potiorem.*
7 *Et ita vocare fratrem vtrinq; coniunctum, & qui contra loquuntur, non loquuntur in terminis huius ſtatuti.*
8 *Frater vtrinque coniunctus excludit conſanguineum, ſi ſtatutum vocet propinquiores, vel proximiores.*
9 *Succeſſio debetur illi, qui in aliquo præcedit alium, licet quo ad cætera ſint pares.*
10 *Propinquior quis poteſt eſſe altero in eodem gradu.*
11 *Frater vtrinque coniunctus excludit conſanguineum, ſi gradatim ſucceſſores vocẽtur.*
12 *Statutum fœminarum excluſiuum, & diſponens de ſucceſſionibus, eſt intelligendum ſecundum ius commune.*
13 *Fratres licèt ſoli vocentur à ſtatuto, tamen filii fratrum ſunt admittendi.*
14 *Statutum etiam iuris communis correctoriũ, debet intelligi ſecundum illud.*
15 *Frater vtrinque coniunctus excludit conſanguineum, etiam in ſtatutaria diſpoſitione, in qua vocantur agnati.*
16 *Opinio illa eſt tenenda, quæ loci conſuetudine & obſeruatione eſt canonizata.*
17 *Et huic ſtatur etiam contra communem contrariam.*
18 *Capturæ plures ſi ſunt factæ nulliter, non ſunt tamen reuocandæ, ne tot acta annullẽtur.*
19 *Inteſtatus deceſſit, qui ſuam expreſſit voluntatem aliter quam in ſolemni teſtamento.*
20 *Hæreditas vni ſuperueniens ex ſociis alteri eſt communicanda.*

CONSILIVM XXII.

In Domino confido:

IN hac controuerſia, quæ uertitur inter hos fratres de Zucarijs Mutinenſis, in qua diſputatur pũctus, qui ob controuerſias, et opiniones Doct.videtur reddi difficilis, tot, et tanta fuerunt ſcripta ad fauorem D. Antonij fratris utrinque coniuncti, defuncti, per Clariſsimos DD. Cephalum, et Caſtaldum, mihi maiores honorãdos, ut uix mihi locus ſcribendi, vel aliquid noui addendi relictus eſſe uideatur. Vt tamen ego etiam muneri meo ſatisfaciam, aliqua in medium adferam, ex quibus (iudicio meo) apertiſſimè cõſtabit, nos verſari in caſu claro, & extra omnem cõflictum omnium opinionum poſito.

Primo itaque conſidero, quod nullus ex Doct.citatis pro aduerſa parte, tenentibus pro fratre conſanguineo, quod ſuccedat cum utrinque

con-

coniunćto,non loquuntur in caſu ſtatuti noſtro
ſimili,in quo diſponitur,ꝙ decedenti ſuccedant
eius agnati maſculi, prioresin gradu, vſque ad
quartū gradū incluſiue,numerando gradus ſecū
dū ius ciuile,excluſis ſorore, vel ſororibus, ma-
tre,auia,& proauia,tam paternis, q̃ maternis, &
filiab.fratris præmortui, & oībus alijs cōiunćtis
per lineam dićtarum perſonarū,vt ſupra excluſa
rum.Sed loquūtur in alijs caſib.diuerſis,qñ ſta-
tuta non exprimebant per aliqua verba,ꝙ proxi
miores, vel propinquiores ſuccederent agnati,
fœminis excluſis, aut qñ loquebantur de proxi-
mioribus,vel propinquiorib.admittendis, vt in
caſu Pet.de Anch.Rim.Pariſ.& aliorum inferius
citādorum, qui non eſt propriè caſus noſter,ſed
longè ab eo diſtat,vt ſtatim oſtendam.Quò fit,
vt quicquid ſit de controuerſia illarum opinionū,
ſuper quib.inferius inſiſtam, cum nō habeamus
in his terminis legem,vel aućtoritatem aliquam
cōtrariam,caſus noſter effugit oēm difficultatē,
1 cum ſit † attendenda cōis opi.Doc.qñ eſt in ter-
minis,de quib.diſputat̃, ſecus ſi extra terminos
qōnis,vt latè comprobat Neuiz.in Syl.nup.li.5.
nu.72.ubi alios citat.At in propoſito ſtatutum
noſtrū vocat ad ſucceſſionē, agnatos maſculos
priores in gradu. Nec dubium eſt,quin extātib.
plurib. fratrib. in eodē gradu vtrinq, cōiunćtis,
& conſanguineis,priores,& potiores ſint admit
2 tendi ad ſucceſſionem † vtrinq, coniunćti,auth.
ceſſante.C.de legi.hær.& in corp.vnde ſumit̃, &
auth.itaq; C.commu. de ſucceſ.& in corp.de cō
3 ſangui.& vteri.frat.§.1.Nam dićtio † prior, uoca-
tionis prioritatem importat,glo.in ver.prior.in
§.inordinatum.in Auth.de hær.& falci.cum qua
tranſeunt Doc.ibi,& Albe. eā citat in Dićtiona
rio ſuo,in uer.eodem,il 1.& Rip.in repet.l.fœmi
næ.in prin.q.5.nu.6.C.de ſecun.nup.vbi dicit,ꝙ
deſignat ordinē.ſequitur ēt Hie.Zanch.in repe.
§.cum ita.l.hæredes mei.ad Trebe.nu.104. Nec
4 dubiū eſt,quin prior de duob.dicat̃, † qui hēant
eundē gradū,vel idem offīn,ſecundū Latinos,vt
hī apud Cicer.in Piſon.Me quum quæſtorem in
primis ædilē priorem,prætorem primū, cunćtis
ſuffragijs P.R.faciebat.Idē de clar.Ora.Et ſi vtri
que primas, priotes tñ deferunt Lælio. quod ēt
declarat Val.lib.1.Elegantia.c.13.7.facie,& li.3.
ca.31.& hī apud Grammaticos in hac dićtione,
Prior.Cùm itaq; ex plurib.ille dicatur prior,qui
obtinet primū locū in ſucceſſione,& potius ius
hēat de ſuo proprio ſignificatu,non eſt dubium,
5 quin frater † vtrinq; coniunćtus longe ſit potior
fratre conſanguineo.d.auth.itaq.vt firmat Iaco.
Phil.Porti.in conſ.2.nu.38. vnde non mirū eſt,
ſi Doc.in hac materia ſucceſſionis ꝓmiſcue vtā-
tur his vocabulis,vel dićtionib.prior, & potior,
vt eſt videre apud Alex.in conſ.88.Quod cōcur
rere.num.1.1.vol.Ex his igit̃ patet,nos verſari in
caſu clariori.q̃ diſputent,& cōtrouertant Doc.
qñ ſtatutum vocat proximiores in gradu, cùm
6 proximior nō † ſit ſemper prior,vel potior in ſuc
ceſſione,vt probatur in Auth. de hær. ab inteſt.
ven.in prin.vbi deſcendentes. qui ſunt in remo-
tiori gradu,excludunt patrē defunćti,qui eſſet in
primo gradu.& in auth.ceſſante, præalle.& in §.
1.in Auth. vt fratrum filij, & declarat etiam Cy.
in traćta.de ſucceſſ.ab inteſta. in prima parte.in
prin.& in tertia,etiam in princip.

Secundo animaduertendum eſt, ꝙ qñ ēt ſta-
7 tutum noſtrū loqueretur † de proximiorib.agna-
tis admittendis,vt in caſu Anch.in repe. c.1.de
conſti.col.mihi,87.ver.per prædićta non puto.
vel de ꝓpinquiorib.vt voluit Rimi.in conſ.225.
nu.12.& ſeq.& Paris.conſil.59. in 3.licèt aliqui
Doc.contrariū tenētes,auſi ſint firmare opinio-
nē cōtrariā eſſe cōem,nimiū cauſæ inſeruiētes.
Veritas tñ in hoc pūćto eſt in contrariū,cū imò
** cōis,& cōior opinio** ſit pro Anch.in his termi
nis,in quib.ſtandū eſt,cū magis caſui nr̃o conue
niant,ut per Neuiz.d.nu.72.& Doct.pōdere,nu
mero,& menſura(qđ aiunt)in duplū excedunt,
quia hic non ſunt conſiderandi Doc.qui in alijs
terminis loquuntur,& contrariū tenent pro fra
tre conſanguineo,ut Soci.& Rimi. qui tenēt par
tē Anch.qñ ſtatutū loquitur de propinquiorib.
vel proximiorib.admittendis, ſed in alijs caſib.
vbi ſtatutū aliter loquebat̃,tenent contrariū: Et
fortè pro contraria parte non inuenientur vltra
ſex,vel ſeptem, qui illā opinionem teneāt cōtra
Anchar.in his terminis, & tñ auſi ſunt dicere,ꝙ
cōis opinio ſit contra illū,vt Aſcia.li.2.conſ.37.
& Soci.iun.conſ.24.nu.16.in 4.& infarciūt plu-
res Doct.qui non loquuntur proprie in hoc pū-
ćto.imò qui tenent opinionem Anch.vt Brun.in
trac.Quòd ſtanti,maſc.fœmi.non ſuc.13.arti.q.4.
nu.62.Soci.in conſ.89.nu.14.in 4.Rui.in conſil.
29.nu.6.& 32.n.14.in 3.opinionem uerò Anch.
8 de proximiorib.uel ꝓpinquiorib. † tenent vltra
xij.Doc.maximæ aućtoritatis,ut Soci. in conſil.
252.nu.17.3.col.in prin.2.uol.Seue. in l.oēs po
puli.nu.214. ff. de iuſt.& iu. Brun.in d.4.q.d.nu.
62. Dec.in conſ.444.nu.16.& 484.nu.9. Rui.in
conſ.28.nu.5.& admittit conſ.32. in prin.nu.i.
& nu.14.& 17.in 3.Paris.d.conſ.59.nu.29.in 3.
Rim.d.conſ.125.nu.18. quam ēt tenet Soci.iun.
ſibi cōtrarius,in conſ.50.nu.11.uer.non ob.mo
do.4.vol.Iac.Phil.Por.conſ.10.nu.6.Hier.Zāch.
in conſ.169.nu.10.inter conſult.uolunt.Tiraq.
de retra. tit.1.glo.14.nu.11.& Rol.a Val.conſi.
72.nu.31.& ſeq.in 3.uol. & in traćt.de inuenta.
quarta par.§.quæritur.nu.20.fol.139. quib.ad-
do ēt in pūćto principali,quod pro fratre vtrin
que coniūćto tenuit Iac.Phil.Por.cōſ.103.nu.7.

Cui opinioni Anch.fauet opinio Bar.in conſ.
10.viſo ſtatuto.in 1.colum.poſt med.qui loquit̃
de proximiore ex forma ſtatuti conſentire dēnt
mulieri contrahenti uel teſtanti,& tenet,ꝙ licet
in eodem gradu aliqui ſint pares, cum in aliquo
9 † vnus præcedit alium,ille eſt prœferēdus, ſequi-

tur Rui.in d.cõſ.29. nu.7.& 32.nu. 16.Nec du
10 bium eſt, quin in eodem gradu vnus poſſit† eſſe
altero propinquior.Caſt.in conſ.376.ſuper iſto
dicto 1.col.ad fi.& col.ſeq.quem ad hoc propo
ſitum citat Zanch.d.conſ. 169. num.14.ſic etiam
ad propoſitum hanc ſnĩam iuuat opi.Caſtr.com
* muniter* recepta in l.fi. ante fi.C.de verbo.ſign.
quam ſequuntur Corn.& Iaſ.illic,quod ſi grada
11 tim aliqui vocantur, vt in eo tex.frater†utrinq.
coniunctus excludit conſanguineum,quam opi
nionem ſequuntur etiam Corn. in conſ.131. 2.
colum. poſt med. 2.uolum. Soci.conſ.51.nu.20.
4.vol.Ruin.d.conſ.28.num.8. Dec. conſil.321.
num.2.Pariſ.conſil.49.num.18.in 2.& d.59.nu.
8.in 3. & Soc.iun.conſ.94.nu.14. in 1.vol.

His adſtipulatur alia Doct. cõis * ſententia,
ꝙ ſtatutum huiuſmodi fęminarum excluſiuũ, &
de ſucceſſionib.diſponens,dẽt intelligi,& inter-
pretari,†ſecundum iuris cõis diſpõnẽ,ut præter
12 Ancha.Brun. Rim.& Pariſ.in locis ſupra citatis,
Dec.d.conſ.444.nu.15.Soc.d.conſ.252.nu.17.
Rolan.d.conſ.72.nu.32.tenẽt in his termi.Ale.
conſ.5.nu.5.in 6.uol. Cor.in conſ.254.col.3.&
331.2.& 3.col.in 2. & ante eos Caſtr. in auth.ita
que,ad fi. C.com.de ſucceſ.Bolog.in cõſ.17.ubi
loquitur in ſtat.Bon.quod uocabat fratres,& de
filijs fratrũ nullã faciebat mentionem, & tñ eos
eſſe† admittendos cenſuit,ſecundũ iuris diſpõ-
13 nem,ſecundũ quam ſtat.ueniebat interpretãdũ,
& ſm hanc ſuã opi. dicit fuiſſe iudicatũ in Rota
Bono.in addit ad trac.Mãtheſil.de ſucceſ.ab in
teſt.in 3.arti.nu.4.quã ẽt opin.tenet Rub.Alex.
conſ.145.nu.6.Hãc ẽt ſnĩam in his termi.ſequiẽ
Fulg.in cõ.84.nu.3.Et in alijs terminis,ꝙ ſtat.ẽt
iuris† cõis correctoriũ dẽt intelligi ſecundũ ius
14 commune,in eo, quod illud non corrigat, trad.
Brun.in d.trac. 1.art.q.2.num.15. Pari.conſ.16.
in 3.Crau.conſ.259.numero 2.& plures et citat
Menoch. conſilio 5.num.3.

Vnum poſtremo non omittã pro confutatio-
ne tenentium contra Anch.ꝙ plures ex eis nitũ-
tur euitare illius dec.ea rõne,ꝙ ipſe aliter loqua
tur, nẽpe in ſucceſsione de iure cõi, in qua ſunt
15 †uocati proximiores, non in ſtatutaria, in qua
uocantur agnati,ut per Alb.d.conſ.81.nu.38.&
Bero.conſ.143.in fi.3.uol.cum tñ ipſe Anch.lo-
quatur in ſtat. uocante proximiores conſangui-
neos ex linea paterna.Ex quib.cõcluditur opin.
Anch.quæ proxima eſt caſui nr̃o,oĩno eſſe cõio
rẽ & ueriorem,& uictoriã adferre parti noſtræ.

Tertio quatenus opi. contraria poſſet redde-
re dubiã hanc nr̃am clarã, & apertam ſnĩam,cũ
tñ ꝓ plures teſtes fuerit ꝓbatũ,hãc nr̃am ſnĩam
Mutinæ fuiſſe canonizatã,& cõſuetudine obſer-
uatã, tolleretur oẽ dubiũ, & ꝓ ea eſſet iudicãdũ
16 ex quo ſtat.ipſum ſemper hanc certã† interpre-
tationem accepit. l.minime, l. ſi de interpreta-
tione,de ll.facit.l.fin.ibi. pro more. C. de iniur.
& in ſimili ſtat.de ſucceſsionib.firmat.Bal.in cõ
ſi.473.circa q.nu.3.ante fi.ver. concluſiue. in 5.
vol.Ang.conſ.99. Pet.de urbe ueteri,nu.5.ver.
ſaluo,niſi aliter. Card.conſ.40. Qualiorus. nu.8.
Neuiz.d.l.5.num.64.vbi fortius uoluit ſtari opi
17 nioni a conſuetud. approbatę, ẽt contra†cõem,
Brun.d.trac.ult.art.ult.q. Soci.iun.conſ.2.num.
24.& ſeq.1.uol.Gabriel.li.6. ſuarũ concluſionũ
tit.de conſuet.concluſ.1. 8.ampl.nu.42.Petr.de
Barlob.inter conſ.ult.uolũt.conſ.137.in fi. & ad
propoſitũ Zanch.d.conſ.169.nu.13.20. & 21.te
ſtes aũt deponẽtes de hmõi obſeruãtia,& cõſue
tud.ſunt omnes teſtes numero nouem, recepti,
pro d.Dom.Ant. quorum maior pars ſpecificat
caſus, inter quos ita fuit obſeruatum,ſuper qui-
bus non puto poſſe dubitari.

Quarto & vlt.cũ hic caſus,pluries eueniſſet,&
in pluribus ſucceſsionib.multorum nobilium &
ciuium Mutin.ſtat.ipſum fuerit ſic ſeruatũ,& fra
tres vtrinq.coniuncti ſucceſſerint,& conſangui-
neos tñ excluſerint,ut teſtes ipſi deponunt,eue
niſſe bis inter nobiles de Moltijs, ẽt de Polez-
zis,de Graſſetis,& de Caſellis.& forte ẽt euenit
inter alios,de quib.nunc non hr̃ notitia,certe ne
reſcinderentur tot ſucceſsiones & fierent tot li
tes,& renuntiarenutur,& renũciarẽtur tot nego
tia ſopita, ſtandum eſt huic ſnĩæ frequenter in
practica ſeruatæ,iuxta ad propoſitum trad. per
Caſtr.in l.iuſte,in princ.per illum tex.de uſucap.
18 ubi loquitur,qñ plures†capturæ ſunt factæ nulli
ter,ꝙ non reuocentur,& annullentur tot geſta,
licet contra formam iuris,& ꝙ potius eſt pronũ
tiandum ad fauorem rei geſtæ capturam eſſe ua
lidam & ſequitur Marſ.in ſing. 282.Creditor.

Et ex his ſatis ſuperq.conſtat D.Ant.fratrem
utrinq. coniunctum ſuccedere in hæreditate D.
Abraæ eius fratris,& excludere D. Petrum fra-
trem conſanguineum.

Nec ob.ꝙ ut deponũt plures teſtes examina-
ti ꝓ D.Petro ipſe D.Abraã,tã in ſanitate,q̃ in in-
firmitate pluries dixerit,ꝙ d. eius fratres dẽrent
eius bona inter ſe ſine cõtrouerſia diuidere, qua
ſi ꝙ uellet ẽt D.Petrum ad eius hæreditatem ad
mitti,quia cum certum ſit ꝙ nõ fecit teſtm̃,nec
facere uoluit,ut dicunt teſtes,D.Ant.non tene
tur ſtare illis uerbis, quę non tranſiuerunt in di-
19 ſpoſitionẽ ſolemnẽ, vnde dicitur inteſtatus†de
ceſsiſſe,Inſt de hæred.quæ ab inteſt. in prin.& l.
1.ubi gl.& Doct.de teſtam.cum uulg.

Quinimò iuſtius põt prætendere,prout petit
& ꝑtendit D.Ant.uti hæres D.Abraæ,ꝙ hr̃ditas
q̃ ꝑuenit ad D.Petrũ, cũ eſſet in cõione oĩum bo
norũ cũ eo, ut in inſtr̃o regiſtrato in ꝓceſſu, fol.
40.quõdã D.Catharinæ Carãdinę,diuidatẽ inter
ipſos.cũ hr̃ditas q̃ ꝑuenit uni ex ſociis oĩum bo
20 norũ ẽt alteri† ſit cõicanda.l. 3. §.1.l.ſi ſocietatẽ
uniuerſorũ.pro ſoc.Pet.de Vbaldis in tra.ſocie-
ta.in 1.par.in fi. Laus Deo Opt.Max.

Barth. Bertaz.

Vide ad rem hanc conſil.Cepha.323.& 623.

AR-

ARGVMENTVM.

Statuta, quæ ſint ſeruanda in ſucceſſione ab inteſtato, an rei ſitæ, an loci originis?

Quid ſi ſtatutũ rei ſitę excludat matrem non foreſem, ſed de territorio, & idem etiam dictet ſtatutum originis?

Et quid ſtantibus quibuſdam Principis conſtitutionibus, & alijs ſtatutis?

S V M M AE.

1 *Statuta loci, vbi ſita ſunt bona, quæ poſsidebat defunctus, attenduntur in eius ſucceſsione.*

2 *Idem eſt in mobilibus, quia ſeruandum eſt illud ſtatutum illius loci, ad quem erat deſtinata, & neceſſaria aſportatio dictorum bonorum.*

3 *Forenſis mulier non compræhenditur ſtatuto illam excludentis.*

4 *Contrarium tamen eſt verius, ſi excludatur ab agnato exiſtente intra quartum gradum.*

5 *Statutum excludens fæminas, prodeſt etiam forenſibus.*

6 *Statuta ſi & loci rei ſitæ, & originis ſint conformia ad excluſionem fęminarum, quo ad bona vbique ſita excluditur mulier.*

7 *Statutum ſi dicat, ut idem ius reddatur, quod redditur illius ſubditis ex hoc ſi paria ſint ſtatuta poteſt vnuſquiſque ſuccedere.*

8 *Statutum de ſucceſsione generale, habet locũ in forenſibus, modo ſint ſubditi eiuſdem Principis, & ſint de dominio illius.*

9 *Quod procedit ad excluſionem fęminarum, et correctionem iuris communis.*

10 *Statutum ciuitatis, ad Caſtrum ſuppoſitum extenditur.*

11 *Statutum quo ad ſucceſsionem eſt ſeruandum, in quo iudicium agitur.*

12 *Auia materna excluditur a matre defuncti.*

13 *Mater pro vſufructu poteſt petere tantum alimenta ſecundum conſuetudinem Bulgari.*

14 *Mortuo tamen filio debet habere vſumfructum.*

15 *Vſusfructus legitimæ filii non debetur matri vſufructuariæ vniuerſali.*

CONSILIVM XXIII.

In Domino confido.

ORitur dubium ſuper ſucceſſione
bonorum olim D. Iulij Cam. filij
quondam Magn. Il. Doc. Do. Ant.
Mazzoni Mutinenſis ab inteſtato
defuncti, inter Mag. D. Lauiniam
eius matrẽ ei de iure cõi ſuccedentẽ, auth. defun
cto. C. ad ſenat. Conſ. Tertul. & in corpore unde
ſumitur, & Magn. D. Annibalem Mazzonum, pa
truum ipſius defuncti, vocati ex diſpoſitione ſta
tutorum ad excluſionem matris, quia ex forma
ſtatuti ciuitatis Mutinę ſub rubrica, de ſucceſſio-
ne agnatorũ tranſuerſalium, vbi ſunt aliqua bo-
na, mater excluditur a patruo, licet ei dẽtur le-
gitimæ ſibi de iure debitæ vſusfructus toto tpe
vitæ ſuæ, ex forma uero ſtatuti S. Fęlicis, in cuius
territorio eſt ferè totũ patrimoniũ defuncti, ma
ter a patruo in totũ excluditur. In ciuitate uero
Ferrariæ, ubi aliqua etiam mobilia reperiuntur,
ad tps tñ illic manſura, extat ſtatutum ſimile ſtat.
Mutinæ excludens matrem præterquàm ab uſu
fructu legitimæ. Quæritur igitur quid iuris ſit re
ſpectu talis ſucceſſionis. Pro cuius reſolutione,
omiſſa argumẽtatione ad partes, deciſiue proce-
dam amplectendo & ſequẽdo illam Doc. ſniãm,
quæ mihi uerior, & receptior videtur. Et quia
in hac q. Doc. noſtri tã antiqui, quam moderni
parum fuere concordes, & uariæ ac diuerſæ fue
runt illorum ſniæ, quæ nam ſtat. ſint attendenda
in ſucceſſione hmôi, an loci originis, vel domi-
cilij defuncti? vel ubi defunctus obierit? vel rei
ſitæ? vel ubi eſt maior pars bonorũ? Cęteris re
iectis, illi uni adhæreo, q attendenda ſint ſtat. cu
iuſq. loci, ubi ſunt ſita bona quæ poſſidebat ipſe
1 defunctus, † quam magis cõiter ** tenuerunt an
** tiqui Doc. in l. 1. C. de ſumma trin. & fi. cath. quã
dixit cõem Anch. in rep. c. 1. de cõſtit. q. 12. col.
in 65. uer. quæro iuxta prædicta, d. q. & quam ẽt
cõem dicit Brun. in tract. ſuper ſtatuto quod ſtã
ti. maſcu. fęmi. non ſucce. 8. arti. q. 25. nu. 122. &
num. 30. & quam tenent Soci. iun. conſil. 25. nu
mero 12. 3. uolum. Rolan. a Val. in tract. ſuper
ſtatuto de lucro dot. q. 20. num. 14. & eam com
munem fatentur Franc. Turza. in ſuis communi
bus opin. opinio. 24. ſtatutum. & Frãc. Viuius in
1. li. ſuarum commun. opin. opin. 315. in 1. fallen.
& alij plures, quos ſciens prætereo. Qua ſnĩa ſtã-
te, reſultat deciſio reſpũ bonorum ſitorũ, uel exi
ſtẽtium in ciuitate, vel diſtrictu Mutinę, qđ ſtat.
Mut. ſine difficultate locũ ſibi uẽdicat, & idẽ eſt
de bonis mobilib. exiſtentib. in ciuitate Ferrarię
uel alibi, quæ erant reducenda, & reportanda ad
ciuitatem Mutinæ locum domicilij, & originis
2 defuncti, quia † in illis ſtatutum Mutinæ ſeruan-
dum eſt, Saly. in dicta l. 1. 5. colum. Alex. conſil.
16. uiſo titulo, ultima col. 1. uolum. & in conſ. 19.

nu.7.6.vol.Brun.d.trac.& q.nu.131.Io.Lecerier.
in tract. de primoge.li.2.q.8. & late ẽt Tiraq. in
in trac.de iure primoge. q.48.nu. 3.& ſeq. & Be
ro.q.109.in fi.qui in rebus mobilibus voluit ſer
uari dictum ſtatutum originis defuncti.

Reſpectu vero poſſeſſionis & bonorum S.Fęlicis pariter ſeruandũ eſt ſtatutũ illius Caſtri ma
trem penitus excludens.Et licet hoc magis du-
bium videatur,ex quo tam ipſa mater q̃ patruus
vñr eſſe forenſes in d.Caſtro, & per conſequẽs
3 non compræhenſi†in eo ſtatuto, vt per Rui. in
conſ.48.nu.4.& ſeq.3.vol.cuius opinionis etiã
fuere aliqui alij,ego tamen ſentio,ipſum ſtatutũ
in hac ſucceſſione omnino ſibi locum vendica-
re ex plurib.rõnib.Et primo,quia ſtat. diſponit
de modo ſuccedendi, vt fęmina agnata vel co-
gnata excludatur ab agnato,exiſtẽte intra quar-
4 tum gradum,quo†caſu nõ attenditur,an mulier
excluſa ſit ciuis vel forenſis, ut per Rimi. conſ.
246.nu.22.Brun.in d.tracta.6.art.q.1.nu.16.&
5 Soc.iun.d.conſ.25.nu.10.& prodeſt† ẽt forenſi
bus,vt voluit Lap.alleg.101.in ciuitate,& Alex.
in conſ.12.nu.6. & ſeq.7.vol. & hanc opinionẽ
latiſſime defendit Nat. qui pluries ſecundũ eam
conſuluit,ut in conſ.148.nu.3.& ſeq.& cõſ.ſeq.
& in conſ.581.in 2.dub.nu.22.quam opin.dicit
magis cõem Abb.conſ.50.nu.5.& quam etiã te
nuit Pariſ.conſ.84.vlt.dub.nu.41. & ſeq. 1.uol.

Secũdo cum in vtroq; loco tam originis par
tium quàm rei ſitæ extent ſtatuta excludentia fę
minas,& includẽtia maſculos, illa videntur om
6 nino attendenda,ex quo ſunt† conformia, quod
fuit de mente Bal.in d.l.1.num.19. ubi adhæret
opin.Bar.quod ſtat.non extendatur ad bona ſi-
ta extra territoriũ, ubi contraria eſt iuris diſpo-
ſitio,quia impedit ius accreſcendi, & ſic ſentit ꝙ
ſi vniformis in vroque loco extet iuris diſpoſi-
tio,ſtat.extendatur,& obſeruati dẽat ẽt in loco
rei ſitæ. idẽ expreſſius uoluit idem Bal.in conſ.
132.quamquàm,in fi.2.vol. Caſtr.in cõſ.32.cir-
ca primum quæſitũ,in prin.2.vol.Alex.cõſ.128.
conſideratis, 3.col. 1.uol.in ver. & 1. non obſt.
ibi,niſi ſtat.loci cõtrariũ diſponat,& in uer.ſeq.
ibi,qñ ſtatutum non contradicit, & Soc.in con
ſi.36.col.3.circa med.1.col.ibi,qđ intelligo niſi
ibi vigeret idem ſtat.& col.4.ad fi.uer.ſed potiſ-
ſimum hoc uidetur indubitatum,& in iſta mate
ria extenſionis horũ ſtatutorũ nõ minus tutum
eſt adhærere deciſionib. quæ reperiuntur in in-
diuiduo, quàm regulis, propter earum varieta-
tem,ut per Brun.poſt Seue.quem allegat.in d.6.
artic.nu.112. & Pariſ. conſ.47. nu.93.3.vol.

Tertio tanto clarius procedit, cum extet ſtat.
in ciuitate Mutinæ, in 2.li. fol.38.ſub rub.quòd
idem ius reddatur illis forenſibus,quod reddi-
tur Mutinenſib. in eorum terris:In quo diſponi
tur ꝙ nõ ſubiecti gaudeãt beneficijs omniũ ſta-
tutorũ ciuitatis Mutinæ, ſi idẽ ius reddatur Mu
tinenſib.in eorum terris ſeu foro,in caſu de quo
agitur,& idem ſtatutum eſt in ciuitate Ferrariæ
quod ſeruatur in Caſtro prædicto S. Fęlicis, ſub
rub.quib.caſib.forenſes uti poſ.ſtat.nr̃is,fol.78.
Cũ igitur ſimilia ſtatuta uigeant in vtroq.loco,
7 cõſequẽs eſt ẽt ut in vtroq.loco oẽs†poſſint ſuc
cedere,ut ſentit Caſt.in cõſ.156.ſtat.ad fi.1.par.
& in terminis firmat Ale.d.cõſ.111.nu.4.iũctis
nu.14.& 15.& Soc.in cõſ.292.2.uol.& in cõſ.19.
in 3.uol.cũ quo trãſit Pari.ĩ cõſ.12.nu.28.3.uol.

Quarto & hoc ſoluit oẽ dubiũ, cũ in terra S.
Fęlicis, nulli qui ſint de dñio Seren. Dñi Ducis
nr̃i dicantur forenſes,ſed tñmodo excludantur
a ſucceſſionibus tam ab inteſtato quàm ex teſtõ
nõ ſubditi, & habitantes extra dñium prędictũ,
ceſſat oĩs ſcrupulus,ut in ſtat.S.Fęlicis exhibito,
quo diſponitur,tales forẽſes nõ poſſe acquirere
bona ẽt ex cã teſti uel ab inteſtato, unde ſequi-
tur ꝙ alij ſint capaces & poſſint ſuccedere ẽt ſe-
8 cundũ fomam ſtatutorũ ipſius terræ,ex quo†ge
neraliter ſtat.loquitur de ſucceſſione ab inteſta
to,ut per Alex.In d.conſ.111.nu.10. uerſ. præte
rea,& nu.ſeq.& argm̃ a contrario ſenſu hoc caſu
operatur, ut uocati ſint ſubditi ẽt ad excluſionẽ
9 fęminarũ,& ad†correctionem iuris cõis, ut la-
tè ꝑ Brun.in d.trac.7.artic.1.q.& Rolan.a Val.in
d.trac.q.43.nu.5.& ſeq. & in facto præſupponi
tur,veriſſimũ eſſe ſemper fuiſſe admiſſos oẽs ſub
ditos Seren. Do.Ducis noſtri ad ſuccedendũ in
d. Caſtro, excluden. fęminas, & memini ꝙ alias
iam ſunt 15.uel 16.anni,dũ prætorẽ Regij agerẽ,
cõſului in ſimili caſu pro Dñis Chriſtophoro,&
Cam. fratribus de Vecchijs, qui ſucceſſerunt in
bonis quondam Do. Matthęi, meorum ex fra-
tre nepotis, & excluſerũt Dñam Laurã eius ſo-
rorẽ.Quod tanto clarius reſpectu ciuium Muti-
nẽſiũ procedit,ex quo eorũ ciuitas huic Caſtro
qñq. imperabat,& ſuis ſtatutis regebatur,quini
mò multi ex ipſis ciuib.poſſident prædia in d.ter
rit. allibrata ad æſtimũ Mut. licèt ex prouiſione
Ducali tpe Ser.Ducis Borſij facta de anno 1458.
tenẽtur ciues in poſterũ emẽtes ſuſtinere onera
cũ dictis de S.Fęlice,ꝓut ſuſtinebãt Mag. D.Dñi
cus pater ipſius D.Annibalis, q d.bona ut ciuis,
& ſubditus acquiſiuit, & ſucceſſiue ipſe Mag. D.
Ant.eius filius, quo caſu minime pñt dici forẽn-
ſes vel nõ ſubditi. Quinimò hoc caſu poſſet re-
10 neri,ſtat.Mut.ad illud Caſtrũ dr̃e extẽdi,†tan q̃
ſuppoſitũ,ut ꝑ Soc.iu.cõſ.12.nu.4. 3.uol.uel ſal-
tẽ ex quo in hoc pũcto nõ hẽt diuerſa ſtat. ut ꝑ
Aug.Bero.in conſil.124.nu.19.& ſeq. 2.uolum.

Poſtremo non omitto, ꝙ cũ in ciuitate Muti-
næ iudiciũ agat̃,q̃ ẽt eſt locus originis defuncti,
11 & domicilij eius ſtat.ipſius†ciuitatis, tanto ma
gis ueniret obſeruandum, Curt.iun. conſ.5.col.
pen.num.42.& Nat.d.conſi.581.num.24.

Ex his igitur concludo, prædictum Dom.An
nibalem in totum ſuccedere excluſa matre in
bonis ſitis in territorio Sancti Felicis,quo in lo
co nõ ꝓut Mutinę, & nũc Ferrarię matri dẽtur
vſuſ-

vſusfructus legitimæ, & tanto minus auiæ pater
næ, de qua auia paterna in hac ſucceſſione nulla
videtur ratio habenda. cum ipſa excludatur pa-
riter a maſulo , ex forma ſtatutorum, & de iure
12 communi excluditur† a matre defuncti propio-
re i n gradu, d. auth. defuncto, & in corpore, & in
§. ſi igitur defunctus, in Auth. de hære. ab inteſt.
venien. col. 9. nec ſtatutum Mutinę illam vocans
ad vſumfructum legitimę, cum nulla legitima, ex
tante matre illam excludente , de iure commu-
ni ei debeatur, vt ſupra.

Supereſt videndum de legato vſuſfructus bo
norum, qui uidetur relictus d. Dom. Lauiniæ in
teſtamento D. Anto. an importauerit alimenta ,
vel. vſumfructum verum poſt mortem filij . in
quo puncto res videtur carere omni ſcrupulo ,
13 quod licet ſecundum† conſuetudinem Bulg. vi-
uente filio ipſa mater poſſet petere tantum ali-
menta. vt per Bar. & alios in auth. hoc locum. C.
ſi ſecũ. nup. mul. in l. Titia. §. Titia. de leg. 2, Dura.
in tract. de arte teſtan. ti. 6. caut. 49. & in alijs lo-
14 cis, tamen mortuo filio debet habere† vſumfruc.
vt per Bar. in conſ. 56. Barth. fecit teſtamentum,
nu. 5. & 171. Nic. Alex. conſ. 28. viſo themate, 2.
col. 4. volu. Nat. conſ. 605. nu. 2, cum alijs citatis
per Rolan. a Val. conſ. 74. nu. 10. 2. vol. & Pic, in
d. §. Titia. in repetitione. q. 7. nu. 53. Mant. in con
ſil. 308. in addit. 2. vol. & Bero. conſ. 35. num. 10.
& 72. nu. 14. 2. vol. & verum, quod hoc caſu illi
15 non deberetur† vſuſfructus legitimæ filij, quę nõ
potuit† grauari. vt in his terminis voluit Bar. in
d. conſ. 56. nu. 5. Mant. in d. conſ. poſt Alex, in d.
conſ. 28. 2. col. & idem Pic, in d. repet. d. q. nu. 53
& 57. & Bero. etiam in dictis conſil. Pariſ. in con
ſil. 21. nu. 8. & conſ. 96. in fi. 2. uol. ubi tamen vi-
detur dubitare, & Rui. conſ. 17. num. 19. 2. vol.
Laus Deo Optimo Max.

Barth. Bertaz.

In hac cauſa D. Ceph. conſ. 309. & 310. multa tractat, & adducit ꝑ hac parte, pro qua fuit pronũciatum per viros Illuſtr. & I. C. celeberrimos.

ARGVMENTVM.

Ea quæ in ſuperiore conſultatione diſputata fuerunt, multo diligentius & vberius in præſenti diſputantur.

S V M M AE.

1 *Statuta ciuitatis ſunt ſeruanda in caſtro, licèt ab illa ſeparato, maximè ſi non ſit vnitum alteri ciuitati vel regno.*

2 *Et maximè ſi concordant cum ſtatuto caſtri, quo caſu non videntur diuerſa ſta. uta.*

3 *Subditi alicuius caſtri ſeparati à ciuitate, debent gaudere beneficiis ſtatutorum ciuitatis, etiam ſi non ſubeant onera cum ea .*

4 *Statutum ciuitatis dominantis attenditur in ſucceſſione ciuis, licèt bona ſint in territorio caſtri ſuppoſiti.*

5 *Statuti publicationis tempus attenditur , an fuerit ante caſtri ſeparationem .*

6 *Statutum renouatum ſuccedens in locum antiqui, eſt idem quod antiquum, etiam ſi in aliquo ſit emendatum .*

7 *Statutum renouatum nullo addito, non cenſetur nouum, ſed antiquum.*

8 *Surrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſurrogatur.*

9 *Etiam ſi aliqualiter diſcreparet ab eo.*

10 *Fæmina excluditur , ſi ſtatutum eſt originis & loci rei ſitæ illam excludant.*

11 *Agnationis conſeruationem conſiderari à ſtatuto colligitur ex illius proœmio.*

12 *Statutum excludens fæminas ad conſeruationem agnationis , eſt fauorabile , & extendendum.*

13 *Et dicitur rationabile, & ad publicam vtilitatem, licet mater excludatur à luctuoſa hæreditate filii.*

14 *Statutum excludens fæminas propter maſculos, cenſetur odioſum & reſtringendum ex aliquorum opinione , ſed cõtraria opinio eſt communior.*

15 *Etiam ad excluſionem matris , quando ratio in ſtatuto eſt expreſſa .*

16 *Statutum excluſiuum fœminarum, extenditur ad bona exiſtentia extra territorium . & num. 17.*

18 *Statutum extenditur propter rationem in eo expreſſam ad omnes caſus ſub dicta ratione comprehenſos.*

19 *Extenſio eſt facienda propter rationem expreſſam.*

20 *Statutum excludens matrem à luctuoſa hereditate filii , non extenditur extra territorium .*

21 *Sed quomodo loquantur Doctores, qui hoc aſſerunt, Nat. Ceph. & alii.*

22 *Expreſſa diſpoſitio magis ligat.*

23 *Statutum in perſonam loquens, non cenſetur excludere matrem ferenſem.*

24 *Statuti beneficio mulierũ excludentis nõ gaudet ille, qui in loco ſtat. non ſuſtinet onera.*

25 *Statutũ loci rei ſitæ eſt attendendum, quando idem ſtatutum extat in loco originis.*

26 *Quod procedit, maxime ſi ſtatutum extet in loco originis, diſponens quod idem ius ſeruetur forenſibus, quod ſeruatur ciuibus in eorum terris.*

27 *Fœmina excluditur per ſtatutum loci rei ſitę, etiam ſi ſit forenſis, ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam.*

28 *Et hæc opinio eſt magis communis a plериſque firmata.*

29 *Mater excluditur a ſtatuto fœminarum, excluſiuo, ſi filius alioqui forenſis ſuccedere poteſt exhabilitatione conceſſa.*

30 *Stat. prohibẽs ſuccedere nõ ciues, uel diſtrictuales, alios ciues et ſubditos cẽſeт admittere.*

31 *Succeſsio ſtatutaria attẽditur, non iuris cõis.*

32 *Fœminas poteſt excludere, qui ex ſtatuto admittitur ad ſuccedendum.*

33 *Ciuis eſt originarius, & poteſt ea facere quæ alii, ſi ſtatutum vult illum haberi pro tali.*

34 *Ciuis originarius alicuius loci, & in alio loco certo modo ſubditus ſtatutis vtriuſque loci ſubiicitur.*

35 *Vxor efficitur ciuis ciuitatis viri.*

36 *Mulier excluditur meritò uirtute vnius ſtatuti, ſi virtute alterius habet beneficium.*

37 *Stat. nõ loquitur in perſonã tractans de modo ſuccedẽdi, ut fęmina excludatur ab agnato.*

38 *Et maxime procedit, ſi Rub. ſtatuti loquatur in rem.*

39 *Statutum in vna parte loquens in rem, in alia parte eodem modo loqui cenſetur.*

40 *Forenſis non eſt, qui a ſtatuto admittitur ad ſucceſsionem.*

41 *Forenſis non põt dici, qui eſt de eadẽ diæceſi.*

42 *Succeſsionis capax alioqui non eſt minus idoneus, licet onera non ſubeat.*

43 *Onera ſuſtinere ſufficit per fratrem poſt diuiſionem.*

44 *Onera non fuiſſe ſoluta, homines vniuerſitatis debent opponere, non alius.*

45 *Forenſis gaudet beneficio ſtat. diſponentis, quod idẽ ius reddatur forenſib. q̃ redditur ciui in patria forenſis, ſi idẽ uere redditur.*

64 *Forenſes quandoque admittuntur ad excluſionem fœminarum ad ſucceſsionem.*

47 *Interpretationem, quæ certã habuerunt, minime ſunt mutanda, & in ſtatutis maxime.*

CONSILIVM XXIIII.

In Domino confido.

Conſultus præteritis menſibus in hac cauſa arbitraria vertente inter Magnificum Do. Annibalem Mazzonum, & Magnificam Do. Lauiniam Molciam eius fratriã, vxoremq; Clariſs. legum Doct. D. Ant. eius fratris, vter ipſorum iuſtiores partes foueret in ſucceſſione Iulij Cam. filij d. quondam Mag. D. Antonij, & ipſius Dominæ Lauiniæ, ſtantibus ſtatutis tam ciuitatis Mutinæ quàm Caſtri Sancti Fęlicis, excludentibus matrem & cæteras fęminas ab hæreditate filij, & aliorum decedentium, uiſum fuit ipſum patruum iuſtitiam fouere, & admittendum fore ad ſucceſſionem d. Iulij Cam. matre excluſa, etiam reſpectu bonorum exiſtentium in territorio Sancti Fęlicis, iuribus, & rationibus tunc breui epilogo pertactis. Nunc autem quo duo excellẽtes I.C. contrarium conſuluere, & niſi fuerunt adducta per me ad fauorẽ ipſius D. Annibalis tollere, & euacuare, latiori diſcuſſione opus eſt, & validiori diſputatione, ut ueritas facilius inueniatur, iuxta tex. in l. muneruм, §. miſta. ff. de muner. & honor. Nam veritas ſæpius exagitata, magis ſplendeſcit in lucẽ, c. graue. 35. q. 9. Et ut clarius quæſtio hæc diſcutiatur & enucleetur, operę pretium erit illã in duas partes ſcindere, quarum altera concernet punctum, an ſtante ſtatuto Mutinæ ſub rubrica de ſucceſ. agnatorum tranſuerſalium, ipſa Domina excludatur etiam a ſucceſſione bonorum exiſtẽtium in d. territorio Sancti Fęlicis, & ſic ſtatutũ ipſum extendatur ad bona ipſa? altera uero pars alium punctum continebit: Nunquid ſtante ſtatuto S. Felicis, ſub rub. de ſucceſſionib. ab inteſtato, ipſe patruus debeat admitti ad ſucceſſionem ipſam, & matrem excludat?

Quo igitur ad primũ punctũ de ſtat. Mutinæ cenſeo eius virtute patruum ipſum admittendũ fore ad hæc bona Sancti Fęlicis, duplici ratione.

Prima eſt, ꝙ cũ ipsũ Caſtrũ S. Fęlicis ſit de Ducatu Mut. & olim regereт ſtatutis ciuitatis ipſius eiſq. eſſet ſuppoſitũ, licet poſtea ab ipſa fuerit ſeparatũ, & a ꝓprijs regatur ſtat. nõ tñ eſt quin inter ciues ipſos ſeruãda ſint ſtatuta ipſa, quib. caſtrũ ipsũ ante ſeparationẽ regebatur, cũ talia ſtatuta adhuc illic uigere debeãt, cũ maxime caſtrũ ipſum alicuiꝰ ciuitati uel regno non fuerit unitũ, ut Bar. trad. in l. ſi conuenerit, la 2. § ſi cum nuda, ante fi. ff. de pignor. actio. Butr. in c. fi. car. antepen. colum. fin. verſiculo, ſed eſt dubium, quid ſi Caſtrum. ubi loquitur in Caſtro Creualcorij de conſuetud. Rom. conſ. 218. pręſens caſus, col. 2. & 3. Alex. conſ. 151. viſo themate, col. 2. & ſeq. 2. vol. Barba. conſ. 4. colum. 6. & ſeq. 1. volum. quæ opin. eſt communis, * ſecundum Fely. in c. tranſlato,

lato, colum. 3. num. 4. de conſtit. & hanc ẽt opi-
nionem tenent Socin. in conſ. 79. num. 24. 4. uo-
lum. Rui. conſ. 39. num. 15. 1. uolum. Brun. in tra
ctã. de conſtit. & ſtatu. in ver. caſtrum 4. ver. ſta-
tutum in ciuitate, & latius in tract. de augumen.
2. concluſ. colum. 3. Rip. in c. 21. num. 5. & ſeq. 1.
lib. reſponſorum. quam etiam admittũt Cur. iu.
in conſ. 110. nu. 12. & 13. & Soc. iun. in conſ. 1. nu.
62. 4. uolum. & num. 68. vbi dicit, aliter in ſtatu-
tis, quæ de nouo fierent, & hoc proculdubio &
tanto magis procedit, quando diuerſimode non
2 eſt diſpoſitum in legibus † Caſtri, vt hic non uidẽ
tur diuerſa ſtatuta, vt inferius dicetur, ſecũdum
Bero. in conſ. alias allegato 124. num. 19. & 20. 2.
volum. & in terminis noſtris firmat Cur. iunior
etiam allegatus in conſilio 2. numero 42. uerſi-
culo 3. reſpondetur, poſt Barb. in d. conſ. 4.
3 Quibus accedat, quod ſicut ſubditi † alicuius
Caſtri ſeparati a ciuitate debent, & poſſunt gau-
dere beneficijs legum, & ſtatutorum ciuitatis,
non obſtante ſeparatione, etiam ſi non ſubeant
munera cum ea, vt per Caſt. in conſ. 147. uidetur
quod non retineat 2. colum. verſic. nullus enim
poſſet. 2. volum. ita pariter, & tanto magis dicen
dum eſt in ciuibus ciuitatis, vt gaudeant benefi-
cio ſuorum ſtatutorum reſpectu bonorum ſito-
rum in Caſtro ſeparato olim ſubiecto, ut cõtra-
riorum ſit eadem diſciplina, Inſti. de his qui ſunt
ſui. vel alie. iur. in ſi. princ.
Et quod in ſucceſſione ciuis, attendantur ſta-
4 tuta † ciuitatis, licet bona ſint in territorio Caſtri
ſuppoſiti, quod etiam habeat diuerſa ſtatuta ad
propoſitum tradit Soci. in conſ. 288. colum. 2.
ad ſi. cum ſeq. 2. uolum. quem ſequuntur. Bru. in
tracta. ſtan. maſc. fęm. non ſucce. 8. artic. q. 25. ad
ſi. num. 132. & Soci. iun. conſ. 12. num. 43. uol.
ac Port. lib. 2. ſuarum concluſionum, concluſio-
ne 25. pen. pagi. 5. limitatione. Quod autem Ca-
ſtrum ſãcti Felicis fuerit ſuppoſitum ciuitati Mu
tinę, & ſit de Ducatu, non puto poſſe negari, cum
ſtatuta ipſius ciuitatis de ipſo expreſſe diſponãt,
& pręſupponant illud eſſe ſuppoſitum officialib.
ipſius ciuitatis, ut in ſtatuto de electione offic.
iuriſdictione & ſalario dicti iudicis app. 1. libro
rubrica 12. & quod ſtatuta ligent omnes de
Ducatu, habetur in ſtatuto ipſius ciuitatis, in ru-
brica 98. a quo tempore incipiunt ligare præſen
tia ſtatuta, ad ſi.
Nec obſtat huic rationi urgentiſſimę id, quod
ex aduerſo obijcitur, ſtatutum ſcilicet Mutinæ
publicatum fuiſſe de anno 1548. & ſic lõge poſt
factam dicti Caſtri ſeparationem, vnde non poſ
5 ſe in d. Caſtro ſibi locũ uendicare, † ad quod poſ
ſet adduci d. conſi. Soc. iun. primum, nu. 68. quia
ea objectio tollitur ex duob. 1. quod cũ antiquũ
ſtatutũ pariter matrẽ excluderet, ſtatutũ reno-
uatum vel reformatum in eius locum ſuccedens
6 cenſetur † idem ſtatutum etiam ſi in aliquo eſſet
emendatum, vt Alber. trad. in 2. par. ſtatutorum,
q. 22. ſed nunquid electi, ubi dicit ita communi-
ter teneri, ſequitur Alex. in l. iuriſgentium, §.
adeo, num. 5. ff. de pact. quod etiam voluit Bal. in
l. leges, & conſtit. 2. col. nu. 4. C. de legi. ubi di-
cit, quod in confirmatis ſtatutis lex retro ligat,
& idem ſi nouum ſtatutum vetus interpretetur,
quia nihil nouum facit, ut per eum ibi, num. 5. &
quod ſtatutum renouatum nullo addito non cẽ
7 ſeatur † nouum, ſed antiquum, probatur etiam
ex trad. per Bald. in c. imperialem. §. inſuper, in ſi.
de prohib. feu. alien. per Feder. & Alexand. in l.
ſi mihi & Titio, numero 17. ff. de uerbor. oblig.
& tradũt Doct. in l. ius ciuile per illum text. ff. de
Iuſtit. & iure. Pro quo optime facit uulgata re-
8 gula, ſurrogatum † eius naturam ſapere, in cuius
locum ſurrogatur, l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi
quis caut. & §. fuerat. Inſtit. de actio. & quod tra-
dũt Doct. citati per Tiraq. in tract. tit. 1. § 1. gl. 10.
nu. 79. de tempore ſurrogato loco præſcriptio-
nis iuris communis, quod procedit etiam ſi ſur
9 rogatum in aliquibus diſcreparet ab eo, † cuius
loco ſurrogatur, Caſtr. conſ. 73. licet iſta Domi-
na Liſa, ante ſi. 1. uol. Dec. conſ. 190. col. 3. uerſ. 4.
hoc idem, & 543. col. 2. uer. 3. hoc confirmatur,
& ſequitur Tiraq. ibi. num. 80.
Secundo cum ſtatutum ciuitatis inter ipſos
ſit ſeruãdum in Caſtris ciuitati ſuppoſitis, etiam
quod ſtatuta Caſtri eſſent diuerſa, vt ex Soci. &
tot alijs comprobatum extitit, quanto magis id
10 fatendum eſt, ſi in vtroque loco, † quo ad exclu
ſionem fęminæ, ſtatuta ſint conformia, quo caſu
quam plures Doct. alias citati uoluere etiam in
alijs locis non ſubiectis fęminam excludi debe-
re, vt in prioribus ſcriptis, in ſecundo fundamen
to fuit deductum.
Secunda eſt ratio, quod cum ſtatutum noſtrũ
introductum ſit fauore agnatorum, & ut conſer
uẽtur agnationes, ut in procem. ipſius ſtatuti ap
paret, † ex quo ratio finalis colligitur, l. 1. ff. ad
11 Macedo. & l. ſi. ff. de hæredi. inſtit. & utrobique
per Bar. & ad propoſitum Rub. Alex. in conſ. 16.
num. 9. negari non poteſt, quin ſtatutum dicatur
12 † fauorabile, & ſit extendendum, ut per Bal. in l.
2. C. qui non poſ. ad liber. peruenire. & in ſtatuto
excludente matrem, tradit idem Bal. in l. 1. in ſi.
C. de ſecun. nup. & in ſtatuto excludente genus
maternum propter paternum, trad. Bal. in l. ſi de
functus, num. 7. C. de ſuis, & legit. nam licet ma-
ter hoc caſu excludatur a luctuoſa hæreditate ſi
13 lij propter dictam rationem, † ſtatutum dicitur
rationabile, & reſpicit publicam utilitatẽ, ut uo-
luit Caſtr. in conſ. 421. quod iſta mater, colum.
2. poſt med. uer. 3. ſic, & col. ſeq. 1. uol. & in his
terminis Alex. in conſ. 141. num. 8. & ſeq. lib. 7. &
licet non defuerint Doc. etiam magni nominis,
qui uoluerũt ſtatutũ huiuſmodi fęminas pp ma
ſculos excludens cenſeri odioſum, & ſic non ex-
14 tẽdendũ, † ſed reſtringendũ, ſequẽdo Bar. in l. 1.
6. q. nu. 33. C. de ſum. trin. & ſi. cath. qui loquitur

* * in excluſione filiæ,tamen frequentior * * & ue-
rior eſt ſententia eorum, qui tenent ſtatutum
hoc indiſtincte eſſe fauorabile, & extēdendum,
quod admittit Ang.ad excluſionem matris,mo-
do agnati eſſent maſculi, in conſil.67. Martinus
Ioannis,nu.3.quod etiam admittunt,quando ra
15 tio in ſtatuto † eſt expreſſa,Corn.in cōſ.281.col.
3.ad.fi.4.uol.& Dec.cōſ.461.nu.1. hāc etiam ſen
tentiā tenuit Rimi.in conſ.336.nu.4.& latiſsime
non obſtante iuramẽto reſtituitur in integrum,
Octaui.Simoncel.d.tract.de decret.libro 3.titu.
7.num.8. Quo uero ad ſecundum reſpondetur,
non eſſe ita expeditum quod quando exclude-
113 retur mater, excluderetur etiam filius†eius hæ
res, qui venit ex propria perſona, mortua matre,
uiuo patre: nam quod imo poſſit agere, uoluere
Bar. Caſtr.& Aret.in l.qui ſuperſtitis.num. 4.de
acq.hær.Petrut.in d.l. 1.nu. 104.de iu.dot.quam
* opin. dicunt communem * moder.addentes ad
Dec.in d.conſ. 181.Bertrand.in d.conſ. 138. 1.&
114 2.dub.Vbi dicit quod filius dẽt dotem† com-
penſare, & plures alios citat Gabr.d.concl. 1.nu.
43. & ſeq. & hanc opinionem dicit Crau. ſe pu-
tare ſeruandam fore in practica, in conſ.84. nu.
5. & idem quod ex communiori ſententia ad-
115 mittantur†filij, tradit Didac.in d.cap. 3.par.§.
2.num.4.& §.3.nu.7.Rol.a Val.conſ. 11.num.4.
& ſeq. 1.uol.Ceph.latiſſimè d.conſi.334. nu.40.
& ſeq. Et ſi ſupponamus, quod dos data Do. Iu-
liæ fuiſſet tota de bonis maternis, cum renuntia
tio non valuiſſet, uel ſaltem ueniret reſcinden-
da, poſſet Magnificus Dom. Gabriel admitti ad
116 ſucceſſionem† aui, ex quo mater non fuit dota
ta legitime, prout exigit ſtatutum, ut in terminis
illius ſtatuti Regij, voluit Soci.conſi. 207.num.
2, & ſequen. 2.uolum. & ſequitur Brun.in tract.
quod ſtanti.maſcu. 9.artic.num. 39. uel ſaltem
petere legitimam, uel cõgruam dotem, ſeu illius
ſupplementum, ut per dictam Deciſ. Peruſ. 3 1.
num. 54. & ſeq. ſicut etiam ceſſat illud quod ex
aduerſo obijcitur, quod d. Dom. Iulia habuerit
vltra bona materna partem aliquam ex bonis
paternis, quibus debuit eſſe contenta, ut in d.ſta
tuto ult.proxime citato, quia præſupponitur ꝙ
vel fuerit ſolutum de bonis paternis. Et quate-
nus aliquid ſolutũ fuiſſet, cum tamen non aſcẽ-
derit ad legitimam, nec ad congruam dotem,
vel dimidiam illius, ipſa Dom. Iulia fuit enor-
miter, & enormiſſime læſa, ut ſupra, & reſciſſa d.
remiſſione & renũtiatiue poteſt agi ad congruã
117 † dotem, computato reliquo habito, ut Bal. tra-
dit in d.l.fi.C.de dot.prom. & cum præſuppona
tur, quod dos data ſit minima inſpectis faculta-
tibus patris, habet locum etiam opi.Caſt.& alio
rum in contrarium citatorum. Dec.conſil.600.
num.6.Bal.nouel.in d.tract.de Do.6.par.17.pri-
uil. quod uoluit etiam Bec.in conſ. 112.num. 11.
118 Et dicitur incongrua dos,† quando ſaltem non
eſt ſufficiens ad alimenta. Bald.no. d.6. par.& 1.
num. 6.Soc.conſ.100.num.13.col.4.3.vol.Crau.
conſi.236.num.4.& d.decis.Perus. 11.nu.51. Et
quãdo ſumus in maximo exceſſu, in legitima, uel
119 dote, quòd poſsit peti† ſupplementũ, trad.Rui.
in conſ.98.nu.4. 1.vol.& d. Decis. Perus.nu.54.
Et cum ſtatutum prędictum non concludat ſim
pliciter dotatam, ſed legitime dotatam, quam ta-
liter dotatam, non vult hr̃e regreſsũ ad bona pa-
terna. nec diſtinguat in dote data per patrem, à
data per alios ſuccedentes ab inteſtato; ſed pa-
riter mãdat filiam excluſam legitime dotari, ui-
120 detur quòd dos debeat† aſcendere ad legitimã
iuxta trad.per Alex.in conſil.83.viſo ſtat.nu.3.
in 3.ubi loquitur in ſtatuto exigente, quod ſit cõ
petenter dotata, & plures alios citant Menoch.
& Bec.ſupra citati, primus in conſilio 1.& alter
112. & ſaltem id debet remitti arbitrio iudicis,
qui omnibus conſideratis, iudicio meo, non poſ
ſet minorem dotem taxare legitima, attento mo
re noſtrorum temporum, & attento quod fuit
nupta ipſa Mag. D.Iulia Mag. D.Frãciſco Perdo
rio ex primarijs ciuibus illius ciuitatis diuiti, &
qui non merebatur minorem dotem, quam eſ-
ſet legitima ipſius Dom. Iuliæ in bonis paternis
vltra bona materna, & qui numquam habuit tẽ
pore dicti matrimonij ſcientiam de dicta renun
tiatione, quæ fuit facta eo inſcio, & penitus hu-
ius rei ignaro.

Poſtremo non ob. quod non videatur læſa
ipſa Dom. Iulia, ex quo potuiſſent naſci alij filij,
& quia legitima debet conſiderari tempore do
tationis, & non tempore mortis, ut ſupra in
contrarium deducebatur. Namque pręſuppoſi-
to facto, ut ſupra, certum eſt, quod imo fuit læſa,
& poteſt reſcindi remiſſio, & renuntiatio ipſa, &
ea reſciſſa, peti aut ſucceſſio pro rata, aut ſaltem
legitima, a qua non uidetur excluſus hic nepos
ex ſtatutis prædictis, ex quo mater non fuit legi-
time dotata, vel congrua dote aſcendente ad le
gitimam, & cum nunc ſit taxanda dos ipſa, ue-
rior uidetur ſententia tenentium, quod debeant
inſpici facultates patris tp̃e mortis. l.cũ quæri-
tur.C.de inoffic.teſt.& maxime ceſsãte renũcia-
tione iurata, quæ uenit reſcindenda, & annullan
da, ut ſupra. Nam opinionem contrariam. imò
121 †attenden. eſſe tempus mortis, firmat Bal.in l.
j.quamuis, ante fin. num.8.C.de fideicomm.per
tex.in l.ſi quando §.1. C.de inoffic. teſtam.in c.
cum Ferrar.colum.5.num.15.verſic. & eſt argu-
mentum, de conſtitu. & idem uidetur tenere in
conſil.427.quædam puella.in 1. Caſtr.in conſil.
72.licet iſta Dom.Liſa, in primo dub.& conſilio
200. Ego Paulus in primo, Alexan. ſibi contra-
rius

rius, in l.In ratione, la 2. in ſi.ad l. Falcid. Franc.
in d.c.quamuis. 7. colum.num.6. 3.limit.Bal.no.
dicti 17.priui.num.5. Luc.de Pen. in l.in his.in
ſi.uer.item pone,pater.C.de prædi.& omnibus
rebus nauicul.lib.11. Iaſ.in d.l.cum quæritur. in
d.l.ſi quando. §.1.prima colum.& in auth. no-
uiſsima 3.colum. C.de inoffic.teſt. & in l.quod
Seruius.colum.ſi.de condi.ca.da.Soci.in conſil.
100.num.11.& ſeq. 3.uol.Bertran.conſil.10.num.
primo 2.uolum.prima par.& 184.numero 2. eo.
volum.Dec.conſilio 276.colum.penult.& in ſi.
conſilij Rip. in d.c. cum M.Ferra.nu. 38. Gram.
d.deciſ.101.nume.27.72. & deciſ.102. ſequen.
nume.105.Rui.in §. & quid ſi tantum. l.Gallus.
nume.1.de libe.& poſth.Didac.in c.Raynutius.
§.2.nume.8.de teſtamen.Vaſqui.in d.tra.de ſuc-
ceſ.creat.§.20.in quarta parte, nume.295. & in
d.l.ſi quando §.1.nume.17.& Ceph. dictis conſil.
34.nu.8.& 142.nu. 19.quæ opi.vr̃ verior,& cõi-
or, *qñ renuntiatio obeſſe nõ põt, prout obeſ
ſe non poſſe ſupra apertè comprobatum eſt, &
quia opinio contraria Iac.But.& cæterorum pro
cedit, quando pater viuens tradidit legitimam ſi
lio,vel filiæ, quæ quietauit ipſum pro ea, qui ca-
ſus a noſtro eſt diuerſus,cum nihil vel parum da
tum fuerit,vt ſupra: vnde neceſſario videtur at-
tendendum tempus mortis.

Reſtat ſeptimum & vltimum dubium diſcu-
tiendum, ſuper quo abundè fuit ſcriptum per
magnificum Sciaticum, cuius concluſionem ar-
bitror difficilem eſſe:namque admiſſa ſua propo
ſitione pro vera, quod confeſſio cedentis, non
122 nocet † ceſſionario, vt voluerunt citati per il-
lum,& præſertim Pariſ.conſ. 19.nume.59.& ſe-
quen.in 3.& alij, quos refert Rolan.a Val.conſ.
58.nume.15.in 2.quibus addo Oſaſ.deciſio.Pe-
dem 45.per tot.Ronchega.in l. 3.in prin.nu.72.
de duo.reis.quando ceſſio eſt facta ad vtilitatem
ceſſionarij,& quando eſt facta ad vtilitatẽ vtri-
uſque, tunc officere poſſit, & maxime quia ipſa
D. Lucia confiten. in primis ſibi præiudicat,&
ſecundariò ceſſionario,iuxta trad.per Cephal.in
conſ.35.colum.ſi.nume.55.Et cum renunciatio
123 & ceſſio facta fuerit ſub certis † conditionib.
& reſeruationibus,videtur quod poſſit præiudi-
care,ex Pariſ.qui allegatur in ter. terminãtibus,
in conſil.58.nume.12.& ſequen. 1.volum. Duo
tamen ſunt, quæ turbant eius concluſionem.Pri
mum eſt quod adhoc,ut confeſſio noceat ceſſio
nario, opus eſt ut ipſe poſſit habere regreſſum
124 contra † cedentem,& quod etiam cedens ſit ſol
uendo,ut uoluit Corn. in conſ.139.a col.3.vol.
quem citant,& ſequuntur Pariſ. Oſaſch.& Ron-
chegal.in locis prædictis.At in propoſito nõ eſt
expeditum,quod D. Claudius haberet regreſsũ
contra ipſam Dominam,licet ob eius confeſſio-
nem auferrentur bona aliqua ex dicta hæredi-
tate,dictæ quondam D.Dariæ, ex quo illa non
renuntiauit, & ceſſit talia, vel talia bona expreſ-
ſim, ſed omnia ſua iura, quæ ipſa habebat in vſu
fructu ſibi relicto bonorũ hæreditatis d. quon.
eius viri,et dotalium ipſius, ac illi ceſſorum per
filiam,et acquiſitorũ per eam in territorio Mon
tis Richi,adeò quod nihil videtur ceſſum, vel re
125 nuntiatum, niſi conſtet † quid et quantum illa
haberet in eis.l.q̃d ſi in venditione.l.quod ſi ſit.
de hære.vel act. vendi.Oldr.conſ.164. viſo priui
legio Bal.et omnes poſt Dy.in l.ſi ſit.§. 1.de leg.
1. Fab.de Monte, in tra.de emp.et vend.6.quæ-
ſtione, ſexto memb.Secundo poteſt eſſe, quòd
ipſa D.Lucia etiam nõ eſſet ſoluẽdo, adeò quòd
nihil poſſet ceſſionarius, vel eius hæres ab ea re-
petere.Nec Pariſ.in d.conſ.58.videtur facere ad
rem noſtram, quia in eius caſu erat conuentum,
quòd ceſsionarij tenerentur ad æs alienum, et
debita cedentis, quod non euenit in hoc caſu.
Alterum eſt, quod dominium rerum renuntia-
126 tarum, et ceſſarum fuit acquiſitum † ceſsiona-
rio.Vnde confeſsio cedentis illi obeſſe non po-
teſt.Rui.conſ.177.nume.6.et ſequitur Ronche-
gal.in d.l.3.nume.71. Vnde valde dubitandum
eſt, ne dicta confeſsio non obſit hæredi ceſsio-
narij. Verùm cum ipſe hæres citatus, in eo iudi-
cio interuenerit,iuſtè teneri põt, quod illa con-
127 feſsio ſicut cætera acta † illi præiudicauerint,
iuxta not.per Caſtr. et alios in l.cum filiusfa. in
ſi.prin.de verb.oblig ſuper quo alias in hac cau-
ſa abundè ſcripſi. Et ad tollendas omnes diffi-
cultates, quòd ultra confeſsionem prædictam
fiant etiam probationes, quæ meliores fieri poſ-
ſint, ſuper poſitionibus confeſſatis, vt tollatur
omnis ſcrupulus.Et ex his ſit ſatisfactum omni-
bus propoſitis dubitationibus.
Laus Deo Opt.Max.

Bart.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Pronuncia facta a iudice in deteriorem,
partem ob contumaciam non reſpon
dentis clarè,an velit eſſe hæres uel non,
& de uirtute huius pronunciæ.
Dotis cõfeſsio,quãdo ſit ualida,iuramen
toq́. ſuſtineatur, poſsitque ualere tan-
quam donatio inter uirum & uxorem.
Mulier quando non poſsit facere dotis
ſuæ conditionem deteriorem, etiam ſi
iurauit, & quando iuramentum illius
non liget hæredes.

SVMMAE.

1 *Dictio, dicti, repetit omnes qualitates ſupra de*
ſcriptas.
2 *Pronuncia afficit contumaces ad hoc citatos.*

Inter-

3 *Interrogatorio quis teneatnr reſpondere, an ſit vel eſſe velit hæres.*

4 *Reſpondentis obſcnre ob contumaciam poteſt pronunciari in deteriorem partem.*

5 *Pronuncia, quando non duret niſi quatenus durat officium illam omittentis.*

6 *Pronuncia ob contumaciam clare non reſpondentis, habet vim diffinitiuæ, & huius vigore poteſt condemnari contumax.*

7 *Pronuncia, quæ trahit ſecnm exequutionem, dnrat etiam finito officio pronunciantis.*

8 *Confeſsionem non poteſt reuocare pars, quæ habetur pro confeſſa in alterius præiudicium.*

9 *Adire poteſt quis hæreditatem vſque ad 30. annos.*

10 *Adire hæreditatem quandoque quis cenſetnr ob non ſolutionem dotium.*

11 *Confeſsio dotis valet, ſi præceſsit promiſsio.*

12 *Idem, ſi fuit interpoſitum iuramentnm.*

13 *Idem, ſi emanauit ad liberationem fratris debitoris pro dote ſororis.*

14 *Vel ſaltem valet in vim donationis inter virum & vxorem morte confirmatæ.*

15 *Mulier non poteſt facere conditionem ſuæ dotis deteriorem.*

16 *Dos non eſt amplius ſoluto matrimonio.*

17 *Dotis ſolutio ſi fuit deſtinata poſt mortem promittentis, non valet actus.*

18 *Dos addito iuramento poteſt alienari, & obligari.*

19 *Dotem non fuiſſe ſolutam non eſt coniecturandnm ex eo, quia non fuit præſtita fideiuſsio.*

20 *Scientia præſumitur rei pertinentis ad proprium commodum & vtilitatem.*

21 *Acceptatio præſumitur facta propter licentiam et notitiam prouenientem ex coniunctione ſangninis.*

22 *Abſenti an acquiratur actio ſine ratificatione notario ſtipulante?*

23 *Iuramentum operatur vt acquiratur actio abſenti.*

24 *Ratificatio vt valeat, an opus ſit viuere promiſſorem?*

25 *Hæres poteſt ratificare promiſsionem, ſi alienatio eſt facta titulo ſingulari, nec poteſt reuocari promiſsio etiam non facta ratificatione.*

26 *Ratificatio, an & quando poſsit fieri per hæredes.*

27 *Exceptio præſcriptionis debet plene & concludenter probari.*

28 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*

29 *Inramentum perpetuat actionem etiam in præſcriptione ſtatutaria.*

30 *Statutum diſcrepans a iure communi, an ſit interpretandum ſecundum ius commune.*

31 *Interpellatio conſtitnit hominem in mora.*

32 *Vſuræ veniunt a tempore in moræ actione bonæ fidei.*

33 *Iudex poteſt condemnare ad damna & intereſſe liquidanda in executione ſententiæ.*

CONSILIVM XXVI.

In Domino confido:

Non obſtantibus copioſè, & ſubtiliter allegatis per Clariſsimum I.C. Dominum Trayanum Delphinũ in hac cauſa hæredum Magnificæ Dom. Margheritæ vxoris Magnifici Dom. Antonij Cauezzani, omnino pronuntiandum eſt ad fauorem ipſorum hæredum contra Magnificos fratres de Pedochijs per ea, quæ alias latiſsime & per me, & per Excellentiſsimum Dominum Cephal. in mediũ adducta fuere, quæ minime ſublata ſunt per reſponſiones ipſius Magnifici D. Trayani, ut inferius ſequendo earnm ordinem oſtendam.

Primo enim relato fere toto ꝓceſſu reſpectu filiorum quondam Magnifici Dom. Cæſaris, ſentit ipſe Dom. Conſulens, nihil fuiſſe pronunciatum per Dominum Poteſtatem Mirandulæ, ipſos eſſe hæredes quondam Dom. Margharitę eorum auiæ paternæ, ſed tantum reſpectu Domini Cæſaris, & cum non ſit fundata in hoc intentio agentium eos ſuccumbere debere pro hac parte. Ego autem contrarium affirmo ex proceſſu facto de anno 1546. in hoc producto, fol. 40. in quo apparet, prædictum Do. Cæſarem tam ſuo nomine proprio, quam uti patrem, & legitimũ adminiſtratorem filiorum ſuorum, fuiſſe citatũ ad reſpondendum, an ipſe eſſet hæres, vel eſſe vellet prædictæ quondam Do. Margheritæ eius matris, & an ipſi eius filij eſſent, uel eſſe uellent hęredes quondam Dom. Alexandri eius fratris, quo ad proprietatem, & prædictæ quondam D. Margharitæ ex perſona dicti Domi. Alexandri pro altera dimidia, et ſimiliter fuiſſe citatos eius filios, et fuit reſponſum per ipſum Dom. Cæſarem tam ſuo nomine, quam nominibus filiorum licet minus clare, et obſcure, ut in proceſſu.

fol.

ſol.44. dubium autem non eſt, debuiſſe patrem
adminiſtratorem filiorum vocari,l.fi.in princ.&
§.1.C. de bon. quæ lib. & diſputatum fuit,an ēt
teneretur nominibus filiorum clarius reſponde
tur.& tandem fuit deciſum quod ſic,& tam ipſi,
quam filijs fuit ſtatutus terminus ad clarius re-
ſpondendum, vt in proceſſu, fol.47.& tamen ip
ſi omnes fuere contumaces, & pronunciatum
fuit in deteriorem partem ipſorum,& pronũcia
ipſa omnibus fuit notificata. & licet dicatur in
dicta pronuncia,in deteriorem partem dicti D.
Cęſaris, non tamen poteſt intelligi de ipſo Do.
Cęſare tantum nomine proprio conuento, ſed
etiam uti adminiſtratore legitimo filiorum,pro
pter dictionem (dicti) quæ repetit omnes qua-
1 litates † ſupra deſcriptas, Rui.conſ. 103. num.5.
2.uolum.Pariſ.conſil.1.num.131.& 5.numero 5.
3.volum. Et cum ipſi filij fuerint etiam ad hoc
2 citati,& fuerint contumaces,dubio † procul pro
nuncia ipſa illos affecit, alijsque præiudicium at-
tulit,Bar.& Caſtr.in l.cum filiumfam. in prin.ff.
ff.de verb.oblig.cum alijs trad per Boer. deciſi.
283.nu.18. Pronuncia autem hæc ex iuſta cauſa
emanauit, cũ teneatur reus rñdere interrogato-
rio,& pręparatorijs iudiciorũ, an ſit uel eſſe † velit
3 hęres.l.de ætate, §.ſi quis cũ hęres,& §.ſeq.ff.de
interrogat.actio.Maran.in ſua pract.ordi.iudic.
6.par.7.memb.nume.1.& contumax in reſpon-
dendo, uel in clare reſpondendo, poteſt haberi
pro confeſso,d.l.§. qui tacuit. obque contuma-
ciam † clare non reſpondentis poteſt pronuncia-
4 ri in eius deteriorem partem, gloſ.pen. in c.fin.
ubi omnes, de confeſ.in 6.Papienſ.in ſua practi.
in form.inter.fien.cum reo conuen.in gloſ.com
pellatis reſpondere, nume.3.Cum itaque ipſi fi-
lij pariter fuerint cõtumaces,& fuerit illis noti-
ficata pronuncia ipſa,debuerunt moram purga-
re,& reſpondere, quod cum non fecerint, meri-
to tenentur.

Secundo contra pronunciam reſpectu partis
D.Cęſaris multa obijcit ipſe Dominus aduerſa
rius,quæ certe nihil illam lædunt, primo q; non
durauit,niſi quouſque durauit officiũ illius præ-
5 toris † pronunciantis,Fely.in c.ex literis, nu. 12.
de conſti.ſecundò quia durauit, donec durauit
contumacia Domini Cęſaris, quę ſatis purgata
uidetur per reſponſiones factas, deinde in pro-
ceſſu per filios negantes ſe eſſe hæredes.tertio re
ſponſio Domini Cęſaris fuit clara,& per conſe
quens pronuncia erronea & nulla, iurib. in eius
allegationibus citatis.

Quo ad primum præſupponit ipſe Dominus
aduocatus,quod hæc pronuncia fuerit interlo
quutoria,quod non admittimus, cum uideatur
6 habere ulm diffiniuæ, iuxta trad.per Doct.in ru-
ff de re iudi.Rip.nu.11.& 12.& tãtæ eſt efficacię,
vt licet quis in iudicio ordinario condẽnari non
poſſit, niſi liqueat de cauſa, poteſt tamen huius
vigore, cum ſit contumax in reſpondendo, vt
per Franc.in d.c.fi.num.5. cuius mentis videtur
eſſe Papien. in loco pręcitato, nu.3. ſed admiſſo
ſine veritatis pręiudicio (quod fuiſſet interlo-
quutoria,durauit tamen etiam finito officio, nec
7 etiam potuit reuocari, ex quo traxit † ſecum exe-
cutionem,Rip.poſt Alex. loqnens in ſimili pro-
nuncia contra recuſantem reſpondere poſitio-
nibus,vt in d.c.2.quod continet eandem mate-
riam,in l.quod iuſſit,num.33.ff. de re iudi.& ſe-
quitur Menoch.alios citans,in tracta.de arbitr.
iudi.lib.2. centur.prima.caſu 51.num.30.& ſeq.
& non habet etiam locum in pęna momenta-
nea, vt hæc, ſed in ſucceſſiua. Felin.in d.cap.ex
literis, nume.15.

Secundum tollitur ex eo,quod cum eſſet ius
quæſitum actoribus ex dicta pronuntia,ut ſupra
& ius ipſorum lęderetur, & fieret deterius, non
8 poteſt pars, quæ habetur pro confeſſa, † illam
confeſſionem reuocare, Papien. in d.gloſ.com-
pellatis, nume.6.& num.11.& minus poſt litem
conteſtatam,l.is qui ſe obtulit.ff. de rei vendi.&
in propoſito Papien.d.nu.11.

Ad tertium,quod reſponſio D.Cęſaris fuerit
clara, & certa, vt ex aduerſo prętenditur, dico
hoc eſſe falſum : quia non reſpondit ſe non eſſe
hæredem ſimpliciter, & hæreditatem non adi-
9 uiſſe,quod etiam non ſufficeret,† quia in futurũ
potuiſſet adire vſque ad trigin.annos, l.licet. cũ
gloſ.& ibi Doct.C.de iure deliber. Balb. in tract.
de præſcript. quartę parte, quartę partis princi-
palis, q.19.cum autem deberet reſpõdere reſpe-
ctu futuri temporis, an eſſe vellet hæres, noluit
reſpondere clare, ſed reſpondit quod cum non
ſciret, matrem aliqua bona attuliſſe in domum
patris, niſi de eo conſtaret nolle eſſe hæredem,
niſi aſſignato termino ad deliberandum, an eſſe
vellet hæres necne! cum.beneficio inuentarij.
quo autem ad filios expreſſe dixit,ſe nolle reſpõ
dere,quo fit ut nulli dubiũ ſit, quin dubie,& ob-
ſcure reſponderit, & cum alium terminum ſibi
ſtatuerit iudex ad deliberandum vltra primum
aſſignatum, & fuerit contumax,non uideo qua-
re non potuerit pronuntiari in eius deteriorem
partem, vt ſupra,vel quomodo dicta pronuntia
poſſit dici erronea,vel iniuſta etiam de iure com
muni,cum ipſe D.Cęſar tenetur reſpondere, an
vellet eſſe hæres in futurum, vt ſupra.

Cæterum & ſi huiuſmodi pronuntia haberet
aliquam difficultatem(quod inficiamur)non eſt
tamẽ, quin cenſeatur probata intentio agentiũ,
ipſos de Pedochijs in effectu eſſe hæredes Do-
minæ Margaritæ eorum auiæ paternæ, cum ex
proceſſu appareat, & inferius oſtendam,quon-
dam D.Manfredum eorum auum paternum ha-
buiſſe libras mille monetæ longæ pro dote illius
ut ex inſtrumento in proceſſu producto,fol.13.
& cũ ipſi habeant bona dicti quondam Manfre-
di eorum aui paterni obligata pro reſtitutione
dictæ dotis,& uti hæredes ipſius tenerentur illã

dotem

10 dotem reſtituere, certe cenſentur,† non reſtituē
do adire hæreditatē, per trad. per Bar. in ſua di-
ſputatione, debitor in diem. & Aret. conſil. 161.
in præſenti conſultatione, colum. 2. Iaſ. plures ci
tans in l. non hoc, in fi. C. unde legiti. & late Ma
ran. in repe. legis, is poteſt. nu. 57. & ſequen. ff. de
acquiren. hæredita. imò cum negant ſe hæredes
Do. Margaritæ, tenerentur reſtituere totam do-
tem hæredibus D. Paulæ.

Tertio principaliter obijcitur de inualidita-
te confeſſionis dotis ipſius Dominæ Margari-
tæ, quæ etiam iuramento non ſuſtinetur, & licet
potuerit valere tamquam donatio inter virum
& vxorem, poteſt tamen reuocari uſque ad legi
timam. Secundo non ualuit obligatio per illam
facta de dote, cum non potuerit facere cōditio-
nem ſuæ dotis deteriorem, & licet ipſa iurave-
rit, iuramentū non videtur ligare eius hæredes.

Sed certe obiectio hæc parui ponderis eſt, cū
dicta confeſſio valuerit, vt in primis allegationi-
bus oſtendi: cum enim præceſſerit promiſſio do
tis, vt in dicto inſtrumento legitur, ualet confeſ
11 ſio† ſubſequens, ut per Craue. in allegato in con
trarium conſil. 40. nu. 1. quæ etiam fuit confir-
12 mata† iuramento, quicquid aliter voluerit Clar.
ex aduerſo citatus in §. donatio, q. 9. verſ. hæc ta-
men concluſio. nam præter Alcia. in primis alle
gationibus citatum, illam tenet Alex. & Soc. cita
ti per Crau. in dicto conſil. 40. num. 7. & Alcia.
in l. 1. num. 14. ff. ſolu. matri. nec dubium eſt, quin
iuramento defuncti ligētur hæredes quo ad ob
ſeruantiam contractus. cap. veritatis, de iureiur.
tum quia valuit confeſſio, ex quo emanauit ad
liberationem fratris debitoris pro dote ſoro-
ris. hoc enim caſu confeſſio non poteſt dici ſu-
13 ſpecta, † vel donatio ſimulata, ut per Bal. nouel.
in d. l. 1. num. 207. 3. limitatio. & idem ibi firma-
uit Alcia. poſt Claud. nu. 14. Marſ. ſing. 345. ma-
ritus, & Crau. d. conſi. 40. nu. 1. cum ēt, quia ut ēt
fatetur Mag. Aduocatus aduerſarius valuit ſaltē
in vim donationis inter uirum, & vxorem, quæ
14 † morte fuit confirmata, ut per Clar. loco in con
trarium citato, Alcia. in dicta l. prima, numero
13. & Rip. in l. fœminæ. numero 47. C. de ſe-
cundis nupt.

Nec quicquam facit, quod potuerit reuocari
vſque ad legitimam, l. unica C. de inoffic. don. cū
fuerint tantummodo promiſſi ducati ducentū,
qui tunc temporis compręhendebant lib. ſeptin
gentas illius monetæ, vel circa, quo caſu rema-
nebat in reliquo integra legitima cæteris duob.
filijs, quæ erat lib. centum undecim, plus minuſ-
ue, pro quolibet eorum, cum eſſent duo fratres,
& vnica ſoror, & ſic tres filij in totum, auth. no-
uiſſima. C. de inoff. teſt.

Quod autem non potuerit facere conditio-
25 nem ſuæ dotis† deteriorem, l. de die. & l. Attilici-
nus, ff. de pact. dota. cum alijs ex aduerſo addu-
ctis, non officit intentionem agentium, tum quia
ipſa Domina erat uidua, & non erat propriè am
16 plius† dos, illa quæ fuit data eius viro, iuxta no.
in d. l. 1. & 2. ff. ſolu. matri. tum quia ſolutio fuit
17 deſtinata poſt mortem promittentis, quo caſu
non valuit. l. quæ dotis. ff. ſoluto matrim. Iaſ. in l.
2. in princip. num. 27. & Purpura. in ea. lege. §. 1.
num. 56. 57. & Bal. nouel. in d. l. 1. num. 171. Et ad-
18 dito iuramento potuit† etiam obligari, & aliena
ri, vt per Alcia. in c. cum cōtingat, num. 8. & ſeq.
extra de iureiur. facit cap. licet mulieres, de iure-
iur. in 6. trad. Bald. nouel. in d. l. 1. numero 188.
Alb. conſ. 4. num. 3. & Plot. in l. ſi quando, num.
446. C. vnde vi. & licet non fuerit præſtita fide-
iuſſio de dote reſtituenda, hæc tamen non eſt
coniectura ꝙ propterea non fuerit ſoluta dos,
vt ex aduerſo obijcitur, cum hæc non ſit, nec ſuf
19 ficiens, nec probalis† coniectura, quæ repugnat
iuris diſpoſitioni, C. ne fideiuſſo. dot. dentur. in
rub. & nigro. & non probatur fuiſſe tunc tempo
ris ſolitum tales cautiones probari, ultra quod
extant, & militant tot alia fundamenta, ut nul-
lus amplius locus dubitandi remāſiſſe videatur.

Quarto obijcitur, quod non apparet quod
Domina Paula habuerit ſcientiam huius promiſ
ſionis & illam ratificauerit, ut exigitur per plu-
ra, quæ allegat Magnificus aduocatus. ſed certe
hoc dubium ſublatum eſt ex illis, quæ tam in pri
mis quam in ſecundis allegationibus deducta
fuere, & præſertim ex eo fundamēto quod hęc
fuit promiſſio dotis, quæ non exigit præſen-
tiā partis, ſed a lege fingitur, ſtipulationē inter-
ueniſſe, l. unica. §. primo, ubi Doc. C. de rei uxor.
act. nec uideo aperte uel commode reſponſum
huic fundamento niſi quod non eſt prouiſum,
quod ea ſtipulatio uires habeat conſtituta dote
mulieri abſenti, niſi prius eam ratificauerit, &
adducitur Anton. Gabr. lib. 3. ſuarum concluſio
num, in tit. de verbo. obligat. in 1. concluſio. qui
in codice meo nullū verbū facit de hac q. ſed &
tex. in d. §. 1. in verſ. ita enim. ſoluit omnem mo-
dum, cum Imperator prouiderit etiam neſcien-
tibus, ut ibi, cum nos illis ignorantibus & ne-
ſcientibus in hoc caſu noſtram induxerimus
prouidentiam.

Sed admiſſo ſine veritatis præiudicio, quòd
opus eſſet ſcientia, & non eſſemus in caſu dotis,
qui caſus eſt extra omnem aleam omnium diffi-
cultatum, ut ſupra: certe adhuc ipſi agentes de-
bent obtinere, quia cum factum huius promiſ-
ſionis dotis tenderet ad commodum, & utilita-
20 tem ipſorum† coniugum, præſumitur illos ſciuiſ
ſe, & de ea notitiam habuiſſe, clem. 1. §. fi. & ibi
Card. de conceſſ. præben. Maran. in d. l. is poteſt,
num. 129. Et certe neſcio, quo modo in mentē
alicuius ſani capitis uenire poſſet, quod quis ac
cipiat uxorem ut ignoret conſtitutionem dotis
ſibi factam fratre mediante, uel quod uxor eius
ignoret, quid & quantum pro ea fuerit conuen-
tum, uel promiſſum, & certum eſt, quod propter

ſan-

ſanguinis coniunctionem ſcientia, & notitia, &
21 per conſequens acceptatio† præſumitur facta,
Soc.Iun.conſil.67.num.2.& ſeq.3.volum.& Ce
pha.conſil.33.num.19.

Quinimò his temporibus multi ſunt Docto
res tenentes illam ſententiam, vt indiſtincte nõ
exigatur ratificatio,ſed ſatis ſit notarij ſtipulatio
22 affirmantes hanc nunc†eſſe frequentiorem ſen-
tentiam,** vt eſt videre in d.conſil.67. Soci.iu.
num.8.& ſeq.& in conſil.137.num.8.& ſeq.eo.
3.volum.Crau.conſil.252.num.2. Rolan.a Val.
conſil.19. num.22.1. uolum.Port. conſil. 176.
num.25. & ſeq. Vbi dicit, quod eſt communis
& receptiſſima ſententia, & quod totus mun-
dus eam obſeruat, quam etiam dicit communio
rem & veriorem,& ſecundum eam fuiſſe iudica
tum,Octauia. Cacher. in deciſione Pedemont.
33.num.4. & ſeq. Vbi in fine diſtinguit in actio-
ne & iure transferendo, quod hęc opin.proce-
dit,ſecus in poſſ transferenda.

Quæ opinio proculdubio procedit in dona-
tione, ut etiam dominium & poſſeſſio quæratur
abſenti,citra ratificationẽ,per text. in l.quoties,
C.de dona.quæ ſub modo,& tradit Octau.dicta
deciſione, ad fi.

Et in caſu iſto tanto clarius hæc opinio pro-
cedit, ut etiam alias dixi, ſtante iuramento in d.
23 contractu appoſito.quod operatur,† ut acquira
tur actio abſenti,vt vltra alios citatos in ſecun-
dis allegationibus tenet Rub.Alex.conſilio 73.
num.8.& 117.num.9.Rui.conſil.45.numero 5.
in 2.Nat.conſil.262.num.17.& 18.& 506.num.
15.& 16.Neuiza.conſil.35.num.22. & 50. num.
32.Bero.conſilio 13.num.13.& ſeq.3.uolum.&
Port.d.conſ.176. num.33.

Vltra quod cum ſtipulatio facta fuerit etiam
pro hæredibus d.Paulę,quorum intereſt,ut etiã
dixi in dictis primis allegationibus ſatis agen-
do cenſetur ratificaſſe.& per hæc tolluntur,quę
de ratificatione,& ſcientiã neceſſaria ex aduerſo
obijciuntur,nam ceſſant in caſibus ſupra relatis,
tametſi aliqui relati per dominum aduocatum
aduerſarium aliter autumauerint,volẽtes etiam
in caſu iurato,eorũ opinionem procedere,quod
communiter non recipitur, ut ſupra,ſicut etiam
actio potius quæritur quam poſſeſsio,ut ꝑ Octa-
ui.deciſione prærallegata, quicquid voluerit Be-
ro.in allegato in oppoſitum conſilio 4.in 1.uol.
nec eſt etiam vera illa opin. quod ad hoc ut ua-
24 leat ratificatio,opus ſit viuere† promiſſorem,ex
quo res non eſt integra ob eius mortem, cum
iam ſit quæſitum ius hæredi, ut ex Caſtr. Dec.
& alijs tradit idem Bero.dicto conſilio num.34.
quia imò quando titulo ſingulari non eſt facta
alienatio in alium, hæres tenetur, & fieri poteſt
25 ratificatio,nec poteſt reuocari†promiſsio etiam
non facta ratificatione,ut per Soci.iun. in conſ.
118.num.12.& ſeq.2. uolum. & tradit Didac.in
c.14.num.11. & 12.1.lib. ſuarum reſolutionum,
& clarius in rubrica.de teſtament. 3.par.nume.
13.& declarat etiam Iul. Clar. in d. §.donatio,
q.13.uerſicu. tertius eſt caſus.& licet Bero. in d.
conſil.teneat dictam ſuam erroneam opinionẽ
etiam ſtante iuramento, melius tamen ſenſit in
alio conſi. ſupra citato uel ſaltem in eius auctori
tate non eſt facienda uis, exemplo teſtis uarij,
Craue.conſil.16.in fi.& licet etiam Alcia.& mo-
26 der.Taurinen.ex aduerſo citati uoluerint,†non
poſſe per hęredes fieri ratificationem,tamen cõ
trarium, & melius tenet Cagnol.in.l. hæredem,
num.24.ff.de reg.iur. & latè comprobat Didac.
in d.rubrica 3.par.num.13.ante fi.quod ut dixi,
tanto clarius procedit, cum etiam ſtipulatio, il-
las amplectatur,ex quib. tollitur & penitus ſter-
nitur fundamentum, quod ex aduerſo fit in hac
prętenſa ratificatione non facta,quæ licet neceſ
ſaria non ſit, cum habeamus textum expreſ-
ſum in his terminis, tamen & ſi fuiſſet neceſſa-
ria ceſſat per tot fundamenta ſupra constructa.

Quinto nihil facit, quod eſſet probandum,
matrimonium fuiſſe profectum opera fratris D.
Ioan. Baptiſtæ: quia cum etiam nomine propo-
ſi.nihil fuerit promiſſum, ſed nomine fratris,ſa-
tis fuit,quod quomodocumque matrimonium
fuerit ſubſequutum.Nec uideo,quod Barto.uel
alius in l.cum ſeruus, ff.de uerborum obligatio.
aliter ſentiat.

Sexto ceſſat etiam fundamentum factum in
præſcriptione trãſacta per plura, quæ adduxi in
primis, & ſecundis allegationibus, quibus non
video aliter ſatisfactum.

27 Quibus addo,quod exceptio†illa præſcriptio
nis debuit ex aduerſo plene, & neceſſario & cõ
cludenter probari. Craue. conſil.201.num.29.
& cum promiſsio de ſoluendo facta fuerit poſt
mortem Dominæ Margaritæ non cæpit currere
præſcriptio ante eius obitum, quia non ualenti
28 agere†nulla currit præſcriptio.l.fi.C.de bon.ma
ter.& l.fi. C.de anna.except. Craue.d.nume.29.
nec conſtet quod ante motum iudicium lapſi
fuerunt a dicta eius morte anni 25. nullam po-
teſt dici obſtare præſcriptionis exceptionem.
Quæ tanto minus locum ſibi uendicat, ex quo
verſamur in contractu iurato, quod iuramentũ
29 perpetuat actionem†etiam in pręſcriptione ſta-
tutaria,quicquid uoluerit Bald. ex aduerſo cita-
tus,loquens in litis conteſtatione,in c.cum non
liceat,uerſic.ſed pone quod ſtatutum, de præſcri
ptio.ut tenent plures, quos citat Balb.in tracta.
præſcriptionum, 4. par.ultimæ par principalis.
q.4.cuius Bal.opin.in d.cap.cum non liceat,tan-
to minus procedit, cum fundamentum ipſius
Bal. non ſit uerum:monentur enim ea ratione,
quod cum ſtatutum diſcrepet a iure communi,
30 ſecundum ius commune non ſit † interpretan-
dum, quod non eſt uerum, ut per Alex. in l.pri-
ma,§.lex Falcidia,num.7. & 8. ff.ad leg.Falci.Iaſ.
in l.omnes populi,colum.fi. ff.de iuſt.& iu.Brun.
in

in tract. ſuper ſtat. quod ſtant.maſcu.fœmi.non ſucced. 11.arti. 2.q.num. 18. & Steph.de Feder. in tract.de interpreta.iur. 2.par.prin.nu. 4.

Ex his itaque ſublata ſunt omnia adducta cõtra hos a[illegible]ntes, & clara apparet iuſtitia eorum, & per conſequens condemnandi ſunt rei conuenti ad ſoluen.ſuam ratam dictorum ducatorũ ducentum vnà cum damnis & intereſſe dictorum agentium, ex quo per interpellationem fue
31 re † conſtituti in mora.l.mora.in prin.ff.de vſur. l.quod te, & l.vinum, cum ibi no. ff.ſi cert.pet.& poteſt iurari in litem contra eos, ex quo ſumus in iudicio, ſeu actione bonæfidei, in qua veniũt
32 † uſuræ a tempore moræ, dic.l.mora, §.1. & trad. Plot.in l.ſi quando, nu.462.& ſeq. C.unde ui. &
33 etiam poſſet Mag. Prætor condemnare † partem ad dicta damna & intereſſe liquidanda in executione ſententiæ, Rebuf.in l.unica, in glo.in alijs, nu.43.C.de ſenten.quæ pro eo, quod inter.proferuntur. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertazz.

ARGVMENTVM.

Ciues non tenentur ſubire onera realia; nec poſſunt pro illis collectati, licet habeant bona in caſtris, & hoc non obſtante, allibratione facta per Commune ad æſtimum, & licèt etiam quòd Princeps mandet opus fieri.

Et quid ſtante conſuetudine in contrarium, de qua atteſtetur Doctor excellentiſsimus?

SVMMAE.

1 *Munus illud dicitur perſonale, quod corpori cum ſolicitudine animi indicitur.*

2 *Munus perſonale non tenetur ſubire, qui non habet originem, vel domicilium in loco, vbi tale munus imponitur.*

3 *Ciues habentes bona in caſtris, non tenentur ad onera perſonalia in illis.*

4 *Et non tenentur ad munus perſonale cuſtodiarum.*

5 *Collectam impoſitam pro onere perſonali non tenentur ſoluere illi, qui non tenentur illud ſubire.*

6 *Ciues non poſſunt cogi ad onera perſonalia imponendo collectam.*

7 *Immunitas acquiritur ex priuilegio, licèt in cæterorum damnum, & præiudicium.*

8 *Onera ſi ſunt ſubeunda in locis originis & domicilii, etiam pro bonis alibi ſitis ex ſtatuto, illi eſt acquieſcendum.*

9 *Ciues poſſunt cogi ad onera extraordinaria in ciuitate pro bonis ſitis in caſtris.*

10 *Conſuetudo eſt attendenda in oneribus.*

11 *Præſcribitur collecta longiſsimo tempore.*

12 *Collecta non poteſt imponi non ſubditis.*

13 *Nec in caſtris poteſt imponi Ciuibus ciuitatem incolentibus.*

14 *Onera omnia comprehenduntur verbis generalibus.*

15 *Conſuetudo ſoluendi onera, eſt probanda.*

16 *Doctori atteſtanti de conſuetudine, non eſt credendum.*

17 *Et ſi non ſit verſatus in illa regione & non habeat notitiam illius.*

18 *Conſuetudo iuri contraria, non extenditur de perſona ad perſonam, neque de re ad rem.*

19 *Statutum imponens onera Ciuibus, intelligitur de illis oneribus, quæ ciuibus poſſunt imponi.*

20 *Lex poſterior, derogat priori.*

21 *Bona poſita in æſtimo, ſunt obligata pro collectis, quando onus eſt certum & determinatum; ſecus ſi indeterminatum, quia tunc non afficit priuilegiatum.*

22 *Confirmatio Principis dat robur, ac ſi eſſet ſtatutum.*

23 *Et maximè ſi confirmetur ipſum ſtatutum a ſummo Pontifice.*

24 *Princeps non ligatur ſuo ipſius decreto, vel ſtatuto.*

25 *Immunes & exempti non ſunt grauandi, ſi Princeps mandet, ut onus ſubeatur per Commune.*

26 *Neque enim Principi refert quòd totum onus per non exemptos ſubeatur.*

27 *Principis legis caſum cum habemus, de alio non eſt quærendum.*

28 *Confirmatio noui Principis non eſt neceſſaria priuilegio.*

29 *Immunitas ſemper eſt perpetua.*

30 *Immunitas eſt extendenda ad bona in futuram quæſita & quærenda.*

31 *Et maximè, quando priuilegium non eſt coarctatum ad certas res.*

32 *Actus inualidus, uel elidibilis, nullam meretur mentionem.*

53 *Immunitas ſi conceſſa eſt alicui per Principem habentem iura imperii, tunc onus reſpicit cæteros.*

CONSILIVM XXVII.

In Domino confido:

Mag. Ciues Regij iniuſte moleſtant a communibus & hominibus quatuor Caſtellarum & Mozzadellarum petendo a Sereniſſimo Do. Duce noſtro, vt compellantur cũ eis concurrere ad expenſas foſſionis Cruſtunei, & fouearum Ciuitatellæ, ſeu caſtri ciuitatis Regij. & omiſſo onere Cruſtanei, ad quod ipſi propter Principis noſtri Sereniſs. declarationẽ ſe iã ſubiecerunt, agnoſcentes ſuam partem dicti oneris pro hac vice tantum, iuxta tenorem ipſius declarationis quo ad onus ipſarum fouearum dicitur ipſos ciues minime teneri, nec poſſe in dictis locis, in quibus habent terras rurali æſtimo ſuppoſitas pro hac impenſa grauari pluribus fundamentis.

Primum eſt, quod iſtud munus talis foſſionis eſt perſonale, cum per operas, & labores perſo-
1 nales expediatur. illud enim dicitur munus† perſonale, quod corporibus cum ſolicitudine animi ac vigilantia principaliter extitit indictum, vt Iureconſultus inquit in l. 1. §. illud, & in l. fin. §. 1. ff. de muner. & hono. quod & Bar. angariam vocari dicit, in l. placet, C. de ſacroſan. eccl. nu. 17. & idem Alcia. in l. neminem, C. eod. titu. dicens quod angariæ dicuntur, quæ in operis perſonarum uerſantur, quod ad propoſitum voluit inter conſilia Calder. Franc. de Rampo. in conſi. 6. ſub titulo de cenſi. & de his trad. etiam Petr. Antibo. in tracta. de munc. 3. par princ. §. 2. de prima diuiſione munerum. num. 2. & ſeq. Nat. conſilio 157. num. 2. & 3. & conſi. ſeq. & Boſſi. in ſuis varijs tracta. in titu. de princ. & eius priuil. num. 100. & Aegid. Thomat. in ſuo tracta. de collect. pag. 17. & ſeq. Cum igitur hoc ſit veriſſimum, & indubitatũ, quod verſemur in munere perſonali, clara reſultat cõſequentia, quod ad illud nõ tenẽtur,
2 qui nõ hñt† originem vel domiciliũ in locis, vbi tale onus imponitur, ut eſt tex. iuncta glo. in l. libertus, §. ſola, il primo, & il ſecõdo. ff. ad municipa. & ad propoſitũ Franc. de Rampo. d. conſi. 6. 1. colum. Alex. conſil. 148. nume. 6. ſexto uolum. Nicol. Bellon. conſil. 12. nume. 8. Nat. d. conſilijs 157. & ſeq. & in conſil. 447. numero 2. & Aegid. Thomat. d. trac. pag. 5. nu. 1. & latius pag. 409. &
3 ſeq. & in indiuiduo, quod ad talia onera† perſonalia ciues habentes bona in Caſtris cogi nequeant, trad. Franc. prædictus d. conſilio 6. Nat. d. conſilio 157. numero 3. & ſeq. & admittit Rolan. a Val. conſil. 1. num. 12. 2. volum. quod non iniuria ſancitum eſſe tradit Nat. in conſ. 105. nu. 5. & 160. numero 13. quia ruſtici ad maiora onera tenentur, quam ciues, vt ibi per eum, & quod dictum eſt de ciuibus ipſis, quod non teneãtur ad hæc munera perſonalia, idem eſt dicendũ de eorum laborationibus, ut in indiuiduo pro labo
4 ratoribus ciuium† Regij, quod non tenerentur ad munus perſonale cuſtodiarum Bagnoli, conſultus reſpondit Pau. Caſtr. conſil. 317. ſuper primo quæſito, ult. dub. nu. 5. 2. vol. & ſequitur Nat. dicto conſil. 158. num. 11.

Sed difficultas huius primi fundamenti in eo ſit, quod homines ipſorum communium ſunt ſoliti onera hæc etiam perſonalia ponere ſuper æſtimo cuiuſcumque, & ponere collectam diſtribuendo hoc onus per æs & libram, & propterea prætendunt etiam poſſe grauare ciues æſtimatis, quæ quidem difficultas modico negotio tollitur, ſi quidem falluntur ipſi homines ſi putant hac via indirecta grauare ciues, cum onus non mutat ſuam primæuam, & originariam naturam, ſed illam retinet, & propterea ad illud onus tãmodo tenẽtur, & ad ſoluen. collectã co
5 gi poſſunt, qui illud perſonale onus† ſubire debebant, non qui ad illud non tenebantur, ita declarat Bar. in l. quarta. §. actor. numero 3. ff. de re iudica. & in l. vnj. num. 3. C. de mulier. & in quo loco. lib. 10. Petrus de Vbal. in tract. de collect. nu. 10. & ſeq. Soci. in conſil. 129. colum. pen. verſi. 3. principaliter, primo uolum. Rip. in d. l. 4. in prin. num. 30. & in tract. de peſte, in titulo de remed. præſeruati in §. deuenio nunc ad modum, num. 226. & Boſſ. d. titu. de Princi num. 101. & in indiuiduo, quod ciues non poſſint ad onera perſo
6 nalia cogi, imponendo† collectam, late comprobat Nat. d. conſil. 157. num. 4. & 158. 1. & ſecunda columna, quod ſenſit Rui. in conſil. pro ciuibus Regij, edito contra hos homines Mozzadellarum, & Borzani, 111. num. 15. uolum. Vbi loquitur in ſalario Poteſtatis, quod debet ſolui per capita, & idem tenet Thomat. dicto tract. de collect. pag. 408. cum ſeq. Quinimo fortius in d. conſilio uoluit Nat. & uidetur ſequi hanc ſententiam Rui. dicto conſilio, columna penulti. ante finem quod non ualeat ſtatutum, quod forenſes ad iſta munera perſonalia teneantur, per plures rationes, & auctoritates in dictis locis adductas.

Secundum eſt fundamẽtum, quod ab his perſonalibus muneribus ipſi ciues ſunt immunes & exempti propter priuilegium ſibi ſpeciatim conceſſum primo per Illuſtriſſimum Marchionem Nicolaum de anno 1423. & per Sereniſſimum Ducem Herculem primum anno 1491. & per Sereniſſimum Ducem Alfonſum primum de anno 1529. Quæ omnia priuilegia et confirmata fuere per Ser. Ducem noſtrum modernũ, & præſentem, cuius priuilegij uirtute dubiũ nõ

eſt

eſt quin ciues a tali onere liberi ſint, et immu-
7 nes, licet oous ipſum † in cęterorum damnum, et
præiudicium redundet, ut tradit Ioann. Andr. et
Abb. numero 21. in c. ſecundo, de immunita. ec-
cleſ. & idem Abb. in capitulo, accedentes, vbi Pa
ri. numero 21. poſt alios, quarta concluſione, de
præſcript. Alex. conſi. 30. ſecunda columna, in ſe
cundo volnm. Bellon. conſilio 37. numerò 5. &
* eſt communis opinio, * vt tradit Cagnol. in l.
ſecunda, numero 229. C. de pact. inter em-
pto. & vendit.

Tertio extat ſtatutum confirmatam a Sereniſ
ſimo Hercule ſecundo Duce noſtro, de anno
1535. quo cautum eſt, quod omnia onera ordi-
naria in eo expreſſa fiant in locis, vbi eſt æſti-
mum, cætera autem onera, quæ cenſentur extra-
ordinaria, ſubeantur in locis originis, & domici
lij perſonæ etiam pro bonis alibi ſitis, cui ſtatu
8 to ſtandum † eſt, vt ad propoſitum tradit Brun.
conſilio 94. Nat. dictis conſilijs 105. numero 9.
& 160. in primis, colum. vbi loquitur in decreto
Ducis Mediolani, Plot. in l. ſi quando, numero
25. & ſeq. C. vnde vi. & in indiuiduo Rui. in di-
cto conſilio 3. numero 10. tametſi non defuerint
etiam aliqui, qui autumauerint citra aliquam iu
9 ris Municipalis cenſuram, ciues † poſſe, & debe-
re cogi ad onera huiuſmodi in ſua ciuitate pro
bonis etiam ſitis in Caſtris, & in alijs locis di-
uerſæ iuriſdictionis, vt per Calcan. conſilio 100.
in cauſa, prima columna, Nat. dictis conſilijs pro
xime citatis, & in conſil. 340. num. 10. & Plot.
dicto numero 25.

Quartum & vltimum eſt fundamentū, quòd
per longam & antiquiſſimam conſuetudinem
ſemper fuit ſeruatum in illis regionibus, quod
ad talia munera ruſtici vocati fuerint, non autē
ciues, qui nunquam ad talia coacti fuere, quæ
10 quidem coofuetudo † eſt attendenda, ut ad pro-
poſitum tradit Cur. Iun. in conſilio 42. numero
6. & Rolan. dicto conſilio 12. numero 12. vbi lo
quitur de obſeruantia ſubſequuta in horum ex-
actione, de qua etiam ſcribit Sylua. in conſilijs
11 66. numero 20. & 83. numero 26. Nam & † præ-
ſcribitur etiam collectæ longiſſimo tempore.
capitulo, de quarta, vbi Doct. de præſcript. & Syl
ua. conſil. 59. num. 11.

Cæterum dubitari poſſet, quòd munus hoc
non eſſet mere perſonale, de quo tamen iure du
bitari non poteſt per adducta ſupra in primo fun
damento, adhuc iſti Magnifici Ciues grauari nō
poſſent, vel collectari pro huiuſmodi impenſa,
12 quia cum non ſint † ſubditi ipſis hominibus &
communibus, ab eis collectari nequeunt, l. re-
ſcripto, §. fin. ff. de mune. & hono. Docto. omnes
* communiter * in dicta l. placet, Silua. d. conſilio
66. in prin. & conſil. 73. nume. 2. & Nat. conſilio
149. numero 4. & 150. in fi. & ad propoſitum in
13 ciuibus † ciuitatem incolentibus, quod in ca-
ſtris collectari non poſſint, tradit Franciſcus de
Rampo. dicto conſilio 6. Calcan. dicto conſilio
100. Aret. conſilio 133. in cauſa, quæ vertitur, ſe
cunda columna, Curt. iun. dicto conſilio 42. nu-
mero 2. & ſeq. Nat. dictis conſilijs 105. & 160.
* numero 6. & in conſilio 340. & eſt communis *
opinio ut per Plot. in dicta l. ſi quando, numero
25. ex quib. iuſtificatur opinio. Rui. reſponden-
tis inter has partes d. conſil. 111.

Quibus additur, quod nedum immunitas fuit
conceſſa a Principe dictis ciuibus pro oneribus
perſonalibus, ut ſupra, ſed etiam pro realibus,
& miſtis, vt in reſcripto anni 1423. confirmato
de anno 1529. quæ verba comprahendunt pro
culdubio onus collectæ, quod eſt munus miſtū,
14 ut per omnes in d. l. placet, & cum verba † ſint
generalia, generaliter omnia onera compræhen
dunt Bald. conſilio 112. columna prima, primo
volumine Sylua. dicto conſil. 66. numero 12. &
Rolan. a Val. conſilio 5. numero 43. & ſequen.
primo volumine.

His ſtantibus fundamentis non obſtant ea,
quæ ex aduerſo allegabantur per Magnificū Ad
uocatum aduerſarium, & primo quod virtute
conſuetudinis generalis iſti ciues poſſint colle-
ctari. Quia primo negamus extare hanc genera
15 lem conſuetudinem, & illa eſt probanda, † cum
ſit facti, ut per Docto. in l. de quibus. ff. de legi.
Et licet Rol. a Val. in allegato conſil. 32. primo
volum. nume. 8. dicat de generali conſuetudine
Italiæ collectas haſce etiam a forenſibus exigi,
ei tamen non eſt credendum, cum Doctori atte-
16 ſtanti † de conſuetudine fides non ſit adhiben-
** da, ſecundum communem Doct. ſententiam, **
vt per Cagnol. in l. vnica, in prin. numero 20. ff. ſi
quis iuſdi. non obtempe. & per Iaco. Philip. Por.
primo lib. ſuarum cooclusionum. regu. & com
mun. opinio. reg. 24. & quatenus eſſet vera
opin. ipſa Ilmiratur, ut procedat in illa regione,
in qua ipſe Doctor eſt uerſatus, ſecus in alijs, de
17 quibus nullam poteſt habere notitiam, ut tradit
Durant. in tracta. de arte teſtan. titulo quin-
to, de ſubſtitut. cautela 35. numero tertio. & ſe-
quitur Port. in dicta concluſione, ad fin. & nouiſ
ſime declarat Franciſcus Hercula. in ſuo tracta.
quis teneatur proba. nega. numero 302. in quin-
ta reſtrictione, & ibi alia adducit, quæ etiam
conferūt ad hanc ſententiam, ut non ſit creden
dum doctori ita atteſtanti.

Et quatenus extaret talis conſuetudo, non
eſt extendenda de perſona ad perſonam, nec
18 de re ad rem, cnm ſit iuri † communi contraria,
ut per Aret. in dicto conſilio 133. quarta colum
na, & ante eos Bald. in conſilio 257. quæſtio. ſe-
cundo. uolumine, Bertran. conſilijs 346. nume-
ro 11. ſecunda par. primo impreſſorum, in ſecun
do, numero 3. & 56. prima & ſecunda columna,
tertio uolumine a. impreſſorum & Craue. conſi
lio 111. num. 15. & cum ciues iſti non collecten
tur in dictis locis, nec poteſt probari, quòd

vnquam fuerint collectati,ſicut etiam illa cõſuetudo tempore quo conſuluit Rui. in dicto conſilio 111.non potuit tunc probari, vt in col.fi.illius conſilij, conſuetudo ipſa nihil officit dictis ciuibus,& tanto minus in prætenſa conſuetudine vis fieri poteſt, cum verſemur in perſonalib. muner.vt ſupra:quo caſu de immemorabili conſuetudine agendum eſſet,ut per Rui.in dicto cõſilio 23.Et cum pars aduerſa ſupplicauerit Principi, ut cõpelleret hos ciues ad huiuſmodi onus ſatis aperte fatetur, quod illos collectare non poteſt,& quod conſuetudo aſſerta ad illos non extenditur. Quod etiam tollitur ſtante ſtatuto præallegato,quod tolleret conſuetudinem ſi aliqua ante illud extitiſſet, quia lex vltima tollit conſuetudinem contrariam,nt per Docto.in dicta l. de quibus, & quod quidem ſtatutum ab eius ſanctione citra ſemper fuit obſeruatum, vt paratam offerimus partem noſtram docere, ita fuiſſe ſeruatum, & contrariam fuiſſe couſuetudinem eius,quod obijciunr aduerſarij.

Secundo principaliter obijciebatur,quod vigore decreti Ducalis ſub c. 18. fuit ſtatutnm, ꝙ omnia bona, quæ exinde alienarentur in Ducatu,& diſtrictu Regij, tranſeant ſuppoſita oneribus conſuetis, & occurrentibus & cum oneribus ſuis, ſed hoc etiam facile tollitur, ut etiam illud tollit Rui. in dicto conſilio, numero 16. Nam præter id,quod exhibitum non eſt authenticum,vel in forma probanti,nec conſtat quis illud conceſſerit,vel quo tempore, tollitur primo, quia debet intelligi ſecundum iuris diſpoſitionem de illis oneribus, ad quæ tenebantur ciues illis temporibus, non de nouis oneribus ſubinde poſitis in ęſtimo & in collectis,& maxime de
19 perſonalibns muneribus,ad quæ ipſi ciues† non tenentur, & tunc temporis, vt dicit Rui. dicto numero 16. in fi. rantum imponebatur in collecta ſalarium Poteſtatis,ſed cum poſt illud aſſertum decretum emanauerit ſtatutum de anno 1535. quod abhuc tempore conſilij Rui. non erat conditum,ceſſat omnis ſcrupulus, cum ul-
20 tima † lex deroget priori. l. ſed & poſteriores, ff.;de leg. & per Doctores in l. pacta nouiſſima. C.de pact. Vltra quod id,quod dicitur,bona poſita in æſtimo cenſeri obligata pro collectis,& tranſire cum ſuo onere, procedit quandꝫ onus eſt certum,& determinatum ac perpetuum; ſe-
21 cus ſi indeterminatum, quia † tunc non afficit perſonam priuilegiatum, Bald.in titulo de pace Conſtan.in uer. munitiones, Doctor.in capitulo primo.de immun.eccleſ.in ſexto, Barb.conſilio primo, in tertio uolumine, dictis conſilijs 94.ſecunda columna,& 103.ante fi.& Plot.in dicta l. ſi quando, numero 25.ac Sylua.qui inſerit ſuo conſilio allegationes Oldra. in hoc puncto non impreſſas in conſil. 32. num.19.

Non obſtant etiam ea, quæ pro reſponſionibus ad fundamenta noſtra ex aduerſo adducebantur. & primo ad ſtatutum conditum de anno 1535. quod †non liget dictos aduerſarios non ſubditos,ad not.in l.fin. ff. de iuriſdict.†omninm iudicum, quia iſta reſponſio non ualet
22 obolum, ſtante† confirmatione Sereniſſimi Ducis, quæ illi dat robur ac ſi eſſet Principis ſtatutum.l.prima, ver. omnia, numero 6. de vete iu. enucle trad. Doct.in capitulo, cum acceſſiſſent, de conſtit.& Roch.Curt.in tract.de conſuetud. numero 274.& de confirmatione ſtatuti facta
23 per ſummum† Pontificem ſcribit Roma.conſilio 12.viſo facto propoſito, ſecunda colum. numero primo,in fi. & in terminis Bellon.conſilio 37.numero quinto.

Sicut etiam non obſtant reſponſiones datæ ad priuilegia, & immunitates conceſſa & conceſſas dictis ciuibus.

Et primo,quod immunitas non cenſeatur cõceſſa reſpectu intereſſe Altitudinis conceden-
24 tis,quia decretum vel ſtatutum† Principis non ligat ipſum principem,Roma.conſilio 440.circa fin.& Cagnol. in l. frater a fratre, numero 104. ff.de condi.indebi.Nam reſpondetur,quod priuilegium iſtis ciuibus conceſſum non præiudicat ipſi Sereniſſimo concedenti, quin ab illis ſuo arbitrio poſſit omnia onera exigere, pro vt exegit,& exigit reſpectu foſſionis Cruſtunei,ſed dicimus quod quando Princeps mandat ali-
25 quod onus ſubiri per Commune, quod iũctim munes & exempti non ſunt grauandi,& non cõueniunt ſub illo generali decreto, ſeu mandato dato.ita trad. Caſtr. in conſilio 317. viſo, & examinato,primo dubio, prima colum. & conſilio 187.notandum eſt, 2.dub.2.volum.Vincent.de Paleo. inter conſilia Alex.conſ.50.viſo,niſi 2.columna,uerſic.non obſtat,ſequitur Cur.iun. conſil.106.num.13.& Rui.conſil.219 num.5. primo uolum. Nec propterea minus exigit Princeps
26 cum totum† onus per non exemptos impleatur, & ſubeatur,vt in terminis dicit Caſtr.dicto conſilio 317.colum.pen.poſt med.verſic.ſed & 3.dico, & ſequitur Rui.d.conſil.num.6.verſi.3.non intelliguntur.

Secunda reſponſio ꝙ non extendatur ad bona poſt immunitatem acquiſita, nihil etiam officit intentioni noſtræ.

Primo, quia ſumus extra difficultatem, quia priuilegium conceſſum per Marchionem Nicolaum expreſſe compręhendit omnes ciues futuros,& omnia bona futura, & in claris non eſt
27 opus coniecturis,& cũ habeamus† caſum l.Principis,non eſt ſuper ea dubitandum,Crau.ex Bal. in conſilio 31.numero 7.& licet in confirmatione facta de anno 1523. Sereniſſimus Dux Alfonſus addiderit ſuo reſcripto pro bonis acquiſitis tantum, non propterea ſublatum fuit primum priuilegium, quod nulla egebat confirmatione
28 facienda per nouum Principem, ut per Craue. conſ.241.num.17.& Reſtaur. Caſtal.in tract.de

Imperatore, quæſt. 3. ante fin. & in priuilegio immunitatis firmat Alexan. conſil. 33. col. fi. uerſic. non eſt curandum, quinto uolumine. Bertran. conſ. 108. in prin. 3. par. priorum, & ita fuit deciſum in conſil. Neapol. vt per Afflict. deciſ. 128. num. 12. Quod ratione comprobatur, quia im-
29 munitas ſemper † eſt perpetua, Alba. in l. antepenult. in fine. ff. de annu. leg. & Tiraquel. in repet. l. boues §. hoc ſermone, 8. limitatione, numero quarto. ff. de verborum ſignificationibus. licèt cum uerſemur (vt dixi) in munere perſonali, ſimus etiam extra omnem difficultatem, quia re ſpectu onerum perſonalium per omnes Sereniſſimos Duces & omnibus temporibus ſemper fuit ſubſequuta confirmatio.

Secundo replicatur, quod etſi eſſemus in iuris communis diſpoſitione, adhuc verior, & communior videtur opinio tenentium, immunitatẽ
30 extendendam † eſſe, etiam ad bona in futurum quæſita, & quærenda, vt voluit Bar. in conſ. 59. Commune Spoleti. ſecundo dub. num. quarto. & Bal. in conſi. 407. ſuper facto, ſecundo dubio, quinto volum. & videtur ſequi Aret. in l. ſi ex toto, in princip. ſecunda colum. ff. de leg. primo, & expreſsè Alexan. in conſil. 168. & conſil. 193. 2. dub. ſecundo volum. quam opinio. dicit magis communem Pariſ. in conſil. 68. numero 9. & 10. primo volum. quando priuilegium non eſt coar-
31 ctatum ad certas † res, & in his terminis, in indiuiduo, in priuilegio Ciuium aduerſus ruſticos tenet Nat. dictis conſilijs 160. num. 23. & 26. & 340. num. 12. 15. & ſeq vbi voluit, ad ciues futuros, & bona futura extenſionem eſſe faciendam, & ibi etiam alia ad propoſitum citat.

Quod autem tertio loco reſpondebatur de ſurreptione gratiarum & immunitatum conceſſarum dictis Ciuibus, ex quo non fuit facta mentio de d. aſſerto decreto cõceſſo aduerſarijs faci le tollitur. Quia iſta exceptio nũc oppoſita retorquetur contra partem aduerſam, cum priuilegium nobis conceſſum de anno 1423. vt credo, ſit prius (loquor per credulitatem, quia non vidi illud ſuum ſcartafaccium habere annum, vel menſem) & propterea poſſumus nos iuſtius opponere de ſurreptione uel obreptione ſui decreti: Vltra quòd cum illud decretum nobis non officeret, nec comprehẽdat caſum, quo poſſent grauari Ciues præter ius commune, vt in caſu iſto pro munere perſonali, non erat de eo facienda aliqua mentio, etiam ſi de illo habita fuiſſet ſcientia, quod non conſtat: quia de actu inualido, uel elidibili, nulla eſt neceſſario mentio
32 † facienda, Fel. in c. ex tenore, num. 2. de reſcrip.

Poſtremo loco non obſt. quod pro reſponſione quarto loco dicebatur ex aduerſo. quod aut debebant Ciues ad huiuſmodi impenſam concurrere, aut erant dicti homines aduerſarij pro eorum rata exonerandi, quia hoc tollitur, licèt reſpectu exonerationis nihil ad Ciues, cum com munis ſit. opinio. Docto. quod quando conceſſa eſt immunitas aliquibus per ſupremum Principem habentem iura imperij, vt in Principe noſtro Sereniſſimo, tunc † onus reſpicit reliquos, & nulla detractio eſt facienda, ut per Ioan. And. & Abb. num. 17. in 4. concluſione. in d. capit. ſecundo, de immun. eccleſ. & in capit. accedentes, vbi Fel. colum. pen. num. 7. in prima concluſione, in fi. de præſump. Aufrer. in addit. ad deciſionem 348. Capel. Tholoſ. 4. concluſ. Rip. in d. l. quarta, in prin. nume. 37. & Cagnol in d. l. 2. num. 126. C. de pact. inter empt. & vend. & poſſem alios ſexcentos allegare idẽ tenentes, quos ſcienter omitto. Quæ omnia tam lato folio adducere volui ad tollendum adducta ex aduerſo, quod eis in caſu noſtro ſit opus, quia verſamur in munere perſonali, pro quo nullo modo iſti Ciues grauari poſſunt, vt ſupra apertiſſime oſtenſum fuit. Verum quia cerno hos inquietos aduerſarios tentare, ut oſtium aperiant reſpectu aliorum onerum, etiam non perſonalium, propterea ultra ea, quæ ſuper illis ſcripſit Rui. in d. conſ. et poſt eũ excellẽtiſ. Catus, cuius conſilium etiam exhibetur, aliqua uolui ego quoq; addere ex neotericis, qui in hac materia ſubinde ſcripſerũt, cõfutando fundamenta aduerſaria, tendentia magis contra Ciues reſpectu onerum miſtorum, vel realium, quam perſonalium, ſuper quo puncto etiam egregie & ſcitè ſcripſit excellẽtiſ. Dominus Gerardus Mazzolus, mihi maior honorandus, cuius etiam conſilium, ipſis clariſ. DD. Conſiliarijs exhibetur. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Ruin. conſil. 3. in tertio, uidendum eſt, quod maxime fauet huic parti.

ARGVMENTVM.

Donatio propter nuptias, quando debeatur, licet non ſoluta, & quando non poſsit reuocari prætextu ingratitudinis, vel quia vxor matrimonium & cohabitationem deſeruerit?

Iniuriarum actione, quando teneatur aliquis, aut excuſetur, licèt verba iniurioſa protulerit? & quando hoc nomine tamquã ab ingrato poſsit auocari donatio ob cauſam uel ob matrimoniũ?

S V M M Æ.

1 *Actor non auditur, qui non obſeruauit conuenta.*

2 *Maxime cum ſumus in contractu reciproco.*

3 *Donatio propter nuptias dote non ſoluta non debetur, quia pari paſſu dos, & donatio procedunt.*

4 *vxor, quæ deſeruit matrimonium, & cohabitationem viri, priuatur nedum donatione, ſed & dote propria.*

5 *Ingrata vxor donatione priuatur.*

6 *Hæredes proteſtantis, velle reuocare donationem, poſſunt illam reuocare.*

7 *Legitima priuatur filius, ſi atrocem iniuriam patri inferat.*

8 *Laudum in rem iudicatum tranſactum pro veritate habetur.*

9 *Conditio importatur ex ablatiuis abſolutis.*

10 *Et habet vim cauſæ finalis, & eſt de ſubſtantia probationis.*

11 *Mora non incurritur ante aduentum conditionis.*

12 *Obligatione pendente a facto alterius, vel a futuro euentu, ante factum vel euentum nemo tenetur.*

13 *Actor habet intentionem ſuam fundatam negando reum conſeruaſſe conuenta, vel impleuiſſe condicionem.*

14 *Exceptio eſt concludenter probanda.*

15 *Inobſeruantia unius, non debet facere alium cadere a iure ſuo.*

16 *Notariorum inhabilium rogitus, & inſtrumenta poteſt ſtatutum infringere.*

17 *Verba non ſufficiunt, vbi opus eſt factis.*

18 *Oblationi vires non tribuit præſentatio pecuniæ, niſi fiat numeratio coram teſtibus.*

19 *Depoſitum non valet, ſi non numerentur pecunia præſentata.*

20 *Oblatio non ſufficit ad conſequendum actionem, quando quis tenetur præſtare fideiuſſores, vel depoſitum facere.*

21 *Oblatio facta parte abſente, & non citata, non valet.*

22 *Vel ſaltem debuit fieri notificatio.*

23 *Notificatio ſaltem eſt facienda parti, quando citatio non eſt neceſſaria.*

24 *Donatio propter nuptias non debetur ſi non fuit ſoluta, modo maritus ſubſtinuerit onera.*

25 *Debetur autem, licet vxor non ſoluerit dotem, ſi non fuit in mora ſoluendi.*

26 *Vxor, quæ pernoctauit foras, non incurrit pœnam, ſi apud parentes & fratres fuit.*

27 *Vxor, quæ receſſit a viro ob falſam ſuſpicionem veneni, non tenetur redire ſine ſecuritate.*

28 *Et iuſta cauſa excuſat a pœna receſſus.*

29 *Matrimonii ſeparatio facienda eſt propter hæreſim.*

30 *Teſtimonia recepta, parte non citata uel monita, non probant, & nulla ſunt.*

31 *Et ſi eſſent etiam mille teſtes, non faciunt indicium.*

32 *Teſtium ad perpetuam rei memoriam in examinatione requiritur partis citatio & litis conteſtatio.*

33 *Ingratitudo non probatur, niſi per probationem plenam & factam parte citata.*

34 *Mulier ex confeſſione ſine ſolemnitatibus ſtatuti, nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur.*

35 *Confeſſio mulieris de crimine, vel iniuria facta ſine curatore etiam iudicialiter, non valet.*

36 *Iniuria non infertur, ſi verba iniurioſa dicuntur ad alium finem quàm iniuriandi.*

37 *Nec verba poſſunt dici iniurioſa, quæ non lædunt famam.*

38 *Vel ſi quis referat aliorum dicta.*

39 *Iniuriandi namque animus requiritur, vt quis teneatur iniuriarum.*

40 *Et requiritur dolus iniuriantis, nec ſufficit cauſa, vt num. 41.*

42 *Et non cenſetur iniurians velle alicui iniuriam inferre, & verba ſunt accipienda in benigniorem partem.*

43 *Conuitium eſt dictum animo corrigendi.*

44 *Iniurioſa non præſumuntur verba in publico prolata.*

45 *Et excuſatur quis ab iniuria ex iuſta cauſa.*

46 *Vel ſi quis proferat verba, de quibus erat fama.*

47 *Vel ſi audiuit ab amicis, & conſanguineis.*

48 *Vel ſi a teſtibus fuit deceptus.*

49 *Donationes ſi non reuocauit viuens donans iniuriatus, nec hæredes poſſunt reuocare.*

50 *Et an ſufficiat reuocatio facta extra iudicium?*

Et

51 Et an conſtare debeat circa reuocationem de aperta voluntate defuncti donationis?

52 Donatio propter nuptias in compenſationem ætatis, & pulchritudinis, eſt remuneratoria.

53 Donatio facta, vt matrimonium ſequatur, eſt ob cauſam, & quæ iura in ea habeant locum.

54 Et l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. non habet locum in ea.

55 Et ita fuit iudicatum, &

56 Donatio hæc ob cauſam, non reuocatur etiam propter ingratitudinem.

57 Donatio remuneratoria non reuocatur ingratitudine aliqua.

58 Et iura loquuntur de reuocatione in mere gratuita donatione, non in ea, quæ fit ob merita & titulo oneroſo.

59 Cum ipſa ſit donatio propter cauſam.

60 Et pari paſſu incedat cum dote, ſitque contractus oneroſus, & irreuocabilis.

61 Dos propter iniuriam reuocari non poteſt, ſicque

62 Donatio facta in matrimonio reuocari non poteſt fauore dotis.

63 Litteræ recognitæ probant.

64 Reconciliatio, quando dicatur facta?

65 Hincneq́ non poſsit reuocari donatio etiam ſimplex prætextu ingratitudinis.

CONSILIVM XXVIII.

In Domino confido;

ILluſtris & nobilis matrona Dom. Aemilia Pia de Sabaudia nobilis Ferrariæ, & vxor quõdam Illuſtr. Co. Ladislai Comitis in Hãg. medio ſui legitimi ꝓcuratoris egit coram Sereniſs. Dom. Duce ſuperioris, & inferioris Bauariæ contra hęredes d. olim Co. Ladiſlai, ad ſummam ſcutorum, ſeu coronatorum aureorum decem millium eidem donatorum in contractu matrimonij inter partes contracti de anno 1554. ſuꝑ cuius donationis validitate amplum conſilium menſibus præteritis edidi. Pro parte dictorum hæredum ad illam excludendũ opponuntur plures exceptiones, quę 1. facie vĩr iuridice; & primo quod agitur vigore cõtractus matrimonij ad donationẽ ipſam, quẽ quidẽ contractũ nõ obſeruarũt, & fratres Illuſtres ipſius illuſt. agentis nec ẽt ipſa Dña. actrix, quo fit ut mi-
1 nime † ſit audienda, l. cum proponas, la ſeconda,
C. de pact. Bal. in l. ex prædijs. C. de euict. in l. cũ,
qui. §. qui ita. ff. de uerbor. oblig. & tanto magis,
2 cum uerſemur † in contractu reciproco, l. Iulianus. §. offerri, ff. de ac. emp. Dec. in l. filię licet, nu. 2. & ſeq. C. de colla. nec poſſunt facere fundm̃ in in laudo, cuius formam non obſeruarunt, & propterea ſe indignos reddiderunt, argumento l. auxilium, in fi. ff. de minor.

Secundo, quia cum dos, & donatio propter nuptias pari paſſu incedant, l. cum multæ, in fi. prin. C. de donat. ante nupt. & donatio ipſa debeat eſſe æqualis in quantitate, quotitate, & pactis cum dote, auth. dos data, C. eo. tit. ſicut ipſe Comes nunquam habuit, vel potuit habere dotem ipſius Illuſtr. agentis, ideo non videtur ꝙ ipſa quoque poſſit agere ad dictam donatio-
3 nem, quæ dote non ſoluta † non debetur, §. illud quoque, in Auth. de non eligen. 2. nuben. collat. 1. & tradit Afflict. deciſione 242. numero 2. & numero 3. in fi.

Tertio, q̃a ipſa Illuſt. d. actrix deſeruit mr̃imoniũ, & cohabitationem viri vſque ad eius mortem ſine iuſta cauſa, ideo videtur priuanda nedũ
4 † hac donatione, ſed & dote propria, l. conſenſu, §. uir quoq. C. de repud. §. quia uero plurimas, verſic. ſi nolente viro, in Authen. vt lice. mat. & auiæ, coll. 8. & in §. ſi igitur. uer. uel etiam inuito viro, in Auth. de nupt. collat. 4.

Quarto, cũ ipſa atroci iniuria affecerit pſum Illuſtrem Com. eius uirum, ipſum imputando de hæreſi, et de venenatione primæ uxoris, & negando nelle unquam amplius redire cum ea, do-
5 natione ipſa ut ingrata, priuata † cenſetur, l. fi. C. de reuocan. don. & in c. fi. de don. prout ipſe illam reuocaſſe cenſetur, uiuens proteſtando, ut in inſtrumento ipſius proteſtationis, quæ com-
6 minatio ſatis eſſe uidetur, ut nunc eius † hæredes illam reuocare poſſint, ut per Rip. in d. l. fi. q. 62. numero 68. ſicut etiam priuatur filius legitima
7 ſi atrocẽ iniuriam † parenti inferat, §. aliud quoque, in Auth. ut cum de appella. cogno. colla. 8.

Quib. tñ minime refragantib. prædicti hr̃des veniunt omnino condemnandi ad ſolutionẽ dictorum ſcutatorum decẽ milliũ donatorũ, ut ſupra, & ad reſolutionem omnium ex aduerſo exceptorũ, & oppoſitorũ, præſuppoſita ualiditate d. donationis, de qua ambigendũ nõ eſt, per ea quæ alias in cõſ. 1. loco edito allegata ſunt. In facto permittendũ eſt, ꝙ poſt matrimonium inter prædictos Illuſt. Dños coniuges contractũ ortæ fuere nõnullę ſuſpitiones prædicto olim Co. Ladislao, tunc habitanti, uel cõmoranti in domo Illuſtriũ prædict. de Pijs in ciuit. Ferrarię, qd̃ illũ ueneno interimere voluiſſet, & querelã hanc detulit. Seren. Herculi feli. record. Ferrariæ Duci, qui magnam inquiſitionem de hac re fecit medio officialium ſuorum, procedendo ad capturã & ad alia huiuſmodi contra ſeruitores, & fami-

liares illius domus, ſuſpectos ipſi Com. propter
quæ non leuis diſcordia inter partes orta fuit,&
propterea ipſe Com. ſe retraxit a cohabitatio-
ne & conuictu in ea domo,& cũ in dies augerẽ-
tur ſuſpitiones & diſcordiæ, ipſa Illuſtr.D.Aemi
lia tunc adoleſcentula ſub gubernio matris ,
& fratrum exiſtens,quibus erat, ut dicebatur, ob
ſequentiſſima, fuit repoſita in monaſterium Mo
nialium Sancti Bernardini huius ciuitatis Ferra
riæ per dictos eius matrem,& fratres, timentes
ne ipſe Domi. Com. ob dictas ſuſpitiones, licet
iniuſtas, ſæuiret in illam & ſi innocentem, & in-
noxiam ob maximum odium aduerſus ſocerum,
& totam familiã Piam, iniuſte per illum conce-
ptam ad ſedandas, & componendas diſcordias
haſce ortas ex falſa ſuſpitione ipſius Com. pro
ut repertum fuit ex illa diligentiſſima inquiſitio
ne facta per Principem illam, fuit factum com-
promiſſum in prædictum Sereniſſimum Ducem
per ipſas partes, ſuper omnibus iſtis controuer
ſijs, & præſertim ſuper eo, quia prædicta Illuſtr.
mater timore offenſionis faciendæ per dictum
Com. filiæ nolebat illam per illum duci in Ger-
maniam,pro ut hæc omnia ferè narrantur in in-
ſtrumento laudi lati per prędictum Sereniſſimũ
Ducem. Qui tandem Sereniſſimus arbitrator au
ditis , & conſideratis iuribus & rationibus par-
tium, laudum ſuum tulit in cauſa productum ,
quod acceptauit ipſe Do. Com. Ladiſlaus, vt in
genuè fatentur hæredes illius in ſuis exceptioni
bus in hac cauſa productis . in quo quidem lau-
do ipſe Princeps Sereniſ. primo pronuntiauit,&
declarauit, quod inſtrumentum dotis ipſius Il-
luſtr. agentis, ſuper cuius celebratione inter par-
tes quæſtio etiam orta erat, fieri deberet ſecun-
dum formam & tenorem ultimæ capitulationis
inter partes initæ, cuius uirtute nunc agitur, ni-
hil eius ſubſtantiam, & effectum alterando, pro
ut per ſuos Magnificos Conſiliarios circa formã
ipſam oportunè fuerit declaratum, & excepto
quòd fructus dotis deberẽt inſeruire onerib. ma
trimonij, qui tamen per dictam Illuſt. Do. Aemi
liam eſſent percipiendi & erogandi in ſuos ne-
ceſſarios vſus. Præterea inhærendo oblationi
per dictum Dom. factæ, declarauit ipſum Dom.
Com. per biennium futurum non poſſe abduce-
re vxorem ſuam extra ſtatum ipſius Seren. Du-
cis Italum, ſed in illo illam tenere reſeruato ſibi
arbitr. a d. biennio ad ſeptennium concedendi
dictam abductionem, vel non concedendi, pro
ut ex ſignis,& indicijs, quæ in dies ſibi conſtarẽt
de dilectione uel odio erga dictam eius vxorem
ipſe arbitrari poſſet. Inſuper (ut tãtummodo ea,
quæ ad rem pertinent tangamus) declarauit, ꝙ
præter fidem per illum præſtitam ipſi Sereniſſi-
mo Principi, etiam teneretur pro tutela, & cau-
tione alterius partis in dominij illius Sereniſſi-
mi arbitratoris præſtare fideiuſſores Germanos
vel Italos, vel depoſitum realiter facere, pro ſum
ma ſcutatorum quindecim millium, & quæ cau
tio durare deberet ad arbitrium ipſius Sereniſs
Ducis, qui inſpectis ſignis, & præſumptionibus
pacis,& amoris ipſorum Dominorum cõiugum
liberaret exinde ſuo arbitrio talẽ cautionẽ, uel
depoſitum. Poſtremò declarauit, quod effectua-
tis, & adimpletis ſupradictis deberet in conti-
nenti conſignari prædicto D.Co.& reſtitui præ
dicta illuſtris eius uxor, pro ut tali caſu ex tunc
illam ſibi reſtituit & reſtitui mandauit, & ut latè
in dicto laudo lato, ut ſupra in rem iudicatam
8 trãſacto, quod pro veritate† habetur, l.ingenuũ,
ff. de ſtatu homi.& l. res iudicata. ff. de reg. iur.&
per Curt. iun. loquentem in laudo, in conſil. 177.
num. 12. & 13. Cuius laudi obſeruationem & va
liditatem non diffitetur etiam pars aduerſa, in di
ctis ſuis exceptionibus. Stante hoc facto pręnar
rato, ex quo ius oritur, l. ſi ex plagis, §. in cliuo, ff.
ad leg. Aquil.& l. ut reſponſum, C. de tranſact. in
iure præſupponendum eſt etiã, quod antequam
ipſi Illuſtres de Pijs, ad aliud faciendum tenerẽ
tur,& præſertim ad reſtitutionem ipſius Illuſtr.
actricis faciendam ipſi Do.Co. ipſe primo debe-
bat præſtare cautionem illã pro d. ſcutatis quin
decim millibus, vel per fideiuſſorum mercatorũ
præſtationem, vel per reale depoſitum, ut in lau
do, quod ſatis oſtendunt verba illa, effectuatis
9 & adimpletis ſupradictis, quæ inducunt† condi-
tionem. l. a teſtatore. C. de condit.& dem. l. eui-
ctis agris. ff. de euict. tradunt omnes Do. in rub.
ff. ſolu. matr. ubi latè Rip. nu. 30. & ſeq. nam con-
ditio dẽt adimpleri in forma ſpecifica, l. Meuius,
& l. qui hæredi. ff. de condit.& dem. habet enim
10 vim cauſę finalis,& eſt de ſubſtantia† probatio-
nis, vt hæc & alia ad propoſitum refert Tiraq.
in tract. conuent. in §. 2. gl. unica nu. 3. & 4. Nec
dicti nobiles de Pijs, ut dixi, ad reſtitutionẽ ip-
ſam tenebantur priuſquàm ipſe Co. adimpleret,
11 tum quia quis non conſtituitur† in mora, vel ei
currit tempus ante aduentum conditionis, l. pe-
nult. §. procedit, ff. de excuſ. tut. & l. quoties in
diẽ. ff. de uer. obli. Bar. & oẽs in l. ſi cui legetur, in
ſi. prin. ff. de leg. 1. cũ alijs citatis per Tiraq. in d.
trac. in gl. nu. 25. & in tit. præcedenti, de retract.
lign. §. 1. gl. 10. nu. 47. tum quia quando obligatio
alicuius dependet a facto alterius, vel a futuro
euentu, ante illud factum uel euentum ipſe non
12 tẽetur, nec interim illi poteſt currere† tp̃s. l. 3. §.
ſi quis hæredi. ff. de ſtatu liber. cum alijs citatis
per Socin. in conſil. 76. colum. 3. verſic. confir-
matur alia bona ratione. 1. volum. & latius per
Tiraq. in d. num. 47. Ex quibus apparet inten-
tionem ipſius Illuſtr. actoris fundatam fuiſſe ne-
13 gando, conditionem ipſam† fuiſſe adimpletam,
& prædictum D.Co. vnquam obſeruaiſſe præ-
dicta per trad. per glo. in l. 2. vbi omnes, C. de iu
re emphi.& ad propoſitum in l. in illa ſtipulatio-
ne, ſi calendis, ff. de verb. oblig. & ibi Rip. nu. 14.
& 15. & ꝙ habeat fundatam intentionem ſuam
qui

qui negat per aduerſariũ fuiſſe obſeruatum, vel
adimpleta adimplenda pro eius parte, admittit
Crau.conſil.83.ſecunda colum.& latiſſimè pro
ſequitur nouiſſimè Franc.Hercul.Peruſ.in trac.
quis teneatur probare negat.2.limit. nume.35.
vbi plures ad propoſitum adducit, & quando
negatur factum, quod aduerſarius feciſſe aſſerit,
non eſt opus alia probatione.l.ei qui dicit,ff.de
probatio.& Franciſc.prædictus dic.tract. in 4.li
mitatio. numero 54.

Conſtat itaque, quod primo ipſe Co. teneba
tur laudo parere, & præſtare talem cautionem
& tenentur eius hæredes ipſum illud feciſſe pro
bare, vt fundent exceptiones ſuas, quas conclu-
14 denter probare† debent, cum in eis actores di-
cantur, l.1.& 2.ff.de exceptio. Crauet.in con-
ſilio 201.numero 29.

His ſtantibus præmiſſis in facto,& in iure ſub
ſiſtentibus, ceſſant omnes exceptiones. quæ ex
aduerſo pro parte dictorum hæredum obijciun
tur, & quæ minimè ſunt potentes ad tuendum
hæredes prædictos, quin teneãtur ad petita per
ipſam Illuſtr.actricem. Nam quod ad primam at
tinet de inobſeruantia ipſorũ Illuſtrium de Pijs,
illa nullo iure probat, tametſi ipſa Illuſtris actrix
nõ poſſet ſuis iuribus ob illorum obſeruantiam
15 †priuari, vt in toto tit.C.ne filius pro patre, vel
econtra. & non debet alteri per alterum iniqua
conditio inferri,l.non debet.ff.de reg.iu.& cum
ipſa Domina actrix nõ interuenerit in illo com
promiſſo, nec ad aliquid fuerit condẽnata, non
poteſt dici, illam non obſeruaſſe,& commodum
illius laudi amiſiſſe.

Secundo, cũ ex ſupra deductis conſtet quòd
prius cauendum erat per dictum Com. nec con
ſtet, illum obſeruaſſe pro parte ſua, ceſſat omnis
ſcrupulus. Nec quicq̃ fuit aſſertum, illud inſtru-
mentum oblationis, vt dicitur, realiter factæ de
deponẽdo dicta quindecim millia ſcutata, ut di-
citur rogatum per ſer Chriſtophorum de Acca
rijſis aſſertum notarium Centi, quia primo, illud
nullam fidem facit, ex quo ipſe ſer Chriſtopho-
rus non erat notarius matriculatus in collegio
notariorum ciuitatis Ferrariæ, ſub rubrica de pę
na eius, qui exercuerit officia notariatus, & in
alio ſtatuto ſub rubr. de notarijs forenſibus. In
quibus quidem ſtatutis declarantur omnes rogi
tus illorum tam contractuum vltimarum volun
tatum, & omnium actorum etiam iudicialiũ, vel
extraiudicialiũ fore & eſſe nullos, & inualidos,
quòd aut ipſe non fuerit tunc notarius huius ci
uitatis ex ipſiuſmet ſubſcriptione conſtat, qua
affirmat ſe notarium terræ Centi, & id etiam ap
parebit ex auctentica fide officialium collegij ip
ſorum notariorum. Dubiũ aũt non eſt, quin itala
ſtatuta valeant, & poſſint tales rogitus,& inſtru
16 menta infringere,& inualidare,† vt ad propoſi-
tum trad.Bald.conſil.179. inſtrumentum, 3.vo-
lum. Ang.in conſil.194. viſis proceſſibus,1.dub.
ſecundo volum. Fulg.conſil.151. egregius miles,
colum.3.in fi.Corn.conſil.232.4. volum. Quod
admittit Dec.conſil.17.num.1.& 169.num.2.Ni
col.Bellon.conſi.22.num.7.Boer.deciſ.242.nu.
4.& in hoc ſtatuto Ferrariæ, trad.Rui.conſ.69.
num.8.& ſeq.3.volum.

Secundo poſito,& nõ conceſſo, q̀ d.rogitus
valeret,& quòd ipſe d.Comes Ladiſlaus feciſſet
illam oblationem,& ea omnia, de quibus in illo,
non tamen ſatisfeciſſe dicitur oneri, & obliga-
tioni, de quibus in dicto laudo: nam certum eſt,
quòd nullos fideiuſſores præſtitit, nec pecuniã
realiter depoſuit, ſed tantum verbaliter obtulit
17 deponere;& vbi eſt opus†facto, verba non ſuffi
ciunt, glo.in c.paſtoralis, de offic.ord. Alex.in l.
ſi mora, num.4. ff.ſoluto matrim.& Neguſ.in tra
cta.de pigno.& hypot. 5.par.princip. 2.par.ter-
tio membro, in princ.nu.1. nec præſentatio pe-
cuniæ, vt dicitur facta, maiorem vim illi oblatio
ni tradere potuit, quia non conſtat quòd fuerit
in illa ſumma, & propterea opportuiſſet, illam
18 †numerare coram teſtibus, Bar.in l.cum ſeruus,
ff.de condi.& demonſtr.Alexand.in d.l.ſi mora,
num.8.Neguſ.d.num.2.Bertran.conſil.97.num.
2.& ſeq.ſecũda par. primò impreſſorũ.& Rip. in
l.ſi inſulam, num.68.ff.de verb.obli.Quod etiam
29 procedit†in depoſito faciendo, quod aliàs non
valeret, vt per Tiraquel.in dicto tracta.connen-
tio.§.4.gloſ.6.num.22.& Rolan.a Val.in conſil.
63.num.23.1.volum.

Tertio cum ipſe Dominus Com. teneretur,
vel præſtare fideiuſſores, vel depoſitum facere,
vt poſſet reſtitutionem ſuæ vxoris conſequi, &
ſic quodammodo ad actionem conſequendam
20 oblatio ſatis non fuit†ad illam conſequendam,
ita Bar.num.3.& Bal.num.15.quod alij ſequun-
tur in l.acceptam, num.3. C.de vſur.& idem eſt,
ex quo conditionaliter erat implendum, quo ca
ſu formaliter implendum eſt, vt ſupra dictũ fuit,
per l.Meuius, & l.qui hæredi.ff.de condit.& de-
monſtratio. & ad propoſitom trad.Neguſ. in d.
ſecunda par.num.6.

21 Quarto dicta oblatio non valuit,† quia facta
fuit parte abſente, & non citata, Bar.in l.ſi reus
paratus, ff.de procur.Doct.in d.l.acceptam,& in
d.l.ſi mora, Neguſ.loco pręcitato.colum.fin. ver
ſic.octauo requiritur, num.27.& Rolan.d.conſi.
63.numero 31. vel ſaltem debuit fieri notifica-
22 tio†ipſis Illuſtrib.de Pijs, aliàs ipſi huius rei igna
ri non fuiſſent conſtituti in mora, vt per Bar.lo
quentem de notificatione facienda poſt purifi-
catam conditionem, in l.non ſolum. §.morte, nu
mero 48. ff.de oper.noui nunc. & Marc.Anton.
Bauer.in trac.de mora, 2.par.2.colum.verſ.quin
to tempera.num.5.& quod notificatio eſſet fa-
23 cienda parti, quando etiam citatio † non eſt ne-
ceſſaria, trad.Bal.in l.eos, §.apoſtolos.num.6.C.
de appellatio. Felin.in cap.dilecti, 2.colum. nu-
mero 3.de iudi. Boſſ.in ſuis var.tracta.in titu. de
oppoſ.

oppoſ.contra teſtes, numero 34.
Secunda exceptio, quòd donatio non debea
tur, ex quo ſoluta non fuit, facile tollitur, quia il-
24 lud procedit primo, quando maritus † ſubſtinuit
onera matrimonij (quod non fecit ipſe Com.)
& ita loquitur tex. in d. §. illud quoque, in contra
rium citatus. at in propoſito ipſa domina actrix
fecit omnes expenſas in ſe, & familiam ſuã alen-
do, vnde ex diuerſis nõ infertur, l. ſi. ff. de calum.
l. Papinianus exuli. ff. de minor.
Secũdo, ex quo dos ipſa vigore laudi lati per
d. Sereniſs. Ducem debuit ſtare penes ipſam D.
actricem, vt ex eius fructibus ſe alere poſſet, nõ
poteſt dici fuiſſe factam moram dicto Co. & pro
25 pterea donatio ꝓpter nuptias † debetur, vt fuiſ-
ſe deciſum trad. Guid. Pap. q. 430. ſuper queſt. &
565. in contractu, num. 3. Afflic. deciſ. 333. Boer.
deciſ. 22. num. 6. & ſeq. & Grammat. deciſ. 97. nu
me. 5. quinimmo voluit Boer. d. deciſ. num. 17. &
26. imputandum eſſe marito, qui dotem non exe
git, prout hoc caſu exigere potuiſſet hic D. Co.
ſi voluiſſet adimplere per eum adimplenda. &
idem dicit Boer. quando per alios fuit promiſſa
dos, non per mulierem, quo caſu ipſa non eſt in
mora, & ſibi debetur donatio propter nuptias.
Tertio exceptio de deſertione matrimonij,
& denegatione cohabitionis cum d. Co. etiam
facile tollitur, primo quia illa iura, quæ prohi-
bent vxorem ſine voluntate viri extra domum
pernoctantem, non loquuntur ſimpliciter, ſed
quando ex illa abſentia poteſt eſſe iuſta ſuſpitio
adulterij, ſecus ſi nulla ſiniſtra ſuſpitio oriri poſ-
ſit, vt quia mulier apud proprios parentes habi-
26 tauerit, † vt ꝓprie loquitur in d. §. quia vero plu-
rimas, & glo. in d. §. vir quoque, in d. l. conſenſu,
& idẽ dicit tex. in d. §. ſi igitur, in Auth. de nupt.
ibi (citra rationabilem cauſam foris pernoctan
tem.) at cum in propoſito ipſa Domina ſteterit
penes matrem, & etiam in monaſterio monia-
lium, & honeſtiſſimarum virginum Sancti Ber-
nardini, non eſt dicendũ iure cautum eſſe, quòd
donationem amiſerit.
Secundo, cum propter iuſtam cauſam ab illo
receſſerit, nempe timore, ne in illã ſęuiret, odio
matris, & fratrum concepto ob falſam ſuſpitio-
nem veneni, ut probatur ex laudo dicti Sereniſ.
Ducis, non tenebatur ad illum redire, nec cum
27 eo obmorari, † niſi ſibi de ſeruitute prouiſo, c. li-
teras. verſ. ſi vero tanta, vbi Doct. de reſtit. ſpo-
lia. & habetur in capit. 1. vt lite non conteſta. &
28 quod iuſta cauſa excuſet, † trad. & Comen. con-
ſil. 175. Domina. & Ioan. Lop. in repet. rubricę de
donat. inter vir. & vxorem, §. 64. limitabis ſe-
cundò, numero 10.
Tertio, ex ſupra deductis apparet quod ſtetit
per ipſum Do. Com. quin ipſa illi cohabitaret,
quia debuit præſtare fideiuſſores, vel facere de-
poſitum pro ſcutatis quindecim millibus, iux. te
norem laudi, qua præſtita illa nõ potuit ceſſare
a cohabitatione, quin & ſi noluiſſet coacta fuiſ-
ſet. quod cum non fecerit, ſibi, non eidem Do-
minę venit imputandum, per prædicta. Ad id au
tem, quod dicitur in exceptionibus de denega-
tione per illam facta de eundo vmquàm cum
eo ad cohabitandum, reſpondebitur in ſeq. ex-
ceptione, vbi melius cadit.
Quarto, & vltimo, ſi verum eſt, vt mihi verbo
fertur, quod eo tempore in hac ciuitate Ferra-
riæ erat fama, quod ipſe D. Com. erat hæreticus
ſectæ Lutheranæ, certe ipſa potuiſſet ab eo rece-
29 dere, nec tenebatur illi cohabitare, † cũ propter
hæreſim ſit facienda ſeperatio thori, c. 2. de di-
uor. & c. fin. vbi Doct. de conuer. coniug. & late
trad. Didac. Couarru. Hiſpa. in ſuo epito. in 4. de
creta. 2. par. c. 7. §. 5. nu. 4.
Supereſt quarta, & vltima exceptio reuo-
cationis huius donationis propter ingratitudi-
nem aſſertam dictæ Illuſt. actricis, verba iniurio-
ſa, & contumelioſa, vt dicitur, proferentis con-
tra uirum ſuum, quæ etiam ex pluribus tollitur.
Et primo, quia non eſt probatum, ipſam Domi-
nam actricem illa verba protuliſſe, de quibus de-
ponere vidẽtur (ut dicitur) Tridenti examinati:
cum. n. illi fuerint recepti parte abſente, nec ci-
tata vel monita, dubium non eſt quin eorum te-
30 ſtimonia † nulla ſint, & inualida, l. Iudices, C. de
fide inſtrum. in auth. ſed & ſi quis ab aliquo, C.
de teſti. & in corpore vnde ſumitur, & cap. 2. vbi
omnes, extra eodem tit. quod procedit, etiam ſi
eſſent mille teſtes, quia tunc etiam non facerent
31 † indicium, vt dicit Grammat. conſil. crimin. 64.
num. 1. Marſ. conſil. 8. num. 32. & ſequen. vbi di-
cit citationem a Principe tolli non poſſe, nec
etiam probant vt examinati ad perpetuam me-
moriam, ex quo etiã partis citatio, & litis ſubin-
32 de † conteſtatio exigebantur, Corn. conſil. 34. li
tera. c. 2. volum. 2. colum. idem tenet Marſil. in l.
de vnoquoque. nume. 64. ff. de re iudic. & idem
trad. Boſſ. in ſuis var. tracta. in d. tit. de oppoſitio.
contra teſtes, num. 34. ubi dicit, illud procede-
re in omni caſu etiam extraordinario. Et præſer
tim iſtud procedit ad probandum ingratitudinẽ
33 ad finem, vt reuocetur † donatio, vt per Rip. in d.
l. fin. q. 59. num. 198. C. de reuocan. donat. vbi di
cit Bal. num. 3. quod debet eſſe probatio plena,
& facta, parte citata.
Secundo, & ſi teſtes illi probarent, (quod ta-
men non eſt verum vt ſupra) adhuc tamen non
eſſet locus dictæ reuocationi donationis, quia
illa uerba prolata per ipſam D. actricem nõ fue-
runt dicta, & prolata coram teſtibus ipſis: ſed vt
dicunt teſtes ipſi, illa fuit confeſſa illa verba alio
die protuliſſe, ſcilicet, quod intellexerat ipſum
eſſe hæreticum & Lutheranum, & quod ueneno
necauerat priorem vxorem. de alijs autem ver-
bis, quod non poſſint eſſe iniurioſa, vel contume
lioſa, inferius dicetur, non ałit illa protulit tunc,
quo fit ut confeſſio illa fuerit nulla, & inualida,
ſiue

ſiue conſideremus illam ciuiliter, vt faciant ip-
ſam Do.Confitentem cadere, vel cadere poſſe, a
iuribus ſuis reſpectu dictæ donationis, ſiue ut ip
ſa criminaliter teneri poſſet de illa iniuria. nam
primo caſu, cum ipſa eſſet mulier, & minor annis
25. non poterat confiteri in præiudicium ſui ſine
conſenſu, & auctoritate curatoris, & conſenſu
duorum proximiorum attinentium a latere pa-
terno, & materno, vt diſponunt ſtatuta ciuitatis
Ferrariæ ſub rub. de indemnitatibus mulierum,
& earum contractibus, & ſub rubr. de contract.
minor. quæ annullant omnem contractum, obli
gationem, confeſſionem, & actum, per quem mu
lier, & minor quoquo modo appareat obligata,
vel aliquod qualecunque præiudicium ſibi gene
retur, & vt in illis, q̃ producẽtur in iudicio hoc,
quibus ſtatutis ſtantibus, & non interuenientib.
dictis ſolemnitatibus, certum eſt, illam ex dicta
34 confeſſione non potuiſſe, † nec naturaliter, nec
ciuiliter obligari, vt trad. Bart. ad propoſitum, in
l. cum lex. 2. col. num. 6. & ibi ſequuntur Bald. &
Caſtr. ff. de fideiuſ. & in his terminis trad. & Bar.
& communiter omnes, in l. ſi nõ ſortem, in prin.
ff. de condi. indeb. Pau. de Caſt. in conſil. 123. in
cauſa, nu. 1. primo uol. nouiſſimorum Rom. con
ſil. 437. in caſu propoſito, 1. dub. Guid. Pap. conſ.
238. Crot. in l. 1. § ſi quis ita, 1. lect. nume. 3. & in
2. num. 2. ff. de verb. oblig. & Cagnol. in l. is natu
ra debet, num. 3. ff. de reg. iur.

Secundo verò caſu cõſiderando dictam con
feſſionem tanquàm criminaliter factam ſuper
delicto per illam commiſſo iniuriando ipſum D.
Co. eius coniugem, & idem dicendum eſt, cum
35 talis confeſſio † etiam iudicialiter facta ſine cura
tore nõ valuerit, tex. eſt in l. clarum, C. de autho.
præſtan. Aret. in tract. malefi. in ver. comparent
dicti inquiſiti, & confitentur totũ, in ver. nec nõ
ſis bene cautus, Marſ. in pract. crim. in §. nunc vi
dendum, nu. 31. etiam ſi iuraſſet, vt per eundem
in l. 1. in princ. num. 11. verſic octauo requiritur,
colum. 4. de quæſtio. & Lud. Care. qui alios citat
in ſua praxi crim. in §. 6. num. 9. & ſeq. vbi dicit,
q ſi minor fateatur delictum, de quo non obſta
bãt probationes, poteſt in integrum reſtitui ad-
uerſus dictam confeſſionem ẽt ſolenniter factã.

Tertio & ſi valuiſſet confeſſio, vel dicta verba
fuiſſent etiam prolata coram dictis teſtibus per
dictam Illuſtrem actricem, illa non fuerunt iniu-
rioſa, vel contumelioſa, & animo iniuriandi per
eam dicta & prolata erga eum, ſed potius ad
alium finem: nam primo ipſa non dixit illi, quod
36 eſſet hæreticus, & quod venenaſſet † vxorem, &
his ſimilia, vt dici ſolet, quando alicui iniuria in-
fertur, iux. not. per Bar. & Doct. in l. turpia. ff. de
legat. 1. per Boer. in conſil. 4. & in alijs locis per
Doctor. de his enim tantum agendum eſt, quia
alia quę affirmauit, ut dicitur, ſe numquàm illum
ſponte accepiſſe, & in eum niſi inuitam conſen-
ſiſſe, nec umquàm velle ei cohabitare, vel ad eũ
redire, non poſſunt dici verba iniurioſa, ſeu dif-
37 famatoria, † quæ non lædebant famam uiri, iux-
ta trad. per Bart. in l. turpia, & in l. tertia, ff. de li-
ber. & poſthum. ubi etiam alij, ſed ipſa relata re-
tulit: dixit enim audiuiſſe ea dici de eo, quo caſu
non videtur illi feciſſe iniuriam referendo alio-
38 rum dicta, ut ad propoſitum † conſiderat Dec.
in conſil. 487. num. 5. Quod proculdubio tenen
39 dum eſt, cum animus † iniuriãdi exigatur, vt quis
iniuriarum actione teneatur, l. tertia, § primo,
ff. de iniur. l. ſi non conuitij, C. eodem titulo, tra-
dit Roman. conſil. 96. ſuper eo, numero ſecun-
do, & quarto, Barba. conſil. 15. colum. penult. in
quarto volum. & Ruin. conſil. 145. nume. 10. in
40 quinto, ſed & dolus iniuriantis † exigitur, Bald.
conſil. 443. num. 4. quarto volum. Alexand. con
ſil. 209. nume. 14. ſexto volum. Bertran. conſilio
295. numero ſecundo, par. ſecunda priorum. &
Boſſ. in tit. de iniur. numero 13. in tantum, quod
41 nec † lata culpa ſufficit, Bald. in conſil. 277. in cau
ſa Gulielmi, nu. 2. 5. vol. & Crau. conſi. 9. nu. 36.
& conſil. 13. num. 2.

Quod ex eo etiam clariſſime patet, quia uer-
ba illa prolata fuerunt (ſi tamen id uerum ſit pro
lata fuiſſe) ex eo quod cum ipſa Dom. actrix fuiſ
ſet requiſita ab ipſo eius uiro, ut uellet cum eo in
Germaniam proficiſci, & illa recuſaret, cum nõ
teneretur, ſtante laudo Sereniſs. Ducis prędicto
adduxit prædicta uerba ſibi relata ad ſui excuſa
tionem, ut oſtenderet iuſte timere illuc accede-
re, tum propter ſalutem corporis, tum animæ,
quod oſtẽdunt illa uerba articulata per dictum
Com. (& quod uos compellam ad tenendum
aliam fidem.) nam uerba in dubio ſemper ſunt in
terpretanda in benigniorem partem. ut non cen
42 ſeatur proferens † uelle alicui iniuriam inferre,
Bar. in conſil. 108. in q. uertente, colum. fin. Rui.
in conſilio 81. num. 3. quarto volum. & in con-
ſil. 145. præallegato, nume. 19. & ſequen. & max-
me, num. 23. & in eadem cauſa Dec. in conſilio
256. numero 8. Marſil. in conſi. ſecundo, num. 7.
Crau. d. conſil. 9. nu. 34. & ad propoſitum in ma
teria reuocationis donationis, Rip. in dic. l. fin.
quæſt. 7. num. 28. ubi num. 27. opportune decla-
43 rat, quod ſi conuitium † ſit dictum animo corri-
gendi donatorem, non cenſetur facta iniuria,
nec reuocatur donatio: ſi uero ſumus in dubio,
& tunc aut in rixa, & crimînoſe conuitium pro-
latum ſit, & animo iniuriandi probatum cenſe-
tur; aut modeſte, & nulla rixa præcedente, &
tunc non cenſentur uerba prolata animo iniu-
riandi, & hic eſt caſus noſter, in quo uerſamur,
& hæc opinio hoc caſu eſt amplectenda, cum
44 talia uerba in publico prolata fuerint, † ut con-
ſiderat Crauet. in dicto conſilio nono, nume-
ro 28. & hoc caſu ſtaretur declarationi ipſius
Illuſtris actricis, ut fugiatur delictum. Dec. di-
cto conſilio 256. numero nono, & Crauet. dicto
conſil. numero 34.

Quar-

Quarto, quia mihi uerbo fertur in hac ciuita-
te Ferrariæ ortam fuiſse tūc famam de illis duo-
bus delictis ipſius d. Co. quib. imputabatur, ꝙ ſ.
uxorē ueneno interemerat, & quod erat hæreti-
cus illius ſectæ Lutheranę, & ex ea fama ipſa Do.
actrix poterat ea audiuiſse ex relatione aliorū,
& quod etiam illa audiuit ab Illuſt. eius matre,
& conſanguineis, certe excuſaretur, ſi illa verba
erga dictum Com. protuliſſet, quia habuiſſet iu-
ſtam cauſam ea proferendi ob relationem præ-
dictam, quę ab illata iniuria eam defenderet: iu-
45 ſta enim cauſa † excuſat ab iniuria, vt admittit
Oldrad. conſil. 53. conſueuit, colum. fi. poſt med.
trad. Baib. conſil. 15. colum. pen. poſt medium,
4. volumin. vbi dicit coloratam ſufficere: immo
etiam ſi eſſet iniuſta, cum exigatur dolus, vt ſu-
pra, Boſ. d. tit. de iniur. nume. 4. Quod autem ex-
46 culetur † ab iniuria. qui uerba iniurioſa protulit,
de quibus erat fama, trad. Bart. in l. fi. nume. 7. ff.
de hæred. inſtit. & in l. 1. nu. 6. vbi dicit excuſari
a calumnia. ff. ad Turpi. & quòd excuſetur ab in-
iuria, trad. etiam Cępol. in conſ. 70. num. 13. in-
ter criminalia. & Boer. d. conſil. 4. nu. 43. & idem
47 eſt ſi audiuit † ab amicis, & conſanguineis, Cę-
pol. d. nume. 13. & Boer. d. conſ. 4. nume. 45. vel ſi
ab alijs fidedignis audiuit, Bar. in d. l. fi. ff. de hæ-
red. inſti. Cępol. & Boer. locis præcitatis. Quin-
48 mò excuſaretur, ſi à teſtibus fuiſſet † decepta, idē
referentibus eidem, licèt falſo, Ang. in l. 3. nu. 3.
C. qui accuſ. non poſ. Aret. in d. tracta. maleſi. in
v. r. nec non ad querelā, col. 2. verſ. requiritur,
in fi. Feli. in c. 1. n. 18. de excep. Steph. Aufr. in ad
di. ad deci. Capel. Tholo. ſuper deci. 409. col. pe.

Quintò non poſſunt hęredes dic. Illuſt. Com.
opponere de reuocatione dictæ donationis ob
dictam aſſertam iniuriam, cum non conſtet, ip-
ſum quondam D. Co vnquam habuiſſe animum
illam reuocandi, vel de dicta iniuria ſibi illata
conqueſtum fuiſſe, vel illam ad animum reuocaſ-
49 ſe, quo caſu illius ſilentium † ſucceſſores exclu-
dit, vt eſt tex. in d. l. fi. vbi Rip. 66. q. numer. 201.
& maxime, quia illam potuiſſet reuocare, ſi vo-
luiſſet, cum per annos decem & vltra ſuperuixe
rit, Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam, in uer. ſuſcepe
rit liberos, nu. 215. C. de reuocan. donat.

50 Nec dicatur, ꝙ ſufficiat reuocatio † facta extra
iudicium, ut aduerſus Corn. voluit Rip. in d. l. fi.
q. 72. nume. 208. vel quod fuerit comminatus
de reuocando, ut ſupra ex aduerſo dicebatur,
& ſatis videtur uoluiſſe reuocare, faciendo illam
proteſtationē coram D. Prætore Ferrariæ, ubi
de tali iniuria meminiſſe uidetur, & idem facien
do examinari teſtes ſuper uerbis prædictis ip-
ſius D. actricis, in dicta ciuitate Tridentina.

Quia reſpondetur primò, quòd dicta prote-
ſtatio non probat, cum non ſit publicum, nec va
lidum inſtrumentum, ut ſupra: tum quia illa pro-
teſtatio non fuit facta contra dictam D. actricē,
ſed potius contra Illuſ. eius matres & fratres, vt
ſonant dicta verba proteſtationis, ubi conque-
ritur de ſuis aduerſarijs, qui ſpoliauerunt ipſum
eius uxore, & de fama per ciuitatem miſſa, quod
venenauerat uxorem, & erat hæreticus, ex quib;
verbis conſtat, nunquam de dicta eius uxore in-
tellexiſſe. Examen etiam teſtium id non probat,
quia alia ratione ipſe D. Comes motus fuiſſe ui-
detur ad extorquendū confeſſionem dictæ eius
uxoris, non ut propalaret iniurias ſibi datas alio
die, ſed magis ut ipſa fateretur, quod inuita il-
lum acceperat, nec in illum ſponte conſenſerat
quaſi quod uellet poſſe declarari facere non ex-
titiſſe matrimonium inter eos, & huc tendunt &
pręſentia Vicarij ẽpiſcopi, uel illius locum tenen
tis dictę confeſſioni illuc ſcienter ducti, & inſtā
tia illius facta, quod illa iuraret, ſic fuiſſe ueritа-
tē, quod tamen iuramentum ex quo dies erat fe-
riata in honorem dei præſtitum non fuit, & idē
probant verba ſequentia utriuſque, & primo di
cti Com. (ut ipſe ſciret ſibi conſulere in reb. ſuis
& ſtatuere, an uellet illam acceptare, uel dereli
quere,) & illa uerba, quæ illa reſpondit (non uos
impedio, ſi vultis aliam uxorem accipere.) hæc
enim omnia aperte inferunt alia de cauſa extor-
tam fuiſſe confeſſionem quam ut reuocaret do-
natio, tantū abſit, ut etiam de eius reuocatione
cogitaſſet, & tamē ut ſucceſſores reuocationem
ipſam ꝓſequi poſſint, uel de illa opponere opor
51 tet præceſſiſſe apertam † uoluntatem defuncti
donatoris, illam reuocandi, ut poſt Oldrad. in d.
l. fi. declarat Guid. Pap. q. 214. reuocatio. nu. 2.

Sexto & ſi omnia ceſſarent, quæ utrique mili-
tant, adhuc dicitur reuocationi dictæ donatio-
nis locum eſſe non poſſe, cum non uerſemur in
donatione ſimplici, quo caſu loquuntur d. l. fi. &
d. c. fi. ſed in donatione ob cauſam facta ob ma-
trimonium futurum, quod non fuiſſet ſubſequu
tum, niſi talis donatio facta fuiſset per dictum
dominum Com. dictæ Illuſt. actrici, & quæ dona
tio fuit remuneratoria in recompenſationē æta
tis adoleſcentis ipſius Dominæ, & eius pulchri-
52 tudinis, quæ nupſit homini † ſeni, ut per Soci. in
l. 1. num 72. ff. ſol. mat. & per Doct. in alijs locis,
in priori conſ. citatis, & quod donatio facta, ut
matrimonium ſequatur, ſit ob cauſam, & in ea
53 propterea locum † ſibi non uendicent iura de
eius reuocatione loquentia, ut in diſpoſitione l.
ſi unquam, C. de reuocan. donat. & ſimil. uel alia
iura de ſimplici donatione loquentia probatur
in l. Pomponius Philadelphus, ff. fam. ercis. & ad
propoſitum trad. Bertran. conſil. 205. num. 7. &
227. nume. 10. ſecunda parte priorum, in conſi.
220. nume. 10. 3. uolu. ſecundo impreſſorum, &
clarius in conſil. 163. nume. 4. ſecundo volumi.
dictorū ſecundo impreſſorum, Franc. Mar. deci-
ſione Delphi. 326. quæritur, an donatio num. 3.
& 4. prima parte, Mar. Ant. Nat. in conſi. 90. fere
per totum, & plene Guido Pap. deciſio. 145. fuit
etiam alia, fere per totam & ibi nume. 2. quod

cen-

cenſetur eſſe pars contractus matrimonij,& va
let vt dos, & quam ſententiam defendit latiſſi-
mè Marc. Ant. Nat. nouiſſime, in conſil. 609. in
1.& 2.dub. vbi alios citat.& in materia d.l. ſi vn
54 quam. quod non habeat locum† in tali donatio
ne, trad. etiam nouiſſime Iacob. Philip. Por. Imo-
len. in ſuo tract. concluſionũ, regularum, & com
mun. opin. lib. 1. concluſ. 35. 22. limit. ſecundum
quam ſententiam in materia d.l. ſi unquàm. præ
teritis diebus in hac ciuitate iudicatum fuit, me
55 aduocante in quadam cauſa† Mutinenſi, per Ma
gnif. Ducale Conſilium Iuſtitiæ huius ciuitatis
56 Ferrariæ: & in propoſito quod donatio† ob cau
ſam nõ reuocetur etiam ob ingratitudinem do
natarij, trad. Alex. in conſil. 39. ſuper 1. dub. co-
lum. pen. in ſi. verſic. fruſtra etiam, 4. uolum. Rip.
in d.l. fin. quæſt. 43. nu. 148. late Tiraq. in repet.
d.l. ſi unquam. in ver. donatione largitus, num.
• 142. & dicit communem *opinionem, Iul. Clar.
lib. 4. ſuarum ſententia. in §. donatio. quæſt. 21.
2. pag. uerſ. ſed quæro. Sic etiam donatio facta
in remunerationem, ſeu remuneratoria, non re
57 uocatur† ingratitudine aliqua, l. ſi pater, §. fin. cũ
glo. irreuocabilis, ff. de donat. Roman. conſi. 26.
pro deciſ. 2. colum. ad fin. num. 5. conſil. 298. cir
ca præmiſſam, vlt. dub. & 436. quod indultum,
4. colum. verſ. ſeptima principalis, ratio Abb. in
d. cap. fin. num. 11. Barba. conſil. 54. in cauſa iſta-
rum, pen. colum. 2. uolum. & in conſil. 2. colum.
7. in princ. 4. uolum. Ang. conſil. 351. generoſus,
ante fin. Socin. conſil. 84. num. 15. tertio volum.
Rip. in d.l. fin. quæſt. 44. num. 150. & Tiraq. loco
præcitato, num. 13. & nume. 142. & quod dicta
iura diſponentia de reuocatione donationis ob
ingratitudinem, non procedant, niſi in mere gra
58 tuita† donatione, ſecus in ea, quæ propter meri-
ta fiat, vel titulo oneroſo, trad. etiam Alex. in cõ-
ſil. 77. viſis, col. 4. in 4. & Rolan. a Val. conſil. 76.
num. 16. ſecundo volum.

Septimo, & ſi non uerſaremur propriè in do
natione ob cauſam matrimonij facta in remune
rationem & recompenſationem ætatis, & pul-
chritudinis prædictæ Illuſt. Donatariæ, ut ſupra,
(quod eſt ab omni veritate alienum) ſed in ſim-
plici donatione ꝓpter nuptias, adhuc iura præ-
59 citata, cum & ipſa ſit donatio† propter cauſam,
ut trad. Crau. conſil. 85. num. 6. & 136. num. 2. &
60 pari paſſu incedit † cum dote, Afflic. deciſ. 154.
num. 4. & eſt contractus oneroſus, & irreuocabi
lis, ſicut dos, ut trad. Roder. Suares in l. 1. in tit.
de las arras, num. 65. & 66. & de ea iudicatur ad
iuſtar dotis, Boer. in conſil. 11. num. 11. Quo fit,
61 vt ſicut dos propter iniuriam† reuocari non po
teſt. Bald. in l. fi. num. 11. C. de dot. promiſ. Boer.
conſil. 41. num. 7. & ſeq. ſic nec donatio ipſa fa-
62 cta in matrimonio, & tanto minus† poteſt reuo
cari per hæredes fauore dotis, Afflic. deciſ. 111.
num. 7. & licet Rip. in d.l. fin. q. 51. nume. 160. te-
neat, propter ingratitudinem reuocari poſſe da
tam dotem, tamen inferius, num 171. verſ. ſecun
do declara, illud reſtringit, & declarat procede-
re, niſi ſit data dos, vt mulier certo viro nubat,
qua nubente dos reuocari nequit. quæ declara-
tio optime caſui noſtro quadrat. dum donatio
iſta facta fuerit, ut ipſa Illuſt. actrix nuberet ipſi
Domi. Com. ideo ad inſtar dotis minime re-
uocari poteſt.

Octauo & poſtremo loco cum ante mortem
ipſius D. Com. ipſi coniuges fuerint reconcilia-
ti, quod conſtat ex literis ipſius Do. Com. ad di-
ctam eius uxorem ſcriptis, quæ probant: cum vt
63 audio fuerint † recognitæ Rip. in l. admonendi,
nume. 133. & ſequen. ff. de iureiur. poſt alios ibi,
Pariſ. conſil. 90. nu. 7. primo volum. & per com-
paratione literarum etiam comprobari poſſunt
vt per omnes in d.l. & Didac. in cap. 22. num. 7.
ſuarum pract. quæſt. certe ſi ipſe Com. fuiſſet ali
qua iniuria a dicta eius vxore affectus, vel laceſ-
ſitus, illam cenſeretur remiſiſſe, & cenſeretur
64 † facta reconciliatio, §. fin. ubi glo. & Doct. Inſti.
de iniur. Boſ. in d. tit. de iniur. nu. 16. & per con-
ſequens de reuocatione donationis tractari nõ
65 poteſt, & ſi verſaremur † in ſimplici donatione
prout non uerſamur, ut ſupra oſtenſum eſt, ita 1
Rip. in d.l. fin. q. 61. num. 204.

Concludo itaque nullas exceptiones ex op-
poſitis pro parte dictorum dominorum hęredũ
dicti Com. Ladiſlai obſtare uictorię ipſius Illuſt.
Do. Aemiliæ actricis, & per conſequens ad eius
fauorem iudicandum fore dictam donationem
ſibi deberi & pecunias donatas eidem ſoluen-
das eſſe. Laus Deo Op. Max.

Barth. Bereaz.

ARGVMENTVM.

Ex quibus ſubſtitutio dicatur eſſe pupil-
laris, vel non, ut cognoſcatur, an ma
ter ſit excludenda?
Et ſubſtitutionem non eſſe pupillarem
concluditur, ſi facta ſit perſonis impa
ribus. & adſint uerba (teſtatus, uel
inteſtatus.)
Et an a ſubſtitutione excludatur mater,
quæ ad ſecundas tranſiuit nuptias?

SVMMAE.

1 *Subſtitutio pupillaris compręhenditur in reci
proca, ex qua mater excluditur.*
2 *Subſtitutio facta per uerbum commune (ſuc-
cedat) ſeu (ſuccedant) eſt compendioſa.*
3 *Quæ intra tempus pubertatis pupillaris &
directa, & poſt ipſam, fideicommiſſaria
eſſe cenſetur.*

Sub-

4 *Subſtitutio compendioſa matre exiſtente in medio, an omni tempore ſit fideicommiſſaria? Eſt ardua quaſtio, & indiſſolubilis.*

5 *Communior tamen eſt opinio, temporibus noſtris, contra matrem.*

6 *Subſtitutionem directam pupillarem potius præſumitur voluiſſe facere teſtator, quàm fideicommiſſariam, etiam matre extante in medio.*

7 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias, an excludatur a ſubſtitutione? Et quòd non excludatur, communis eſt, vt num. 21.*

8 *Subſtitutio facta perſonis imparibus, non poteſt eſſe pupillaris, quod tamen patitur difficultatem.*

9 *Et maximè, ſi plures filii eſſent impuberes, quia tunc inter illos eſſet pupillaris.*

10 *Verba illa (teſtatus, vel inteſtatus deceſſerit) conueniunt pupillari ſubſtitutioni, quia pupillus dicitur decedere teſtatus.*

11 *Subſtitutio non poteſt eſſe pupillaris, ex quo eſt facta perſonis imparibus.*

12 *Quod procedit etiam in compendioſa.*

13 *Et in reciproca, & in compendioſa iuncta reciprocæ, & ſunt in hoc contratradictiones.*

14 *Et an valeat inter pares impuberes, & exploſa opinione Vaſq. concluditur non valere in damnum matris.*

15 *Subſtitutio non poteſt eſſe pupillaris, ſi teſtator vtatur verbis (teſtatus, vel inteſtatus deceſſerit) nam*

16 *Pupillus non poteſt proprie dici teſtatus.*

17 *Licèt de communi vſu loquendi aliter eſſe videatur.*

18 *Statutum loquens de inteſtato, ex communiori non compræbendit pupillum.*

19 *Mater non excluditur per fideicommiſſariam, non continentem pupillarem.*

20 *Subſtitutio fideicommiſſaria frequentiſsime compendioſa continetur.*

CONSILIVM XXIX.

In Domino confido.

DIfficilis, & valde controuerſa prima facie viſa fuit quæſtio propoſita, in qua ad fauorem matris cõſuluit Clariſs. I. C. D. Albertus de Albertis, contra cuius conſultationem multa facere conſtat, vt ſubſtitutio facta de filijs Dom. Ioan. Mario in pupillari ætate obeunti fuerit pupillaris, ex qua ipſa fuerit penitus excluſa: cũ enim filij heredes inſtituti reciprocè fuerint ſibi inuicẽ ſubſtituti, proculdubio pupillaris ſubſtitutio verbis generalibus expreſ-
1 ſa compræhenditur, ex qua † mater excluditur.
l. Lucius. vbi Bart. num. 7. & ibi Iaſ. num. 13. qui
* communem *dicit, ff. de vulg. & pupil. quod etiã
Bal. voluit in tract. de ſubſtit. in titu. de breuiloqua, num. 6. Didac. Couarru. in cap. Raynutius, §. 7. nume. 2. colum. 2. in fi. de teſta. & late etiam Fernand. Vaſq. in tract. de ſucceſ. progreſ. lib. 2. §. 18. ubi agit de compendioſa ſubſtitutione, numero 45. & ſequen. & ſupra in §. 11. ubi tractat de materia informis ſubſtitutionis, num. 24. Et ſicut pupillaris ſubſtitutio ex reciproca ſubſtitutione reſultat, ita idem pariter eſt dicendum de compendioſa, ſicuti eſt hæc noſtra ſubſtitutio, (quæ cum ſit facta verbis communibus, ut eſt
2 verbum ſuccedat) ſeu (ſuccedant), † ut per omnes in l. centurio, ff. de vulg. & pupil. vbi Rip. nu. 192. Capr. conſi. 7. num. 6. & 69. num. 10. Didac. in d. cap. Raynutius, in §. 9. num. 5. & Marc. Ant. Nat. conſil. 551. num. 2. intra tempus pubertatis pupillaris, & directa, & poſt ipſam fideicommiſ-
3 ſaria eſſe cenſetur, † ut per Doct. in d. l. centurio, & in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſtit. ubi
* D. Rim. iu. dicit communem, *nu. 480. 461. & ſe. Bal. conſ. 423. verba teſtamenti, 1. uol. Corn. conſil. 316. 2. col. 3. uol. Rub. Alex. conſi. 52. nu. 2. & late Didac. in d. §. 9. num. 17.

Et licet profunda ſit quæſtio, an matre exiſtente in medio ſubſtitutio compendioſa omni tempore cenſeri debeat fideicõmiſſaria, vel potius pupillaris intra tempora pupillaris ætatis, ut per Doct. in dictis locis, adeo quod quandoque Doc. ita ancipites fuerint, vt autumauerint,
4 rem tanquàm omnino dubiam, † & indiſſolubilem eſſe, ut uoluit Ioannes de Monte in d. l. precibus, vbi Dec. nu. 19. D. Rim. iun. nu. 482. & Cagnol. qui laudat hanc ſententiam, nu. 216. quia
** tamen temporibus noſtris communior **opin.
5 videtur eſſe contra matrem, † vt ex citatis deciſionib. liquet. quod etiam atteſtatur Franc. Viui. in ſuis communib. opin. in 1. par. opin. 334. ſubſtitutio compendioſa, Franc. Marc. q. 170. nu. 1. & 4. 2. par. Alc. poſt alios, in d. l. centurio, in verſic. ſiue liberis, nume. 3. & alij plures, quos ſciens prætereo, non uidetur in hac quæſtione inſiſtendum, quæ ex alio penitus ceſſat, ex quo filij teſtatoris fuerunt ſubſtituti. cum enim teſtator magis afficiatur propriis filijs, quàm uxori, præſumendum eſt etiam matre ſuperextante potius
6 uoluiſſe directam pupillarem facere, quàm † fideicommiſſariam, ut ſuccedant filij. ut Barto. uoluit in d. l. cẽturio, nu. 29. ubi Rip. dicit communem, num. 137. quam ẽt tenuerunt Iaſ. nu. 15. Cagnol. nu. 182. & ſeq. & D. Rim. iun. nu. 161. & ſeq. in d. l. precibus, Corn. conſ. 315. 3. col. 3. uol. Rube. d.

con·

conſil.52.nu.2.ad fi. Dec.conſ.315.nu.4. Craue.
conſil.141.nu.7.Conſtant.Roger.in tract.de pu-
pil.ſubſtit.62. & 63. Franc.Marc.q.175.nu.4. 2.
par.& Auguſt.Bero.conſ.123.nu.7. 2.vol.

Quibus additur tanto minus,matrem fore ad
7 mittendam, † cum ad ſecunda vota tranſiuerit,
ex quo tam defuncto viro, quàm filijs nõ leuem
feciſſe iniuriam exiſtimatur, vt voluit Ang. in l.
2.ad fi. ff.de vulg.& pup.cuius opinionem vide-
tur ſequi Aret.in §.1.de pupil.ſubſtit.& Dec.in
d.l.precibus,nu.19.verſ. & retenta.

Nec duæ limitationes, in quibus conſultatio
nem ſuam fundat Magn.Albertus,ſat illã defen
dere poſſe videntur:nam prima,ꝙ ſubſtitutio re
ſtricta fuerit ad bona teſtatoris,non uidetur in
facto,vel in iure probari, & propterea etiam ip-
ſemet non eſt auſus illam affirmare:ſecunda ve-
ro,quæ habet maiorem apparentiam,quod ſub-
ſtitutio nõ potuerit eſſe pupillaris, ex quo facta
8 fuit perſonis imparibus,cum aliqui†ex filijs hæ-
redibus inſtitutis eſſent puberes,aliquam etiam
patitur difficultatem propter opinionem Pauli
de Caſtro in allegata l.in teſtamento.num.4. C.
de teſta.milita.*la grande*, & in conſil.18.ſi bene
conſideretur,2.col.2.uol.quem,defendere & ſe
qui cenſetur Dec.in d.l.num.7.in 2.limit. Quod
tanto clarius procedere poſſet, ſi plures filij fuiſ
ſent impuberes, quia ſaltem inter eos ſubſtitu-
9 tio fuiſſet pupillaris,& mater†fuiſſet excluſa, vt
multis rationibus comprobat Fernan. Vaſq. d.
lib.2.§.19. nu.4.6.& ſeq.

Sicut etiam non videt̃ poſſe fieri aliquod fun
damentum ad coniecturandam mentem teſta-
toris, ꝙ noluerit facere ſubſtitutionem pupilla-
rem in illis uerbis (ſiue teſtatus,vel inteſtatus,ſi-
ue teſtati,vel inteſtati) quia etiam conditio iſta,
10 ſicvt illa(ſi deceſſerit ſine liberis) pupillari†ſub-
ſtitutioni conuenit, l.fi.§.hæc autem, ff.qui pet.
tut.Alcia.in d.l.centurio,nu.3.tum quia, ſecun-
dum communem vſum loquẽdi, pupillus etiam
dicitur teſtatus decedere, ut ibi uoluit Bart.nu.
17.in fine,& videntur ſequi alij. Ex quibus,ma-
trem etiã a legitima excluſam cenſeri, cõcluden
dum videbatur propter hanc pupillarem ſubſti-
tutionem,ut per Doct.in locis præcitatis a Fer-
nan.Vaſq.in 2.lib. §.11.nu.24.

His tamen minime attentis,concurro in ſen-
tentiam Magn.Conſultoris, matrem non fuiſſe
excluſam a legitima filij debita tam de iure com
muni in eius hæreditate, quàm ex forma ſtatu-
ti,cuius copia fuit tranſmiſſa, ex eo fundamen-
to quo fuit motus idem Dominus Conſultor,
quia ſubſtitutio hoc caſu non fuerit, vel eſſe po
11 tuerit†pupillaris, ex quo facta fuit perſonis im-
paribus,l.Lucius, ff.de vulga.& pup.d.l.in teſta
mento,la prima. C.de mili.teſta. & in l.2. C.de
12 impuber. & alijs ſubſtit.quòd in†compendioſa
ēt procedere probat tex.in cap.primo, de teſta-
men.in ſexto,& in terminis Bar.in conſil.41.fa-
13 ctum tale eſt,nu.1.& in reciproca†trad.Bar.nu.8.
vbi late Rip.num.16.in d.l.Lucius,vbi reprobat
opin.Caſt.aliter autumantis in ſubſtitutione cõ
pendioſa iuncta reciprocæ,quam dicit commu
* nem,*& ibi nu.18.loquitur in fortiori caſu,quã-
do etiam fuit facta mentio pupillaris ætatis,quã
opinionem etiam tenẽt Soc.conſ.290. 2.col.2.
vol. & Durant.in tract.de arte teſtan.tit.5.caut.
7.in j. quam opinionem ſentit etiam Nat. d.con
ſil.551.nu.2.& tenet Mag. D.Paulus Leonius in
ſuo tracta.de ſubſtit. in tit. de pupill.nume.209.
verſic.item fallit.

Nec eſt etiam vera opin. Fernan. Vaſq. ſupra
relata,ꝙ ſaltem inter alios impuberes poſſit ſub
ſtitutio locum habere,quia opinio ſua eſt cõtra
Docto.concluſionem tenentium,ꝙ etiam quod
vnus tãtum inter filios inſtitutos ſit pubes, non
poſſit ſubſtitutio pupillaris locum ſibi vendica-
re,cum non ſit veriſimile,teſtatorẽ voluiſſe hanc
inæqualitatem ſeruare, vt pupillo decedenti al-
14 ter vel plures pupilli ſuccedant, † non ẽt maio-
res,quod voluerunt Bald.in d.l.in teſtamento,
nu.28.ubi etiam Aret.poſt Roma.col.4. uerſ.5.
adde.nu.5. & idem ſimpliciter & indiſtincte te-
nuit Bal.in d.tract.de ſubſtit.in tit.de ſubſtit.bre
niloqua,nu.7. & idem etiam tenuerunt alij tra-
ctantes hanc materiam in conſimili tract.de ſub
ſtit.ut Barth.de Lucio,in c.4.de ſubſtit.breuilo-
qua,nu.7.Polit.de reciproca, ſeu breuiloqua,nu
me.2. ubi tamen tenuit diſtinctionem Bal. Zaſ.
eo.ti.nu.6.& 7. Dominus Leonius,num.44.ubi
ad fauorem matris, & Conſtant.Roger.in eo.ti.
de reciproca, nu.33. eandem etiam ſententiam
tenet Corn.conſ.94.col. 2. 3.uol.Rui.in conſ.3.
nu.14.2.uol.& Hier.Zanch.in repet.d.l.hæredes
mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.num.1039. & 1221.
qui omnes firmant hanc cõcluſionem procede-
re,niſi aliter de mente teſtatoris appareat,quod
in caſu iſto maxime conſtat: quinimmo, ut ſta-
tim dicetur, de contraria potius uoluntate te-
ſtatoris appatet.

Alia etiam ratione moueor, quia teſtator pa-
ter fecit dictam ſubſtitutionem per uerba, quæ
non poſſunt conuenire pupillari ſubſtitutioni
15 ſecundum eorum proprietatem,†quę attenden
da eſt,l.non aliter, in princip. ff.de legat. 3. cum
enim conditionem appoſuerit ſubſtitutioni, (ſi
teſtatus, uel inteſtatus, ſiue teſtati, uel inteſtati
decederet, ſeu decederent) non cenſetur intel-
lexiſſe in pupillari ætate, quo tempore pupillus
teſtari nequit, §. præterea, Inſtitu. quibus non
eſt permiſ. fac. teſtam. & non poteſt proprie
16 † pupillus dici inteſtatus, l.prima, in principio,
ſecundo reſponſo, ff. de ſuis & legi. & propte-
rea in hac quæſtione, Bartol. in dicta l. centu-
rio, admittit quod hoc caſu, quo quis grauatur,
ſi deceſſerit inteſtatus, pupillaris ſubſtitu-
tio proprie ſibi locum non poſſet uendicare,
17 licet de communi uſu loquendi † aliud eſſe

vi-

videatur, ſecundum ipſum, vt in fine, numero 17. & quod eo caſu talis ſubſtitutio non procedat, voluit Imola ibi, num. 18. in fi. & nume. ſeq. vbi Rip. nu. 91. & ſeq. & Galiaula, nu. 315. & ſeq. quod etiam tenuit Alex. in l. generaliter, in prin. nu. 6. C. de inſti. & ſubſti. & q̃ ſit improprie inteſtatus, firmat etiam Alcia. in l. inteſtatus, ſecunda pag. ff. de verb. ſign. & licet ſit alta q. inter Doctores, an ſtatutum loquens de inteſtato, habeat locum in pupillo, nihilominus illa uidetur verior
18 opinio, quod non comprẹhendatur † pupillus, vt late oſtendit D. Io. Ceph. in conſi. 210. a num. 28. uſque ad nu. 33. cuius dictis ego poſſem addere aliquot alias deciſiones in ea q. quæ miſſas faciã breuitatis gratia, & quatenus in illis terminis poſſit habere difficultatem, in noſtris tamen, in quibus nedum de inteſtatis loquutus fuit teſtator, ſed etiam de teſtatis, in quorum numero non poteſt comprẹhendi pupillus, ut ſupra, ceſſat omnis ſcrupulus. & licet teſtamentum patris poſſit dici teſtamentum filij, ff. de vulg. & pupil. tamen certum eſt, quòd teſtator de hoc non potuit intellexiſſe, quia fruſtra addidiſſet illam conditionem, de teſtato, uel inteſtato, ex quo certũ erat quòd filij pupilli propter teſtamentum patris cenſebantur teſtati, & ſic verba remanerent ſine effectu operandi contra l. ſi quando, ff. de leg. 1. in princ.

His ſtantibus fundamentis facile tolluntur ea, quæ pro contrarijs ſupra fuere adducta. Nam ſiue ſubſtitutio hæc ſit reciproca, ſiue breuiloqua, ſiue compendioſa, ex quo pupillarem com-
19 prẹhendere non poteſt, † non excluditur mater per fideicõmiſſariã. d. c. 1. de teſta. in 6. q̃ fideicõ
20 miſſaria cõpendioſa contineſ, Didac. in d. c. Raynutius, §. 9. nu. 1. in fi. maxime quia in ea facta eſt mentio mortis, Soci. conſil. præallegato 290. in ſecundo, & fuit addita clauſula codicillaris, ut exiſtimo, in teſtamento, Soci. conſil. 6. colum. 1. & ſecunda, 3. volum. & Hier. Zanch. in d. §. cum ita, nume. 109. & 110. Nec quicquam facit, quod filij fuerint ſubſtituti teſtatoris, quia hoc nõ operatur, ut ſubſtitutio ſit pupillaris, quando eſt facta perſonis imparibus, uel aliter conſtat de uoluntate teſtatoris, ut ſupra, & in his terminis loquuntur plures ex ſupra citatis, quando ſunt ẽt ſubſtituti alij filij.

Minus etiam obeſt, quod mater tranſiuerit ad ſecundas nuptias, quia talis iniuria, vt recte reſpondit magnificus Conſultor, non eſt talis, quę
21 excludat, † ut reſpondent Doct. etiam per eum citati, quibus addo etiam Claud. de Seiſſel. in d. l. 2. nume. 26. ff. de vulg. & pupil. Iaſ. in d. l. precib. nume. 15. vbi dicit Angel. communiter * reprobari Capr. in ſuis regul. & concluſ. in reg. 113. in ſecũda ſpecie ſubſtitutionis. ſ. pupillaris. nu. 130. idem Conſtant. Roger. in d. l. 2. nume. 53. Cagn. in d. l. precib. nume. 233. & D. Rimi. nume. 249. & latius, nume. 494. & ſequen. vbi abunde diſputat Io. de Garron. qui etiam dicit communem in rubr. C. de ſecundis nup. 20. po. [illegible] nu. 45. Bero. conſ. 525. nume. 11. 2. colum. Roland. a Val. qui etiam dicit communem, in conſ. 69. nume. 34. 1. volum. & Fernan. Vaſq. d. tracta. de ſucceſ. progreſ. lib. 2. §. 15. nume. 109. Quod etiam uoluit Conſtan. Roger. in tracta. de ſubſti. in tit. de pup. num. 57. & 58.

Opinionibus etiam Pauli de Caſtro a Fernando ſupra relatis, ex ſupra deductis patet reſponſum, quia ſunt contra communem Doct. ſententiam, in utraque quæſtione, & rationes illorum ſunt friuolæ & leuiſſime tolluntur per contrarium tenentes, ut ſupra.

Licet etiam tex. in d. l. fi. §. hæc autem, non uidetur obeſſe, ſi illum intelligamus ſecundũ glo. ibi in uerſ. ex alieno, quod ſubſtitutio facta fuit in caſu pubertatis, & omnes concludunt, quod pupillus improprie dicatur inteſtatus: de communi uero uſu loquendi forte etiam non poteſt conſtare, & quod in dicto textu non fuerit ſubſtitutio pupillaris, ſed magis fideicommiſſaria, ſatis probant illa uerba (fideicommiſſum a filio reliquerit) & inferius, fideicommiſſi petitio. Præterea ille tex. nõ loquitur, nec Doctores contrarium tenentes, quando eſt dictum per teſtatorẽ, ſiue deceſſerit teſtatus, ſiue inteſtatus. quę uerba ut dixi, in pupillo non poſſunt bene uerificari.

Concludo igitur. C. legitimam in bonis filij matri debuiſſe uiuenti iuxta formam dicti ſtatuti, ſecundum cuius diſpoſitionem in dubio teſtator ſe confirmaſſe cenſetur; Bar. & alij, in d. §. cũ ita. & per conſequens ius huiuſmodi in eius hæredem inſtitutam fuiſſe tranſlatum, l. cum hæredes, in princ. ff. de acquir. poſſeſ. Laus D.O.M.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Nepotes uel neptes, quando ueniant filiorum uel filiarum appellatione & quando de propria ſignificatione uel ex interpretatione, & ad excluſionem extranei, & in alijs caſibus?

S V M M AE.

1 *Neptes non veniunt filiarum appellatione, cum aliter filiæ, aliter neptes appellentur.*

2 *Nepos non venit appellatione filii, de propria ſignificatione, ſed ex interpretatione.*

3 *Neptis non venit ſecundum communem vſum loquendi filiarum appellatione.*

4 *Filii ſi ſunt uocati in vltimis voluntatibus, in fauorabilibus comprẹhenduntur etiam nepotes,*

potes, ex Bar. qua ſententia impugnatur a pleriſque.

5 *Et maximè, quando agitur de hæreditate collateralis non aſcendentis.*

6 *Filiæ ſi ſunt vocatæ ex aliquo in teſtamento, intelligendum eſt, vel immediatè natis ex eo.*

7 *Filiæ appellatione, non venit neptis, quando ſumus in fideicommiſſaria, ex qua reſultat onus filii teſtatoris.*

8 *Teſtator ſi conferat diſpoſitionem ſuam in aliquem futurum euentum, tunc nepotes veniunt filiorum appellatione.*

9 *Teſtator non præſumitur extraneum præponere agnationi ſuæ.*

10 *Neptes non comprehenduntur a teſtatore diſcretiue loquente, & diſponente de filiab.*

11 *Liberi omnes comprehenduntur filiorum appellatione.*

12 *Filii nomine, quandoq; veniunt nepotes apud Iuriſconſultos, & apud noſtros in materia fideicommiſsi.*

13 *Nepotes veniunt filiorum appellatione in vltima voluntate, quando agitur de illius commodo, & vtilitate, & hæc eſt communis opinio, pro qua ſæpe eſt conſultum.*

14 *Quæ opinio tanto clarius procedit, ſi diſpoſitio collata eſt in aliquem futurum euentũ, quo non potuerunt extare filiæ.*

15 *Et maxime, ne videatur teſtator ſuos coniunctos propter extraneos excluſiſſe.*

16 *Alia eſt cõiectura, ſi nepos ſuccedebat teſtatori, non autem ille ſubſtitutus, quem nepos excludit.*

17 *Vſus communis loquendi eſt probandus, ut obſtet.*

18 *Et de eo non curatur, ſi conſtat de mente teſtatoris.*

19 *Opinioni communi eſt innitendum, & pro ea iudicandum.*

20 *Nepotes non veniunt nomine filiorum, ſi excluderentur filiæ teſtatoris.*

21 *Vel agitur de excludendo magis dilectum per minus dilectum.*

22 *Vel teſtator vſus ſit verbo, infraſcriptis, vel in alia parte loquutus fuerit de liberis.*

23 *Doctoris fundamento non eſt fidẽdum, quod ipſe poſuit pro ornatu conſilii.*

24 *Nepotes veniunt ſub nomine filiorum, etiam quod agatur de hæreditate collateralis.*

25 *Filiorum facta mentione ex aliquo, an ſit intelligendum mediatè, vel immediatè.*

CONSILIVM XXX.

In Domino confido.

MAgnifica & nobilis D. Paula a Cornu, nobilis, de Taruiſio, de anno 1521. ſuum vltimum condidit teſtamentum vulgari ſermone conſcriptum. In quo inter cætera inſtituit ſuos hæredes omnes & quoſcunque eius filios maſculos legitimos & naturales ex ea, & eius viro naſcituros, eis ſubſtituens omnes, & quoſcunque eorum deſcendentes in infinitum de gradu in gradum, in ſtirpes, & non in capita, filias vero naſcituras dotauit, ſi duæ fuerint, dote ducatorum quadringentorum, pro qualibet: ſi tres, uel plures, dote trecẽtorum ducatorum, cum ſubſtitutionib, inter eas factis. Qua linea maſculorum finita ſubſtituit filias fœminas ipſius D. teſtatricis, & poſt earum mortem filios maſculos illarum legitimè deſcendentes ex eis, ac ex legitimo matrimonio natos in ſtirpes, & non in capita, donec aliquis ex maſculis ipſarum filiarum reperietur. Quibus maſculis deficiẽtibus diſpoſuit, & ordinauit eius hæreditatem peruenire debere ad Mag. D. Heliſabeth eius ſororem fil. quondam Mag D. Aloyſij a Cornu, & relictã q. Mag. Com. Nicolai de Collalto, & ꝙ poſt eius mortem bona, & hæreditas eius peruenirent, & peruenire deberent in filios maſculos legitimè deſcendentes ex d. Mag. D. Heliſabeth, & de legitimis deſcendentibus maſculis, & ex legitimo matrimonio natis, in legitimos deſcẽdentes maſculos filiorum ipſius eius ſororis, & deſcendentium ſuorum de gradu in gradum, in infinitum, donec aliquis eorum extiterit, in ſtirpes & non in capita, ita tamen ꝙ liceret ipſi D. Heliſabeth, ſi plures filios maſculos haberet bona d. ſuæ hæreditatis uni tantum ex eis uel plurib. relinquere, modo hæreditas ipſa tranſeat de legitimis deſcendentibus maſculis in legitimos deſcendentes maſculos ex legitimo matrimonio natos, & ea uel eis, quibus ipſa ſic reliquerit, ordine ſucceſſiuo, in infinitum, in ſtirpes. & non in capita, donec aliquis extiterit ex eis. deficientibus autẽ, & non extantibus aliquibus maſculis, ipſorum bona ipſa perueniãt in alios maſculos legitimos & de legitimo matrimonio natos & deſcendentes ex ipſa domina Heliſabeth, uel deſcendentiũ ſuorum maſculorum, vt ſupra, qui tunc extabũt, & ſic de deſcẽdentib. in deſcendentes maſculos

de legitimo matrimonio natos de gradu in gra
dum ordine ſucceſſiuo in infinitum quouſq; ali-
quis dictorũ maſculorum reperietur extare æ-
qualiter diuidendo in ſtirpes, & non in capita.

Quibus omnibus maſculis ſubſtitutis, ut ſu-
pra deficientibus, adeo quod nullus ex eis repe
riretur extare, tunc iuſſit, uoluit, & ordinauit ip-
ſa Domina Teſtatrix prædicta eius bona, & hęre
ditatem peruenire debere in filias legitimas de
ſcendentes ex prædicta Mag. D. Heliſabeth quæ
tunc reperientur, ſaluo quod ſi eſſent moniales,
q tales modo aliquo non poſſent ſuccedere in
parte aliqua, ſed tantummodo ſuccederent nu-
ptæ, uel nubendæ, ſeu pizzocandæ, & poſt mor-
tem ipſarum filiarũ perueniant in filios maſcu-
los ipſarum filiarũ legitime deſcendentes, & ſic
de legitimis deſcendentib. maſculis in legitimos
deſcendentes, & maſculos filiorum dictarum fi
liarum ex legit. matr. natos, & eorum deſcendẽ
tium maſculorum in infinitũ, ordine ſucceſſiuo,
de gradu in gradum, ęqualiter diuidendo in ſtir
pes, & non in capita, & deficientibus omnib. di-
ctis maſculis, adeo quod amplius aliquis eorum
non extaret, tunc uoluit, & ordinauit ipſa Domi
na teſtatrix quod dicta eius hæreditas, & bona
perueniant, & peruenire debeãt ad ſpectabilem
D. Auguſtinum de Bizignolis ciuem, & habitato
rẽ Taruiſij fil. q. D. Baptiſtę, quẽ ipſa patruũ uo-
cauit, uel in ſuos legitimos deſcendentes maſcu
los ex legitimo matrim. natos, in infinitum, ut ſu
pra. Quibus omnib. deficientibus, & non extan-
tibus, ſubſtituit monaſterium, & fratres S. Ma-
riæ Magdalenæ de Taruiſio, & monaſterium, &
fratres S. Hieronymi Seruorum de Taruiſio, ac
monaſterium & moniales S. Clarę de obſeruan
tia, etiam de Taruiſio, nũcupatas della Cella, æ-
qualiter cum oneribus, de quibus in dicto teſta
mento. Poſt conditum d. teſtamentum prædicta
Mag. D. Paula teſtatrix matrimonium cõtraxit,
& filium legitimum & naturalem maſculum D.
Aloyſium de Gambera ſuſcepit, qui in eius hæ-
reditatem poſt illius mortem ſucceſſit, exinde
deceſſit Mag. D. Heliſabet ipſius Dominæ Teſta
tricis ſoror, relicta Illuſt. Domina Clara eius fi-
lia legitima & naturali uxore q. Illuſ. D. Hippoly
ti de Corrigio, uiuẽte, quæ ſubinde etiã deceſſit
ſuperſtite ipſo Domino Aloyſio, relicta uiua, &
ſupreſtite Illuſtriſ. D. Comitiſſa Fuluia eius filia
legitima & naturali ex d. q. Illuſt. Do. Hyppolito
vxore q. Illuſtriſ. Com. Ludouici Pici Mirandu-
læ domini nepte ipſius q. D. Heliſabeth, ſororis
dic. Dominæ teſtatricis, & poſtremo loco obijt
prædictus Mag. D. Aloyſius filius teſtatricis ſine
filijs, ob cuius mortem prætẽdit ipſa Illuſtriſ. D.
Comitiſſa Fuluia ſuccedere in bonis & hæredi-
tate d. q. Do. Paulæ eius materteræ magnæ uigo
re ſubſtitutionis fideicommiſſariæ factæ in præ-
dicto teſtamento, ut ſupra. In quo poſt finitam li
neam maſculorum d. teſtatricis fuit ſubſtituta,
& uocata D. Heliſabeth, eius ſoror, & poſt eam
eius filij maſculi in infinitum, & deſcendentes
ex eis, & eis deficientibus, & non extantib. filiæ
legitimæ & deſcendentes ex ipſa D. Heliſabeth,
cum ipſa ſit neptis ex filia, & legitima deſcenden
tes ex d. q. Do. Heliſabeth, eius auia materna,
quæritur quid iuris?

Viſo itaque puncto propoſito, & maturè di-
ſcuſſis rationibus, & auctoritatibus, quæ ſuper
eo hincinde adducunť per ſcribẽtes, prima facie
punctus ipſe uiſus fuit valde difficilis, & pericu-
loſus, propter contrarias opiniones, q̃ reperiun
tur in eo, adeo quòd, vt dixit Corn. in conſ. 290.
3. col. in 4. & ante fi. ſecundum coniecturas, quę
ex teſtamento elicerentur, modo vni, modo alte
ri parti eſſet adhærendũ, & non peccaret qui vni
vel alteri parti adhæreret, ſequiť Soc. iun. in con
ſil. 125. nu. 35. 1. uol. & in conſ. 114. col. fi. verſ.
& hinc eſt, nu. 5. eo. uol. & caſum dubium etiam
eſſe dicit Tiraq. in q. 40. nu. 58. & 59. vbi plures
hincinde pro utraque parte citat in tract. de iu-
re primogen. Et quod ipſa Illuſtriſ. Domina Ful
uia nõ admittatur, multa vrgere uidentur, & pri
mo ex quo filiæ Dominæ Heliſabeth fuere uo-
1 catæ ad ſucceſſionẽ & non neptes, † quæ appel-
latione filiarum non ueniunt, cum aliter filiæ, &
aliter neptes appellẽtur, l. quod ſi nepotes, ff. de
teſtam. tutela. & in §. quod ſi nepotes, Inſtitu. eo.
tit. quod voluerunt gloſ. in l. filij, ff. de verb. ſign.
in l. iuſta. ff. eod. tit. & in l. liberorum. §. ſed & Pa-
pyrius, in ver. contineri, eod. titu. Nec nepos
2 † appellatione filij, ſicut pariter neptis filię appel
latione de propria ſignificatione venit, ſed ex in
terpretatione, vt ad propoſitum voluit Bar. in d.
l. liberorum, nu. 3. vbi dicit gloſ. contrarias eſſe
falſas, Alber. in d. l. filii, & in d. l. iuſta, & in d. l. li-
berorũ, nu. 2. ubi refert opiniones aliorũ, quod
etiam uoluerunt Dy. Ray. & Alber. in d. l. quod
ſi nepotes, nu. 1. gloſ. in ver. liberi, in clem. 1. & ibi
Imo. in 3. col. de bapti. & Bald. in l. maximum ui-
tium, nu. 10. C. de liber. præter. Alex. conſi. 198.
num. 17. in 6. uol. Corn. conſil. 182. 3. & 4. col. 2.
vol. 131. col. 1. in fi. & col. ſeq. vbi dicit vidiſſe
pro hac parte pluries conſultum, in 3. & d. 290.
2. & 3. colum. in 4. uolum. Gozad. conſil. 36. nu-
mero 11. Alcia. lib. 3. paradox. cap. 4. in princip.
& in dicta l. filii, & in l. iuſta, vbi dicit commu-
* nem, * quam etiam tenet Nat. conſilio 626. nu-
mero 12. & late Antonius Gabr. lib. ſexto ſua-
rum concluſionum, in titu. de verborum ſignifi-
catio. concluſione prima, numero tertio. Et ſi-
3 cut neptes † appellatione filiarum, non ve-
niunt de propria ſignificatione, ita nec ſecun-
dum communem vſum loquendi, qui etiam pro
prię ſignificationi p̃ualeret. l. librorũ, §. quod ta
men Caſſius, ff. de legat. tertio, ut tenent quam-
plures ex ſupra & inferius citatis Doctor. & pre
ſertim Corn. in conſilio 199. columna tertia, lit-
tera q, in ſecundo, & d. 290. colum. tertia, & An

ton.

ton.Gabr.dicta concluſione prima numero 89.
30. limitatione .

Et licet Bartol. in dicta l.liberorum,& plures
alii tenuerint, quod quando in vltimis volunta-
tibus uocati ſint filii in fauorabilibus compræ-
4 hendebantur†etiam nepotes, multi tamẽ, & ma
gnę auctoritatis,tam antiqui,quàm moderni Iu-
riſconſul.contrarium maluerant,ut Dyn.Rayn.
& Alber.in dicta l.quid ſi neptes,& idem uolue
re Cyn.Iacob.de An.Alber.colum.3.& Bald.in
ſecunda, ante fin. ubi relatis pluribus opinioni-
bus reprobat Bart.opinionem in l. Gallus, §.in-
ſtituens, & ibi Aret. 3. columna,numero 40.ff.
de liber.& poſthum. quam opinionem uidetur
etiam tenere Bal.in conſil. 362.opiniones, in 4.
uolum. Alexan.in conſil.primo,in duabus poſte
rioribus colum.primo uolum. Corn.dictis con
ſilis 182.colum.3. & ſequen.131. colum.prima,
& ſequen. & 290. per totum, quam eſſe magis
communem firmat Socin. in conſil. 104.num.1.
tertio uolum.cui uidetur inhærere Cur.ſen.con
ſil.46.num.21.& ſequen.Dec.conſil.95.num.6.
Gozad.d.conſil. 36.num.3. & ſeqnen.Alba.con
ſi.29.num.11.& ſequen.& uidetur etiam illam te
nere Bellon.conſil.50.num.5.& ſeq. Alcia.in d.
cap.4.in d.l.filii, & in d.l.iuſta,& in conſil. 2.lib.
8.Bero.conſil.122.nu.3. & ſeq.ſecundo uolnm.
& plures alii, quos citat Ant.Gabr.d.concluſ.1.
num.3.tertia ampliat.uerſic.contrarium tenue-
runt, ac Soc.iu.in cõſ.30.ferè per totum.3.vol.

Quæ ſententia tanto magis procedere uide-
tur,cum hic non agatur de hęreditate aſcenden
tis,ſed collateralis,in qua difficilius ꝓcedit opi-
5 nio contraria,†ut uoluere poſt Franc.Accur.Al
ber.in dicta l.liberorum, nume.2. & in d.§.inſti-
tuens, 3.colum.& ibi Bald.2.colum.ante med.&
plures alii ex ſupra relatis, Alex.conſil.16.ſecun
da col.3.vol.Soc.iun.conſ.30.num.18.& ſeq.&
Alcia.d.conſ.2.num.22.

Et idem, quia in teſtamento uocatæ fuere fi-
liæ deſcendentes ex dicta Domina Heliſabeth,
6 quod de natis ex ea†immediate accipiendũ eſt,
ſecondum Corn.in conſil.199. col.13. littera q.
ſecundo volum.& Rui.conſi.115.num.15.tertio
volum.cum alijs citatis per Cabr.d.1.concluſio.
13.limit.num.77.Et cum ſimus in fideicommiſ
ſaria,ex qua reſultat onus, & grauamen filij ip-
7 ſius Dominæ teſtatricis, neptes†non cenſentur
venire filiarum appellatione,vt per Alcia.dicto
conſilio,num.21.& Gabr.dicta concluſ.16.limit.
nu.83.& 18.num.87.& idem,quia fieret præiu-
dicium alijs nocatis,Gabr.dicta limit.16.nu.83.

Accedat quòd tenentes contrariam opinio-
nem mouentur duobus potiſſimis fundamen-
tis,quod illa ſcilicet procedit, quando teſtator
8 † contulit diſpoſitionem ſuam in aliquem futu-
rum euentum,quod tamen reprobat Roman.in
conſil.438.in caſu conſultationis,colu.vlt.Dec.
d.conſil.95. colum.pen. Alcia.d. conſil. 2. num.
24. & Anton.Gabr.d.reg.1.10.ampliat.nu.36.
verſ.contrarium,vbi alios citat.Item & ex ratio
ne,l.Lucius, la ſeconda. de hæred.inſtitu.quod
9 non præſumatur teſtator†extraneum præpone-
re agnationi ſuæ,& tamen ratio iſta non videtur
vera,niſi in caſu l.cum auus. ff. de condit.& de-
monſtr.ut per Alex.in d.§.inſtituens,num.7.vbi
Claud.etiam nu.10.& non videtur procedere in
caſu iſto, in quo de agnatione ipſius D.teſtatri-
cis non agitur.

Prętereà in caſu iſto ſatis de mente teſtatricis
conſtare videtur, neptes noluiſſe amittere, ex
quo poſt filias ſororis, vocauit maſculos ipſarũ
filiarum,& illis deficientib. vel non extantibus,
uocauit prædictum Dominum Auguſtinum &
eius deſcendentes, vt ſupra,quos prætulit dictis
neptibus ſororis: vnde cum diſcretiuè fuerit lo-
quuta,vel cenſeatur diſpoſuiſſe de filiabus,& ne
10 ptib.non cenſentur†neptes compræhendi,Go-
zad.conſ.4. ſecunda colum.cum alijs citatis per
Gabr.d.1.concluſ.21.limit.nume.92. Ex quibus
videbatur tenendum cõtra ipſam Illuſtriſſimam
neptem, quod ad dictum fideicommiſſum non
cenſeretur vocata.

Quibus tamen minimè attentis,eius ſum ſen
tentiæ,quod omnino compræhẽdatur in dicto
fideicommiſſo ipſa Illuſtriſ. Domina Comitiſſa
Fuluia.pluribus rationibus. Et primo,quia ap-
11 pellatione filiorum,†omnes liberi compræhen
duntur,d.l.filij.ff.de verborum ſignific.& l.iuſta
12 interpretatione. ff.eodem tit.& filij†appellatio
ne,ſępe & nepotes quoq.accipi,multifariam pla
cere inquit Iuriſconſul.in d.l.liberorum,§.ſed &
Papyrius,eodem tit.facit etiam l.ſenatusconſul
to. ff.de ritu nupt.idem etiam in materia noſtra
probatur in d.l.Lucius, la ſeconda, ff.de hæred.
inſtitu.vbi cum tractatur de commodo, & utili-
tate filiorum, compræhenduntur nepotes filio-
rum appellatione. Et quod de propria ſignifica
tione cõtineatur nepos,appellatione filij,voluit
gloſ.in ver.appellantur, in dicto §.quod ſi nepo
tes. idem voluit Bald. in d.l.quod ſi nepotes, &
idem gloſ.in ver.filios, in §.cum igitur,in Auth.
de non eligen.cum alijs per Anton.Gabr.d.pri
ma concluſ.numero 4.

Secundo idem etiam probatur auctoritate;
quia etſi dubium eſſet, an filiorum appellatione
de propria ſignificatione, vel ex interpretatio-
ne veniant nepotes, vel neptes:quando tamen
ſumus in vltima uoluntate,& in inſtitutione,vel
ſubſtitutione, & agitur de commodo, & utilita-
13 te eorum,ueniunt†nepotes,ſeu neptes, ut inter
conſilia Oldr.tennit quidam Iacob.de Mediola.
in conſ.269.thema.Iac.Butrig.inter conſil. Bal.
conſ.363.paterfam. 4.uolum.idem tenuit Bart.
in d.l.liberorum,num.5.& eius uidetur ſenten-
tię in d.§.inſtituens,ubi Ang.ad eum ſe remittit.
idem tenet Bald.melius ſentiens,in conſil.487.
in iſto puncto, ſecundo uolum. & conſilio 302.

non continetur,& 413.viſo teſtamento, in 4.uo
lum.eandem etiam tenet opinionem Anton.de
Butr.in cap.in quibuſdam.colum.3.de pen.& ſe
cundum hanc conſuluit Caſtr.conſ.198. ſuper
1.quæſito,2.colum.nu,1.& 2.2.uolum.ubi loqui
tur in neptibus ex filiabus, & ipſam tenet etiam
Card.Alex.in c.2.nu.2. de uerb.ſignif.Anchar,
in d.clem.1.de baptiſ.colum,3,circa med.ſecun
dum quam pluries reſpondit Alex.in conſ.9. 2,
* & 3.colum.in 1.uolum.vbi dicit communem.*
quinto, circa primum. 2.& 3.col.3.uolum.26.vi
deretur fortaſſe,col.1.in fi.& ſeq.3.uolum. cuius
mentis uidetur fuiſſe in conſ.56.Aldrouandus,
ad fin.in quinto,& firmat late in conſil.37.num.
11.& ſeq.6.volum.Rom.conſil.148.uiſis thema
te.idem tenuit Soc.num.14.& Iaſ.num.12. qui
dicit hanc opinionem eſſe communem in d.§.in
ſtituens.& ſecundum hãc pluries etiam reſpon-
dit Corn. melius ſibi conſcius, in conſil.97. col.
3.& 4.in 1.& 207.colum.6. ante fi. 2.uolum.vbi
loquitur in neptibus ex filiabus,Aret.conſ.146.
reſpondeo ſummatim,2.colum. Rim.conſil.117.
in fi.Maria.ſen.'in conſil. 14. 2.colum.in primo,
Barba.conſil. 10.colum.5.& 6. ſecundo uolum.
Bened.Capra conſil.123.num.5.& 6.Soc.conſ.
90.colum.fin.in primo,249.col.2.in fi.& colum.
ſeq.in 2.& conſil.17. per totum,4.uolum. Iaſ.in
conſil.52.num.1.& ſeq.3.uolum. Bertrand.con
ſil.196.num.2.prima par.2.uolum.Dec.conſil.
391.nume.3.& ſeq.& hoc receptius eſſe fatetur
etiam Alci.in d.l.liberorum.2.& 3.Barth.Chaſſ.
conſil.67.nume,29.& ſeq.& num.41.Durant.in
tract.de arte teſtan.tit.5.cautela 4.Cur.iun.con
ſil.22.num.13.&135.num.45. Rub.Alex.conſ.
28.num.9.& ſecundum eam pluries etiam con-
ſuluit Ruin.ut in conſil.101.num.9.& 158.num.
13.in ſecundo,& 140.nu.5.in 3.uolum.Gozad.
conſil.4.num.13.& conſil.59.numero 12.Pariſ.
etiam idem tenuit in pluribus conſil.52. nume.
23.& ſequen.75.num.64.& ſeq.& 78. num.10.
& ſequen.2.volum.& conſil.52.num.18.in 3. &
ſecundum etiam iſtam ſententiam conſuluit plu
ries Soc.iun. ut in conſilijs 114.num.31.& 125.
nume.35.& 146.nu.7.& 10. ubi in fine dicit ita
fuiſſe iudicatum.2.uolum.& in conſilijs primo,
num.35.& ſeq.& nume.42.dicit illam ſine ſcru-
pulo procedere.ſecundo,num.9.ubi dicit com-
munem.20.num.8.& 78.num.40.tertio uolum.
idem tenuit Nat.conſiliis 602. num.12. & ſeq.
& 626.num.12. quam etiam tenet Mantua con
ſil.87.num.6.& ſeq.primo uolum.& conſi.269.
ſecundo volum.ſeu additione ad ſecundum uo-
lum. numero 15. aliàs eſt 18.in conſiliis addit.
ad dictum ſecundum volum. quam etiam te-
net Bero.in conſil.121.num.10. ſecundo volu.
quam etiam dicunt communem Baptiſta Villa-
lob.in uer.filiorum appellatione.l.fallen.nume.
144.& Emanu.Soarez in theſau. recept.ſenten.
in uer. filiorum appellatio. nu.275.hanc etiam
admittit Rolan.a Val.conſil.93.num.10. ſecun-
do uolum.& illam expreſſe tenet conſil.89. nu.
3.& ſeq.in 3.Ceph.conſil.107.nu.16.194.num.
20.& 21.& 261.nu.5.& ſeq. ubi dicit ueriorem,
** & crebriorem,** cum quibus tenet etiam Hier.
Zanch.in repet.§.cum ita.l.hæredes mei,nume.
243.ff.ad Trebel. hanc etiam communem dicit
Ant.Gabr.d.concluſ.1.nu.5.& 7. & illam etiam
ſequitur Franc.Marza.in ſecunda par.ſui tracta.
de fideicommiſ.q.17.ubi meminit de deciſione
facta in caſu conſil.Soc.iun.præallegatæ 146. in
ſecundo.Ex denumeratione igitur,tot.& tanto
rum excellentium Doctor. qui tenuerunt iſtam
partem.conſtat hanc eſſe communem,vel magis
communem ſententiam, contra quam temera-
rium eſſet conſulere,vel iudicare.

Secundo hæc ſententia tanto clarius proce-
dit, ex quo ipſa D.Teſtatrix contulit diſpoſitio-
nem ſuam in futurum euentum, quo veriſimili-
ter potuerunt non extare filiæ ipſius Dominæ
Teſtatricis, ſed neptes: hoc enim caſu ſine diffi-
14 cultate illam procedere,† ut neptes veniant ap-
pellatione filiorum,ſenſit Iacob.Butr.in d.conſi.
364.inter conſilia Bal.in quarto, & tenent Imo-
la colum.fin.nu.48.Alex.num.7.Iaſ.nu.13. Soc.
col.3.num.4.& Claud.nu.10.in d.§.inſtituens,
Aret.in §.fin.num.5. Inſtit.de teſta.tutela.Fran.
Aret.in d.conſil.145.ſecunda colum.in princip.
Alex.dictis conſil.9.colum.3. in princ.verſ.hoc
idem, in primo, 5.colum.3.in 3.& 26. ſecunda
colum.eo.quod admittit Corn. d.conſil.131.pri-
ma col.in fi.& princ.ſequen.in tertio, & d.207.
colum.7.quam etiam tenent Socin.d.conſil.17.
nume.2.in quarto, Iaſ.d.52.colum.3. in tertio,
Dec.d.391.num.3.Cozad.dictis conſiliis 4.nu-
mero 13.& 59.num.12.Curt.iun.conſilijs 139.
num.22.& 161.num.ſecundo, Rub.Alexan.con
ſil.28.numero 9. Durant.dic.tit.5. caut.quarta,
Rui.dictis conſilijs 101.num.9.154.in ſecundo,
& 140.nume.5.tertio volum.Pariſ.conſilijs 78.
numero 11.in ſecundo, & 52. numero 22. in 3.
Soc.iun.dictis conſiliis 114.num.31.125.nume
ro 35.primo,num.38.ſecundo num.9.& ſeq. &
78.num.40.tertio uolum.Villalob.loco præcita
to,num.149.Gabr.d.concluſ.1.nume.36.verſic.
10.amplia.& num.66.Ceph.dictis conſi.194.nu.
21.& 29.& 262. numero 8.& 14. & idem uoluit
in conſilio 16. numero 64. Nat. dicto conſilio
602.num.18.& Hieronymus Zanch. in dicto §.
cum ita, num.239.

Tertio, cum excludendo ipſam Illuſtriſſimam
neptem præferrentur extranei, militat proprie
diſpoſitio dictę l. Lucius, ubi teſtator meminе-
rat de filijs fratris ad excluſionem ſubſtituti ex-
tranei. & ueniunt nepotes ad illius etiam exclu
15 ſionem,ne uideatur teſtator † ſuos coniunctos
propter extraneum excluſiſſe, & extraneum il-
li prætuliſſe, ut declarant Bald.colum.ſecunda,
in fine,Imo.prima.in fine,Aret.columna tertia,
num.

num.40.in fi.Iaſ.num.23.Soc.in pen.col.in fi.in
d.§.inſtituens. Alex.dictis conſil.9. columna 3.
& 5.columna 2.Areti.d.§.fi.num.5. quod etiam
voluit Alcia.in dicta l.filij,ad fi.& Bero.d.conſi.
122.num.3. in 2.& Gozad. d.conſi.4.nu.13.

Quartò in hac materia Doctores ponderant
aliam coniecturam, ut nepotes veniant appella
tione filiorum, ſcilicet quando nepos ſuccede-
bat ab inteſtato teſtatori, non autem ille ſubſti-
16 tutus.vel is quem nepos excludit † de mente te
ſtatoris,ut in caſu d.l.Lucius,ut conſiderant A.
ret.d.conſ.146.Alex.d.conſ.5.col.3.Corn.in d.
conſ.135.ſecunda colum.in tertio. Curt.iun.in
conſ.57.nu.5.& Soc.iun.d.conſ.1.num.42. cum
ſit præſumendum,teſtatorem in dubio ſe voluiſ
ſe conformare diſpoſitioni iuris. Vnde cum ipſa
Illuſtriſſima Comitiſſa neptis in hæreditate d.te
ſtatricis eius materteræ magnæ ſucceſſiſſet ab in
teſtato, & excluſiſſet d. Dom. Auguſtinum tan-
tummodo coniunctum affinitate dictę teſtatri-
ci,cum eſſet maritus eius amitæ, ut in dict.teſta-
mento coniectura hæc optimè ſuffragatur dictæ
communi ſententiæ.

Quinto cum dicta teſtatrix de filiabus in plu-
rali fuerit loquuta, quæ loquutio non potuerat
verificari in Illuſtri D.Clara, quæ fuit vnica filia
ipſius D.Heliſabeth,neceſſariò debuit etiam in-
telligi de nepte, vt in his terminis trad. Cepha.
d.conſ.262.nu.11.

Sextò & vltimò ipſa D.teſtatrix non tantum
uocauit filias ſororis, ſed addidit, *figlie legitime
deſceſe della predetta Mag. Madonna Iſabetta che
allora ſi ritroueranno* & ſic cenſetur eas vocaſſe
ſub nomine,& uocabulo deſcendentium,quod
compræhendit omnes drſcendentes in infini-
tum.l.fi. C.de ſuls & legit. Pariſ.conſ.75.nu.23.
ſecundo volum. & ad propoſitum trad. Corn.
d.conſ.207. ante fi. & Soc.Iun. conſ.20.num.8.
tertio volum.

His ſtantibus fundamentis, corruunt omnia
quæ ſupra pro contraria ſententi aadducta fue-
re:nam primò ad tex.in d.l.quòd ſi nepotes, re-
ſpondent Bart. & alij in pluribus ex locis ſupra
citatis,quòd non procedit in vltima voluntate,
in quia tractatur de commodo, & vtilitate fi-
liorum & nepotum, & in qua larga etiam fit in-
terpretatio: ſed in tutela, quæ parum prodeſt
pupillo, cui non deeſt prouiſio legis,& ſi proui-
ſio deſit teſtatoris, & agitur de præiudicio ter-
tij,& eo caſu ita limitat regulam Gabr.dic.con-
cluſione prima, num.46.& ſequen.

Quod autem non compræhendatur de pro-
pria ſignificatione præter id, quòd multi con-
trarium tenent,ut ſupra,nihil facit,cum ſatis no
bis ſit,quòd ex interpretatione compræhendan
tur,& tanto magis comprehenduntur, cum mi
litent tot aliæ rationes,de quibus ſupra. Quæ au
tem dicuntur de communi uſu loquendi,non fa
17 ciunt aliquid,niſi talis communis † vſus proba-
retur,ut per Aret.in d.§.fi. Alex.dictis conſilijs
9.5.& 26.colum.3.in 3.& 37.num.18.& 19.in
6.& Gabr.d.concluſ.prima. num.89.20.limita-
tione, & potius crediderim poſſe probari com-
munem uſum loquendi eſſe pro hac parte.quòd
illud verbum, *figlie*, compræhendat grneraliter
omnes fęminas deſcendentes. quod tanto cla-
rius procedit in caſu iſto, cum ex alijs rationib.
ſupra adductis conſtet de mente ipſius D. teſta-
tricis, quo caſu non eſt curandum de tali com-
18 muni uſu † loquendi,ita declarat ad propoſitum
Soc.iun.conſ.præall.146.nu.14.2.volum. & ſe-
quitur Gabr.in d.20.limitatione,nu.91.

Et licèt multi teneant opinionem contrariã,
ut ſupra deductum fuit pro diuerſa parte,maior
tamen pars numero, pondere, & menſura ſtat
pro hac noſtra,quam tuemur,ſententia: adeo ꝙ
tenentes oppoſitum, non debent eſſe in aliqua
19 conſideratione, cum iudicandum † ſit pro com-
muni opinione,c.ne innitaris,de conſtit.c.noui
mus,de uerbo.ſign.l.prima.ff.de offi.quęſto.latè
Neuiz.in Sylua nupt. lib.quinto, num.1.

Præterea ferè omnes Doctores contrariam
tenentes loquuntur in diuerſis caſibus ſpecia-
lem rationem habentibus,unde ceſſante eorum
ratione,ceſſat etiam eorum deci.l.quod dictum.
ff. de pact. nec in caſibus eorum concurrebant
tot rationes,prout concurrunt in caſu iſto, nam
Bal.in conſ.362.in 4.loquitur in caſu, quo intel-
20 ligendo quòd nepotes † uenirent appellatio-
ne filiorum, excludebantur propter filiæ teſta-
toris, quod non eſt conueniens, & in caſu iſto
excluditur is, qui ex diſpoſitione iuris etiam ab
inteſtato excluderetur, Alexã.in conſ.primo,&
Cur.qui in eo caſu conſuluit, in conſil.199.in ſe
cundo,fatetur ſe ſolitum ſequi Bar. quando ca-
ſus verſatur iuxta diſpoſitionem dic.l.Lucius,ut
excludatur extraneus a coniuncto, quod non
erat in caſu ſuo,in quo etiam multa alia concur-
rebant,quæ in hoc non concurrunt,& agebatur
de excludendo magis dilectum per minus dile-
ctum, & de eius onrre, ut conſiderat Corn. 6.
21 colum.12. uerſic.3. † Corn. uerò in conſil.præ-
dicto 181. loquitur in caſu, quo filij erant uoca
ti per nomina propria,uel relatiua ad eorũ prr-
ſonas,ut alios, dictos, & huiuſmodi, & hærrdes
remanebant grauati onere,ut in 4.colum. ubi di
cit quòd in ſimplicibus terminis, quando ſimpli
citer eſſent ſubſtituti filij, non auderet firmare,
ſed quia in eo caſu alia concurrebant, ut ibi in
conſ.131. quia habuit locum in filio diſpoſitio,
non extenditur ad nepotes, ſic etiam in conſi-
lio 211. ſecunda columna, fatetur quod in caſu
ſimplici non conſuleret, ſed propter coniectu-
ras & in eo caſu filij erant nominati per uerbum
infraſcriptos, & in alia parte teſtamenti teſtator
22 loquutus fuerat de liberis,† Socin.in conſi.104.
numero ſecundo, loquitur, quando diſpoſitio
verificabatur in filio, quo caſu ad nepotes non

extendebatur. Prætetea in eo caſu erant appo-
ſita quædam verba, quæ ſatis innuebant de ne-
potibus teſtatorem non intellexiſſe, vt, alios,
æquis portionibus, & alia huiuſmodi, Curt.ſe-
nior, conſilio 46.numero 21. loquitur in eo ca-
ſu, quando ſubſtitutio habuerat locum in filijs,
& quando erat illis oneroſa, Dec. conſilio 95.
numero ſexto, ſatetur caſum dubitabilem, ſed
in eo caſu filij remanebant grauati fideicommiſ
ſo, ſi nepotes admitterentur, ut nume. ſeptimo,
& diſpoſitio habuerat locum in ipſis filijs, nu-
mero 8. Vltra quòd apoſtillator illic eam re-
præhendit, Alber. conſilio 29. loquitur in ſubſti
tutione reciproca, quæ reſultabat in damnum
aliorum & nominati fuerant filij, cum dictione
(prędictos) Gozad. conſilio 36. numero quarto,
loquitur, vbi diſpoſitio habuit locum in filijs pri
mi gradus, quæ etiam loquebatur de filijs na-
tis, & naſcituris ex alia uxore, & filios nomina-
tim inſtituerat adeo vt nepotes non cenſeren-
tur uocati, Bello. conſilio 50. numero quinto,
loquitur, quando etiam filij erant nominatim
uocati, & loquutus fuerat de filio in numero ſin
gulari, vnde nepotes, qui potuiſſent eſſe plures,
non compræhendebantur, ſecundum eum. Prę-
terea poſt filios ſubſtituerat filiam, & exinde
quoſdam nepotes, Alcia. In conſilio ſecundo, 8.
lib. loquitur in contractu donationis. Præterea
in alijs partibus fiebat mentio ſeparatim de fi-
lijs, vt numero 10. & cenſebantur grauati filij ex
tali interpretatione, vt numero 15. & 21. & nu-
mero 16. videtur admittere opinionem Barto,
quando diſpoſitio eſt nepoti, & filio fauorabi-
lis, & in futurum euentum collata, ut numero
17. vbi etiam reſtringit opinionem contrariam,
quando ex verbis teſtamenti apparet quòd de
filijs dumtaxat teſtator intellexit, ut numero 21.
in fine, vel quòd ſemel verificata eſt in filijs, vel
quando hæres omni caſu eſt grauatus. Quæ
omnia faciunt pro deciſione partis noſtrę, & ad
fauorem ipſius Illuſtriſſimæ Dominæ, ſic etiam
Bero. in dicto conſilio 22. in ſecundo, loquitur
quando reſultaret grauamen, & excluſio filiæ,
quæ in caſu noſtro locum ſibi non vendicat, in
quo de nullo onere hæredis agitur, quia ſi ne-
ptes non ſuccederent, ſuccederent alij remotio
res, vt ſupra. Et cum Doctores mouentur par-
ticularibus rationibus, non poſſumus dicere,
quod ſint deciſiones aduerſæ, ſed diuerſæ. ſæpe
enim Doctores mouentur aliquo fundamento
vero, & reali ad conſulendum, ſed tamen addu-
cunt aliquam rationem, vel reſponſionem quan
doque non veram, ex ſupraabundanti, vel pro
23 ornatu conſilij, in qua non eſt facienda † magna
uis, ut dicunt Socin. in conſilio 35. colum. fin. in
tertio volumine, Corn. conſilio ſeptimo. in quar
to, & Gozad. conſilio 96. numero octauo. Poſ-
ſem etiam reſpondere particulariter ad alia con
ſilia, quæ allegat pro hac parte contraria Anto-
nius Gabr. In dicta prima concluſione, numero
quinto, verſicu. contrarium. quorum plura non
loquuntur in caſu noſtro ſimili, & in eis uerba
teſtamenti, vel diſpoſitionis aliter ſe habebant,
ut in caſu Iaſ. in conſilio 7. in primo volumine,
vel reſultabat onus hæredi, vt in caſu Curt. iun.
conſilio 135. vel excludebatur magis dilectus a
minus dilecto, vt in caſu Cornei dicto conſilio
199. Sed ea miſſa faciam, cum ſatis nobis ſit opi-
nionem Bart. eſſe receptiſſimam, & à maxima ne
dum a maiori parte approbatam. Vltra quòd
multi ex allegatis in contrarium fuere varij, &
inconſtantes, adeo quòd in eis, ceu in teſtibus
variis, nullum poſſet fieri fundamentum, Crau.
in conſil. 16. ad fin.

Non obſtat etiam quòd hic non agatur de
ſucceſſione in bonis aſcendentis, ſed collatera-
lis. & in hac non militet deciſio Doctor. prædi-
ctorum, ſecundum opinio. Franc. Marc. & ſequa
24 cium, quia illa opinio non eſt vera, † ut per
Alexand. in allegato conſilio 37. colum. 4. in ſex
to uolum. Gabr. dicta concluſione prima, nume
ro 88. & Hieronymus Zanch. dicto nume. 243.
& licet Alcia. & Socin. iun. ex aduerſo allegati
teneant contrarium, eorum opiniones merito
ſunt reiectæ & reprobantur per dictã l. Lucius,
quæ loquitur in collateralibus, & plures in ter-
minis iſtis ex ſupra citatis loquuntur in conſi-
liis allegatis, & certe ſine uiolentia non poteſt
reſponderi ad dictam l. Lucius. ultra quod in ca
ſu Soci. iun. in dicto conſil. 30. in tertio, multa
concurrebant, quæ non concurrunt in caſu no-
ſtro, & præſertim, quia hæres remanebat graua-
tus ex dicta interpretatione.

Ad id autem, quod ex aduerſo fuit dictum de
dictis uerbis ex dicta Domina Heliſabeth, quod
debeant intelligi immediate, & non mediatè, re
ſpondetur ꝙ cõtrarium eſt verius, & receptius,
25 quia immo etiam eo caſu † ueniunt nepotes, ut
Bald. trad. in l. prima, num. 3. C. de condit. inſert.
Ci. In dicto §. inſtituens, in fi. ubi Aret. tertia co-
lum. numero 39. Corn. conſi. 97. colum. 4. in pri
mo, & dicto conſil. 207. colum. 6. ante fin. in 2.
uolum. Alexand. conſil. 56. in fi. 5. uolum. Caſtr.
conſi. 198. num. 2. in 2. Roman. conſi. 148. num.
1. Socin. d. conſil. 142. colum. & in conſil. 17. co
lum. fin. in 4. Curt. iun. d. conſil. 135. num. 4. Rip.
1. lib. reſponſorum, num. 79. & 36. num. 1. 2. lib.
& Gabr. dicta concluſio. 1. uer. 16. amplia, nume
ro 45. & numero 77.

Ceſſat etiam quod Alcia. trad. de ſubſtitutio-
ne fideicommiſſaria, cum etiam in ea habeat lo-
cum hęc noſtra ſententia, maxime cum ex ea nõ
magis cenſeatur grauatus hæres, quam ſi neptis
iſta non ſuccederet, ex quo alii uocantur ut ſup.
nec eſt curandum de aliis minus dilectis & re-
motioribus, ut in d. l. Lucius.

Quod autem fuit adductum ex conſilio Ro-
ma. 438. ſublatum eſt ex communi opinione, ſu-
pra

pra relata, quòd quando in euentum futurum diſpoſitio cõfertur, uel differtur, ueniunt nepotes appellatione filiorum, & Roman. expreſſe reprobant Socinus, Iaſon & Claud. in dicto §. inſtituens.

Sicut etiam ſublatum eſt id, quod ad d. l. Lucius, reſpondebatur arg. per Alexand. & Claud. in dicto §. cum eius ratio optime in hac quæſt. pcedat, vt per Aret. illic. & alios in locis citatis.

Poſtremo ceſſat id, quod obijcitur de uoluntate teſtatoris uocandi dictum Dom. Auguſtinum & filios, illoſque præponendi neptibus, quia illud procederet, quando ſucceſsio perueniſſet ad filias, ſecus ſi non perueniſſet, quia cum ex interpretatione cenſeatur neptes uocaſſe, & tot alijs coniecturis præſumendum ſit ita uoluiſſe, ceſſat obiectio. Et ita ad propoſitum ferè in terminis reſpondet Alexan. in dicto conſil. 37. num. 19. in ſexto uolum. Ex quibus ſatisfactum eſt omnibus iurib. & rationibus, in contrarium ſupra deductis, & clara apparet iuſtitia ipſius Illuſtriſs. Dominæ Comitiſſæ, Fuluiæ, quod debetur admitti ad ſucceſsionem dictorum bonorũ. Laus Deo Op. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Exceptio dominij, quòd poſsit opponi in iudicio poſſeſſorio recuperandæ, & quando?

Capitula quando dicantur reiecta per proceſſum ad ulteriora, uel illis renunciatum per procuratorem?

Quæſtio dubia, quando ſit a iudice decidenda, uel reſeruanda ad finem proceſſus?

S V M M Æ.

1 *Capitula ſunt indiſtincte admittenda, vel cum clauſula ſolita (ſaluo iure impertinentium.)*
2 *Nam hoc regulariter fit etiam ſi leuiter adminiculentur.*
3 *Exceptio dominii eſt prohibita in poſſeſſorio recuperandæ.*
4 *Quod procedit ad effectum, vt pronuncietur ſuper dominio, ſed ſecus ſi deducatur ad finem colorandi poſſeſsionem.*
5 *Qua poſſeſsio poterit colorari viribus petitorii, modo ſit vacua a ſpolio, & non vitioſa.*
6 *Dominium nedum poteſt deduci ad colorandum poſſeſsionem, ſed de eo poteſt cognoſci, cum cauſa iudicatur ſola facti, &c.*
7 *Petitorium & poſſeſſorium poteſt eodem tempore cognoſci ex Principis diſpoſitione.*
8 *Exceptio dominii admittitur in poſſeſſorio iuriſdictionis habente admixtam cauſam proprietatis.*
9 *Spoliatus Princeps non eſt ante omnia reſtituendus, ſi non recognoſcit ſuperiorem.*
10 *Venetorum dominium ſuperiorem non recognoſcit.*
11 *Exceptio dominii poteſt opponi contra ſpoliatum non reſtituendum.*
12 *Exceptio cenſetur cõceſſa, prohibita actione.*
13 *Agere qui prohibetur, non prohibetur excipere.*
14 *Exceptio fauorabilior eſt quàm actio.*
15 *Petitorium intentare non dicitur, qui iuſtificat poſſeſſorem ex titulo.*
16 *Intentare dicitur ille, qui agit.*
17 *Deciſum non poteſt dici, quod non eſt diſcuſſum.*
18 *Exceptio non dicitur reiecta per proceſsum ad vlteriora, ſi non fuit diſcuſſa.*
19 *Capitula poteſt procurator ſuo arbitrio mutare & reuocare, ſi adhuc non ſunt admiſſa, nec effecta de actis.*
20 *Sententia cenſetur lata ex cauſa, quæ colligitur ex actis.*
21 *Et debet minus nocere condemnato quàm ſit poſsibile.*
22 *Et potius eſt interpretanda in eius fauorem.*
23 *Arbitri cenſentur pronunciaſſe ſecundũ ius.*
24 *Exceptio rei iudicatæ non extenditur ad aliam rem diuerſam.*
25 *Relatio in dubio eſt facienda ad proxima.*
26 *Genitiuus poteſt importare poſſeſsionem, nedum dominium.*
27 *Poſſeſsio importatur ex verbo (habere.)*
28 *Idem eſt ex verbo (eſſe) vel (fuiſſe.)*
29 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, nec extenditur vltra mentem renunciantis.*
30 *Et tanto minus, ſi fuit limitata.*
31 *Proteſtatio ius proteſtantis conſeruat.*
32 *Reus ita poteſt ſuam poſſeſsionem colorare, vt actor.*
33 *Poſſeſsionem qui colorauit, obtinet in poſſeſſorio, in paritate probationum, & etiam ſi præponderarent probationes aduerſarii.*

34 *Exceptio nimis generalis reiicitur.*
35 *Poſſeſſorium de iuriſdictione, an habeat admixtam cauſam proprietatis.*
36 *Interdictum poſſeſſorium datur pro iuribus incorporalibus, & iuriſdictione ad ſtatū, in quo erat agens.*
37 *Sed requiritur iuſtificatio poſſeſſionis.*
38 *Et hoc caſu requiritur tituli coloratio ſaltem præſumpti.*
39 *Et quando tituli defectus poſſit obiici atque deduci.*
40 *Venetorum dominium, quomodo recognoſcat in ſuperiorem ſummum Pontificem.*
41 *Exceptione oppoſita dominii, non iudicatur niſi ſuper poſſeſſorio.*
42 *Poſſeſſor poteſt agere petitorio pro confirmatione ſuæ poſſeſſionis, antequàm aduerſarius agat poſſeſſorio.*
43 *Reſeruanda eſt cognitio dubia ad finem ne retardetur proceſſus.*
44 *Quæ reſeruatio non obeſt parti.*
45 *Iudex illam ſemper debet amplecti partem, per quam nomini fiat præiudicium.*
46 *Quæſtio iuris non eſt reſeruanda, ſed decidenda, & dubia dicitur ex opinionibus Doctorum.*
47 *Dubium iuris probabile, æquiparatur dubio facti.*
48 *Producenda non habentur pro productis, niſi actualiter tradantur in actis notarii.*
49 *Exceptio reſtitutionis, vel renunciationis rei facta ante prætenſam ſpoliationem, admittitur ad excludendum actorem ſpolio agentem.*

CONSILIVM XXXI.

In Domino confido.

SVper tribus punctis, & difficultatibus in hac cauſa poſſeſſorij incidentibus, ſeu emergentib. ſuper quib. diſcordes fuerunt primi Excellētes Domini Arbitri, concludimus rectius ſenſiſſe Excellētem Fontanium, & minus rectè in diuerſam ſententiam abijſſe Clariſſimum Equitem Chizzolium.

Quod enim ad primam difficultatem attinet, an ſcilicet capitula & iura producta pro parte Sereniſſimi Ducis noſtri petitorium reſpicientia, ad colorandum tamen ſuam poſſeſſionem allegatam debuerint admitti, nec ne? Dicitur primo quòd licèt regulariter inter ſcribentes aliqua controuerſia ſit, an exceptio dominij poſſit admitti (de quo inferius dicetur) tamen minor eſt difficultas reſpectu articulorum, qui indiſtin
1 ctè debēt admitti vel cū clauſula ſolita, † ſaluo iure impertinentium, ut trad. Spec. in tit. de teſte. §. nunc dicerem, col. 5. verſ. ſed pone, ego contra te, Iac. But. in l. incerti. C. de interd. quem Bal. ſequitur in l. ordinarij, col. 5. num. 10. in fi. C. de rei vend. & videtur ſequi in l. fin. nu. 7. C. qui legi. perſo. & ſecundum iſtam ſententiam fuit iudicatum in conſil. Neapo. ut per Affli. deciſ. 7. quā ſequitur Pariſ. conſil. 60. nu. 7. in 3. & conſil. 31. num. 55. in 4. volum. quod tenet ad propoſitum Franc. Marc. q. 565. quæritur, prima par. & plures citat Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit le uif. 6. par. 5. declar. num. 13. & ſeq. nam regulariter po-
2 ſitiones & articuli admittuntur, & ſi leuiter † adminiculentur. Bal. in c. 4. ad fin. & Dec. poſt prin. ibi, de teſti. Alci. in conſ. 38. num. 7. 6. lib. ſecundum vltimam impreſſionem, & ad propoſitum Dec. conſ. 161. & in conſ. 84. col. fin.

Secundo dicimus, quod licet in hoc poſſeſſo-
3 rio recuperandæ † videatur prohibita exceptio dominij, l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad l. Iuliam de ui pub. in l. ſi de ui. ff. de iudi. in c. j. de reſtit. ſpol. & Doct. in pluribus locis, tamen illud procedit quo ad effectum, ut ſuper dominio, de quo eſt exceptum pronuntietur, ſecus ſi titulus, vel domi-
4 nium probetur, † vel deducatur ad finem colorandi poſſeſſionem rei conuenti, quia hoc licere tenent quamplures Docto. qui communem opinionem proculdubio facere videntur, & ultra prædictos ſupra citatos tenet Dec. in l. fin. C. de edic. diui Adr. tol. num. 21. & ante eum Calcan. conſil. 82. alias 83. colum. 2. Neuiz. conſ. 79. num. 9. Quod admittit Pariſ. conſil. 107. num. 3. & 25. ac 30. 1. uol. Boer. deciſ. 238. col. 13. verſ. & ſic uidetur. Tiraq. d. 5. declarat. num. 11. & ſeq. Rip. in c. ſæpe, ſub nu. 28. de reſtit. ſpol. Dec. conſil. 84. colum. 2. in fi.

Tertio & ſi aliqui reperiantur, qui teneant contrarium, etiam in hac difficultate, non vt poſſint admitti ad colorandum poſſeſſionem iura petitorij, qui tamen ſunt pauciores & imbecilliores auctoritatis, illi tamen non loquuntur in caſu huic noſtro, in quo verſamur, ſimili: ſed in diuerſo, & diuerſam rationem habente. loquuntur enim quando reus conuentus poſſeſſorio vult corroborare, ſeu colorare poſſeſſionē ſuā, de præſenti, quæ eſt uitioſa, ex quo eſt poſterior poſſeſſione agentis. at nos verſamur in alio caſu, quia Sereniſſimus Dux, qui oppoſuit contrariam poſſeſſionem anteceſſorum ſuorum Sereniſſimorum poſſeſſorij Sereniſſimi dominij Veneti, & Communitatis Abbatiæ. quod fieri potuit, vt per Imo. Abb. & alios. in capitu. primo, de reſtitutio. ſpoliatorum, & Boer. dicta deciſio.

num.

num.5.verſic.1.fallit,intendit colorare poſſeſſio
nem illius temporis, quo aſſerunt domini aduer
ſarij poſſediſſe, quæ prætenditur probata, vel
probabitur, & quæ vitioſa dici non poteſt,cum
ab omni ſpolio vacua ſit,& in ea ceſſat ratio Do
cto, tenentium contrarium, & per conſequens
eorum deciſ.l.quod dictum, ff.de pact.cap. cum
ceſſante,vbi Dec.1. colum. de appellat.& quod
5 hoc caſu ſine difficultate † poſſit colorari, trad.
in indiuiduo Dec.in d.ſuo conſil. deciſiuo 162.
colum.2.verſic.ſimiliter,& Boer.d.deci.d.num.
5.cum quibus concordat Tiraquel. licet in alio
caſu non diſſimili,in dicta 2. declaratione,in fi.
& cum in hoc puncto habeamus has ſpecificas,
& in proprijs terminis deciſiones, eis ſtandum
eſt & ſi communis opin.in alijs remotiorib.ter-
minis eſt in contrarium, iuxta trad. per Alex.
in l.ſed & ſiquis,§.quæſitum,col.fi.ff.ſi quis caut.
& clarius Neuiza.in ſylua nup.libro 2.8.limita-
tio.numero 72.

Quarto cum cauſa hæc cognoſcatur per cla-
riſſimos arbitros ſola facti veritate inſpecta, ex
auctoritate a partibus ſibi conceſſa,nedum Do-
minium Sereniſsimi rei poſset deduci ad colorã
dum eius poſſeſsionem vt ſupra,ſed etiam, vt de
6 eo † cognoſci poſſet, ut uoluit in terminis, Dec.
conſil.449.num.20.Rub.Alex.conſil.4.num.12.
Alcia.conſil.7.num.20.6.lib.Neuiza.in conſilio
97.num.10.13.& ſeq.& Excellentia veſtra hanc
opinionem iure optimo fuit ſequuta in conſil.
299.col.pen.uer.4.reſpondeo, & Menoch.in 2.
reſponſo cauſæ Finarienſis,52. artic. num.27.&
in 3.num.6. vbi ſe ignorare inquit, an tutum ſit
recedere a tantorum patrum authoritate, & in
arbitratoribus idem voluit Bero. q.23.num.10.
Cum enim Princeps poſsit huic ordini iuris de-
rogare,vt tam de poſſeſſorio quam de petitorio
7 eodem tempore † cognoſcatur, Alex.conſil.54.
2.colum.in 2.volum.Brun.conſilio 21.num.13.
Bero.q.100.nu.10.& Excellẽtia veſtra in conſi.
182.num.14.ac Neuiza.d.conſil.ac Franc.Marc.
q.316.num.12.1.pag.quare non poſſunt ordine
peruerſo cognoſcere Excellentiæ veſtræ,quæ ha
bent vicem Dei, & Principis illius clauſulæ vir-
tute, & ſicut Deus, & Princeps iudicare, poteſt
iuxta trad.per Fely.poſt Bal.per eum citatum,in
capit.ad petitionem, de accuſa.& late per Dec.
poſt alios in cap.dilecto, de iudi.Blanc. in tract.
de compromiſ. 1.quæſt.in ver. ſola facti. nume-
ro 37.& ſequen.

Quinto, cum agatur de iuriſdictione ſeu qua
ſi poſſeſsione iuriſdictionis,quæ ſine titu. a Prin
cipe exerceri non poteſt, poſſeſſorium intenta-
tum ex aduerſo cenſetur habere admixtam cau-
ſam proprietatis, ideo poteſt exceptio dominij
8 admitti,cum debeat tit.iuſtificari, Bal.in l. unica
num.7.C.ſi de momen.poſ.quod tenet etiam in
conſil.161.in fi.3.volum.Alcia. conſil 50.num.
20.in 6.lib.alias 408. res ſic ſeſe habet, & vide-
tur tenere Nat.conſil.289.num.12. & poſt Bald.
& Bellameram conſil.allegato trad Pariſ.conſil.
98.num.16.lib.2.& poſt Floria.& alios Capi.de
ciſione 77.ſub nume.6. cum alijs ſeq.qui etſi in-
ter priuatos loquatur, id tamen admittit, cum
reus cõuentus a ſuperiore titulum habet, vt pa
riter obtinet Sereniſs.Dux noſter.

Sexto,nam regula quod ſpoliatus ante omnia
reſtituendus ſit,non procedit aduerſus eum, qui
Principem,ſuperiorem non recognoſcentẽ ſpo
liauit. is enim cum iudicem habere non poſſet,
9 ei fas fuit propria auctoritate † ſibi ius dicere,
vt per illum tex in l.ſi alius,§.belliſsime. ff.quod
vi aut clam, declarat pene in terminis noſtris
Rui.conſil.42.numero 11.cum ſeq.lib.4.ac Sere-
10 niſsimum Dominium† ſuperiorem nõ recogno
ſcebat,nec recognoſcit,Luſ.l.1.prima lectura.nu-
mero 11.C.de ſumma Trin.& conſil.70.colum.
2.lib. 3. & late Magnificus Menoch.in 2. cauſæ
Finar.nu.93. ergo & ſi princeps noſter id ipſum
ſpoliaſſet, quod expreſsim negamus reſtituen.
non eſſet, & cum reſtitutionem non meretre-
tur ei dominij exceptio opponi poteſt, ut hanc
conſequentiam approbant omnes in d. §. nihil
commune, præſertim in q. de fortilitio muni-
tiſsima ac difficilis recuperationis.Quo cum pri
uatus reſtituendus non ſit,ei dominij exceptio
11 † obijci poteſt.Rui,conſil.37.num.4. conſil. 43.
num.13.in fi.lib.4.Pariſ.conſil.1.num.177.lib.1.
& Neuiza.inter conſilia Bru.conſil. 12. numero
54.& Grat.conſil. 147.numero 13. cum ſequen.
libro ſecundo.

Septimo cũ ex compromiſſo inter has Sere-
niſsimas partes facto ſit expreſſum,quod ipſe Se
reniſsimus Dom. Dux non poſsit intentare pe-
titorium,uel de eo agere,donec ſit expedita cau
ſa poſſeſſorij prohibita actione cenſetur conceſ-
12 ſa exceptio, † vel ſaltem coloratio per regulam
l.cum prætor,in princ. ff.de iudi.& l.maritus, C.
de procur.& l.Imperator,cum ſimil.de poſtulan.
13 qui enim prohibetur agere,† non prohibetur ex
cipere,l.pure §.fi.ff.de doli except.l.militis codi-
cillis,§.veteranus,ff.de milit.teſtam. cap.cum in
ter,de except.Ale.in l.libertus,la prima,in prin.
vbi etiam alij,ff.de in ius voc.& Excellentia ve-
ſtra in ſua diſputatione ſup ſtatuto Ferrariæ,ſub
rubrica de indem.mulie.numero 20. & fauora-
bilior eſt exceptio quàm actio, ideo facilius
14 † competit,l.inuito.§.cui damus, vbi Doct.ff.de
regu.iur. & qui iuſtificat poſſeſsionem ex titulo
15 non dicitur petitorium † intentare,gloſ.fi.in cle-
16 ment.1.de cauſa poſ. & proprie.ſed qui agit,† in
tentare videtur,ut probatur in cap.1.de ſequeſt.
poſ. & fruct.& in cap. ſignificantibus,de teſti.&
facit ad propoſitum deciſ.Bal.in c.1.§.poſſeſsio-
nes,de pace Conſtan.& Crem.ſingulari 134.fa-
cta eſt pax. quod ſi ſit conuentum in pace facta
inter partes, quod reſtitutio rerum ablatarum
fiat ſpoliatis, debet tamen ante reſtitutionem
ad-

admitti exceptio dominij.

Poſtremo loco, cũ per declarationẽ Excellẽ
tię veſtræ reperiatur deciſum ſaltẽ per modũ re
ſeruationis, licere Sereniſs. Duci noſtro oppo-
nere exceptionem dominij, ſeu dolo facis pete-
re,&c. modo oſtendatur id ſibi de iure, vel per
deciſiones Doct. licere, certe cum conſtet ex tot
deciſionibus, & auctoritatibus tantorum pa-
trum, omnino hanc exceptionem eſſe admitten-
dam, iure optimo poſſumus tenere habere rem
pro nobis iudicatam, & nullo modo aliter iu-
dicari poſſe.

Contra hæc noſtra clariſſima fundamenta
obijcitur primo ex aduerſo, quod obſter exce-
ptio rei iudicatæ: quia cum Dom. Alexan. Batta
leus ſyndicus & procurator ipſius Sereniſsimi
Ducis produxiſſet nõnulla capitula, inter quæ,
ſecundum partem aduerſam, aliqua eſſent quæ
concernerent petitorium fuit oppoſitum non
eſſe admittenda: pro parte vero noſtra fuit di-
ctum immo admittenda, quia etſi petitorium cõ
cernerent (quod fuit negatum) debebãt tamen
admitti ad finem colorandi poſſeſsionem d. Se-
reniſsimi Ducis, & cum ſuper hoc controuerte-
retur, ipſe Dominus Syndicus mutauit illa capi-
tula, & loco illorũ alia ſubrogauit, & fuere per
DD. arbitros prædicta capitula admiſſa, exceptis
illis ſublatis, quo caſu prætendit pars aduerſa q.
fuerint reiecta capitula illa tamquam concernẽ-
tia petitorium, & ſic amplius non poſsint admit
ti, vel quod ex ſpontanea renuntiatione dicti
Dom. procuratoris ſit præiudicatum ipſi Sere-
niſsimo Domino reo, ita quod amplius exce-
ptio hæc admitti nequeat, per multa, quæ pro
eius parte fuere adducta. ſed certe hoc eſt me-
rum ſomnium, quia primo illa nulla mutatio ca-
pitulorum, & admiſsio ſubrogatorum facta fuit
de conſenſu ambarum partium, quæ volebant
etiam non conſtare in actis illa capitula primo
loco producta & dempta, non in eis deſcribi, ut
Excellentia veſtra intelligat a notarijs cauſæ, &
cum ipſis non uideretur id ſibi licere, fuerunt
relicta in eis, propter quod aduerſarij excogita-
uerunt malitiam hanc, vt excluderent iura Alti
tudinis ſuæ, quæ tamen vana eſt excogitatio, cũ
17 non poſsit † dici deciſum, quod diſcuſſum non
fuit, vt Bal. tradit in l. pen. num. 3. C. de conſtitu.
pecu. & ideo quando non eſt facta diſcuſsio ex
18 ceptionum, non cenſentur reiectæ † per proceſ-
ſum ad vlteriora, Caſtr. in l. prima, ad fi. C. de or-
di. iudi. Nam cum ipſi domini aduerſarij obieciſ
ſent quod concernerent petitorium, Dom. vero
Alex. negaret, & expreſſe diceret, quod non in-
tendebat pro tunc ſuper petitorio inſiſtere, licet
deberent admitti ad colorandum poſſeſsionem
d. Altit. ſuæ principalis, & ne retardaretur pro-
ceſſus inſtante parte amouerit capitula ipſa, &
alia loco illorum ſubrogauerit, quę admiſerunt
Domini Arbitri, non poteſt dici, quod ſuper il-
lis facta fuerit aliqua diſcuſsio, & ſic per ſenten
tiam fuerint reiecta.

Secundo, cum illa capitula dempta, & mutata
non fuiſſent adhuc admiſſa, nec de actis effecta,
potuit Dom. Battaleus illa ſuo arbitrio mutare
19 † & reuocare, Bal. in l. generaliter, §. ſed iur. col.
1. verſicu. no. ſuper ver. C. de reb. credit. & Ma-
ran. in tract. ſuo iudi. 6. par. 4. actu, num. 8. igitur
cum illa fuerint reuocata, & non producta, ac
pro non productis habita, nihil facit, quod non
fuerint admiſſa per DD. arbitros, cum etiam ſi
voluiſſent, non potuiſſent illa admittere inuito
reuocante, & cum cauſa hæc pateat in actis hu-
ius non admiſsionis, non poteſt dici, quod alia
de cauſa fuerint reiecta, vel non admiſſa, & maxi
me quia concernerent petitorium, quod non
fuit diſputatum, ſed quia fuerat reuocata, ut ſu-
20 pra: nam ſententia debet intelligi lata ex ea † cau
ſa, quæ ex actis colligitur, l. ſi quis ad exhiben.
ff. de exceptio. rei iudic. Alexand. conſilio 66.
numero ſecundo, in ſecundo, & 49. numero 9.
in 7. volumine.

Tertio ſnīa dẽt minus nocere reo, ſeu minus
21 condẽnato † quã ſit poſsibile, cũ ſit ſtricti iuris, l.
Paulus rñdet eos, de re iudi. l. 1. C. ſi plures una
ſenten. Dec. conſi. 348. nu. 6. & 607. nu. 7. & pul-
chre Excellentia veſtra in ſuo pulcher. conſ. 188.
num. 8. & potius eſt interpretanda in eius fauo-
22 rem, † quam aliter, Dec. conſil. 43. colum. 2. Ex-
cellentia veſtra in conſil. 74. num. 10. & d. 188.
num. 2. cum igitur minus ſit pręiudiciale ipſi Se
reniſsimo Duci, quod ex quo fuerunt reuocata
capitula ipſa ex cauſa ipſa non fuerint admiſſa,
non quia concernerent petitorium, vel ut exclu
derẽt exceptionem dominij, quam proteſtatus
fuerat ipſe Dom. Syndici tunc nolle deducere,
nullo modo dici poteſt nunc obſtare exceptio-
nem rei iudi.

23 Quarto cũ iudex cẽſeatur † pronuntiaſſe ſecũ-
dum ius, l. miles, §. decem, ff. de re iudi. cum alijs,
de quibus in d. conſil. 188. num. 8. & ex ſupra al
legatis; ſatis & ſuper conſtet, quod iniuſtè egiſ-
ſent ipſi domini arbitri, ſi reieciſſent exceptio-
nem dominij ſaltem quo ad hunc effectum co-
lorationis, non eſt dicendum ita eos uoluiſſe iu-
dicare, prout animum habuiſſe ab hac re alie-
num atteſtabitur Clariſsimus Fontanius Excel-
lentiæ veſtræ, & mirum eſt quomodo aliter ſen-
tire poſsit Excellentiſsimus Chizzolius, ſed
tranſeat cum cæteris erroribus Canoniſtarum.

Quinto & vltimo loco, quia hic non tractatur
de admiſsione illorum capitulorum mutatorũ
& reuocatorum, ſed aliorum diuerſorum poteſt
optimo iure dici non obſtare exceptionem rei
24 iudicatæ, quæ non extenditur † ad aliam rem di-
uerſam. l. cum quæritur, cum duabus ſequen. ff.
de excep. rei iudica. Alex. conſilio 42. numero
7. 4. volum. & Soci. conſi. 18. num. 43. in 1. & ma
xime hoc procedit, cum non conſtet ex qua cau

ſa

ſa fuerint reiecta, vt ſupra. & ſi videantur càpitu
la, poteſt conſtare quòd non concernebant pe-
titorium, ſed in poſſeſſorio poterant conclude-
re, & admitti. licet enim in primo capitulo dica-
tur, diſtrictus Ferrariæ, illa verba poſſunt referri
ad verbum Trecentæ proximius, ut in dubio eſt
25 facienda† rèlatio. l. ſi idem. §. fi. de iuriſd. om. iu.
Bal. in l. 1. in fi. C. de legi. hæred. & Rul. conſilio
26 133. in fi. 3. volum. & quia genitiuus† poteſt im-
portare etiam poſſeſsionem, nedum dominium,
ſaltem de communi vſu loquendi, Bart. Alex. &
alij in rub. ff. de oper. noui nuncia. alia capitula
quæ dicunt, quod Sereniſſimum Dominium
Venetum & Communitas vel Poteſtates Abba
tiæ non habebant iuriſdictionem dictorum lo-
corum etiam compræhendunt petitorium tan-
tum, ſed poſſeſſorium propter verbum, babere,
27 quod † ad poſſeſſionem poteſt referri, l. ſtipula-
tio iſta, § hi. ff. de verb. oblig. & idem de verbo,
28 eſſe. vel fuiſſe, † addito in additionib. ipſorum ca-
pitulorum. l. non ſolum, §. fi. cum gloſ. in ver. pe-
titoris, ff. de alien. mut. iud. cau. fac.

Et ſicut pars aduerſa non poteſt ſe fundare,
quod fuerit reiecta exceptio hæc, quæ non fue-
rat oppoſita, nec diſcuſſa, ut ſupra, ſed alio tem-
pore per dictum Dom. Syndicum reſeruata, pa-
riter non poteſt ſe fundare in renuntiatione ali
qua ipſius ſyndici, qui non renuntiauit illis capi
tulis, ex eo quod non deberent admitti tãquam
petitorium concernentia, cum id expreſſe nega-
uerit, ſed quia non intendebat retardari, & dif-
ferri proceſſum & propterea dixi, quod pro tũc
nolebat opponere de dominio Sereniſſimi ſui
principalis, ſed proteſtatus fuit omnia iura ſua
ſibi fore ſalua, & illæſa, quo fit ut cum remune-
29 ratio † ſit ſtricti iuris, Cald. conſil. 5. in titu. de
præben. Dec. in l. poſtquam liti, numero 16. &
17. C. de pact. in conſilio 419. numero 9. & 461.
numero 6. non debet poſſe extendi ultra men-
30 tem renuntiantis, & tanto† minus, quia fuit limi
tata, ut ſupra. l. cancellauerat, ff. de his, quæ in te
ſta. delen. & trad. Excellentia ueſtra ad propoſi-
tum in conſilio 242. numero 6. nec dubium eſt,
31 quin illa proteſtatio† ius dicti Sereniſſimi Ducis
conſeruauerit. l. 3. §. primo ff. quibus mod. pign.
uel hypo. ſol. cum alijs tradit. per Excellentiam
ueſtram in conſil. 33. num. 17.

Secundo loco contra tres primas conſidera
tiones ſeu fundamenta noſtra ex aduerſo obij-
** citur, quod communior ** opin. Doct. tam an
tiquorum, quam modernorum eſt, quòd etiam
ad colorandum poſſeſſionem in hoc remedio
nõ admittatur tituli probatio vel allegatio, quæ
nullo modo poteſt reum conuentum iuuare
vel ei opem aliquam afferre, cum eius titulus
vel dominium in nulla poſſit eſſe conſideratio-
ne & nititur pars aduerſa tollere aliquas ex no
ſtris deciſionibus eas cauillando, quaſi id non di
cant, ad qđ allegantur, ſed certè ſi videantur in
fonte Doctores ex aduerſo citati, non conſtabit
eos loqui in his terminis, cum loquantur de ex-
ceptione dominij prohibita opponi in hoc poſ
ſeſſorio ad finem diuerſum, nempe, ut ſuper ea
cognoſcatur, non autem ut poſſeſsio rei colore-
tur, pro ut loquuntur Doctores per nos ſupra
citati. quorum plures etiam loquuntur in reo, vt
per Dec. Boer. Pariſ. & alios ſupra citatos. &
quod nulla ſit differentia in reo, vt ipſe quoque
32 †non poſsit ſuam poſſeſsionem colorare, tradit
Oldrad. conſilio 311. nu mero ſecundo, tametſi
aliqui ex modernioribus aliter uoluerint. ſed in
hoc puncto, quo agimus de coloranda poſſeſ-
ſione antiqua contraria poſſeſsioni DD. aduer
ſariorum, non fuit allegatus aliquis, qui teneat
contrarium, & ſic verſamur in caſu claro, non ha
bente contradictionem alicuius.

Quod autem non poſsit nobis prodeſſe colo
ratio iſta, eſt falſum, quia data paritate probatio
num illius poſſeſsionis, uel caſu quo poſſet in ali
quo prępõderare probatio Dominorum aduer-
ſariorum, tum ob maiorem numerum teſtium,
33 vel aliam † uериſimilem cauſam, ut poſt Curt.
Rip. in allegato. §. nihil commune, numero 100.
& illic etiam Alex. ſub numero 78. Sereniſsimus
Dux deberet etiam in poſſeſſorio obtinere, iux-
ta not. in capitulo, licet cauſam, de probatio. &
per Doctor. in locis ſupra adductis, tum etiam,
quia probatio tituli antiquioris facit præſumi
poſſeſsionem rei conuenti antiquiorem, & ad
uerſarij agentis vitioſam, vt ex Cyno, Bal. &
alijs tradit Tiraquel. in dicto tracta. dicta ſecun-
da declaratione, numero 12. & fruſtra fierent
inter Doctores tot diſputationes ſuper hac ad-
miſsione, ſi talis coloratio, uel corroboratio ſer
uiret de uento.

Ad quartum noſtrum fundamentum ſolidiſsi
mũ de clauſula, ſola facti ueritate inſpecta, nul-
lum datur vel dari poteſt conueniens reſpon-
ſum, cum habeamus communem Doct. ſenten-
tiam pro nobis, ſed confugit Dominus Aduoca
tus aduerſarus ad exceptionẽ rei iudi. ꝑ Excel-
lentiã ueſtrã & alios DD. arbitros anno præteri
to, quæ ſecundum eum reijcit hoc noſtrũ funda
mentum: nos uero replicamus contrarium cũ id
nõ colligatur ex pronũtia illa, uel inferri aliquo
modo poſsit, & ſtricte eſt interpretãda, ut ſupra.
& ſi bene Excellentia veſtra recogitet ſuper his
quæ tunc hinc inde deducta fuere, fuit diſputa-
tum de iſta clauſula, non ad hunc finem, ſed ad
finem, ut unico ſimultaneo proceſſu utraq; cau-
ſa petitorij iuriſdictionis ciuilis, & poſſeſſorij cri
minalis tractaretur, ſed quia in hoc uiſum fuit
verba compromiſſi repugnare aliter fuit deciſũ
quam in præſenti diſceptatione decidi poſſit, cũ
ei uerba ipſa nullo modo repugnẽt. uerum quia
pro aduerſa parte fuit etiam inſtatum, ut fieret
declaratio ſuper exceptione illa ſimpliciter op-
poſita, dolo facis petere, &c. ſuper quo etiam in-

ter ipſos arbitros nulla fuerat diſcordia. Viſum
fuit excellen. ueſtrę declarare ſuper ea,ita quod
iura partiũ nullo mó.læderentur,ſed eis ſalua &
reſeruata ac illæſa manerent, & propterea addi-
dit clauſulam illam, (idq́ue citra approbatio-
nem clauſulæ illius,dolo facis petere quod reſti-
tuturus es, contra querelam ipſam ita ſimplici
ter obiectæ, & citra pręiudiciũ etiam ipſius Fer-
rarię Ducis,ubi capitula,qua edita parte eius ad
petitorium ſpectantia,eoque caſu erunt,quo ex
ceptionem petitorij cõtra poſſeſſorium illatum
admittenda , receptum aut expreſſum iure uel
apud Doctores inueniatur.)ex qua quidem clau
ſula non cenſetur aliquo modo reiecta exceptio
noſtra,quando poſſumus oſtendere de iure, uel
ex Doc.ſententijs, & auctoritatibus nos uerſari
in aliquo caſu,quo ſit admittenda , pro ut nunc
aperte oſtenditur ex tot ſupra deductis funda-
mentis.& præſertim ex hoc quod ſola facti ueri
tate inſpecta cauſa uenit decidenda,alias ſeque-
retur quod minus recte fuiſſet iudicatum, quod
nullo modo dicendum eſt , ut ſupra comproba-
tum extitit .

Præterea ſi excellẽtia veſtra voluiſſet reijcere
exceptionem noſtram ita ſimpliciter oppoſitã
(vt prætendit pars aduerſa quod tamen falſum
eſt vt ſupra) id fuiſſet, ex quo nimis erat genera-
34 lis, † iuxta trad.per practi. Papien. in forma li-
belli in act.reali declara. in glo. iure dominij uel
quaſi,nume.44.& in for.reſponſio.rei conuenti
in gl.generalis, & non propterea cenſetur reie-
cta, quia ei non opitulabatur clauſula hæc , ſola
facti.quo fit, ut cum nunc etiam ad alium effe-
ctum colorandi, & corroborandi poſſeſſionem
Sereniſs.Ducis, & ſuorum Sereniſsim. anteceſ-
ſorum deducatur in ſpecie hæc.exceptio in capi
tulis & iuribus productis,non videmus quo iure
non poſſimus fundamentum facere in hac clau
ſula,ſola facti, & quare poſſit obſtare pronuntia
veſtrę excellentiæ,quæ bene habet memoriã,an
voluerit tale, & tantum præiudicium afferre di-
cto Sereniſs. Duci noſtro, ultra id quod uerba
pronuntię ſuæ ſonant.

Quintò noſtro fundamento, quod poſſeſſo-
rium intentatum habet admixtam cauſam pro-
prietatis,cum de quaſi poſſeſſione iuriſdictionis
35 agatur,fuit reſponſum, quod contraria † opinio
eſt verior,quam tenet Bar.in l.3.§.unde ui.ff. de
ui, & ui arma. per Abba.in c.querelam,de elect.
Dec. in conſil. 136. ſed nec iſta reſponſio tollit
fundamentum noſtrum,quia nõ negamus,quin
detur interdictum poſſeſſorium pro iuribus in-
36 corporalibus & iuriſdictione ad ſtatum,† in quo
erat agens,ut in d.c.querelam,;& pro ut fuit iu-
dicatum in caſu Afflicti deciſione 395. ſed dici-
mus quod exigitur iuſtificatio poſſeſsionis,cum
37 hic ſit ſtatus, † qui ſine titulo principis haberi
nequit,vt declarat Octau.Veſtr.non leuis aucto
ritatis uir ĩ Curia Romana, in ſua praxi,ſeu libel
lo iudiciorum,in ti.de appellat.apoſtolis, ac eius
appellationis proſequutio.6.& 7.pag.& qđ hoc
38 caſu exigatur tituli coloratio,† ſaltem pręſum-
pti,trad.Afflict.poſt longam diſputationem, in
c.1.§.illud quoque, num.50.& 60.ad fi.§.in titu.
de prohib.feu.alien.per Feder.

Et licet Sereniſſimum Dominium Venetum
non recognoſcat ſuperiorem de facto in ſuo do-
minio,illud tamen procedit, ut dicunt Doct. in
eo loquentes,quia præſcripſit hoc ius contra im
peratorẽ.ſed quia hic non conſtat de aliqua eius
præſcriptione,immo nec de poſſeſſione ſua, ceſ-
ſat dubium: Vltra quod cum Sereniſſimus Dux
noſter habeat cauſam a ſummo Pontifice in hac
iuriſdictione ipſe tituli defectum obijcere, eum-
39 que † deducere poteſt, ut in terminis declarat
Capi.d.deci.77.nu.10.

Sexto & ſi reſponſum fuerit,ad procedere eo
in caſu, quo ſuperiorem non recognoſcens fue-
rit requiſitus ad dandos iudices,hoc tamen pro
batum non fuit,quia Rui.in allegato conſil. 42.
hoc non dicit;quinimmo & illic, & conſ.ſequẽ.
contrarium apertiſſime ſentit,ſane quia eius cõ-
ſultatio & dictum allegatum per nos deſtruerẽt :
etenim obijci etiam Sereniſſimo Duci facile po-
terat, quod ſummum Pontificem ad dandos iu-
dices non requiſierat,& hoc tamen non obſtan
te decidit ei licuiſſe propria auctoritate ꝓprias
ciuitates redimere,nec ſummum Pontificem po
tuiſse reſtitui. Nec obſt.quod Dominium Vene
tum ſaltem in ſuperiorem ſummum Pontificem
recognoſceret,nam in ſpiritualibus id uerũ eſse
40 poteſt,ſecus † in temporalibus,in quibus nec ad
uerſarij contrarium oſtendunt , nec oſtendere
poſsunt,nempe quia ſi in temporalibus impera-
torem non recognoſcũt, tanto minus ſummum
Pontificem,l.deprecatio,ff.ad leg.Rhod. de iac.
cum vulg.

Ad ſeptimum reſponſum fuit, quod illa con-
uentio ſecundum iuris communis diſpoſitionẽ
uenit interpretanda,l.ſi duos,cum ibi not.de ac
quir.hæredi.Rui.conſ.139.nume.2. 5.uolum.&
eadem eſt ratio in actione prohibita, quæ eſt in
excommunicatione. Quę replicatio non tollit
fundamentum noſtrum,quia cum de iure com-
muni poſſit opponi hæc exceptio dominij, tãto
magis ſi ad colorandum tantum poſseſſionem
opponitur ut ſupra. Nec eſt eadem ratio in ex-
ceptione adhunc effectum appoſita, quæ eſt in
actione, cum hoc caſu non poſsit iudicari , niſi
41 ſuper poſſeſſorio cum alio † caſu iudicetur etiam
ſuper petitorio, Dec. dicta l.fin. numero ſecun-
do. C.de edicto.Rui.in conſilio 67.numero 5.li-
bro 5.& idem Dec.dicto conſilio 84.colum. ſe-
cunda,in fi.cum ſequen.& quia ſatis eſt,quod ex
compromiſſo cum potuiſſet agere Sereniſsimus
Dux petitorio pro confirmatione eius poſſeſsio
42 nis antequam Sereniſsimum Dominium † egiſ-
ſet poſſeſſorio,iuxta not.in l.ſi duo patrone, ubi
glo.

glo.& Doct. ff. de iureiur. & Rui.conſil. 139. nu.
2.2.uolum.fuerit priuatus, ne poſſet agere, ſed
tamen non uidetur prohibitus excipere,cũ non
militet eadem ratio, quia ſi egiſſet petitorio, ut
ſupra, & obtinuiſſet, non poſſet eſſe ſuccur-
ſum parti aduerſæ: ſecus ſi obtinuiſſet in poſſeſ-
ſorio, quia tunc ſupereſt petitorium intentan-
dum ipſis Sereniſſimo Dominio & Communi-
tati Abbatiæ.

Super octauo, quia fuit reſponſum, imò fuiſ-
ſe iudicatum ad fauorem aduerſæ partis, quod
nos negamus, & ſatis ſupra hoc diſcuſſum, non
eſt ulterius inſiſtendum. Ex his igitur apparet
minus iuridice Clariſſimum Equitem Chizzo-
lium receſſiſſe a iuſta & æquiſſima ſententia Cla
riſsimi Fontanij, & propterea declarandum eſſe
ſecundum huius ſententiam. & hæc quo ad pri-
mum punctum ſatis & ſuper eſſe uidentur.

Quo ad ſecundum punctum de reſeruatione
huiuſmodi declarationis ſuper admiſsione in fi.
litis, & in calculo ſententiæ faciendæ, ſuper quo
etiam fuerunt ipſi Dom. arbitri diſcordes, lon-
ge clariua conſtat iuſtiorem opinionem fuiſſe
amplexum dictum magnificum Dom. Arbitrum
Sereniſsimi Ducis, cum poſito quòd hic eſſet ca
ſus dubius, quod tamen nõ uidetur uerum, quia
eſt clariſsimum pro Sereniſsimo Duce noſtro,
vt ex ſupra deductis conſtat, omnino hæc co-
gnitio, & diſcuſſio ad finem, ne retardaretur
43 †proceſſus, eſſet reſeruanda, ut ſupra. ut tradit
Hoſtien. Imo. Abb. & Fely. in capit. cum contin-
gat, de off. deleg. Doct. poſt Bart. in l. ille a quo,
§. ſi de teſtamento, ff. ad Trebel. & hac reſerua-
44 tione nullum † præiudicium fiebat parti aduer-
ſæ, vt tradit Bar. & alij, ad propoſitum, in l. ſi duo
§. idem Iulianus, ff. de iureiur. Bertran. conſilio
142. num. 8. 1. par. priorum, & 121. 2. par. etiam
priorum impreſſorum. faciũt tradita ad propoſi
tum per Marſ. ſingulari 365. & 696. vbi loquitur
de admiſſione facta ſaluis exceptionibus partis,
quam praxim communiter obſeruant iudices, &
aſſeſſores, ut per Maran. in d. ſuo tracta. 6. par. 4.
actu, num 23. quod & ſeruatur in Curia Rom.
ut tradit Veſtr. in d. ſuo tracta. in tit. de poſit. ar-
ticulis &c. colum. 5. lib. 5. & in tit. de teſti. pag. fi.
libro 6. Et in his terminis Rip. Reſponſo 155.
num. 2. Vltra alia ſupra citata facit, quia iudex
ſemper debet amplecti illam partem, per quam
45 nem ni† partium fiat præiudicium, ſed vtrique
conſulatur, Caſtr. in l. 1. ff. ſi quis caut. Dec. & Ca
gnol. in l. quoties nihil. ff. de reg. iur. in conſilio
517. num. 3. & in his terminis in d. conſil. 162.
colum. 2. quem etiam in hoc veſtra Excellentia
eſt ſequuta, in conſilio 207. in fi. & hanc ſenten-
tiam etiam ipſa fuit ſequuta, in conſil. 14. nu. 8.
& 23. numero 9.

Non obſtant modo, quæ adducebantur ex
aduerſo per Magnificum Aduocatum aduerſa-
rium, & primo quod quatenus hæc quæſtio ha-
beret dubitationem, illa erat quæſtio iuris, & nõ
46 facti, quæ non ueniebat reſeruanda, †ſed decidẽ
da, iuxta tradita per Bal. in l. poſtquam liti, nu. 5.
verſic. 7. exceptio, C. de pact. cum alijs trad. per
Marc. Ant. Blan. in tra. de comprom. 4. q. in uer.
exceptio allegationis iuris. quia præter id, quod
in caſu iſto capitula, & iura producta poſſent ha
bere probabilem cõtrouerſiam, & quæſtionem
facti non iuris tantum, & ſi eſſet quæſtio iuris tã
tum, cum habeat opiniones Doctorum hinc in-
de, & ſi non eſſet clara, quæ tamen clariſſima vi-
detur pro parte noſtra, non poteſt tamen nega-
ri quin ſit dubitabilis, & debuit reſeruari, quia
opiniones Doct. reddunt rem dubiam cum con
ſil. 154. in fi. Corn. conſil. 71. num. 11. in 3. & So-
cin. in conſil. 115. num. 8. 1. uolum. & in rub. de
reb. dub. & Blan. in d. tract. d. quæſt. 4. in uer. q.
iuris, uerſic. intellige tamen prædicta, Capi. deci
ſione 10. num. 20. nec aliter uult in loco in con
trarium allegato, imò ipſe intelligit ibi dicta ſe-
cundum trad. in dicto uerſi. intellige ut ibi, in fi.
47 Dubium igitur iuris† probabile æquiparatur du
bio facti. Corn. conſil. 10. num. 3. in 4. & Blanc. in
d. loco, nimirum igitur ſi Doct. tenentes hanc re
ſeruationem eſſe faciendam in caſu dubio, ut ſu
pra, nullam faciunt differentiam, ſiue ſit proba-
bile dubium iuris, ſiue facti, & cum habeamus
deciſiones in terminis quod in caſu iſto poteſt
reſeruari, non eſt inſiſtendum ſuper generalib.

Sicut etiam non obſtat retorquutio illa ratio
nis, quod vtrique parti ſit conſulendum facta cõ
tra partem noſtram, ex quo reſulteret duplex in
cõmodũ, & præiuditium Sereniſs. Dominio, &
Communitati Abbati, alterum quod cum pro-
ducta fuerint omnia iura producta in ꝓceſſu pe
titorij, & etiam producenda, & teſtes examina-
tos nondum publicatos ac etiam examinandos
in dicta cauſa proceſſua cauſę poſſeſſorij retarda
retur, donec hęc omnia in eo produci poſſent. ſe
cundum eſt, quod non poſſet facere defenſiones
ſuas aduerſus hæc producenda, cum non poſſit
diuinare, quæ ſint & ſero producerentur. Quia
conſideratio vtriuſque pręiudicij non valet obo
lum, ſiquidem non propterea retardaretur pro-
ceſſus, cum illa producenda non haberẽtur pro
48 productis, niſi actualiter traderẽtur† in actis no
tarij, Caſtr. in l. 1. §. editiones, num. 2. ff. de eden.
& propterea illa productio producendorum nõ
potuit ualere niſi in uim proteſtationis de pro-
ducendo alio tempore, & poterant dicti arbitri
non admittere ea iura producenda, niſi intra de-
bita tempora producerentur, & proſequi pro-
ceſſum poſſeſſorij, & ſaltem reſpectu inſtrumen
torum, & aliorum iurium productorũ nulla ſub-
erat difficultas, quin admitti debuiſſent, vel reſer
uari cognitio illorum admiſſionis, & non diſcor-
dare, ut ſupra. Pariterque non eſt uerum, quod
Sereniſsimum Dominium, & Communitas ipſa
non poſſent facere ſuas defenſiones, ſi ſerò hæc
pro-

producerentur quia ſemper potuiſſent habere tempus conueniens, ex quo pars aduerſa ſe reſtrinxiſſet ad producen. talia iura tam tarde, iuxta tradita in c. paſtoralis, de except. & quicquid ſit, negari non poteſt quin maius, & longe grauius fieret pręiudicium Sereniſs. Duci in reijciẽdo ſuos titulos, & iura ſua, quam fieret parti aduerſæ ea admittendo, & quin illud præponderet omnibus præiudicijs, quæ fieri poſſent DD. aduerſarijs. Et ſic liquido patet, minus iuridice in diuerſam ſententiam Magnificum arbitrum aduerſarium abijſſe ſuper pũcto hoc reſeruationis ſuper quo per Excell. veſtram eſt etiam iudican.

Supereſt tertius & vltimus punctus de reſtitutione Trecentę, & inſtrumento pacis productis non admiſſis per dictum Dom. arbitrum, ſuper hoc etiam (Deus ſcit quo ſpiritu diſcordantem) qui eſt adeo clarus, ut mirum ſit quomodo auſi fuerint Clariſsimi aduerſarij illum in cõtrouerſiam deducere. Certum enim eſt ꝙ exceptio reſtitutionis vel renũtiationis rei factæ ante prætenſam ſpoliationẽ admittitur ad excludẽ
49 dum † actorem ſpolio agentem, c. accepta, de reſtit. ſpol. Innoc. in c. ſuper hoc, 2. col. de renunt. Rota deciſ. 6. in anti. in titu. de renuntia. alias eſt 216. Lanfr. in rub. de cauſ. poſs. & ꝓprie 5. col. 4. limit. Rip. in §. nihil cõe, nu. 93. 20. fallen. Nouel. in ſuis limit. ad regulam, ſpoliatus ante omnia reſtituendus, in ſua practi. crimin. fol. 93. 6. limit. & pulchre Excell. veſtra in ſuo conſ. 299. nu. 6. ver. 2. reſpondeo ꝙ admittitur, quo ſit, ut cum intendamus probare per teſtes & inſtrumenta ac alia iura, ꝙ villæ cõtrouerſæ erant pars Trecentæ reſtitutæ, & ſub ea compræhendantur, ac ſub illo vocabulo in reſtitutione facta venerunt neſcio quo colore, dicta reſtitutio non fuerit admiſſa ſed denegata.

Nec rñſiones allegatæ ex aduerſo poſſunt aliquo modo defendere opinionem D. arbitri aduerſarij, quia ꝙ illud inſtrumentũ non ſit clarũ, & expreſſum, ut notoriè cõtineat has villas fuiſſe reſtitutas, nihil nobis officit, cum verſemur in alia q. & limitatione quàm in ea, qñ notoriè conſtat de non iure agentis, quod ſpoliatus non ſit reſtituendus, ſi quidem reſtitutio poteſt probari teſtibus ſine aliquo inſtrumento, etiam ꝙ de ea nihil conſtet, cum ſit exceptio, quæ repugnat actioni agentis ſpolio, ut ſupra.

Quod vero hoc idemmet fuerit deductum in iudicio petitorio iuriſdictionis ciuilis per Illuſt. contrarios, non facit difficultatem, quia nihil prohibet ꝙ in vtroque proceſſu deduci, & probari non poſſit, cum in eo ſit fundamẽtum actorum in hoc pariat exceptionem & defenſionẽ Sereniſs. reo, & in illa de vna re tractatur, in hac de alia diuerſa, ex quib. luce meridiana clarius conſtat Sereniſ. Dom. Ducem iuſtitiam fouere. Laus Deo Op. Max.

Barth. Bertaz.

Contrariam ſententiam videtur amplecti Menoc. vir celeberrimus, qui interfuit diſputationi nobilis auditor, & eiuſdem facit mentionem in trac. de recuperan. 1. remedio, nu. 185. in quo loco multa apponit contra hec, quę etiam poſſent facile reijci, niſi ipſe iudex Excellentiſsimus Crauet. ſuo iudicio prolato ad fauorem huius partis reieciſſet, ut conſtat ex illius nunc impreſſo conſilia 901. in cuius principio huius rei geſtæ narratũ habetur.

ARGVMENTVM.

In eadem cauſa tolluntur dubitationes illæ, quæ nunc impreſſe leguntur in conſil allegato Crauet.

SVMMAE.

1 *Capitula petitorium reſpicientia, ſi a procuratore reuocentur cum proteſtatione ne retardetur proceſſus, poſſunt iterum tamquam non reuocata produci.*

2 *Confeſsio indecta per receſſum, non debet plus operari quam expreſſa negatio.*

3 *Capitula & iura peritotium concernentia, quando poſsint iterũ in poſſeſſorio produci?*

4 *Et quando priorum capitulorum reuocatio fuit limitata.*

5 *Reiectum non poteſt dici, quod non fuit deductum.*

6 *verba incidenter prolata ſunt interpretanda ex natura iudicii, in quo emanarunt.*

7 *Probatio quando dicatur poſſe fieri incontinenti?*

8 *Variatio vt obſit, debet eſſe circa ſubſtantiam actus, non circa accidentia.*

9 *Varius is dici non poteſt, qui ex cauſa a primo propoſito receſsit.*

10 *Exceptio reſtitutionis elidit poſſeſſorium, detrahit iuri agentis, & concernit defectum proprietatis.*

11 *Probari poteſt per teſtes illud, quod expreſſe non continetur in inſtrumento.*

12 *Notorium etiam per inſtrumentum inducitur.*

13 *Conſuetudo contrahentium declarat, & tollit omnium dubitationem circa contractũ.*

14 *Partes plures, vnam declarant.*

15 *Productio iurium, quando tanquam incerta non valeat.*

CON-

CONSILIVM XXXII.

In Domino confido:

Licet motiuis ſubtiliter excitatis
per Excellentiam veſtram clara,
& aperta pateat reſponſio ex ad-
ductis per nos in allegationibus
noſtris: ut tamen de exuberanti
iuſtitia Sereniſſimi Principis noſtri liquido con
ſtet, eis ſigillatim reſpondere operę pretium eſ-
ſe duximus.

Primum igitur tollitur ex eo quod (vt etiam
in allegationibus dictum fuit) Dominus Alex.
Battaleus ſyndicus Altitudinis ſuæ non fuit mo
tus ad remouendum capitula, vel dubia, ne con-
cernerẽt petitorium, & alia eorum loco ſurro-
gandum ea de cauſa, quia petitorium concerne
rent, cum imò id expreſſe negauerit, ſed ad tol-
lendum omnem diſputationem, & ne retardare
tur proceſſus, pro ut ipſe proteſtatus fuit, quo
1 fit, ut d. eius proteſtatione ſtante † nullo modo di
ci poſſit, ipſum ea de cauſa deſtitiſſe ab eorum
vſu, quod petitorium concernerent vel retine-
rent, vt ad propoſitum tradit Bal. nu. 2. & Caſtr.
num. 3. in l. 3. C. de fide inſtr. ne plus operaretur
aſſerta tacita confeſſio inducta per receſſum, &
2 aſſertam deſiſtentiam, quam expreſſa † negatio,
qđ nullatenus dicẽdum eſt, l. cũ ex filio. §. filio,
cum ibi not. ff de vulg. & habetur apud ſuam Ex
cellentiam, conſil. 32. nu. 2. Et cum appareat ex
actis de cauſa non admiſſionis, quia fuerunt re-
uocata ante eorum admiſſionem, non quia con
cernerent petitorium, quod nec diſputatũ, nec
diſcuſſum fuit, ut in allegationibus, certum eſt
3 ꝙ potuerunt † alia capitula, & iura, dominiũ. vel
petitorium concernentia, iuxta eius reſeruatio-
nem & proteſtationem produci, Spec. nõ extra
propoſitum, in tit. de procur. §. 1. ver. ſed pone
capitulum, & ibi Bald. in addit. in verſ. exceptio
repulſa. Quod proculdubio procedit, cum eius
4 reuocatio fuerit limitata † cum illa proteſtatio-
ne, vt alias dictum fuit, & trad. Pariſ. conſilio
10. num. 20. & ſeq. 4. volum. & nullo modo põt
eſſe locus aſſertæ rei iudicatę, quia non poteſt di
5 ci reiectum, quod non fuit † deductum, arg. l. nã
etſi. §. poſt defectum, de iniuſ. teſta. verba enim
in eis incidenter prolata, eam interpretationẽ
6 recipiunt, vt poſſeſſorium concernant † ex natu-
ra iudicij, in quo manarũt, habetur late apud Ex
cellentiã veſtrã in rub. de leg. 1. & nu. 94. ut etiã
à ſupradicto ſyndico declaratũ fuerit, quod cũ
iure optimo id ſibi licuerit, l. ſi quis intentione,
ff. de iudi. omnis petitorij deductio a dictis capi
tulis fuit excluſa, atque eo magis, cum eorũ pro
ductio fuerit reuocata cum expreſſe, tum etiam
tacite per aliorum capitulorum ſubrogationem,
l. pacta nouiſſima. C. de pact. quod ei fieri licuit,
ut in allegationibus noſtris iam fuit deductum.

Secũdũ tollitur ẽt modico negotio, quia etſi
remedium recuperandę ſit magis priuilegiatum
quam adipiſcendæ, & in hoc non admittatur ex
ceptio dominij, niſi incontinenti probetur, in
caſu tamen iſto incontinenti poſſumus probare
intentionem noſtram, ſ. eo tempore, quo poſsũt
fieri probationes in poſseſsorio iſto, & quo poſ
7 ſit cauſa hæc expediri † uel arbitrio dictorũ iu-
dicum, l. ſi is, a quo in prin. & ibi Bar. ff. ut in poſ
ſeſs. lega. Bal. & alij, in l. 2. C. de edicto diui Adr.
tol. & iam ex inſtrumentis prædictis de iurib. ip
ſius Sereniſs. Dñi rei, pro magna parte facta erat
probatio, ſed quia in hoc domini arbitri nõ fue
re diſcordes, ſ. an poſset opponi exceptio domi
nij, nec ne, ad finem colorandæ poſseſſionis ſuæ
Altitudinis, & anteceſsorum ſuorum, de eo tan-
tum venit quærendum, & illud uenit deciden-
dum, ſuper quo, & uoce & in ſcriptis abundè al
legatum eſt. Illud autem non prætermittemus,
ꝙ pro parte Sereniſſimi Ducis non producun-
tur, vel repetuntur eadem capitula prius produ-
cta, ſed alia diuerſa, quæ tamen petitorium con-
cernunt, cum illa tamen eſsent dubia, & potuiſ-
ſent poſseſsorio forte conuenire, præterquam
quòd quando proceditur ſola facti veritate in-
ſpecta, ac verſamur in caſibus in allegationi-
bus conſideratis, dominium etiam ex inter-
uallo probari poteſt, & allegata in dubijs regu-
lariter procedunt.

Ad tertium de variatione reſpondetur negã
do, cum nullibi conſtet vnquam fuiſse producta
alia iura ad probandum dominium, ſiquidem il
la priora capitula alio tendebant, vt expreſſim
Dom. Syndicus declarauit, iuxta l. ſi quis inten-
tione ambigua, ff. de iudi. & attenditur agentis
intentio, l. non omnis, ff. ſi cert. per. nam & varia
8 tio, † vt obſit, debet eſse circa ſubſtantiam actus,
non circa accidentia, Aret. in conſil. 60. circa fi.
& circa concluſionem, non circa verba narrati-
ua, ut ex Bald. belliſſime trad. Excellentia veſtra,
in conſi. 48. num. 13. Vnde cum in principali ar
ticulo ꝙ per illa priora capitula fuerit deducta
exceptio dominij, nulla variatio producentis
contigerit, cum illa ad eum effectum non produ
xiſse, nec ſuper eo proprie inſiſtere velle fuerit
proteſtatus Dominus ſyndicus, ceſsat omnis
ſcrupulus. Atque tanto magis, quia varius is di-
9 ci non poteſt, qui ex cauſa † à primo propoſito re
ceſſit, Innoc. c. præterea. circa fin. de teſt. cog. At
vbi dictus ſyndicus a petitorio pro tũc receſſiſ-
ſet, id ex cauſa feciſset, ut teſtes ſui ſenio confe
cti quam primum examinarentur.

Quartum etiam motiuum facile tollitur, ſi ob
10 ſeruauerimus, ꝙ exceptio † reſtitutionis oppoſi-
ta elidit poſseſsorium intentatum ex aduerſo, &
detrahit iuri agenti in poſseſsorio & concernit
defectum proprietatis, & poſſeſsionis, ut Abb.
tradit poſt alios in c. 2. num. 5. & num. 8. de reſti.
ſpol.

ſpol. & late fuit deductum in allegationibus ſu-
per ultimo puncto huius reſtitutionis. Nec ob-
eſt, quod de hac reſtitutione non contineatur
expreſse in inſtrumento reſtitutionis Trecentę,
11 cum & id poſſit per teſtes † probari, ut tradit Bal.
loquens in renunciatione in d.c. 2. ante fi. & ſup
ponit clare Rui. in conſi. 47. num. 5. lib. 4. & non
iniuria, quia alias non differret exceptio, facto
ꝓprio cecidiſti ab ea, notorij defectus proprieta
12 tis, cum & per inſtrumentum † notorium inducatur,
ut in terminis Gramma. conſ. ciui. 131. nu. 4
quod tamē negatur, vt per Clariſſimū Menoch,
in primo remed. ſuorum cōmenta. nu. 269, Quo
fit, ut eum appareat ex inſtrumento producto
de reſtitutione Trecentæ tanquā capitis, & nunc
intendamus probare, ꝙ ſub ea comprehendehā-
tur loca controuerſa, & erant eius partes, & ſic
in effectu uenerunt in dictam reſtitutionem, pro
culdubio non poterat eius admiſſio denegari. &
licet hoc exigat forte longiorem indâginem, ut
dicitur in motiuo, ſatis nobis eſt omnia in hoc
puncto incumbentia in termino a D. Iudicibus,
vel à iure ſtatuto liquidare poſſe, nec propterea
dicemur admitti ad probandū in petitorio, quia
reſpectu dictæ reſtitutionis alia eſt quæſtio poſ-
ſeſſorium reſpiciens, & infringens, & quia peti-
torio nullum fit præiudicium, ſaltem quo ad effe
ctum, ut poſt poſſeſſorium & tractari ac expedi-
ri poſſit, ꝙ ex compromiſſo videtur conceſſum,
cum eo tamen hæc deductio fit, vbi petitorium
excluderetur, l. j. de teſti. l. pręcipimus, in fi. C. de
appella. cum ſimul.

Quintum etiam de uerisimili ceſſat; tum quia, vt diximus, per teſtes probari poteſt; tum quia uerſamur in claro, cum ex inſtrumento ipſius reſtitutionis aperte conſtet, partes ipſas nō curaſſe nominare, niſi loca principaliora habentia alias uillas, & membra ſub eis, vel tanquā partes eorum, vel tanquam pertinentias comprehēſas, quæ maioris ſunt ponderis, quàm hæc parua loca: quæ & ſi quatuor ſint, communem, & ordinariam villam uix facerēt, ut oſtendetur Excellētiæ ueſtræ, nec poterunt negare DD. Aduerſa-
rij: ceſſat igitur inuerisimilitudo conſiderata, &
13 omnis dubitatio † ex conſuetudine ipſorummet
contrahentium, in iſtomet contractu ſecundum
quam ille uenit intelligendus, & interpretādus,
Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus, num. 7. ff. de
14 reg. iu. & vna pars illius, imo plures eius partes
15 † hanc declarant, l. ſi quis filiabus, in princ. ff. de
leg. 2. Roman. conſil. 231. præmiſſorum, num. 2.
& Soci. in l. 1. in prin. ff. de reb. dub.

Dum autem ſexto loco dicitur, quod ſi poſt reſtitutionem poſſediſſent DD. Aduerſarij, non licuiſſet eos ſpoliare, & ſatis dicuntur ſpoliari, cum ad poſſeſsionem venientes non admittantur: nam negamus eos vnquam poſt reſtitutionem poſſediſſe, vel ex interuallo fuiſſe ſpoliatos, vel id illos probaſſe, immo pręſupponimus, & probaſſe, & probare poſse: adhuc enim ſupereſt de termino probatorio, quod ſereniſsimi Duces Ferrariæ ſemper poſsederunt, uel quaſi poſſederunt dictam iuriſdictionem, & cum uerſemur in reſtitutione facta ante aſsertam ſpoliationem, ſumus in caſu claro, ut in d.c. 2. & 3. de reſtitu. ſpol.

Poſtremo motiuo reſpondetur, ꝙ licet forte non ualuerit productio † pro parte noſtra facta producendorum in proceſsu petitorio, tanquam incerta, per trad. per eum in 1. par. ſui tract. antiq. temp. 1. par. nu. 158. reſpectu tamen capitulorum ſpeciatim expreſsorum & certificatorum, & reſpectu iurium productorum in dicto proceſsu, ad quę fuit habita relatio, ualuit productio illa, ex quo fuit certificata per relationē ad illud, & relatum eſt in referente, l. aſse toto, ff. de hæred. inſt. quo ſit ut etiam ſecundum eius diſtinctionem in loco præallegato uerſemur in re clara, ſuper quo fruſtra non eſt diſputandū, cum in hoc puncto, an reijcienda eſset productio illorum iurium, quia incerta, non fuit orta diſcordia. ſed quia illa iura concernebant petitorium, quod pars aduerſa negat, nos poſse deducere, & probare ad colorandum poſseſsionem nedū pręſentis temporis, ſed & antiquam anteceſsorum Illuſtriſsimorum dicti Sereniſsimi Ducis. quæ quam in hoc fallatur, liquido probant tot deciſiones per nos, & per plures Excellētiſ. iure conſultos Ferrarienſes in noſtris allegationibus adductæ. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Bona immunia Principis, ſi ad aliū tranſferantur, remanent immunia

Immunitas quando ſit realis? & realis, cuius ſit uirtutis? & quando obſeruanda per ſucceſsorem principis.

SVMMAE.

1 *Immunitas, quæ erat apud Principem, tranſit ad ſucceſſorem in bonis, & illa non poſſunt collectari etiam ex cauſa belli.*

2 *Immunitate acquiſita pro hæredibus ueniūt, & comprehenduntur omnes hæredes.*

3 *Immunitas Principis competit ſucceſſoribus, ſi data eſt cum illis prærogatiuis, quas Princeps habebat.*

4 *Bona Principis immunia, ſi alienentur, remanent immunia.*

Prin-

5 *Princeps poteſt alienare, & permutare omnes res cum ſuis immunitatibus.*
6 *Immunitas cenſetur eſſe realis, ſi fuit conceſſa pro hæredibus.*
7 *Et idem, ſi fuit conceſſa per pactum, vel contractum.*
8 *Immunitas, ſi eſt realis, non immutatur, licèt res transeat ad quoſcunque.*
9 *Coloni gaudent immunitate reali dominorũ.*
10 *Fructus etiam ſunt exempti reſpectu emptoris, ſi immunitas eſt realis.*
11 *Princeps debet habere omnia ſua bona libera & immunia.*
12 *Feudum, an poſsit a patre applicari primogenito in præiudicium aliorum filiorum?*
13 *Immunitas conceſſa alicui, durat, licèt iuriſdictio transeat ad alium dominum.*
14 *Immunitas eſt obſeruanda a ſucceſſore concedentis illam.*
15 *Et conceſſa ex contractu oneroſo tanquam fortior, non poteſt reuocari.*
16 *Et non debet aſtringi, ſed late interpretari, vt omnia onera comprahendat, ex quacunque cauſa eueniant.*
17 *Immunes in proclamate loquente de immunibus, non comprehenduntur, ſi immunitas proueniat ex contractu.*
18 *Immunitas ex contractu non uenit ex generali reuocatione, vel reformatione.*
19 *Obſeruantia declarat immunitatem.*
20 *Conſuetudo longi, & longiſsimi temporis, maxime attenditur in immunitatibus, & oneribus ſubeundis.*
21 *Interpretatio in dubio eſt facienda pro immunitate contra gabellam.*
22 *Sicut etiam eſt facienda contra alia onera.*
23 *Iudicandum eſt in dubio pro uidua et pupillis.*

CONSILIVM XXXIII.

In Domino confido:

Proponitur in facto, quòd mortuo olim Illuſtriſſimo Ludouico de Gonzaga, Marchione Mantuę relictis ſuperſtitibus quinque filijs maſculis, ſcilicet Illuſtriſſimo Marchione Federico eius primogenito, Illuſtriſſimo, & Reuerẽdiſſimo Domino Franciſco Cardinale, & Illuſtriſſimis D. Ioan. Franc. D. Rodulpho, & D. Ludouico Protonotario Apoſtolico, ipſi Illuſtriſs. Do. Ludouicus, & Rodulphus, de anno 1478. fecerunt quandam permutationem & contractum cum d. Illuſtriſs. Marchione Federico eius fratre, ſeu quodam eius generali factore, de Caſtro & Terra Caneti, & eius pertinẽtijs cum Caſtro, & Terra Luzzariæ, & iurib. ac pertinentijs illius, & qui quidem factor, & agens d. Illuſtriſs. Marchionis, agens nomine ipſius ceſſit ipſis Illuſtriſs. fratrib. præſentib. & recipientibus pro ſe, & pro hæredib. ipſius D. Rodulphi, omnia, & ſingula iura, & actiones generaliter, & in ampla forma, quæ & quas, & quales, & quantas prædictus Illuſtriſs. March. habebat, & quomodolibet habere poſſet, poterat, & potuiſſet in d. Caſtro, & Terra Luzzariæ, eiuſque datijs, ſalario, poſſeſſionibus, iuriſdictio, paſcuis, aquis, venationibus, cæteriſque ſuis iuribus, emolumentis, & prærogatiuis, quomodocunque & qualitercunque ſibi ſpectantibus & pertinentibus, & ut in inſtr̃o ſuperinde confecto. Quod quidem inſtrumentũ ſucceſſiuè de anno ſequenti 1479. per ipſum Illuſtriſs. D. Marchionem ratificatum, & approbatum fuit per alind publicum inſtrumentum, in quo inter ipſos omnes fratres factę ſuere nonnullę conuentiones, diuiſiones, & pacta, de quibus in eo: Et inter cætera fuit conuentum, q ipſi Illuſtriſs. D. Rodulphus, & D. Ludouicus, per ſe & ſuos hęredes, & ſucceſſores ſuos, vt & tanquam filij prædicti q. Illuſtriſs. D. Ludouici eorum patris, vigore dictarum cõuentionum compoſitionum et concordiorum haberent, tenerent, et poſsiderent d. Caſtrum Luzzariæ cũ mero, et mixto imperio, acomnimoda iuriſdictione et cum omnibus alijs ſuis iuribus, et pertinentijs, & eiſdem modo et forma, prout in d. primo inſtrumento. In quo etiam ſeipſos inuicem, et uiciſſim abſoluerũt et liberauerunt, vt in eo. Et quòd Caſtrum, et Terram Luzzariæ cũ omnibus poſſeſſionibus in eius territorio exiſtẽtibus ipſe q. D. Rodulphus tenuit, et poſſedit vſque ad tempus mortis eius, et poſt illius mortẽ Illuſtriſs. D. Io. Franc. et D. Aloyſius eius filij, qui fuere inueſtiti de d. Caſtro a Sereniſs. Imperat. ſicut etiam fuit inueſtitus ipſe q. eorum Illuſtriſ. pater, caſtrũque ipſum fuit ſeparatum & ſegregatum a d. Marchionatu Mantuæ, vt in ipſis inueſtituris, & ſegregatione. Deniq. ipſe Illuſtriſs. D. Ioan. Franc. habens duos filios, Illuſtriſs. Dom. Maximilianum, & D. Rodulphum, ſuum vltimũ condidit teſtamentum, in quo inſtituit hæredẽ dictum Illuſtriſs. D. Maximilianum in dicto Caſtro Luzzariæ, & in alijs bonis ſpecificatis dictũ Illuſtriſſimum D. Rodulphum, & vniuerſaliter in omnibus alijs ſuis bonis ambos ipſos eius filios, & vt in d. teſtamento condito de an. 1524. poſt cuius mortem ipſe Illuſtriſs. D. Maximilianus tenuit, & poſſedit dictum Caſtrũ Luzzarię, & omnes dic. poſſeſſio. occupauit, contra quem

fuit mota lis per d. q.Illuſtriſ. Do. Rodulphum
pro dimidia dictarum poſſeſſionum, & tandem
poſt mortem ipſius Illuſtriſ. Dom.Rodulphi Il-
luſtriſſimus Dom.Aloyſius.eius filius & hæres,
euicit dictam dimidiam dictarum poſſeſſionum
per duas ſententias conformes, illaſque tenuit
vſque ad tempus eius mortis immunes & exem
ptas,quas nunc poſſident,& tenent filij & hære-
des ipſius Illuſtriſ. Dom.Aloyſij pupilli. Domi
nium ver o ipſius Caſtri Luzzariȩ peruenit ad Se
reniſ. D. Dom. Ducem Mantuæ ex venditione
& alienatione illi facta per d.Magnif.Dominum
Maximilianum.Quibus ſic ſtantibus oritur du-
bium, nunquid dictæ poſſeſſiones ſint immu-
nes & exemptæ, vt quemadmodũ ſemper in prȩ
teritum ſeruatum fuit, fructus illarũ ſine aliqua
ſolutione gabellæ vendi poſsint, tam ex parte
temporis quam venditoris, fructuſque ipſi poſ-
ſint extrahi ad alia territoria, etiam abſque ſolu
tione gabellæ,vi extractionis, nec non præemi-
nentia illa, quam ſemper habuerunt d.poſſeſsio-
nes & eorum dñi creandi ſaltuarium,& exigen-
di datium,damna data,medio eorum factoris ẽt
nunc habere, & ea vti poſsint, ſicut ſemper ſer-
uatum fuit tempore,quo Caſtrum ipſum fuit tẽ
tum & poſſeſſum per d.Illuſtriſ. anteceſſores ip-
ſorum Dominorum pupillorum.

In qua quæſtione breuitati ſtudendo,& con-
cluſiuè punctum decidendo, conſultò omiſsis
multis,quæ ad propoſitum adducere poſſem, tũ
quia plurimis negotijs occupatus laxius tẽpus
ſcribendi non cõceditur, tum ẽt quia cauſa hæc
(vt audio)coram magnis,& ſapientib. iurecõſul
tis tractanda eſt, quib. ſat eſt rẽ per indicẽ(quod
aiunt)oſtẽdere, huius ſum ſniæ, ut d.poſſeſsiones
fuerint & ſint immunes & exemptæ, & quod ip
ſi Illuſtriſ.pupilli earum domini habeant & ha-
bere debeant eaſdem immunitates, & prȩroga-
tiuas, quas habuerunt ſemper domini ipſarum
poſſeſsionum pluribus rationibus.

Primo,quia d.poſſeſsiones cum d. Caſtro fue
rũt olim Illuſtriſ.Marchionis Mantuȩ,& fuerũt
datæ in permutationẽ cũ d.Caſtro per Illuſtriſ.
Marchionẽ Federicum d.quondã Illuſtriſ. Do.
Rodulpho anteceſſori ipſorum pupillorum, cu-
ius ipſi ſunt deſcendentes,& in effectu hæredes
cũ omnib iurib.& emolumẽtis & prærogatiuis
pro ut illas habebat ipſe Illuſtriſ. Marchio per
verba vniuerſalia geminata,& prægnantia,ut ſu-
pra relatum fuit, & in dictis inſtr̃is latius cõſtat,
quo ſit,ut cum eadẽmet immunitate & exẽptio-
1 ne tranſiuerint,† quæ erant apud ipſum Pri nci-
pem, vnde non poſſunt cogi ad aliqua onera ẽt
ex cauſa belli, ut in his terminis latiſsime cõſul-
uit Laurent.Sylua.in conſil.66.num.2. & ſeq. &
idem ſequutus fuit I. C.ſubſcribens in conſ.ſeq.
nume. 6. & idem, ꝙ eadem immunitas tranſeat
ad habentem cauſam a Principe & Marchione
reſpondit etiã idem Sylua. in conſil.73. num.5.
2 & cum fuerit acquiſita pro hæredibus† veniunt
& compræhenduntur omnes hæredes in infini-
tum.l.in annalibus. C.de lega. l.ſciendum, ff.de
verb.ſignif.cum appellatione hæredum veniant
etiam hæredes hæredum. l. hæredis appellatio,
ubi Alcia.ff.eo.tit.& in immunitate trad.idẽ Bar.
in conſi.59.commune Spoleti,ante fi.quod ma-
xime procedit,quando res data eſt cum illis prȩ
3 rogatiuis,pro ut Princeps† habebat,ut per eun-
dem Sylua.in d.conſil.66.num.7.& ſeq.& idem
quando poſuit contrahẽtem in ſuum locum, ut
4 ibi num. 16.& 17. Idem ẽt,quod bona principis
immunia,† ſi alteri alienentur,remaneãt immu-
nia,uoluit Rimi.in conſ. 202.num.4. Dubiũ au-
tẽ non eſt,principem potuiſſe eo modo permu-
5 tare, † & alienare omnes ipſas res cum ſuis im-
munitatibus, vt uoluit Pariſ.in conſi.68. in prin.
vbi loquitur in Marchione Mantuæ, 1.volum.&
in terminis Sylua.d.conſil.66. num.9.10. & ſeq.
Cum itaque poſſeſſiones ipſæ & fructus illarum
tempore,quo erant d.Illuſtriſ. Marchionis,hu-
iuſmodi prærogatiuis & immunitatibus frue-
rentur, ita pariter & nunc quo poſsidentur per
deſcendentes, & hæredes ipſius primi acquiren
tis,& permutantis.

Secundo immunitas prædicta omnibus ipſis
cenſetur conceſſa,ac realis eſſe cenſetur,ex mul
tis comprobatur, et præſertim ex eo quod fuit
6 conceſſa†pro hæredibus, ut videtur velle Sylua.
in conſil.65.num.12.Iaſ.in conſil.217. col.fin.in
2.col.cuius mentis eſt Dec.in conſil. 262. num.
8.et Bello.conſil.20.numero 10. et fuit conceſſa
7 †per pactum vel contractum, Bal.conſil.142.quȩ
ritur.num.2.1.uolum.Ancha.conſil.227. diſcu-
titur,col.v't. Iaſ.in d.conſ.in prin.et fere per to-
tum,et Bellon.d.conſil.num.9. Item et fuit con-
ceſſa cum iuriſdictione: tunc enim eſſe realem,
tract.idem Sylua.ad propoſitum d.conſilio 66.
num. 14.ante fi.ubi, quando fuit conceſſa deſcẽ-
dentibus aliorum Marchionum concedentium
quod etiam uoluere Anchar. et Bellon. in conſi
liis prȩallegatis.Cum itaque fuerit realis,non im
8 mutatur,†licet res tranſiuerint ad manus cuiuſ-
cunque alterius perſonæ, ut per eundem Sylua.
in d.conſil.num.4.5.et ſeq. unde hoc caſu gau-
9 dent etiam tali immunitate†coloni,Abb.in c.ex
parte,il 1.2.colum.de deci.et in conſil.9.hic ca-
dunt,2.dub.1.uol. Io.de Platea in l. qui immuni-
tatẽ,nu.2. C.de mune.patrimo. lib. 11. Rui.con-
ſi.157.nu.9.3.uol.Pariſ. d. conſ.69.nu.6.1.vol.et
Sylua.ubi ſupra,et hoc caſu tranſire ad hæredes
uoluit etiam Boſſ.in tit. de Princ. et eius priuil.
num.142. et quod quando immunitas eſt realis,
10 fructus etiam ſint exempti † reſpectu emptoris,
trad. Alcia.in conſi.18.nu.6.7. et ſeq.lib.4.

Tertio cũ iſti filij pupilli ſint ex compræhẽſis
in antiqua inueſtitura primi inueſtiti de dicto
Caſtro non debent teneri ad aliqua onera re-
ſpectu dictarum poſſeſsionum,ſed illas habere
il-

illisquē frui,& gaudere,ſicut eorum prædeceſſo
res tenebant, poſſidebant, ac fruebantur, vt de
11 nobili & Principe, quod dēat hēre oīa ſua bo
na libera, & immunia, tradit Guid. Pap. q.384.
ſed quidam nobilis,Bertan.conſ.14. num.4.pri-
ma par.1.uolum.Brun.conſil.23.per totū,Alcia.
conſi.8.in prin.3.lib.& Iul.Ferret.in trac.de Ga
bellis & publica.num.536.& licet Caſtrum hoc
fuerit in teſtō relictum d.Illuſtriſs. Dom. Maxi.
primogenito,per Illuſtriſſimum eius patrem, &
cum conſenſu Sereniſſimi Cæſaris,id tamen nō
obeſt ipſis filijs,quia omiſſa illa q.an pater potue
rit diſponere de feudo in præiudicium alterius
12 filij in primogenitum, † ſuper quo variæ fuere
opiniones,vt late refert Tiraq.in trac.de retrac.
tit.1.§.11.gloſ.7.num.23.& ſeq. & in tracta.de iu
re primogen.q.77.in qua q.videretur ēt cōclu-
dendū ad fauorē filiorum,ut in hoc pūcto ad fa
uorē d.Illuſtriſs. D.Rodulphi cōſuluit Soc.iu.in
cōſi.160,nu.39.et ſeq.2,uol.ubi cōſuluit in præ-
legato facto d.Illuſtriſſimo D. Maxim. nō veni-
re dimidiam dictarum poſſeſſionum,quam po-
ſtea euicit Illuſtriſs.Do.Aloyſius,quam opinio-
nem etiam ſequendo d.conſilium Soci. iun. ſe-
quutus fuit Iul. Clar. in ſuo lib.4.ſententiarum,
§.feudum,q.40.verſ.2.infertur,cum ver.ſeq. de
quo etiam per Tiraquel.in d. tract.de retract.§.
32.glo.vnica,num.2.& omiſſo etiam quod con
ceſſio facta per Carolum V. Imperatorem de
primogenitura erecta in dicto Caſtro fuit re-
uocata,& annullata ex cauſa legitima,quia ſcili-
cet conceſſa nato dicto Illuſtriſs. Dom. Rodul-
pho,& ſic poſt ius illi quæſitum, ſolum dicam q;
cum conceſſio illa Imperatoris facta patri teſtā
di, & diſponendi in primogenitum, facta fuerit
reſtrictiue, & facta cum ea clauſula, ita tamen
quod omnes reditus, & prouentus cuiuſcumq.
generis prouenientes ex d.feudo & Caſtro de
hæreditate ipſius Ioann.Franciſci,etiam ſi eſſent
emolumenta prouenientia ex exercitio ipſius
iuriſdictionis,diuidantur inter filios ſuos, & ſuc
ceſſiue in ſtirpes ęquis portionibus. ad quam cō
ceſſionem ipſe dictus teſtator ſe retulit in teſta.
ipſo,quod etiam conſiderauit Soc.iun.in d.con
ſilio 9. 17. certè non debent priuari ij filij hoc
emolumento ſibi competēte ex dictis antiquis
inueſtituris, licet Caſtrum & iuriſdictio ex alie-
natione prædicta tranſiuerit in prædictum Do-
minum Ducem. Et ad propoſitum facit, quod
13 quando alicui eſt acquiſita immunitas † aliqua,
licet iuriſdictio tranſeat ad alium dominum, ta-
men durat ipſa immunitas,Bal.in l.pen.num.13.
C.de cond.inſert. & Gab.& Iul.Ferret.in d.trac.
de publica.nume.97. Quo fit,vt cum non poſſet
Illuſtriſſimus Dom. Maxim. ſi nunc poſsideret
dictum Caſtrum cum iuriſdictione tollere im-
munitatem prædictam dictis pupillis,& illos gra
uare ad aliqua onera inſolita, cū nec pater eius
in ſuo teſtamento illam alteri filio voluerit au-
ferre,ita pariter non debet poſſe ipſe Sereniſsi-
mus Dux,qui habet iura illius,& qui ex dicto cō
tractu non potuit acquirere plus iuris quàm ha-
buerit ipſe Illuſtriſsimus Dom. Maxim. l. ne-
mo plus iuris,ubi late Cagnol.ff.de reg.iur.ſicut
etiam ex ſua perſona, & ex ducali dignitate non
poteſt ipſe Dux impugnare dictum contractum
permutationis cum dicta immunitate, vt ſupra
celebratum,ſed ſucceſſor illius Illuſtriſsimi Mar
14 chionis † tenetur ad eius obſeruantiam, Sylua.
ad propoſitum,conſil.63.numero 13.& d.con-
ſilio 66.numero 24.& cum conceſſa fuerit ex cō
15 tractu oneroſo,† quæ eſt fortior, Alb.conſil.1.
numero 2.non poteſt reuocari,Neuiza.inter cō
ſilia Bruni,conſilio 12.numero 29. Pariſ.d.con-
ſilio 69.num.5.& Sylua. dicto conſil. 66.nume
ro 18.ſicut etiam non debet reſtringi,ſed latè in
terpretari,vt omnia onera complectatur,ex qua
16 cumque † cauſa eueniant,Neuiza. conſilio 66.
numero 44.Nat.conſilio 397. numero 9. ſylua.
conſilijs 61.numero 36. 63.numero 14.& 66.
numero 18.& Rolan.a Val. in conſilio 13.nume
ro 51. in 3. & tales immunes, & exempti non
cōpræhenduntur in generali diſpoſitione men-
17 tionem faciente † de exemptis,& immunib. ſim-
pliciter,Caſtr.conſilio 317. viſo, & examinato,
ſecundo dubio,3.colum.& 4.num.13.primo vo
18 lum.Nec immunitas ipſa veniret † in generali re
uocatione vel reformatione, vt inter conſilia
Alex.tradit Vincent.de Paleot.in conſilio 50.vi
ſo puncto,num.4.& 5.4.volum.& Alex.in con
ſilio 30.ponderatis,1.col.5.uol.refert & ſequi-
tur Boſ.in tit.de Princip. & priuil. eius,nu.151.

Quarto cum ut audio,poſſeſsiones huiuſmo-
di a tempore dicti contractus permutationis ci-
tra,habuerint hanc immunitatem, & prærogati
uam, quæ ſemper hucuſque fuit ſeruata, ſa-
19 tis talis obſeruantia declarauit † ipſum contra-
ctum permutationis, vt ad propoſitum tradit
Sylua.dicto conſi.66.nu.20.& conſilio ſeq.ſub-
ſcribens,numero 10. Craue. conſil.294.num.8.
3.colum.verſiculo.21.& ante eos Alexan. con-
ſilio 21.in fi.6.uolum.Dec.conſilio 48.columna
1.& Alciat.conſil.14.num.11.lib.4.& in huiuſ-
modi immunitatibus & onerib. ſubeundis mul-
20 tum eſt attendenda † conſuetudo longi,& longiſ
ſimi temporis,Rimi.conſ.31.num.30. Cur.iun.
conſi.42.nu.6.& ſeq.Alcia.d.conſ.8.nu.5. 3.lib.
Sylua. conſ.61.nu.16.& pluribus ſeq.& in conſ.
Alcia.ſubſequente,num.3.& idem Sylua. d.con
ſil.66.num. 21. & quaſi poſſeſsio libertatis lon-
giſsimi temporis probat libertatem,Cepha.con
ſilio 177. numero 22.

Quinto & ultimo, cum hic agatur de onerib.
gabellę & aliorum huiuſmodi imponēdis,in du-
21 bio facienda eſt interpret.pro immunitate, † &
contra gabel. Ang.conſi.385.nu.1. Corn.conſ.
199.col.4.1.uol. Dec.d.conſ.48.col.3.uer.6.et
ult.et Crauc.conſil.231.in fi.ſicut ēt eſt facienda

22 interpretatio † contra alia onera, Corn. d. conſi. & Sylua. d. conſil. 66. num. 22. ſicut in dubio iu-
23 dicandum † eſt pro vidua, & pupillis, Neuiza. in in ſylua nupt. libro 6. numero 27. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Mulier ſi ex ſtatuto non poteſt teſtari ſine conſenſu & licentia mariti, diſputatur quomodo ſit adhibenda hęc licentia vel conſenſus, an in ipſo actu, an ad utilitatem uiri inſtituti.

Et licentia conceſſa de agendo aliquid, an expiret poſt primum actum.

Lucri dotis, quomodo ſit habenda ratio in taxatione legitimæ.

S V M M AE.

1 *Iuramentum primum tollitur per poſterius.*

2 *Statutum prohibens mulierem teſtari ſine licentia & conſenſu viri, eſt iniquum & nullum.*

3 *Licentia viri de teſtando generalis data vxori, vt requirit ſtatutum, efficit vt illa poſſit condere tam primum, quàm ſecundum teſtamentum.*

4 *Et viri conſenſus tanquam fauorabilis eſt extendendus ad ſecundum teſtamentum.*

5 *Licentia agendi aliquid non expirat per primum actum, niſi tractemus de odio, uel materia reſtringibili, vel in re prohibita de iure communi.*

6 *Conſenſus viri neceſſarius ex ſtatuto non exprimitur in ipſo actu teſtamenti vxoris, ſed ſufficit quod ante interuenerit.*

7 *Conſenſus ſi exigitur pro ſolemnitate, vel forma, debet interuenire in actu, ſi ratione præiudicii, vel intereſſe poteſt ante actum interuenire.*

8 *Statutum exigens conſenſum viri teſtamento mulieris hoc facit, ne viro fiat præiudicium.*

9 *Conſenſus ad actum non videtur neceſſarius in actu.*

10 *Et cum non exigitur pro ſolemnitate poteſt interponi per nuntium vel epiſtolam.*

11 *Maritus poteſt conſentire vxori teſtanti, & illum inſtituenti.*

12 *Statutum exigens licentiam, et conſenſum viri in teſtamento vxoris, eſt validum, ex communiori.*

13 *Mulierem non poſſe teſtari ſine conſenſu, & licentia viri, vel propinquorum, poteſt induci a ſtatuto.*

14 *Licentia teſtandi viri debet interuenire pro ſolemnitate, & ad reintegrandum perſonam vxoris.*

15 *Mulier poteſt etiam dolo induci in teſtamento.*

16 *Actus cenſetur introductus pro forma in ſtatuto, ſi decretum irritans vel annullans ſit additum.*

17 *Statutum omni caſu eſt interpretandum exigere conſenſum ad reintegrandum perſonam contrahentem, vel teſtantem.*

18 *Et exigitur propter fragilitatem mulieris, ne ipſa capiatur & decipiatur, & ſic pro ſolemnitate.*

19 *Coniunctior quo quis eſt, magis amare & procurare rem coniuncti præſumitur.*

20 *Pars vna alternatiuæ ſtatuti, aliam declarat dubiam.*

21 *Conſenſus interponendus teſtamento, debet interponi in ipſo actu teſtandi.*

22 *Nec ſufficit præſentia principalis cum taciturnitate.*

23 *Statutum ſi exigat conſenſum mariti, vel propinquorum debere interuenire contractui, vel teſtamento, conſenſus debet interuenire in actu ipſo, nec ſufficit ſi interueniat ante, vel poſt.*

24 *Teſtamentum ſine ſolemnitatibus ſtatuti, eſt nullum & inualidum.*

25 *Conſenſus ſi requiritur mariti in teſtamento vxoris, tunc iudicem debet adhibere maritus, ſi in eo inſtituitur, ne ad ſui beneficium conſentiat.*

26 *Conſenſus propinquorum, requiſitus a ſtatuto in contractibus mulierum non poteſt interponi ad fauorem contrahentis eum ipſa met muliere.*

27 *Et tunc poſſet iudicis conſenſus adhiberi.*

28 *Licentia ab homine conceſſa ad actum, de prima viee intelligenda eſt.*

29 *Quod procedit, etiam ſi prima diſpoſitio non fuiſſet effectum ſortita.*

Sta-

30 *Statutum in loco poteſt appellari ius commune.*

31 *Licentia conceſſa a Papa Cardinali, de teſtando, non extenditur ad ſecundum teſtamentum.*

32 *Licentia conceſſa alicui de intrando monaſterium, de prima vice eſt intelligenda.*

33 *Licentia conceſſa epiſcopo de concedendo rem aliquam in emphyteuſim, non extenditur vltra primam conceſsionem.*

34 *Arbitri non poſſunt niſi ſemel prorogare compromiſſum, ſi illius eſt data licentia prorogandi.*

35 *Monachus ſi poteſt ex licentia eſſe monaſterii procurator, vel abeſſe, poteſt ſemel hoc tantum facere.*

36 *Bannitus ſi habet licentiam indeterminatè veniendi in territorio, ad primam tãtum vicem extenditur.*

37 *Scholaris habens licentiam de exeundo ciuitatem, non obſtante iuramento ſemel tantum poteſt exire.*

38 *Teſtamentum primum non tollitur per ſecundum, ſi primum fuit factum cum licentia neceſſaria, ſecundum vero non; & an neutrum valeat?*

39 *Mulieres contra propria commoda plerunq; laborant, neque habent cõſilium ualidum.*

40 *Et apud eas, ex Bal. nullum conſilium animi reperitur.*

41 *Statutum exigens conſenſum nonnullorum, in actu mulieris eſt fauorabile.*

42 *Exceptio oriens ex ſtatuto mulierem prohibente contrahere ſine conſenſu propinquorum, eſt fauorabile.*

43 *Conſenſus mariti in teſtamento mulieris, pro ſolennitate, & non pro ſuo intereſſe, eſt adhibendus.*

44 *Conſenſus, an poſsit interponi per nuntium, vel per epiſtolam?*

45 *Vxori non licet ſine iudice virum inſtituere conſentientem teſtamento ad propriam vtilitatem.*

46 *Legitima nouo iure aucta eſt tam aſcendentium, quàm deſcendentium.*

47 *Legitimæ in taxatione matris in bonis filia eſt deducendum lucrum dotis tanquam æs alienum.*

48 *Lucrum dotis viro debitum non eſt in bonis vxoris, & vt æs alienum minuit lẽgitimam.*

49 *Legitima a cauſa inteſtati ſumit initium, & ab ea regulatur.*

50 *Legitima non debetur non ſuccedenti.*

51 *Et excluſa ab inteſtato, eſt excluſa a legitima.*

52 *Legitimæ in taxatione non eſt habenda ratio de illa parte, in qua illam petens ſuccedere non poteſt.*

53 *Mater ſi ab inteſtato non poteſt ſuccedere filio, niſi in certa parte, etiam facto teſtamẽto, excluditur a ſupplemento legitimæ in cæteris bonis.*

54 *Lucrum dotis non minuit legitimam matris, ex ſententia Bero. quæ non eſt vera.*

CONSILIVM XXXIIII.

In Domino confido.

ILluſtris olim D. Comitiſſa Heliſabeth, filia quond. Ill. Co. Horatij de Carpineo, & vxor Ill. C. Octauiani de Bentiuolis de Eugubio, uolens de bonis ſuis teſtari, & diſponere in vlt. voluntate, idq. ſine conſenſu, & licentia viri ſui prædicti facere non valens, ꝓpter diſpoſitionem ſtatuti illius ciuitatis ſub rubrica quòd mulier nupta ſine conſenſu, & licentia viri non contrahat, neque teſtetur de anno 1566. obtinuit a dicto eius uiro licentiam & conſenſum generalem de teſtando, & diſponendo libere ad eius libitum, & voluntatem de omnibus ſuis bonis, ſtatuto prædicto non obſtante. & ſubinde de anno 1567. de menſe Ianuarij, inhærendo dictæ licentiæ ſuum condidit teſtamentum, in quo inſtituta Comitiſſa Laura eius matre in ſcutis quingentis auri, & relictis Comitiſſæ Cõſtantiæ Bartholinæ de Eugubio, eius materteræ, ſcutis quatuor millibus promiſſis pro eius dote d. Cõ. eius viro, inſtituit eius hæredes vniuerſales ipſum eius virum, & Comitem Cæſarẽ eius fratrem, etiam de Bentiuolis, in vita tantum ipſius Co. Cæſaris, poſt eius mortem voluit & mãdauit eius Co. Cæſaris portionem, etiam abſque alicuius Trebellianicæ deductione peruenire ad d. Cõ. Octauianum eius virũ, & ad eius filios, & eo ſine filijs decedente, reliquit duabus eius ſororibus ſcutos quingentos pro qualibet earum, & ſcutos mille Co. Ioanni eius fratri, & erogari in pias cauſas etiam alias pecunias, vt in d. ſuo teſtamento. Demum de dicto anno 1567. & de menſe Decembris aliud, & ſecundum condidit teſtamentum ipſa Comitiſſa Heliſabeth, in quo relictis ſcutis quingẽtis matri iure inſtitutionis d. eius virũ hæredem vniuerſalẽ inſtituit, & eius fi-

filios, & eo decedente ſine filijs, reliquit vſum-
fructum ſuorum bonorũ d.Co.Cæſari d.eius vi
ri fratri, & poſt eius mortẽ iuſſit bona ſua diſtri·
bui inter pauperes,& vt in ipſo teſtamento. Pro
hibuitque ipſa Do.teſtatrix,ne dos promiſſa per
prædictam D.Conſtantiam eius amitam ſeu ma-
terteram ab ea donec vixerit peti poſſet.Quo fa
cto ſtante, quæritur nunquid primum teſtamen
tum factum cum licẽtia & conſenſu d.Co.Octa-
uiani eius teſtatricis viri,prǫualeat ſecũdo facto
ſine eius conſenſu, ex quo ſemel præſtita fuit li-
centia,& conſenſus, & in 2.de nulla etiam licen
tia,vel conſenſu eſt habita mentio,vel anpotius
vtrumque fuerit nullum,& locus ſit ſucceſſioni
ab inteſtato.

Secundo,poſito quod primo vel ultimo teſta
mento ſtandum ſit, an mater poſſit petere ſup-
plementum legitimæ, & quanta debeat e.˙e legi
tima ipſius matris.

Tertio, an legitima ipſa dẽatur matri omniũ
bonorum filię nõ detracta prius tertia parte do
tis marito pro lucro dotis debita, ex forma ſta-
tuti Eugubij, nec detractis reb. appretiatis, quę
ex forma d.ſtatuti viro applicantur.

Deuenio igitur ad primũ dubiũ,quod non le
uem hẽt difficultatem, in quo placet pro diſcuſ-
ſione veritatis ſeruare ordinem conſulentiũ tra-
ditum per Imperatorem in §.illud quæſitum,vbi
not.Port. Inſtit. de rerum diuiſione.adducendo
oĩa contraria,quæ in puncto meæ ſnĩę aduerſari
viſa ſunt,& deinde ea quæ veritati,ac iuſtitiæ ma
gis cõſonare vñr.& ſubinde oppoſita tollere,nã
oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcunt, teſte
philoſopho, & poſitis iuxta ſe contrarijs maio-
ra a minoribus diſcernuntur, & dicit Bald. in l.
precibus, 8.col.verſ.modo contra, nu.33. C.de
impub. & alijs ſubſtit. relatus ſæpiſſime ab alijs
Doct.conſulentibus,quod quaſi ferro uiam ape
rit, qui per contraria tranſit, & in conſilio 422.
ſuper quibus,4.uol.quod allegando pro, & con
tra magis apparet veritas, quæ exagitata magis
ſplendeſcit in lucem,c.graue.35.q.19.

Prima itaque facie videtur dicẽdum ſecundũ
teſtm̃ conditũ per d.Comitiſſam Heliſabeth prę
1 ualere, & prius conditum † tollere, §. poſteriore,
Inſtit.quibus mod.teſta.infir. l. ſi quis priore, in
prin.ff.ad Trebel.cum alijs late trad.per Dec.cõ
ſil.512 in prin.& Durant.in trac.de arte teſtan.
tit.10.caut.1.in prin.

Et licet non dicatur vel legatur in eo,ꝙ inter-
uenerit licentia,& conſenſus viri,non ꝓpea te-
ſtamentum videtur inualidum,cum ſtatutum di
ſponens,teſtamentum non valere ſine licẽtia, &
conſenſu viri,videatur iniquum,& nullum,vt po
2 te priuans mulierẽ facultate † teſtãdi ſuo arbitrio
vt in indiuiduo tradit Paul.de Caſt.dicens eo an
no habuiſſe in facto, in l. ex facto, in prin.2.col.
& ſequitur ibi Alex.num.14.& Aret.etiam uṝ ſe-
qui,num.7.ff.de vulga.& pupilla. quod & tenuit

Alex.in conſi.55.conſideratis,ad fi. 1.vol.& con
ſil.155.viſis, & accurrate,col.2. in 2.uol. Iaſ.in l.
non idcirco, C. de codici.& late examinat in l.
ſtipulatio hoc modo concepta, 1.& 2.col.ff.de
verb.oblig. quod & tenet in conſil.127. 2.col.
verſi.moueor 1. & idem tenet Io.Lop.in repe. ru
bricæ de donat.inter uir.& uxo.in §.80.num.15.
vbi dicit,ꝙ ſunt aliqui,qui male tractant uxores,
vt ſibi legata faciant,vel eos hæredes inſtituant,
& poſtquam fecerunt,non permittũt eis teſtm̃
reuocare,vel ipſæ reuocare non audent maritos
timẽtes,cui opinioni etiam ſubſcribit Laur.Syl-
ua.conſil.1.num.147.

Secundo admiſſa validitate ſtatuti, adhuc ſe-
cundum teſtamẽtum vṝ prǫualere,cum interue-
3 nerit licentia, & conſenſus † viri ante teſtam. ge-
neralis,ut per Alex. ad propoſitum in conſilio
189.nu.8.7.uol.& in indiuiduo Corn.cõſ.242.
col.2.in fi.& col.3.in prin.d.tra.ti.1.cau.2.nu.4.

Nec vṝ poſſe dici,ꝙ per primum teſtm̃ licẽtia,
& cõſenſus expirauerit ita quod alia licentia,&
conſenſu opus fuerit in condendo aliud teſtm̃,
l.boues,§.hoc ſermone,ff.de verb.ſign.quia ſtan
te iniquitate d. ſtatuti & odio illius, licentia, &
conſenſus conceſſa, & præſtitus per uirum ſunt
fauorabiles, & propterea uidentur extendendi
nedum ad primum,ſed ẽt ad ſecundũ & vlterius
4 teſtm̃, ut non extra † propoſitum decidit Calder.
in ſua diſputatione ex octo ſtudẽtib. ult.car.ubi
ſi licentia ſit conceſſa ſcholari recedẽti ex loco,
ex quo iurauerat non recedere,licentia illa non
expirat per primum receſſum, ſed adhuc durat,
licet aliud ſit cum tractetur de odio, uel uerſe-
5 mur † in materia reſtringibili,uel in prohibitis de
Iure cõi,quo caſu procedit diſpoſitio d.§.hoc ſer
mone,ut per Alcia.ibi.2.pag.& Alex.cõſ.171.vi
ſo ꝓceſſu,2.col.2.vol. Fely.qui ita diſtinguit, et
opiniones conciliat diſſonas,in c.2.col.3. nu.5.
de treuga & pace. ſequitur Marſ.in rub. de fide-
iuſſ.num.98.et uidetur etiam ſequi Capic.deciſ.
150.num.6.et Tiraq.in repet.d. §.hoc ſermone,
limit. 3.num.9.

Sicut etiam non uidetur poſſe teneri,neutrũ
horum teſtamentorum valere, ex quo conſen-
ſus uiri neceſſarius non interuenit in actu ipſo-
rum teſtõrum,tum quia nõ potuit uir ipſe ad ſuũ
beneficiũ et utilitatẽ, ut inſtituerat cõſentire,ut
multi uoluere,q2 quo ad primũ nõ uṝ ꝙ conſen-
6 ſus ipſe exigeretur † in ipſo actu teſtãdi,ſed. ſatis
uṝ quod ante interuenerit. Bal.in l.tam his, §.1.
num.8.ff.de donat.cau.mor.in l.ſi quis mihi bo-
na,§.iuſſum,num.5.ff.de acquir.hęred.cum quo
* uidentur communiter * tranſire ibi Doct.Caſtr.
conſilio 54.ſuper primo dub. 2. colum.in anti-
quis,et in l.ſi cum dotem, §.eo autem tempore,
2.columna. ff.ſoluto matrimo.et in his terminis
Corn.dicto conſil.242.2.colum.Soci.in conſil.
15.colum.12.1.uol.Rolan.a Val.conſil.92. nu.16.
et ſeq.1.vol.et Aug.Bero.nouiſſime cõſ.73.nu.6.
1.vo-

1.volum.Et in hac ſpecie illa videtur receptiſſi-
** ma ſententia.** diſtinguens, & concilians opi-
niones contrarias, quod aut exigitur conſenſus
pro ſolemnitate,vel forma,& debet int eruenire
7 †in actu:aut ratione prȩiudicij vel intereſſe illius
qui conſentire debet,& tunc poteſt ante actum
interuenire, Butr. & Abb.in c.eum conſuetudi-
nis,de conſu etud.Aret.col.pen.Alex.num.10.&
Iaſ.& colum.pen.2 .limitat.in d. §.iuſſum, Alex.
in conſil.106.quo ad præſens,2.colum.in 1.uol.
Soc.conſil.87.2.col.2.vol. & Bero.d.conſil.73.
num.6.&ſecundum hanc diſtinctionem,cum ſta
8 tutum hoc videatur exigere† cõſenſum viri pro
pter eius præiudicium, & in eius fauorem, ut in
ſimili ſtatuto uidetur velle Ang.in conſilio 88.
præſuppoſito,colum.2.ver.2.prȩmitto,& in ter
minis Ioann.Lop.in d.rub.de donat.inter vir.&
vxor. §.68.nume.3. ſatis uidetur conſenſus ante
teſtamentum præſtitus. Et quòd conſenſus non
9 videatur † neceſſarius in actu, in terminis tradit
Bald.in l.1.num.2.C.unde vir & vxor.& uidetur
ibi ſequi Saly. Ang.in conſil.143. tria videntur,
Io.Lop.d.num.3.& videtur ſequi Brun. in tract.
ſuper conſtit.& ſtatut.in ver.cõſenſus. 1.colum.
verſic.3.ſtatutum,quod vxor ſine conſenſu . ſed
quod poſſit interponi per nuntium vel epiſtolã
10 ex quo†non exigitur pro ſolemnitate,trad. An-
gel.in d.§.iuſſum,num.5.vbi Bal.2.not.& Roder.
Soarez.in ſuis repet.poſt allegationes ſuas in ti.
de las deudas,l.13.num.32. Quo uero ad ſecun-
dum, quod poſſit conſentire ad propriam vtili-
11 tatem,& vt inſtituatur,† videtur etiam commu-
* niter * receptum,vt per Bal.& Saly.in d.l.1.An-
gel.d.conſil.143.in d.§.quæſitum,nu.2.vbi Imo-
la dicit in teſtõ poſſe tolerari,Bart. conſil.10.d.**
colum.4.uol.Corn.d.conſil.242.colum.2.& 3.
quod & vñr tenere ẽt multi alij ex ſupra citatis.

Quib.tamen non obſtantib. & ſi multum vr-
gere videantur, contrariam ſententiam veriorẽ
eſſe cenſeo,ꝙ imò neutrum horum teſtamento-
rũ valuerit , ſed locus ſit ſucceſſori ab inteſtato,
& quatenus alterũ illorũ poſſit ſuſtineri primũ
tñ attendendum fore . Et in primis præſuppo-
nendũ eſt prædictum ſtat. exigens licentiam &
conſenſum viri in teſtõ uxoris fuiſſe, & eſſe vali
dum,quicquid maluerint alij ſupra in contrariũ
allegati,& ꝑpea eius forma, & ſolemnitas erat
ſeruanda.nãꝙ valeat,præſupponunt†plures Do.
12 ſuper huiuſmodi ſtatuto ſcribentes, & maxime
Bar.in d.l.ſi cũ dotem,§.eo autem tpe, nu.2.qui
loquitur in ſimili ſtatuto,in quo exigitur cõſen-
ſus propinquorum, Bal.& Saly.in d.l.1. C.unde
vir,& vxor.Bal.cõſ.399. ſtatuto ciuitatis Aſiſſij,
3.vol.& in l.ex duobus,§.fi.ff.de vulg.& Soci.cõ
ſil.23.nu.15.4.vol.Durant.d.caut 2.nu.1.Cor.
in conſi.144.in 3.& in d.conſil.242.& multi alij
ex infra citãdis. ſed quod valeat, expreſſe tenẽt
alij affirmantes , quod ex quo forma teſtandi &
ſolemnitas teſtamentorum eſt de iure ciuili,po-
teſt per ſtatutum diſponi,vt mulier non poſſit te
13 ſtari ſine conſenſu†vel viri, vel propinquorum,
ut Ang.in indiuiduo tradit in Auth.vt factæ no
uæ conſtit.col.5.& in conſil.præallegato 88.co
lum.1.& 126.teſtamenti factio.cuius mentis ſunt
Alex.& Dec.num.2.in l.captatorias,C.de teſta.
milit.& expreſſe idem ẽt firmat Soc.in l.pactum,
ꝙ dotali.in fi. C de pact. & idem uidetur tenere
Aret.pro contraria parte citatus,licet dicat ini-
quum in d.l.ex facto,num.7.& ibi Iaſ.ſibimet cõ
trarius,ſed melius ſibi conſcius, qui dicit & de-
fendit, illud eſſe validum,& æquũ,in 7.no.quod
etiam ibi num.7.firmat Claud.de Seiſſel.dicens
dictum Caſtr.contrarium eſſe falſum,hoc etiam
tenet Brun.in tract.prȩdi.ſtat.in uerbo,teſtator,
1.col.ver.ſtat.dicit,ꝙ mulier nõ poſsit teſtari, &
col.4.ver.ſtat. ꝙ mulier non poſsit teſtari, idem
tradit Dec.in conſ.612.in prin. & late Tiraq.in
tract.ſuo ll.connubial.in gl.5.num.97. & ſeq. &
hanc opin. ſenſerunt aduerſus Caſtr. conſiliarij
Regni Neapol.ut tradit Affict.deciſio.260.vbi
plures reſponſiones ad propoſitum adducit.

Secundo præſupponendum eſt,quòd cõſen-
ſus huiuſmodi per virum in teſtõ vxori præſtan-
dus exigitur pro forma,& ſolemnitate,& ad re-
integrandam perſonam mulieris , quæ propter
lubricum, & fragilitatem ſexus multis captioni-
bus eſt ſuppoſita, ut in his terminis huius ſtatu-
14 ti, quod pro ſolemnitate† debeat interuenire,
tradit Ang.in d.cõſi.88.col.1.in fi.nu.3.& quod
pro reintegratione perſonæ Caſtr. in l. ſenium,
2.col.C.qui teſta.fac.poſ.Idem Capr.d.conſ.22.
num.5. & ibi dicit quòd fuit introductum in fa-
uorẽ mulieris, ne deciperetur.Idẽ late Iaſ.in d.l.
ex facto, 7.not. quod uoluit etiam Alex.in d. §.
fuit quæſitum,num.9. vbi reprobat Imol. tenen-
tem aliud eſſe in conſenſu præſtando in contra-
ctu,in quo illa poteſt decipi,aliud in teſtamento,
in quo non ita ſolet decipi , cum illud reuocare
15 poſsit,quia etiã in teſtõ† dolo induci poteſt, &
decipi,l.1.in fi.ff.de doli mali except.& poſſet eſ-
ſe quod ratione imbecillitatis ſuæ non reuoca-
ret teſtamentum,& idem ſequitur Tiraq.alios ci
tans,in d.glo.5.num.98 & 99. Et cum ſtatutum
16 addat in fi.decretum irritans,†& annullãs actũ,
cenſetur introductum pro forma,Dec.d.conſi.
612.num.2.Quod & multis rationibus probat
Affict.d.deciſ.260.ubi fortius uoluit,quod etiã
ſtante ſtat. prohibente mulierem contrahere.&
alienare ſine conſenſu mundualdi,non poſsit ẽt
teſtari ſine eo , propter rõnem ſtatuti , & in du-
bio cenſetur ſtatutũ exigere conſenſum ad rein-
tegrandum perſonam mulieris,ut tradit Alex.in
d.§.fuit quæſitum.quinimò & ſi poſſet dici ẽt &
17 alia rõne ſtatutũ conditum†fuiſſe ꝑꝑ prȩiudiciũ
uiri,vt in filijs,quorũ cõſenſus exigebatur ex ſta
tuto.dicit etiam Ang.d.conſil.88.col.fi. & ut te-
nent Doct.in contrarium citati, tantum præua
let hęc fragilitati mulieris,ut tradit Soc.cõſ.a 3.

colum.4.nu.9.in fi.ver.aliquando & 3.4.vol.&
Dec.conſ.503.num.5. & ſeq.licet in caſu Ang.
poſſet teneri, quod ſtatutum cenſeretur etiam
introductum in fauorem filiorum,ex quo eis eſt
debita hæreditas matris,eiq. ab inteſtato ſucce
dunt.quod in uiro non contingit,quod ſtantib.
agnatis, vel cognatis illi non ſuccedit, d.l.1.C.
vnde vir, & vxor. Quod & in caſu huius ſtatuti
eſt expeditiſſimum, ex quo nõ ſolum in teſtõ ſta
tutum exigit conſenſum viri, ſed etiam in quo-
cunque contractu mulieris,& in contractu com
* munis * eſt omnium concluſ. ꝙ talis conſenſus
18 exigitur propter fragilitatem † mulieris, ne ca-
piatur, & fraudetur,& pro ſolẽnitate,vt per om
nes in l.tranſact.ubi Bar.quem cæteri ſequũtur
addit rationem, quod cum ad proximiores per-
tineat ſpes ſucceſſionis.veriſimile eſt, quod dili-
gentius eius captioni occurrent. Et licet illa ra-
tio parũ conueniat caſui noſtro,tñ bene cõuenit
illa, quam Alcia. forte penitius conſiderans illic
ſcripſit: quia quo quiſque gradu iunctior eſt, eo
19 magis rem amare,† & procurare coniuncti præ-
ſumitur,l.lege Iulia, ff.de teſti.quod etiam trad.
Corn.conſ.254.col.4. 1.volum.& ante eum Bal.
qui dicit, talem conſenſum per modum ſolem-
nitatis & formæ cenſeri introductum in l.1.nu-
mero 45. C.qui admit. cum igitur reſpectu con-
tractuum exigatur licentia, & conſenſus viri ad
reintegrandam perſonam mulieris,& ne ipſa ꝓꝑ
fragilitatẽ ſexus,ut ſupra decipiatur, ita pariter
dicẽdũ eſt,ea rõne inductũ fuiſſe, vt interueniat
in vlt.volũtate,ne vna vt eadem res diuerſo iure
cenſeatur,l.eum qui ædes, ff. de vſucap. & quia
vna pars ſtatuti, declarat aliam,l.qui filiabus,in
20 prin.vbi Iaſ.1.col.ff.de leg.2.& una † pars alterna
tiuæ ſtatuti clara,aliam dubiam declarat,l.t.ubi
Soci.in prin.ff.de reb. dub.tametſi nulla ſit diffe
rentia inter contractus.& vltimas voluntates,vt
in vtriſq.ſit eadẽ rõ,ut trad.Tiraq.in d.gl.5.nu.
99.quod & ante eum voluit Iaſ.in d.7.no.col.3.
Cõcludo igitur, veriſſimũ eſſe conſenſum hmõi
non pro intereſſe,& ꝓꝑ præiudiciũ uiri,qui non
põt vxori ſuccedere ab inteſta. ut ſupra,ſed pro
ſolemnitate, & forma, & ꝓꝑ præiudicium mulie
ris,ne decipiatur & capiatur,& ad reintegrandã
eius perſonã fuiſſe a ſtatuto requiſitum.

* Quo ſtãte ſuccedit alia uera, & cõis * conclu
ſio quod conſenſus huiuſmodi in ipſo actu teſtã
21 di erat interpretandus,† ſecundum communem
theoricam Doc.ſupra citatam in d. c.cum cõſue
tudinis,in d.§.iuſſum,& in alijs locis ſuperius al
legatis,& non ſatis etiam fuiſſet præſentia ipſius
22 † cum taciturnitate,& ſine verbis,ut per omnes
in l.2.§.uoluntatem,in prin. ff.ſoluto matrim.Fe
ly.in cap.non poteſt, 4.colum.de re iudi. Crot.
in l.1.in prin.1.lect.num.9.ff.de verbo.obligat.
Rui.conſil.62.nu.1.in 3.& 159.nu.5.in 5.Alcia.
in d.l.tranſactionem.in fi. Et quod quando ſtatu
tum exigit conſenſum mariti, vel propinquorũ
debere interuenire in teſtõ, uel contractu, de-
23 beat interuenire in actu ipſo,& non ſufficiat,† ſi
interueniat ante vel poſt, tradit in teſtamento
Bal.in l.ſi vxorem.num.5. C. de condit. inſer. &
in contract.in d.l.1.num.44.& 45.C.qui admit.
& Caſt.in d.§.eo autem temp.2.col.vbi ſequitur
Alex. Aret. Alex. & Iaſ.in d. §.iuſſum, Alex.in d.
conſil.189.nu.9. 7.uolum. Campeg. in tract.de
dot.3 par.q.82.Abb.in c.cum nos,nu.5.de his,
quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capituli.Fely.in
c.cum dilecta,num.7.6.ampliatione,de reſcrip.
Crot.in d.num.9.Marſ in l.1.nu.31.de quæſtio.
Io.de Arno.in ſing.32.ſæpe num. cum alijs latiſ
ſime citatis per Tiraq.in d.tract.ll.conub. in gl.
6.num.3. cum pluribus ſequen. & ad propoſitũ
Alex.in d.§.fuit quæſitum,num.10.& ibi Rip.in
6. Cum itaq.conſenſus nõ interuenerit legitime
in actu,& ſic ſtatuti forma non fuerit ſeruata,du
bium non eſt,quin teſtamẽta ipſa fuerint. & ſint
24 † nulla,& inualida, vt diſponit ſtatutũ ipſum in
ſui fine,quod & trad.Bal.in d.l.ex duobus,§.fi.&
in d.conſ.399.in fi.in 3. Capra,d.conſi.21.nu.5.
Corn.d. conſil.154.3.uol. & Dec.d conſil.612.
in prin.& in fi.ipſius conſil. ubi dicunt,locum eſ
ſe ſucceſſioni ab inteſtato.

Rurſus ex alio vtrũque teſtamentum,& præ-
ſertim vltimũ,in quo ſolus uir inſtitutus eſt, im-
pugnari poteſt. Quia quando exigitur conſen-
ſus alicuius in actu pro forma, vel ſolemnitate,
vel ad reintegrandam perſonam agentis, vel te-
ſtantis vt ſupra,non poteſt quis conſentire,ut in
ſtituatur, vel ad ſui beneficium, ſed tunc iudex
25 eſt adhibendus,qui eius conſenſum ſupplet,ſe-
cundum veriorem, & frequentiorem Doctor.
** ſententiam,** quam tenent Rapha. Alex.Iaſ. &
Rip.in d.§.fuit quæſitum, vbi num.5. ipſe loqui-
tur in hoc puncto, & dicit magis communem eſ
ſe opinionem Doct. & in terminis ante eos te-
nuit Ang.in Auth.de aliena.& emphy.in §.œco-
nomus, collatione 9. quem ſequitur Ioan. Cam
peg. in dicta rub. §.68.numero 18.Roma. in d.
l.1. C. unde uir. & ux. cum quo videtur tranſire
ibi Alex.nu.8.Fely.in c.edoceri,nu.9 de reſcrip.
quam etiam opinionem dicit communem Dec.
in d.conſi.612.in fi.

His accedant ij, qui tenent, conſenſum pro-
ximiorum requiſitum a ſtatuto in contractibus
mulierum, non poſſe interponi ad fauorem con
26 ſentientis † contraheritis cum ipſamet muliere,
ut per omnes in dicto §.fuit quæſitum,Bald.con
ſilio 139.factum tale eſt. in fi.2.uolumine & con-
ſilio 193.punctus, numero 2.in 5.Caſtr.conſilio
460.viſo compromiſſo, in prin.2.uolum. nouiſſi
morum,Fely.d.num.9.Soci.d.conſ.23.num.15.
in 4.Corn.d.conſi.254.colum.5.in 4.& conſilio
294.colum.1.in 1.uolumine & Iaſ.conſil.69. 2.
dubio,primo uolumine. ac Ioann. de Arno. ſoli
loquio 17. nec per hoc præcluſa eſt via conſen-
tire debenti, quin poſſit cum muliere ipſa con-

tra-

trahere, vel ab ea inſtitui, cũ loco eius, vt ſup. di
27 ctum eſt, poſſit iudicis conſenſus † adhiberi, ut
Bal. trad. in l. ſi furioſi, C. de rap. Corn. d. conſil.
242. in quarto, Durant. dicta caut. prima, nume.
4. & caut. 2. num. 5. Iaſ. poſt Alex. in d. §. fuit quę
ſitum, 2. colum. & in d. conſil. 69. pen. colum.

Ex his igitur concludo, utrunque teſtm̃ fuiſ-
ſe nullum propter dictum conſenſum uiri, in eis
non interuenientem, & quia in ipſis ipſe quoq;
fuit inſtitutus, cuius conſenſus interponi ad ſui
beneficium non poterat, ſed auctoritas. & con-
ſenſus Iudicis erat neceſſarius & neceſſaria, ut
ſupra, & propterea ſucceſſioni ab inteſtato lo-
cum fore per allegata ſupra in iſtis terminis.

Cæterum admiſſo ſine præiudicio veritatis,
quòd prius teſtamentum valuiſſet propter licen
tiam & conſenſum conceſſam, & pręſtitum ante
actum, ut ſupra, & opinioni tenentium contra-
rium, in hoc ſtandum eſſet adhuc arbitror pri-
mum teſtamentum præualere, & ſecundum fuiſ-
ſe, & eſſe nullum, tanquàm factum ſine licentia,
& conſenſu uiri, cuius licentia, & conſenſus con
ceſſi de primo tantum teſtamento, non etiam
de ſecundo, vel vlteriori intelligendi ſunt, & ad
primum tantum reſtringendi, & primo condi-
to ceſſauerunt & euenuerunt, d. §. hoc ſermone,
vbi late Tiraquel. in regula illius. Cum enim li-
28 centia huiuſmodi ab homine fuerit † conceſſa,
de prima uice intelligenda venit, vt late proſe-
quitur Iaſ. in l. diuortio, §. quod in anno, 2. colu.
ff. ſoluto matrim. Et quod ampliatur procedere,
etiam ſi prima diſpoſitio non fuiſſet effectum
29 † ſortita, vt in d. §. trad. Tiraquel. in 6. limit. nu.
20. & in 9. limit. & cũ ipſa mulier eſſet prohibita
30 a ſtatuto quod in eo loco põt appellaritius cõ-
mune, ut trad. Ang. in d. conſil. 88. colum. fin. &
quod ſtatutum prohibet mulierem teſtari ſine
dicta ſolemnitate, & forma conſenſus interue-
niendi in dicto teſtamento, & fuerit ei conceſſa
licentia, vel conſenſus teſtandi, de primo teſta-
mento intelligendum eſt, ut ad propoſitum de
31 licentia conceſſa † per ſummum Pontificem Car
dinali de teſtando, ex quo de iure communi pro
hibebatur, quod non extendatur ad ſecundum,
vel ulterius teſtamentum, ſed in primo expiret,
conſuluerunt in eadem cauſa Dec. in dic. conſil.
512. Curt. iun. conſil. 178. num. 22. & ſequen. &
Soc. iun. conſil. 89. num. 28. & ſequen. 1. uolum.
in quo caſu erat proprie conceſſa licentia liberè
teſtandi, & diſponendi in ultima uoluntate de
bonis ſuis, ut ibi refert Dec. quos ſequuntur Ti
raquel. in d. §. hoc ſermone, in regula, in uer. 78.
num. 128. & Didac. Couarru. in cap. cum in offi
ciis, nu. 8. de teſtam. ſic ẽt de aliis licentiis, quę in
primo tm̃ actu expirent, nec amplius earũ duret
effectus, ſcribũt Doct. ad propoſitum noſtrum.
32 Primo enim licentia conceſſa † alicui intran-
di monaſterium monialium, de prima tantum
vice eſt intelligenda, Alber. ſecunda par. ſtat.
quæſtio. 182. quod per dictum fratrem, circa
fi. Iaſ. d. §. quod ſi in anno, 2. colum. Alexan. con
ſil. 15. breuiter in caſu præmiſſo, Felyn. in d. cap.
2. num. 5. de treuga & pace, Iaſ. in l. duobus, §. ei
qui. 2. colum. de iureiur. Marſil. in rubr. de fide-
iuſ. num. 98. Tiraquel. in dicta regula, verſ. 42. nu
mero 73. Idem dicendum eſt, ſi concedatur per
ſummum Pontificem epiſcopo licentia conce-
33 dendi rem aliquam † in emphyteuſim, quia licen
tia ipſa primam conceſſionẽ non excedet. Alex.
conſil. 81. lecto & diſcuſſo, 4. colum. 3. volum. Iaſ.
d. 2. colum. verſ. adde, & Tiraquel. in dicta regu.
verſ. 70. num. 120. eiuſdem iuris eſt licentia da-
34 ta arbitria prorogandi † compromiſſum, quia in
vna tantum prorogatione locum habebit, Bald.
in cap. fin. num. 31. de conſuetu. Iaſ. in d. §. quod
ſi in anno, verſ. 12. facit. & Felyn. in d. cap. 2. nu-
mero 4. & idem de licentia data monacho, vt
35 † poſſit eſſe procurator, vel ſe abſentare, vel pa-
rochiano de confitendo alteri ſacerdoti, Felyn.
in d. cap. 2. num. 4. & Tiraquel. loco præcitato,
verſ. 39. num. 70. ſic etiam ſi licentia ſit conceſ-
ſa bannito veniendi in territorium, a quo exula
36 bat, ad primam tantum uicem extendetur, † ſi
indeterminate ſit conceſſa, quod noluit Oldra.
in ſua diſputatione, & Bart. in l. 2. num. 5. ad leg.
Iul. maieſ. & in l. dotis, ff. de iure dot. Abb. in d. c.
de treuga & pace, Io. de Plat. in l. 1. nume. 4. C. de
nauicu. lib. 11. Alex. d. conſi. 15. Iaſ. in d. §. ei qui.
2. colum. uerſic. quarto facit. Marſil. in d. rubr. d.
num. 98. Dec. conſil. 609. num. 6. Cur. iun. d. con
ſil. 178. num. 24. & Tiraq. loco præallegato, uerſ.
45. num. 80. & contra illam opinionem Cald. in
37 contrariũ relatam, quod licentia † conceſſa ſcho
lari, non obſtante iuramento de exeundo ciuita
tem & ad aliquem locum accedendo, quod de
primo exitu, & acceſſu ſit intelligenda, tradunt
Bar. in l. adulter, §. fi. ff. de adulter, Iaſ. in d. §. quod
ſi in anno, col. 3. uerſic. ſeptimo facit, & Tiraq. in
d. regula, verſ. 49. num. 90. Ex quibus concludi-
tur, dictum ſecundum teſtamentum in nulla ha-
bendum eſſe conſideratione.

Supereſt modo, ut iura in contrarium addu-
cta tollantur, & euacuentur, quæ tamen uirtua-
liter, & effectu ipſo, ex ſupradictis fundamentis
ſatis & ſuper ſublata cenſentur: nam quod pri-
mum teſtamentum tollatur per ſecundum, uerũ
eſt ſi ſecundum ualeat, & ita loquitur §. poſterio
re, & alia iura allegata, ſecus ſi primum tantum
ualet, propter licentiam conceſſam, quæ in eo
38 † tantum effectum habere potuit, ut in ſimili re-
ſpondet Dec. d. conſil. 512. colum. fi. licet uerior
uideatur ſententia illa, quod neutrum ualuerit,
ut ſupra. Sicut etiam tollitur obiectio illa de in-
ualiditate, & iniquitate ſtatuti, cum imo fuerit,
& ſit ualidum, & æquum, ut ſupra oſtenſum fuit
ex tot auctoritatibus tantorum patrum, & prę-
ſertim Iaſ. qui ſententiam, quam prius tenuerat,
in melius mutauit, comprobans immo ipſum

, eſſe

eſſe æquum, & honeſtum, in d.l.ex facto,7.not.

Quòd autem ſuffecerit licentia, vt conſenſus generalis uiri ante actum, eſt etiã falſum, ex quo conſenſus ille pro forma erat neceſſarius, vt per Dec.d.conſil.6 1 2.& idem, quia fauore mulieris propter eius fragilitatem, & lubricum ſexus, & ad reintegrandum perſonam ſuam, & pro ſolemnitate, vt dicunt Doctores ſuperius iu his terminis citati, quibus conueniit quòd mulier contra

39 † propria commoda plerunque laborat, l.4.in fi. C.de ſponſal. & iudicij integritas in muliere deeſt, l.fin. ff.qui pet.tut.ex quo ſexus eius fragilis eſt, l.2.§.uerba itaque. ff.ad Velle.& c.ex parte, il primo, de priuil.& dicit Bald.in cap.1.de iudi.colum.9.verſic.vlt.quæro, quod mulieres habent conſilium inualidum, & in ſimilibus terminis huius ſtatuti in conſil.201.in prouincia. nu. 3.primo uol. quòd non habent integrum conſi

40 lium, immo nullum conſilium animi † reperitur apud mulierem, ut Bal.ipſe trad.in cap.ſignificauit, colum. 1.de reſcript.refert Dec.in l. 2.nu. 49.ff.de reg.iur.quo fit, vt cum conſenſus omnino ſit neceſſarius in actu, & non interuenerit, vtrunque teſtamentum fuerit, & ſit nullum, & præſertim ſecundum, ut ſupra.

Non obſtat etiam, quòd licentia, & conſenſus ſe extenderint nedum ad primum, ſed ad ſecundum teſtamentum, ex quo fauorabilis erat talis conceſſio licentię & conſenſus propter odiũ, & iniquitatem ſtatuti, ut per Calder.& alios ſupra in contrariũ citatos, quia primo illa opinio Calder.non uidetur vera, & contrarium tenent Bar.& plures alij ſupracitati, & Felyn.ipſe in d. cap.2. non bene ſe firmat, ſed relinquit cogitandum. Prẹterea non uidetur verum, quod dictum

41 ſtatutum ſit odioſum, quia † immo eſt fauorabile, ut dicit Ang. expreſſe in d.conſil.88. colum. prima, in fi.& ſequen.in princ. & Iaſ.in d.7.not. & quamplures alii ex ſupra citatis. Et in ſimili ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine con

42 ſenſu propinquorum, ꝙ exceptio ex eo † oriens ſit fauorabilis, trad.Bar.in l.qui exceptionem, in princ.num.4. ff.de condic.indeb.& quod ſit fauorabile, trad.Bald.in conſil.60. quædam ſoror. 5.uolum. Aret.in conſi.2.intellecta, colum.6.circa med. Afflic.d.deciſ. 260.& Doct.in d.l.tranſactionem, & late ſequitur in utrdque ſtatuto Tiraquel. in d.tract.in gloſ.8. 25.quæſt.num.214. & ſequen. ceſſante igitur ratione deciſionis contrariæ, ceſſat etiam eius deciſio, l.quod dictum. ff.de pact.capit.cum ceſſante, vbi Dec.prima colum. de appellatio.

Ad id autem, quod ex aduerſo obiiciebatur, quod conſenſus in actu non erat neceſſarius, ex quo ſecundum exigebatur propter præiudiciũ, & ad fauorem uiri. ſatis ex ſupra adductis reſpõſum eſt, & ſublatum eſt ipſum fundamentũ, cum certiſſimum ſit, conſenſum huiuſmodi non fauore uiri, vel propter eius prẹiudicium fuiſſe introductum, cum ipſe ab inteſtato non ſuccedat vxori, ut ſupra.& Ang.in d.conſil.88.fatetur quod hoc eſt introductum pro ſolemnitate, & in fauorem reipublicæ, & in caſu ſuo tractabatur de intereſſe filiorum, quorum conſenſus exigebatur, quibus matris hæreditas debebatur. Ioan.etiam Lop.in allegato §.68.num.3.fuit magis pro hac parte quàm contra. quia fundat rationem ſtatuti in fragilitate ſexus, & in imbecillitate conſilij mulierum, & ne per fraudes, & circumuentiones defraudentur. Et licet inferius ſubdat, ideo ſancitum, ne propter imbecillitatem eorum mariti damnificarentur, & quod fauore ipſorum emanarunt ll. Regni, illa ratio non conuenit caſui noſtro, in quo nullum damnum ex teſtamento vxotis uiro fieri, vel afferri poteſt, cum de parte dotis marito ex ſtatuto debita diſponere non poſſit, vt inferius, in 3.dub.dicetur. Ideo illa ratio, quæ tantum militat in caſibus ll.illius regni, qui certam partem dant viro in ſucceſſione uxoris, non poteſt in caſu iſto ſibi locum vendicare. Et cum negotium teſtamenti ad maritum non pertineat, qui mulieri non ſuccedit, vt ſupra, eius conſenſus pro ſolemnitate, & non pro ſuo inte-

43 reſſe † eſt adhibendus, vt præter alios ſupra citatos trad.etiam Abb.conſil. 10. ſtatuto Senenſi, num.5.ſecundo volum. Sed quod talis conſenſus poſſit interponi per nuntium, vel epiſtolam, vt pro diuerſa parte dicebatur, falſum etiam eſt

44 † in caſu iſto, Aret.in d.§.iuſſum.col.pen.& Peruſ.in d.c.cum parati, & Tiraq.in d.gl.6.nu.20. 21.25.& pluribus ſeqq.

Sicut etiam ceſſat illud, ꝙ ex aduerſo dicebatur, licuiſſe vxori virum ad propriam vtilitatem conſentientem, inſtituere, quandoquidem illa

** eſt communior, ** & receptior ſententia Doct.

45 ꝙ non poſſit ſine auctoritate † iudicis, vt ſupra late fuit deductum, & propterea in caſu Corn.in d.conſil.242.interuenit decretum, & auctoritas iudicis, ſeu illius conſenſus loco conſenſus uiri. ſuper quo principaliter Corn.ipſe fundauit conſultationem ſuam, quia aliàs non recte conſuluiſſet. Quibus omnibus contrarijs ceſſantibus clara reſultat & vera utraque concluſio ſupra firmata, ꝙ neutrum ex his teſtamentis validum fecit, & locus eſt ſucceſſioni ab inteſtato, vel ſaltẽ primo ſtandum eſſet, & non ſecundo, & ſic abſolutus eſt primus punctus, & ſatisfactum primo dub. Ex cuius ſolutione tenendo primam partem, quam arbitror eſſe veriſſimam, ꝙ utrunque teſtamentum uiribus non ſubſiſtat, cætera dubia redduntur ſuperflua, quanta ſcilicet debeat eſſe legitima matris, vel an debeatur etiã ex parte debita viro ex ſtatuto. verum vt me conſulentib. morẽ geram, ẽt quid in eis ſentiã, aperiam.

Deſcendo igitur ad ſolutionẽ ſecundi dubij, poſito ꝙ ſtandum eſſet primo, vel ſecundo teſtamento prædictę Comitiſſæ Heliſabeth, cum mater eo caſu intendat ſupplemẽtum eius legitimæ

petere

petere quanta debeat eſſe eius legitima? Quod
dubium facile ſoluitur, cum ſit tertia omniũ bo-
norum filiorum de quibus ipſa diſponere pote-
rat, licet olim eſſet quarta, cum pariter cẽſeatur
46 aucta legitima † aſcendentium, ſicut deſcenden-
tium, §.1. in Authen. de trien. & ſemis. & auth. no
uiſſima. C. de inoff. teſtam. ubi glo. & communi-
* ter ſcriben. & ꝙ hæc ſit communis* opin. trad.
Cagn. in l. Papinianus, §. quarta, nu. 4. ff. de inoff.
teſta. & latiſſime Fernan. Vaſq. in repet. d. auth.
nouiſſima, inſerta in li. 2. ſui trac. de ſucceſ. creat.
§. 20. par. 4. nu. 283.

Supereſt tertium & vltimum dubium, an ex
quo per ſtatutum Eugubij vxore decedente in
matrimonio ſine filijs, maritus lucratur tertiam
partem dotis, & rerum appretiatarum, ut in eo,
debeatur legitima matri omnium bonorũ filiæ
etiam cõputata, vel prius illa tertia pars debeat
detrahi, & ex aliquo debeatur legitima? In quo
dubio ſentio in primis detrahendam eſſe dictam
tertiam partem uiro pro lucro dotis ex ſtatuto
47 debitam, tanquam æs alienum, & † in reliquo de
beri legitimã, ut uoluit Anch. in conſ. 101. ex præ
dicto themate, col. 2. in fi. ver. ego contrarium, &
in terminis clarius trad. Ant. de But. in conſil. 7.
abſque allegationib. Idem uoluerunt in indiui-
duo Soc. conſ. 288. col. 11. in prin. in verſ. confir
matur etiam ex his, 2. uol. Corn. conſ. 127. col. 1.
& 2. 3. uol. & Crau. conſ. 186. nu. 12.

Et licet hæ auctoritates ſufficerent ad deci-
ſionem huius dubij, tamen adduntur etiam ra-
tiones, quia huiuſmodi lucrum dotis, & pars ui-
48 ro debita, † non cenſetur eſſe in bonis uxoris, ut
trad. Corn. in conſ. 188. ad fi. 4. uol. nec eſt de hę
reditate mulieris ipſius, ſed de patrimonio uiri,
Alex. in l. ſi uir, in princ. ff. ad leg. Falc. & ꝙ ut æs
alienũ dẽat detrahi, trad. Dec. in conſ. 19. ubi di
cit, ꝙ ſi ex ſtatuto tota dos lucro cedere dẽat ma
rito, filij prioris matrimonij nullam legitimam
in illis bonis prętendere poſſunt, & ꝙ tale lucrũ
tanquàm æs alienum ſit iudicandum, trad. Rol. a
Val. in tract. ſuo, ſuper huiuſmodi ſtatuto de lu-
cro dotis, q. 82. nu. 13. & q. 90. Et cum legitima di
49 catur quota illius portionis, † quam quis ab inte
ſtato eſſet conſequutus, & ita cauſa inteſtati ſu-
mat initium, & ab ea reguletur, gloſ. in §. unde ſi
quis, d. l. Papinianus, & in l. parentibus, ubi Are.
& Fernan. Vaſq. nu. 3. C. de inoff. teſta. Soc. iun.
conſ. 25. nu. 10. & 11. 1. uolum. 67. nu. 61. & ſeq. &
124. nu. 10. & 11. 2. uol. & ab inteſtato ipſa mater
non poſſet in ea parte ullo modo ſuccedere, cer
te non poteſt iure dici ꝙ etiam eius partis ſibi
legitima debeatur, uel ea pars ſit conſideranda
ad legitimam ipſius augẽdam, vel impugnandã,
50 ex quo † non ſuccedenti non debetur. Ceph. cõ-
51 ſi. 5. nu. 43. & quę eſt excluſa † ab inteſtato, eſt ex
cluſa à legitima Dec. conſ. 26. nu. 4. & ubi dicit,
* eſſe communem* opinionem, & Alb. conſil. 23.
nu. 1. & eadem eſt ratio de toto ad totum, quæ
eſt de parte ad partẽ, l. quæ de tota. ff. de rei ven
di. quib. accedat, quod trad. Bal. & Ang. nu. 3. &
d. §. vnde ſi quis. per glo. ibi, ꝙ ſi filia per ſtatutũ
debeat habere certã partem ab inteſtato, in qua
maſculus ſuccedere nõ poteſt, de illa parte, qua-
52 ſi de ære alieno, nulla eſt habẽda † ratio in taxan
da legitima filij ſuccedentis, quod etiã ſequutus
eſt Brun. in tract. ſuper ſtatuto, ꝙ ſtan. maſcu. fę-
mi. nõ ſuccedant, art. 13. q. 3. nu. 32. & in ſuo con
ſil. poſt dictum trac. impreſſo ad fi. ipſius conſil.
ad idem tendit, quod Anchar. trad. in conſilio
428. ſuper caſu, ꝙ ſi mater ab inteſtato non po-
53 teſt ſuccedere filio, † niſi in certa parte, ẽt facto
teſtamento excludetur a ſupplemento legitimæ
in cæteris bonis. Corn. ſequitur in conſ. 116. 2.
col. 2. vol. & Brun. in fi. d. conſ. idem dicit de do-
mib. defuncti, in quibus ab inteſtato ſuccedere
non poteſt, ꝙ in eis etiam legitima nõ debeatur.
Ex his igitur cenſeo, nullo modo legitimã hanc
ex dicta parte uiro debita detrahi poſſe, vel de il
la habendam eſſe conſiderationem in dicta de-
tractione faciẽda, vel ſupplemento petẽdo. Nec
me latet, quod nouiſſime Augu. Bero. uir alioqui
recti iudicij, & in hac noſtra legali profeſſione
54 multum verſatus, † cõſuluit cõtrarium in termi-
nis iſtis in conſ. ſuo 26. nu. 11. & ſeq. t. dub. 2. vo
lu. vbi multis rationib. nititur illam ſuam opin.
tutari. Verum illi non poſſum ſubſcribere, nec in
eius ſententiam concurrere, ſtantib. tot auctori
tatib. in indiuiduo pro diuerſa parte, & tot ratio
teuticis, vel feudalibus, Comen. conſi. 173. Gal-
ua. colum. fin. Barba. conſi. 58. colum. 11. ſecun-
do volum. Iaſ. conſi. 147. col. antepenul. num. 3.
Rub. conſ. 121. col. fi. & Pariſ. conſi. 1. num. 159.
primo volumine.

Nec eſt uerum, ut ex aduerſo reſpondebatur
quòd etiam fuerit iudicatum in petitorio ſpecta
re & pertinere ad partem aduerſam d. rem, quia
hoc non reperio in ipſa ſententia, quæ ſi ita pe-
titorium contineret, eſſet nulla, tanquam non
29 conformis † libello, in quo fuit intentatum d. re
medium d. l. fi. & ut in eo expreſſis uerbis legitur.
c. licet Heli. de ſimo. & l. ut fundus. ff. comm. di-
uid. & hæc quo ad primum punctum molendini,
& rei emphyteuticæ, ſatis ſint.

Quo uero ad quatuor bubulcas terrę cum do
mo datas in ſolutum de anno 1505. pro dote
materna, D. Ioannę filiæ teſtatoris, ex nouiter de
ductis in proceſſu appellationis pronuntiãdum
eſt, male fuiſſe, & eſſe iudicatum & bene appel-
latum, l. per hanc, C. de tempo. appel. cum ibi no
ta. & cum iſte poſſeſſor Do Iacob. ex perſona d.
D. Ioannæ habuerit titulum a defuncto, & poſ-
ſeſſionem ſine uitio poſt mortem defuncti, du-
bio procul admittitur ad excludend. hære. bona
30 fide enim poſſidet, qui † auctore prætore poſſidet
l. iuſte poſſidet, ff. de acquiren. poſ. & ꝙ talis con
tradictor admittatur ad excludẽdum hæredem,
ſentit Dec. in dicta l. fin. numero. 41. & Zuccar.
nu. 340. & 356.

Contra intentionem noſtram quatuor obij-
ciebat D. Aduocatus aduerſarius. primò, ꝙ cum
D. Iuliana uxor, & ſubinde D. Ioanna eius filia eſ
ſent inſtitutæ hæredes tam in proprietate quàm
31 in poſſeſſione, cum nullus fuerit † datus cohęres
in proprietate iuxta trad. per Docto. in l. extra-
neum, C. de hæred. inſtit. per Pic. in l. Titia. §. Ti
tia. ff. de leg. 2. & in alijs locis, & adiuerint hære-
ditatem ſimpliciter ſine beneficio inuentarij, cẽ
ſentur confuſæ actiones & ſibi ſatisfactum. l. de
bitori, cum ibi not. C. de pact.

Secundò, quòd cum ipſæ perceperint mul-
tos fructus ex hæreditate prædicta. qui excedũt
dictum debitum dictæ dotis, cenſetur teſtator
32 computare † uoluiſſe fructus in debitum, l. qđ
de bonis. §. cum auus, ff. ad l. Falcid. Soc. iun. con
ſilio 57. in tertio uolum. ubi alios citat, num. 13.
quando teſtator grauat hæredem poſt diem in-
certum ad reſtituendum hæreditatem.

Tertiò, quando conſtat de mente teſtatoris,
quòd uoluit compenſare delictum, prout hic ui
detur conſtare, ex quo relictum fuit factum D.

Ioannæ in tempus, quo eſſet finitus vſusfructus
matris pro omni quocunque debito teſtatoris,
& ſit cōpēſatio,ut per eundē Soc.in d.cōſ.n.19.
Quarto ꝙ cū nulli extitiſſent hæredes, pręter
ipſam D.Ioannā,dādus erat curator hæreditati
tanquàm iacenti , nec poterant citari hæredes
qui ignorabantur,& adhuc non erant in rerum
natura,cum erectum adhuc non eſſet beneficiū.
Sed certe omnia iſta ſunt friuola , & nullius
conſiderationis.quo.n.ad primum nō eſt verū,
ꝙ ipſa D.Iuliana,vel D.Ioanna eius filia fuerit in
ſtituta hęres in vſuſructu,& ꝓprietate,quia imo
fuit tantummodo inſtituta in vſuſructu,& bene
ficium ipſum erigendū,& ꝙ ex tunc erexit quan
tum in ſe erat,teſtator,ſuit pure inſtitutum in hę
reditate & non ſub conditione,vel ex tempore,
quo caſu ſumus extra difficultatem illius quæ-
ſtionis Doct.an poſſet dici uxor,& ſucceſſiue fi
lia inſtituta etiam in proprietate. In qua etiam
33 concludendum eſſet,†ꝙ non,per trad.per Doc.
in l.filius a patre,ff.de liber.& poſth.Pic.in §.Ti-
tia,præallegato,q.26.& Alcia.in l.verbis ciuili-
bus,num.23.& 24.ff.de vulg.& pup. Dubium.n.
34 non eſt,quòd eccleſia† conſtituenda,vel benefi
cium erigendum ad inſtar poſthumi inſtitui po
teſt,Bart.in l.ſeruos,in fi.per illum text.ff.de ali-
men. & ciba.lega.& in l.ſi ſeruitus, §.futuro , &
ibi etiam Caſtr.ff.de ſeruit.vrba.prædio.Bart.in
conſi.26.teſtator,Ang.conſ.135.Pacius.Franc.
in cap.abbate ſanè,§.1.num. 3.de re iudi.lib.6.&
Abb.in c.ad audientiam, il ſecondo, de eccleſ.
ędifi.& ſicut quis poteſt inſtitui in tempus, vt l.
ſi quis inſtituatur, in princ.ff.de hæred.inſtit.ita
beneficium cum fuerit erectum. Et interim po-
tuit dari curator hæreditati , d.l.ſi quis inſtitua-
tur , ſicut etiam ſit poſthumo non nato inſtitu-
to , l.1.§.iam ſi periculum,ff.de ventre in poſſeſ.
mit.ex quib. concludit̄ dictas mulieres non poſ
ſe dici fuiſſe inſtitutas in proprietate,ſed in vſu-
fructu tantum,& propterea per aditionem non
potuit locus eſſe confuſioni actionum .
Secundo,quia dato,quòd uerſaremur in reſti
tutione fideicommiſſi facienda (ut prætenditur
ex aduerſo)non propterea dos ipſius D.Iulianę
35 eſſet confuſa,†adeo ut detrahi non poſſet in re
ſtitutione,Caſt.conſil.77.uiſa facti, 2.uolum.So
cin.& Dec.num.5.quos etiam citabam in d.l.de
bitori, Crau.conſil. 144.nu.5.& 316.nu.4. Nat.
conſil.255.nu.9.Rui.conſ.112.num. 19.2.uol. &
Soc.iun.in conſil.170.in 1.dub.2.vol.
Vt non omittam, quòd ſi hoc fundamētum
verum eſſet , reuocanda ex alio veniret ſenten-
tia.cum remedium ipſum fideicōmiſſo non com
36 petat;†ut per omnes in d.l.ſi.Bertran.in conſil.
268.in prin.1.par.priorum,aliàs 1. vol. 1.par.
Secundo etiam obiectio ceſſat,tum quia fru-
37 ctus†non computantur cum vero debito hære
dis,ut per Bar.in l.mulier, §.cum proponeretur,
ubi Alex.pen.colum.ff.ad Treb.tum quia dictus
§.quod autus,loquitur quando hæres eſt graua-
tus ad reſtituen. rem ꝓpriam, quod in caſu iſto
38 non eſt,& tunc fructus compenſantur†cum de
bito,& ita videtur ſentire Soc.iun.pro contra-
rio citatus in d.conſil.57.nu.16. ita Ruin.in ter
minis in d.conſil.112.num.18. & Rolan.conſil.
* 65.num.24.2.uol.vbi dicunt eſſe communem*
opinionem,& in his terminis etiam deciſiue cō
ſuluit Alci.conſ.172.li.9.& etiam quia non con
ſtat Do.Iulianam habuiſſe aliquos fructus ex di
ctis bonis,& præſumeretur ante omnia deduxiſ
39 ſe ſuam dotē†ex bonis uiri,& ex illis bonis fru-
ctus ſuos feciſſe,ꝙ in not.caſu trad.Caſtr.in l pe
culium,la ſeconda,in princ.ff.de pecul.quem ſe
quitur Soc.iun.in d.conſ.170. nu.9. ubi teſtator
grauauerat vxorem poſt mortem ſuam dare om
nia bona ſua, & quicquid ſupereſſet de fructib.
ſuæ hæreditatis pauperibus, & tamen decidunt
dotem,& fructus illius potuiſſe detrahi: & cum
D. Ioanna antequàm fructus aliquos percepe-
rit,dotē ipſam petierit,& conſequuta fuerit, fru
ſtra tractat̄ an fuerit cōputata in fructib.nec ne?
Tertia obiectio pariter ceſſat,cū negetur con
ſtare de voluntate teſtatoris, ꝙ fieret compenſa
40 tio cū debito ex dote†materna,iux. trad.p Bar.
in d.§.ſi liberi.ad fi.& maxime cum ipſa non fue
rit prohibita plus petere,iux.doctr.Bal.in l. liber
ti libertęq;.nu.28. C.de ope.liberto.& Durant.
d.trac.tit.3.caut.3.ac Dec.conſ.425.col.pen.&
fi.quod maxime procedit,cum de legitima illius
fecerit mentionem, quo fit ut illa clauſula , pro
omni quocunque debito, quæ poteſt uerificari
41 in dote ſibi debita, non debet intelligi†de dote
materna,ut per Oldr.conſ.197.D.Stella col.pe-
nult.ver.5.ſi uerba teſtamenti, ubi plura ſcribit
ad propoſitum. Et tāto minus poterat comprę
hendi,cum adhuc non eſſet debita d.D.Ioannæ
dicta dos materna,nec poſſet eſſe certum,an fini
to uſufructu prædicto Dominæ Iulianę dos de-
42 beretur D.Ioannę, cū mater potuiſſet†illam de-
trahere,licet eſſet vſufructuaria bonorum, Caſt.
conſ.223.2.uol.Capr.72.col.4.Bellon.conſ.31.
nu.4.& Rol.a Val.conſi.66.nu.22.& 73.nu.26.
2.uol. Et illā alienare,& conſumare ac in ea aliū
inſtituere, & ēt potuiſſet finiri vſusfructus aliter
quàm per mortem,adeo ꝙ omnino erat incertū
hoc fore debitū d.D.Ioannæ finito dicto vſufru
ctu,& per cōſequens non eſt dicendū de hoc de
bito incerto ſenſiſſe teſtatorē.Quod ex alio con
firmatur, quia & ſi D.Ioanna feciſſet remiſſionē
generalem patri de omni debito,ꝙ ſibi deberet̄,
imo ꝙ ipſa habere ſperaret,non cōpræhendere-
43 tur dubitum ex cauſa de futuro,†& ſic per mor
tem matris ſibi debendo , ſed ex cauſa de pñti ,
ut trad.Bart.& cōiter oēs in l.qui Romæ, §.duo
fratres,in 6.q.nu.19.vbi Crot.nu.61.& Rip.nu.
11.75.& 77.& ſeq.ff.de verb.obl.Fely.in c.ſi dili-
genti.col.pen.nu.32. verſ.decimo facit,de foro
comp.& Cur.iu.conſ.101.nu.7.& 8.tāto minus
igi-

igitur, ſi tantum fuit dictum in legato,pro omni quocunque debito, ut intelligatur ex cauſa tunc exiſtente,non de futura.

Vltimum tollitur ex ſtatuto antiquo Mantuę ſub rubr.de citationib. facien.in ſi.primæ faciatæ,vbi diſponitur poſſe procedi contra hęredes incertos,ſi qui ſunt,vel eſſe velint & nō erat dandus curator hæreditati iacenti,ſed ſeruanda forma ſtatuti, quæ cum fuerit ſeruata, ſtandum eſt proceſſui,& ſententię adiudicationis poſtquàm per 60.annos ipſa Domina & deſcendentes ſui dictas terras poſſederunt, & tamen ſufficeret la-
44 pſum biennii, † ut pro ea præſumeretur , ut late per Gramma.deciſ.24.num.8.& ſequen.& cum tranſiuerit in rem iudicatam pro ueritate habetur, l.ingenuum . ff.de ſtatu homi.l.res iudicata, vbi Cagnol. ff. de reg. iur. Et ſic ceſſant omnes obiectiones etiam circa hunc ſecundum punctum & clara apparet iuſtitia horum reorum. Laus Deo Opt. Max. *Barth. Bertaz.*

ARGVMENTVM.

Diuidens qui ignorauit ius & factum,ex quibus poſsit ipſam diuiſionem tanquàm erroneam reuocare?

Præcepta teſtatoris de ducendo vxorem, vel de non militando , quando poſſint ſperni?

Pręſcriptio,quando habeat locum & currat in feudo, & competat reſtitutio?

SVMMAE.

1 *Teſtamentum habet pro ſe præſumptionem.*
2 *Feudum nouum poteſt ſupponi fideicommiſſo.*
3 *Et maxime ſi de eo diſpoſuit teſtator inter cō-præhenſos in inueſtitura.*
4 *Inſtrumentum habet pro ſe præſumptionem.*
5 *Et probat etiam quo ad verba enunciatiua, ſi excedat centum annos.*
6 *Frater vtrinque coniunctus,an excludat conſanguineum, eſt valde dubium.*
7 *Sed ceſſat dubiū, ſtāte expreſſa ſubſtitutione.*
8 *Quod procedit etiam ſi tantummodo extent coniectura , licèt non conſtet de expreſſa ſubſtitutione.*
9 *Fideicommiſſum etiam non agnitum poteſt in filios,& hæredes tranſmitti.*
10 *Diuiſio erronea eſt reſcindenda, & retractanda.*
11 *Etiam quòd ſit factum inſtrumentum,& factum pactum de non contraueniendo.*
12 *Vt ſi fiat à fratre utrinq; coniuncto cum fratre conſanguineo,quem excludebat: error enim vitiat diuiſionem.*
13 *Et error potius præſumitur quàm quòd voluerit donare.*
14 *Qualitas contrauentionis eſt probanda.*
15 *Matrimonia ſi apparent contracta, præſumuntur contracta tempore licito ad euitandum pœnam.*
16 *Matrimonia debent eſſe libera a pena, licet quis poſsit ad illud inuitari ſpe lucri.*
17 *Hinc teſtator non poteſt de illis præcipere aut prohibere.*
18 *Probatio dubia contra probantem interpretatur.*
19 *Miles non dicitur,qui ſemel iuit ad bellum: & verbum,militare,exigit frequentiam.*
20 *Artifex non eſt,vel mercator,qui non continuat,vel qui tantum ſe praparauit.*
21 *Militiam nolle exercere, eſt prohibitum.*
22 *Præceptum factum a teſtatore de non militando,eſt iniuſtum, & ſi ſpernatur nulla adeſt cauſa exhæredationis.*
23 *Præceptum iniuſtum poteſt ſperni.*
24 *Ignorantia præſumitur teſtamenti aſcendentis etiam in primo hærede.*
25 *Idem eſt de pœna impoſita a teſtatore contrafacienti.*
26 *Pœna a teſtatoribus poſita ob non ſeruata præcepta, ſine dolo aut fraude non committuntur.*
27 *Hæres iuſta cauſa non obtemperans voluntati teſtatoris, non priuatur hæreditate.*
28 *Fideicommiſſum euaneſcit, cum non conſtat ſubſtitutum ſuperuixiſſe grauatis.*
29 *Subſtitutio ſi non loquitur de filiis & deſcendentibus per mortem primi, expirat.*
30 *Extenſio fideicommiſsi fit de caſu ad caſum, ſed non de perſona ad perſonam.*
31 *Copula addita ampliat diſpoſitionem.*
32 *Fideicommiſſum propter prohibitionem diuiſionis inducitur.*
33 *Præſcribitur ſpatio 30. vel 40. ann. contra vaſallum.*
34 *Præſcriptio concludenter probari debet.*
35 *Et non procedit in non habente bonam fidem.*
36 *Scire paria ſunt,et ſcire debere res eſſe ſubiectas fideicommiſſo.*

37 *Præſcriptio non potuit currere aduerſus illos, qui propter caſum fideicommiſsi non purificati non potuerunt agere.*

38 *Præſcriptio non currit in feudis contra non natos.*

39 *Tempus ætatis pupillaris non computatur in lapſu præſcriptionis.*

40 *Præſcriptio difficilius procedit in fructibus, quàm in dominio, & proprietate rei.*

41 *Reſtitutio competit ignoranti teſtamentum, & fideicõmiſſum aduerſus præſcriptionẽ.*

42 *Et datur etiam aduerſus pręſcriptionem 40. annor. vel vlteriorem.*

43 *Dictio, dictos, refertur ad nominatos, neque ad alios extenditur.*

44 *Fratres an ſint conſanguinei, vel utrinq; con iuncti, non fit diſtinctio in iure feudorum.*

CONSILIVM XXXVII.

In Domino confido.

EX proceſſu agitato inter q. Mag. & nobiles viros D. Pompeium, & D. Bartholomeum de Pendaleis, cum Mag. conſortib. de Pendaleis, & ſucceſſiuè continuato per filios, & hæredes ipſorum Magnif. actorum, conſtat fuiſſe petitum in eorum libello, curiam Sermidi, cum ſuis pertinẽtijs, pertinere ad ipſos actores pro ſex partibus ex octo, iuxta tenorem teſtamenti q. Magn. D. Bartholomei antiqui de Pendaleis, cum ipſi actores ſucceſſerint in partes duorum ex filijs dicti q. D. Barthol. antiqui, videlicet D. Pompeius, mediante perſona Sfortiæ ſui patris Hieronymi, & Petri martiris: ipſe vero D. Barth. ex perſona Borſii eius aui, Gabrielis, & Leonelli. & fructus ipſius Curiæ eſſe diuidendos pro dictis ratis. Contra vero multa obijciuntur pro parte DD. reorum, & in proceſſu etiam plura fuerunt probata hincinde, & tandẽ per Clariſs. D. Iudicem nonnulla fuere motiua ſubtilia excitata aduerſus DD. actores, operę igitur precium eſt diſcutere & uidere quę debeant eſſe partes ipſius Clariſ. Iudicis in ſententiando in hac cauſa. Et breuiter illas eſſe cenſeo in iudicando ad fauorem actorum ipſorũ, non obſtantibus ſubtiliſſimis dubitationibus in medium adductis, cum ipſi intentionem ſuam plenè probauerint, nec obiectiones vllæ illis obſtent, vt poſtremo loco oſtendam.

Primo enim ipſi actores probauerunt fideicommiſſum iniunctum dictis fratribus q. Borſii, & Sfortiæ decedentibus ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus in teſtamento patris illorũ, D. Barthol. antiqui, ad quod fuerunt uocati ipſi Borſius, & Sfortia reſpectiuè, ex teſtamento ipſius q. D. Barthol. in proceſſu regiſtrato, fol. 10.
1 & ſeq. pro† quo præſumitur. l. ſi poſt diuiſionem, C. de iu. & fa. ignor. ſicur præſumitur pro quolibet alio inſtrumento. l. cum precibus. C. de probat. Et cum ipſe teſtator dictam Curiam acquiſiuerit, licèt de ea fuerit inueſtitus iure feudi, ab epiſcopatu Mantuæ, & quo ad ipſum eſſet feu-
2 dum† nouum, potuit illam ſupponere fideicommiſſo, Clar. in §. feudum. lib. 4. ſuarum ſententiarũ. q. 85. iuncta q. 40. ver. ſed quæro, nunquid. & ver. ſed quid in feudo nouo, & Cran. inter conſilia feud. noue impreſſa; conſil. 40. nu. 9. Et idem
3 eſt, ex quo de eo diſpoſuit inter† comprahenſos in inueſtitura. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 159. in ver. quæſtio non eſſet dubia. Bald. in l. cum uirum. in fi. C. de fideicom. & in conſ. 70. punctus. num. 3. 2. vol. Alex. poſt alios, in l. ſi patroni. nu. 15. & ſeq. ff. ad Treb. in conſil. 19. 2. & 3. colum. & conſil. 29. 2. & 3. dub. 5. volum. Brun. conſi. 14. num. 1. & 39. nu. 1. Cur. iun. in tract. feud. 4. par. pen. q. nu. 133. Rui. conſil. 38. nu. 11. in 1. & 108. nu. 18. in 2. uol. Nat. conſ. 159. nu. 5. & Rol. a Val. conſ. 60. num. 53. 1. vol. & 41. nu. 20. in 2. uol.

Secundo fuit probatum, ipſum D. Barthol. antiquum deceſſiſſe relictis poſt ſe uiuis, & ſuperſtitibus dictis ſex filiis ſupranominatis ex duobus ultimis matrimoniis, & DD. Daniele, & Nicolao ex primo matrimonio eius filiis, & hæredibus inſtitutis in dicto teſtamento, ut apparet ex inſtrumento inueſtiturę acceptæ per dictum q. D. Nicolaum, nominib. omnium ſeptem ſuorum fratrum poſt mortem patris, de anno 1463. die 9. Martii, regiſtrato in proceſſu ueteri in hac cauſa producto, fol. 63. cui ſtandum eſt, cum ha-
4 beat pręſumptionem iuris† pro ſe, vt ſupra, & de præſumptione inſtrumenti trad. Alcia. in tracta. præſump. reg. 3. præſump. 13. num. 7. & ſeq. & eſt probatio probata, euidens & manifeſta, ut late per Tiraquel. in tract. de retract. tit. 1. §. 2. glo. 1. num. 20. & ſequen.

Tertio fuit probatum dictos Gabrielem, & Leonellum fratres dicti Borſii deceſſiſſe ſine filiis, uiuo, & ſuperſtite dicto Borſio eorũ fratre, & fideicomm. ad eorum patrem uocato, & Petrum martirem fratrem dictorũ Sfortiæ, & Hieronymi ſuperſtitibus eius fratribus utrinq; coniunctis, ad eius partem uocatis, ut in dicto teſtamento, prout cõſtat ex inueſtitura de dicta Curia accepta per d. D. Nicolaum ob mortem ipſorum nomine ſuo, & conſortum a dicto epiſcopatu de anno 1464. die 13. Nouemb. ut in proceſſu, fol. 83. quod etiam conſtat ex alia inueſtitura de anno 1467. die 24. Septemb. accepta per dictum D. Nicol. nomine ſuo, & dictorum Borſii, Hieronymi & Sfortiæ, uiuentium, & Ioannis Franc. & cæterorum fratrum filiorum quond. Danielis,

lls,ob mortem Bartholomęi & Alberti filiorum
dicti Danielis, ut in proceſſu, fol. 88. quibus in-
ſtrumentis ſtandum eſt, ut ſupra. & tantò magis
quia ſunt antiqua, centum annos excedentia, et
5 quę probant et quo ad verba enunciatiua† in eis
contenta. Doct. in l. cum aliquis C. de iu. delib.
in capit. cum cauſam, de probat. cum alijs cita-
tis per Hieron. de Monte, in capitulo 60. ſui tra-
ctatus de finibus.

Quarto fuit probatum de morte dicti Hiero-
nymi relicto Sfortia eius fratre ſuperſtite, et uo-
cato ad eius hæreditatem, ex fideicommiſſo, ut
ſupra, ex inueſtitura accepta per Borſiũ nomini-
bus omnium de anno 1474. die 19. Auguſti regi
ſtrata in proceſſu, fol. 92.

Quinto etiam probatum fuit vltra dicta in-
ſtrumenta inueſtirurarum, dictos Borſiũ, & Sfor
tiam ſuperuixiſſe dictis eorum fratribus vtrinq.
coniunctis ex teſtibus pro actibus examinatis
in proceſſu, deponentib. de publica fama, & au-
ditu, ſed de viſu, & cognitione eorum deponũt
etiam duo teſtes antiqui, tertius, & quartus.

Sexto fuit probatum ex dicto Dom. Sfortia
in lucem veniſſe dictum Pompeium & ex Bor-
ſio Alexandrum, & ex Alex. prædictum Do. Bar
tholomeum actorem, vt de viſu, & vera cogni-
tione ipſorum atteſtantur d. duo vlt. teſtes, & de
auditu, & fama cęteri priores. quod autem pen-
dente iudicio obierint prædicti Dom. Pompe-
ius, & Dominus Bartholomeus relictis prædi-
cto Domino Sfortia, & Domino Franciſco eius
filijs & hæredibus vniuerſalibus & 2. d. Alexan.
eius filio pupillo, deponunt omnes teſtes præ-
5 dicti, in quorum hæredes tranſiuit† inſtantia d.
cauſæ per fratres cæptæ. l. ſi cum hominem, ubi
Bart. & alij, de fideiuſ. in cap. quia v. de iudi. Ma-
ran. in tracta. de ordi. iud. quinta par. princip.
numero 12.

Ex his itaque probationibus conſtat, funda-
tam fuiſſe intẽtionem dictorum actorum, quòd
prædicti Borſius & Sfortia, vigore dicti fideicõ-
miſſi ſucceſſerunt dictis eorum fratribus vtrin-
que coniunctis, quibus ipſi fuerunt ſubſtituti ex
preſſe, ut in teſtamento, licet alias dubium eſſet
6 an† ſuccederent, & excluderent conſanguineos,
vt per mod. in l. Lucius, de vulg. & pup. Zanch.
in repet. l. hæredes mei. §. cum ita. nume. 1141.
ad Trebel. & ſtante expreſſa ſubſtitutione ceſſat
7 †omne dubium, ut probat in l. fin. eod. tit. & tra-
dunt Doct. in dicta l. Lucius. vbi Rip. num. 47. &
Alciat. nume. 48. quod etiam procederet ſi tan-
8 tummodo extarent† coniecturæ, & non conſta-
ret de expreſſa, & clara ſubſtitutione, Dec. conſ.
148. Alba conſil. 29. num. 19. Grat. conſil. 18. nu
mero 8. 2. volum. Nec fuit neceſſaria aditio hæ-
reditatis, vel agnitio fideicomm. ipſorum Bor-
ſij, & Sfortiæ, cum fideicommiſſum etiam non
9 agnitum, potuerint in filios, & hæredes† eorum
tranſmittere. l. cum ſecundum, a contrario ſen-
ſu, vbi Iaſ. colum. 1. C. de fideicomm. l. cogi. §. idẽ
Metianus. vbi gl. & Doct. ad Treb. Bald. conſil.
69. factum tale eſt, nu. 2. in fi. 2. vol. Caſtr. conſ.
77. viſa facti, 2. dub. num. 6. 2. volum. Durant. de
arte teſt. tit. 11. caut. 1. num. 5. Dec. conſilio 490.
num. 10. in fi. & num. ſeq. Rip. in d. §. cum ita. nũ
mero 57. 48. Soci. iun. conſil. 141. num. 27. 2. uol.
Zanch. in d. §. cum ita. nume. 160. & Clar. Ceph.
in conſil. 215. num. 27. & plures alij in dictis lo-
cis citati. Cũ itaq. cõſtet ipſos quõdã DD. Pom-
peium, & Bartholomeum ſucceſſiſſe in effectu,
mediantibus dictis ſuis patre, & auo reſpectiuè,
vigore dicti fideicõmiſſi dictis fratrib. quondã
Borſij, & Sfortiæ, & in ſuis partibus dictæ Curię,
certum eſt quod fructus ipſius Curiæ, quæ ex
diſpoſitione teſtatoris dẽt ſtare indiuiſa inter
ſuos deſcendentes debuerunt, & debent perti-
nere ad dictos actores pro ſex partibus ex octo,
ſicut erant ſex fratres, filij, & hæredes dicti te-
ſtatoris ex duob. vltimis matrimonijs, et quod
diuiſio facta in pręteritũ inter eos et conſortes
ſuos, deſcendentes ex Nicol. et Daniele filijs pri
mi matrimonij, quibus datæ fuere duæ quartæ
partes dictorum fructuum, fuit erronea, et uenit
10 reſcindenda, et † retractanda, et fructus habitĩ
per dictos aduerſarios poſſunt condicĩ, et repe
ti, ut probatur in l. cum putarem, fam. erciſ. in l.
ſi ſoror. C. de collat. et in d. l. ſi poſt diuiſionem.
C. de iur. et fa. ignor. et Doct. poſt gl. in dictis lo
cis, idem in terminis tenet Caſtr. loquens in for
tiori caſu, quando etiam fuit factum inſtrumen
11 tum diuiſionis, et pactum† de non contrauenië
do, in l. fin. §. idem quæſiuit, per tex. illic, & do-
ctri. Bar. et ſequitur Iaſ. colum. 4. ff. de cond. ind.
ubi proprie loquitur, quando frater vtrinq con
iunctus, qui ſuccedebat fratri utrinque coniun-
cto, excluſo conſanguineo, auct. defuncto, C. ad
Tertul. fecit diuiſionem cum dicto fratre con-
ſanguineo, et in indiuiduo etiam firmat Bald. in
conſil. 386. proponitur, 1. volum. Vbi dicit, quòd
talis diuiſio eſt nulla et impoſſibilis, ac irratio-
12 nabilis, et propterea † retractanda, ne vulpina
ſimplicitas comedat pecus. quam ſententiam ſe
quuntur Alex. conſ. 168. ponderatis, in prin. vbi
loquitur in diuiſione facta inter ſorores ignorã-
tes diſpoſitionem paternam, Dec. conſilijs 408.
per tot. 475. num. 30. 525. num. 5. et 650. num. 8.
Soc. conſil. 25. num. 3. et ſeq. 4. uolum. Nat. conſi
lijs 77. num. 7. 103. num 6. 501. nume. 60. Mant.
conſil. 60. num. 9. 1. volum. Crane. conſ. 26. in fi.
et 189. numero 10. et ad propoſitum late Excell.
Dom. Iaco. Menoch. in conſi. 91. nume. 11. et ſe-
quen. et maxime num. 26. vbi ad propoſitum ci
tat plures text. et eam opinionem tenet etiam
idem Dom. Menoch. in conſ. vlt. num. 95. quam
ſententiam in alijs terminis tenet Soc. iun. in cõ
ſi. 48. num. 43. 1. uolum. et Bero. conſ. 2. num. 33.
2. volum. Et propius ad caſum noſtrum in diui-
ſione erronea, et quæ communis inter plures
con-

conſortes D. Rolan. a Val. conſil. 100. et ult. numero 22. 2. dub. 3. volum. Nec eſt præſumédum quod dd. Actores, vel eorũ anteceſſores, voluiſſent illas duas partes ex octo partibus donare dictis conſortibus, patiẽdo illos, eas habere, ſed
13 potius† eos erraſſe, prout manifeſte apparet de errore ex lectura dicti teſtamenti, ut ad propoſitum voluit etiam Zaſ. in conſil. 5. nu. 33. & ſeq. 1. volum. Concludit itaque quod cum ſex partes ex octo dictæ curiæ pertineant ad hos deſcendẽtes Borſij, & Sfortiæ, debent etiam habere fructus, & commoditates pro modo partium communium, ut ſupra, & per tradita etiam per Crau. in conſ. 60. num. 3.

Supereſt modo videndum, an ſubtilia motiua excitata per Excellent. Dominum Iudicem obſtent victoriæ ipſorum DD. Actorum. Et licet prima facie valde vrgere videantur, medullitus tamen illa intuendo, apparebit ea non obſtare.

Primo igitur obijcitur, quod non videntur poſſe obtinere actores, ex quo non probauerunt ſe habere qualitatem requiſitam a teſtatore in ſuo prædicto teſtamento, in quo vocauit ſub conditione illos deſcendentes, qui ante annum
14 xx. ſuæ ætatis matrimonium† contraxerint. quæ qualitas erat probãda, ad trad. per Bal. in l. Titia. ſol. mat. Corſet. in ſing. in ver. Qualitas, cum alijs in dubijs citatis. Hoc dubium ceſſat ex pluribus

Primo, quia ex proceſſu apparet quod ipſi actores habuerunt vxores, ex quibus habuerunt etiam filios, qui proſequuntur iudicium, vt depo nunt teſtes pro eorum parte examinati, & præſertim primus teſtis, qui de d. Bartholom. atteſtatur vxorem prædictam duxiſſe, cum eſſet ætatis annorum 18. cui concordat vltimus, qui dicit circa annum vigeſimum: ſed quicquid ſit de probatione certi temporis, cum appareat matrimo
15 nia fuiſſe contracta, præſumuntur† fuiſſe contracta tempore licito, non illicito, ad euitandã pœnam, vt tradit Barto. & alij, ad propoſitum, in l. non ſolum. §. ſed vt probari, per illum text. & ibi Iaſ. num. 5. & ſeq. ff. de oper. no. nunciat. Abb. num. 5. Fely. num. 12. & Dec. in 12. not. num. 13. & ſeq. in c. in præſentia, de probat. & idem Abb. in c. auditis. nume. 28. & ſeq. ubi Fely. num. 29. * & ſeq. & Pariſ. qui dicit communem, * num. 27. de præſcrip. & Alcia. in d. tracta. præſump. 3 reg. præſum. 1. numero 2. & ſeq.

Secundo, cum d. bona fideicomm. ſubiecta fuerint tranſmiſſa in dictos aſcendentes dictorum actorum, & illis fuerit dominium quæſitũ, quod exinde tranſiuit in ſuos deſcendentes, & hæredes, l. cum hæredes, in princ. de acquiren. hæred. non videtur uodq potuerint priuari ipſi actores dominio iam illis quæſito dictorum bonorum, ex quo matrimonium intra annum vigeſimum ſuæ ætatis non contraxiſſent, cum matri-
16 monia debeant † eſſe libera a pœna, l. Titia. in prin. de verb. oblig. l. neque, la 2. C. de nup. capit. Gemma. de ſponſa. & tradũt omnes in d. l. Titia. vbi dicũt quod poteſt quis inuitari ad matrimonium ſpe lucri. l. Titio centum. §. 1. de condit. & demon. l. 1. C. de inſti. & ſubſtit. tamen non poteſt cogi metu pœnæ, quod voluit etiam Didac. Couar. in ſuo epit. in quartum decret. 2. par. in c. 3. §. 3. num. 6. Vnde cum hic potius agi videatur de pena quàm de lucro, propter dominium acquiſitum actoribus, non cenſerentur eis obeſſe, non duxiſſe uxorem ante vigeſimum annum.

Tertio, quia audio DD. Aduerſarios eſſe in eadem naui, cũ omnes exceſſerint dictam ætatem, forte vno dempto, & vxorem non duxerint non debent poſſe vti hac exceptione, quia Hebræus nihil Hebræo, Catbilina Cetbego. l. cum proponas. la 2. v bi Alcia. C. de pact. & ad propoſitum in prohibitione vel diſpoſitione teſtatoris
17 †vt probari in l. cum pater. §. libertis, de lega. 2. Nec dubium eſt, ut etiam admittitur in dubijs, quin reſpectu Domi. Alexandri pupilli hæredis dicti Dom. Bartholomei ipſe poſſet obtinere, ex perſona ſua, ſicut poſſet Dom. Sfortia, quia ob infirmitatem, de qua in proceſſu, haberet excuſationem ſi matrimonium non contraheret. ſed quia ex prædictis fundamẽtis ſatis eſt ſublatum dubium, non eſt opus diſputare, an ex perſonis ipſorum hæredum ipſi poſſent obtinere.

Secundo nõ ob. quod prædictus quon. Dom. Barthol. fuerit ad bellum, vt uidetur in proceſſu probatũ, & propterea incurrerint pœnã amiſſionis bonorum teſtatoris, iuxta diſpoſitionem ipſius teſtatoris, in dicto teſtamẽto. Primo, quia non videtur probatum ipſum Domi. Bartholomeum ſe exercuiſſe in factis armorum, & armorum militia, vel ſub aliquo armorum ſtipendio conduxiſſe, ut prohibuit teſtator ipſe: & licet aliqui teſtes deponant, quod iuerit cum Co. Alberto Pico de Mir. ad bellum Ianuæ, non propterea eſt probatum quod ſe exercuerit in ipſa militia, & in factis armorũ, nec enim ſufficit quòd iuerit cum dicto Comite, cum non appareat quod habuerit diſpendium, & ſe exercuerit, ut ſupra, & probatio debet eſſe neceſſario concludens. l. neque natales. C. de probat. l. non hoc C. unde
18 legi. & dubia probatio debet† contra probantẽ interpretari, d. c. in præſentia, de probat. & maxime quia agitur de pœna irroganda, Dec. in l. ſanctum. §. in pœnalibus. num. 2. de reg. iu. Secundo non uidetur ſatis eſſe ad pœnam incurrendam, quod ſemel iuerit ad bellum, cum non dicatur
19 ſe exercuiſſe ex uno actu† in militia, cum huiuſmodi verbum denotet continuationem, & reiterationem, ut ſatis uidetur probari in l. 1. §. exercitorem. ff. de exercit. ſicut non dicitur artifex mercator, nel alius ſimilis, qui ſemel tantum mercaturam vel artificium geſſit, cum talia exercitium
20 & ſic cõtinuationem & reiterationem† exigant ut tradit Bar. in procem. ff. otum, num. 9. & ſeq. in

l. Ie-

Llegatis ſeruis.in prin. de leg. 3. & in tract.teſti-
mon.in ver. cerdonem. vbi voluit non ſufficere
præparationem ad artificium, & in ver. merca-
tor.Bal.in Rubrica de conſtit.pecu. vltima quæ-
ſtio.numero 16.Alcia.in l.mercis.in princip.de
verborum ſignificat.& Fely.ad propoſitum poſt
Dom.in procem. decret.num.41. vbi loquitur,
quando verba diſpoſitionis exigunt babitum,
et actum, vt in caſu iſto aperte exigere viden-
tur, quod etiam plura adducens voluit Benue-
nu.Stra.in tracta.de decreto,prima parte,nume
ro 6. & ſequen.quæ procedunt etiam in milite,
ut poſt Areti.tradit Felyn.in capitulo,clerici.nu
mero primo,poſt princip.ubl dicit quod priuile
gium conceſſum militibus,non habet locum in
his qui non exercent militiam, & clarius in ſe-
cunda colum.numero 3.vbi voluit ea quæ ſupra
dicta ſunt in mercatore & alijs huiuſmodi, ſibi
locum etiam vendicare in milite de iudi.

Tertio prçceptũ iſtud de non exercendo mili
tiam nõ videtur iuridicum,cum ẽt pater nõ poſ
21 ſit prohibere filium exercere † militiam, alias
punitur,quod procedit tam tẽpore belli, quam
pacis, vt eſt tex.in l. qui cum vno. §. qui filium,
22 de re mil.unde iſta non eſt legitima† cauſa exhę
redationis,ut admittit Grat.conſi. 115.numero
13.& ſequen.ſecundo volum. Cum igitur præ-
23 ceptum fuerit iniuſtum,†potuit,ſperni,Barto.&
Imo.in l.paterfamil.de hæred. inſtitu. Bald. in l.
uni.5.oppoſitione,nume.10. C. de his quæ pæ-
næ nom. Soci.in l.1.ſecundo not.eodem titulo,
Didac.in repe.c.Raynaldus.§.1.nu.7.de teſtam.

Quarto cum non conſtet ipſum Domi. Bar-
tholomeum habuiſſe ſcientiam dictæ prohibitio
nis,& teſtamenti dicti quon.Dom.Bartholomei
24 antiqui eius proaui,cum pręſumatur illius†igno
rantia, etiam ſi fuiſſet primus hæres, cum eſſet
de deſcendentibus teſtatoris, l. eum qui. ubi
Doc.ſi certum pet.in l.qui Romę.§.duo fratres,
vbi Bart.& alij.in 3.quæſt.de uerbor.obligatio.
quod tanto magis procedit in teſtamento proa
ui, cui immediate ipſe non ſucceſſit,vnde poſi-
to quod ipſe Dom. Bartholomeus contraueniſ-
ſet voluntati teſtatoris propter ignorantiam, ta
men excuſatur iuxta tradita per Barto. in l.ge-
nero. de his qui not. inf. & ad propoſitum in
25 pœna a teſtatore†contrauenienti,vel contrafa-
cienti impoſita.Rui.conſil.184.num.9.2.volum.
Alb.conſil.48.num.17. & hac Iac.Porti.conſil.
53. numero 11, nam & huiuſmodi pœnæ non
26 †committuntur,niſi dolo, vel fraude contraue-
niatur,vt per Alb.conſil.97.nume.35.& in pro-
poſito non poteſt dici in dolo, uel in culpa, qui
27 prohibitionem ignorat. & ſi iuſta † cauſa impe-
ditur hæres voluntatem teſtatoris obſeruare,nõ
priuatur hęreditate,ut Iaſ.tradit poſt alios,quos
citat, in authent.hoc amplius, numero 6. prima
limitatio. C. de fideicomm.

Præterea, & quinto cũ ipſe D.Bartholomeus
nõ fuerit viuens priuatus nõ poſſet nũc priuari
eius hæres,& ſucceſſor.Craue. conſi.59.nu.8.&
cum etiam ipſi aduerſarij non obſeruauerint vo
luntatem teſtatoris,non exercendo militiam, ut
deponunt omnes teſtes, tam ſui quàm dicto-
rum actorum, non poſſunt dd. Rei in hac op-
poſitione facere fundamentum per ea, quæ ſu-
pra dicta ſunt.

Tertio obijcitur,non ſatis uideri cõſtare acto
res deſcendiſſe a prædicto Domi. Bartholomeo
antiquo teſtatore,& quatenus id cõſtaret, cum
Borſius fuerit fratribus ſubſtitutus, non autem
eius deſcendentes, & idem uidetur dicẽdum de
28 Sfortia, & non uidetur conſtare Borſium † ſu-
peruixiſſe fratribus Gabrielli, & Leonello, &
Sfortiam Hieronymo & Petro martiri fidei-
cõmiſſum euanuit.l.prima.§.ſinautem ſub condi
tione. C.de cad.tol.l.qui hæredi.§.fin.de cond.
& demon. Socin.conſil.7. in quarto. Item quia
non fuit probatum actores fuiſſe hæredes di-
ctorum Borſij, & Sfortiæ, quibus ius compete-
bat vendicandi bona a fratribus relicta, non ui-
29 dentur poſſe obtinere, ex quo ſubſtitutio† non
loquitur de filijs,& deſcendentibus,Oldra. con
ſilio 21.Soc.d.conſilio,& Socin.iun. conſil.102.
numero 23.primo uolumine.& in fideicommiſ-
ſo non fit extenſio de perſona ad perſonam, li-
30 cet fiat de caſu†ad caſum. l. Gallus. §. & quid ſi
tantum, vbi Doct.de liber.& poſthu.Tiraq.in l.
ſi umquam,in uerſic.libertis, numero 18. & 23.
C.de reuocan.donat.Sed ad hæc reſpondet pri-
mo quod imò conſtat ex proceſſu, ipſos DD.
Actores fuiſſe deſcendentes dicti quon. Domi-
ni Bartholomei antiqui, tum ex teſtibus exami-
natis, tum ex dictis inſtrumentis inueſtiturarum
in quib.probatur dicta deſcẽdentia, tum ex poſ
ſeſſione dictæ Curiæ, adquam non fuiſſent ad-
miſſi, uel admitterentur, niſi eſſent de deſcen-
dentibus prædictis,ſicut etiam & ſecundo ex eiſ-
demmet teſtibus, & inſtrumentis conſtat dictos
quon. DD. Borſium, & Sfortiam ſuperuixiſſe
dictis omnibus ſuis fratribus reſpectiue, & illis
uirtute dicti teſtamenti paterni ſucceſſiſſe, & fi-
deicommiſſum ad hæredes, & deſcendentes
ſuos trãſmiſiſſe, quo caſu licèt in teſtõ prædicto
fuerit omiſſum vocari filios & deſcendentes
ipſius Borſij & fratrum, ad ſucceſſionem patruo
rum præmortuorum, hoc nihil officit,ex quo ip
ſe Borſius fuit ſuperſtes, ut ſupra. nec eſt opus
diſputare de extenſione ſubſtitutionis, ut in du-
bijs, ſuper puncto, etiam admiſſo quod Borſius
prædeceſſiſſet fratribus, quod tamen eius de-
ſcendentes cenſetentur uocati, ſubtiliter & co-
pioſe fuit ſcriptum per Magnificum Dominum
Traianum Delphinum, & plenius per Excel-
lentiſſimum Dominum Cepha. cuius conſilium
nunc impreſſum eſt ſub numero 114. quo-
rum dictis ego aliqua addidiſſem, niſi id ſuper-
fluum eſſe cognouiſſem ex nouis factis probatio
nibus,

nibus, quibus conſtat ipſum Borſium fratrib. ſuperuixiſſe. & p conſequẽs fideicõmiſſum ad poſteros deſcendentes ſuos, & hæredes, tranſiuiſſe, & cum in teſtamento teſtator filios & deſcendentes Sfortiæ, & aliorum fratrum tertij matrimonij ſubſtituerit, prædecedentibus patruis in dominis Frãciſco, & Sfortia, ceſſat diſputatio de qua in dubijs. Quod autem non conſtet ipſos actores fuiſſe hæredes reſpectiuè Borſij, & Sfortiæ, etiam negatur, cum ex dictis teſtibus poſtremo loco examinatis id apertè appareat, & poterit etiam conſtare ex teſtamentis dd. ſuorũ anteceſſorum, in quibus fuere inſtituti hæredes, & ſatis conſtat ex poſſeſſione bonorum d. Curię, quæ pro parte fuit in bonis dictorum ſuorũ anteceſſorum. Et cum fideicommiſſarij nõ prędeceſſerint grauatis, ſed poſt illos, non eſt opus diſputare an tranſmiſerint ante euentum conditionis, quia tranſmiſſio fuit facta poſt purificatam conditionem, ſicut etiam non eſt laborandum in coniecturanda mente teſtatoris, an uoluerit ſubſtituere filios horum filiorum ſecundi matrimonij, ſicut fuit in filijs primi & tertij, ex quo diuerſimodè ſubſtituit, & quandoque expreſſit, quandoque non, vt coniecturatur in dubijs, quia cum ſimus in claris, non eſt opus laborare circa coniecturandam mentem defuncti, quicquid ipſe in alijs capitulis, & partib. fecerit teſtamenti. Satis enim nobis eſt ꝙ venit caſus ſubſtitutionis ex morte dictorum grauatorum, ſuperexiſtentibus Borſio, & Sfortia, & quòd ipſi vel agnouerunt fideicommiſſum, licet pro minori parte, propter errorem, vel non agnitam tranſmiſerunt ad hæredes.

Ceſſat etiam & quarto loco quod dicitur in dubijs, quod quatenus ſit facienda extenſio, & interpretanda ſubſtitutio Borſij, ſecundum ſubſtitutiones alias, quib. uocanẽ deſcendentes, illa non videreẽ comprehendere niſi bona prælegata, ut tantummodo uidetur comprehendere ſubſtitutio facta Danieli, & Nic. quia cum ſimpliciter fuerit Borſius fratribus ſubſtitutus, & venerit caſus ſubſtitutionis in perſonis vtriuſque fratris, proculdubio comprehenduntur omnia bona teſtatoris, in quib. ipſi fuerunt inſtituti, iux. trad. per Zanch. qui alios allegat in d. §. cum ita, num. 375. tum quia quatenus dicta ſubſtitutio eſſet interpretanda ſecundum illam Danielis, & Nicolai, non propterea comprehenderentur tãtummodo bona prælegata, ſed omnia prout cõpræhenduntur etiam in ſubſtitutione ipſorum Danielis & Nic. in qua loquuntur hæc uerba, iuſſit, voluit, & mandauit dictus teſtator quòd portiones hæreditatis ſuæ prædictæ, & omnia ſibi iure inſtitutionis particularis relicta, ut ſupra iure ſubſtitutionis prouenirẽt, &c. copula, n, addita

31 † ampliat diſpoſitionem, l. ea tamen adiectio, de leg. 3. per id quod reſpectu curiæ extat aliud fideicommiſſum inter dictos eius filios, & hæredes, inductum ob communionem perpetuam ipſius Curiæ, ut in terminis fideicommiſſi inducti

32 propter prohibitam † diuiſionem. trad. Cur. iu. in conſi. 111. nu. 20. 112. nu. 2. 114. nu. 16. 115. num. 4. 116. num. 4. adeò quòd etiam bona ipſa non poſſent tranſire in fiſcum, ut uoluit Rolan. a Val. conſ. 84. num. 35. & ſeq. primo uolum. quò fit ut cum teſtator fecerit differentiam in ſucceſſione etiam bonorum feudalium, quæ veniunt in fideicommiſſo, ut ſupra comprobatum extitit & voluerint utrinque coniunctum, & eius deſcẽdentes utrinque coniunctis fratribus ſuccedere, non eſt recurrendum ad terminos ſucceſſionis feudorum, ut dicitur in dubijs.

Quinto loco non obſtat, quòd poſtquam euenit caſus fideicommiſſi, fuerint acceptæ inueſtiturę pro omnibus ipſorum de Pendaltis, adeò quòd uidentur renunciaſſe fideicommiſſo, de quo cenſentur habuiſſe ſcientiam; & ipſæ inueſtituræ videntur inſeruire pro titulo ad præſcriptionem.

Primo reſpondetur, nullum poſſe fieri fundamentum in dictis inueſtituris, cum ex illis appareat illas fuiſſe acceptas nominibus omnium cõſortum, etiam propter mortem alicuius eorum cui omnes non ſuccedebant, ut in inueſtitura anni 1464. & anni 1467. quæ etiam fuit accepta nominibus omnium ob mortem Bartholomęi, & Alberti filiorum Danielis, quibus cæteri eorum fratres tantummodo ſuccedebãt, & ex forma teſtamenti, & de iure communi. ſic etiam de anno 1474. Borſius accepit inueſtituram nominibus omnium ob mortem Hieronymi cui ſuccedebat Sfortia eius frater, ut in teſtamento, licèt fuerit dictum de quinta parte dictæ Curiæ per errorem, adeò quòd nullum poteſt fieri fundamentum in his inueſtituris erroneis, nec ulla confeſſio poteſt reſultare ex eis.

Secundò, quia etiam ſi reſultaret non obeſſet docto de errore, ſed annullatur, ut ad propoſitũ trad. Dec. d. conſil. 408. num. 5. & ſeq. & D. Menoch. d. conſ. 91. num. 36. & ſequen. & d. conſil. ult. num. 94. Quod autem cenſeretur renunciatum fideicommiſso eſt etiam falſum, maximè cũ non conſtet ipſos habuiſse ſcientiam dicti teſtamenti. quod apertè conſtat, tum ex dictis inueſtituris acceptis, quæ eo modo, & pro dictis partibus acceptæ non fuiſsent, tum ex poſſeſſione partium dictæ Curiæ, cum non ſit credendum eos fuiſse tàm ſupinos ut uellent ſuum iactare. l. cum de indebito. de probat. Sexto obijciẽ præſcriptio 30. uel 40. annorum, quod eſt impium præſidium. in Auth. ut Eccleſ. Rom. collat. 2. circa medium, ex qua prætẽditur ius quæſitum dd. aduerſarijs, l. omnes. & l. ſicut. C. de præſcri. 30.

33 uel 40. ann. cum tali tempore præſcribatur † contra uaſallum. c. ad audientiam. de præſcrip. Balb. in tract. de præſcrip. quarta par. quartæ par. prin. ſecunda, & tertia qõ. & tantò magis uẽ præſcriptum

ptum fuiſse tẽpore immemorabili, quia primo
poſsumus negare fuiſse plene probatam præ-
34 ſcriptionem concludenter, vt † probari debet,
Craue.conſil.201. nume.29. & ſeq. Et quatenus
fuiſſet probata, non obeſſet, ex quo dicti aduer-
ſarij, & eorum anteceſſores, fuerunt in malafi-
35 de, unde non potuerunt præſcribere, capit.fi.de
præſcrip. reg. poſſeſſor malæfidei de regu. iu. in
ſexto. nam tenebantur ſcire iura. l.ll. ſacratiſſi-
36 mæ. C.de ll.& paria † ſunt ſcire, & ſcire debere,
l.quod te.ſi cer.pet. & ad propoſitum in præſcri
ptione rerum ſubiectarum fideicommiſso, Do.
Cepha.conſil.215.nu.19.& 22.

Præterea reſpectu ipſorum actorum, qui etiã
vocati ſunt ad dictum fideicommiſsum, præſcri
37 ptio non † potuit illis currere, antequam eue-
niret caſus in ſuis perſonis, ut poſsẽt agere, Bal.
conſil. 351.in 3. & 4. uolum. per l.primam, in fi.
C.de anna.excep.l.1.in fi. C.de bon.mater. Ale
xan.conſil.101.nu.21.in 7. Grat.conſil.21.nu.37.
& 101. num.42. & ſeq.2.uol. Bero. conſil.151.
num.36.in 2. Soci.iun.conſil.52. nume.3. in 4.
Crot.nu.143.uer.4.fit conclu. & Rip.num.116.
in l.filiusf. §.diui. de leg. 1. ſic etiam pręſcriptio
38 non currit † in feudis contra non natos, Balb.d.
tra.pręſcrip.4.par.4.par.princip.8.q.12.q.& Io.
Bap.Vincimal.inter conſil. feud. conſil.1.num.
193.& ſeq.maxime num.197.quo fit ut præſcri
ptio tot annorum non dicatur deuerſa, tenendo
quod dicti actores ex perſonis proprijs agerint
ad dictum fideicommiſsum, ad quod & ipſi cen
ſentur vocati, & hoc caſu etiam tempora pupilla
39 rium ætatum ipſorum † non computatur, l.fi. C.
in qui.cau.in integ.reſt.non eſt neceſs.l.ſicut.§.
pen. C. de præſcrip. 30. uel 40.ann. Bero. con-
ſil.129.nume.4.2.uolum. Et licet eſſent hęredes
defunctorum, contra quos fuerit præſcriptum,
non propterea poſsent teneri de negligentia, pa
rentum, vt declarat Rip.in d. §.diui. nume.116.
Quæ ſi uera ſunt, quod præſcribuntur res ſuppo
ſitæ fideicommiſso, quo ad proprietatem, & do
minium, tanto magis procedunt quando nõ agi
tur de præſcriptione dominij, & proprietatis
rei, ſed de fructibus & partibus fructuum perce
40 ptorum, in quibus difficilius uidetur poſse pręſcribi,
iuxta not.per glo.& Doct. in l.cum notiſ
ſimi.§.in his.C.de præſcript.30.uel 40.annorũ,
Balb.dicto tract.4.par.4.par.principalis, quęſ.4.
cum pluribus ſeq. Et quatenus dicta pręſcriptio
fuerit lapſa, cum tamen ipſi actores ignorauerint
diſpoſitionem dicti teſtamenti, & fideicom-
miſſi, ut præſumitur per ſupra deducta, poſsunt
41 & debent reſtitui ex capite † ignorantiæ, & ex
clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c.l. prima, ex
quibus cauſ.maio. aduerſus lapſum ipſius præ-
ſcriptionis tradit. Crot. in dicto §. diui. nume-
ro 145. ſexta concluſio Grat. dicto conſilio 21.
numero 28. de qua reſtitutione habetur late
per Balb. in dicto tract.4.par. 4.par.principalis.
q.29. & quæ reſtitutio, ſecundum communio-
** rem ** ſententiam † datur etiam aduerſus præ-
42 ſcriptionem priorem 40. an. vel vlteriorem, vt
per Bal.in l.falſam.num. 3.C.ſi ex fal.inſt.ſecun-
dum quam fuit iudicatum in conſil. Neapo. ut
per Affli. dec. 37.num.1. ad fi.& 339.num.5. Pa
riſ.in c.vigilanti, prima limit.num 5.de præſcrip.
quam communem dicit Cagno. in l. qui in alte-
rius.nume.6.de reg.iu.& in l.2.num.84.ubi ex-
preſſe reijcit opinionem Soc.iun. C.de pac.int.
empt.& ven. Nat. conſil.162. nume.38. Tiraq.
qui etiam dicit communem in d.tract.de retrac.
tit.1.§.35.gl.4.num.43.Bero.q.81.num.3.& nu
mero 5.Rolan.a Val.conſil.72.num.46.& 48.in
3.Craue.de antiq.temp.4.par.§.materia iſta.nu-
mero 50. & ſeq.Plot.in l. ſi quando.num. 526.
ad fi. C.vnde vi. & Rim. noſter in l. 1. ante fin.
C. qui admit.

Poſtremo loco non ob.quod teſtator diſpo-
ſuerit fructus dictæ curiæ Sermidi, diuidi inter
dictos eius filios, & hæredes æqualiter, & æquis
portionibus, vt ſic magis videatur voluiſſe con
ſiderare capita, ſeu perſonas, quam ſtirpem, ma-
xime cum illud capitulum debeat intelligi non
tantum de filijs, & hæredibus teſtatoris ſed etiã
de omnibus deſcendentibus ſuis, & vt in du-
bijs. Quia primo iuſte poteſt negari teſtatorem
intellexiſſe de omnibus deſcendentibus, ſed tã-
tummodo de filijs, & hæredibus in dicto ſuo te-
ſtamento ſcriptis, cum ſemper addiderit illam
dictionẽ, dictos, vel dictis, quæ repræſentat illos
43 nominatos, & non † extenditur ad alios hęredes
vel deſcendentes. Rip.in d.§.diui.num.112.Cra
ue.conſil.98.num.8. Secundo non video, quo-
modo probetur iſta mens teſtatoris quod uo-
luerit haberi rationem ſtirpis, aut coniunctionis
filiorum, cum expreſſim ſupra fecerit apertam,
& claram ſubſtitutionem facientem hanc diffe-
rentiam, & non eſt præſumendum quod teſta-
tor in continenti habuerit ſe corrigere. l.nam ad
ea.in princ.de condit.& dem. Et ex his arbitror
fuiſſe ſatis & ſuper ſatisfactum ſubtiliſs. moti-
uis Excellentiſſimi Dom.Iudicis, & aperte con-
ſtare de iuſtitia ipſorum Magnificorum actorũ.
Quibus unum addo, quod poſito ſine veritatis
præiudicio quod diuiſio iſtorum fructuum inter
partes non eſſet facienda, per modum prout diſ-
poſuit teſtator, de quo ſupra latè diſſerui, ſed ſe-
44 cundum iura feudorum, in quib. † non fit diſtin-
ctio, ante fratres fint tantum conſanguinei, vel
vtrinq. coniuncti, vt in dubijs, quod tradit Bald.
& Caſtr.numero 3.in l.prima. C. de legit. hære.
Soc.iun.conſil.67.numero 40.in 3. Tiraquel.in
tract.prædicto tit. 1.§.14.gl.2.numero 11. Cum
pendente proceſſu obiciit Domi. Ludouicus
deſcendens ex dicto Nicolao, & ultimus de il-
lius linea, certe dicti actores, uel eorum filij, de-
bent pariter ſuccedere in parte dictæ Curiæ ip-
ſi D. Ludouico, prout ſunt proximiores, licet
de-

deſcendant ex parentib. conſanguineis tantum, prout ita in proceſsu fuit petitum. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

Plura extant Dom. Ceph. conſilia de quibus poteſt intelligere D.Conſultor, nempe 114. 311. 455. ubi de his per plura.

ARGVMENTVM.

Quæ hic diſputantur, apparent ex tribus quæſtionibus propoſitis in principio diſputationis & conſultationis.

S V M M AE.

1 *Confeſsio de dote, valet ſtante ſtatuto iubente illam valere.*

2 *Forenſes in deciſoriis tenentur ſeruare ſtatuta loci contractus.*

3 *Ciuis eſt, qui recedit a loco ſuæ originis, & alio ſe confert habitatum.*

4 *Domicilium contrahitur per decennium, ſi non conſtat adfuiſſe animum recedendi.*

5 *Scholaris contrahit domicilium, licet cenſeatur habere animum recedendi.*

6 *Statutum loci viri eſt attendendum, vbi agitur de dote reſtituenda.*

7 *Secus, ſi maritus habitabat in domicilio, & loco vxoris, quia tunc attenditur ſtatutum loci vxoris.*

8 *Dotis in contractu inſpicitur domicilium viri, & habitationis tempore matrimonii contracti.*

9 *Maritus ſi prohibeatur ex ſtatuto in ultima uoluntate relinquere vxori, non prohibetur tamen inter viuos donare.*

10 *Confeſsio dotis de iure communi ſuſtinetur.*

11 *Vt ſi vir præſtitit alimenta vxori vſque ad mortem tamquam dotatæ.*

12 *Item ſi verificetur pro parte confeſsio, quia tunc in totum præſumitur vera.*

13 *Idem eſt, ſi confeſsio facta ſit in vltima voluntate.*

14 *Et ſit geminata.*

15 *Et poteſt valere in vim confeſsionis cauſa mortis morte confirmata.*

16 *Inſinuationi neceſſaria dicitur renunciatum, ſi eſt renunciatum omni iuri, & legum auxilio.*

17 *Ciuis uere, & proprie venit in ſtatuto de ciue mentionem faciente.*

18 *Et attenditur origo & locus, vbi quis natus eſt, non patris.*

19 *Statutum non ligat ſubditum extra territorium etiam expreſſe hoc dicens.*

20 *Ciuis poteſt teſtari extra territorium, non obſtante ſtatuto.*

21 *Statutum an poſsit ſubditum ſuum ligare teſtantem vel contrahentem extra territorium reſpectu bonorum exiſtentium in territorio.*

22 *Teſtamentum qui vult impugnare tamquam factum ſine conſenſu eorum, qui ex ſtatuto requirebantur, debet probare illos fuiſſe tunc temporis in ciuitate.*

23 *Teſtamentum valet etiam ſine forma ſtatuti propter periculum inſtantis mortis.*

24 *Statutum loci tutelæ, eſt ſeruandum, quæ decernitur.*

25 *Origo aui non attenditur, ſi nepotes poſt illius mortem nati ſunt in alio loco.*

26 *Curator non poteſt obtinere curam confirmatione iudicis non accedente.*

27 *Sed confirmatio de iure canonico ex multorum ſententia non exigitur.*

CONSILIVM XXXVIII.

In Domino confido.

PLura proponuntur dubia diſſoluenda pro parte Illuſtr. Dom. Dianæ, vxoris quondam Illuſtr. D. Aloyſij de Gonzaga.

Primo an confeſſio dotis, facta per ipſum Illuſtriſſimum Dominum viuentem valuerit, maxime ſtante ſtatuto Gazoli, ubi natus, & conceptus fuit ipſe Domi. Aloyſius, ſub Rubrica, Maritus quantum poteſt relinquere uxori.

Secundo, an valuerit teſtamentum prædicti quon. Illuſtriſſimi Domi. Aloyſij factum Ferrariæ, in quo nulli fuere adhibiti teſtes Mantuani, prout diſponit ſtatutum Mantuæ, de teſtam. conficiendis, cui quidem ſtatuto uidetur fuiſſe ſuppoſitum dictum Illuſtriſſimum Dominum Aloyſium propter originem paternam, quam cenſetur fuiſſe quondam Illuſtriſ. D. Rodulphus eius pater in ea ciuitate.

Tertio an ſtatutum Mantuæ de tutoribus, locum etiam ſibi uendicare poſſit in tutela Illuſt. filiorum ipſius Illuſtriſſimi Domini Aloyſij, relicta

licta

lictaipſi Illuſtriſs. Dominæ Dianæ in dicto ſuo
teſtamento.

Quo ad primum dubium omittendo allega-
tiones ad partes,& concluſiue reſoluendo,dico
talem confeſſionem valere, ſtante ſtatuto huius
ciuitatis Ferrar. ſub Rubrica,quod confeſſio de
dote recepta teneat hoc enim caſu,quicquid ſit
de iure communi, confeſſio præiudicat,cum ha
1 beatur a† principio pro veritate,Bald. in Rubri-
ca.C.de priuil.dot.num.6.ver. idem dico. & vi-
detur idem velle in l.pecuniæ.nu.4. C. de ſolu.
Fely.in c.ſi cautio.num.80.ver.fallit.2. de fi.in-
ſtru.& in hoc ſtatuto,quando interuenit obliga
tio bonorum, admittit Rui. in conſilio 190. nu-
mero 6. in 1. volumine quod quidem ſtatutum
cenſetur etiam ligare forenſes,cum in deciſorijs
2 ſeruentur ſtatuta loci contractus.l.ſi fundus,de
euictio.tradūt omnes in l. 1. C.de ſumma trinit.
& fi.catho. vbi Bar.nume.14. & 16. Iaſ.in 1.lect.
num.22.Vbi loquitur in ſtatuto diſponēte non
poſſe opponi aliquam exceptionem contra in-
ſtrumentum, & numero 23. quando ſtatutum
vult ſcripturæ eſſe credendum.& in repet.num.
56. & 59.& ſequen.& illic etiam Ioann. Bap. de
Sancto Seuer.numero 111. Quod tanto clarius
procedit,cum ipſe Illuſtriſſimus Dom.Aloyſius
cenſeretur potius ſubditus ſtatutis Ferrariæ
quam Gazoli, quia ultra quòd in loco Gazoli
quaſi caſu fuerit conceptus,& natus,antequàm
pater illius vxorem domum duxerit, & tunc il-
lic commorabatur ad tempus, vti receſſurus,ip-
ſe Dom. Aloyſius,illic modico temporis ſtetit,
vel habitauit, & numquam illuc reuerſus eſt ad
habitandum, quo ſit, ut non poſſit dici eſſe de
illo loco, vel ciuis illius loci,aut municeps, quia
ſi is qui recedit a loco ſuæ originis, & alio ſe
3 contulit habitatum, deſinit † eſſe ciuis. Cepha.
conſi. 13.nu.46.ubi alios citat, & conſil. 246.nu.
19.Rol.a Val.conſ.79.num.32.& ſeq. 3.uolum.
& Burſat.conſ.36.nume.9. & 10. quanto magis
idem dicendum eſt in eo, qui caſu conceptus
eſt, & natus in aliquo loco, & recedit puer,nec
umquam ad eum locum redit. Et cum ipſe Il-
luſtriſſimus Dom. Aloyſius puer venerit ad ſer-
uitia Do. Ducis Herculis noſtri,fe.rc. & ſteterit
Ferrar.ultra 20.annos, & in ea ciuitate vxorem
duxerit, & domicilium conſtituerit, & obierit,
nec umquam oſtenderit habere animum rece-
4 dendi,quis cenſeatur domicilium† in loco con-
trahere,& conſtituere.l.2.C.de incol.libro 10.
5 quod procedit in ſcholare, qui tamen† cenſetur
habere animum recedendi, Bart.in l. lex Corne
lia. §.ſi tamen.num.1.de iniur, Alex.in l. cum fi-
lius.num. 3.ff.ſi cer.pet.Rui.conſil.112.num.12.
5.uolum.& Rol. a Val.conſil.79.num.51.& ſeq.
3.uolum.licet Menoch.in tract.de arbitr.iud. li.
2.Cent. 1.caſu 86.num.11.& ſeq. arbitretur pro
pter longam habitationem, & aſſiduam conuer
ſationem etiam minoris temporis ſpatio contra
hi poſſe. Et licet quando agimus de dote reſti-
6 tuenda ſtatutum loci viri† ſit attendendum.l.exi
gere. ubi late Cagn. de iudi. & per omnes in d.
7 L.1. tamen quando maritus habitabat † in domi-
cilio,& loco vxoris, debet attendi ſtatutum loci
vxoris, Cagn.in d.l.exigere.num. 14.15. & ſicut
poteſt vti commodo ſtatuti loci uxoris, Dec.cō
ſil. 183.num.8.& 9. & Cagn.in d l.exigere.num.
16. & maxime quando illic ſemper habitauit uſ
que ad mortem. Rol.in tract.de lucro dot.q.16.
ita & ligatur eodem ſtatuto, ut per eos in dictis
locis. Et quod in dote inſpiciatur domicilium
8 uiri,& habitationis† tempore matrimonij con-
tracti, tradit Cagn.in d.l. exigere.nume.25. 9.li
mitat.Rol.d.tract.q.22.num.15.& Pet.Ant.An-
guſſ.lib. 1.ſuorum conſ.crim.conſ.8.in fi. Cæte-
rum ex alio dictum ſtatutū Gazoli non obſtat,
quia cum prohibeat in vltima voluntate, mari-
tum uxori relinquere, non cenſetur prohibere
9 †inter uiuos illi donare poſſe, ut ad propoſitum
in hoc ſimili ſtatuto tradit Plot.inter cōſ.vlt.uo-
lunt.conſil.168.num.37.& ſeq.& numero 45.&
42. loquitur expreſſe in confeſſione dotis per
maritum facta.

Illud etiam non omittam, quod talis confeſ-
10 ſio† de iure cōmuni de facili poſſet ſuſtentari,ex
quo habet adminicula ueritatis. Bal.in d.l.1. pri
ma colum. C.de priui.do. Soci.conſil.82.1.col.
3.uolum.Nat.conſil.547.Ant.Gabr.libro 4.ſua-
rum concluſionum.titu.de iure do.& dot. pro-
miſ.4. concluſ.numer 04.& Menoch. conſil.7.
nume.10. Et inter alia illud uidetur probabile,
quod a pleriſque admittitur, quod ipſe D.Aloy
ſius ſemper præſtitit alimenta dictæ eius vxori,
11 uſque ad eius† mortem,tamquam dotatę.Socin.
d.conſil. 1.col.Dec.conſ.536.num.10.Nat.d.nu
mero 25.Craue.conſ.40.num.4.Tiraq.in l.ſi um
quam,in ver.Donat. largitus.nume. 101.& ſeq.
Ceph.conſ.286.num.8. Menoch.d.conſil.7.nu.
20.& in d.libro 2. Centu.2.caſu 135.num.5. li-
cet aliqui etiam hoc non admittant, ut per Di-
dac. ſtatim citandum.

Secundo non leue eſt adminiculum,quod po
teſt probari partem huius dotis, ultra mille au-
reos fuiſſe ſolutam ipſi Illuſtriſſimo Domino
Aloyſio per quondam Magnificum Dominum
Horatium Paccaronum patrem ipſius Domi-
næ,ultra multas expenſas factas per eum pro ip-
ſo Domino Aloyſio, tam reſpectu ſuorum ali-
mentorum,quam aliorum, ut fertur probari poſ
ſe ex teſtibus, vnde cum verificatur confeſſio
12 †pro parte, præſumitur in totum vera,ut per So
cin.dicto conſilio 82.numero tertio,Dec.dicto
conſilio 536.numero decimo,Nat. dicto conſi-
lio 547. numero 26. Craue. conſilijs 158. nu-
mero ſexto, & 198.numero ſexto, Didac.libro
primo var.reſolu.capitulo ſeptimo,numero ſex-
to,verſiculo,ac ex confeſſione.in fi.& Ceph.cō-
ſil.163. numero 21.

Præ-

Præterea & tertio confeſsio ipſa cenſetur ge
minata, cùm in teſtamento de dicta dote ipſe
Illuſtriſs. Aloyſius meminerit, legando ipſi Do-
minæ Dianæ, ſcutos bis mille auri annuos, com-
putata dote, quæ confeſsio in vltima voluntate
13 videtur effugere omnem † ſimulationem. Dyo-
nis. Peruſ. inter conſ. vlt. volunt. conſ. 44. nu. 11.
14 & 12. Confeſsionem autem geminatam † iuuare
hoc caſu voluit Dec. d. conſ nu. 10. Bal. nouel. in
repet. l. primæ. nu. 197. ſol. matr. & huius ſenten
tiæ videtur Ceph. conſ. 297. prima col. num. 7.
& ſeq. & num. 16. uer. tertia coniectura. Poſſet
15 etiam teneri quòd dicta confeſſio † valeret in
vim donationis cauſa mortis, quæ morte fuerit
confirmata. l. 2. C. de dot. can. non num. Io. Lup.
in rub. de donat. int. vi. & vx. §. 69. nu. 2. & 1. So-
cin. in l. 1. num. 101. & ſeq. ſol. mat. Rol. conſ. 93.
nu. 30. primo volum. & Ceph. conſ. 286. nu. 7. &
ſeq. Et cum in inſtrumento fuerit renunciatum
omni iuris auxilio, ſatis cenſeretur renuntiatum
16 † inſinuationi neceſſariæ. Corn. conſ. 54. col. 3.
quarto vol. Rui. conſ. 180. num. 15. 1. volum. Rol.
d. conſ. 93. num. 40. 41. & d. tract. de lucro dot.
q. 92. num. 19. Sed cum priora fundamenta ſuffi
ciant, non eſt opus aliter inſiſtere, & hanc ratio
nem vlterius defendere.

Quo ad ſecundum punctum uidetur iure de-
fendi poſſe dictum Illuſtriſs. Do. Aloyſium non
fuiſſe ſuppoſitum d. ſtatuto Mantuæ, cum ratio-
ne originis propriæ, uel domicilij, illis ligari non
poſſet, per ea quæ ſupra in præcedenti puncto
deducta fuere. Et ſtatutum loquens de ciue, in-
17 telligi debet de ciue uero † & proprio. Rol. con-
ſi. 63. num. 2. primo volum. & quando ſumus in
reſpicientibus perſonam, potius attenditur ori
18 go, & locus, ubi quis † natus eſt, non patris, ut per
Comen. conſ. 35. Titius. num. 1. uer. item dato. &
uer. & pupilli. Vltra quod videtur, quod ſtatutũ
19 non † liget ſubditum extra territorium, etſi id ex
preſſe diſponat. Nat. ad propoſitum, conſ. 643.
num. 6. Cepha. conſ. 170. num. 32. & Cagno. qui
dicit communem, licet fateatur opinionem eſſe
dubiam, ut uix poſsit diſcerni quæ ſit commu-
nis, in l. fin. num. 16. & 17. de iuriſd. omnium iud.
Et quòd ciuis poſſit teſtari extra territorium
20 non † obſtante ſtatuto, trad. Corn. conſil. 241.
ſecunda col. 2. vol. Durant. de arte teſt. ti. 1. cau.
2. nu. 5. & illic Corn. dicit hoc ſtatutum eſſe ini-
quum, & odioſum, ac correctorium iuris com-
munis, quod maxime procedit quando non ſit
fraus ſtatuto, quòd ciuis exeat territorium, ut te
ſtetur. & non ſeruet ſolemnitatem ſtatuti. Nat.
d. conſil. nu. 5. Verum quia hæc opi. poteſt pati
difficultatem, propter opi. tenẽtium, ꝯ reſpectu
bonorũ ſitorũ in terri. ſtat. poſſit ſubditũ ſuũ liga
21 re, teſtantem, uel contrahentem † in alieno terri
torio, & extra iuriſd. ſtatuentium. Pariſ. conſ. 99.
nu. 60. in prin. & ante eum Bened. Capr. conſilio
uigeſimoprimo, nume. quinto. Tiraquel. in tra-
cta. de ll. connubi. gloſ. 8. num. 224. & ſupra nu.
219. & Rui. conſil. 160. num. 3. in 4. Et in termi
nis huius ſtatuti aliqui tenent illud valere. Pro-
pterea moueor alia ratione clara, & irrefragabi-
li, quòd dato quòd poſſet conſtare quòd tempo
re conditi teſtamenti, extarent in ciuitate Ferra
rię, homines qui eſſent de iuriſdictione Mantuę,
qui poſſint adhiberi in teſtes, iuxta formam di-
cti ſtatuti dicto teſtamẽto, quòd uideretur pro-
22 bandum per eum † qui vellet impugnare dictum
teſtamentum, iuxta ea quæ trad. Caſt. ad propo
ſitum in conſil. 124. in cauſa quæ vertitur. 2. co-
lum. 1. uolum. Corn. conſilio 241. colum. 3. in 2.
131. 2. colum. & 242. quarto volum. Crau. con-
ſil. 80. num. 14 & Rol. d. tract. q. 64. nu. 19. Cum
tamen ipſe Illuſtriſs. D. Aloyſius fuerit vulnera-
tus, & uixerit per modicum ſpatium temporis,
nec tempus ſuperfuerit in quærẽdo teſtes Man-
tuanos, qui adhiberẽtur dicto teſtamento, qua-
tenus ipſe habuiſſet notitiam dicti ſtatuti, cum
poſt conditum teſtamentum per paucas horas
ſuperuixerit, cum ex neceſſitate nõ potuerit ad-
hiberi propter periculũ inſtantis mortis, valuit
23 teſtamentum, etiam non ſeruata † forma dicti ſta
tuti. ita in terminis huius ſtatuti firmat Rolan. a
Val. conſilio 30. volum. 3. per totum, & Burſat.
conſil. 55. numero 11.

Tertius & vltimus punctus facilis eſt ſolutio-
nis, cum certum ſit ſeruandum eſſe ſtatutum lo-
24 ci † tutelæ, quæ decernitur, vel defertur, ut per
Comen. d. conſil 75. nu. 1. ver. item dato. & cum
filij ipſius Dominæ, & dicti quondam D. Aloy-
ſii nati fuerint in ciuitate Ferrariæ, & poſt mor-
tem eorum aui paterni, non attenditur origo
25 † ipſius aui, Bar. in l. aſſumptio. §. filius. num. 1. ad
municip. Ceph. in conſil. 246. num. 30. & Crot.
in conſil. 90. num. 5. ſicut etiam dicta Do. Diana
non ligatur dicto ſtatuto ut forenſis, vltra quòd
diſpoſitio illius ſtatuti Mantuæ, de tutoribus ſa-
tis cẽſetur fuiſſe ſeruata per ipſam D. Tutricem,
quæ in ea parte, in qua eſt relicta curatrix filio-
rum in teſtamento prædicto non poterit obi-
26 re † curam, niſi fuerit a iudice confirmata, §. 1.
Inſti. de curat. & l. 1. §. fin. de confir. tut. uel cura.
Bero. conſil. 37. num. 3. ſecundo uolum. tametſi
de ęquitate canonica, non exigi cõfirmationem
27 † multi ſint arbitrati. Neuiz. conſil. 17. num. 59.
& Sylua. conſil. 3. nu. 5. ver. quinimo. & uer. ſeq.
Et ita ſit ſatisfactum omnib. dubijs propoſitis.
Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Fęminę quando poſsint ſuccedere in feu
do, & quia antiquę inueſtituræ ſint ac
ceptæ pro ſe & hæredibus?

Inueſtituræ poſteriores ſunt intelligen-

uæ

dæ ſecundum primas,& non poſſunt alterari.

Secundus vaſallus, an ſit uaſallus primi domini?

SVMMAE.

1 *Inueſtituræ ſequentes comprahendunt omne, quod continetur in primis inueſtituris relatis.*
2 *Et ex quibus clauſulis cenſeatur facta præcipua, & ſpecialis mentio omnium contentorum in primis conceſsionibus.*
3 *Clauſula, dictis modis & forma, cuius ſit virtutis.*
4 *Fœminæ comprehenduntur in inueſtituris ſeu dorum,in quibus ſit relatio ad illas,in quibus comprahendebantur.*
5 *Clauſula, in omnibus & per omnia,importat vt omnium vna,& eadem ſit natura.*
6 *Et non ſit aliqua differentia inter duo ſubiecta,vt in feudo.*
7 *Feudum francum tranſit ad fœminas.*
8 *Nam & tale feudum non habet propriam naturam feudi.*
9 *Capitulum vnum ſi habet ſuas clauſulas ſeparatas & qualitatem determinatam, non poteſt extendi,aut referri ad alia.*
10 *Fœminæ ſuccedunt in feudo non extantibus maſculis,ſi inueſtituræ ſunt factæ pro illis.*
11 *Vt ſi ſit dictum,pro hæredib. vtriuſq; ſexus.*
12 *Inueſtituræ pactum fœminas admittens ad feudum,valet.*
13 *Feudum ſi eſt fœmineum,illud capit fœmina.*
14 *Inueſtituræ tenor,eſt ante omnia inſpiciẽdus.*
15 *Inueſtituris antiquis, & non nouis aliter diſponentibus,ſtandum eſt.*
16 *Inueſtituræ antiquæ non poſſunt alterari,niſi ab illis ex certa ſcientia conſulto ſit receſſum.*
17 *Inueſtitura ſequens præſumitur facta ſecundum primam, ſi de illa conſtat.*
18 *Feudum nouum non eſt nouum, ſi conceditur ſub commemoratione antiquarum inueſtiturarum.*
19 *Et aſſumit qualitatem antiqui,ſi conceditur iure antiqui feudi.*
20 *Inueſtitura conceſſa pro maſculis reſpectu certarum rerum,cenſetur conceſſa pro fœminis quo ad reliqua, & maxime ſtante geminatione arguente maiorem deliberationem.*
21 *Inueſtituræ præſumuntur ex lapſu triginta annorum concurrente poſſeſsione inueſtitorum.*
22 *Mandatum in inſtrumento enunciatum præſumitur ex diuturnitate temporis.*
23 *Inueſtituræ validitas præſumitur propter poſſeſsionem tricennalem cum præſtatione ſeruitii.*
24 *Mandatum probatur ex verbis enũciatiuis.*
25 *Et præſumitur propter obſeruantiam ſubſequutam.*
26 *Procurator præſumitur certiorare dominum de re ardua, & graui.*
27 *Mandatum cenſetur prorogare dominus non contradicendo, & habere grata geſta per procuratorem.*
28 *Fœminæ admittuntur ad feuda empta ab aſcendentibus pecunia, & acquiſita titulo oneroſo.*
29 *Idem eſt, ſi ſolum cenſus ſoluatur,non autem exigatur ſeruitium perſonale.*
30 *Et quid ſi requiratur iuramentum fidelitatis,quod videtur importare ſeruitium perſonale.*
31 *Conſuetudo inueſtituras concedendi probatur ex inueſtituris conceſsis.*
32 *Et attenditur conſuetudo, quæ frequentius obſeruatur.*
33 *Inueſtitura cenſetur facta ſecundum conſuetudinem loci.*
34 *Fœminæ, quòd ſuccedant in feudis, conſuetudo eſt præponenda conſtitutionibus feudalibus.*
35 *Vaſallus non debet alia lege dare feudum, vel inſubfeudare, niſi qua ipſe habeat.*
36 *Et debet ſubinfeudare cum iiſdem pactis & conditionibus, quib. ipſe tenebat feudum.*
37 *Teſtamentum poteſt condi impetrata licentia a domino de feudo ſeculari.*
38 *Idem eſt de eccleſiaſtico, & ſi eſt ſecularc ſufficit licentia a domino immediato,licet ante mortem domini non habuerit effectum.*
39 *Feudi domino mortuo, non tamen licentia expirauit de teſtando de illo.*
40 *Fœminæ non ſuccedunt in feudis regulariter, ſed fallit in multis caſibus.*

41 *Inueſtituræ tenor eſt ſemper attendendus reſpectu recipientis, non concedentis.*

42 *Ad ſucceſsionem admittitur, ſi à principio feudum eſt conceſſum fœminę.*

43 *Et ſi feudum eſt conceſſum pro ſe & heredibus, an debeat intelligi de maſculis.*

44 *Iudicia ſunt menſuranda ex iure nobis competenti, non ex alieno.*

45 *Fœmina an ſuccedat in feudum, ſi illud recipiens eſt maſculus, & de ea non eſt expreſſe dictum.*

46 *Conſuetudo feudalis illa attenditur, quæ fauorabilior eſt.*

47 *Et illa, quæ excludit fœminas, eſt exorbitans & ſtricte interpretanda.*

48 *Fœminæ non ſuccedunt in feudo recto.*

49 *Ius auctoris regulariter tranſit in ſucceſſorē.*

50 *Fœmina quomodo admittatur ad ſubfeudum, maſculo non extante.*

51 *Exempla non reſtringunt legem.*

52 *Conceſsio continet omne ius, quod habet concedens de iure, & de conſuetudine.*

53 *Conceſsio cenſetur in dubio facta de toto ſuo iure.*

54 *Et res debent eſſe apud eum, cui ſunt conceſſæ, quomodo ſunt apud concedentem.*

55 *Vaſallus ſecundus, an teneatur recognoſcere præſtationes à primo domino, quæ debentur à ſubuaſſallis ſuis.*

56 *Lex eadem, an ſit ſeruanda in ſubinfeudatione, quæ in prima conceſsione, ſiue agatur de præiudicio domini, ſiue non.*

57 *Et quomodo intelligantur multa iura feudalia in hac materia ſubfeudi.*

58 *Vaſallus inueſtitus pro maſculis, & fœminis pōt eo modo ſubinfeudare, et ita feciſſe præſumitur, nec eſt credendum voluiſſe ſeruare iura feudalia, fœminas excludentia.*

59 *Fœmina ſi non admittitur ex tenore inueſtituræ, eſt excludenda.*

60 *Fœminæ admittuntur ad feuda ex conſuetudine regni Siciliæ.*

61 *Conſuetudo quandoque in ſcriptis redigitur, vt euenit de conſuetudine feudorum.*

62 *Conſuetudo admittendi fœminas vel excludendi ad feuda, non extenditur ad alium locum.*

63 *Vaſallus primo inueſtitus de re vniuerſali habet directum dominium, et debet ſubinfeudare æquali lege.*

64 *Si verò ſit inueſtitus de re particulari, debet dare ſi non æquali, ſaltem eadem lege, et habet dominium vtile ſubalternum ſuperius.*

65 *Subinfeudatio de parte fieri poteſt, nec dicitur res diuerſa, ſed idem feudum.*

66 *Fœminæ eo magis admittuntur ad feuda, ſi res ſunt exiguæ.*

67 *Feudo finito primi inueſtiti, finitur ſubfeudum.*

68 *Secus ſi ſecundus vaſſallus velit primo domino ſeruire, & ab eo, recognoſcere feudū.*

69 *Reſpectu vero agnatorū, aliud eſt, quib. primus vaſallus non potuit præiudicare.*

70 *Feudum ſubinfeudatum, an ſit diuiſum ab illo, quod fuit per primum dominum cōceſſū.*

71 *Et eſſe vnum feudum, non diuerſum demonſtratur.*

72 *Vaſallus ſi alia lege vult alium ſubinfeudare, priuandus eſt feudo.*

73 *Conſtitutiones Regni Siciliæ, an corrigant ius commune circa feuda.*

CONSILIVM XXXIX.

In Domino confido.

AD fauorem harum Magnificarum filiarum olim Magn. Dom. Naymi de Gonzaga, ſcriptum fuit abunde per Clariſſimum Dom. Burſatum, ex cuius ſcriptis ſaltē virtualiter poteſt colligi ſolutio dubiorum, ſubtiliter excitatorum per Clariſſimum. & Excellētiſſimum Dominum meū, Do. præſidem ſenatus Mantuæ. & Reuer. D. Vicariū Reuerendiſs. Epi Mantuæ. In quorum diſcuſſione, & diſſolutione, eo breuiori ſermone, quo potero, apertiſſime (ni fallor) iuſtitiam ipſarum tutabor, ex multis quæ omnem difficultatem effugere cenſentur, & ſubinde difficultates in motiuis propoſitis attingam, & Deo dante enodabo.

Ex pluribus itaq; arbitror iſtas Magnif. filias obtinere dſe in cā appellationis pro earū parte interpoſitæ reſpū bonorū controuerſorū. tamq̄ cōpræhenſas in inueſtituris, tam prædicto eorū pſi, quàm alijs earum anteceſſorib. factis per Illuſtriſs. Dños de Gonzaga, dños Curiæ Podij, inueſtitos de ea ab Epatu Mantuę: reſpū. n. inueſtituræ anni 1452. factæ illis fratrib. de Gonzaga, anteceſſorib. harū dñarū p illū D. Rolādinū procur. Illuſtriſs. D. Marchionis Mantuæ, tunc illius Curię Dñi, nō uideo fieri aliquā difficultatē, cū illa inueſtitura facta fuerit p hr̄dib. vtriuſq. ſexus,

ſed

ſed uideo illã fuiſſe admiſsã in ſñia lata in cã prin
cipali, prout ẽt fuerunt admiſſæ aliæ duæ inueſti-
turæ anni 1512. & 1565. factæ ſub eadem for-
ma, ſed difficultas conſiſtit in alijs inueſtituris p̃-
ſertim annorum 1528. & 1538. In quibus habe-
tur relatio ad præcedentes, an earum ſcilicet vi
gore cenſeantur inueſtiti dicti anteceſſores pro
hæredibus vtriuſque ſexus, vel pro hæredibus
tantum maſculis, ſecũdum ordinatam naturam
feudorum, pro alijs rebus non contentis in di-
ctis inueſtituris annorũ 1452. & 1512. Et in hac
difficultate cenſeo inueſtiturã factam fuiſſe pro
maſculis, & fœminis, prout in illis præcedenti-
bus inueſtituris, ad quas eſt facta relatio. in d. n.
inueſtitura anni 1528. inueſtitur Magn. D. Ant.
de Gonzaga pro ſe, & deſcendentibus ſuis ex
eo legitime deſcendentibus acceptans, & de
quibus actis, modis, & conditionibus, & in om-
nibus, & per omnia, prout continetur in præce-
dentibus inueſtituris, tam ipſi Dom. Ant. quàm
præceſſoribus, & auctoribus ſuis conceſſis, & in-
ferius etiam additur clauſula, Ad habendum, te
nen. & poſſiden. nomine feudi perpetui, & iuxta
formam præcedentium inueſtiturarum, & præ-
ſertim inueſtituræ factæ die 7. Iunij 1452. quam
ibidem præſentauit, in inſtrumento uero inue-
ſtituræ anni 1538. confirmantur aliæ inueſtitu-
ræ, anni 1528. & 1532. & ſubinueſtitur, vel ſub-
infeudatur ipſe Dom. Ant. pro ſe, & hæredibus
ſuis ex eo legitime deſcendentibus, & iuxta ſeriẽ
præcedentium inueſtiturarum.

His ſtantibus, cum ſit facta relatio in dictis ul
timis inueſtituris, ad d. Inueſtituras antiquas,
præſertim anni 1452. & 1412. in quibus compre
henduntur fœminæ, proculdubio etiam d. inue-
ſtituræ ſequentes cenſentur pariter illas com-
præhendere, ex quo reſpectu ipſorum deſcendẽ
1 tium, ad ipſas † relatio habetur, ex vulgata regula,
relatum eſſe in referente cum omnibus ſuis qua
litatibus. l. aſſe toto. de hær. inſti. & hoc vere, &
naturaliter, ac proprie, cum quicquid contine-
tur in termino, ad quem fit relatio, contineatur
in termino referente, ſaltem implicite: Et qui ex
plicat nihil noui facit, ſed diſcooperit, ut pul-
chre Bal. declarat in conſil. 212. ea quæ ueniunt.
in 5. uolum. quem moderni ſæpiſſime referunt,
& ſequuntur, & præſertim Dec. conſiſilio 647.
numero tertio. & Crauet. conſilio 45. numero
4. Et quando fit relatio ad aliquod inſtrumen-
tum præcedens, cenſentur omnia in eo conten-
ta in ſecundo deſcripta. Bero. conſil. 140. nu. 35.
& 36. 2. uolum. & in propoſito, quando eſt facta
relatio ad alias inueſtituras per ſimilem clauſu-
lam, ut conceſſio intelligatur cum omnibus pun
ctis, & clauſulis, prout ſe habebant conceſſiones
factæ a maioribus, & progenitoribus, &c. q cen-
ſeatur facta ſingularis, & expreſſa mentio om-
2 nium contentorum † in primis conceſſionibus,
tradit Alex. in conſilio 30. quoniam omne da-
tum. 3. colum. verſiculo, & ita etiam colligitur,
in primo uolumine, duplicato in conſilio 2. in
quinto, Brun. in conſilio 78. numero 8. vbi fue-
rat facta inueſtitura, modis quibus anteceſſorea
fuerant inueſtiti, Rimi. conſilio 96. numero 12.
Pariſ. conſilio. 5. numero 6. 9. numero 24. & 25.
22. numero 9. 10. & 23. numero 66. primo uolu
mine. in quibus loquitur ad propoſitum, quan-
do in poſterioribus inueſtituris habetur relatio
3 ad priorẽ. Idem † de dicta clauſula, dictis modis,
& forma, de quibus, &c. ſcribit Soci. loquens
tñ in ult. uoluntate. in conſ. 73. nu. 9. 4. uol. Rol.
a Val. in propo. in cõſ. 32. nu. 5. & 6. in 3. Vbi lo
quitur, qñ fuit facta conceſſio his modis, & for-
mis quib. anteceſſores fuerunt inueſtiti, idẽ tra-
dit Pet. Ant. Anguſſo. lib. 7. ſuorum conſil. in quo
agit de feudis, in cõſ. 2. nu. 20. & 25. Vbi de clau
ſula, eo modo, & forma, & his conditionib. &c.
& in conſi. 3. nu. 27. Vbi loquitur propius ad ca
ſum noſtrum, in clauſula, ſecũdum modũ, & for-
mam contentorum in prioribus inueſtituris, &
prout in eis continetur, & idem Menoch. in cõ
ſil. 1. nu. 82. & ſeq. Vbi fuerat dictum, modo &
forma, quo, & qua illius prædeceſſores obtinue
runt. Et q veniant fęminæ in huiuſmodi inueſti
4 tura p p relationẽ † factam ad alias inueſtituras,
in quib. cõpręhendebantur, trad. Oſaſch. in deci.
Pedem. 23. nu. 41. Vbi fuerat dictum, Modis, &
formis ſupra ſpecificatis. Quod tanto clarius
procedit, cum in d. inueſtit. anni 1528. fuerit ẽt
5 addita illa † clauſula, & in oĩb. & per oĩa. de qua
per Doc. in l. 1. de leg. 1. ubi Rip. nu. num. 1. dicit
importare, ut omnium una, et eadem ſit natura.
et nu. 5. loquiť. in inueſtit. facta de feudo, ut in
oĩb. et per oĩa ſapiat naturã antiqui, et p̃ni fedi:
et dicit Sigiſ. Lofre. in cõſ. 11. nu. 19. et 20. q eſt tã
6 tæ importantiæ, ut inter † duo ſubiecta non ſit ali
qua differentia. et quòd importent totalem ef-
fectum in feudo, tradit Grat. conſ. 6. num. 17. 1.
vol. ſicut operatur effectum indiuiduæ expreſ-
ſionis et approbationis. Pariſ. conſ. 26. num. 42.
2. vol. Et ſine vlla diminutione, et omni reſpectu,
Soc. iu. cõſ. 124. nu. 8. 1. vol. de qua clauſula ẽt in
alia materia ſcribũt Pariſ. cõſ. 71. nu. 7. et 103. nu.
11. et 12. in 1. uol. et Rol. in conſil. 67. nu. 41. cum
plurib. ſeq. in 3. vol. et nouiſſime Borgni Caual-
ca. in tract. de vſufru. muľ. reli. num. 55. Vbi dicit
clauſulam ipſam, importare, ac ſi de oĩb. et ſingu
lis fuiſſet facta mentio ſpecialis, et expreſſa, quia
nullo modo reſtringuntur, ſed vniuerſaliter uer
ba operantur.

Apparet igitur ex his omnib. inueſtituram an
ni 1528. factam fuiſſe ſecundum modum, et for-
mam inueſtituræ anni 1452. et ſic pro maſcu-
lis, et fœminis, et per conſequẽs in ea cõpręhen-
di ſecundum eã formam omnes res datæ in no-
tam de anno 1535. quæ dari debent in ſcriptis
ex pacto, ut in ipſa inueſtitura dicti anni 1528
ad inſtantiam domini. Quibus additur quo,

cum in d. Inueſtitura anni 1452. conſter, prædictos fratres de Gonzaga fuiſſe inueſtitos, & ſubinfeudatos in feudum honorificum, ad quod etiam admitti debent & poſſunt fœminæ, cum idem importet, ꝙ feudum francum, Calde.poſt Io.And.per eum citatum.in conſi.7.tit.de feud. Alex.conſil.30.præallegato,col.pe.in 1.& in cõſi.98.nu.16.in 6. Paris de Put.in tracta.de ſeud. reintegrat.in c.eſt amodo, nu.7.& 8. fol.64. Iaſ. in prælud. in 8.diſt.nu.114.& Feder. Schench. in cap.1.§.in primis,pe.pag.in qui.cau.feu.amit.
Feudũ autem francũ† ad fœminas tranſire indu
7 bitati iuris eſt.Paris de Put.d.num.7.8.Iaſ.d.diſ.
nu.117.118.Fely.in c.quæ in eccleſiarum.num.
72.vbi dicit, tranſire in eccleſiam, & quod de eo poteſt teſtari, ut etiam uoluit Iaſ.in dictis numeris,Cur.iun.in tract.feud.3.par.5.limit.nu.5.
* vbi atteſtatur de communi,* quamuis ipſe dubi
ter. Rui.conſil.18.num.15.&16.24.num.9.ver.& ſimiliter feudum. & 38.nu.7. in 1.Iul.Clar. in 4. lib.ſuarum ſententia.in §.feudum.q.12.&in terminis hanc ſententiam dicit communem, Menoch.in conſil.65.nu.32.tale enim feudum non
8 habet propriam† naturã feudi,Pet.Rebuf.in de-
clarat.arbor.feud.14.diuiſ.& Io.Thom. Mari.d. trac.tit.hab.de feu.nõ 19.propr.nat.feu.nu.12.
Reſpectu uero inueſtituræ anni 1538. fit inueſtitura Dom Ant de Gonzaga, confirmando præcedentes inueſtituras pro ſe, & ſuis hæredibus ex eo legitimè deſcendentibus, & iuxta ſeriem præcedentium inueſtiturarum, quę clauſula operatur, ut tenor earum cenſeatur inſertus in hac referente, per ea q̃ ſupra abunde cõprobata fuere. & certum eſt ꝙ relatio quæ fit in dictis inueſtituris ad pręcedentes, fit reſpectu hęredum inueſtitorum, non terrarum, vel rerum, cum clauſula ipſa non poſſit referri ad res, de quibus adhuc non eſt facta mentio in eis, & de quibus fit alia diuerſa diſpoſitio, ſ. quòd debeant dari in ſcriptis, cũ ſuis confinib.& ut in eis. relatio enim non põt fieri ad aliam clauſulam, q̃n diuerſa rõ poſſet aſſignari, ẽt ſi clauſula ſit in fine poſita, ut ſi diuerſa ſint negotia, uel ponit̃ clauſula acceſſorie, in cõtextu unius cap. quia ad illud tm̃ reſtringitur, & q̃n unum capitulum habet ſuas clauſu-
las ſeparatas, & † qualitatem determinatam, ut
9 hæc omnia hñr per Dec.in d.c. ſecũdo requiris.
num 9.in 1.2.& 3.exemplo. de appel.late Ant. Gabr.lib.6.tit.de clauſul concl.9.nu.3.1.limita. in 4.nu.8.in 7.nu.11.In 14.nu.20. in 18.nu.27. ſicut etiam fit, quando non poteſt fieri ſaluara tione rectiſermonis, vt per eum illic, in 22.limit.

Cum itaque apertiſſime conſtet inueſtituras ipſas dictorum annorum 1528.& 1538. quæ cõprehendunt bona controuerſa, cenſeri factas ẽt pro fœminis, non eſt dubium, ꝙ ex quo non ex-
10 tant maſculi, illæ debent ſuccedere.c.1.§.fin.de
ſucceſs.feu.c.1.in princ.verſ.ad filias.de ſucceſs. frat.uel grad.ſucced.in feud. & §.hoc autem notandum.ubi latè Feder.Schench.in titu.1.de his qui feu.da.poſ.& c.1.in princ. de natu. ſucceſs.
11 feu.trad.Ale.in terminis, quando eſt dictũ, † pro
hæredibus vtriuſque ſexus, in d. conſil.98. nu.9. in 6.Curt.iun.d.3.par.nu.1.& 18. Pariſ.conſ.12. nu.33.in 1. Grat.conſ.9.num.154.1.uolum. &
12 hoc caſu valere pactum† fœminas admittens in
dubitatum eſt, Rol.a Val.conſil.16. num.13.3. vol.Clar.in d.§.feudum.q.73.uerſic. Item quæ-
13 ro, quid ſi fœmina, & tale feudum eſſe † fœmi-
neum, voluit Io. Thom. Mari.in ſuo tracta.feud. tit.11.de feu.fęmi.ſeu mater.num.13.& ſeq. fol. 104. & Io.Bap.Vincemal. in conſil.1. num.6. & ſeq.& num.65.& ſeq.inter conſil.feud.noue im
14 preſſa. tenorem autem inueſtituræ in primis† at
tendendum eſſe vulgatiſſimum eſt, c.1. de duo. fra.a capi.inueſti.ubi Bald. & idem Bal.in conſil. 207.num.2.in 2.Afflict. in c.1. quid ſit inueſtitura.nu.19.Iaſ.qui poſt Mart. Laud.dicit hoc eſſe vnam maximam in feudis, vt tenor inueſtituræ ſit inſpiciendus, in conſilio 114. num.4. in 1.& 136.num.2.in 4. Grat.conſil.2.num.62. in 1. & alij plures quos conſulto omitto. Et licet forte In nouis, vel nouiſſimis inueſtituris aliter dictum fuiſſet, antiquis, & non nouis inueſtitu-
15 ris † ſtandum eſſet. Bal.conſil.215. proponitur.
numero 4.in 2.vbi loquitur ad propoſitum noſtrum, Brun.conſi.1.num.83.& 78.num.6.Pariſ. conſilio prædicto 23. numero 63. & ſequen.& conſilio præcedenti, numero 8.& ſeq.1.uolum. Laur. Syiua.in tract.de feud.recogni.quęſt. 38. late Tiraq.de Retract.titulo 1. §.32.gl.uni. numero 39.Ferrer.conſilio 40.num.6. & 119.numero 4. & ſeq. Nam illæ non facerent præiudicium fœminis, niſi ex certa ſcientia per partes
16 fuiſſent† alteratæ, & à primis conſultò receſſum.
Caſtr.conſil.142.uidetur dicendum. numero 3. ſecundo volum. Dec.conſil.193.num.4. & 263. num.3. Zaſ.de feud.6.par.qualiter feud. conſtit. num 23.& 12.& vltima par.16.conclu.numero 41.Rol. conſil.2. numero 40. & 50. numero 61. & ſequen.3.uolumine. opinionem etiam Bal. in d. conſilio ſequuntur Dec. in conſilio 464. numero 27.Cur.iun.d.tracta.2.par.7. quæſtio. numero 42. Rip.in capit.1.numero 48. 1.libro reſponſorum, & Io.Tho. Mari.in titulo, de feud.fęmi.præallegato, 30.quæſtio.numero 54.fol.112. quamuis in omnibus inueſtituris mihi exhibitis, quæ fuerunt duæ acceptæ per Magnificum Dominum Naymum, de annis 1560. in qua fit mentio de bonis datis in notam de anno 1535. & 1570.fuerit facta ſemper inueſtitura pro hæredibus in præcedentibus inueſtituris uocatis, quo caſu illæ omnino ſine dubio ſunt attendendæ, quia ſi in dubio, & quando non eſt facta relatio ad præcedentes quando conſtat de anti-
17 qua inueſtitura, præſumitur ſequens facta ſe-
cundum conditiones appoſitas in prima Curt. iun.poſt Caſtr.per eum citatum in dicta 2. par. num.

nu.44.& noua declaratur per antiquam, ut ad-
mitti Rui.in conſ.187.num.1. in 1.uol.& in ter
minis Pariſ.d.conſ.23.nu.63.& ſeq.in 1.tanto
magis,qñ ad antiquas eſt expreſſe facta relatio.
His additur ꝙ qñ feudum nouum conceditur
ſub commemoratione antiquarum inueſtitura-
18 rum,non eſt feudum † nouũ,Bru.poſt alios,quos
citat,in conſ.78.nu.8. & 79.nu.5. & qñ feudum
nouum cõceditur in inueſtitura iure antiqui feu
19 di,aſſumit qualitates † antiqui, Alexã.d.conſ. 30.
col.3.ver.fortius dixit.in princ.poſt Bal. illic cit.
Iaſ.conſ.136.col.3.ver.moueor in pri.ad fi.nu.1
* & col.ſeq.in 4.quam opi. dicit cõem *Clar.in d.
§.feudum.q.8.ver.ſed hic occurrit. & tenet Rol.
in conſ.60.nu.16.17.& ſeq.& nu.38.& 46.in pri.
& conſ.16.nu.21.in 3. Et cum in d.vlt.inueſtit.
an.1570.fuerit facta inueſt.reſpectu rerũ cõpre
hẽſarũ in inueſtit.anni 1558.pro hæredib. maſcu
20 lis tm̃.cenſeẽ in reliquis,ẽt,p fęminis † conceſſa.vt
arguit Soc.conſ.10.nu.7.inter conſ.Bru.& gemi
natio inueſtiturarum arguit maiorem delibera-
tionem.Grat.conſ.9.num.181.in prin.& Rol.2.
nu.167.in primo.Et hoc fundamentum,iudicio
meo,eſt incõcuſſum,& ponit gladiũ (quod aiũt)
ad radicem,quia ſi datum ſit feudum pro maſcu
lis,& fęminis expreſſe,quod non negatur in du
bijs fieri poſſe, non eſt quærendum aliter,an in
dubio cenſeatur facta conceſsio ſecundum na-
turam feudi, & ſic fęminæ cenſeantur excluſæ.
Nec puto fieri poſſe dubium, prout etiam non
vidi fieri in motiuis,in mandatis enunciatis in d.
inſtr̃is inueſtiturarum antiquarum,quæ fuerunt
admiſſæ, vt ſup.tum quia fuere producta,& ſatis
videntur expreſſa ad facien tales inueſtituras,tũ
21 quia ex lapſu 30.ann.concurrente † poſſeſs.inue
ſtitorum præſumunẽ.Brun.conſ.95.nu.3.& ſeq.
Ergo mandatum ex diuturnitate tp̃is præſumaẽ,
22 ſi in inſtr̃o ſit † enunciatum,trad.Bald.qui in ter-
minis loqui vr̃,in conſ.337.num.15.& 16.1.vol.
clarius Cagno. in l.velle non creditur. nu.21.de
reg.iu.Craue.de antiq.temp.2.par.nu.59.& 61.
Nat.conſ.526.nu.7.8.Hier.de Monte,in trac.de
fini.c.105.nu.4. & Ant.Gabr.li.2.ſuarum cõcl.
in tit.de Procura.concl.9.nu.9.Sicut ẽt propter
poſſeſsionem tricennalem cum præſtatione ſer-
23 uitij,vel cenſus,præſumitur inueſtituræ † validi-
tas.Affli.dec.305.nu.12.Paris de Put.in d.tract.
in c.pone ꝙ eſt quæſt.nu.8. fol.32. Mandatum
24 ẽt probari ex verbis enunciatiuis † uoluit idem
Nat.in conſ.669.nu.1. & Ceph.conſ.90.nu.24.
25 & 152.nu.33. Et ꝙ propter obſeruantiam † ſubſe
quutam mandatum præſumatur, Alc.de præſũ.
2.reg.præſump.13.nu.2. & Hier.d.ca.105.nu.2.
& ſeq.Et quando non habuiſſent mandata legi-
tima procuratores,præſumeretur ſaltem ꝙ cer-
26 tiora ſſent dominum, cum de facto † graui,& ar-
duo ageretur, Rim.conſ.481. nume.7. Crauet.
conſ.40.nu.3.& Gram.deciſ.103.nu.35.Et non
27 contradicendo dominus † cenſetur prorogare
mandatum, & rata habere geſta per procurato
rem.Ceph.conſ.272.nu.110.& 112. Et cum in-
ueſtituræ fuerint de nouo confirmatæ,ceſſat om
nis ſcrupulus.Rol.d.conſ.2.nu.167.

Secundò circumſcriptis dictis inueſtituris ex
alio d.D.Filiæ ueniunt admittendę ad feuda prę
dicta,cum talia feuda fuerint empta,& acquiſita
pecunia mediante,& tit.oneroſo per eorum pa-
trem, vel auũ, aut alios anteceſſores: in talib.n.
28 feudis fœminam † ſuccedere voluerunt Bald.in
c.ſignificauit.nu.1.de reſer.Iaſ.in conſ.152.nu.3.
2.vol.Dec.conſ.424.nu.14. Brun.conſ.14.nu.2.
Curt.iu.d.trac.d.3.par.6.limi.nu.6. Rui.cõſ.25.
nu.13.2.uol.Cozad.cõſ.56.nu.19. Pariſ.conſ.4.
nu.38.39.in primo.Clar.in d.q.73.ver.ſed quid
in feudo empto.vbi tñ id tenet procedere in du
bio, niſi inueſtitura ſit expreſſe accepta pro ma
ſculis,& ſupra in q.16.idem tenet Mari. Frec. li.
3.de feud.uer.33.nu.3.fol.27.

Tertiò,cum pro iſtis feudis nullum præſtetur
ſeruitium perſonale, ſed tantummodo quidam
cenſus annuus,uel decima ſoluatur, quod poteſt
præſtari,& ſolui ẽt per fęminam in talibus feudis
poteſt ẽt admitti fœmina, cum ceſſent rationes
29 quibus † a feudo arcentur,Bal.Aluar. Affl.nu.13.
& Feder.Senenſ. nu.1.in c.1.§.qui nẽt,in tit.ep̃m
uel Ab.Rom.conſ.357.circa primum. nu.12. &
illic in addi.Mãdoſ.Dec.d. conſ.424.nu.14. Rui.
qui propriè loquitur in feudo,pro quo ſoluitur
annuus cenſus,in d.conſ.24.nu.7. & 8.1.uol.17.
nu.10.eo.uol.& 25.num.13.in 2. Rim.conſ.305.
nu.24.Pariſ.d.conſ.4.nu.18.& ſeq. Fede.Scẽch.
in c.1.§.in primis,ubi pulchrè loquitur.in quib.
cau.feu.ami.Clar.in d.q.73.uer.ulterius quæro.
& ver.ſeq.vbi dicit ab hac opi. non eſſe receden
dum, Duen.qui plures citat,in reg.309.in 9.li-
mit.lo.Thom. Mari.in d.tit.11.5.fall.nu.20.& li
cèt aliqui dubitent propter iur̃m fidelitatis,qđ
30 vr̃ obligare † ad ſeruitium perſonale. tñ opin.
** iſta ẽt eo caſu procedere, uerior vr̃,& cõior **
ut per Pariſ.d.conſ.nu.22. Ceph.conſ.151.nu.
34.& Menoch. latè d.conſ.65.nu.15.& ſequen.
& ferè per tot.

Quarto præſupponitur in facto ꝙ cõſuetudo
ſubinfeudandi d. curiam Rodij, ſit pro hæredib.
utriuſque ſexus, licet ẽt aliqñ fiat pro hæredib.
ſimpliciter,prout ex plurib. inſtr̃is inueſtitura-
31 rum ſub ea forma factarum,comprobari † talis
conſuetudo poteſt.Bal.in l.1.ante ſi C.ad Velle.
Fel.in c.inter dilectos.nu.11.de fi.inſtr. Dec.con
ſi.11.nu.9.uer.ad hoc fundamentum.& in conſi.
163.nu.8.uer.& cum talis conſuetudo. & Curt.
ſen.conſ.106.nu.6. & in cauſa iſta nõ video fuiſ
ſe factam inueſtituram pro maſculis tm̃, niſi pro
32 nonnullis paucis terris,& certum eſt † ꝙ attendi
tur conſuetudo quæ frequẽtius obſeruatur. De
ci.d.conſ.11.nu.12.uer.ſecundò reſpondetur.&
Bero.conſ.87.nu.21.in 3.uol. Qua conſuetudine
præſuppoſita, illa dat intelligẽtiã inueſtituris du

bijs,& ſimpliciter factis,cum inueſtitura cenſea
33 tur facta † ſecundum conſuetudinem loci.Par.
conſ.13.nu.30.& ſe.& in terminis, conſ.21.nu.
48.j.volum. Quod autem conſuetudo ꝙ fœmi-
næ ſuccedant in feudis,ſit præponenda conſti-
34 tutionib. feudalibus,†non eſt dubitandũ.Alex.
d.conſ.98.nu.9.in 6.Pariſ.d.conſ.22.num.13.&
14.Affli.in tit.ex qui.cau.feu.ammit.nu.206.&
ſeq.Fede.Schench.in c.1.§.hoc autem notandũ.
in tit.de ijs qui feu.da.poſ.nu.4.ver.4.argu.c.ſi-
gnificauit.de reſcript.& ibi dicit ꝙ conſuetudo,
reducit ſtatum fęminarum ad ius cõe. Cur.iun.
d.3.par.nu.10.8.fall.Duen.d.reg.309.in 1.limi.
Clar.in d.q.73.ver.ſed quid ſi adſit conſuetudo
Io.Thom.Mari.in d.tit.de feu.fœmi.ſeu mater.
9.limi.nu.23.Bero.conſ.77.nu.30.& ſeq.1.uol.
Rol. a Val.conſ.16.nu.18.& 19.& 79.nu.68.in
3.vol.Menoch.d.conſ.65.nu.34.

Quinto,cum ipſi Illuſtriſ.Dñi de Gonzaga in
ueſtiti fuerint de ipſa curia ab Ep̃atu Mantuæ
pro ſe,& ſuis hæredibus utriuſque ſexus, & ipſi
alios inueſtiuerint, vel ſubinueſtiuerint iure feu
di de aliquib.partib.d.curię,cenſentur in dubio
inueſtiuiſſe & ſubinfeudaſſe etiam pro hæredib,
utriuſque ſexus, ſecundum modum,& formam
35 ſuæ inueſtituræ,cum vaſallus non debeat † alia
lege dare feudum, uel ſubinfeudare,niſi qua ip-
ſe habeat,ut eſt text.in §.ſimiliter. in uer.profe-
cto. in tit.de l. Conra.& illic Iſer.Bald.& alij, &
ibi Paris de Put.col.pe.dicit ꝙ poteſt rem ſubin
feudare,dummodo ea lege det,ut ipſe habeat.&
Afflic.nu.12.& dicit glo.in §.beneficium.in tit.
ſi de feu.defun.conten.ſit inter dom.& agn.vaſ.
ꝙ nõ debet dari alia lege,niſi qua ipſe habet,vbi
idem tenet Feder.Schench.Afflic.in c.1.§.præ
terea.nu.17.poſt gl.ꝙ infeudatus poteſt infeuda
re ſine fraude eadem lege qua ipſe habet,& non
aliter,de capi.Conra.& illic Pet.de Raue.pag.2.
idem dicit ꝙ debet infeudare eadem l. qua ipſe
habet,& non aliter,& ibi Mart.de Laud.ꝙ eodẽ
pacto quo ipſe habet in feudum, & idem dicit
Pet.de Raue.in §.illud quoq. pag.1. in ti.de pro
hi. feu. alie. per Feder. dummodo ſubinfeudet
eiſdem modis quib. ipſe habet, Iac.de S.Geor.
in tract.feud.in ver. ita etiam ꝙ dicti vaſalli.nu-
me.3. ubi tertio loco exigit, quòd ſubinfeudet
36 † ſub eiſdem pactis, & conditionibus,ſub quib.
tenebat ipſe feudum, Cur.iu.in d.trac.de feu.4.
par.1.reg.nu.83.ver.tertium eſt requiſitum. &
Clar.in d.§.feudum.q.32.ver.ſcias tamen.

Poſtremo,quia uidi in inſtrumento inueſtitu
ræ anni 1570.fuiſſe conceſſam prædicto D.Nay
mo licentiam teſtandi de bonis feudalib. per q.
Illuſtriſ.Do.Maximilianum, & ſucceſſiue q.Illu-
ſtriſs.D. Galeatium Gonzagam inueſtitos de d.
curia Podij, & ipſe fuerit teſtatus, & diſpoſue-
rit de bonis feudalib. in dictas ſuas filias,reſpe-
ctu rerũ cõpræhenſarũ in dicta licẽtia,caſus nõ
vr̃ habere aliquod dubiũ.ſiue teneamus hoc feu
37 dum eſſet ſeculare,ut Abb.not.in c.exhibito.5.
not. num.4. de fo. compet. ſiue eccleſiaſticum,
inſpecta prima illius originali cã,natura,ac origi
ne, ab eccleſia. quod fuit ſequutus idẽ Abb.ibi,
38 num.6.quia ſi eſt ſeculare,ſufficit licẽtia data†a
domino immediato, licet nõ habuerit effectum
ante mortem domini,per tex.In c.1. qui ſucceſ.
tene.& in §.morib.in tit.ſi de feu.defun.cõten.
ſit int.dom.& agn. vas. Paris de Put. d.tract.de
Reintegr.feud. §.qñ conceduntur, num.5. cum
ſeq.pag.55. de quo & per Affli. deciſ.128. quo
fit, vt licet prędeceſſit Illuſtriſs.Dom.Galeatius,
39 qui licentiam† conceſſit, & ante eũ Illuſtriſs.D.
Maximilianus,non ꝓpea expirauit licẽtia, & ad
hoc ſeruiunt trad.per Nat.in conſil.647.& Do.
Burſat.in eadem cauſa,in conſilijs 29.& 30. qui
reſponderunt in illa ciuitate Mantuæ,valere ta-
lem licentiam,quæ etiam viuente concedente
nõ habuit effectum: ſi uero teneamus aliam opi
nionem Abb.d.nu.6.quæ verior ur̃, cum feudũ
hoc ꝓp licentiam ſubinfeudandi potius cenſea
tur conceſſum a primo quam a ſecundo dño. vt
inferius dicetur,& tunc quia adhuc Reuer.Ep̃s
viuebat tp̃e conditi teſti,& mortis D.Naymi,de
plano procedit conſult.& opi.Nat.& d.Burſ.
quæ alioqui habet controuerſiam, contra quos
conſuluit Hierony.Gabr. in conſilio 83. vt die-
bus præteritis ſcripſi, ſequendo eius ſenten-
tiam in alia cauſa vertente in eadem ciuita-
te Mantuæ.

His ſtantib.fundamentis corruũt omnia mo
tiua propoſita,quæ pro maiori parte reſpiciunt
tantummodo quintum fundamentum, quod
ego etiam facile ab illis defendi poſſe arbitror.

Et primo non obſtant iura,quæ prohibent fę
minas ſuccedere in feudis cuiuſcumq. generis
ſint,vt tangitur late in dubijs,ꝙ ea ſit natura feu
dorum, & ꝙ debet oſtendere pactum in contra-
40 rium vt in eis, quia admittimus † regulam eſſe
veram generaliter,tamen fallit in caſibus de qui
bus ſupra in noſtris fundamentis,quæ non repe
tam,cum ſupra videri poſſint. Et admiſſo etiã ꝙ
regulariter non admitterentur in ſubfeudis da-
tis a primis uaſallis, pariter limitationes ipſæ,
quæ conueniunt principalibus feudis,locum ſi-
bi uendicant in ſubfeudis,& tanto magis qñ do
minus concedit feudum primo uaſallo pro ma-
ſculis & fœminis, quo caſu eadem lege ſaltem
in dubio ipſe prior vaſallus concedere cenſe-
tur,ut inferius comprobabitur.Quod autem di-
citur ampliando regulam hanc fœminas exclu-
dentem, etiam procedere tametſi primus ua-
ſallus fuerit inueſtitus pro maſculis & fęminis,
quia non eo magis in ſubfeudo ſuccedunt fęmi
næ,vt in capitulo primo.§.filia vero, de ſucceſs.
41 feu.cum attendatur tenor† inueſtituræ reſpectu
recipientis, non concedentis,qui tenor inueſti-
turæ ſemper eſt attendendus.Bal.in c.1. per illũ
tex.de duo. frat.à capit. inueſti. & hoc propter

natu-

naturam rei, ſecundum quam recipiens uř rece
piſſe. Bal. in d. c. 1. in fi. nu. 3. de ſuc. feu. Nõ ꝓbāt
intentionẽ partis aduerſę q̃a primò tex. in d. §. fi
lia vero, non loquitur in ſub feudo facto per va-
ſallum inueſtitum etiam pro fęminis, qui eadẽ
lege debet ſubinfeudare, vt ſupra in 5. fundamẽ
to cõprobatum extitit; in tãtum quòd multi ex
Doct. illic citatis tenent q̃ aliter ẽt non poſſit,
& ſaltem in dubio nõ poteſt negari eadẽ lege, &
forma cenſeri ſactam ſubinſeudationem. Nec
Bal. in d. locis aliter dicit, vnde cum a prin. ſue-
rit cõceſſum feudum etiam pro fęminis, nec ap
pareat mutata eius natura in ſubinfeudatione,
fęmina etiam in eo debet ſuccedere, quia atten
ditur prima, & originalis eius natura, ſicut qñ à
principio feudum eſt conceſſum fæminæ, fæmi-
42 na ad ſucceſſionem † admittitur. c. 1. de nat. ſuc
ceſ. feu. c. 1. de fæmi. Cur. iun. d. 3. par. 3. limit. nu
3. Clar. d. q. 73. ver. præterea quæro, Io. Tho. Ma
ri. d. tit. 11. nu. 12. 14. Alcia. qui loquitur in Illu-
ſtriſſima Ducissa Mantuæ, in conſil. 162. nu. 12.
Rol. conſilio 76. numero 7. & 9. Menoc. d. con-
ſil. 65. num. 7. 9.

Ex his ẽt tollitur ſecundum dubium, de tex.
in §. præterea, ver. item ſi vaſallus, in tit. quid ſit
inueſtit. ubi loquitur in diuerſo caſu, nempe in
q. qñ non conſtat quõ fuerit conceſſa inueſt. va
ſallo, quod hic cõſtat, quia primò fuit facta pro
maſculis, & fęminis, 2. ſecundũ partẽ aduerſam,
ſimpliciter, quod falſum eſt, tu ſupra in 1. fundõ
oſtẽſum fuit, ſed hæc ſimplex, & dubia dẽt intel
ligi, ſecũdum primam ſactam a 1. dño, ut ſupra,
quo fit, ut ſi ille text. etiam loqueretur in ſubfeu
do, nihil obeſſet.

Sicut etiam ceſſat & tertium motiuum atten-
dẽdum eſſe morem regionis. qui ſi varius ſit, qđ
minimum eſt, ſequendum eſt, l. ſemper in ſtipu-
lationibus, de reg. iur. & natura feudi, quæ fęmi-
43 nam † non admittit, de iure ſtricto. etiam ſi feu-
dum ſit conceſſum fęminæ, pro ſe, & hæredibus,
quia debet intelligi de maſculis. c. 1. §. et ſi clien
tulus, de aliena. feu. & ut dř in c. 1. de benefi.
fęmi. ubi gl. & Iſer. ſũmus Feudiſta, licet aliud de
æquitate ſtatuatur, ex quo duo colliguntur, alte
rum, q̃ ſit reſpiciendum ad tenorem inueſtitu-
44 ræ eius qui recipit feudum, non † concedentis,
ex quo ex iure nobis competenti non ex alieno
iudicata ſunt menſuranda, arg. l. ſi vnus. §. ante
omnia, de pact. ubi pactum cum vna perſona nõ
extenditur ad aliã, & in materia feudali eſt text.
in terminis in §. quin ẽt. Epm vel Abb. Alterũ,
q̃ vbi recipiens eſt maſculus, ſine dubio in illius
45 ſucceſſione fæmina † non ſuccedit, niſi ſpãliter
in inueſtitura id actum ſit, ut cantat litera ibi, ſi
cut & ſi datum eſſet filio maſculo, cum in illo
tex. eſſet dubitatio, an eadem regula ſeruanda fo
ret, qñ feudum ab initio erat fęminæ cõceſſum,
& ſic erat ſui origine fęmineum in perſona reci
piẽtis, Nã primò quo ad morem regionis, cũ cõ
ſtet frequẽtius fuiſſe ſeruatum, q̃ fęminæ admit-
tantur, ut ſupra in 4. fundõ deductum fuit, ſtan
dum eſt conſuetudini admittenti, & hoc ſufficit,
ſi in facto verum eſt, ut præſupponitur, & atten
46 ditur illa cõſuetudo quæ † fauorabilior eſt. Rol.
conſil. 69. nu. 49. in 2. & cum conſuetudines feu-
dales excludentes fœmina ſint exorbitantes, &
47 ſtrictę † interpretandæ, Gozad. conſ. 8. nu. 27. &
Io. Thom. Mari d. ti. 11. nu. 28. potius attenditur
conſuetudo quæ illas admittit, quàm quæ illas
excludit. Quo vero ad naturam feudi illa ceſſat
ꝑ ꝑ tot rõnes ſupra deductas, quæ illam limitãt,
& præſertim ex hac, ſuper qua dubitatur, quia
cenſetur facta ſubinſeudatio ſecundum naturã,
& formam infeudationis, nec d. §. & ſi clientu-
lus, loquitur in alio feudo quam in recto, in quo
48 fœminæ † non ſuccedunt, ut per glo. ibi, in ver.
reuertitur. text. uero in capitulo primo, de be
nef. ſeu de feu. fęmi. in prin. etiam nõ obeſt, cum
* opi. Ober. & Gerardi, cõmuniter * approbetur a
Bal. & alijs, magis cõiter, quæ probatur eo tex.
& inepta eſt illatio quam tenẽtes aduerſam par
tem illic faciunt, vt per Feder. Schench, qui illic
rem optime declarat aduerſus gl. & Iſer. & ſupra
ex tot celebriũ Doct. auctoritatib. comprobatũ
eſt fęminam in feudo fęmineo, & a principio fę-
minæ conceſſo admittendam eſſe, quo fit ut ex
eo tex. nõ poſſit colligi, uel potius erui id quod
dř in dubijs, reſpicien. eſſe ad tenorem inueſtitu
ræ recipientis, quia qñ ſui natura feudum eſt fœ
mineũ inſpicitur illa originalis natura, & cauſa,
& qñ non alteratur in ſubinfeudatione, illa ſem
per eſt ſeruanda, & tunc dicitur competere ius
recipienti ex iure proprio ſibi conceſſo, quod
debet interpretari ſecundum conceſſionem fa-
ctam ſuo auctori à quo cauſam habet, ſicut etiã
49 in ſucceſſorem tranſire ius † auctoris regulariter
videmus, ad trad. in l. ſi tertius. §. 1. ꝑ Bar & alios
de aqua plu. arc. & quicquid ſit, cum uaſallus nõ
dẽat dare feudum, niſi ea lege qua habet, ſi con
ſtat ſimpliciter dediſſe, non uideo quõ, & qui-
bus ll. probetur cenſeri dediſſe aliter quam ipſe
habuiſset, quod multi negant, ut ſupra. Nec tex.
in d. §. quin etiam, loquitur in hoc caſu, uel facit
contra hanc noſtram partem, quinimmo fauet
potius, cum ex eo pacto fæmina † maſculo nõ ex
tante admittatur, quod cõuenit caſui noſtro. Et
cum in caſu iſto non ſit reſpicien. ad inueſtiturã
recipientis, niſi ẽt reſpiciatur ad auctoritatem,
& inueſtituram concedentis, cum debeat dare
eadem l. & forma, ut ſupra, ut probatur in §. pro
fecto, ſupra allegato de l. Conra. ubi attenditur
auctoritas & facultas q̃ hẽt primus inueſtitus, &
nõ inueſtitura reſpũ ſubinſeudati, ceſsat oĩs dif
ficultas. & licet exemplum ibi ponatur in caſu
contrario, qñ quis erat inueſtitus pro ſe, & hæ-
redib. quod de ſolis maſculis intelligitur, ut nõ
poſſit dare pro fæminis, ſeu pro maſculis, & fæ-
minis, tñ illud eſt ꝑ ꝑ rationem quæ exprimitur

51 in tex.quia non debet alia lege dare, niſi qua ip-
ſe habeat, et uulgatiſſimum eſt exempla legẽ nõ
reſtringere.l.1.§.quod uulgo dicitur.ff.de vi. & vi
arma. unde idem uĩ dicendum in caſu conuer-
ſo pp rationem ipſius legis, quæ eſt eius anima.
l.ſcire ll. de legi. cum uulg. vel ſaltem illa proce-
dit in dubio, qñ non conſtat primum vaſallum.
uoluiſſe meliorẽ cõditionem ſuam, vel dñi face-
re, ſed ſimpliciter infeudauit, & in hoc non inue
nio legẽ vel auctoritatẽ contradicentẽ, & eſt im
putãdũ vaſallo ſi non expreſſit velle fœminas ex-
cludere, q̃ tali caſu inſpecta ſua prima inueſtitura
admittuntur, nam ex eius conceſſione, venit oẽ
52 ius quod habet concedens de iure† vel de cõſue
tudine, ut ex Bal.trad.Sigiſ.Lofred.in conſil.24.
num.14. & quod concedens cenſeatur conce-
dere ius ſuum, voluit etiam Bal. in l.1.num.3 ſ.
quan.nõ pet.par.imo cũ hẽret ipſe concedẽs ius
cõcedẽdi, tã pro maſculis, q̃ pro fœminis, cenſe
53 tur in dubio conceſſio facta de toto† ſuo iure, ut
poſt Bal.in c.1.de Cap.qui cur.uend.trad.Dec.
in cõſ.292.nu.3. & res dẽt eſſe apud eum cui eſt
54 cõceſſa.qũo eſt apud† concedentẽ, ut ad propo
ſitũ trad.p d.§.profecto, qui loquitur ni his ter
minis, Pariſ.de Put.in c habens caſtrum.num.3.
fol.121.Et ex his ſatisfactum eſt ẽt rñſioni, quæ
adducitur in dubijs ad d.regulam ad d.§.profe-
cto.eum imo inſpiciendus ſit tenor inueſtituræ
concedentis, ſaltem in dubio ut ſupra compro-
batum extitit. Nec eſt verũ q̃ cenſeatur facta pro
maſculis tñ infeudatio, niſi exprimatur, q̃a imo
cenſetur concedere eadem lege, & ſecundũ eã-
dem formam, qua ipſe habuit, cũ hoc caſu ceſ-
ſet natura feudorũ, a qua eſt receſſũ per primã
55 inueſtiturã† Nec d.§.et ſi clientulus, uel Bal.in
prælud.feu.nu.46.aliter dicunt; ſicut ẽt nihil fa
cit q̃ ſecũdus vaſallus nõ teneatur recognoſce-
re a primo dño præſtationes q̃ ſibi dẽntur a ſub
uaſallis ſuis, vt p Iaco.de S. Geor.in uer. dictiq.
vaſalli, il 2.in fi.quia nõ eſt ppea q̃ nõ teneatur
dare, & non cenſeatur dediſſe eadem l.ut ſupra.
& idẽ eſt licet nõ teneatur ſecundus vaſallus iu-
rare fidelitatẽ dño, nec ad multa alia, quę tradũt
Doct.ſupra citati in 5.fundõ, quia nõ ppea põt
inferri q̃ poſſit ſecundus vaſallus alia lege dare,
vel ſaltem dando ſimpliciter, q̃ cenſeatur diuer
ſa dediſſe. Et certe oẽs argumẽtationes quæ fiũt
de diuerſitate rei, & alijs hmõi, de q̃b. in dubijs,
alio non tendunt, niſi contra tex. expreſſum di-
ſponentem ſeruandam eſſe in ſubinfeudatione
eãdem legem. cuius tamen deciſioni velle, nolle
56 ſtare oportet. Nec illa † diſtinctio, an agatur de
pręiudicio domini, necne, iure uĩ probari, vel
ſaltẽ in caſu dubio quando nõ eſt expreſſum an
voluerit ſecundus dñs recedere a lege eius in
ueſtiturę, necne, interpretatio eſt facienda vt ſe-
cunda inueſtitura ſit primę conformis.

Dum autem in motiuis etiam argumentaba-
tur, quod text. in §. profecto.ſupra citatus lo-
57 quens† de eadem lege, debet intelligi reſpectu
ſeruitiorum præſtandorum domino, de quo ſu
pra in §.ſimiliter.diſpoſitum fuerat, tametſi, pa-
rum faciat ad caſum iſtum, & ſi verum eſſet, non
poſſum admittere hanc interpretationem, cum
duo ſint diſpoſita, unum in d.§.ſimiliter, qui tra-
ctat de perſona ſubfeudatarij, vt poſſit ſeruire,
aliud in d.§.profecto, vt non det alia lege, quod
eſt quid diuerſum, & ita vtrumque exigi, tam-
quam res diuerſas, vltra tertium quod bona fi-
de, & ſincere faciat, trad.Dec. Cur.iun.Iacob.de
Sancto Georg. & plures alij ſupra citati, in d.§.
fundamento Bene tamen admitto, quod dicitur
in dubijs, poſſe vaſallum inueſtitum pro maſcu-
lis & fœminis ſimiliter inueſtire eadem forma
ſubuaſallum, nec dominum reclamare poſſe, ſed
quod non fecerit, vel feciſſe non cenſeatur quã-
do ſimpliciter ſubinfeudauit, quaſi eo caſu vel-
58 let ſeruari naturam † feudorum nullo iure pro-
batur. Nec §. & ſi clientulus, vel tex.in d.c.1. de
beneſi.fęmi.uel capitulum primum, de grad.ſuc.
in feu.mihi hoc probant, licet ſi inueſtiuerit pro
maſculis tantum poſſet forte eſſe aliqua dubita-
tio, ex quo poſſet videri facere meliorem condi
tionẽ domini. Vnde tota difficultas ſtat in hoc,
quando ſimpliciter eſt facta ſubinfeudatio, quia
tunc eſt intelligenda ſecundam primam inue-
ſtituram, vt dixi, alias non eſſet differentia, re-
ſtringere formã prædictæ inueſtituræ, vel non re
ſtringere, & ſimpliciter ſubinfeudare, quod non
uidetur iuridicum. per ea quæ ſupra ſcripta fue-
re, nec hoc caſu eſſet admitten. fœmina contra
regulas feudorum, ſed ſecundum eas. nec eſt di-
ſputan. de capite, & membris, ex conſilijs Caſt.
164.in 2.& Dec.389.num.7. cum habeamus in
hac materia alias rationes, & deciſiones propio
res ſcopo.

Dum autem etiam allegatur Mari. Frec. lib.
2.ſub tit.quis dicatur princeps. §.ſed ut uerius.
num.4.fol.100.q̃ tenor inueſtiturę ſit attenden
59 dus, & ubi ex eo† fœmina non admittitur, uenit
explodenda ſecundum regulas feudales, Corn.
conſil.16.in 1.niſi in quibuſdam caſibus enume
ratis per Rom.in allegato conſ.367.nume.12.&
illic in addit. Reſpondetur imò tenorem inue-
ſtituræ facere pro his DD.filiabus, ut ſupra, ſe-
cundum quem cenſetur facta 2.inueſtitura, &
ſubinfeudatio, nec eſt omnino contrarium natu
ræ feudi, quod fœmina in eo ſuccedat, ut idem
Cor.tradit d.conſ.col.3.uer. & præſuppono. ſi-
cut nihil facit quod hic caſus non ſit expreſſus a
Rom. & Mandos. qui illi fecit locupletiſſimas
additiones. tum quia ſatis exprimitur uirtuali-
ter, & maxime in 6.Fall.ubi agitur de feudo fœ
mineo, tum quia ſatis eſt, quod ex alijs iuribus,
& rationibus comprobetur hæc limitatio.

Quod autem ſubiungitur de conſtitutionib.
regni Siciliæ, quæ corrigunt ius feudorum, ad-
mittentes fęminas, & tamen multæ dominæ fue

runt

runt reginæ illius regni, ex quo arguitur quòd
ſuperflua fuiſſet conſtitutio ſi fęminę uigore ſub
infeudationum potuiſſet ſuccedere, prout regi-
næ infeudatę. namque cum conſuetudo illius re
60 gni admitteret fœminas, vt de ea † meminerunt
plures ex noſtris Doct. Dec. conſi. 445. num. 20.
Ioan. Thom. Mari. d. tit. 11. num. 23. 9. limit. Rol.
a Val. conſil. 42. nu. 22. in 1. & alij in alijs locis.
illa cōſuetudo fuit poſtea in ſcriptis redacta. vn
de ſicut conſuetudo corrigebat ius feudorum,
ita & conſtitutio ſuper ea facta. Nam & idem
euenit in conſuetudinibus feudorum, quæ po-
61 ſtea † in ſcriptis redactę fuere, ut ſcribunt Ioan.
Blanchi. lib. 1. feud. cap. 1. ſub num. 21. & Iacob.
Ardizo. capit. 2. tum quia non conſtat quòd re-
ges dicti regni fuiſſent inueſtiri pro hæredibus
vtriuſque ſexus & potuiſſent fœminæ inueſtiri
ex gratia a Pontificibus, quod poteſt facere do
minus, ut per Rom. d. nu. 12. ultima fallen. vnde
argumentum non concludit. Et ad id quod dici
tur de conſuetudine Montisferrati, cum ſit loci
62 diuerſi, non uenit attendenda, quia non ſe † ex-
tendit ad aliũ locum, Feder. Schench. in ti. quid
ſit inueſtitura. §. fin. in fi. Alcia. loquens in feuda
libus, in conſil. 165. num. 12. & in alia materia, in
conſi. 452. num. 13. Et cum ſupra fuerit reſpon
ſum ad interpretationem. §. ſimiliter. & §. profe
cto, quòd non contineat unum tãtum, ſed duo
quidem ſeparata, ut omnes intelligunt, nõ labo-
rabo replicando ea, quo ad concluſionẽ dubio-
rum ipſorum, ſed tantùm addam reſpectu inue-
ſtituræ acceptæ de re vtili, quòd habeat vaſallus
63 primò inueſtitus † directum dominium, ut per
Afflic. in cap. 1. §. 1. colum. pen. uer. ſed pro decla
ratione, de inueſt. de re alie. fa. & Mari. Frec. d. li.
2. fol. 98. verſic. ſed verius, quòd admiſſo, quòd
eo caſu debeat dare æquali, & eadem lege, non
tamen poſt negari, quin quando datur res parti
cularis, debeat ſi non æquali, ſaltem eadem lege
dari. per dic. §. profecto. licet hoc caſu ſubinfeu-
64 dans non habeat dominium directum, † ſed uti-
le ſubalternum ſuperius, ut Bald. trad. in c. cæte-
rum. num. 13. colum. fi. de iudi. Fely. in cap. quæ
in eccleſiarum. nume. 69. 6. declarat. de conſtit.
Cur. iu. d. nu. 83. uer. ſecundo pro limi. Cagn. in
l. conſilij. §. ſocij. num. 6. de reg. iur. & alij in alijs
locis, quo fit ut verum non cenſeatur id quod in
dubiis tangitur, quòd primus vaſallus ſubinfeu
dans hæc membra nullum retinet dominium,
quod nec Iaſ. in allegato. §. ex contrario, nu. 79.
mihi uidetur uoluiſſe, licet parum eſſet, ſi id tene
ret, cum communiter * teneatur contrarium, &
nihil ẽt hoc facit ad caſum noſtrum, cũ §. profe
cto loquatur hoc caſu, qui non loquitur magis
in re uniuerſa, quàm in parte, & membro rei, &
certum eſt, quòd ſubinfeudatio de parte fieri po
teſt. §. ſi uero. in tit. qualiter olim pot. feud. alie.
& ꝙ hoc caſu non dicatur res diuerſa, ſed idem
65 feudum, † probatur in d. §. ſimiliter. & quòd poſ
ſit ſubinfeudatio fieri pro parte, trad. Mari. in d.
§. ſed ut uerius. num. 3.

Quod autem non dicantur plura feuda, vel
res diuerſæ, ſed unicum feudum, quod poſſidẽt
dominus, & ſubfeudatarius, quo ad primum do
minum, trad. idem Mari. lib. 1. feudo. in tit. de ori
gi. Baron. §. fuit dubitatum. num. 29. fol. 16. Con
cluditur itaque quòd etiam in iſtis partibus, &
membris habet locum diſpoſitio dicti §. profe-
cto. vt eadem lege ſint ſubinfeudanda, & ſubin-
feudata in dubio cenſeantur, vt ſupra, & per con
ſequens fœminæ in illis admittantur, quæ ratio
66 ne † eorum exiguitatis, & mediocritatis, tanto
clarius in eis debent admitti, ut per Roma. in d.
conſ. nu. 12. in 3. fall. & ibi in addit. quod multi
etiam alij tenent, quos ſcienter prætereo.

Ad vltimũ quod dicitur, quòd finito feudo
67 primi inueſtiti, † finitur etiam ſubfeudum ex re-
gula, Reſoluto iure datoris, &c. l. lex vectigali. ff.
de pignor. & quia vaſallus non poteſt feudo im
ponere ſeruitutem, licet non offendat iuſtitiam
harum dominarum, tamen nec hoc admitto ut
verum, quia illud procedit reſpectu agnatorum
uocatorum ad feudum, quibus primus vaſallus
non potuit præiudicare, ſecus vero reſpectu do
mini, quia ſi ſecundus vaſallus uult illi inſerui-
68 re, & feudum ab eo recognoſcere, feudum † nõ
amittit. §. ſi uero. in fi. in titu. qualiter olim pote.
feu. alie. & ita declarant Iacob. de S. Geor. in d.
uer. ita etiam quòd ipſi uaſalli. num. 4. Curt. iun.
in d. quarta par. num. 88. Clar. in d § feudum. q.
32. uerſic. ſed circa huiuſmodi, & ita de agnatis
69 † loquitur Iaſ. in dicto §. ex contrario. nume. 72.
allegato in dubijs.

Reſtant additiones ad dubia propoſita etiam
diſſoluendæ. Et primo quòd feudum ſubinfeu-
70 datum † ſit diuiſum ab illo, quod fuit per prædi-
ctum dominum conceſſum, quod uidetur pro-
bari ex trad. per Bal. in §. rurſus. nu. 9. de contro.
inueſti. Vbi dicit quod uaſallus uaſalli, non ha-
bet cauſam primam, nec ſecundam a primo do-
mino, & quòd ad pacta perſonalia, unus contra-
ctus non regulatur ab alio, quia non cohærent
rei, & ſi eſſent realia, tranſirent ad ſucceſſorem,
& ꝙ fœmina ſuccedat, non cohæret rei, ſed per-
ſonæ, unde nõ tranſit ad ſucceſſorem, ex quo de
propria natura feudi non ſunt capaces, & ut in
additione prima. Cui obiectioni reſpõdetur pri
mo quòd immo eſt unum feudum, & non diuer
ſum, ut ex Mari. ſupra comprobatum extitit, &
licet quo ad ſeruitia perſonalia, & pſonales præ
ſtationes ſecundus uaſallus primo domino nõ
teneatur, non tamen eſt quia cenſeatur inueſti-
tus eadem lege, qua primus ut ſupra, quo caſu
non eſt diſputan. & cum non probetur ꝙ ſucceſ
ſio in feudo reſpiciat magis perſonã, quàm rem,
ceſſat omnis ſcrupulus.

Secundo animaduertendum eſt & ex hac re
ſponſione tollitur magna pars motiuorum, ꝙ
quan-

quando de licētia domini expreſſa ſit ſubînfeudatio, ille vaſallus ſecundus cenſetur vaſallus domini primi, non ſecundi & ſic tanto magis inueſtitura facta primo vaſallo, cuius uigore fuit facta ſubinfeudatio ; locum ſibi vendicare debet, & eius forma ſeruanda eſt, 9 hic cenſeatur vaſallus primi domini, multis rationibus ſubtiliter
71 †comprobat Mari.Frec.d.lib.1.in tit.de orig. Baro.numero 45. ver.ſed quæro.fol. 11. vſque ad fi.illius princ.

Ad ſecundum dubium de dicto §. ſimiliter. in fi. de lege Conra.quòd poſſit primus vaſallus alia lege pro arbitrio ſubinfeudare, licet non duret feudum, niſi cum maſculi defecerint, reſpōdetur quod immo ille tex probat nō valere ſub
72 infeudationem, & priuandum †eſſe vaſallū ſubinfeudantem, ut illic per Mart.Pet.Raue.& Fedet.modo interueniat traditio. & licet Affli. ante numerum 1. cenſear opinionē tertiam, in eo tex. relatam, eſſe æquam, illam tamen intelligit, quia reijcitur illa pars, quæ non eſt conformis formæ & legi ſuæ inueſtituræ, quod etiam ſeruit caſui noſtro.

Ad tertium de conſtitutionibus regni Sici-
73 liæ, quæ ſecundum aliquos †corrigunt ius commune, & tamen ex Menoch.conſil.65.ſupra citato, nu.58.habetur quod illud feudum erat fœmineum, reſpondetur quod licet fuerit feudum fęmineum, nihil repugnat quin potuerit fieri lex expreſſa, quæ diſponeret fœminas eſſe admittendas, ut fiunt quotidie ſtatuta ad maiorem declarationem iuris communis, & Docto. qui dicunt illas conſtitutiones corrigere cōſtitutiones feudales, poſſunt intelligi in uniuerſo, ſicut etiam lex quæ diſponit de feudo fęmineo, limitat alias conſtitutiones excludentes fœminas, & quicquid ſit de hoc nihil facit ad caſum noſtrum, in quo habemus alias rationes, & declarationes non remotas, ſed ſcopum percutientes.

Ex quibus omnibus dubijs concernentibus punctum quinti fundamenti arbitror omnino eſſe ſatisfactum. Quæ potuiſſem, ut dixi, omitrere, cum ex alijs fundamentis ſententia mea res ſit extra omnem aleam omnium difficultatum, Clariſs. tamen DD.Iudices rogatos eſſe velim, ut excuſent has meas longas ſolutiones: quia cum eorum motiua, etiam modum forte excederent, contra opinionem Bal.in conſ.217.in fi. 2.vol. ubi uoluit dari motiua breuia, & puncta, opus fuit pro reſpōſione omnium motiuorum, longiori ſermone uti. Laus Deo Opt.Max.

Barth. Bertaz.

In hac eadem cauſa conſuluit Burſat. conſil. 150.& Menoch.conſil.148.contra vero reſpondit Franc. Bec. conſil.101.

ARGVMENTVM.

Diſputantur etiam diligentius eadem, de quib. ſuperius, & in primis, an ſubinfeudatio ſit facienda eadem lege, qua facta fuir prima inueſtirura & vaſallus ſecundus, quem recognoſcat dominum?

Et multa de materia ſubinfeudationis & vaſallagij.

S V M M AE.

1 *Inueſtituræ nouæ ſecundum antiquas ſunt interpretandæ, a quibus non cenſetur receſſum per nouas.*
2 *Inueſtituris enim primis ſtandum eſt.*
3 *Fœminæ ſunt capaces feudi non exigentis ſeruitium perſonale.*
4 *Idem eſt, ſi illud ſit acceptum pro ſe & hæredibus vtriuſque ſexus.*
5 *Inueſtituram debet facere vaſallus cum iiſdem pactis, & conditionibus, ſecundum quas ipſe accepit feudum, de quo ſubinfeudare uult alium.*
6 *Subinfeudatio non valet facta alio modo & forma quàm primus ſit inueſtitus: ſecus eſt ſi eſſet feudum diſtinctum, & ſeparatum, & quomodo, num.8.*
7 *Voluntatem vnuſquiſque præſumitur accommodare ſecundum leges.*
9 *Partes integrales feudi, quæ ſint?*
10 *Ius oritur ex facto.*
11 *Feudatarius non cenſetur habere aliud dominium in rebus ipſis quàm vtile.*
12 *Vaſallus ſecundus, cenſetur vaſallus primi domini, non ſecundi.*
13 *Curiæ nomen eſt vniuerſale, & quomodo.*
14 *Vaſallus ſecundus non tenetur recognoſcere primum dominum pro rebus diſtinctis & ſeparatis a feudo.*
15 *Curiæ nomen, eſt vniuerſale ſpecialiter comprahendens iuriſdictionem & dominium bonorum.*
16 *Et quando illius appellatione veniat tantummodo vniuerſitas agrorum ſine iuriſdictione?*
17 *Et illius pars, quando ſit feudum?*
18 *Et ſub vocabulo curiæ, quando comprahen-*

datur

datur vniuerſitas agrorum?

19 *Subfeudatio ſufficit, quòd fiat de feudo, vel de aliquo, quod ſit de feudo.*

20 *Vaſallus habens directum dominium, ſi ſubinfeudat particularia bona feudi, quæ tria debeant concurrere?*

21 *Inueſtitus de vniuerſali regno, vel curia, habet directum dominium, vt in regno Apuliæ, ex Bal.*

22 *Quæ opinio non eſt vera, vel ſaltem non procedit, niſi in inueſtitura regni, vt in exemplo Baldi.*

23 *Feudi nomen, quomodo accipiatur, & an proprietas vel uſusfructus ſint eius partes.*

24 *Vaſallus ſecundus quo ad ſuum feudum & ius vaſallagii, non habet cauſam primam, vel ſecundam a primo domino.*

25 *Sed hoc eſt falſum, quia vaſallus vaſalli mei, non eſt meus uaſallus conuentione, ſed feudi digreſsione.*

26 *Vaſallus ſecundus poteſt compelli a primo domino ad ſeruitia per ſubtractionem beneficii.*

27 *Vaſallus mei vaſalli, non eſt meus vaſallus proprie, eſt tamen ſaltem improprie.*

28 *Et licèt non poſsim requirere illum ad præſtandum mihi ſeruitia, poſſum tamen requirere primum vaſallum, qui illa præſtabit adiectus a ſecundo.*

29 *Vaſallus ſecundus tenetur iurare fidelitatem primo domino in regno.*

30 *Vaſallus enim vaſalli mei reſpectu fidelitatis, eſt meus vaſallus.*

31 *Feudum, an aperiatur primo domino immediato, excepto delicto, quod committitur in perſonam primi domini.*

32 *Feudum ſi alienetur pro allodio a ſecundo vaſallo, vendicatur per primum dominum.*

33 *Feudum ſi alienetur a ſecundo vaſallo, licentia eſt petẽda a primo domino, nõ a ſecũdo.*

34 *Laudemium eſt ſoluendum primo domino feudi, non ſecundo.*

35 *Et idem eſt dicendũ in domino emphyteuſis.*

36 *Vaſallus primus infeudans, retinet tantum vmbram domini.*

37 *Et nihil retinet, ex quo transfert naturalem poſſeſsionem in ſecundum vaſallum.*

38 *Subinfeudans, ſi vaſallus in eum delinquat, non poteſt propria authoritate feudum capere, ſed iudicis officium implorando.*

39 *Cauſa prima, quomodo influat in ſecundam, in materia feudi & vaſallagii?*

40 *Feudi cauſa originaria attenditur, & quando militet regula, ſi vinco vincentem te, &c.*

41 *Feudum vel emphyteuſim cenſetur pater recepiſſe pro fœminis, deficientib. maſculis, ſi ſtatutũ illas excludat propter maſculos.*

42 *Statuto vel iuri quòd quis cenſeatur ſe conformare, procedit in contractibus.*

43 *Feudi dominus ſuperior, an nihil habeat in ſubuaſallos, niſi in caſu riſiæ, ſeu felloniæ?*

44 *Subfeudum, an ſit pars integralis feudi conceſſi a domino primo vaſallo, & cui aperiatur propter ingratitudinem?*

45 *Fœmina an ſuccedat in feudo, niſi ſit ſpecialiter, & nominatim expreſſum: ſi inueſtitura eſt talis naturæ, vt poſsit comprehendi, non eſt opus alia expreſsione. num. 47.*

46 *Regulæ tenaciter eſt inhærendum.*

CONSILIVM XL.

In Domino confido:

PRo diſſolutione dubiorum propoſitorum in hac cauſa harum nobilium pupillarum de Gonzaga, abunde fuit ſcriptum, & per me, & per alios I.C. Excellentiſ. menſibus elapſis, nunc alia motiua exhibentur, de nouo excitata a Clariſs. Iudicibus, quibus & ſi ex alijs pro reſponſione priorum ſaltem virtualiter poſſit colligi reſponſum: ut tamẽ apertior pateat illarũ iuſtitia, ſpecialiter eis ſatisfaciam. Antequàm tamen ad illorum diſſolutionem, & euacuationem deueniam, omittere nolui, ꝙ ex multis fundamentis in primis reſolutionib. conſtructis fuit apertiſſimè comprobatũ prædictas filias fuiſſe, & eſſe compræhenſas in inueſtituris antiquis bonorum, de quib. cõtrouertitur, & in illis ſuccedere, & admittendas eſſe, tum quia nouę inueſtituræ, habent relationem ad antiquas conceſſas pro maſculis, & fęminis, & ſecundum illas ſunt interpretandæ, a quibus per poſteriores non cenſetur receſſum, vt ultra Docto. cita-
1 tos † in primo fundamento, ad propoſitum trad.
Cur. iun. in conſi. 231. nu. 35. 36. 3. uolum. nouè impreſſo. ubi loquitur, quando fœmina erat cõpræhenſa in prima inueſtitura. Idem ꝙ ſtandum
2 † ſit primis inueſtituris trad. Celſ Hug. in conſil. 113. nume. 9. & nouiſſime Excell. noſter Rim. iun. conſil. 1. num. 52. & 5. nu. 43. Et idem etiam pro-

probat ſecũdum fundamentũ in eis adductũ, ꝙ
huiuſmodi feuda fuerũt pecunia, & ære proprio
anteceſſorum harum dñarum acquiſita, quę nec
3 etiam exigunt ſeruitium perſonale, quo caſu † in
illis fęminæ admittuntur, vt in ſecundo & tertio
fundamento comprobatum fuit, quib. additur
Rom.ſing.180. Hodie fœmina. & illic in additio
nib. nouiſs. alij citantur? Idem tenet Curt.iun.in
conſ.322.num.17.& ſeq.d.3.vol.
Ex quibus adductis in ipſis reſolutionibus
ſatis conſtat non eſſe opus diſputare dubium a-
lias etiam propoſitum, & nunc ampliatum, an, li
cèt Illuſtriſſimi Domini de Gonzaga fuerint in
ueſtiti a Reuerendiſs. Epiſcopo Mantuæ, de feu
do Curię Podij, pro ſe, & hæredibus vtriuſque
4 ſexus, in quo fęminæ † comprehenduntur, ut ad
propoſitum, trad.d.D.Rim.in conſ.63.num.19.
cenſeantur etiam eadem forma inueſtiuiſſe an-
teceſſores ipſarum pupillarum, pariter etiã pro
fęminis, maxime cum uideatur diuerſa res, & di-
uerſum feudum, habens diuerſam naturam, ut di
citur in dubijs, ſuper quo fuit ſcriptum in quin-
to fundamento ipſarum reſolutionum, & in re-
ſponſionibus ad ipſa dubia, tunc propoſita. Qui
bus nunc etiam addo veriſſimum eſſe illud fun-
damentum, quòd primus vaſallus inueſtitus, ſi
vult alium ſubinfeudare de ſuo feudo, uel parte
illius, debet id facere, cum eiſdem pactis, & con
5 ditionibus quib. ipſe fuit inueſtitus, vt tenet per
alios † prius citatos, Celſ.Hug.in conſ.60.num.
34. Guiliel.Hanch.li.3.de iure feud.c.x. & d.Ri-
mi. in conſ.1.num.58. & idem ante eos voluit
Bal.in tit.de contro.inueſt.§.fi.in princ. vbi dicit
quòd primus vaſallus debet dare in feudum ſe-
cundo uaſallo eiſdem pactis & conditionibus
quibus habuit, per c.primum.§.fin.de le.Conra.
6 & propterea illic improbat poſitionem caſus ꝗ
Sed quòd non † ualeat ſubinfeudatio facta alio
modo, & forma, quam primus ſit inueſtitus, ex-
preſsè firmat idem Bal.in tit.de prohib.feu.alie.
per Feder.in §.illud.nu.1.uerſi.modo ita ꝙ eſt,
& illic ſequitur Affli.in 2.no. num.10. expreſsè
tenentes quòd ſub alio modo, & forma non poſ
ſit fieri infeudatio. Quo ſtante non eſt diſputan
dum, quid fecerint, uel facere voluerint ſubin-
feudantes, cum certum ſit ipſos uoluiſſe ſubin-
feudare, ut de iure poterunt, & debebant, cũ qui
7 libet præſumatur † accommodare voluntatem
ſuam, ſecundum leges.l.quæro.§.inter locatorẽ.
loca. l.quidam cum filium. de uer.obl.cum alijs
trad.per Alcia.de præſump.tertia reg. præſump.
32. Cæterum admiſſo quòd eſſet diſputandum
ſuper dubio propoſito, adhuc eius ſum ſenten-
tię quod immo ipſæ appellantes debeant obti-
nere, non obſtantibus poſtremo loco obiectis,
ad quorum ſolutionem ſequendo eorum ordi-
nem deuenio.
Namque primo præſupponitur in dubijs pun
ctum huius cauſę conſiſtere in videndo, an feu-
da recognita per patrem ipſarum pupillarum a
dominis Curiæ Podij, ſint eademmet feuda, uel
pars eorum, quam Illuſtriſſimus D. Carolus re-
cognoſcit ab Epiſcopatu Mantuæ, quia ſi ſic eſ-
ſet, ſecundum opinionem aliquorum nõ potuiſ-
ſet uaſallus ſubinfeudare feudum alij, quod ipſe
8 tenet, uel eius † partem, alia lege quam ipſe ha-
beret.§.ſimiliter. uſque ad fi. de le. Conra. Secus
ſi eſſet feudum diſtinctum, & ſeparatum, quia tũc
non cenſerentur partes, ſecundum ius commu-
ne feudorum contraxiſſe, niſi quatenus ſpeciali-
ter, & expreſſe pactum fuiſſet, cum quilibet cen-
ſeatur ſe conformare cum iure communi, l.hæ-
redes mei.§.cũ ita.cũ mã, ad Treb. ꝙ pſuppoſitũ
non poſſum admittere pro uero, cum extent tot
& tanta fundamenta efficacia pro uictoria ipſa-
rum DD. pupillarum, de quibus in dictis pri-
mis reſolutionibus, vt non ſit opus deuenire
ad hanc diſcuſſionem. Et tantò minus quia non
eſt verum ꝙ uaſallus poſsit dare in feudum rem
aliquam, quæ modo aliquo poſſit eſſe de iurib.
feudi ſibi cõceſsi, licèt fortè non poſſet dici eius
pars integralis, quin det, & dare debeat, ſecundũ
leges prioris feudi, ſibi conceſſi, licèt poſſit da-
re aliam ſuam rem, quæ nihil habeat commune
cum feudo ipſo ea lege, quæ ſibi uidebitur, ut in
ferius oſtendam. Sed etſi eſſet admittendum,
uerſamur in caſu admodum claro, & qui nullã
penitus habet difficultatem, ſi quidem in inueſti
tura facta de dicta Curia Podij per Reuerendiſs.
Epiſcopum, nedum inueſtiti fuere Illuſtriſs. Do-
mini de Gõzaga, de Curia ipſa, & de eius iurib.
ſed ſpecialiter, & expreſſe de petijs terrarum feu
dalib. cum omnib. iuribus, & pertinentijs ad ter
ras ipſas ſpectantibus, uidelicet paſcuis, vallibus
& alijs. Et in ipſa inueſtitura deſcribuntur ter-
rena ipſa cum ſuis confinibus comprehendentia
terras haſce, de quibus controuertitur, quo ca-
ſu negari non poteſt quin cenſeantur partes feu
di conceſſi ipſis Illuſtriſſimis primo inueſtitis,
& non alia res diſtincta, uel ſeparata, & ſint par-
9 tes integrales ipſius † feudi eis conceſſi, ut admit
titur in dubijs, iuxta trad. per Doct.in l.in toto.
ubi Dec.& Cagno.latè, de reg.iur. Bal.cõſi.335.
quædam mulier.num.3.primo volum. Steph.de
Feder.in tract.de interpret.iur. prima par.num.
18. Et hoc ſatis eſſet pro reſolutione dubiorum,
ex quo in facto res aliter ſe habet, quam præſup
ponatur in dubijs, & certiſsimum ac vulgatiſsi-
10 mum eſt, ex facto ius † oriri.l.ſi ex plagis.§.in cl
uo. ubi Alber.ad l.Aquil.cum alijs trad. per De-
ci.in l.precibus.num.3.C.de impub. Nec dubiũ
eſt quin tali caſu primus feudatarius non cenſea
11 tur habere aliud † dominium in rebus ipſis, ꝗ
utile, ex inueſtitura a ſupremo domino habita,
& hoc caſu opin.Rom.& Alex.in l.prima. C.un-
de legit. de plano procedit, ut per Dec. ibi ad fi.
de quo inferius dicetur. Et ſubinfeudando, ſeu
infeudando, cenſetur ſecundum legem ſui feudi

res

res ipſas concedere,& nõ aliter,ut ſupra,& alias
fuit dictum. Et ſi teneamus opinionem Mari.
Frec.aliàs citati in ipſis reſolutionibus, lib.pri-
mo feud.in titu. de orig.Baro. in §.fuit dubita-
tum,num.29.fol.16. quòd quo ad primum do-
minum dicatur vnicum feudum,quod poſſident
dominus, & ſubſeudatarius, & quòd quando
ſubinfeudatio eſt facta de expreſſa licentia pri-
mi domini, ſecundus vaſallus cenſeatur vaſallus
12 primi domini, & non † ſecundi, ceſſaret etiam
omnis ſcrupulus.

Subiungitur in dubijs, quòd licet capiendo
vocabulum curiæ, ut corpus omnium terrarum
intra fines illius exiſtẽtium,terræ ſubinfeudatæ,
& corpora ipſa cenſerentur pars illius integra-
lis,capiendo tamen pro iure quod habet domi-
nus in vaſallos, prout ius eſſe dicit Bal. in c. 1.de
13 capi.qui cur.vend.in 2.not.cum nomen† curię,
ſit vniuerſale, vt per Bal.ibi.nu.1.& tunc res par-
ticulares in feudum conceſſæ ab ipſo domino
curiæ,non dicentur pars integrales ipſius curię,
ſed quid ſeparatũ, & diſtinctum ab ea, vt in tex.
dicti capit.vbi vendita curia non venit res prius
in feudum alij conceſſa, ut per Bal.illic in ſum-
mario,qui vtrunque probat,quòd ſit nniuerſa-
le, & quòd feuda de rebus particularibus ſint
res ſeparatæ, & diſtinctæ ab ea.Quod procedit
etiam ſi non habeat iuriſdictionem dominus,
ut in §.item ſi quis in feudum.ubi Bal.& alij.qui
mo.feu. amit. Hinc eſt quòd ſi vaſallus ſibi ac-
quirat alios vaſallos per conceſſionem aliqua-
rum rerum illis factam in feudum, concedens
haber directum dominium,& ſubuaſallus vtile,
vt trad.Iac.de S.Georg.in tract.de feu.in ver.di-
ctique vaſalli promiſerunt recognoſcere. in fi.
Nec ſecũdus vaſallus tenetur recognoſcere pri-
mum dominum pro his rebus diſtinctis,& ſepa
14 ratis, a feudo,vt expreſſe† dicit Nat.conſil.600.
ſub num.26.de qua ſpecie feudi loquitur tex.in
cap.1.circa fin.ex qui.cau.feu.amit. cum alijs de
quibus in dubijs. Sed & hæc præter ſupra dedu
cta, quæ ſoluunt omnem nodum, facile tollun-
15 tur,nam curia eſt† nomen vniuerſale,ſpecialiter
compræhendens iuriſdictionem, & ex inde do-
minium bonorum,c.cum Bertoldus.de re iudi.
& ita in curia Dragoncelli de qua fuit facta con-
ceſſio ep̃o Mantuæ,trad.Aret.in conſil.15.Reue-
rendiſs. pater.in j.dub.& illam ſequũtur Soc.in
conſil.187. 2.colum.2.volum. Fely.in c.Rodul-
phus.ver.cæterum.num.22.de reſcrip.Cur.iun.
conſil.158. num.28.Cell.Hug.in conſil.107.nu-
mero 4.& Hier.de Moute in tract.de fini.reg.c.
9.quod etiam uoluit Iſer. in d.c.in prin.de capi.
qui cur.vend.& ita illic ſentiunt alij,quod etiam
non negatur in dubijs. Et hoc modo non po-
teſt capi curia Podij, cum iuriſdictio dictis nobi
libus primo inueſtitis non fuerit conceſſa, quæ
fuit & eſt penes Excellentiſs. Ducem Mantuæ,
& per conſequens ius vaſallorum domino com
petens propter iuriſdictionem in eos, nõ poteſt
etiam compræhendi in conceſſione, qui eſt ca-
ſus d.cap.j.Aliquando curiæ appellatione,venit
16 tantummodo vniuerſitas † agrorum, ſine iuriſ-
dictione, vt in d.§.fin.qui.mo.feu.amit.& intel-
ligunt omnes illum tex.ibi Bal.num.1.in fi. Pet.
Raue.ad fi.Affli.in prin.& nu.3.Feder.Schenc.
& Equinar. Ba.qui interpretatur hoc caſu, cu-
riam late feudum eſſe. quando igitur Docto.lo-
quũtur quòd feudum ſeparatum a curia,de quo
alius fuit inueſtitus,nõ comprehenditur in ven-
ditione curiæ, loquuntur quando dominus ha-
bebat iuriſdictionem ipſius curiæ, & ſic in pri-
mo caſu,qui non eſt caſus noſter, ſed eo etiam
17 caſu non negant quin illud feudum † ſit etiam
pars curiæ,vt in caſu d. c.j.immo id expreſſe ſen
tiunt glo.Bal.In princ.& in diſtinct. ſub nume.1.
Mart.de Laud.num.3.& Affli.num.5.& ſequen.
& num.85. & ſeq. Et licet eo caſu illud feudum
non comprehendatur in alienatione curię,illud
non eſt quin non ſit eius pars, ſed quia feudum
alij conceſſum non poteſt alienari ſine conſen-
ſu vaſalli inueſtiti, vt per Afflic. nume.1. & ſeq.
poſt alios ibi, adeo quòd ſi feudum conceſſum
non haberet vaſallos, qui tenerentur ad ſeruitia
perſonalia, angarias,& perangarias, etiam feudũ
veniret in alienatione curiæ, vt per Afflic.illic,
num.5.& 6.1.& 2.limit.& nu.88.Si igitur quan-
do ſumus in curia, quæ habeat iuriſdictionem
feudum particulare eſt eius pars, vt omnes ad-
mittunt, tanto magis idem verum erit.in curia
quæ careat iuriſdictione & quæ tantum impor-
tet vniuerſitatem agrorũ, & ſignificatur, & com
18 præhenditur† ſub vocabulo curiæ, ut per Fabia.
de Monte,in trac.de emp.& vend.6.quæſt.prin
cipali.3.memb.nu.11.Vbi dicit quòd quicquid
dominus habet intra fines curię,& illi annexum
eſt,compræhẽditur,& venit appellatione illius,
& ſequitur Hier.de Monte,d.cap.9.num.3. nec
Bald.aliter dicit in d.c.1.in ſummario,licet dicat
quòd feuda alijs conceſſa ab ipſo uniuerſitatis
corpore ſint ſeparata, quia ſeparatio potius pro
bat quòd erant pars, & vnica curiæ,ſicut priua-
tio præſupponit habitum. l.manumiſſiones.de
iuſtit.& iu.l.decem.de verb.oblig.& per conſe-
quens ſunt pars illius totius feudi recogniti a
primo domino. Nec hoc caſu curarem an eſſet
pars integralis,aut prædicamentalis,vel nume-
ralis,de quibus partibus habetur per Doct.in d.
l.in toto.Steph.de Feder.d.nume.18. Euerar.in
topica legali, loco.80. a toto ad partem,4. pag.
Rip.in l.re coniuncti.num.35.de lega.3. & alios
in alijs locis, quia ſat nobis eſt ꝙ vaſallus ſubin-
19 feudet feudum a domino recognitum,† vel ali-
qua quæ ſint de feudo, vt Bal. uoluit in c.ſane.
num.5. de renuntia. & Iaſ.in tit.qui feu.da.poſ.
nu.32.34.Et vix crediderim poſſe dari caſum ꝙ
ſub inueſtitura curiæ omnia non comprehende
rẽtur,& ſub feudo rerum ſubinfeudatarum non
habe-

habeꝛent locum iura, aliàs, & ſupra citata, quòd
conceſſio non poſſit fieri, vel ſaltem non intelli
gatur facta, niſi modo & forma, quibus fuit facta
prima conceſſio.

Nunc de opinione Iac. de S. Georg. agendum
eſt, quæ nullo pacto fuit ad fauorem partis ad-
uerſę, immo facit pro hac noſtra ſententia, nam
etiam in eo caſu in quo loquitur quando vaſal-
lus habet, ſecundum eum, directum dominium,
ex quo infeudauit particularia bona feudi, intel
20 ligit, quòd debeant concurrere† illa tria, de qui
bus in §. pen. in tit. de le. Conradi. de quibus ip-
ſe ſcribit in uer. item quòd dicti inueſtiti. num.
3. in eodem tractatu, & ſic quòd ſubinfeudatio
fiat eadem lege, & forma, unde nihil obeſſet ꝙ
ſubinfeudans haberet dominium directum, vel
ꝙ non teneretur recognoſcere illas præſtatio-
nes, quæ ſibi deberentur per ſubuaſallos.

Præterea & ſecundo Iaco. fundat ſe in aucto
ritate Bal. in l. 1. in fi. C. vnde legi. & in proœm.
21 ff. num. 11. qui dicit quòd inueſtitus† de uniuer
ſali regno, uel curia, habet directum dominium,
vt in feudis regni Apulię, licet maior uniueſitas
& ſic totum regnum ſit feudale eccleſię, opinio
Bal. non tenetur communiter, quia Fulgo. Rom.
& Alex. nu. 5. Barba. in addi. ad ipſum Bal. Corn.
in fi. & Iaſ. num. 1. in dic. l. 1. tenent quòd quando
primus dominus habet dominiũ particulare in
quibuſcunque terris, ciuitatibus, & caſtris, non
poſſit rex habere dominium directum, quod eſt
penes eccleſiam, & idem admittit illic Dec. ad fi
nem, dicens hoc caſu rem non habere aliquod
dubium. & contra Bal. etiam tenet Fely. licet in
dubijs citetur pro contraria opinio. in cap. quæ
in eccleſiarum, in 6. declarat. num. 69. de conſtit.
vbi tenet opin. Rom.

Tertio admiſſa opinione Bal. ꝑ uera, illa pro-
22 cederet† in Rege inueſtito, ut in exemplo Bal. &
ſic in eo ſuperiore qui habet ſupremam poteſta-
tem in ſubditos, propter quam poteſt dici habe
re directum dominium, ſecus in alio inferiori,
ut declarant Pariſ. qui citat dictum Iacob. in c. ſi
diligenti. in 3. not. nu. 4. & ſeq. de præſcript. aliàs
argumentum procedit de toto ad partem, & ſe-
quitur Cagn. in proœm. ff. in princ. nume. 27. &
ſeq. Cum itaque nos uerſemur in caſu, quo pri-
ma conceſſio curiæ non compræhendit iuriſdi-
ctionem, ſed uniuerſalitatem agrorũ alijs infeu
datorum, & etiam forte non infeudatorum, nul
lo modo poteſt dici, ꝙ primus feudatarius infeu
dando aliquas res ipſius curiæ, habeat in eis di
rectum dominium, & transferat utile, quia ſi id
non procedit niſi in regibus, & alijs ſupremę po
teſtatis dominis, quæ opinio etiam a multis reij
citur, ut ſupra, tanto minus procedet in inferio
ribus dominis, Baronibus, uel alijs, & ſine diffi-
cultate cum non fuerit infeudata iuriſdictio, &
non teneantur ſubuaſalli ad ſeruitia perſonalia,
ueniunt feuda etiã in alienatione curiæ, & ſic pe
nitus corruit argumẽtum in dubijs aſſumptum,
& ſicut primus vaſallus teneretur pro infeuda-
tione totius curiæ recognoſcere primum domi
num, ita etiam reſpectu horum particularium
fundorum, tametſi mihi nõ probetur ullo pacto
diſtinctio quæ fit in dubijs, & omni caſu debet
fieri ſubinfeudatio eiſdem legibus, quibus fuit
facta infeudatio, vt expreſſe firmat idem Iacob.
Et licet quo ad recognitionem faciendam per
vtrunq; vaſallum de primo dño, & de iure tran-
ſlatio in ſecundum, & de his ad quæ tenetur ſe-
cundus vaſallus, primo domino mediato Doct.
controuertunt, numquàm tamen (quod vide-
rim) diſcordant in hoc quòd ſubinfeudatio non
ſit facienda eiſdem legibus, & ſub eadem forma,
quibus fit infeudatio prima, qui eſt punctus no-
ſter, & propterea non eſſet diſputandum de po
teſtate primi domini in ſecundum vaſallum, ſu-
per quo nulla eſt controuerſia, ſicut etiam non
eſt diſputandum de doctrina Bart. & aliorum in
l. qui vſumfructum. de verb. oblig. quomodo ac-
23 cipiatur nomẽ† fundi, & an vſusfructus, uel pro
prietas ſint eius partes, vel ſpecies, & an accipia
tur pro toto integrali, vel toto uniuerſali, quia
uocabulum curia, de quo agimus etiam quando
compręhendit iuriſdictionem (quod eſt regula-
re) compræhendit & pariter agrorum vniuerſi-
tatem, & tanto magis quãdo eſt ſine iuriſdictio-
ne, adeo ꝙ ſemper ſubinfeudatio facta de fundis
aliquibus, cenſebitur facta de rebus compręhen
ſis ſub inueſtitura curiæ, & pertinentibus ad pri
mum dominũ, & eo caſu omnia quæ ſtatuta ſunt
in ſubfeudis locum ſibi uendicant. Ex quibus
patet minime ſuſtineri poſſe, quod ſubijcitur in
dubijs, contractum feudi dati a vaſallo alteri eſ-
24 ſe perſonalem, & quòd ſecundus vaſallus† quo
ad ſuum feudum, & ius vaſallagij non habet cau
ſam primam, nec ſecundam a primo domino,
ſed ex contractu ſeparato, & propria prouiden
tia, vt per Bald. in tit. de contro. inueſti. §. rurſus.
num. 9. Et propterea nec tenetur recognoſcere
primum dominum, nec ei fidelitatis præſtare iu
ramentum, & excepto delicto, quod committe-
retur in perſonam, vel contemptum primi do-
mini ſi ſecũdus feloniam committeret, feudum
deuolueret ipſi vaſallo, ſuo immediato domino,
§. illud. de prohib. feu. alie. per Feder. namque
cum (vt toties dixi) agatur de forma inueſtituræ
faciendæ, & ſubinfeudatione quæ omni caſu de
bet eſſe conformis primæ ipſius vaſalli, ſuperua
caneæ ſunt iſtæ diſputationes harum qq. pun-
ctum non tangentium, & ſatis nobis eſt quòd
aliter ſecũda inueſtitura fieri nequeat, vt ex Bal.
& Aſſlic. ſupra citatis comprobatum fuit, uel ꝙ
ſaltem nõ conſtet alio modo, vel forma factum
fuiſſe, quia tunc præſumitur facta ſecundum for
mam, & naturam primæ, vt aliàs, & ſupra fuit di
ctum, & propterea non eſt quærendum de his
quæ adducuntur in dubijs, quæ etiam ſi uera

eſ-

eſſent, nihil ad rumbum, tamet ſi etiam conclu-
ſiones ipſæ in dubijs propoſitæ minime ſint ve-
25 ræ, uam quòd ſubuaſallus † non habeat cauſam
primam, nec ſecundam a primo domino, eſt fal
ſum, & contrarium tenet idem Bal. in c. cum di-
lecti. nu. 6. de dolo, & contuma. vbi dicit quòd
vaſallus uaſalli mei, non eſt vaſallus meus, con-
nentione, ſed ſolum feudi digreſſione, vnde ha-
bet a me primam cauſam, ſiue principium, quod
prædominatur in ſubſequentibus, idem tenet
in d. §. illud quæritur. num. 1. vbi dicit quòd cau
ſa prima includit ſecundam, & ibi etiam tenet
Affiic. num. 10. & Pet. Rauen. 2. colum. & quòd
in feudis attendatur prima, & originalis cauſa,
trad. etiam licet ad aliud propoſitum, Curt. iun.
in conſi. 249. num. 6. in fi. cum ſeq. 2. uolum. nec
Bal. in d. §. rurſus. firmat id, quod dicitur in du-
bijs, ſed argumentando illa dicit, ſoluendo po-
ſtea tenet contrarium, vt in ver. ego Bald. dico,
in d. §. num. 9. vbi tenet quòd ſecundus vaſallus
poteſt compelli per ſubtractionē beneficij, vt
in §. adeo. Inſti. loca. & quòd poterit feudum re-
manere firmum, & ſibi preciſè ſeruitia exhiberi,
& hoc cōſequi in ſubſidium tamq̃ cōtra debito
rem debitoris, licet idem Bal. in fi. d. §. admittat
ſecundum vaſallum nō habere cauſam primam,
nec ſecundam a primo domino, & non eſſe ſuū
26 vaſallum. Idem ꝙ dominus primus poſſit † com-
pellere per ſubtractionem beneficij, tenuerunt
Iac. Aluar. & Petr. de Raue. ante fi. & uidetur ſe-
qui Affiic. num. 108. & Feder. Scheneh. qui dicit
eſſe ęquam opinionem in d. §. illud. quam etiam
tenet Celſ. Hug. d. conſil. 86. num. 4. & quòd in
ſubſidium ſit vaſallus primi domini, trad. etiam
Bald. in d. cap. ſane. num. 5. de renuntia. & ſequi-
tur Iaſ. in d. tit. qui feu. da. poſ. num. 32. & Afflic.
in §. fi. num. 108. in tit. de contro. inueſti. Et licet
27 dici ſoleat ꝙ vaſallus vaſalli mei, non ſit † meus
vaſallus, ut per gl. in l. de acceſſionibus, de diuer.
& tempo. præſcript. & alios citatos per Cagn. in
d. l. conſilij, §. ſocij. quod tamen non admittunt
Bar. in d. l. de acceſſionibus, & Dec. in d. §. ſocij.
& Guid. Pap. deciſ. 551. de hoc anno. in 2. dub.
num. 3. tamen ſaltem impropriè dicitur vaſallus
meus, ut Alcia. trad. in l. Modeſtinus. de verbor.
ſignif. & Cagn. in d. §. ſocij. nu. 10. & licet primus
dominus non poſſit requirere ſecundum vaſal-
28 lum ad præſtandum ſibi aliqua † ſeruitia, poteſt
tamen requirere primum qui ea præſtabit cum
iuuamine ſecundi, vt per Io. Ray. in d. §. illud. Ia-
cob. de S. Geor. in d. ver. ita etiam quòd ipſi va-
ſalli. num. 6. in fi. & Cagno. in d. §. ſocij. num. 8. &
quamuis, vt dicitur in dubijs, non teneař ſecun-
dus vaſallus primo domino iurare fidelitatem
29 cuius contrarium in regno † ſeruari ſcribit Affl.
in d. §. illud quoq;. nu. 7. nihilominus tamen is
dicitur etiam vaſallus mediatus primi domini,
& ſic vaſallus duorum dominorum, mediati, &
immediati, cap. ex tranſmiſſa. de foro compet. &
hoc ideo quia habet partem feudi, quod eſt pri-
mi domini mediati, vnde quod ex re ſua proce-
dit ſuum eſt. & ſic eo modo uaſallus uaſalli, eſt
30 uaſallus primi domini, reſpectu fidelitatis, † non
reſpectu ſeruitij. ita declarat Afflict. in d. §. illud
quoque. nu. 4. & ſeq. Nec etiam habeo omnino
pro uero, quod dicitur in dubijs, quod excepto
delicto, quod committeretur in perſonam, uel
31 contemptum primi domini, feudum † aperiatur
primo dño immediato, ut in d. §. illud quoque.
quia etiam in alijs caſibus feudum primo domi-
no aperitur, & non primo uaſallo, & ſi per ſecun
dum uaſallum res alienetur pro allodio, nam eo
32 caſu † uendicatur per primum dominū, Io. And.
in additio. ad Spec. in tit. de feud. in §. quoniam.
uer. 39. Bal. in d. §. illud quoq;. nu. 2. & illic Affli.
num. 12. & 13. & Feder. Schencb. Iaſ. in d. tit. qui
feu. da. poſ. colum. fi. in l. 3. §. ex contrario. num.
77. de acquir. poſſ. Fely. in d. c. quæ in eccleſiarū,
num. 69. 4. declar. Curt. iun. in d. 4. par. num. 86.
* & hanc opinionem dicit eſſe communem * Io.
Thom. Mari. in tract. feud. lib. 1. tit. 2. de feud. ex
pacto, & prouid. anti. ſiue paterno. §. conſtitutio
regni. nu. 33. Nec in re ſubinfeudata primus do-
minus mediatus habet tam modicam poteſta-
tem, ut in dubijs pungitur, ſed immo habet ma-
gnam, primus uero uaſallus ſubinfeudans mini
mam, quod ex multis probatur, præter ſupradi-
cta: cum enim feudum alienatur a primo uaſallo
33 licentia petenda † eſt a primo domino, non a ſe-
cundo, glo. alijs. in fi. & ibi Salye. 2. colum. nu. 9.
& Iaſ. num. 88. C. de iu. emphy. Azo in ſum. eiuſ-
dem tit. 2. colum. uer. ſed quęri poteſt. Specul. in
tit. loca. §. nunc aliqua. uer. 103. nu. 129. & uer.
26. num. 152. Guliel. Bal. & Aret. in l. filiusfam. 2.
colum. de acquir. hæred. Fely. in d. cap. quę in ec
cleſiarum. d. num. 69. 4. declarat. Alex. in l. ſi fini-
ta. §. ſi de uectigalibus. nume. 38. de dam. infec.
Bal. in d. §. illud quoq;. nu. 4. Mart. nu. 8. & Alua-
ro. in ptinc. illius tit. colum. 7. uer. quid ſi infeu
daui. & Par. de Put. in d. titu. col. 26. circa med.
fol. 239. Iaſ. in d. §. ex contrario. num. 78. Iac. de
S. Geor. in d. tracta. in uer. & cum pacto de non
alienando. num. 21. & 22. Cur. iun. d. 4. par. num.
86. Rui. qui tamen loquitur in ſecundo emphy-
teuta alienante, in conſil. 143. num. 9 primo uol.
* Zaſ. qui dicit communem, in tract. * de feud. 9.
par. de feu. alie. num. 43. quam etiam dicit com-
munem Cagnol. in d. §. ſocij. num. 9. idem etiam
tenet Guliel. Haneton. lib. 3. de iu. feudo. c. 10.
5. pag. ubi dicit, quòd licet primus uaſallus do-
minus ſubuaſalli dicatur, attamen non niſi um-
bram domini retinuit, & idem tenet Clar. in d.
§. feudum. q. 32. uer. in propoſito. ubi quòd pe-
nes primum uaſallum remanent ſolummodo re
liquiæ utilis dominij, quæ tamquàm modici mo
menti non attenduntur. ſed attenditur prima, &
potior cauſa, quæ eſt dominium directum, rema
nens apud primum dominum, ideo illius con-
ſen

ſenſus eſt requirendus, & ſicut licentia eſt pe-
tenda a primo domino, de alienatione facien-
34 da, ita etiam illi eſt ſoluendum † laudemium, Iſet.
num.3.Aluar.colum.3.Præpoſ.num.2.in d.§.il-
lud quoque.& videtur ſequi Affli.in tit.de cap.
Conra.§.præterea. nu.16.& tenet Par. de Put.
in loco præcitato,& in tract.de feud.& reinte-
grat.in tit.pro legato,donatione,&c.§.an quan
do is.num.3.& ſeq.fol.85.& Iac.de S.Geor.qui
dicit communem.*in d.ver.d.nu.21.22.& idem
35 eſſe in domino emphyteuſis † voluit Spec.in lo-
co præallegato.ver.105.& 126.Ioan.Fab.in d.§.
adeo.num.5.ante fi.Iaſ.in d.l.fi.num.48. & in d.
§.ex contrario.num.78.Imo.in c.potuit.colum.
1.0.ante fi. loca.& Bertrand.conſil.3.num.45.
3.volum.ſecunda par. Et quòd primus vaſallus
36 infeudans † tãtum vmbram domini retineat,&
quòd a capite edenda ſit ratio, & origo quæren
da, tead.etiam Zaſ.ex Bal.in d.nume.43.immo
37 quòd ipſe nihil † retineat, ex quo transfert natu
ralem poſſeſſionem in ſecundũ vaſallum, tenuit
glo.mag.in fi.in d.§.ex contrario.quam ſequun-
tur Cuma.Aret.qui dicit communiter * teneri,
num.38.Alex.num.36.& Iaſ.num.75.ſed tamen
quia ſecundus vaſallus ſibi iurat fidelitatem, ſi
delinquet in eum poterit iudicis officiũ implo-
rando, feudum obtinere, non autem propria au
38 ctoritate † occupare, vt declarat Imo.in d.§.ex
contrario, ſub num.16.colum.pen.in fi.& Alex.
nu.38. Et quòd iure feudorum nihil remaneat
primo feudatario, videtur etiam velle Afflict.in
d.§.illud quoq;, nu.13.in fi. Ex his igitur appa-
ret, quam modicam habeat poteſtatem ſecun-
dus, & quàm magnam primus, in ſecundum va-
ſallum, & propterea quòd ſit omnino attenden
da prima inueſtitura, & ſecundum eius formam
facienda ſubinfeudatio.

Dum autem in dubijs nititur Clar. motiuans
39 † enitare decisionẽ Bal.in d.§.illud quoq;. ſupra
allegatum, de prima cauſa, quæ includit ſecũdã,
& quòd vaſallus ſub alio modo, & forma, non
poteſt infeudare, quod ſcilicet procedit ad ter-
minos quæſtionis illius text.quòd vaſallus vaſal
li offendens dominum vaſalli, feudum amittit,
ex quo res affecta tranſit in ſecundum vaſallum,
& ſic cauſa prima influit in ſequentem, & eam
includit, quia non poteſt vaſallus infeudando fa
cere conditionem domini ſui deteriorem, ut ibi
Bal.declarat in ver. caue tibi.ubi ponit rationis
differẽtiã, quia ſi illa ratio eſſet vera, ſequeretur
quòd ſecundus vaſallus teneretur iurare fideli-
tatem primo domino, quod eſt falſum, ſecundũ
cum. Reſpondetur quòd deciſ.Bal. & Affiic.nõ
loquitur in terminis noſtris, licet in q.illius tex.
firmant enim quòd in feudis cauſa prima inclu-
dit ſecundam, licet non quo ad determinatam
perſonam, quia & ſi perſona non ſit demonſtra-
ta, tamen modus, & forma eſt deſignata, itaq;
ſub alio modo, vel forma, non poteſt infeudari.

Hęc ſunt verba illorum, licet enim hæc ratio ad
ducta ſit ad illam q.text. non eſt tamen quin illa
generaliter admittant pro vera, vt ſic non poſſit
recedi a modo, & forma primæ inueſtituræ. Et
licet in ver. caue tibi, eam rationem non admit-
tat Bal. ut teneatur ſubuaſallus iurare fidelitatẽ
domino, tamen in cæteris illam admittit pro ve
ra. & licet dicat quòd non poteſt vaſallus condi
tionem domini facere deteriorem, non tamen
recedit ab ea deciſione, quòd non poſſit infeu-
dare alio modo, vel forma. Et ſicut res infeuda-
ta tranſit cum onere, ut dicitur in dubijs, debet
etiam tranſire cũ hoc onere, vt non poſſit ſub-
infeudari ſub alio modo, vel forma, ex quo lex
ita diſpoſuit, ut in allegato §.ſimiliter.in ver. pro
fecto, in tit.de le.Conradi. & omnes rationes,
quæ adducuntur in dubijs, quòd res ſit affecta
eo onere, militant etiam in hoc onere ſubinfeu-
dandi eo modo, & forma, & ſic ea omnia faciũt
pro hac parte.

40 Nec diſputatio de regula illa, ſi vinco † vincen
tem te, quanto magis vincam te, de qua in d.l.
de acceſſionibus, & ſuper qua late ſcribit Ant.
Gabr.lib.4.ſuarum concluſionum, tit.de ſucceſ.
ab inteſt. concluſ.4. videtur neceſſaria, cum ſa-
tis ſit nobis in feudis primam cauſam origina-
riam eſſe attendendam, quod procedit nedum
in caſu dicti §.illud quoq;. ſed etiã in alijs caſib.
vt ſi ſubuaſallus delinquat, contra contractum
alienando, quo caſu feudum applicatur primo
domino, qui utrunque vincit, vt per omnes in d.
§.& per alios in locis ſupra citatis, vel ſi primus
vaſallus decedat ſine hærede, quia tunc feudum
cum omni incremento redit ad primum domi-
num, Bal.poſt Iac. de Belui.in d.§.rurſus.ante nu
merum 1.uer.ſed pone, miles.& Felyn.d.nu.69.
ver.tertia declarat.addens, quia materia erat ſic
ordinata naturaliter. Et idem eſſe debet, ut ſub-
infeudatio ſit facienda ſecundum primam & iux
ta illius formam, & aliter non valeat, vel ſaltem
(qui eſt caſus noſter) quando non conſtat quod
fuerit ab ea forma receſſum, quòd debet inter-
pretari ſecũdum illam priorem formam. In quo
puncto non vidi ex tot in dubijs citatis, vt aliàs
dixi, aliquem contrarium tenere, ſed Bal.& Af-
fli.expreſſe dicentes non poſſe fieri alia forma,
vt ſupra. Et velle reſtringere illam deciſionem
ad caſum, in quo fit tantummodo deterior con-
ditio domini, non eſt iuridicum, quia ſatis nobis
eſt quòd lex ſic diſponit. Vnde & ſi dura ſit, ſer-
uanda tamen eſt, l.proſpexit. ff.qui, & a qui.&
tanto minus, quia ſi uoluiſſet dominus diuerſa
forma & modo inueſtire, debebat exprimere,
cum in dubio cenſeatur ſe conformaſſe cum iu-
ris diſpoſitione.d.l.hæredes mei.§.cum ita. vbi
not.ad Treb. quo fit ut licet millies concedere-
tur quòd primus vaſallus poſſet alterare formã
ſuæ primæ inueſtituræ, (quo tendunt omnes ra-
tiones ſubtiliter adductæ in dubijs) quãdo non

fit

ſit deterior condi. domini, oportet tamen q́ id fecerit, quia in dubio feciſſe non uidet, ſicut videmus q́ pater poteſt ſtipulari feudum, uel emphyteuſim pro fœminis, ut ſuccedant cum maſculis, & tamen ſi extet ſtatutum, q́ fœminæ excludantur à maſculis, ſtipulando pro eis, cenſe-
41 tur † in dubio pro eis recepiſſe, iu defectum maſculorum, vt ſe conformet ſtatuto, iux. trad. per Bar. in conſi. 60. quæſt. iſta. in primo dub. & Alexan. in conſ. 15. Viſo teſtamento, circa medium,
42 num. 6. in 4. & regulam illam, quòd † quis cenſeatur iuri communi, uel ſtatuto ſe conformare, procedere in contractibus: trad. Hier. Zanch. in d. §. cum ita. num. 1152. ubi alios citat, & poſſent dari alia infinita exempla quòd quando diſponens poterat diſponere præterquam ſit diſpoſitum à iure, ſi tamen id non facit, cenſetur ſecundum iuris diſpoſitionem contrahere, uel diſponere, quo ſit ut longa diſputatio facta in dubijs an cauſa prima influat in ſecundam, quando non ſit deterior conditio domini, uideatur ſuperflua, quia etſi prædictus uaſallus id facere potuiſſet, cum non fecerit, cenſetur eadem lege, & forma dediſſe ſecundum iuris diſpoſitionem. Et quia in dubijs allegatur dictum conſilium Nat. 600. licet non faciat contra hanc noſtram partem, quia eſt in diuerſis terminis tamen etiam in eo puncto contrarium conſuluit D. Rimi. noſter, in d. conſi. 63. ſupra citato. Sic etiam quia in dubijs citatur Affli. in d. §. illud quoque, nume. 7. quòd vaſallus vaſalli mei, non erit vaſallus meus, niſi quantum ad id, quod dicitur in ipſo §. animaduertatur quòd Affli. nō tenet hanc opinionem, ſed ſupra tenuit aliter, & in d. nume. 7. in ver. ſed propter iſta non recedas ab eo, quod ſupra dixi, recedit ab opinione Iſer. per eum illic relata, & ſupra ex multis comprobatum eſt, ſecundum vaſallū in multis alijs teneri primo domino. Quod autem dicunt moder. Galli ſuper conſuetudine
43 Paris. §. 30. q. 2. ſub num. 16. quòd ſuperior patronus nihil habet in ſub uaſallos, niſi in caſu riſæ, ſeu feloniæ cadentis in delictum, ex quo immediatus dominus dicitur offendi, nō eſt uerum, cum multum plus iuris in eum habeat quā ipſe autumet, vt ex multis exemplis, & deciſionibus ſupra fuit oſtenſum.

Ad id autem quod ipſi moder. trad. in d. §. q. 27. ſub nume. 104. quòd ſi ſubfeuda aperiantur domino, & vniantur cum feudo, quod tenet va-
44 ſallus à ſuo domino, & ipſe committat ingratitudinem verſus ſuum dominum, tunc feudum cum ſubfeudis committitur domino, quia non ſunt amplius ſubfeuda, vel ſubalterna prædia, ſed partes integrales feudi cadentis in commiſſum, quaſi velit q́ ſubfeuda, donec ſunt apud ſubuaſallum, nō ſunt pars integralis feudi, quod recognoſcit vaſallus prædictus à domino, reſpondetur quod id intelligitur propter ſeparationem factam de parte illa in inſubfeudat. quę habet diuerſam naturam, poſtquā eſt facta ſubinfeudatio, vt in dicto c. 1. de capi. qui cur. vend. Sed quando ſit infeudatio, & ſeparat non poteſt negari quin ſit pars feudi, & non debeat ſeruari forma primæ inueſtituræ in ſubinfeudatione, & ſic pars conſideratur antequam ſeparetur, vel in actu ſeparationis, non poſtquam eſt ſeparata, quo poſteriore caſu loquuntur dicti moder. tamen ſi ego crediderim & ſubinfeudatione facta, remanere partem prædicti feudi, licet acquirat in aliquibus diuerſam naturam, ut ex pluribus ſupra citatis comprobati poteſt, ſuper quo tempus inutiliter non conteram, cum pluſquā oporteret, & præter meam conſuetudinem fuerim nimis prolixus.

Poſtremo loco obijcitur in dubijs, quòd fœ-
45 mina † non ſuccedit in feudo, niſi ſit ſpecialiter, & nominatim expreſſum. ca. 1. §. hoc autem no. qui feu. da. poſ. c. 1. §. beneficium. in qui. cau. feu. amit. qui loquitur in terminis quando directum dominium rei quæ conceditur, remanet penes dantem, ut in hoc caſu, ergo per ſubauditum intellectum non potuit fœmina ſuccedere. & cum hoc caſu per ſubauditum intellectum tractemus de admittendis fœminis, ergo non debent admitti contra tex. & regulas iuris feudales, ex quo expreſsè eſt de ea mentio facienda, c. 1. in fi. de ſucceſ. feud. & cum in dubio
46 † regulæ ſit adhærēdum. l. ab ea parte. de proba. etiam tenaciter, Bart. in l. ſi tutor. in fi. C. de ſer. pigno. da. manu. & Fely. in cap. 1. 4. colum. de re iud. Sed ad hoc reſpondetur quòd iura allegata loquuntur in inueſtitura facta per dominum de feudo, quia in ea non comprehendetur fœmina, niſi nominatim exprimatur, ſecus in ſubinfeudatione, quæ ſecundum regulas feudorum debet fieri ſub eadem forma qua fuit facta prima infeudatio, ut toties dictum fuit. vnde cum infeudatio facta fuerit etiam pro fœminis, ſubinfeudatio ſimpliciter facta cenſetur etiam facta pro fœminis, & ſi nihil dictum
47 ſit expreſsè, quia quando prima inueſtitura eſt talis naturæ, quòd in ea poteſt fœmi-
48 na † comprehendi, non eſt opus alia expreſſione, per multa quæ in prædictis reſolutionibus adducta fuere, quod & probatur in capi. ſi cui militi. de capi. extraordi. quod communiter non habetur, vt per Bald. qui illud refert ad contextum. l. quoties, numero tertio, C. de ſuis, & legiti. & illud citat in §. & quia videmus. numero decimooctauo, de ijs, qui feud. da. poſ. & Cur. iunior, dicto tractat. tertia parte, numero quinto.

Nec eſt verum quòd primus inueſtitus haberet directum dominium, vt ſupra reprobatum fuit, & ſi regulæ eſt inhærendum, hoc caſu habemus regulam quòd ſecunda inueſtitura debet fieri ea forma, & modo, prout prima facta primo uaſallo, vnde ſi inhæremus huic

regulæ. proculdubio cenſetur etiam facta inueſtitura pro fœminis, ſaltem in defectum maſculorum. Et hæc ſufficiant in re clara, in qua ſat erat demonſtrare, quòd ſubinfeudatio fuit facta de parte earumdemmet rerum concesſarum in feudum, per epiſcopatum Mantuæ Illuſtriſſimis Dominis de Gonzaga, quod eſt expreſſum in ſua inueſtitura, & vt ſupra etiam dictum fuit. Laus Deo Opt, Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM:

In materia finium, quando ſecundum antiquum inſtrumentum ignoratum ſint ponendi termini? Et ex quib. probetur arbitros, qui tulerunt laudum non vidiſſe inſtrumentum hoc?

Reſtitutio in integrum, an competat cuicunque uniuerſitati etiam caſtri, ſicut competit reipublicæ Romanæ?

Et quando illa poſsit peti, non obſtante ſupina ignorantia, uel prætenſa ſcientia inſtrumenti de nouo reperti?

Quomodo probetur, non fuiſſe poſitos terminos in aliquo loco, & eſſe reponendos, & alia ad rem tractationis finium?

S V M M AE.

1 *Confinia probantur per inſtrumenta diſpoſitiuè emanata inter partes.*

2 *Confinia ſunt attendenda ſecundum inſtrumentum, ad quod fit relatio.*

3 *Relati in termino, quod continetur, idem continetur in termino referente.*

4 *Relatis inſtrumentis ſtandum eſt, non ſecus ac ſi omnia in illis ſcripta fuiſſent deſcripta in referente.*

5 *Confinia probantur per laudum arbitrorum.*

6 *Sententia lata contra vniuerſitatem annullatur ope reſtitutionis.*

7 *Laudum etiam homologatum poteſt reſcindi ab vniuerſitate per reſtitutionem.*

8 *Reſtitutionis remedium competit vniuerſitati aduerſus tranſactionem.*

9 *Sententia, quæ conuincitur de iniquitate propter euidentiam facti, nunquam tranſit in rem iudicatam.*

10 *Clauſula, viſis inſtrumentis, in ſententia demonſtrat iudicem vidiſſe inſtrumenta.*

11 *Sententia continet expreſſum iuris errorem, quæ ad illud ſe refert, quod aliter ſe habet.*

12 *Error probatur oſtendendo rem ſe aliter habere.*

13 *Montes ſunt fines æterni, & in his ſemel verum, eſt ſemper uerum.*

14 *Viæ, ſunt perpetui fines iuriſdictionum.*

15 *Termini finium licet non reperiantur, nihil refert, modo conſtet de loco, vbi debent adeſſe.*

16 *Loca ipſa, licet nuda, ſunt termini, et limites.*

17 *Terminorum plura inſtrumenta non præſumuntur extare.*

18 *Inſtrumenta loquentia de finibus, licèt enunciatiuè, faciunt ad rem.*

19 *Iudices tenentur illam ferre ſententiam, quam volunt partes.*

20 *Sententia pro iuſtitia, uel laudi præſumitur.*

21 *Præſumptio una, tollit aliam.*

22 *Territoriorum diuiſio pertinet ad Principes.*

23 *Princeps non poteſt dominio bonorum ſuorum ſubditos priuare.*

24 *Iuriſdictionem poteſt quis habere in vno loco, & alius proprietatem.*

25 *Princeps non poteſt ſucceſſori obeſſe, cum agitur de diminutione iuriſdictionis & regaliorum.*

26 *Reſtitutionem poteſt petere Princeps propter iuſtam ignorantiam iniuſtæ terminationis finium.*

27 *Laudum non iniuſtitiæ redarguendum.*

28 *Arbitratores poſſunt ſe referre ad inſtrumentum etiam non productum, ſed ab illis aſſertum & confeſſatum per partes.*

28 *Arbitratores non tenentur ſeruare ſolemnitates ordinis iudiciarii.*

30 *Sylua cædua inciſa, repullulat.*

31 *Qualitas, quæ ſolo curſu temporis non tollitur, præſumitur ſemper extare, niſi probetur ſublata.*

32 *Nemora redacta ad culturam, niſi diligenter colantur, regrediūtur ad nemoroſam ſuam naturam.*

33 *Confinibus antiquis non debet nocere declaratio nouorum, vt res ſit magis clara.*

34 *Sententia non valet in vim pacti, quæ habet errorem expreſſum.*

Se-

35 *Secundo requiritur quòd interueniat ſtipulatio, vel pactum inter partes, & constaret partes voluiſſe illam valere in vim pacti, vel tranſactionis.*

36 *Vniuerſitas caſtri, ſiue ſit ciuitas, habet reſtitutionem in integrum tam in iudicialibus quàm in extraiudicialibus.*

37 *Reſpublica reſtituitur in iudicialibus, ſi eſt læſa.*

38 *Et diſpoſitio l. reſpublica, C. ex quibus cauſ. maio. non loquitur ſolum in Rep. Romana.*

39 *Vniuerſitas habet reſtitutionem iure minoris, etiam ad excluſionem minorum a reſtitutione.*

40 *Vniuerſitas æquiparatur pupillo.*

41 *Reſtitutio pari paſſu conceditur minori, eccleſiæ, & reipublicæ.*

42 *Reſtitutio an concedatur vniuerſitati iure pupilli, vel minoris.*

43 *Vniuerſitatis maiores in reſtitutione gaudent beneficio minorum.*

44 *Vniuerſitas in reſtitutione ſatis docet de læſione probando inſtrumētum, vel non fuiſſe repertum, vel non fuiſſe productum.*

45 *Vniuerſitati petenti reſtitutionem datur quadriennium.*

46 *Reſtitutionis quadriennium non currit ignoranti.*

47 *Nec currit antequàm quis inſtrumentum reperiat nouum.*

48 *Nec currit, niſi a tempore ſcientiæ.*

49 *Reſtitutio, quando ſit petenda intra triēniū.*

50 *Et triennium illud quod fiſco aſsignatur, de iure nouo non vendicat ſibi locum in republica.*

51 *Scientia aliquorum hominum, non nocet totì vniuerſitati.*

52 *Et illa non afficit vniuerſitatem, niſi congregatam.*

53 *Confeſsio debet eſſe neceſſario concludens.*

54 *Scientiæ confeſsio incerta facta a ſyndico, non obeſt vniuerſitati, quo minus poſsit petere reſtitutionem ad fines.*

55 *Confeſsio procuratoris emanata per modum voluntariæ iuriſdictionis, non afficit Dominos.*

56 *Appellans debet docere ſe appellaſſe infra decē dies, ſi ſententia eſt lata parte præſente.*

57 *Secus ſi parte abſente, quia tempus non currit, niſi a die ſcientiæ.*

58 *Reſtitutio cenſetur petita intra debitū tēpus.*

59 *Reſtitutionem petens, an teneatur allegare, ſe eſſe intra tempus illam petendi?*

60 *Reſtitutio non poteſt concedi ob inſtrumenta de nouo reperta, niſi probata iuſta cauſa, & iuſta ignorantia.*

61 *Secus in vniuerſitatibus, quibus ſat eſt probare inſtrumentum de nouo repertum.*

62 *Et ſolum requiritur cognitio, an ſimus intra legitimum tempus.*

63 *Vniuerſitas habet præſumptionem ignorantiæ, ex quo ab aliis regitur.*

64 *Officiales cenſentur ignorare facta prædeceſſorum.*

65 *Ignorantia eſt iuſta ob ſucceſsionē in factum alterius, etiam patris.*

66 *Et ignorantia tali caſu poteſt iuramento probari.*

67 *Reſtitutio conceditur, quando ex adminiſtratione officialium quis pretendit ignorantiam.*

68 *Ignorantia facilius præſumitur in facto antiquo.*

69 *Scientia omnium contentorum in inſtrumento, non arguit in eo, qui eius inſtrumenti mentionem fecit.*

70 *Inſtrumenta, quādo dicātur de nouo reperta.*

71 *Confeſsioni extraiudiciali poteſt iudex fidem adhibere.*

72 *Ignorantiæ præſumptio ſufficit ad petendum reſtitutionem ob inſtrumentum de nouo repertum.*

73 *Probationem meliorem quam habeat, vnuſquiſque feciſſe præſumitur.*

74 *Probationes ſunt iudici arbitrariæ.*

75 *Euidentia facti nulla eſt melior probatio.*

76 *Viæ ſæpe ponuntur pro confinibus.*

77 *Via dicitur a vehendo, quaſi veha.*

78 *Formæ mutatio facit tranſire rem in aliam ſpeciem.*

79 *Via, vt dicatur publica, tria exigit copulatiuè. Cæpol.*

80 *Semita non eſt uia, niſi impropriè.*

81 *Verba ſunt accipienda ſecundum propriam ſignificationem.*

82 *Nomina debent eſſe conuenientia rebus, hinc valet argumentum ab ethimologia.*

83 *Pratum dicitur, quaſi paratum dare fructū.*

84 *Paſcua non veniunt ſub vocabulo prati.*

85 *Argumentum ab ethimologia, valet.*

86 *Argumentum ab ordine, valet.*

87 *Probationes minus perfectæ ſufficiunt in cauſa finium.*

88 *Probatio per teſtes de auditu auditus, ſufficit in antiquis.*

89 *Teſtibus deponentibus de verificatione nominum, & identitate rerum, magis creditur in materia finium.*

90 *Termini ſunt reponendi in loco, in quo vere debent ſtare, etiam ſi prima terminatio alioqui fuiſſet iuſta.*

91 *Mutatio, cum ſit facti, non præſumitur, & nominis quando? nu.92.*

93 *Teſtamentum non valet, ſi teſtator nominet ſe alio nomine, quàm vocetur.*

94 *Nomina rerum ex aliquorum ſententia immutabilia ſunt.*

95 *Nominationem factam eſſe per errorem, non præſumitur, niſi probetur.*

96 *Præſumitur quod olim fuit, idem eſſe hodie.*

97 *Et ex præſenti præſumitur in præteritum.*

98 *Fama probatur, etiam ſi teſtes non ita formiter deponant, ſed de publico auditu.*

99 *Et probatur etiam per teſtes ſingulares ex multorum ſententia.*

100 *Et probatur per decem teſtes, etiam non ſormiter deponentes.*

101 *Et an neceſſe ſit, quod dicant ſe ita credere, quod audiuerunt.*

102 *Credendum eſt bonis viris.*

103 *Deponens de fama, magis probat, ſi dicat ſe audiuiſſe a pluribus quàm ab eiſdem.*

104 *Fines probantur per teſtes de auditu in antiquiſsimis.*

105 *Præteritum præſumitur ex præſenti.*

106 *Teſtes deponentes audiuiſſe a ſuis præceſſoribus, optime probant in cauſa finium.*

107 *Dominium in antiquis etiam per inſtrumenta & famam probatur.*

108 *Et hoc in materia finium, ex plurimorum authoritate.*

109 *Finium poſſeſſores non poſſunt amoueri præſumptionibus, quòd iniuſti ſint finium termini.*

110 *Probatio fit per modum, quo fieri poteſt, quando non poteſt aliter fieri.*

111 *Poſſeſsio etiam mille annorum, prodeſse nõ debet, quãdo initiũ eſt vitioſum et iniquũ.*

112 *Clauſula non debet referri ad ſuperiora, ſi eſt appoſita ad qualificandum vltima.*

113 *Vel ſi reſultaret contrarietas, aut repugnantia.*

114 *Terminorum appoſitio præter formam mandatorum, eſt nulla.*

115 *Referens præſumitur erraſse, ſi aliter contineat relatum quàm ipſe referat.*

116 *Reſtitutio concedenda eſt poſt quadriennium, ſtante enormiſsima læſione.*

117 *Reſtitutio eſt concedenda tam contra ſententiam, quam contra tranſactionem.*

118 *Fluminis alvei mutatio non mutat terminos territoriorum.*

119 *Poſseſsio arguit confinia eſſe in loco, vbi poſsidetur.*

120 *Planta eſt ſtandũ facta de mandato iudicis.*

121 *Locus vbi fuerunt poſiti termini, ſatis eſt quòd inueniatur, licet non inueniantur termini.*

CONSILIVM XLI.

In Domino confido:

DIſcuſſio huius cauſæ vertentis inter vniuerſitatẽ, & homines Maſſæ, & Saxi rubei ex vna, & commune & homines Caſtillionis prouinciæ Carfignanæ ex altera, occaſione cõfinium ipſarum Terrarum, pendet a reſolutione dubiorum longo, ſed eleganti, & ſubtili ſtylo, & ordine excitatorum per Clariſs. D.Iudicem aduerſus vniuerſitates ipſas Maſſę, & Saxi rubei. Pro quorum diſſolutione pro fundamento præmitto dictas vniuerſitates habere intentionem ſuam fundatam, q termini ſint reponẽdi iux. terminationem inter partes ipſas factã olim de an.1253. ex inſtrumentis rogatis per Salinguerram notarium Caſtillionenſem in cauſa productis, quia in feudalib. quæſtionib. antiqua monumenta ſeruanda ſunt, l.in finalib. ff.fin.regun. nec dubitandum eſt, quin inſtrumenta illa
1 probent, cum diſpoſitiue emanauerit inter partes, vt vltra Bal.in c.cum cauſam, nu.6.de prob. & Fely.ibi.& Dec.in conſ.42.num.9. citatos in hac cauſa per alios Excell. primo ſcribẽtes, tradĩt Bal.in conſ.420.verba principis, col.pen.nu.5.verſ.item notandum eſt, 1.vol.Calca.conſ.89. quia iſta qõ.col.1.in fi.Soc.cõſ.187.3.col.2.vol. Io.de Amicis, conſ.25.nu.21.Dec.conſ.146.nu.14.2.col.Brun.conſil.34.nu.4. & nouiſſime Socin.iun.qui Dec.ſequitur, d.conſil.42. in con-

fil.

ſil.28.numero 13. quarto volum.
Quod proculdubio procedit, cum dic.inſtrā
fuerint confirmata inter ipſas partes per aliud
laudum latum de anno 1399.in quo habetur re
latio ad inſtrumenta ipſa, vel ad alterum ex eis,
ſcilicet celebratū ſub die 18. Aprilis d.an. 1253.
& mandatur eorum terminos obſeruari, a via
qua itur ad Valuaecaiam verſus d. terras, quo
caſu illa confinia† ſunt attendenda propter rela
2 tionem ad illud factam, Alex.conſ. 193. num.4.
& 5.6.vol.& quia relatum eſt in referente verè,
naturaliter, & proprie, & quicquid continetur
in termino ad quem fit relatio, continetur in
3 termino referente † ſaltem implicitè, & qui
explicat, nihil noui facit, ſed diſcooperit, Bal.cō
ſil.212.ea quæ veniunt, 5.vol.ſequitur Dec. con
ſil.647.nu.3. Et quod ſtari debeat relatis inſtru-
4 mentis, ac ſi omnia† in illis ſcripta, fuiſſent de-
ſcripta in referente,trad.nouiſs.Auguſt.Bero.in
conſ.141.nu.36.2.vol.quod & fatetur ipſe cla-
riſſimus D.motiuans,ad aliud propoſitū, in du-
5 bijs.& quod confinia probentur † per laudum
arbitroiū.trad.ēt Bal.in conſ.468.qualiter pro-
betur, poſt princ.verſ.item quoq; probantur,3.
vol.& Hier. de Mōte,in tra.de finib.c.32.nu.11.
Et licèt contra dictas terminationes & in-
ſtrumenta ſubinde ſucceſſiuis temporib. de an-
nis 1491.1492.& 1542. fuerint termini in alijs
locis diuerſis affixi, vt oſtendetur inferius in re
ſolutione dubiorum, cum tamen id euenerit,
quia dicti homines,& communia,non haberent
d.inſtrumenta antiqua,nec illa produxerūt, nul
lo modo ſtandum eſt dictis contrarijs termina-
tionib. & terminorū appoſitionib. ſed his anti-
quis,& veris, illæq; veniunt reſcindendæ & an
nullandæ,quatenus valerent remedio reſtitutio
nis in integrum petitæ pro parte ipſarum uni-
ſitatum,ut in proceſſu, ſiue habeant uim ſenten
tiæ,ſeu laudi,ſiue tranſactionis, vt de ſententia,
6 †quod lata contra rempublicam (vt ſunt iſtę vni
uerſitates harum Terrarum, quæ reguntur per
ſuos officiales,& adminiſtratores, ut īferius ſuo
loco comprobabitur) eſt tex.in l.emptores, &
ibi Doct.ff.de re ind. Caſtr.in aliàs allegato con
ſil.257.in cauſa, quæ uertitur Parmæ,num.3. 2.
vol.nouiſſimè Fel. in c.ſuborta, pen.col.nu.16.
2.Fall.de re iud.Dec.in d.conſ.42.vlt.dub. Ioa.
Maurit. in trac. de reſtit.in integ.ca.420.Franc.
Mar.q.312.nu.1.2.par. Boſſ.in ſuis iur. tract.cri
mi.in tit.ſi adue.rem ind.reſti.poſtu. num.25.&
26.& Ioach.Miſinger. in ſuis obſeruat.ſeu trac.
ſingula.obſeruatio.Cameræ imperialis, 4.& vlt.
centur.obſeruatione 61.iuncta etiam pręceden
7 te,& in laudo † reſpondit Soc. etiam in cauſa al
legatus in conſ.66.num.5.& ſequen. quarto uo
lum.& Maurit.in dicto capit.ubi etiam, quando
fuit homologatum, idem firmat.
Si uero dictæ contrariæ terminationes uim
tranſactionis haberent, ut tangitur etiam in du-
bijs, & hoc etiam caſu remedium reſtitutionis
8 †his vniuerſitatibus ſuffragatur, vt per gloſ.Pet.
Cy.& alios in l.ſub prætextu,la prima.C.de tran
ſact.Alex.in d.l.imperator,nu.2. Soc.d.conſilio
ſecunda columna, num.10.Corn.conſ.156.co-
lum.fin.3.uolum.& Rui.conſ.67.alias allegato,
num.13.quinto uolum. ac Soc.iun.conſilio 51.
num.quinto, tertio uolum. de quo etiam tradit
Franc.Marza. in ſuis communibus opi. opinio.
64.tranſactionem, ubi loquitur etiā in priuatis.
His paucis pro fundamento præmiſſis, de-
ſcendo ad reſolutionem dubiorum, ex qua cla-
rius, & lucidius apparebit de iuſtitia horum ho-
minum Maſſæ & Saxi rubei; et ſequendo ordi-
nem dubiorum, quo ad primam inſtitutionem,
& conſiderationem, quæ fit ſuper terminis poſi
tis a Serra Marinæ uſque ad viam, quā itur Val-
uaecaiam, arbitror etiam iuſtitiæ congruere, ne
omnino ſtari debeat terminationi, & appoſitio
ni terminorum factæ de dicto anno 1253.vt in
inſtrumento Salinguerræ, non auté factæ de an
no 1399. & ſucceſſiuè alijs temporibus confir-
matæ, cum alterum de duobus uerum omnino
uideatur, ſcilicet quòd aut nō fuit tempore lau-
di lati de d.anno 1399.viſa d.terminatio per Sa
linguerrā, quod ſatis probabile uidetur, ex quo
non eſt credendum, quod ſi illam uidiſſent arbi-
tri, potuiſſent terminos in alijs diuerſis locis, ab
his qui poſiti fuerant in dicta antiquiori termi-
natione, prout poſiti fuerunt, ut mox oſtendā,
quo caſu ſuccedit fundamentum, & remedium
reſtitutionis, aut quod ſi fuit uiſa cum fuerint
poſiti termini contra ipſam primam terminatio
nem et laudum in iudicatū tranſactum, 2.termi
natio fuit nulla, pp eius manifeſta iniuſtitiā, et
expreſsū errorē in ea, qui probatur ex euidētia
facti: cū.n.ſnīa cōuincitur, vel cōuinci pōt, de ini
9 quitate† p euidētiā facti nunq̄ trāſit in rē iudica
tā.c.fraternitatis,de frigi.et malefi. Alc. cōſ.60.
ſtātib.col.6.ver.accedit,4.vol.duplic.cōſ.39.nu
me.23.6.vol.Iaſ.cōſ.21.nu.2.1.vol.Marſ.in prac.
crim §.ordine,nu.15.et in l.1.§.ſi ſerui,nu.4.ff.de
qō. Maran.in trac. de ord.iud.3.par.6.par.prin.
1.actu nu.144. Pariſ.in cōſ.68.ante fi.1.vol. Zaſ.
conſ.11.nu.51.et ſeq.et Gram.conſ.44. nu.2.in ci
uili.ubi loquitur, quando ex facti euidētia appa-
ret de rerum idētitate, et in laudo diuiſorio, qđ
per euidentiam facti iniquum detegitur, trad.
Rui.conſil.149.num.5. 4.uolum.
Rurſus tenēdo ſecundā partē, q tunc uiſa fue
rit d. antiqua terminatio Salinguerræ, in quā uī
inclinare Mag.Do. iudex in dubijs, ſnīa vī nulla,
cū contineat expreſſum iuris errorē, referendo
ſe ad huiuſmodi inſtrī Salinguerræ, quod cōtra
10 rium continet, ut ſtatim oſtendam, †ut in d.clau
ſula (uiſis inſtrumentis) Felyn.in c.licet cauſam,
num.28.verſic.2.concluſio, et in cap. quoniam
contra, num.28.verſi.tertius caſus, Aret.in con
ſil.110.clariſſime.col.pen.et quod ſnīa contineat

11 expreſſum iuris errorẽ, † cũ ſe ad aliud referat,
in quo aliter res ſe habere conſtet, trad. Corn.
conſil. 53. colum. pen. in princ. verſ. quia ſi illa, 1.
12 vol. Nec dubium eſt, quin error † probetur oſten
dendo rem aliter ſe habere, l. ſi poſt diuiſionem.
C. de iur. & facti ignorantia. Rui. conſi. 10. num.
18. in 3. vol. Alb. ad propoſitum, conſ. 9. nu. 49.
& Lauren. Sylua. late conſi. 62. & ſeq. Quod mo
do ex euidentia ipſius facti, & ex collatione ip-
ſorum inſtrumẽtorum & terminationum appa-
reat de iniquitate & errore expreſſo dicti laudi,
& terminationis an. 1399. aperte ex eo conſtat;
quia in prima terminatione fuit poſitus primus
terminus ſup. ſerra collis de Marina, & ab eo re
cte proceſſum fuit ad aliũ ſecundũ terminũ, qui
poſitus fuit in boſchetto, qui vadit ſurſum, ſiue
ſupra ad Nudã, & tertius terminus fuit poſitus
ab eo recte in boſco, apud viam, & exinde in flu
men, ſicut extendebatur rectè. termini vero po
ſiti, ſeu repoſiti in alia ſecunda terminatione nõ
fuerunt poſiti in boſchetto, qui tēdit ſurſum ad
Nudam, nec in boſco apud viam, prout ex viſita
tione loci, & ex planta ac deſcriptione locorum
facta apparet.

Et licet (vt dicitur in dubijs) poſſet eſſe quòd
tunc nõ extaret boſchettus, vel boſchus in illis
locis tempore ſecundæ terminationis, tamen ne
gari non poteſt, quin in loco aſcendente ſurſum
ad Nudam, & in loco recta linea protēdente ad
terminum olim poſitum apud uiam eſſent termi
ni ipſi reponendi, cum iſta cõfinia, Nuda, & via
eſſent cõfinia immutabilia, montes enim ſunt fi
13 nes æterni, † in quibus ſemel verum, ſemper præ
ſumitur uerum, Bald. dictis conſil. 420. num. 1. &
468. in prin. & in c. cum cauſam, nu. 3. præallega
to, Alcia. in tract. præſump. 2. reg. præſumpt. 13.
in prin. & Hiero. de Monte, in c. 17. in fi. d. tract.
14 de uijs autem, quòd etiam ſint perpetui fines † iu
riſdict. trad. Bald. in capit. ex literis, nume. 9. de
probat. Franc. Marza. q. 111. nu. 5. ſecunda par. li
cet igitur nõ inuenirentur termini tunc tempo-
ris, bene inueniebantur loca, in quibus fuerant
termini ipſi appoſiti, & affixi, quę erant ſatis, &
ſuper patentia, & clara, ut etiam in præſentiarũ
ſunt, quibus apparentibus nihil referebat ſi ter
15 mini non † reperiebantur, Gemi. conſil. 100. nu.
4. & Hier. de Monte in c. 107. nu. 1. d. tracta. ubi
loquitur proprie quando loca in ſententia ſint
data pro confinibus, ſunt naturalia, & perpetua,
ut uia, fons, montiũ cacumina, quia nihil refert,
ſi in illis termini appoſiti, uel apponendi non re
16 periantur, nam & loca ipſa † ſunt termini & limi
tes, Corn. conſil. 158. colum. 2. primo uolum. &
Hier. d. cap. num. 3. His itaque ſtantibus, negari
iure non poteſt quin termini ipſi in dictis locis,
quæ oſtendebat & nunc oſtendit euidentia fa-
cti, eſſent reponendi, quod cum factum non fue
rit, ſed fuerint appoſiti in alijs locis, auferendo
partem territorij ipſarum terrarũ: certe (vt dixi)
oportet alterum de duob. fateri, aut quod inſtru
mentum non fuerit tunc uiſum, nec conſidera-
tum, ſed tantummodo per partes allegatum, vel
ſi fuit viſum, & oſtenſum, laudum fuit & eſt ini-
quum notorie, & erroneum, & venit corrigen-
dum, & ad veritatem, & æquitatem reducendũ.

Nec ob. modo, quæ ſubtiliter in hac prima in
ſpectione in dubijs adducuntur. Et primo q in-
ſtrumentum huiuſmodi fuerit inciſum, cum arbi
tri aſſerant uidiſſe inſtr̃a producta, ſed quod nõ
poterant reſpectu aliquorũ locorum cognoſce
re veros, & antiquos terminos, & non præſumit
17 q extarent † alia inſtr̃a aliorum terminorũ, c. in
præſentia, de prob. & in his terminis, l. ſi irruptio
nes. ff. fin. regun. cum alijs citatis in dubijs. Quia
r̃ndetur, hanc non eſſe ſufficientem præſumptio
nem, vel potentem coniecturam ad tenẽdum,
quod inſtr̃m ipſum fuerit tunc productum, quia
in dicto laudo arbitri non dicunt, q fuerint pro
ducta inſtr̃a terminationũ & confinium, ſed tan
tummodo dicunt, viſis inſtr̃is coram nobis ab
vtraq; parte productis, quo caſu in alijs inſtr̃is
faciẽtib. ad cauſam poſſent uerificari illa verba.
18 nam etiam inſtr̃a loquentia † de confinib. enun
ciatiuè faciunt ad cauſam, Doct. in d. c. cum cau
ſam, & in l. eũ aliquis, C. de iure delib. & p Hier.
de Monte in d. tract. c. 60. Quinimò nihil videt,
q dicta verba probent totum oppoſitum, cum
vnum ſit tm̃ inſtrumentum confectum ſuper ter
minatione huius loci, & tamen fuere producta
plura, & ab vtraq; parte, quo caſu illa pluralitas
in uno, nõ poteſt verificari. l. ubi numerus, ff. de
teſtib. c. pluralis locutio, de reg. iur. in 6. Et con-
trarium ẽt oſtenditur ex eo, quod ipſi aſſerunt,
non potuiſſe cognoſcere ueros, & antiquos ter-
minos, cum imo ſi habuiſſent illud inſtrumentũ
præ oculis, potuiſſent uidere illam Nudam, quæ
eſt finis æternus, & immutabilis, & uiam, ſecus
quam fuerat poſitus alius terminus, quæ etiam
erat finis perpetuus, ut ex Bal. & alijs ſatis ſupra
oſtenſum extitit &c.

Quòd modo, ut ſubiungit in dubijs, videatur
conſtare, arbitros illos inſtr̃m ipſum uidiſſe, ex
quo nedum de illo mentionem fecerunt, ſed ex
preſſe diſpoſuerunt eius fines in eo expreſſos in
cæteris eſſe obſeruãdos, & aliàs iniuſtè egiſſent,
ſi ex alieno auditu, vel relatu iudicaſſent, quod
non eſt præſumendum, & maxime, quia relatio
ad illud facta cenſetur illud inſerere relato uir-
tualiter, l. ait. §. 1. & l. in ſumma. ff. de re iudi. mihi
cõcludenter non probat, cum non uideam, qua
re de conſenſu partium nõ potuerint arbitri ex
inſtr̃o aliter nõ exhibito, uel uiſo declarare alios
terminos, de quib. in d. inſtr̃o, in quib. non erat
cõtrouerſia, fore in futurũ ſeruandos, vel q iniu
ſtitia ex hoc poſſet notari, ſi partes cõſenſiſſent,
19 cũ teneant iudices illã ferre ſniam, † quã volunt
partes, l. ſi conuenerit, ff. de re iudi. & l. iudicem.
ff. commu. diui. & cum maior, & potentior ſit
præ-

præſumptio, quòd non illud viderint, cum eo ca
ſu iniuſte repoſuiſſent terminos in alijs locis, vt
ſupra, quod non eſt præſumendum feciſſe, cum
20 præſumatur † pro iuſtitia ſententię, vel laudi. l. mi
les. §. decem. ff. de iudi. Crau. conſil. 188. num. 8.
& Alcia. d. tract. præſumptio. 3. regu. præſumpt.
12, num. 2. quod & fatetur in dubijs Do. Iudex.
certè iſta præſumptio debet tollere quamcunq;
aliam, quæ poſſet vrgere in contrarium, ex quo
21 una † præſumptio, alteram trudit, l. Diuus, ff. de
in integrum reſtitutio. Crauet. conſil. 145. num.
11. & 149. num. 17.
Non obſtat etiam, quod huiuſmodi termi-
natio facta de dicto anno 1399. fuerit pluries
confirmata per Principes, etiam per cõtractus,
& conceſſiones ampliſſime clauſulatas, quod ſa
tis videntur facere potuiſſe, cum diuiſio territo-
22 riorum † ad eos pertineat. Calca. d. conſil. 89. co
lum. 2. & pen. & Brun. d. conſil. 34. colum. pen.
q2 huiuſmodi contractus, & conuentiones prin
cipum, non ligant ſubditos reſpectu eorum pro
prietatis, & dominij bonorum, de quo nunc agi
tur. licet enim reſpectu iuriſdictionis aliud ſit, vt
ipſi poſſint terminos & limites illé apponere,
quo caſu loquuntur Calca. Brun. & Soc. etiam a
Bru. citatus, conſil. 166. in prin. 2. volum. ſecus
tamen eſt reſpectu proprietatis bonorum vni-
23 uerſitatum, & priuatorũ; † quia hoc modo poſ-
ſent dominio ſuorum bonorum illos priuare,
quod a iure non permittitur, ut per omnes in c.
quæ in eccleſiarum, de conſtit. & in alijs locis
24 vulga. non enim † inconuenit, quòd in uno loco
quis habeat iuriſdictionem, & alius habeat pro-
prietatem, Bald. in rub. de rerum diuiſio. num. 8.
Paris de Put. in tract. de feud. reintegr. tit. de ver
bor. ſignif. ver. limes. 2. col. & Hieron. de Mon-
te d. tract. cap. 11. num. 17. Quinimmo nec talis
contractus, vel conuentio facta per Principes
anteceſſores Sereniſs. Domini noſtri Ducis ipſi
25 ſucceſſori poteſt obeſſe, † cum agatur de diminu
rione iuriſdictionis & regalium, Neuiz. inter cõ
ſilia Bru. conſil. 11. nume. 12. Rub. Alex. conſ. 50.
num. 7. Rolan. a Val. conſil. 2. num. 102. 1. uol. &
Ceph. conſil. 154. num. 23. in quibus locis citant
alios id tenentes, præter id quod ipſe iuſte pro-
26 ter ignorantiam † iuſtam dictæ primæ termina-
tionis poſſet reſtitutionem in integrum petere,
& ſibi veniret concedenda, Alex. conſ. 84. 1. vol.
inferius citando, & Zaſ. in conſil. 15. num. 62. &
ſeq. 2. & tanto minus debent teneri dicti homi-
nes Maſſæ, & Saxi rubei, cum dictis terminatio-
nibus & conuentionib. Principum non conſen
ſerint, & in illa priori facta per Pendaleum de
menſe Auguſti, de an. 1491. noluerunt intereſſe;
vt in inſtrumento, & apparet, quòd ſemper con
tradixerunt, & verbo, & facto, cum viderent ſibi
auferri, & vſurpari quod ſuum erat, ex eo quod
non poterant docere de iurib. ſuis, cum non ha
berent dictum inſtr̃m, & quatenus cõſenſiſſent,
adhuc debent reſtitui, & ſi tranſegiſſent, vt ſu-
pra oſtenſum fuit.
Nec uidetur ſufficienter ſatisfactum funda-
mentis adductis pro parte harum vniuerſitatum
per reſponſiones, licet ſubtiles, & doctiſſimas
Excellentiſs. D. Iudicis, nam primo dum reſpon
detur ad fundamentum noſtrum quod non in-
feratur neceſſario non fuiſſe viſum inſtr̃m prædi
ctum anni 1253. quod immo cenſetur viſum, &
productum, alias laudum cenſeretur nullum, qđ
non eſt præſumendum, l. quoties, de verb. oblig.
& de reb. dub. & quia ad illud ſe retulerunt. ne-
dum faciendo mentionem de notario de eo ro
gato, ſed & de die rogitus, ideo, ne iniuſta redar-
27 guantur, † contra l. Hærẽnius, de euict. & c. quo
niam contra, de proba. quæ redargueretur, ſi de
re incognita iudicaſſent debet præſumi uiſum
& productum, iuſte poteſt replicari quòd non
propterea laudum poſſet dici nullum, ſi quidem
potuerunt arbitratores ſe referre ad inſtrumen
tum etiam non productum, ſed ſibi aſſertum, &
28 confeſſatum † per partes, & de quo tantummo-
do in actis aſſertorijs fuerit facta mẽtio, ut trad.
Fely. poſt alios, quos citat, in c. cum venerabilis,
nu. 42. de excep. & ita fœdere diſtinctionis opi-
niones diſſonas conciliat Rip. in l. ait prætor. §.
ſi iudex. ff. de re iudi. num. 9. quod probatur ex
tex. in d. §. cum uenerabilis. Quod ſi in ſententia
iudicis procedit, quanto magis in arbitramẽto,
29 in quo non ſeruantur iſtæ ſolemnitates, † nec te
nentur arbitratores ſeruare ea, quæ trad. in d. c.
quoniã contra. Io. Bapt. Peruſ. in tract. de arbitr.
& arbitra. q 68. nu. 24. & quod nullus ordo iudi
ciarius coram eis ſit ſeruãdus, habetur in c. Quin
tauallis, de iureiur. de quo per Dec. in l. cum te,
num. 4. C. de tranſact. & cum nulla eſſet quæſtio
inter partes a dicta uia tẽdente Valuaccaiam in
uerſus dictas terras, non erat etiam opus aliqua
ſententia, uel deciſione: unde cum ipſi arbitrato
res fecerint ſimplicem declarationem aliorum
terminorum, in quibus nulla erat controuerſia,
ſatis fuit ſe referre ad inſtrumentum non uiſum
uel productũ, Dec. in d. c. cũ uenerabilis. nu. 17.
Sic etiam non tollitur fundamentum noſtrũ,
quo magis urgere uidetur præſumptio illa, qđ
non fuit tunc tp̃is productum, uel uiſum inſtr̃m
illud antiquum, cum aliàs ſententia, & laudum
ab iniquitate euidenti, & manifeſtiſſimo errore
defendi non poſſet, ex quo termini non fuere
repoſiti in boſchetto, & boſco, ubi p̃ primã ter
minationẽ fuerant appoſiti. Reſpon. quod hoc
non cõcludit, cum locus ambiguus, & incertus
boſchetti tunc uiſus fuerit arbitratorib. & locus
ille faciem, & formã potuiſſet mutaſſe, per inci-
ſionẽ boſchetti, quę nec hodie extare nõ uř pro
batum ẽt ex loci inſpectione. Nanq; licet hæc re
ſpon. fundõ per me ſupra cõſtructo de cõfinib.
æternis, & perpetuis, Nuda, ſ. montis, & uia non
quadret, nec conueniat. & ſic fundamentum

noſtrum omnino inconcuſſum remaneat, mihi
tamen videtur, ut etiã iuſte, & rationabiliter poſ
ſit fieri fundamẽtum in hoc, quod ſatis dicatur,
vel præſumatur non fuiſſe viſum dictum inſtru
mentũ, ex quo termini non fuere repoſiti in bo-
ſchetto, & boſco. Nec me mouet, quod boſchet
tus ille potuiſſet eſſe inciſus, & non apparere,
quia cum certus eſſet locus, in quo erat propter
vicinitatem, & rectitudinẽ ad Nudam de facili,
& ſi tũc tpis fuiſſet inciſus apparuiſſent ſtirpes,
& radices arborũ inciſarũ, cũ veriſimile ſit non
fuiſſe euulſas vel extirpatas, & cum arbores non
eſſent cupreſſi, quæ ſolæ repullulant, credẽdum
eſt qđ veſtigia illius boſchetti facile potuiſſent
30 apparere, vel quod inciſæ † repullulaſſent. l. ſyl-
ua, vbi Alcia. de verb. ſignific. & l. ex ſylua, ff. de
vſufr. Cepol. in tract. de ſeruit. ruſtic. præd. in c.
de montibus. nume. 6. & idem dicendum eſt de
boſco, vel nemore maiori, quod non eſt præſu-
mendum faciem, vel formam mutaſſe, cum hæc
ſit qualitas, quæ ſolo curſu temporis non tolli-
31 tur, ideo præſumitur † ſemper extare, niſi probe
tur ſublata, Corſet. in ſingul. in ver. præſumptio,
il primo, verſ. regula eſt. Vnde licet res culta de
32 facili ſi non colatur † mutetur in nemoroſam
ſui naturam, ut per Soc. conſil. 89. colum. 1. verſ.
ſed circa. 1. uolum. ſequitur Rolan. a Val. in con-
ſil. 67. num. 16. ſecundo uolum. ſecus tamen eſt
in nemoroſa, quæ non mutatur naturaliter niſi
factum interueniat hominis, quod nõ præſumi
tur, ut ſupra. Quod autem dicitur in dubijs, non
fuiſſe probatum, uel oſtenſum, nunc extare di-
ctum boſchettum, tollitur ex proceſſu uiſitatio-
nis loci, ubi fol. 74. 1. facie, legitur fuiſſe oſtenſum
locum nũcupatum *il boſchetto*, ſupra locum Nu-
dæ, & uiſum fuit in eo loco uocato il boſcheto;
extare quamplurimas arbores craſſæ, & altæ.

Et ex bis cõfirmatur id, quod aliàs per alios
Mag. primo ſcribentes tactum fuit, & per me ſu-
pra comprobatum, quòd ſi dictum inſtrumen-
tum fuiſſet uiſum, & oſtenſum, cenſerẽtur iniu-
ſtè. & erroneè poſiti termini in alijs locis, & lau
dum ipſum tanquàm notorie iniquum & erro-
neum non eſſet attendendum rapugnante facti
euidentia. Nam & boc caſu ceſſat quod reſpon-
detur in dubijs quod ex quo termini erant tur-
bati, adeo quòd conſtare non poterat de locis
in quibus erant reponendi, potuerunt arbitri il
los reponere, ubi iuſtius, & rectius, ſibi uiſum
fuit, ut per Bal. in dictis cap. cum cauſam, & cap.
ex literis. nam id potuiſſe procedere, ſi talis fue-
rit turbatio, ut etiam loca in quibus fuerant
prius poſita fuiſſe ignota, & uериſimiliter di-
gnoſci non poſſent, quod falſum eſſe ſupra ſa-
tis & ſuper fuit oſtenſum. Quibus additur, quòd
cum ipſi arbitratores repoſuerunt nouos termĩ
nos ad maiorem declarationem illa declaratio
33 † non debet nocere confinibus antiquis. Pariſ.
conſil. 4. num. 9. 4. uol.

Vltimo ẽt tollitur id, quod in dubijs dicitur,
quod huiuſmodi ſententia ſaltem ualuit in uim
pacti, ut per gloſ. & Doct. in l. 2. C. commun. utr.
iudi. ex quo principes illã approbauerunt: quia
præter ea, quæ ſupra dicta ſunt, quod factũ Prin
cipum ultra eorum iuriſdictionẽ non nocet par
tibus in eorum proprietatibus, & quod illæ con
uentiones non ligant etiam hunc Sereniſs. Du
cem noſtrum, reſpondetur primo quòd illa glo.
& opin. illam tenentium, non procedit in ſenten
34 tia, quæ habet † errorem expreſſum, Bal. in l. er-
ror, colum. fin. in princ. num. 14. C. de iur. & fac.
ignor. & in l. 1. num. 2. C. de iuriſdict. omn. iudic.
nam hoc nõ poſſunt remittere partes, Fely. in c.
1. num. 8. 6. ampliat. de ſent. & re iudic. Secundo
35 oporteret quod interueniſſet pactum, † uel ſtipu
latio inter partes, Abb. conſil. 92. contra ſenten-
tiam, num. 2. primo uolum. Soc. conſil. 220. in fi.
ſecundæ colum. & Dec. conſil. 475. nume. 35. &
tertio quod conſtaret, quod partes uoluerint il
lam ualere in uim pacti, uel tranſactionis, Dec.
in conſil. 492. in fi. quæ hic non interuenerunt,
quinimo apparet quòd partes credebant, dictũ
laudum ualere, & credebant, ſe teneri ad eius
obſeruantiam, nec habebant animum præiudi-
candi partibus, ut dicetur etiam inferius ſuper
ſecunda inſpectione ſequenti.

Aggredior igitur ſecundum caput dubiorũ,
ſeu ſecundam inſpectionem, in qua agendum eſt
de cõfinib. poſitis de an. 1491. & 1492. & ſucceſſi
ue repoſitis de anno 1542. a uia tendente Val-
uauaiam. ſeu a caſcatoria fluminis, quam uocãt,
vſque ad locum Saldaiæ, in quo de tribus ſubtili
ter dubitauit Excellentiſs. Iudex.

Primo, nunquid remedium reſtitutionis in-
tentatum competat dictis uniuerſitatibus Maſ-
ſæ, & Saxi rubei, & quo iure, cum ipſe Clariſ. mo
tiuans inclinare uideatur in eam partem, ut tan-
tummodo eis reſtitutio cõpetere poſſit, ex clau
ſula, ſi qua mihi iuſta caſa &c. ut in l. 1. in fi. ff. ex
quibus cau. maio. per multa quæ ibi citat.

Secundo, an tempora ſuffragentur cum tem-
pore petitionis huiuſmodi reſtitutionis, & trien
nium, & quadriennium effluxiſſe uideretur.

Tertio, an etiam his ceſſantibus fuerit eorum
intentio fundata, ut poſſint obtinere.

Quo ad primum dubium facio hanc uetam,
** & receptam, uel receptiorem ** concluſionem,
quòd reſtitutio competens uniuerſitatibus, quę
ꝑ alios regunt. & quæ reipublicę nomen habẽt,
ſiue ſint Caſtri, ſiue ciuitates, habent reſtitutio
36 nem in integrum, tam † in iudicialibus quàm ex
traiudicialibus, ſicut pupilli, & hoc caſu loqui-
tur tit. C. de iu. reipub. li. 11. qui ſecundum glo.
& communiter Doct. ibi loquitur in alijs repu-
blicis quàm Romanorum, quod etiam tenent
Pet. de Bellaper. Alber. Io. Fab. & plerique alij in
ferius citãdi, & quod reſpublica reſtituatur in
37 iudicialibus † ſi eſt læſa. eſt text. in l. 1. illius tit. ꝙ

au-

autem more pupilli eo caſu iuuetur, eſt text. in l. rempublicam. eo. tit. & quod vtatur iure minoris, eſt tex. in l. reſpublica. C. ex quib. cau. maio. Quod & probatur ex l. 1. C. de off. eius qui vic. alter. iud. vel præſid. obtinet. vbi conceditur reſtitutio reipublicæ læſæ, & certiſſimum eſt illum textum non poſſe intelligi de republica Romanorum, ex quo præſes, vel vicem gerens non regebat rempublicam Rom. & licet multi fuerint
38 illius ſententiæ quòd diſpoſitio† dd. ll. tantummodo loquatur in republica Romana non aliarum ciuitatum, & nitantur reſpondere fundamẽtis tenentium hanc partem noſtram, vt in dubijs Excellentiſſimi iudicis, tamen hæc noſtra quam defendimus, proculdubio, & verior vt dixi, & communior eſt ſẽtẽtia: hanc enim tenuit gl. frequentius in pluribus locis, vt in rubrica dicti tit. C. de iure reip. in d. l. 1. & in d. l. rempublicam. vbi idem tenent Bar. in d. rubrica, & Io. de Platea in l. 1. nu. 1. & in d. l. rempu. in prin. idem tenet gl. in l. nihil ff. ad Maced. quam ſequuntur ibi Bal. Saly. & Fulgo. & in §. rurſus, in ver. reipu. vbi loquitur etiam in Caſtris & villis, Inſtit. de actio. ubi late hanc ſententiam defendit Io. Fab. num. 27. & ſeq. & cum ea tenet Io. de Platea ibi, in fine, & videtur tranſire etiam Iaſ. num. 35. licet non bene firmet pedes, & ibi illam defendit Gomes. nume. 18. vbi priuilegium hoc extendi voluit ad omnia Caſtra, & omnes vniuerſitates rationibus illic adductis. Idem tenet, & latè defendit Petrus de Bellaper. licet a multis viderim illum citari pro aduerſa parte in d. l. reſpublica, vbi refert Accur. ita tenuiſſe in diſputatione, & quòd eſt celebrior opin. quam etiam tenuerunt plures antiqui relati per Alber. ibi, Azo, Guido de Suza. Dyn. Iac. de Are. & quam idem Alber. ibi dicit communiter approbari, & quod vidit communiter illam obſeruari. & licet ipſe Alber. illic dubitauerit, nunquid altera opinio diuerſa eſſet verior, tamen in d. l. 1. C. de off. eius, qui vicem. vbi etiam idem tenet ibi gloſ. dicit ſe putare hanc eſſe veram, & quod communiter vidit illam ſeruari in quacumque ciuitate, villa, & municipio, & ibi, etiam citat pro hac ſententia alios antiquos, Iac. Bal. Odofre. & Galeot. Saly. qui dicit communem in d. l. reſpublica. nu. 3. & Caſtr. ẽt ibi, idem tenent Alber. nu. 3. Saly. nu. 4. & Iaſ. qui dicit eſſe communem, nume. 15. & 16. in l. ſi. C. de ſacroſ. eccleſ. Caſtr. in d. conſi. 257. num. 3. 2. volum. nouiſſimorum, Alex. tam legẽdo quam conſulendo, ut in l. ciuitas, nume. 12. & ſeq. ff. ſi cer. petat. in cõſil. 1. colum. 4. ante med. 4. uolum. 55. quoniam, colum. pen. 2. dub. 5. uolum. vbi uoluit competere hanc reſtitutionem uniuerſitati
39 iure† minoris etiam ad excluſionem minorum a reſtitutione. & in conſil. 196. num. 3. 6. volum. Soci. conſil. 299. col. 2. in 3. difficultate, in princ. 2. volum. & in his terminis conſil. allegato 66. num. 5. & ſeq. vbi voluit, hoc caſu pupillis pariſicari Corn. in terminis d. conſilio 156. & in conſil. 189. colum. 2. eo. 3. volum. quam etiam in terminis tenet Dec. citato conſil. 42. num. 12. & ad fin. cõſi. Rui. allegato. cõſ. 67. nu. 13. in 5. Alcia. tam legendo quàm conſulendo hanc etiam ſententiam amplexus fuit, ut reſpublica Caſtri, & vniuerſitatis reſtituatur non ſecus quam pupillus, in l. eum qui vectigal. in ſi. ff. de verb. ſignific. quod videtur tenere in d. l. ſub prætextu, 3. pag. in conſil. 7. num. 9. & ſeq. lib. 3. & in conſil. 7. ante ſi. num. 36. lib. 4. ubi dicit, quod iure communi reſtituitur, & quod ſæpe pro hac parte conſuluit, & vidit iudicari, & quod reſtituatur iure minoris, tenent etiam Crot. in conſil. 145. 1. colum. & hanc eſſe veritatem firmat Maran. loquens in omni republica, in ſuo tracta. de ordi. iudi. 6. par. 2. actu, numero 87. cui adhæret Ioan. Franc. Balb. in tracta. de præſcrip. 3. par. 5. par. principalis. q. 2. num. 2. & ſeq. & ſecundum hanc conſuluere etiam alij moderniores, Neuiza. qui dicit communem, in conſil. 43. num. 2. Nat. conſil. 51. num. 11. vbi vtitur iure minoris, & in conſil. 548. num. 18. Cepha. qui oſtendit id non fieri uirtute dictæ clauſulæ, ſi qua mihi iuſta cauſa, & in conſil. 40. nu. 54. & ſeq. & Laur. Sylua. conſil. 4. nu. 21. ubi dicit, ita uidiſſe iudicari, ac Grãmat. in conſil. ciuili 76. num. 6. & ſeq. & maxime nu. 11. & 14. vbi dicit, illam reſtitui, ſicut pupillum. hanc etiam eſſe communem Doct. opin. aduerſus Bar. & alios contrarium tenentes, tenuit in his terminis Io. Maurit. in d. tracta. c. 417. huius ſniæ eſt etiam Boſ. in loco ſupra citato, ſcilicet in tit. ſi aduer. rem iudi. reſti. poſtul. num. 25. et 26. et 5. num. 20. ubi dicit communem, ſequẽdo Decium d. conſil. 42. Craue. conſil. 388. num. 20. et 642. num. 13. et Ioachin Miſinger. in locis ſupra in prin. pro fundamento citatis, et hanc opin. citãdo Maurit. in d. cap. communem eſſe firmat Io. Baptiſta Plot. in repetit. l. ſi quando C. unde ui, num. 44. et nu. 766. vbi dicit quamlibet uniuerſitatem cuiuslibet villæ, vel Caſtri, ſecũdum communem opinionem habere hanc reſtitutionem priuilegio minorum, quo de iure gaudet, cuius opinioni nouiſſime ſubſcribit Do. Franc. Maria eius filius, in addit. ad conſi. Marti. Laud. 41. nu. 6. vbi quoque dicit communem, & huius ſententiæ etiam eſt Ferret. in conſil. 41. nu. 2. ubi ſequitur Caſtr. & Soci. in dictis conſilijs, & quod uni-
40 uerſitas† æquipararetur pupillo, in alijs terminis trad. etiam Bald. in l. nulli, num. 4. per d. l. rempublicam ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, & ſequitur Craue. in conſil. 132. num. 9. & diſpoſita in uno procedere in altero declarat Euerard. in ſua topica. in loco, a pupillo ad rempublicã. vbi in princ. uidetur ſentire, & admittere hanc noſtram ſententiam. & quod æquipararetur minori etiam uoluit Iacob. Menoch. in ſuo tracta. de recuper. poſſeſſ. 15. remed. poſt Rui. & Alciaquos citat, numero 191. ſed quod pari paſſu incedant

41 dant † in reſtitutione minores, eccleſia, & reſpu
blica, quæ minorum exemplo per adminiſtrato
res reguntur. tradit etiam Octaui. Veſtri. in ſua
praxi, libro 8. in titu. de reſtit. in integr. 3. & 4.
pag. & ibi in addit. Ex his igitur apparet non eſ-
ſe dubitandum, quin huiuſmodi ſententia ſit ve
ra, & communis vel communior, licet aliqui ci-
tati in dubijs autumauerint, & propterea vniuer
ſitates ipſas ſpeciali priuilegio reipublicæ con-
ceſſo reſtituendas eſſe, ſicut reſtituuntur mino-
res & pupilli, non autem ex edicto prætoris, &
ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. ut tangi-
tur in dubijs, quod etiam non iniuria firmarunt
clariſſimi aduocati huius partis in anteriori-
bus eorum ſcriptis.

Cæterum admiſſo ſine veritatis præiudicio,
quod quælibet reſpublica non haberet hoc be-
neficium ex ſpeciali priuilegio ſibi a iure com-
muni conceſſo, ſed tantummodo propter illas
cauſas, quas Excellẽtiſſimus Dominus iudex te-
tigit in dubijs, quia ſcilicet per alios reguntur,
& propterea in eis ignorantia magis præſumi-
tur eius quod per adminiſtratores geſtum eſt,
& quia in huiuſmodi vniuerſitatibus extant mi-
nores, pupilli, pauperes, infirmi, viduæ, & ſimiles
miſerabiles perſonæ, quæ in conſequentiam lę-
derentur, ꝑꝑ quas iuſta eſt cã reſtitutionis: non
ꝑpea video quare hoc remediũ reſtitutionis, nõ
cõcedatur, ſicut conceditur minorib. & pari mo
do vt illis conceditur, conſtito tantummodo de
lęſione petentis, non etiam docto de iuſta cauſa,
vel iuſtitia huius reſtitutionis, vt exigitur in pri-
uatis perſonis, de quo inferius ſuo loco dicetur.
Nam video quod doctores, qui etiam Iac. Butr.
& Bar. ſequuntur opinionem, qui tenuerunt re-
ſtitutionem hanc Caſtris, & villis modo popu-
loſis, & magnis, concedendam eſſe, intelligunt
fauore ipſarum perſonarum eſſe concedendam.
42 & ſic iure pupilli vel minoris, † & ſimilium, & ex
perſonis eorum, quod voluit Bar. in d. l. rempu-
blicam, in prin. & uidetur ſequi Angelus ibi. ſed
& clarius Bald. in d. l. reſpublica, intelligit opi-
nionem Iaco. Butr. quod fauore harum perſo-
narum vniuerſitas reſtituatur, & hæc debet
ſemper videri iuſta cauſa reſtitutionis ſi eſt læſa,
cum regatur per ſuos adminiſtratores, vt etiam
per Ang. ibi & Caſtr. qui dicit quòd æquiparan-
tur minoribus, & ibi dicit Alber. quod de facili
ſubſunt læſionibus quod reguntur per admini-
ſtratores, & ſæpe per baratores, idem quod pro
pter eas perſonas, & earum fauore concedatur
reſtitutio, præter quamplures ſupra citatos fir-
mat etiam Abb. in c. 1. num. 15. de reſtit. in inte-
gr. Corn. conſil. 189. 2. colum. in 3. uolum. & q
43 hoc caſu maiores † gaudeant benef. minorum
tenet etiam Georg. Nat. in tract. ſuper ſtatuto q
ſtant. maſ. fœmi. non ſucced. citando Bal. in d. l.
in 3. quæſt. dicti tracta. num. 12. Idem intellexit
Alexan. d. conſilio 55. Ialin d. l. fin. num. 16. ubi
dicit quod in rebus publicis adminiſtratores
ſegnius ſe exercent, niſi vbi agitur de commo-
do priuatæ rapinæ. Idem ante eos voluit Caſtr.
in allegato in dubijs conſilio 317. in antiquis,
alias 37. num. 1. 2. volum. in nouis, Marſ. ſingulari
699. & Gom. in d. §. rurſus, num. 18. ubi quod ra
tione communionis extenditur priuilegium, &
quod ideo reſtitutio concedatur, ex quo regun-
tur per adminiſtratores, ſicut minores, tenet ẽt
Rolan. a Val. in conſ. 90. num. 23. & ſequen. 1. uo
lum. & quod ea reſtitutio caſtris cõcedatur, quæ
minoribus conceditur, nouiſſime trad. Emanuel
Soarez. in ſuo theſau. recep. ſentẽtiarum, in uer.
reſtitutio in integrum, il 2. num. 75. ubi etiam di
cit communem. & ſequitur Dec. in d. conſil. 42.
Quo fit ut cum ex iuſta cauſa legib. approbata,
ſicut minores reſtituuntur etiam uniuerſitates
docto ſolum de lęſione, non autem aliter docto
etiam de iuſta cauſa reſtitutionis, ut in priuatis
exigitur, debent reſtitui, ut declarat Veſtri. loco
ſupra citato, quæſtio iſta, non multi ſit ponderis,
ut etiam videtur fateri Magnificus Motiuans,
cum vtroque caſu ſatis ſit conſtare de lęſione, ſi
44 ue illa contigerit, † quia inſtrumentum tunc non
fuit repertum, ſiue quia non fuit productum,
ut per Barto. in l. uni. numero tertio, C. de ſen-
tent. contra fiſ. lat. retract. Ioan. de Platea in
dicta l. prima, numero primo. C. de iure reipubli
cæ, Ang. & Caſtr. in d. l. imperatores. ff. de re iu-
di. & Seuer. in repet. l. admonendi, colum. mihi
11. ff. de iureiuran. & Caſtr. dicto conſilio 257.
numero tertio, de quo etiam inferius aliqua ſuo
loco dicentur.

¶ Succedit modo ſecundum dubium huius ſe-
cũdæ inſpectionis, in quo agitur de tempore pe
tendi dictam reſtitutionem, in quo dubitat Cla-
riſſimus Dom. Motiuans ex multis lapſum fuiſſe
tempus ad petendum talem reſtitutionem. ego
uero nihil dubito, cum videam communiorem
Doctorum ſententiam eſſe pro parte noſtrarum
vniuerſitatum, quod reſtitutio potuerit peti in-
tra quadriennium, cuius initium, cum ſit vtile,
non potuit currere ante repertum dictum in-
ſtrumentum vel inſtrumenta, ob quorum re-
pertionem nunc petitur reſtitutio iſta, licet
aliqui fuerint alterius ſententiæ, ut in du-
bijs obijcitur.

Nam primo quod detur quadriennium vni-
45 uerſitati † petenti reſtitutionem, tenent glo. Pet.
colum. 2. Cyn. q. 4. Bart. Saly. qui dicit commu-
* nem, * & ueram, & Caſtr. in d. l. reſpublica, &
Bart. in d. l. rempublicam & ibi Io. de Plat. num.
2. C. de iure reip. lib. 11. & in d. l. uni. C. de ſent.
cont. fiſ. lat. Io. Andr. in addit. ad Spec. citatus in
dubijs. ubi dicunt hodie eſſe deciſum per c. pri-
mum & ſecundum, de præſcrip. in 6. ubi datur
quadriennium eccleſiæ læſæ, & eccleſia, & reſpu
blica pari paſſu incedunt, d. l. fi. ubi Docto. C. de
ſacroſan. eccleſ. Doct. in d. l. reſpublica, & in alijs
locis.

locis & quod detur quadriennium, firmat, & ita
dicit fuiſſe deciſum in conſil Neapol. Afflict. de
ci. 175. quod & tenet Nat. conſil. 45. in princ. &
in his terminis etiam firmat Alexan. dicto con
ſilio 1. colum. 4. circa med. in 4. Soci. dictis con-
ſilijs 194. 3. colum. verſic. 3. & 66. num. 16. Dec.
dicto conſil. 42. in fi. Alciat. dicto conſil. 7. in fi.
& Ferret. dicto conſil. 41. num. 3. & ſeq. Quod
autem non currat illud quadriennium ignorãti,
46 † probatur in d. cap. j. & 2. vbi ſi negligens fuit
eccleſia, non excuſatur, quæ negligentia nõ pro
cedit in ignorante, et ita quod exigatur ſcientia
vniuerſitatis, et quod alias non impediatur re-
ſtitutio, firmant præallegati omnes poſtremo
loco citati in dictis conſilijs, ſed et ante eos Bal.
ad propoſitum quod quadriennium non cur-
47 rat † antequam quis inſtrumentum reperiat no-
uum, ſeu de nouo, in conſil. 92. quædam ſenten-
tia, verſic. ſed hoc non obſtante, 1. volum. et Ce-
pha. conſi. 180. num. 29. et in alijs terminis quod
regulariter non currat hoc tempus quadrien-
48 nij. niſi a tempore ſcientiæ, † etiam propter lon
giſſimum ſpatium temporis, firmauit Bal. in l. fal
ſam, C. ſi ex falſ. inſtru. cum quo eſt communis
opinio, ut per Abb. Felyn. et latiſſime Pariſ. in c.
2. nu. 23. et 24. de præſcrip. Rui. in cõſ. 143. nu. 15.
in 4. et 103. num. 19. in 5. et in alijs cõſilijs Crot.
conſ. 54. num. 3. Ceph. conſil. 180. num. 26. Bero.
q. 81. num. 5. & ſeq. Tiraq. late in trac. de retract.
tit. 1. §. 35. gloſ. 4. num. 15. et 43. Craue. in tracta.
de antiquit. temp. §. parte. §. materia iſta, quæſt.
23. nume. 44. et ſeq. Plot. in d. l. ſi quando, nu-
mero 526. Didac. Couar. in repet. regulæ poſſeſ
ſor 3. par. §. 3. numero 3. de regu. iur. in 6. & Ri-
mi. iun. In l. 1. in fi. C. qui admit. qui omnes alios
• citantes dicunt hanc communem, * & veram
ſententiam, & citant quamplures alios idem te
nentes, & poſſem etiam alios plures tam anti-
quos, quàm modernos adducere, quos ſcienter
omitto, ne folia implere videar. ſolum addam, ꝙ
Rip. in d. l. admonendi, numero 17. firmat in ca
ſu illius l. quæ fraternizat cum hac noſtra q.
quod datur quadriennium, ſecundum commu-
nem opinionẽ & ſubiungit ante fin. quod cum
ſit tẽpus prætoriũ, eſt a principio utile, innuens
quod ſi ob ignorantiam non poſſet quis pete-
re reſtitutionem & non inueniſſet inſtrumenta
non currit tempus.

Hac cõcluſione firmata, facile tolluntur ea,
quæ in hoc puncto in dubijs adducuntur, quib.
ſpecialiter reſpondetur. & primo dum dicitur,
quod tenendo illam opinionem quod benefi-
cium reſtitutionis conceſſum fiſco uel reipu.
Roma. non extendatur ad alias ciuitates, uel Ca
ſtra, nõ erit opus quęrere de tpe cũ nullo tpe ip
ſis uniuerſitatib. competierit hoc priuilegium: ſi
uerò teneamus quod competierit, & tunc in-
tra † triennium reſtitutio erat petenda, ut per
49 Iacob. Butr. Saly. & Pau. in l. ſub ſpecie. C. de re

iud. Bald. in dicta l. vnica. Imo. Alexan. & Hercu-
la. in dicta l. imperatores. unde cum ab anno
1491. lapſi fuerint pluſquam ſeptuaginta anni,
& ab anno 1542. 21. tempora non uidentur de-
ſeruire, maxime quia ſumus in tẽpore ciuili, non
prætorio, quo caſu loquitur Bald. in d. l. falsã. Re
ſpõdetur nõ eſſe ullo modo dubitandũ, quin be
neficium hoc competat etiam his caſtris & uni-
uerſitatibus, ut abunde, & ſatis & ſuper, ſupra de
monſtratum fuit, ſecundum ueriorem & com-
muniorem Doct. opin. & ſaltem negari non po-
teſt quamcumq. opinionem teneamus, quin fa-
uore perſonarum remedium hoc competat. &
per conſequens agendum eſt de tempore, in-
fra quod eſſet concedenda reſtitutio. & iam
ex maxima Iureconſultorum caterua compro-
batum eſt dari quadriennium vniuerſitati &
reipublicæ ad petendũ reſtitutionem, non trien
nium, ut uoluerunt citati in dubijs, ſentientes
omnes illud triennium quod fiſco aſſignatur in
d. l. uni. de iure nouo non poſſe ſibi locum uen-
50 dicare in republica. & expreſſe † præter Barto.
& Io. de Plat. in d. l. uni. firmant etiam Barto. &
Caſtr. poſt prin. in d. l. imperatores. nec idem Ca
ſtr. in ſpecie mihi tenet contrariam partem, li-
cèt diſtinguat & in noſtram inclinat, quando
pars non fuit in culpa, & Bald. ſibi parum con-
ſtans aliter etiam intellexit d. l. primam, ut pro-
cedat quando ipſo iure fiſco ſuccurritur, ſecus
ſi per uiam reſtitutionis, quia non triennium,
ſed quadriennium datur, ut per eum in l. 1. nu-
mero 3. in fi. C. de condictio. indeb. & hanc eſſe
• communem Docto. ſententiam * etiam in fiſco
tradit Boſ. in d. tit. ſi aduerſus rem iudi. reſtitu.
poſtulet. numero 6. & cum hoc caſu verſemur
in tempore prætorio, non ciuili, communis opi
nio quod non currat a tempore læſionis. ſed a
tempore ſcientiæ, & reperturæ inſtrumento-
rum optimo iure procedit, ut ſupra comproba-
tum extitit. & licet hæc reſtitutio concedatur
etiam reipu. ob ſolam omiſſam productionem
inſtrumentorum, ut per Bartol. in d. l. vnica. de
quo etiam fuit ſupra dictum, & ſit eo caſu quo
non habet ignorantiam, ſed ſcientiam, tamẽ nõ
ſequitur quin etiam quando habet ignorantiã,
et non habet inſtrumenta in promptu, ſit reſti-
tuenda. et tantummodo currat tempus a tem-
pore quo inſtrumenta reperta ſint, vel de eis ha-
beat certam ſcientiam, ut illis uti poſſit, ut in ca-
ſu iſto reſponderũt tot Iuriſprudentes ſupra ci-
tati, et particulariter declarat Caſtr. d. cõſi. 257.
num. 3. nam reſpectu cauſæ inſtrumentorum nõ
repertorum ignorantia etiam in republica po-
teſt conſiderari, ut etiam inferius dicam, nimi-
rum ſi ante ſcientiam non currit tempus.

Succeſſiue dubitat Excell. D. Iudex. ꝙ cũ ſyn
dicus dictarũ uniuerſitatum cõfeſſus fuerit eas
habuiſſe ſcientiam dicti inſtrumenti de anno
1559. et cã præſens fuerit cœpta de anno, 1563.
etiam

etiam quod adhærendum ſit ſententiæ noſtræ,
quod non currat tempus niſi a tempore ſcien-
tiæ,triennium de quo in d.l.vnica, lapſum om-
nino fuerit, quinimò & tempus quadriennij
aſſignati in l.fi.C.de tempo.in integ.reſti.& ma-
ximè quia cum non fuerit cœpta ante quartum
annum,ſed in eo anno quarto debebat pro par-
te dictorum petentium doceri,ſe eſſe infra tem-
pora debita, vt in appellante trad.Doct.in c.qđ
ad conſultationem, de re iudi.& in alijs locis in
dubijs citatis. Sed certe dubium hoc, nullum
habet dubium, quia primo negamus ſyndicum
dictarum cõmunitatum feciſſe talem confeſſio-
nem in proceſſu, quod ipſi homines, & princi-
pales ſui habuerint ſcientiam de anno 1559.nec
hoc in proceſſu reperire potui, reperij bene in
proc. fol.83.ꝙ ipſe ſyndicus in ſua ſcriptura al-
legauit dictum inſtrumentum fuiſſe penes aduo
catos,quod ex eo conſtat, quia de anno 1559.
D.Benedictus Pyſcilla cõmiſſarius reip. Lucẽſis
exiſtens ſuper euidentia facti volensque oſten-
dere magnifico D. Thomæ Coccapano Ducali
Commiſſario Carfig. confinia à loco Cattac-
ciani ad locum Saldaiæ oſtendit inſtrumentum
prædictum ſeu aliud eius tenoris, & partem ip-
ſius alta voce ore proprio legit. Ex quibus appa
ret,ipſos aduocatos habuiſſe inſtumentum ip-
ſum in eorum poteſtate,ſed non video,quomo-
do ex his verbis poſſit colligi quod dicti homi-
nes ipſarum vniuerſitatum Maſſæ,& Saxi rubei,
habuerint ſcientiam dicti inſtrumenti, cum non
fateatur ipſe ſyndicus quòd pars illius inſtru-
menti fuerit lecta ipſis hominibus, vel eorum
officialibus, quinimò nec nocuiſſet vniuerſitati
51 ſcientia † aliquorum hominum illic præſentiũ,
vt trad.in terminis Alcia.d.conſil.7. num.14. &
ſeq. lib.3. ſed oporteret quod tota vniuerſitas
congregata talem ſcientiam habuiſſet, vt etiam
in indiuiduo trad.Ferret.d.conſil.41.nume.4.&
52 quòd ſcientia vniuerſitatis illam † non afficiat
niſi ea congregata, trad.etiam Dec.conſil.437.
nume. 3. Præterea cum dicat dictus ſyndicus
in dicta ſcriptura, quòd partem tantummodo le
git illius inſtrumenti dictus D.Pyſcilla,vt oſten-
deret terminos vſque ad Saldaiam, nõ ſequitur
quod habuerint ſcientiam totius, & maxime in
hac parte,pro qua petitur reſtitutio,& confeſſio
53 debet eſſe neceſſario concludens,†vt probet,vt
per Craue. poſt Anchar. & Rot. per eum cita-
tos in conſil.157.nume.9.ſcientia enim vt obſit
debet eſſe plena, & certa,clem. cauſam,vbi Imo.
colum.2.de electio.cum alijs late citatis per Ti-
raquel.in tracta.de retract.prædicto §.36. gloſ.
2.num.30.& quod confeſſio ſyndici incerta nõ
54 noceat vniuerſitati.vt poſſit dici habuiſſe† ſcien
tiam alicuius ſcripturæ ad illam excludendam a
reſtitutione in quadriennium in cauſa finium,in
indiuiduo trad.Corn.conſil.144.colum.pe.an-
te fi. Vt non omittam, quod cum hæc prætenſa
confeſſio emanaſſet per modum voluntariæ iu-
55 riſdictionis.non affeciſſet † dominos, l.certum.
§.ſed an & ipſos, ubi Bar.& alij,ff.de confeſ.Ber
tran.qui dicit procedere in quocunque admini-
ſtratore in conſil.140.locatio,nume.17.2.volu.
1.par. alias 2.par. priorum, ſecundum prædictã
impreſſionem, & late Grammat.conſi. ciuili 67.
nume.4.& num.7. vbi voluit ad hoc eſſe datum
terminum ad reſpondendum, vt confeſſio prin-
cipalibus noceat.

Ceſſante igitur hac cõfeſſione ſequitur quòd
dictę vniuerſitates ſatis in tempore uel triennij,
vel quadriennij cenſeãtur reſtitutionem petijſ-
ſe:licet, ut dixi, uerior & communior ſit opinio
quod detur quadriennium, & non triennium,
& maxime quia diſpoſitio d. l.vnicæ ſecundum
Bal.ibi,col.1.5.oppo.reſtitutionẽ non concedit
niſi ratione perſonæ tm̃ non reſpectu perſonæ,
& læſionis,vt in caſu iſto,quo caſu habet locũ di
ſpoſitio l.imperatores, & alia iura ſupra citata.

Et licet ex reſponſione ſupra data ſit penitus
ſublatum omne dubium, tamen ex abundanti
addo quod opinio citatorum in dubijs,quod ap
56 pellans debeat docere†ſe appellaſſe, & infra de
cem dies,procedit in diuerſo caſu, nempe quan
do ſententia fuit lata parte præſente, quo caſu
non dubitatur de ſcientia, ſecus ſi demus illam
fuiſſe latam parte abſente, quo caſu non currit
57 tempus,† niſi a die ſcientiæ, vt late proſequitur
Tiraquel.in d.tracta.de retract.tit.1.§.35.glo.4.
nume.9. nam tunc non eſt opus docere, quod
appellatio fuerit interpoſita intra decem dies,
ex quo non præſumitur ſcientia, ſed debet per
aduerſarium probari.ita Bellamer. deciſio.349.
ſicut præſumitur,& 684. quamquam, ad fi.quod
ſequitur Fely.in allegato c.quo ad conſultatio-
nem,nume.25. verſi.2. concluſio,in fi.& firmat
etiam Crot.in conſil.7.num.11. & ſeq.& nu.14.
dicit præſumi appellatum infra decendiũ, quod
& trad.Feli.in c.ſignificauerunt, ante numerum
primum, de teſti ſed propius ad caſum noſtrum
58 ꝙ reſtitutio cenſeatur † petita in debitum tem-
pus,probatur ex tex. in l.ſi minorem,C.de in in-
tegrum reſti.mino. vbi incumbit onus reo pro-
bandi minorem petentem reſtitutionem exceſ-
ſiſſe tempus,intra quod illam petere debebat,
quod & trad.Corn.conſil.135.2.columna, poſt
med.2.vol. & propterea reprobata eſt commu-
* niter* opin. Ant. de Butr. in c.conſtitutus,de re-
59 ſtitu.in integ.autumantis teneri † petentem re-
ſtitutionem in integrum allegare ſe eſſe in tem-
pus illam petendi,ut trad.Iaſ.in l.nam & poſtea,
§.ſi minor.3.not.verſic.4. requiſitum ff.de iure-
iuran. quam opinionem eſſe communem tradit
etiam Nicola.Arelata. in addit.ad Alcia. in ti.de
præſump.reg.1. præſumptione 42. in pen.addit.
& eandem etiam communẽ dicit Emanuel Soa-
rez in dicto theſau.recepta.ſenten. dicto verſic.
reſt.in integ.nu.77.

Sub-

Subiungit Clariſſimus Dom. motiuâs in hoc
2.dubio,non videri extra probabilem conſide-
rationem, quod curſus huiuſmodi quadriennij
non fuerit impeditus propter ignorantiam di
ctarum uniuerſitatnm,ex quo illa uidetur ſupi-
na et non probabilis,et quæ tempus ipſum non
ſuſpendit, ut per Felyn.poſt alios,in cap.uigilã-
ti, col. 2. de præſcrip. et alios citatos in dubijs.
et ſupina ac craſſa ignorantia ipſorum ſatis uide
tur interueniſſe tempote poſteriorum termina-
tionum, cum ſemper habuerint ſcientiam in-
ſtrumenti,et laudi anni 1399.in quo mentio ba
betur de dicto inſtrumento Salinguerræ,et de tẽ
pore ſui rogitus,quod in hoc uidebatur uirtua-
liter contineri, et eius pars eſſe cenſebatur, Fe
lyn.in c.inter monaſterium,colum. vlt.de re iu
di.cum alijs in dubijs citatis, et propterea debe
bant de illo perquirere, cum facile illud inue-
nire poſſent,quod cum ſua culpa, et negligentia
non fecerint, ſibi eſt imputandum, ut late ipſe
Excellentiſs.Dominus proſequitur in dubijs.

Sed certe ſolutio huius dubij faciliſſima eſt,
quia primis omnes Doct.citati in dubio,loquen
tes de huiuſmodi craſſa ignorantia, et ſupina,
quæ excludit petentem a reſtitutione, non lo-
quuntur in republica et uniuerſitatib. hmõi,ſed
in priuatis perſonis, quorũ ignorantia huiuſmo
di eis uiam præcludit reſtitutionis nec reſtitutio
illa propter inſtrumenta de nouo reperta eis cõ
60 cedi poteſt, niſi probata iuſta cauſa, † vel iuſta
ignorantia,ut per Doctor.in d.l.Imperatores,et
in dicta l. ſub prætextu, et in multis alijs locis
inferius citandis: ſecus vero in uniuerſitatibus
quibus ſat eſt nunc probare inſtrumentum de
61 nouo repertum,†et ita diſtinguunt inter priua-
tos,et rempublicam Bart. et Io. de Plat. in dicta
l.uni. Ang.et Caſtr.in dicta l.Imperatores.et pul
cherrime idem Caſtr.in dicto conſilio 257. nu-
mero tertio, in ſecundo,et idem ſentit Io.Mau-
rit.in dicto tract.cap. 293. ubi in minore, et re-
publica voluit concedi reſtitutionem,ex quo nõ
fuit ptoductum inſtrumentum ſibi neceſſarium
propter quod fuit læſa. & quod non exigatur
alia probatio, ſatis etiam velle videtur in dicto
c. 420. Cum enim fauore perſonarum,& pro-
pter eorum ſpeciale priuilegium concedatur hu
iuſmodi beneficium,non eſt quærendum aliud,
niſi an de nouo ſit repertum inſtrumentum,
& an ſint infra tempus petendi reſtitutionem
non autem iuſta ignorantia vniuerſitatis venit
probanda,vt in priuatis, & quod tantummodo
62 exigatur huiuſmodi cauſæ cognitio, † an ſimus
intra legitimum tempus reſtituẽdi,trad.Ioachi.
Miſinger. poſt Zaſ.in d.l. Imperatores,in d. ob-
ſeruatione 60.in prin.& cum ipſi habeant reſti
tutionem etiam ob non productionem ut ſupra
comprobatum fuit, non autem propter iuſtum
impedimentum, fruſtra diſputatur an ignoran-
tia eorum craſſa,vel ſupina illis obfuerit.

Secundo ego dico,quòd & ſi teneremus opi
nionem illam, quod etiam bis uniuerſitatibus
talis reſtitutio concederetur ex clauſula, ſi qua
mihi iuſta cã etc. nihilominus non uideo quod
Doct.exigant eas teneri probare earum ignorã-
tiam inſtrumentorum,immo uideo omnes fate-
ri illas eſſe admittendas ex præſumpta ignoran-
63 tia,ex quo ab alijs reguntur:cuius † mentis etiã
videtur Soci.in conſilio 166.ad fin.in his termi-
nis,2.volum.ſed & Corn.in allegato conſi.156.
in 3.conſuluit pro vniuerſitate,quæ habuerat in
ſtrumentum in ſuo archiuo, quod diù poſt latã
ſententiam in eo fuit poſtea repertum,& tamen
firmat reſtitutionem eſſe concedendam,cũ præ
ſumatur ignorantia, nec ſcientia adminiſtrato-
rum uel officialium debuit vniuerſitati obeſſe,&
loquitur vbi iam annis 60. vel circa, lata fuerat
ſententia,ut etiam de tali tempore loquitur So-
ci.d.conſ.66.2.colum.Et quod ſcientia admini-
ſtratorum vel aliquorum hominum vniuerſita-
tis non impediat reſtitutionem hanc concedi,
& præſumatur ignorantia ob ſucceſſionem, &
mutationem officialium, qui cenſentur ignora-
64 re† facta prædeceſſorum, tradit in terminis Al
cia.in dictis conſilijs 7.num. 14.in 3. & 7.nume.
33.in 4.lib.Ferret.d.conſil.41.num.4. & Sylua.
in d.conſil.4.num.70. idem tenet Io. Maurit. in
d.c.420.vbi dicit, quod eſt iuſta, & probabilis
ignorantia ſi de nouo inſtrumentum reperiatur
quod ſi habuiſſet communitas ueriſimiliter ex-
hibuiſſet, & cum propter ſucceſſionem in factũ
alienum vel adminiſtrationem officialium, &
procuratorum priuatorum detur etiam priuatis
principibus reſtitutio in integrum aduerſus la-
tas ſententias ob inſtrumenta de nouo reperta,
cum tali caſu ignorantia iuſta ſit probabilis, vt
mox oſtendam, tanto magis in caſu harum vni-
uerſitatum concedi dẽt,& ignorantia earum eſt
iuſtiſſima. quod autem propter ſucceſſionem
in factum alterius,etiam patris iuſta ſit ignoran
65 tia,†& reſtitutio hoc caſu ſit concedenda,tradit
Imola in conſi.37.1.dub. & Cepha.in d. conſil.
180.num.31. ac Io.Maurit. in d.tract.cap. 294.
66 nam tali caſu,†ignorantia poteſt iuramento pro
bari,ut per Alexandrum,conſil.71. colum. pen.
verſic.ipſa autem,primo volum.& conſil.76.nu
mero 8.& 89.nu.2.7. volum. Marc.Ant.Bauer.
in tract.de virt.iuramenti,num.81.verſic.8. prin
cipaliter ad propoſitum,& maxime quando ip-
ſi non contraxerunt, Soci.iun.conſi.115.num.
15. 2. volum. & ad propoſitum noſtrum tradit
etiam Alba.conſil.9.num.36. & quod iuramen
to probetur,firmat etiam nouiſſime Iac. Philip.
Port.Imolen.in conſilio 147. numero 70. & ſe-
67 quen.Quod autem concedatur†reſtitutio quã-
do ex adminiſtratione officialium aliquis præ-
tendit ignorantiam tradit Alex.in conſil. 84.in
cauſa vertente inter Cameram,2.col.ante fin.1.
dub.1.vol.vbi cõſuluit pro Camera Seren. Prin-

cipis Ferrariæ,& Zaſ.d.conſil. 15.nu.62. & ſeq.
vbi conſuluit reſtitutionem eſſe concedendam
principis cuius negotia fuerunt gubernata per
officiales ,& procuratores ſuos, & ibi ſequitur
dictum cõſilium Soci.66. Idem etiam tenet Ale
xan.in conſil. 69. in cauſa, & lite vertente inter
Romeum,2.colum.circa med. in 3.uolum. Vbi
firmat dominum habere iuſtam cauſam ignorã
tiæ ex facto procuratoris.ſi igitur in cauſis pri-
uatorum iuſta eſt ignorantia ad concedendum
reſtitutionem ob reperta de nouo inſtrumenta
aduerſus latas ſententias, quando negotium eſt
geſtum per defunctos, quibus ipſi ſucceſſerunt,
vel per officiales, & procuratores ſuos, quanto
magis in vniuerſitatibus, in quibus omnia hæc
concurrunt , quod ſuccedunt antiquioribus
ſuis,& gubernantur ab adminiſtratoribus ſuis,
qui quotannis mutantur, & alij loco priorum
ſurrogantur.

Nec video, quod in caſu noſtro poſſit etiam
iuſte dici,hos homines in craſſa,uel ſupina igno
rantia,ex quo habuerint ſcientiam de inſtrumẽ
to anni 1399.in quo arbitratores habent relatio
nem ad dictum Salinguerræ, quod vr̃ eius pars,
& vt in dubijs,quia Doc. loquentes de hac craſ
ſa ſimili ignorantia , non loquuntur in caſibus
huic ſimilib.ẽt in priuatis,ſed quando de aliqua
re erat publica fama, vel quãdo quis habebat in
ſtrumentum penes ſe rei, quam dicebat ignoraſ
ſe, vt in caſib.Rom.& Aret.de quibus memine-
re Doct.in dubijs citati, & Tiraq.in d.§.35.glo.
4.nume.33.præter id quod non uideo ubi con-
ſtet quod dictę uniuerſitates vel earum admini
ſtratores temporibus dictarum terminationum
de annis 1491.1492.& 1542. habuerint ſcientiã
de d.inſtr̃o anni 1399. & magis præſumendum
eſt quod illud ignorarent, cum nullus ex uiuen
tibus eſſet tunc temporis, qui poſſet de illa ter-
minatione & laudo tunc lato memoriam habe-
68 re,& in facto antiquo facilius † præſumitur igno
rantia,Nat.conſil.162.num.43.

Sed poſito quod habuerint de eo ſcientiam,
continuam,nunquid propterea concludi poteſt
ꝙ etiam habuerint ſcientiam, vel de facili habe
re potuerint dicti inſtrumenti Salinguerræ? cer-
te non, quia non ſequitur, habebat relationẽ ad
inſtrumentum Salinguerræ,& ſciebant illum de
eo rogatum,ergo de facili potuerunt illud habe
re,quia non tam facile poſſunt hr̃e inſtrumenta
ex ſcedis notariorũ defunctorum, poſt lapſum
tam antiqui tp̃is,& memini fuiſſe perquiſitũ in-
ſtrumentũ quoddã confiniũ pro parte Sereniſs.
Ducis noſtri,anno præterito,in ciuitate Floren
tiæ,quod fuerat rogatum per quendam Benedi
ctum Pagninum, & nunquam fuit dare reme-
dium quod eius protocolla , & ſcedæ reperiri
poſſent.Et tanto minus eſt ueriſimile, ꝙ illud fa
cile reperire poſſent,ex quo de illo fuerat roga-
tus not. Caſtellionenſis , & penes aduerſarios
erant hmõi rogitus, adeo ꝙ talis ſcientia, ſi fuiſ-
ſet probata, non erat alicuius conſiderationis.
non ſatis igitur eſſet,ſi ſcirẽt de hoc inſtr̃o faciẽ
te mentionem de alio, cum etiam non præſu-
merentur habuiſſe ſcientiam de inſtr̃o ipſo, licet
de eo in aliqua ſcriptura ipſi mentionẽ feciſſent,
cũ poſſet eſſe quod ſpecialiter neſcirẽt oĩa in eo
69 † contenta,ut trad.ad propoſitum Crau. in cõſ.
193.nu.8.citando Cor.conſ.153.col.2.in 4.for
tius uoluit Alb.in d.conſi.9.nu.42.& 43.quod
licet quis interuenerit contractui,cũ ſtetiſſet diu
abſens,& fuiſſet oblitus nominis Not.de eo ro-
gati, quod tamen iſta iuſta ignorantia eſſet po-
tens ad obtinẽdum reſtitutionem aduerſus ſen-
tentiam latam propter inſtrumentum ipſum de
nono repertum.

Pręterea ſola ſcientia,quam habuiſſent iſti ho
mines Maſſę,& Saxi rubei huius inſtr̃i Salinguer
ræ,nõ tollit quin eis eſſet concedenda reſtitu-
tio cũ inſtr̃um,dicatur de nouo repertũ nõ tñ,
qñ illud penitus quis ignorabat, q̃a nunq̃ de eo
notitiã habuiſſet,uel ſi habuerit memoriã,nunc
non teneret,ſiue teneret, vel ignoraret vbi eſſet:
ſed ẽt ſi ſciuiſſet, ſed non potuiſſet hr̃e;nam his
70 oĩb.caſib.inſtr̃a dñr † de nouo reperta, ut proba
tur in c.ut circa,de elec.in 6.Abb.in c.paſtoralis,
nu.4.de excep. Caſtr. in d.l. admonendi, 5.col.
ver.in tex.ibi ſe inueniſſe vbi Rip.nu.19. & Pur
pura. numero 26. & ſequitur etiam Abb. dicto
conſilio nono,numero 34.& his omnib.caſibus
iuramento producentis probatur inſtrumen-
tum fuiſſe repertum, ut per eos in d. locis,adeo
ꝙ minime dici põt,hanc ignorantiam fuiſſe craſ
ſam,& ſupinã & excludere petentes a reſtitutio
ne, cum ẽt probata iſta ſcientia non ſat eſſet ad
illorum excluſionem ut ſupra , ẽt ſi fuiſſent per-
ſonæ priuatæ, & non reſpublica,in qua nullæ ha
rum conſiderationum quadrare poſſunt per plu
ra ſupra allegata.

Ad id autem,quod ſubditur In dubijs, quod
licet Maſſenſes oppoſuerint fuiſſe impeditos
per partem aduerſam habere illud inſtrumen-
tum,patet reſponſio ex ſupra deductis,cum iſta
probatio non ſit neceſſaria, & quatenus eſſet,iu
ramento tantummodo probatur, ut per Docto
res in termis ſupra citatos.Illud autem ex abun-
danti non omittam, quod (ut audio ab aliqui-
bus, qui interfuerunt) ipſimet Caſtilionenſes
coram ipſo Excellentiſſimo iudice faſſi fue-
runt,quod ipſi de Maſſa,& Saxo rubeo fecerunt
mitti publicam excommunicationem, vel de-
nuntiationem ſub pœna excommunicationis
pro inueniendo dicto inſtrumento, quod illu-
cuſque habere non potuerant , quod probat
eorum diligentiam , & tali confeſſioni etiam
71 extraiudiciali poteſt † iudex etiam fidem ad-
hibere, & in ea ſe fundare, Afflict. deciſio. 28.
num. 5. Marſil. ſingulari 266. iudex, & Craue.
conſil.198.in fi.

Po-

Poſtremo loco non obſtat, quod & ſi defe-
rendum eſſet iuramentum Maſſenſib. ſuper pro
batione huiua impedimenri, illud deferri ne-
queat, cum nullus ex viuentibus reperiri queat,
qui memoriam poſſit habere de tali impedimē-
to illato de dicto anno 1491. vel anno ſeq. & iu
ramentum neſcienti facti veritatem deferri nō
poteſt, vt per omnes in d. l. admonendi. Quia rē
ſponderut, quod cum non ſit opua probare hoc
impedimentum illiua temporis, nec alterius po
ſtea ſubſequentis, vt ſupra, cum ſpeciali fauore
reipublicæ & vniuerſitatis, & fauore perſonarū
concedatur reſtitutio per ea, quę ſupra dicta fue
re, tantummodo ſufficit probare iuramento ꝙ
nuper repertum eſt huiuſmodi inſtrumentum,
vltra quòd ſufficit præſumptio ignorantiæ eius
temporis, ex quo alij officiales, & homines ſuc-
72 ceſſerunt in factum † aliorum, qui talem ſcientiā
habuerunt, & ita in fortiori caſu in indiuiduo re
ſpondit Cepha. d. conſil. 180. ante num. 31. Nec
eſt opus probare iuramento, vel alia probatio-
ne, quod tempore latarum dictarum ſententia-
rum, vel factarum terminationū inſtrumentum
illud nō potuerit haberi, vel produci, ſed ſat eſt,
quòd contrarium ex aduerſo non oſtendatur.
73 & præſumptio † eſt, quòd iſta pars fecerit melio
rem probationem quàm haberet, vt trad. Belle-
me. conſil. 10. colum. 18. & Crauet. conſil. 134.
num. 3. præter id, quod ſatis apparet, non fuiſſe
habitum vel productum, ex quo fuit contra ex-
preſſum tenorem inſtrumenti facta alia termi-
natio longe diuerſa a priore, vt ex euidentia fa-
cti oſtenſum fuit, & ex probationibus compro-
batum, de quibus in ſeq. dubio dicetur, quo fit,
vt ſi tunc teneremus fuiſſe productum, reſulta-
ret quod ipſi Iudices, vel cōmiſſarij iniuſte feciſ
ſent, quod non eſt præſumendum, maxime cum
haberent in commiſſione de reponendo termi-
nos ſecundum inſtrumenta & ad debita ſua lo-
ca, nt etiam inferius dicemus. Et ſi id verum eſ-
ſet, quod eſſet opus probare de impedimento
illius temporis, vix poſſit elapſo tempore quin-
quaginta annorum fieri probatio, & concedi re
ſtitutio, & tamen videmus quod Doctores præ
citati dicunt reſtitutionem vniuerſitatibus eſſe
concedendam aduerſus ſententias etiam de an
tiquo latas, & maxime Soc. & Corn. qui in di-
ctis cōſilijs loquuntur, quando iam erant elapſi
anni 60. vel circa, quo caſu nulli viuenti poterat
iuramentum hoc deferri.

Supereſt tertium dubium, in quo omnis ner
nus reſolutionis hulus cauſæ conſiſtere videtur,
poſito, ſcilicet quod reſtitutio in integrum di-
ctis vniuerſitatibua competeret, & admittenda
ac concedenda eſſet, nunquid propterca ipſæ
poſſint obtinere, cum vt in dubijs motiuatur,
nec ex euidentia facti, & locorum viſitatione,
vel etiam ex teſtium pro earum parte examina-
torum depoſitionibus ſatis uideatur conſtare,
quòd confines, & termini appoſiti in vltimis ter
minationibua & affixionibus non fuerint affixi,
& appoſiti, vel magis repoſiti in illiſmet locis, in
quibus appoſiti fuere per terminationem factā
de dicto anno 1253. vt in inſtrumentis Salin-
guerræ. In quo dubio tametſi ſciam probatio-
74 nea eſſe Iudici † arbitrarias. l. 3. verſ. tu magis ſci-
re potes. ff. de teſti. Caſtr. in l. admonendi, præal
legato, pen. colum. & alij, quos citat Dec. in con
ſil. 510. in princ. & non viderim loca illa, ſed tan
tummodo proceſſus, & plātam mihi exhibitam
per Maſſenſes, in qua partes parum ſunt concor
des: attamen arbitror, apertiſſime conſtare hos
ſubditos Sereniſs. noſtri Ducis iuſte ſemper fuiſ
ſe conqueſtos de vſurpatione & occupatione fa
cta per homines Caſtellionis, & veriſſimum eſ-
ſe, quod dicti termini nō fuere repoſiti in locis,
vbi affixi fuere per pdictos arbitros, vt in inſtru
mentis Salinguerrę, ſed in alija multum remotis
in territorio dictarum vniuerſitatum, quod tam
ex rei ipſius euidentia, quàm ex teſtib. compro-
batum fuiſſe ſatis & ſuper eſſe cenſco.

Et primo dico ex euidentia facti id conſtare,
qua nulla melior probatio inueniri poteſt, cum
75 ſit teſtis, † quæ corrumpi, vel ſubornari non po-
teſt, nam ut dicebat Bal. in conſil. 379. ſequitur,
nume. 6. tertio volum. quod oculus videt, ne-
mo feliciter negat; & quod patet expreſſe, non
eſt probare neceſſe. & de iſta probatione in ma
teria finium, trad. idem Bald. in dicto conſilio
445. ad finem, quinto volum. Corn. dicto conſi-
lio 333. colum. penult. primo volum. Ioann. de
Ami. conſil. 25. numero 12. Curt. ſen. conſil. 70.
numero 18. Hieronymus de Monte, d. tract. ca-
pit. 20. & cap. 30. numero quarto, & ſequen. So-
cin. iun. conſilio 61. num. 1. tertio uolum. & Plot.
late in dicta l. quoniam, num. 777. Namque plu-
ra ſunt, quæ ex uiſitatione loci, & ex dictis anti-
quiſſimis terminationibus & earum collatione
apparent, tam clarè concordare, & conuenire,
vt certi reddamur de iuſtitia horum vniuerſita-
tum, & quod impoſſibile fermè eſt, quod in lo-
cis, in quibus fuerunt appoſiti termini poſterio-
res, fuerint appoſiti illi antiquiores. Primum eſt
quod in terminationibus illis antiquiſſimis via
fuit data pro confine, & de eo mentio habita
in plurib. locis ipſarum terminationum, nam in
prima terminatione facta ſub die 17. Aprilia di
cti anni fuit poſitus unua terminus ad prunum
de Saldaia, & recte ad terminum ſicut uia vadit,
vſque in riuum Magnanenſem. & ſubiungitur, &
recte ſuper Sellettam collis de prato ſuper uiam
vbi Auguſtinus fixit paſſonum. in ſecunda uero
terminatione die ſequenti facta, In qua fuere af
fixi termini, de via etiam fit mentio pluries, nam
dicitur in ea, quod deſignauerunt pro termino,
& cruciauerunt quoddam ſaxum magnū, quod
eſt prope fontem de Valluce deſupter viam, vi-
delicet verſus Alpes. & inferius ſequitur, item
po-

poſuerunt alium terminum iuxta prunum de
Saldaia & deſupter uiam in bona. & poſtea ſub
iungitur, item poſuerunt alium terminum ad
Scopulum deſuper viam de Saldaia, &cæt. ex
his igitur certo certius apparet, quod uia data
fuit pro confine a pruno Saldaiæ ad riuum Ma-
ganenſem, & in alijs locis fuit habita mentio de
via ipſa, ut facilius futuris temporibus termini
76 dignoſci poſſent, quia uiæ † ſæpe ponuntur pro
confinibus, ut tradit Paris de Put. in tractatu de
feud. reintegr. in titulo de uerbo. ſign. ad fin. in
uerbo, uiarum, in princip. & maxime pro confi-
nio iuriſdictionum uia in dubio habetur pro cō
fine, Bald. in l. ſi plures, numero 15. C. de condi.
inſer. Io. de Ami. dicto conſilio 25. numero 15.
& uiæ ſunt fines perpetui, ut etiam ſupra dictum
fuit in prima inſpectione, citando Bald. in ca-
pitulo, ex literis, numero nono, de probatio. &
Franc Marc. quæſtio. 111. ſecunda parte, quod
& tenet Zaſ. conſi. 16. num. 21. unde cum in pro
poſito termini poſteriores oſtenſi per Caſtillio
nenſes nullam habeant uiam pro confine, uel
cohęrentem aliquibus ſuis terminis, hoc ſolum
fundamentum debet ſufficere ad uictoriam no-
ſtram. & licet extet quædam ſemita, quæ fuit
uiſa in uiſitatione locorum per Clariſſimum Do
minum Iudicem, ut in proc. fol. 39. quæ etiam in
aliqua ſui parte fuerat reaptata, ut uiſum fuit per
Caſtellionenſes, illa non poteſt dici uia, cum per
eam ſimul duo homines accedere non poſſint,
ut legitur in dicta uiſitatione, nec per illam poſ
ſunt ire homines equeſtre, ſuel trahi uehiculum
ſeu trahitium, quod non uocant, ut etiam depo-
nunt teſtes, de quibus inferius dicetur, quo ca-
ſu uia dici non poteſt, cum uia dicatur a ue-
77 hendo, † quaſi ueha, quod per eam fructus ue-
huntur, uel uehiculum ire poteſt, ſecundū Gram
ma. quod & tradit Alciat. in l. quantum ad iuris,
§. item uia, ff. de uerborum ſignificatio. & quod
non dicetur uia, ſi per eam uehiculum ire non
poſſit, ſed magis iter, eſt text. in l. uia conſtitui, in
princ. ff. de ſeruit. ruſtico, prędio, ubi dicit Ange.
quod licet latitudo legalis poſſit reſtringi & am
pliari per partes, totalis tñ mutatio formæ facit
78 tranſire † rem in aliam ſpeciem, Cępol. in tract.
de ſeruit. ruſtico. præd. capitulo tertio, de uia, nu
mero quarto. ſed & uia publica tria exigit copu-
latiue, quod per eam publice iter fiat, quod ſo-
79 lum ſit publicum, & quod nos ducat † in ciuita-
tem, uillam, uel coloniam, l. ſecunda, §. ſi quis ne-
mine, uerſiculo, uiam, ff. ne quid in loco pub.
Rip. in l. quominus, numero 92. ff. de flumi. quod
non facit etiam hæc ſemita, cum in agris, uel ad
flumen intermoriatur, ut omittam diffinitionem
uiæ, quam tradit iureconſultus in dicto §. uiam,
de qua ſcribit Cępol. dicto capitulo tertio. ſepti
ma quæſtio. & Alexand. conſilio 177. numero 6.
6. uol. Semita igitur in propoſito exiſtens in di-
ctis locis, non poteſt dici uia, cum ſit etiam an-
guſtior itinere, & quidam quaſi callis, ſecundum
Alcia. in d. §. uia. ubi citat Seruium, qui uoluit ſe
mitam dici. quaſi ſemis via. dubium autem non
80 eſt, ſemitam * non eſſe viam, niſi impropriè
ut gloſ. ibi tradit in dicto §. item via; & Alber. in
Dictio. ſuo, in verbo, uia, il primo. & in propoſi-
81 to verba ſunt accipienda † ſecundum propriam
ſignificationem. l. cum lege, ubi Areti. ff. de te-
ſtamen. capit. ex parte, il tertio, ubi Abb. de de-
ci. Dec. in l. ſemper in obſcuris, numero quinto,
& in l. in contrahenda, numero 14. ff. de regu.
iur. ubi loquuntur etiam in pœnalibus, quod &
tradit Alcia. in procem. titulo de verborum ſi-
gnificationibus, in princip. & in tractatu præ-
ſumptio. præſumpt. omnium ultima. numero ſe-
ptimo, & octauo.

Quarto conſidero, quod poſitus fuit alius
terminus prope fontem de Valleluc æ deſubter
viam verſus Alpes, qui terminus non poteſt ve
rificari in termino aſſignato per partem aduer-
ſam in loco, de quo in dicta viſitatione, de qua
in proceſſu, tum quia nomen hoc valle de luce
non ita conuenit dicto loco oſtenſo per Maſſen
ſes, cum ut audio (& etiam ex facie plantæ appa-
ret) vallis iſta percutiatur continue a ſole, & ſem
82 per reſplendens, & lucida videtur: nomina † enim
debent eſſe conuenientia, & conſequentia re-
bus. §. eſt & aliud, Inſtit. de donat. & in mate-
ria finium, arguit Corne. in dicto conſilio 333.
columna ſexta, & tradit Cagnol. in procem. Di-
geſtorum, in uer. diſcipuli, in fi. numero 193.
nam & ualet argumentum ab alluſione vel ethi-
mologia, ut per Doctores in rubrica. ff. ſoluto
matrimonio. & ff. de acquiren. poſſeſſione. & la-
te Euerar. in dicta ſua topica, in loco ab ethimo-
logia vocabuli, maxime penult. pag. tum quia
in illa prima terminatione & inſtrumento legi-
tur, quòd terminus fuit poſitus, vel affixus de-
ſubter viam verſus Alpes, & terminus oſtenſus,
& etiam fons, quem dicunt eſſe vallis de luce
eſt ſupra viam.

Quinto fuit poſitus alius terminus ad Selletā
collis de prato, ſuper ipſo colle de prato, ut ſu-
pra: quæ quidem Selleta, & locus habens for-
mam Sellettæ non reperitur in alio loco quam
in loco oſtenſo per Maſſenſes, & ibi ſunt pra-
ta uirentia, & terminus prior recte puruenit
ad Selletam ipſam, & Selleta ipſa ac collis de pra
to eſt in uia uel ſecus uiam, quæ illac tranſitum
facit, quo caſu uerificantur uerba in inſtrumen-
to priore, ubi de uia illa, in qua Auguſtinus fixe-
rat paſſonum, ſit mentio. nulla autem horum ui-
deo uerificari in locis oſtenſis per partem aduer
ſam, locus primo per illam oſtenſus, cui dicatur
ſelleta, non habet nec formam, nec nomen ſel-
læ uel Selletæ; locus quem ipſi appellarunt colle
de prato, nulla haber prata. Præterea non eſt ſe-
cus uiam, ſed eſt procul verſus orientem a dex-
tra, & hoc ſolum, quod nulla habeat prata, ſuffi-

cere

cere deberet ad oſtendendum non eſſe locum,
in quo fuit appoſitus terminus: cum enim pra-
83 tum dicatur quaſi paratum † dare fructum, in
quo falce duntaxat opus eſt ad fructum perci-
piendum, l. pratum, ubi Alc. ff. de verb. ſignif. pa-
84 ſcua uero non ueniant ſub eo † vocabulo, l. for-
ma. ff. de cenſi. & l. 2. C. de paſcu. publi. li. 11. ubi
ponuntur ut diuerſa, & Alc. in d. l. pratum. certè
non poteſt dici, quòd ille locus oſtenſus nulla
prata habẽs, poſſit dici, uel uocari *colle di Prato*,
argumentando a nomine vt ſupra, quod rema-
neret inconueniens, vt non extra propoſitum
trad. Corn. conſ. 282. colum. 6. in 4. & Crauet.
conſil. 161. num. 18. & cum verſemur in nomi-
ne appellatiuo prati, nulli dubiũ eſt, quod valet
85 argumẽtum ab etimologia, † vt per Cor. in con
ſil. 158. 2. col. primo volum. & Franc. in prœm.
ſexti, nume. quarto.

Secũdo fuit poſitus terminus ad Scopellum
cruciatus deſuper viam de Saldaia, qui nunc
etiam fuit repertus in quodã ſaxo magno, quæ
ob antiquitatem eius habet corroſam, & forte
manu deuaſtatam partem quartam crucis, & in
hoc loco Scopelli nullus unquam a dicto tẽpo-
re citra fuit appoſitus terminus aliquis per ar-
bitros vel iudices aliquos, quod ſatis oſtendit
dictam terminationem Salinguerræ nunquam
per eos fuiſſe viſam, vel habitam in conſiderat.

Tertio video fuiſſe poſitum alium terminũ
iuxta prunum de Saldaia deſubter viam in bo-
na, & locus, in quo ueriſimiliter fuit poſitus, fuit
oſtenſus extare a parte noſtra, vbi uerificãtur a-
lia confinia, nec uerificari poteſt ab eo latere
ubi eſt ſuus terminus, & ſemita illa, quia locus il-
le non eſt borra, nec ſubter uiam, ſed uerſus flu-
men. Præterea ſi illic fuiſſet poſitus ille termi-
nus, contradiceret ordini contento in dicto ſe-
cundo inſtrumento Salynguerræ, in quo arbi-
tri cęperunt ponere terminos ad Caſcatoriam,
& ulterius ac citerior terminus fuit poſitus ad
Scopulum pro ſeptimo termino, & tamẽ ille po
ſitus in illo loco, quæ appellatur ſponda non bo
na uerſus flumen, non eſſet penultimus ſed ulti-
mus, cum prius inueniatur ille mons Scopelli ue
niendo a Caſcatoria Saldaium, quam illa ſua
ſponda, vt mihi affirmatur: poteſt enim argumẽ
86 tari † ab ordine, vt per Euerard. in primo lo-
co ab ordine, in dicta ſua topica, & maxime in 6.
& ſequen. pagi. & late Felyn. in cap. cum dilecta,
num. 4. verſ. ordo ſcripturæ, ubi late, de reſcrip.
& ibi in addit.

Sexto fuit poſitus alius terminus ſuper colle
viticum, ſeu delle vetrice, qui collis fuit oſten-
ſus habere multas ex huiuſmodi arboribus vi-
ticum, ſeu vitricum, & ex aduerſo fuit oſtenſus
alius collis, nullas habens arbores tales, quo fit
vt hic non ille exiſtimãdus ſit locus, in quo fuit
tandiu poſitus terminus argumentando a no-
mine, vt ſupra conueniente rei. Quinimo au-
dio, quòd cum oſtenderetur collis ille cum di-
ctis arboribus, pars aduerſa negabat audacter
quòd illæ arbores oſtenſę eſſent vitices, ſeu vet
trices, propter quod iuſſit clariſſimus D. Iudex
accipi aliquot ramos ex eis, vt peritioribus oſtẽ
derentur, quod cum ipſi homines Caſtillionis
vidiſſent, illinc ad modicum ſpatium acquieue-
runt, & faſſi ſunt eas tales, & huiuſmodi nomi-
nis eſſe.

Septimò ego conſidero, quòd ex alio appa-
ret poſteriores terminationes non fuiſſe factas
in illis locis, in quibus fuit facta illa Salinguer-
rę, ſed in loco diuerſo, quia in dicta termina-
tione Salinguerræ fuit poſitus terminus ad il-
lam Caſcatoriam fluminis, quæ eſt apud collem
maiorem ſupra præſam riui de aqua ſcuſa, ubi di
ctus riuus mittit caput in flumen, & tamen vi-
demus quod terminus poſteriore loco poſitus
in dicto flumine fuit poſitus ad aliam calcato-
riam inferiorem infra, & ſeu deſubtus dictum
riuum de aqua ſcuſa, vt in planta. Vt omittam
quod etiam pars aduerſa nixa fuit vt melius ve-
ritatem occultaret, defendere quòd alius locus
vocaretur colle maggiore, diuerſus ab oſtenſo
pro parte Maſſenſium, ſed quia fuit oſtenſum
quòd collis oſtenſus per partem noſtram erat
longe maior, & potius illi hoc nomen conuenie
bat per prædicta, ideo res remanſit adhuc in ſu-
ſpenſo.

Ex his itaque euidentiſſimis argumentis, &
rationibus arbitror ex ipſamet facti euidentia,
aperte conſtare de rei ueritate, & harum uni-
uerſitatum Maſſæ, & Saxi rubei iuſtitia, quæ tan
to clarior, & lucidior apparet, cum ex dicto
quamplurium teſtium pro earum parte rece-
ptorum, eorum etiam intentio ſit fundata, ut in
ferius etiam oſtendam.

Deueniendo igitur ad teſtes, dico ex eorum
teſtimonijs ultra euidentiam facti apertiſſime
fuiſſe probatam huius noſtræ partis intentio-
nem. quod enim illa ſemita quam caſtellionen
ſes uellent facere uiam, ſit ſemita in uia, & in
acceſſibilis, etiam equeſtribus, in qua etiam
reperiuntur rupes, riui, nemora, & alia impe-
dimenta itinerantibus, nec perueniat ad Val-
uaccaiam, ſed terminet in flumine, deponunt
teſtes dictarum uniuerſitatum, Peregrinus. fol.
51. & fol. 100. Laurentius, fol. quinquageſimo-
nono. Antonius fol. 66. Pirinus, fol. 111. & Io.
Maria, fol. 124.

Quòd etiam non tantum deponunt noſtri
teſtes, ſed ex aduerſarijs plures, ut Antonius
Peregrini examinatus, fol. 74. Bartholomeus
fol. 190. Ioan. Peregrinus, fol. 198. & Antonius
Peregrini, fol. 203.

De pruno Saldaiæ, quòd fuerit in loco pro
parte noſtra demonſtrato ex auditu ab antiquis
deponunt Pirinus, fol. trigeſimoſecundo, Pe-
regrinus, trigeſimoquarto, Ioannes Maria, tri-

geſimoleptimo,& Antonius,folio.40.
Quod glacius Magnanenſis, riuns Magnanen
ſis,& Selleta fuerint, & ſint illa loca, quæ fuere
per Maſlenſes oſtenſa, probant dictus Laurentius,fol.61.& ſequen. Antonius folio 95.Peregrinus, folio 100. Pirinus,folio 110. Ioan. Maria, folio 124.
De colle prati Antonius, dicto fol. 95.Ioan. Maria,dicto fol. 124. Peregrinus & Pirinus in dicto examine vt in præcedentl, qui etiam ultimi teſtes deponunt de colle vitieum ſeu delle Vettrice.
Et cnm teſtes iſti deponant de omnibus horum locorum tam ſuo tempore,quàm de auditu ſuorum antiquorum, & de fama,ſatis dicuntur probare, tum quia ſumus in cauſa finium,
in qua probationes minus perfectæ ſufficiunt,
87 vt in his terminis Dec. dicto conſilio 42. numero octauo, Parıſ. conſilio 27. numero 15. &
ſequen. & 104. numero 24. in primo. tum quia
ſumus in antiquis excedentibus omnium homi
num memoriam, Alexan.conſil. 116.perſpectis.
columna fin.in a. Franciſcus Marc. d. deciſione
111.numero tertio,ſecunda par. & late Hiero-
nymus de monte,dicto tract.capitulo 51.53. &
88 54. & quod in antiquis ſufficiat † probatio per
teſtes de auditu auditus, tradit Rip. in l. prima
numero 87. ff.ſi certum petat. Pet. de Moncad.
in addit.ad tracta.Crot.numero 366. prima fal.
len.Bocr.deciſione 40.numero 44. Lauren.Syl.
ua.conſilio 57.numero quinto,& ſequen. & nouiſſime Iacob.Philip.Port.in conſilio 39.numero 10.& ſequen.
His iactis fundamentis non obſtant ea, quæ
in dubijs ſuper hoc tertio capite adducuntur:
namque dicimus ex euidentia ipſa facti, ſatis
Maſſenſes intentionem ſuam fundaſſe, quod &
ad clariorem dilucidationem per teſtes ut ſupra
demonſtrarunt, & facile credunt Clariſſimum
Dominum Iudicem ex ſola locorum uiſitatione
ſatis rem perſpexiſſe, & ueritatem apertam cognouiſſe. Nec teſtes aduerſarij Caſtellionenſium
melius nerificauerunt loca oſtenſa per partem
aduerſam nominata fuiſſe, uel nominari illis nominibus, quibus nominantur oſtenſa pro parte
noſtra, cum noſtri ſint antiquiores, & digniores
& plures numero deponentes de uerificatione
89 nominum, & Identitate † locorum, & ideo eis
magis eredendum eſt, Socin.conſilio 96.colum.
fi.primo uolumine, & late tradit Hieronymus d.
tract.capitulo 59.& Iacob.Philip.Port. libro 2.
ſuarum concluſionum regula & communi opinio.concluſione 24.& concluſione 26. & idem
eſt, quia deponunt veriſimiliora, & concordantia cum euidentia facti ut ſupra, ut per eundem
illic conclnſione 23. & quòd ſenioribus potius
credatur, conclnſione 31. præter id quod nonnulli ex eis teſtibus aduerſarijs inter ſe aduerſantur, & oſtendunt non bene ſcire dicta loca.

& præſertim ultimus Dominicus,fol.321.qui dicit quod primo inuenitur vallis de luce, deinde
riuus Magnanēſis, & poſtea collis prati, quod cō
tradicit & inſtrumentis, & alijs teſtibus, ſicut aduerſantur in exiſtenti uia Franciſcus Dominici fol.169. Baptiſtæ Nic.fol.172.cum alter neget uiam diuidi in duas, alter vero affirmet, &
præter id quod aliqui ex eis habitant in territorio Caſtillionis & ſunt ſubditi, & alij habent intereſſe in cauſa, ut Andreas Dom. examinatus fol. 206. Michael Andreæ 293. Peregrinus fol. 319. & dictus Dominicus ultimus teſtis folio 321.
Et quia ſatis ſupra oſtenſum fuit cōmiſſarios
illos, qui tales terminos appoſuerunt, non repo
ſuiſſe terminos in locis, vbi erant reponendi,
quod non propter aliud eueniſſe credendum
eſt, niſi quia non fuere tunc uiſa dicta inſtrumē
ta Salinguerræ, quæ cū nūc fuerint reperta, pro
culdubio ſunt remouēdi & reponendi ad antiquiora loca, cū nūc id cōſtet quod nō cōſtabat,
terminatio illa ſiue ſit ſententia, ſiue laudum, ſiue tranſactio retractari debet, tamet ſi alio non
90 apparente † alioqui fuiſſet iuſta, quo caſu loquitur Bald. in dicto capitulo, ex literis, & in capitulo, cum cauſam, de probat. qui non negat, quin
talis noua terminatio facta poſt confuſionem
terminorum poſſit reſcindi remedio reſtitutionis, ut ſupra probatum extitit, in quibus terminis loquuntur tot Doctores ſupra citati in in di
uiduo affirmantes poſteriores terminationes
eſſe reuocandas.
Quod autem dicitur in dubijs, opus fuiſſe probare quod tempore primæ terminationis, & laudi ea loca illis nominibus nuncupabantur, quod
non uidetur fieri poſſe, ex quo tale tempus ſuperat ter, vel quater memoriam omnium hominū,
& propterea admittit Excellentiſſimus iudex,
quod per teſtes de auditu uel fama talis probatio fieri potuerit, non omnino admitto ego, qui
huius ſum ſententiæ, ut ſat fuerit probaſſe, quod
nunc etiam ea loca retinent idem nomen, quia
91 cum † mutatio ſit facti, non præſumitur, niſi pro
betur, vulgata l. in bello §. facta. ff. de capti. & poſt
lim. reuer. cum alijs citatis per Craue. in tracta.
de antiqui. temp. prima par. §. propoſitum noſtrum, numero 75. et quod mutatio nominis
92 non præſumatur etiam proprij, quod licet cuilibet mutare ſine fraude, l. uni. C. de mutat. nomi. etiam ad ualiditatem actus, niſi ex alijs conſtet de mutatione, probatur in l. fin. C. de hære.
inſti. ubi nō ualet teſtamentum ſi teſtator nomi
93 net † ſe alio nomine quam uocetur, nec propterea præſumitur mutatio illius, niſi ex alijs eius
verbis id conſtet, ut ſi dixerit, mihi Plotio Titius ſit hæres, quod et uolnit Bald. ibi in prima
quæſtio.numero 20. cum quo tranſeunt alij, &
maxime Corn. et declarat etiam clarius Rui. in
l. ſi quis in fundi uocabulo prima colum. prima

limi-

limitatione.ff. de leg. primo, tanto minus igitur eſt præſumenda mutatio in nominibus rerum vel locorum, quorum mutatio non ab uno tantum homine pendet, ſed ab omnibus ferè, qui nomina illa ſciunt; & difficilius ſit, cum etiam
94 aliqui teneant † nomina rerum immutabilia eſſe, ut Alber. tradit in dicta l. uni. C. de muta. nomi. ſicut nec præſumitur quod per errorem hæc loca talibus nominibus fuerint nominata,
95 † niſi id probetur, ut ad propoſitum tradit Zaſ. dicto conſilio 16. numero 30. ſecundo uolumine. Quod & ex alio conſtat, quod cum hoc nomen ſit qualitas rebus impoſita, quæ ſolo curſu temporis non tollitur, ſemper præſu-
96 mitur exiſtere, † niſi probetur ſublata, ut etiam dictum fuit ſupra allegando Corſet. in ſuo ſingulari, præſumptio. il primo, & quod præſumatur quod olim fuit idem, & hodie eſſe, tradit etiam Alciat. in tractatu præſumptio. reg. ſecunda, præſumptione 25. in principio, & quod ex præterito præſumatur in præſenti, in huiuſmodi rebus tradit late Feli. in capitulo, ſcribebam, numero ſecundo, tertio, de præſumptio. Qui-
97 nimmo ex præſenti præſumi tur † in præteritum, l. ex perſona, & ibi late Bald. poſt Nicol. de Matarel. & Caſtr. C. de probatio. & Salyc. etiam ibi. quando concurrit aliqua præſumptio, quæ inferat retro vltra actum de præſenti, prout in caſu iſto, & ſequitur Alexand. conſilio 16. columna prima, quinto uolumine, de quo per Alcia. in dicta regula, præſumptione ſequen. numero quinto, & late Fely. in dicto capitulo, dicto numero tertio.

Quo ſtante, non eſt neceſſarium diſputare, an teſtes noſtri deponentes de auditu vel fama probent, cum ſatis ſit quod cognouerint ea loca nuncupari talibus nominibus tempore eorum vitæ iam annis quadraginta, & quinquaginta, licet illi, a quibus audiuerint etiam ab anteceſſoribus & ante natis ſuis non audiuerint. ut tamen etiam in hoc ſatisfaciam motiuis Excellentiſſimi Iudicis dico, quod teſtes noſtri deponentes & de fama, & de auditu, plene probant.

Nec obſtat, vt dicitur in dubijs, quod primo non videantur deponere concludenter de fama, quia debebant reddere rationem etiam non interrogati, & nominare perſonas, a quibus originem habuit, ut conſtet an venetit a vilibus, uel a fide dignis, & honeſtis perſonis, & quod conſtet ex eorum dictis, vel ſaltem implicite, & virtualiter inferatur quod maior pars hominum, vel viciniæ ita teneat, quia hæc omnia inuenio in his teſtibus interueniſſe, nam depoſuerunt ſe ſemper audiuiſſe nominari dicta loca dictis nominibus, quæ eſt ratio de ſenſu proprio nominant quamplures a quibus audiuerunt, ut dicam inferius, quos fuiſſe perſonas fide dignas affirmant, & dicunt communiter, ita fuiſſe dictum per omnes, adeo quod famam plene pro-
98 bant, quæ † probatur etiam ſi teſtes non ita formaliter deponerent, ſed de publico auditu, ut per Bald. in capitulo, literas, numero ſecundo, de præſump. cuius opinionem in Romana cur. eſſe receptam tradit Caſſad. in titulo de probatio. deciſione tertia, numero ſeptimo, & eſſe etiam tenendam tenent quamplures ex moderni oribus, Ferret. conſilijs 49. numero quarto, 168. numero 18. & ſequen. & 211. numero quinto, & hanc etſequitur Pariſ. conſi. 138. nu. 13. & ſequen. quarto uolumine quod & tenuit in his terminis Hieronymus de monte, dicto tracta. capitulo 56. numero quarto, & lattiſſime proſequitur Iul. Clar. in ſua pract. criminali nuper edita, quæſtione ſexta, ſexta pag. & ſequen. uerſiculo debent eſſe, cum ſeq. quam opinionem etiam nouiſſime ſequitur Emanuel. prædictus dicto ſuo tracta. theſau. recept. ſententiarum, in uer. fama, numero 36. ſed quod probetur etiam per
99 † teſtes ſingulares, tenent plures citati per Iacob. Philip. Por. li. 1. concluſionum regular. concluſione 34. teſtes ſingulares. uerſicu. ſexto inferatur. Quæ etiam fama plenius, & melius fuiſſet probata, ſcilicet per decem teſtes, qui com-
100 muniter probant famam, & ſi non formiter deponant, ut tenent plures citati per Zaſ. conſilio ſexto, numero 18. & 11. numero 10. niſi numerus teſtium fuiſſet per Excellentiſſimum iudicem reſtrictus, quod certe nocere non deberet ipſis pauperibus hominibus.

Sicut etiam non obſtat quod teſtes deponentes de auditu, non videantur probare, cum in eis non concurrant plura, quæ exiguntur ad hanc probationem conficiendam, & maxime quod depoſuerint etiam de fama, & quod etiam ipſimet credant ita eſſe, & quod audiuerint ab eiſdem perſonis, quia & ſi ſatis eſſet probata intentio Maſſenſium ex ſola fama ut ſupra, nec fuiſſet opus alijs teſtibus ſuper auditu, ut dictum fuit ſupra, & inferius etiam dicetur, attamen noſtri deponentes etiam de auditu optime probant, cum etiam depoſuerint de fama, vt ſupra, & licet non dixerint ſe ita credere, quod audiue-
101 rint, quod putat † neceſſarium Abb. in capitulo, licet ex quædam, quinto notab. de teſti. & quod uidetur ſequi Aret. in capitulo quoties, penultima colum. uerſiculo circa tertium, eodem titulo, quia forte non fuerunt interrogati, hoc tamen non eſt neceſſarium quando ex verbis teſtium infertur, quod hoc debebat credi de iure, quia ſine dubio non eſt neceſſarium quod dicant ſe ita credere, ſed ſatis eſt quod ponant cauſas, per quas ſit credibile, vt declarat Aret. in dicta columna penultima. ſed teſtes ipſi nominando perſonas, a quibus audiuerunt, dicunt eos fuiſſe homines probos, & fide dignos, vnde non fuit opus, quod adderent ſe credere, quia ratio ſua infert eſſe cre-

102 deadum, cum bonis uiris credendum † ſit,
Ange.& alij in l. prima. ff. de eo per quem fact.
erit.ubi Socin.numero decimo, cum alijs tradit.
per Marſ.in ſua practi.criminal, in princ.nume-
ro octauo.tametſi ego exiſtimem, hoc non eſſe
neceſſarium ad probationem teſtimonij de au-
ditu, quod etiam video non poni per moder. in
locis, in quibus agunt de his teſtibus, ut per Hie
ron.dicto tracta. capitulo 51. & Craue. in dicta
prima par. §. uiſo de fama. Quod modo teſtes
nominent eaſdem perſonas, a quibus audiue-
rint, ſatis ex eorum teſtimonijs apparet. Nam
Laurẽtius examinatus in proc.fol.59.deponit au
diuiſſe a Petro, & Sandino Berthei, & ab Ada-
mo de Maſſa.Peregrinus deponit in ſuo exami-
ne, folio 99. audiuiſſe a dicto Adamo, & Miche-
lutio de Maſſa, & Michaele Benagli, Prin.
iij. deponit de Ioanne Tellini, Tognino Santi-
ni Michelutio, & ab alijs etiam illic nominatis
Io.Maria 124.dixit audiuiſſe etiam a dicto Ioan.
Tellini, & pluribus alijs in dicta depoſitione no-
minatis. Præter id quod etiam non videtur hoc
de iure neceſſarium quod ab eiſdem id audiue-
103 rint modò audiuerint a pluribus, † & minus vi
derentur probare iudicio meo, ſi ab eiſdem tan
tum audiuiſſent, quam ſi a longe pluribus, ut per
Hieron. d.capitulo 51. num.8.& quod probent
* etiam hoc caſu communem opinionem tales te
ſtes, tenet Caſſad.dicta deciſione, numero nono,
ubi dicit non exigi quod dicant a quibus audi-
uerint, & cum verſemur in antiquiſſimis, ſatis
104 cenſentur per dictos teſtes probati † fines, ut
per Hieronymum, dicto capitulo, & latè Iac.Phi
lip.Port.in conſilio 39.nume.8. & ſeq. & in his
terminis, num.13.

Non obſtat etiam, quod teſtes noſtri debuiſ-
ſent deponere audiuiſſe, quod tempore inſtru-
menti antiquiſſimi Salinguerræ hæc loca ita uo-
cabantur his nominibus, & quod non videatur
ſufficere quod teſtes audiuerint a recordatu
ſuo citra, etiam ab illis antiquioribus, & cum
probando nominationem probetur in conſe-
quentiam dominium harum vniuerſitatum, non
uidetur inferendum ad dominium de præteri-
to, obſtante regula quod de præſenti non præ-
105 ſumitur † in præteritum, Rui. conſilijs 14.nu.
quarto & decimo, & 122. numero ſeptimo, in
quarto uolumine, Alexand. & Alcia. ſupra ci-
tati, quia reſpondetur hoc non fuiſſe uel eſſe
neceſſarium, cum ſatis ſit probare quod de præ-
ſenti, vel annis præteritis illa loca talibus no-
minibus nuncupabantur, quæ non præſumun-
tur mutata, ut ſupra, & præſumptio illa, quod de
præſenti in præteritum non præſumatur, proce-
dit, quando adeſt aliqua cauſa, uel præſumptio
quæ inferat retro, quæ in caſu iſto concurrit.
Nec uideo Doctor.in hoc caſu, uel ſimili, ubi agi
tur de probando eo, quod quatuor memorias
hominum excedit, intelligant teſtes non proba
re de auditu, niſi etiam dicant, quod alij a qui-
bus audiuerunt, audiuerunt gradatim, ab anti-
quioribus ſuis; quinimmo ſatis uidetur quod
106 deponant in hac materia audiuiſſe † a ſuis præ
deceſſoribus, ut per Guido. Pap. quæſtione 93.
quia in hac, verſicu. ſeptimo, & Port. dicto con-
ſilio, numero 13. & quod teſtes de auditu hu-
iuſmodi in cauſa confinium probent, tradit So-
ci.conſilio 89. prima columna, Guid.Pap. conſi-
lio 88.numero tertio, Corn.d.conſilio 333.lite-
ra F. la ſeconda. Bertran. conſilio 260.numero
ſeptimo, ſecundo uolumine, prima par. alias eſt
ſecunda par.primo impreſſorum, in antiquis, &
Pariſ. dicto conſilio 104. numero 22. nam cum
verſemur in tã antiquiſſimo tempore annorũ ul-
tra trecentum decem, certe non potuiſſent inue
niri teſtes, qui potuiſſent aliter deponere, niſi
de auditu hoc modo ab antiquioribus. & licet
dicerent quod illi antiqui etiam a ſuis maiorib.
& prædeceſſoribus audiuiſſent, ut etiam nonnul
li ex noſtris teſtibus deponunt, hoc tamen non
ſat eſſet, ut peruenirent ad tempus, de quo in di-
ctis inſtrumentis, nimis diſtans. Quo fit, ut
cum impoſſibilis ſit illa probatio, ſatis ſit ſi eo
modo quo fieri poteſt, probentur nomina ipſa
& per conſequens confinis ipſi per famam, &
teſtimonia de auditu, etiam quod agatur de do-
107 minio rerum, quod † in antiquis etiam per in-
ſtrumenta & famam probatur, ut ad propoſi-
tum tradit Zaſ.in dictis conſilijs, undecimo, nu-
mero quinto, & ſequen. & 16. numero uigeſi-
108 mo, ubi de probatione, quod iugum † montis
eſſet terminus inter partes, & dicto conſilio ſex
to numero 17. & 18. Dec.in his terminis, dicto
conſilio 42.numero 15. & conſilio 428. per to-
tum. Rui.conſilio. 14.numero ſeptimo, & nume-
ro octauo. ubi loquitur de teſtibus de auditu,
quarto uolum. & Caſſador. dicto titulo de pro-
batio.deciſione ſecunda. Boer.deciſione 42.nu-
mero 32. Craue.in tracta. de antiq. tempo. pri-
ma parte. §. uiſo de fama, numero 30.& ſequen.
Franciſcus Viui. in ſuis communibus opinio.
opinione 109.fama, prima par.Hieron.de Mon.
d.tracta. c.41. in fi. & c.55. nume.11. & ſequen.
maxime 14. Quod & trad. nouiſſime Emanuel
Soarez.in dicto ſuo tract.in verſ.dominium, nu-
me.119. & quod fama in antiquis plenè domi-
nium probet, trad.etiam Fernand. Vaſq. in ſuo
tracta.Illuſtrium controuerſiarum, c.84. nume-
ro 15.& 16.

Ex ex his tolluntur, quæ ſucceſſiue in dubijs
adducuntur, quod ſtantibus tribus terminatio-
nib. conformibus ad fauorem Caſtellionenſiũ
confines huiuſmodi non poſſint huiuſmodi præ
109 ſumptionibus comprobari contra † poſſeſſo-
res habentes iuſtam poſſeſſionem, vt per Innoc.
in d.c.cum cauſam, & Soci.conſil. 193. col.pen.
verſic.confirmatur, quicquid tenuerit Craue.d.
§.viſo de fama, nume.33. qui nihil releuans ad-
ducit.

ducit. Nam hæc opinio contraria non proce-
dit, quando ſumus in antiquis, & antiquiſſimis
in cauſa finium, qui non poſſunt aliter probari:
tunc enim omnino fit probatio per modũ, quo
110 fieri pot.† nec hoc caſu loquitur Inno. & licèt
Socin. d.conſil.in hoc caſu loquatur, tamen re-
ctè reprehenditur à Craue. qui proculdubio me
lius ſenſit, nam cum in antiquis dominium ex
nuda & ſola fama, vel ex alijs indicijs & præſum
ptionibus probetur etiam contra poſſeſſorem,
etiam ſi habeat titulũ, quia aliter in eo caſu non
poteſt fieri probatio, & lex contentatur ea pro-
batione quæ fieri poſſit, & habet illam pro ple-
na, & ſufficiente, vt per eundem Craue. ibi infe-
rius nume. 36. vbi citat Caſtr. & alios, certe iſta
eſt ſatis plena probatio, licet forte aliter dicen-
dum eſſet, quando eſſemus in recentibus & non
antiquis, quo caſu loquitur Innoc. Quamuis iu-
ſte poſſimus negare, Caſtellionenſes eſſe paci-
ficos poſſeſſores, & habere etiam iuſtum titulũ,
maxime cum Maſſenſes etiam poſſederint plura
ex his locis, vt deponunt etiam teſtes eorum in
ſuis prioribus depoſitionibus, & ipſi etiam nun-
quam acquieuerunt dictis terminationibus vſ-
que ad annum 1542. ſed contradixerunt euel-
lendo, & remouendo terminos, ut legitur in di
ctis terminationibus. Vltra quòd dictæ termi-
nationes fuerunt nullæ, & iniuſtæ, vt ſupra di-
ctum fuit, & inferius etiam dicetur. & quando
initium eſt uitioſum, & iniquum, poſſeſſio etiam
111 millium † annorum prodeſſe non debet, ut ad
propoſitum trad. Zaſ.d.conſil. 16. nu. 51. vt non
omittam quòd in his terminis noſtris iam Dec.
dicto conſil. 42. nu. 8. & Socin. conſil. 166. 2. col.
in prin. ſupra citati, firmant fieri probationes in
his antiquis per præſumptiones & indicia, & ta-
men in illis caſibus agebatur contra poſſeſsio-
nes qui habebant ſcientiam vel terminationes
præter id, quod cum hoc caſu noſtro concurrat
etiam euidentia facti, & tot alia ſupra adducta,
non eſt dubitandum quin ipſi Maſſenſes iuſti-
tiam foueant.

Additur ſucceſsiue obſtare dictis teſtibus, ꝙ
ſi loca de quibus deponunt eſſent eadem, de qui
bus in inſtrumento Salinguerræ, non poſſent ve
rificari in ea parte, in qua declaratis finibus con
cluditur totum territorium, & terrenum ſupra
verſus ſtratam, quæ uadit uerſus Biutam, eſſe de
bere communis, & hominum Caſtellionis, cum
ſecundum faciem plantæ, & modelli appareat,
pertinere ad Maſſenſes. ſed certe hoc nihil illis
obeſt, cum minime intentio noſtra ſit contraria
dicto inſtrumento, quod nõ loquitur, nec loqui
poteſt, niſi de illo terreno, quod remanebat à lo
co Caſeatoiæ inter flumen, & terminos, & viam
prædictam Biutam tendentem. Et ſi videatur il-
lud inſtrumentum Salinguerræ, apparet ꝙ iſta
clauſula eſt poſita poſt confines poſitos in Alpi-
bus Marinæ, & illos tantum reſpicit, non om-
nes, & cum ſit appoſita ad qualificandum hoc vl
timum capitulum incipiens ibi, & poſtea refece
112 runt, &c. non debet referri † ad alia ſuperiora,
in c. ſecundò requiris, colum. 2. verſic. 2. de ap-
pella. tum quia etiam clauſula in fine poſita non
debet referri ad omnia, quando reſultaret con-
113 trarietas, vel repugnantia. & abſurditas, † vt per
Dec. ibi, quod late trad. & Port. in dicto ſuo tra-
cta. conclus. regul. & commun. opin. lib. 2. con-
cluſione 38. limitatione quinta, & ſeptima. &
idem eſt, quando congrue ad omnia referri non
poteſt, quia tantum refertur ad ea, quibus con
gruit, Caſtr. in l. 1. C. de lib. prẹter. Port. d. concl.
decima limitatione.

Ex his igitur tam ſingulis, quam omnibus ſi-
mul iunctis apparet omnino reponendos eſſe
terminos ad antiqua. & priora loca, & tanto ma
gis à uia Valuaccaiæ ad limitem Saldaiæ, cum il-
læ terminationes fuerint iniquæ & iniuſtæ, vt ſu
pra oſtenſum fuit, notoria iniuſtitia quæ ex ipſa-
met facti euidentia aperte inſpicitur. Quinimò
arbitror has omnes terminationes factas fuiſſe,
& eſſe nullas, & inualidas, cum factæ fuerint per
illos Commiſſarios contra formam expreſſam
mandati principum eis dati. Namque in inſtru-
mento tranſactionis. & compoſitionis factæ in-
ter Sereniſſimum Ducem Herculem primum
cum magnifica Republica Lucenſe de an. 1491.
die 10. Ianuarij, regiſtrato in proceſſu, fol. 112.
fuit expreſſe conuentum, quod laudum latum
de anno 1399. rogato Thoma Gherardi, debe-
ret executioni demandari, & confines reponi
deberent, prout in eo, adeo quòd cum ipſum
laudum habeat relationem ad terminationes Sa
linguerræ, quæ ſunt eius partes, & in illo refe-
rente eſſe cenſebantur, ut appoſitiſsime tetigit
Clariſsimus D. Iudex. & etiam dictum fuit ſupra,
termini non poterant reponi in alijs locis ſine
conuentione dictæ conuentionis, & compoſi-
tionis, & cum ſucceſsiue ipſe Sereniſſimus Dux
de dicto anno, die octauo Maij mandauerit
Domino Nicolao Pendaleo Commiſſario illius
prouinciæ Carfignanæ, quod deberet apponere
terminos, & confines inter partes, ut dictabant
inſtrumenta ſuper hoc celebrata, ut in inſtrumẽ
to in proceſſu, fol. 146. & idemmet replicauerit
Princeps ille ſucceſsiuo Commiſſario D. Bapti-
tæ Bendedeo, de anno 1492. die 24. Iulij, ut in
proc. fol. 162. mandando eidem, quod deberet
remittere terminos, & illos collocare bene, &
ſufficienter, ſecundum tenorem ſupradictæ com
poſitionis, & idem fuerit mandatum Domino
Philippo Rhodo per Sereniſſimum Ducem
Herculem ſecundum, de anno 1542. die vige-
ſimotertio Aprilis, vt in proc. fol. 184. ubi fuit
dictum, quod deberet remitti facere terminos
ad loca eorum, & in priſtinum ſtatum: certe
cum ipſi Commiſsarij terminos ipſos in aliis lo-
cis diuerſis in tã graue damnum, & præiudicium

dictorum hominum Maſſæ, & Saxi rubei, illos
collocauerint & poſuerint, ut ſupra abundè oſtē
114 ſum eſt, eorum terminationes factæ † contra
expreſſam formam ſuorum mandatorum fue-
runt & ſunt nullæ, cap. cum dilecta, ubi Docto.
& præſertim latiſſime Felyn. de reſcrip. capitu-
lo, Piſanis, de reſtitutio. ſpoliato. Sebaſt. Vant.
in tractatu de nullita. in titulo de nullita. ſenten.
ex defect. iuriſdictionis delega. numero 91. Qui-
nimmo ac ſi Principes illi, vel etiam partes ipſæ
habentes relationem ad dicta antiqua inſtru-
menta dixiſſent ſe reponere terminos illos in
locis in quib. illos poſuerunt Commiſſarij, pro
ut fuerat diſpoſitum in dictis inſtrumentis an-
tiquis, talis terminatio non ualuiſſet, conſtito
ex relato quod in alijs locis remittendi erant
115 † & præſumeretur erraſſe, ita tradit Alexan. in
conſilio nono, ponderatis, columna penultima,
quinto uolumine. quod videtur uoluiſſe Card.
in conſilio 111. de ſingulis, prima columna, Fe-
lyn. in capitulo, quoniam Abb. in fi. ubi etiam
Dec. ff. de officio delega. & idem Dec. in l. edita.
numero 86. C. de eden. & in conſilio 63. ſecun-
do dub. in pluribus alijs locis, Cur. iun. conſilio
92. numero 10. Rip. in dicta l. admonendi, nu-
mero 36. Alcia. in authen. ſi quis in aliquo, ſe-
cunda pagi. C. de eden. & Bellon. conſilio 23.
numero tertio. & quatenus illæ ſententiæ poſ-
ſent dici validæ uel iuſtę (quod ex prædictis non
videtur poſſe defendi) adhuc militat remedium
reſtitutionis in integrum, ex qua veniunt reſcin
dendæ, quod non habet, ſententia mea, iuridi-
cam reſponſionem, ſtante maxima & enormiſſi
ma læſione ipſarum vniuerſitatum, quæ ſatis &
ſuper ex euidentia facti, & ex depoſitionibus te
ſtium comprobata eſt: quæ quidem enormiſſi-
116 ma lęſio † operatur, quod etiam poſt quadrien
nium concedenda ſit reſtitutio, ut in eccleſia
eſt text. in dicto capitulo primo, ubi Docto. de
reſtitutio. in integrum. in ſexto & tradit Soci. di
cto conſilio 266. columna duodecima, ſecun-
* do volumine, quæ opinio eſt communis, ut * per
Emanuel. dicto tracta. in uerbo, reſtitutio in inte
grum, il tertio. numero 80. & ſequen. & his ſtan-
tibus, quod terminationes fuerint nullæ, quod
iniuſtiſſimę reddātur ex euidentia facti, & quod
aduerſus eas propter inſtrumenta de nouo re-
perta poſſit peti reſtitutio, fruſtra diſputandum
eſt an tranſiuerit in iudicatum, ex quo ab eis non
fuerit appellatum, vel an executioni fuerint
demandatæ, nec ne, cum hoc non officiat quin
illis dictis remedijs contraueniri poſſit.

Sicut etiam ceſſat id, quod ultimo loco dedu
citur in hac ſecunda inſpectione de approbatio-
ne partium, cum etiam illa non officiat reſtitu-
tioni, ut in terminis tenent Docto. citati in locis
præallegatis, nec faciat validam ſentētiam de in
ualida, per ea quæ ſupra in fi. primæ inſpectionis
dictum fuit, nam cum crederēt ſe teneri, & igno
rarent d. antiquas terminationes, acquieuerunt
illi, non autem animo validandi ſententiam in-
ualidam, nec vt valeret in vim pacti, quod ex-
117 igitur, vt ibi dictum fuit, & cum reſtitutio † ſit
* concedenda, ſecundum communem * opinio-
nem tam contra ſententiam, quam contra tran
ſactionem, ceſſat omnis ſcrupulus, nec text. in l.
eleganter, §. ſi poſt, cum ibi notat. qui loquitur
in priuatis, nobis poteſt obeſſe, vltra quod etiam
priuati ob iuſtam ignorantiam, vel aliam cau-
ſam uenirent reſtituendi, ut ſupra fuit conclu-
ſum, & ſic ſoluta, & penitus iudicio meo, ſunt
ſublata omnia ſubtilia motiua Excellentiſſimi
D. Iudicis in hac 2. inſpectione.

Supereſt de tertia inſpectione ac tertio ca-
pite uerba facere, in quo breuis ero, cum ni-
mis prolixus fuerim ob copiam, & pluralita-
tem motiuorum, tum etiam quia hæc pars
non habet probabilem difficultatem, in qua
etiam breuibus pertranſiuit Clariſſimus Domi-
nus Motiuans.

Dico igitur quod termini ſunt ponendi, vel
reponendi ſecundum inſtrumentum Salinguer-
ræ & non ſecundum opinionem Caſtillionen-
ſium, qui in omnibus locis ſemper curauerunt
alienum occupare, nam ex inſtrumento ipſo
pars hæc fuit declarata, adeo vt ſuper ea non
fuerit opus ab eo tempore citra vlterius refige-
re vel reponere terminos, nam fuerunt poſiti
dicti termini a colle de Cattauiano, ſuper ſetta
collis recte ſurſum, ſicut vadit collis de Riola
a via quæ tendit a Saxo rubeo ſurſum, ſecun-
dum quod diuidit riuus de valle di forche ſur-
ſum, recte uſque ad terminum, qui eſt apud fon
tem de Goſſoneta, & abinde recte ſuper colle
de Caſtro, ſicut vadit ſerta collis recte ad ter-
minum vltra collem prædictū qui eſt apud fon-
tem de Goſſoneta inter duas phagos, & ab inde
recte ad prunum de Saldaia. Dum autem di-
citur in dubijs, riuum de valle de forche diui-
dere iſta territoria non negamus, niſi ex euiden-
tia facti, vel ex alijs poſſet conſtare, quod aliter
ſe haberet tempore primæ terminationis, quia
attenderentur antiqui fines, quicquid euenerit
118 exinde in riuo illo, ut etiam in flumine, † &
eius mutatione, quod non mutet terminos ter-
ritoriorum, tradit Bartol. in tracta. de alluuio. §.
acquiritur, in fi. cum alijs tradit. per Hieron. de
monte, dicto tracta. capitulo 24. & Boſſ. in tract.
ſen tit. de princip. & priuil. eius, numero 277. &
280. & ſequen. & in titulo de aquis, & flum. nu-
mero 11. & ſequen. In quo me remitto conſcien
tiæ Excellentiſſimi Domini Iudicis, qui pote-
rit recte diſcernere quid agendum ſit de illa par-
te ſyluæ della collace. ſed dum in in eis dici-
tur poſtea quod deueniendum erit recta linea
ſuper collem Caſtri, & procedendo recte ſi-
cut uadit Setta collis deuenitur ad fontem Goſ-
ſonetæ, qui poſitus eſt a parte dicti montis

re-

reſpiciente plagam occidentalem , vbi olim
erant duæ phagus , quæ nunc non extant , ſed
ſatis eſt quod fons extet , & illinc ad termi-
num poſitum in loco Saldaiæ, in quo de pruno
aliter non conſtat. Dicitur quòd, ſicut expreſ-
ſum eſt in inſtrumento, duo ſunt fontes Goſſo-
netæ, alter eſt citra Baſſetam Caſtri verſus Cat-
tauianum & riuum prædictum, alter eſt vltra Baſ
ſetam prædictam non procul a via, quæ tendit
Saldaiam, pro ut etiam per teſtes pro parte Maſ
ſenſium comprobatum extitit. verum quia Ca-
ſtellionenſes prætendunt fontem de Goſſoneta
prædictum eſſe propè viam tendentem a Saxo
rubeo Saldaiam, ut in uiſitatione loci, in proc.
fol. 32. & ſequen. dicimus de illo non eſſe intel-
ligendum, tum quia teſtes noſtri aduerſantur,
tum etiam quia non puto, quod recta linea il-
luc perueniatur per ſettam collis, tum etiam
quia ſi ille prior fons Goſſonetæ, de quo memi-
nit inſtrumentum, fuiſſet tunc ſecus uiam, id po
tius partes, & arbitri illi expreſſiſſent tamquam
confinium perpetuum, quàm fagos illic vicinos
pro vt in tot locis de ipſa via meminerunt in
alijs terminis, cum etiam quia cum Maſſenſes
ſemper poſſederint Baſſettam Caſtri, ad quam
peruenitur per ſettam collis, & vltra collem per
eam ad alium fontem inferiorem etiam oſten-
ſum pro parte noſtra, ad quem recto tramite
non perueniretur a dicto alio fonte oſtenſo
per partem aduerſam, proculdubio tenendum
eſt, & maxime etiam attentis depoſitionibus no
ſtrorum teſtium ad illos fontes pro parte no-
ſtra oſtenſos terminos eſſe ponendos, nam poſ-
ſeſſio harum vniuerſitatum, de qua dicti teſtes
119 deponunt, arguit, confinia eſſe in eo † loco, ubi
poſſederunt, Bald. conſilio 286. rhema, ad fin. ſe-
cundo nolumine Afflict. deciſione 23. numero
tertio, Pariſ. dicto conſilio 104. numero 24. pri-
mo uolumine, & Hieronymus dicto tracta. capi-
tulo 22. numero ſecundo. Nec dubitandum
eſt ad duos fontes reponendos eſſe terminos, ſi
volumus formam dicti inſtrumenti ſequi, quæ
omnino eſt obſeruanda, non autem ad vnum
tantum, ut pungitur in dubijs, & exinde ad pru
num Saldaiæ, & ſeu ad locum in quo veriſimili-
ter eſſe ſolebat ipſe prunus, non autem ad termi
num muratum, cum ille terminus fuerit perpe-
ram poſitus, & contra formam dictorum inſtru-
mentorum Salinguerræ, ut abunde ſupra proba
tum extitit, & ex euidentia facti met apparet,
nam non eſt poſitus in borra aliqua ſicut fuit
poſitus ille Salinguerræ. Præterea fuit poſitus
poſt terminum Scopelli, qui fuit vltimus termi-
nus poſitus in dicto inſtrumento veniendo a
Caſcatoria uerſus Saldaiam, & ſic peruerſus
fuit ordo, quod non eſt facien. ut fuit dictum
in inſpectione præcedenti, in tertia ratione, ſeu
fundamento, & quod Scopellus, in quo fuit
oſtenſus antiquiſſimus terminus, ſit vltimus ve-
niendo a Caſcatoria, & primus eundo a fonte
Goſſonetæ, ultimo ad ipſam Caſcatoriam per
viam Saldaiæ, & per terminos legitimos & anti-
quiſſimos Salinguerræ, præter plantam, & mo-
120 dellum, cui ſtandum eſt, ex quo eſt facta † & fa-
ctus de mandato Excellentiſſimi Iudicis, Pariſ.
conſilio 104. numero 28. primo volumine, &
Hieronymus dicto tracta. capitulo 31. numero
5. id etiam probat viſitatio loci facta in proceſ.
fol. 47. de quo etiam aliqui ex teſtibus noſtris
deponunt, &c.

Et licèt non inueniatur nunc prunus illa no-
minata in dicto inſtrumento, quæ potuit pro-
culdubio propter tam longiſſimum tempus ef-
fluxum defeciſſe, non tamen eſt quin in borra
quę fuit oſtenſa ſub uia, prope quam alia prunus
fuit reperta, non ſit apponendus terminus, cum
ſatis ſit quod reperiatur locus, in quo alias fue-
121 rat poſitus, ut † ſupra dictum fuit in prima in-
ſpectione citando Corne. conſilio 158. in pri-
mo, & Hieronymus capitulo 107. numero 11.
poſt Gemi. conſilio 100. numero quarto, & ma
xime cum locus borræ ſit certiſſimus, & immu
tabilis, cui omnino ſtandum eſt per ea, quæ illic
de Nuda dicta fuere. & licet prunus illa non po
tuerit tamdiu uixiſſe, cum minorem, & breuio-
rem habeat uitam quam phagus, quæ tamen da-
tæ pro confinibus iam perierunt, ut dicitur in
dubijs, multum tamen iuuat veritatem, & opi-
nionem Maſſenſium noſtrorum, quod duæ pru
ni in locis circunuicinis dictæ uiæ & Borræ
fuere repertæ, quæ dant non leue indicium,
quòd illa prunus antiqua fuerit illic contigua,
uel parum remota, quod genus arboris huius eſt
naturæ, ut facile repullulet, quod non euenit in
phago: quinimo, niſi radicitus extirpetur vel
euellatur, nunquã moritur, teſte Columel. lib. 11.
122 cap. 3. vbi ſcribens de huiuſmodi † prunis ſylue
ſtribus, docet ex eis ſæpes faciendas eſſe hor-
tis, tamquam diutiſſime durantes, & uiuentes:
de eis enim loquens ait (Atqui hunc veprem ma
nifeſtum eſt interimi non poſſe, niſi radicitus
effodere velis: cæterum etiam poſt ignis iniu-
riam melius renaſci nulli dubium eſt, & hæc
quidem claudendi horti ratio maxime antiquis
eſt probata.) de quibus etiam loquens Virgil. in
quarto Georgic. duriſſimam arborem eſſe oſten
dit, & pyro, quę diutiſſime durat, coniungit & co
pulat, ut in illo carmine,

Eduramq; pyrum & ſpinos iam pruna ferentes,

Quorum auctoritate fretus non poſſum ſub-
ſcribere opinioni excellentiſs. iudicis affirmãtis
diu tius phagos durare, & lõgiorem vitam habe
re, cum etiam certum ſit, illas facile frangi, &
fracidas fieri, quod prunis naturaliter non con-
tingit, & quicquid ſit, prunæ in locis, ubi ſunt
ſolitæ eſſe, ſemper repullulant propter radices,
quæ ſunt ſub terra, quæ diutiſſime viuunt, vt ſu-
pra. ſed cum illic appareat borra ſub uia, non eſt

quærendum de pruno, ex quo habemus locum certum, ubi fuit dicto tempore Salinguerræ appoſitus terminus, & propterea rationabilis, iuſta, & ęqua eſt prætenſio Maſſenſium, quod illic terminus reponatur, ubi antiquitus poſitus fuerat: & quod terminus poſitus in alio loco, fuit iniuſte, & perperam poſitus, ubi non eſt aliqua borra, quod apertiſſime oſtendit non fuiſſe viſum temporibus dictarum terminationum dictum inſtrumentum Salinguerrę, quia terminus fuiſſet poſitus ſecundum formam, non contra formam dicti inſtrumenti, quod non poteſt negare pars aduerſa, quinimo id ſatis affirmat, dum nititur oſtendere, quod in alio loco aderat prunus oſtendendo radices emortuas, ubi eſt quædam ſponda (quam uocant) non borra, quod nihil aliud infert, niſi ꝙ ille terminus mutatus illic erat reponendus, & ſic uerè expreſſe uidetur fateri. quod poſitus in alio loco non fuit poſitus ſecũdum formam inſtrumenti, ſed quod tamen in eo loco per eos oſtenſo iure reponi non poſſit, conſtat ex eo quod tanto magis contraueniretur formæ dicti inſtrumẽti Salinguerræ, quod in eo loco nullo modo uerificari poteſt, cum locus ille non ſit ſubter uiam, & eſt citra vltimũ terminum Scopelli, ut ſupra dictũ fuit, in ſecunda inſpectione, in dicto tertio fundamento. Quę cum ita ſint (ſententia mea) iuſte negari non poteſt, quin termini ſint reponendi ſecundum intentionem harum vniuerſitatum Maſſæ, & Saxi rubei, quas fuiſſe læſas, & callide ab aduerſarijs defraudatas, & circumſcriptas, non eſt dubitandum, ſicut nec dubitamus ſapientiſſimum Iudicem id apertè nouiſſe, & ſperamus quod iuſtitia præuia reddet quod ſuum eſt cuique, quod proprium eſt iuſtitiæ, Inſti. de iuſti. & iure. in princ. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Princeps ſi donauit ob remunerationem bona alicui, cenſetur illi eidem, ut erant immunia conceſsiſſe.

Et ex quibus clauſulis hoc dicatur factum?

Et maximè, ſi immunitas fuit ſeruata, & de illius fauore.

S V M M AE.

1 *Principis prædia ſunt immunia etiam reſpectu munerum belli.*

2 *Onera non tenetur ſubire cum ſubditis, qui habet iuriſdictionem, licet non ſit Princeps magnus.*

3 *Coloni prædiorum Principis ſunt immunès.*

4 *Mantuæ Dux eſt vice Ceſaris in ſuo ducatu.*

5 *Actus omnes humani exigunt poteſtatem et voluntatem, et modum.*

6 *Immunia remanent tamen bona Principis alteri conceſſa.*

7 *Ceſsio importat translationem iurium, & quid ſit cedere.*

8 *Ceſsio operatur idem iu incorporalibus, quod traditio in corporalibus.*

9 *Ceſsionarius ſurrogatur in locum cedentis, et cenſetur eadem perſona.*

10 *Decimam rei cenſetur alienare, qui rem alienat*

11 *Immunitas transfertur ex clauſula, cum omni iure ſpectante.*

12 *Clauſula, cum omnibus iuribus cuiuſcumque generis, cuius ſit virtutis, & quid comprehendat.*

13 *Clauſula, quouis modo, importat omnem deſcriptionis formam & quoſcumque modos excogitabiles.*

14 *Et importat, ut augeatur diſpoſitio, & comprehendantur maiora expreſsis.*

15 *Clauſula, ex quauis cauſa, comprehendit omnia incognita & incogitata.*

16 *Clauſula, ita vt, importat augumentum.*

17 *Et ſimilitudinem caſuum omnimodam.*

18 *Dictio, ſicut, omnimodam ſimilitudinem importat.*

19 *Relatum eſt in referente cum omnibus.*

20 *Immunitas relata competit vt ſit ea, quam voluit referens concedere, & quando ſit adæquatio.*

21 *Priuilegio quis poteſt vti, ſicut Princeps, ſi illud conceſſum ſit cum clauſula, vt poſſit vti ſicut nos vtimur priuilegio.*

22 *Adęquatio quando ſit in priuilegiis, ius quod vni competit, etiam alteri competit.*

23 *Clauſula procuratoris conſtitutionis in rem ſuam importat iurium ceſsionem.*

24 *Procuratoris conſtitutio facta in contractu ſimpliciter cenſetur facta in rem ſuam.*

25 *Immunitate Principis debet gaudere ille, qui abeſt poſitus & conſtitutus procurator in rem ſuam.*

26 *Colonos habere immunes & idoneiores prædijs,*

dis, intereſt dominorum.

27 *Interpretatio latiſsima eſt facienda in priuilegio Principis.*

28 *Nec illius verba ſunt ſtrictè & tenaciter intelligenda.*

29 *Immunia non eſſe bona, quæ nunquàm fuerunt collectata, non intereſt vniuerſitatis.*

30 *Immunitatis ſit latiſsima interpretatio, quando res, quæ erat Principis & immunis conceditur.*

31 *Immunitas eſt fauorabilis.*

32 *Obſeruantia declarat atq; interpretatur immunitatem.*

33 *Et non minus donationem.*

34 *Et regulariter quemcumque contractum.*

35 *Et hæc obſeruantia exigit longum tempus.*

36 *Solutionem onerum nunquàm fuiſſe factam ex libris maſſariorum conſtare poteſt.*

37 *Aeſtimum afficit bona.*

38 *Et quæ non ſunt deſcripta in illo, nullo iure poſſunt grauari ab vniuerſitate aut collectari.*

39 *Immunitas meretur latiorem interpretationem, quæ prouenit ex donatione cauſa remunerationis.*

40 *Et quæ tranſiuit in contractum, non poteſt per concedentem reuocari.*

41 *Et dicitur titulus oneroſus, non mera liberalitas.*

42 *Et magis ad verbum eſt obſeruanda, & debet extendi.*

43 *Et ſi eſt conceſſa ob remunerationem.*

44 *Immunitas eſt realis, quæ ex pacto, et contractu fuit conceſſa.*

45 *Vel quia ſit conceſſa pro hæredibus, qui veniunt deinde in infinitum.*

46 *Vel ſit cõceſſa pro ſucceſſoribus quibuſcunq;.*

47 *Vel reſpectu certæ, & determinatæ rei.*

48 *Et immunitas, cum eſt realis, tranſit ad hæredes.*

49 *Et ad ſucceſſores concedentis ex contractu.*

50 *Coloni gaudent immunitate, cum illa eſt realis.*

51 *Et coloni futuri ſurrogandi.*

52 *Immunis debet ſeruari in ſua immunitate, & libertate.*

CONSILIVM XLII.

In Domino confido:

SEreniſs. D. Dux Mantuæ de anno 1568. volens remunerare obſequia, & grata ſeruitia S. Celſitudini præſtita per olim Magn. & nobilem D. Carolum Maffeum, uirum Illuſtrem & Conſiliarium ſuum prædefunctum, ex certa ſcientia, per ſe, & hæredes, & ſucceſſores ſuos, dedit, & donauit, titu. donationis inter viuos Illuſt. Comiti Federico Maffeo, eius Magn. D. Caroli fratri, pro ſe, & hæredibus ſuis quibuſcunq; curiam ſuam villæ nouæ ſitam ſub commiſſariatu S. Georgij, bubulcarum quingentarum triginta duarum, cum omnib. habitationibus exiſtentibus ſuper ea. Et præceteris clauſulis in decreto ipſius donationis appoſitis, addidit hanc clauſulam ceſſionis, videlicet. Cedentes eidem, & in eum, ac ſucceſſiue in eius hæredes, & ſucceſſores, transferentes omnia iura, & actiones cuiuſcũq; generis, & manieriei, quę, & quas, quales, & quantas, ac qualia, & quanta habemus, ſeu quouis modo habere poſſumus in dicta curia, ut ſupra donata, ita vt ea uti, frui, & gaudere poſſint, ac de illa dicere, facere, & diſponere ut eis videbitur, & vt nos ipſi poteramus, & potuiſſemus ante præſentem donationem, & inferius etiam addidit aliam clauſulam talis tenoris: facientes eundem procuratorem noſtrum, & ponentes in locum noſtrum, vt in rem propriam, ita ut ipſe ipſiuſque hæredes, & ſucceſſores quicumque in perpetuum dicta curia, ut ſupra donata, eiuſque iuribus, vti, frui, & gaudere poſſint, ac de illis dicere, facere, & diſponere, ut ſibi videbitur, & ut nos ipſi poteramus, & potuiſſemus ante præſentem donationem. Poſt quam quidem donationem ipſe Illuſt. Comes Federicus, tenuit & poſſedit dictam curiam immunem, & exemptam ab omnibus muneribus, & grauaminibus, ita quòd nec ipſe, nec eius coloni partiarij umquàm fuere grauati uel requiſiti ad aliqua onera ſubeunda in dicto commiſſariatu S. Georgij: nunc vniuerſitas ipſius commiſſariatus prætendit colonos ipſius curiæ nulla immunitate, uel exẽptione gaudere poſſe, uel debere, ſed ad omnia munera cogi poſſe, ſicut cęteri, qui nulla gaudent immunitate. Contra uero prætendit ipſe Illuſt. Comes Federicus, imo ipſos eius colonos eſſe immunes, & exemptos, non ſecus ac ſi adhuc eſſent coloni, & laboratores, prædicti Sereniſs. D. Ducis, nec poſſe ad aliqua munera uocari, uel compelli, prout nec umquàm in præteritum uocati, uel compulſi fuere, ſtante tenore dicti decreti donationis, & ſtante ꝙ cum ipſe inſeruierit S. Celſitud. pro capitaneo, & duce militum equeſtrium ultra decem, ſed & ultra quindecim annos habet immunitatem etiã realem,

&

& pro bonis ſuis,iux.tenorem cap.16.in ordini-
bus munerum ciuitatis Mantuæ æditorum de
anno 1530. Quæritur quid iuris? Viſo itaque,
& conſiderato puncto propoſito,& omnib.ma-
turè conſideratis,eius ſum ſententiæ, vt dicti co
loni,& laboratores partiarij, ipſius curiæ,fue-
rint,& ſint immunes,& exempti,non ſecus quã
fuerint,& eſſenr tempore quo dicta curia erat in
dominio ipſius Sereniſs. Ducis. Moueor enim
primo,quia certum eſt, quòd præd ia principis
1 ſunt immunia†etiam reſpectu munerum belli.l.
priuatæ. & l.pen. C.de excuſ.mun.lib.10. Rim.
conſ.502.nu.1.Laur.Syluan.conſi.66.num.5.&
nedũ princeps magnus,vt eſt ipſe Sereniſ.Dux,
ſed & ipſi Barones, & Comites, qui habenr iu-
2 riſdictionem,non tenentur ad onera†cum eorũ
ſubditis.Brun.conſil.103.per tot. Alcia.conſ.8.
col.1.lib.3. Laur.Sylua.conſil.61 nu.55. & illic
idem Alci.in ſubſcriptione,in fi.ſic etiam colo-
3 ni prædiorum†principis ſunt immunes, & gau-
dent immunitate a ſuperindictionibus extraor-
dinarijs.l.1. C.de priuil.domus Augu.lib.11.ſi-
cut etiam liberantur a muneribus ciuilibus, vel
mnnicipalibus, ut idoneiores prædijs fiſcalibus
habeantur.l.ſemper.§.coloni. de iure immu.ſed
nec ad tutelam cogi poſſunt. l.fin. C.qui da.tnr.
vel curat.poſ. licet coloni prædiorum fiſcalium
fungantur muneribus ſiue damno fiſci, & id de
bet excutere præſes adhibito procuratore fiſca
li.l.fin.§.1.ad municip.Et de hac immunitate la-
boratorum principis expreſſe depoſitum eſt in
dictis ordinib. anni 1530.in c.3. Nemini etiam
dubium eſt,quòd prædictus Sereniſs. Dux po-
teſt concedere immunitatem,etiam de nouo,re
bus & perſonis illam non habentibus,cum fun-
gatur uice Cæſaris in ſuo ducatu, ut in Marchio
4 ne†Mantuæ ſcribit Pariſ.conſil.69.nu.2. primo
volum. Sylua.d.conſil.66. nu.9.& 10. Ceph.qui
in eadem cauſa ſcripſit in conſil.58. num.53. &
ſeq.& ſequitur Octau.Caccher.deci.Pedemon.
39.nume.18.tanto magis igitur illam,quam res
ſuæ habent transferre,ut arguit Sylua.d.conſil.
Præſuppoſita itaq; poteſtate ipſius Sereniſs.Du
cis,videndũ eſt de uoluntate,& ſubinde de mo-
do,ſi quidem omnes actus humani exigunt po-
5 teſtatem, & uoluntatem†diſponentis,ac modũ
diſponendi,ut late proſequitur Socin.iun.conſ.
75.num.15.& ſequen.primo uolum.Quod igi-
tur uolnerit ipſe Sereniſs. Dux cum dicta curia
transferre etiam immunitatem quam ipſe habe
bat, & modus etiam fuerit aptus ad transferen-
dũ, aperte probatur,quia ſi bona Principis,quæ
6 habent immunitatem alteri † cõcedantur,erunt
immunia, ut trad.Riminal.dicto conſil.202.nu-
mero quarto. Quod in caſu iſto tanto clarius
procedit, cum verba ampliſſima dictæ donatio-
nis id importẽt, prout illa põderãdo apparebit.

Primo enim Sereniſs.donator ceſſit, & tran-
ſtulit in d.donatarium omnia iura, & actiones
cuiuſcumq; generis, & maneriei,quæ, & quas,
quales,& quantas,ac qualia,& quanta habebat,
dubium autem non eſt ceſſionem importare
7 † tranſlationem iurium, quia cedere eſt ius ali-
quod incorporale in alium transferre, gloſ. &
Doctor.vbi Bart.num.8.C.de actio.& oblig.Pa-
pienſ.in pract.in for.libel.in cauſa uenditionis,
in gloſ.ceſſit,& mandauit,in princ.& dicit Bald.
in l. ex legato. nnme.ſecundo, C.de lega. quòd
n on poterat apertius uocabulum a iure inueni-
ri,cum cedere ſit quaſi diſcedere, & alium loco
8 ſui ponere. ceſſio autem operatur † idem in in-
corporalibus,quod traditio in corporalibus,gl.
& Doctor. in l.fin. C.quando fiſ.vel priua. om-
nes in dicta l.prima,Papien.in dicta gloſ.in prin
cip.Dec.conſil.446.nume.5. & Tiraquel.in tra-
cta.de retract.titu.primo,§.primo, gloſ.7.nume
ro 12. Et ceſſionarius ſurrogatur in locum ce-
dentis in iure ceſſo,ratione cuius ſurrogationis
9 † cenſetur eadem perſona cum illo, ut tradit
Crot.in conſil.73.nume.10. Cum itaque prin-
ceps ille Sereniſs. haberet immunitatem dictæ
curię,tam reſpectu rei,quàm colonorũ ſuorum,
donando illam, & cedendo iura ſua, cenſetur
proculdubio. etiam immunitatem tranſtuliſſe,
ſi enim quando quis habet decimam in re ſua,
illam alienando cenſetur ipſam decimam, ſibi
10 de iure ſpeciali debitam†alienare, ut uoluit Cæ
pol.caut.95. ſi aliquis. poſt alios, quos citat, &
idem eſt, quando in inſtrumento apponitur ſi-
milis clauſula, cum omni iure ſpectante ad ven-
ditorem, ut firmat Curt.iun. in conſil.177.nu-
mero 4.& 5.quanto magis quando eſt facta ceſ-
ſio omnium iurium, debet transferri immuni-
tas,quæ facilius tranſmittitur.Et quod propter
talem clauſulam cenſeatur etiam tranſlata im-
11 munitas†ex contractu Illuſtriſsimi Marchionis
Mantuæ,in terminis proprijs uoluit Ioan. Fran-
ciſc. Riſic. in ſubſcrip. ad conſilium prædictum
Sylua.66.quod eſt conſilium ſequens 67.num.
6. ubi dicit quòd ex quo in permutatione prin-
ceps bona tranſtulit cum omni iure ſibi compe
tenti in dictis bonis, vel pro dictis bonis,cenſe-
tur etiam comprehenſum ius, quod compete-
bat ipſi Principi ex priuilegio ſpeciali,per mul-
ta,quæ ibi citat,& ſic ius immunitatis,idem etiã
in indiuiduo uoluit Sylua. in conſil.73. num.5.
ſcribens etiam in contractu inito per dictum Il-
luſtriſs. Marchionem Mantuæ per illam clauſu-
lam,cum his omnibus, quæ tam de iure, quàm
de conſuetudine fuerant poſſeſſa per Excellen-
tiam Marchionalem cenſeatur tranſlata immu-
nitas cum bonis,& nos uerſamur in caſu fortio
ri, in quo poſitæ fuere clauſulæ ampliores,& prę
gnantiores,vt de illa clauſula, cum omnibus iu-
12 ribus † cuiuſcumque generis, & maneriei,quæ
eſt generalis,& facit omnia compræhendi, qui-
buſcunque nominib.nuncupentur, ſcribit Cur.
iun.conſil.109. num.5. Rurſus ſubſequitur alia
clau-

clauſula, ſeu quouis modo habere poſſumus in
dicta curia donata. Clauſula enim illa, quouis
13 †modo, importat ex eius ſignificatu omnem de
ſcriptionis formam, & quoſcunque modos ex-
cogitabiles, ut reſpondit Ang. conſil. 288. viſo
themate. num. 3. & ſupra, num. 2. ſcribit de clau-
ſula, omnium, &c. idem tenet Cæpol. conſil. 14.
nu. 11. in criminalibus, Marſ. qui late proſequi-
tur, in conſil. 80. nu. 37. & ſeq. & ſequitur etiam
Stracha de mercatu. 1. par. num. 82. & ſeq. & im-
portat omnem modum realem, perſonalem, di-
rectum, & indirectum, gl. in ver. quomodolibet.
in clem. 2. de ſenten. excom. Cæpol. & Marſ. in
dictis locis, ſicut etiam importat quòd augeatur
diſpoſitio, & compræhendantur, ac veniant ma-
14 iora†expreſſis, vt in conceſſione immunitatis
ſcribit Alex. in conſil. 30. ponderatis narratis. 6.
dub. num. 9. 5. uolum. & nu. ſeq. Dec. conſ. 113.
2. col. Bertr. conſ. 264. nu. 4. & ſeq. 2. uol. 1. par.
& Pariſ. d. conſil. 68. num. 17. 23. & ſequen. & in
donatione bonorum, & iurium, quòd talia uer-
ba impediant fieri reſtrictionem, voluit Iaſ. in
conſil. 124. colum. 5. verſ. ſed iſtis non obſtanti-
bus, & colum. ſeq. 4. vol. & in ceſſione omnium
iurium ex quauis cauſa competentium, quę eſt
clauſula eiuſdem ſententiæ, quòd compræhen-
dat omnia iura incognita, & incogitata, quia
15 ſaltē†in genere cogitari potuerunt, tenuit Crau.
conſil. 227. num. 13. & ſeq. & plura ad propoſi-
tum de verbis geminatis ſcribunt Doctor. in
pluribus locis, & maxime Felyn. & Dec. num. 8.
ver. prædicta concluſio. in c. ſedes, de reſcrip. &
Marſ. in l. vnius, §. cogniturum. nume. 23. & ſeq.
de quęſtioni. & moder. in ſexcentis locis, quos
ſciens prætereo, cum his opus non habeamus,
ex quo habemus deciſiones ſpecificas, ſcopum
noſtrum percutientes. Comprobatur iſta con-
cluſio ex clauſula ſequenti, ita vt ea uti, frui, &
gaudere poſſint, ac de illa dicere, facere, & diſpo
nere, vt eis videbitͤ, & vt nos ipſi poteramus, &
potuiſſemus ante pręſentē donationē. ea enim
16 clauſula, ita vt, importat † augumentum, Gul. &
Ang. in l. nulla, de ll. Alex. & Iaſ. in l. legata inuti-
liter. a. not. de leg. primo, & importat ſimilitudi
17 nem†caſuum omnimodam, Soc. iun. ſcribens in
donatione, in conſil. 102. nume. 15. ſecundo vo-
lum. vbi dicit idem importare quòd dictio, ſi-
18 cut, quæ etiam omnimodam†ſimilitudinem im
portat, capit. olim. de verborum ſignificatio. de
qua per Roman. in conſilio 328. num. 7. & ibi in
nouis additionibus, & Socin. conſilio 252. co-
lum. 6. verſ. ſecundo quia. ſecundo uolum. & fa
cit relationem ad id, quod faciebat ipſe Prin-
ceps ante contractum, & facere poterat, & ſic
ad immunitatem, qua ipſe fruebatur, & gaude-
bat, etiam reſpectu laboratorum, ſicut dictio,
prout, eſt relatiua, vt in l. edita. & ibi late mo-
der. C. de eden. vulgatum autem eſt, relatum eſ-
19 ſe in referente† cum omnibus ſuis qualitatibus.
l. aſſe toto. de hæred. inſtitu. vere, & naturaliter,
& quicquid continetur in termino ad quem fit
relatio, continetur in termino referente ſaltem
implicite, qui vero explicat, nihil noui facit, ſed
diſcooperit, & quod intelligitur per relatio-
nem ad aliud, vere & proprie dicitur intelligi,
vt Bald. not. declarat in conſilio 212. ea quæ ve
niunt. in quinto, & illum ſequuntur Moder. in
multis locis, & præſertim Dec. in conſilio 347.
numero tertio, Curt. conſilio 45. numero quar-
to, de quo etiam per Bero. conſilio 140. nume-
ro 36. ſecundo volum. Et quòd quando habe-
20 tur relatio ad immunitatem†aliquam, illa ſit at-
tendenda, ſcribit Nat. conſilio 340. numero 19.
Et ad propoſitum noſtrum, quando eſt facta æ-
quiparatio cum tali vel ſimili clauſula, vt poſſit
quis uti eiſdem priuilegijs, ſicut nos vtimur,
quòd priuilegiatus illis uti poſſit, ſicut Princeps
21 † poterat. ſcribit Alcia. in conſil. 14. num. ſecun
do, lib. quarto.

Præterea clauſula illa nedum facit relatio-
nem, ſed adæquationem propter omnimodam
ſimilitudinem caſuum, quam inducit, vt ſupra. &
quādo in priuilegijs duo adęquantur, ius quod
22 habet is, cui fit†adęquatio, attribuitur ei cui adę
quatur, ut Barto. numero primo, & alij commu-
* niter*trad. in l. prima, de legat. primo, vbi Crot.
num. 11. & 21. Rip. ſecunda colum. Ruin. prima,
& ſecunda, & Iacob. de Nigr. num. primo, & ſe-
cundo, idem trad. Alexan. in immunitate, in con
ſil. 148. numero 6. & 7. ſexto uolum. & Alcia. di-
cto conſi. 14. num. ſecundo. Nec fuit contentus
Princeps ille Sereniſ. appoſitione harum clau-
ſularum, quæ proculdubio important tranſlatio
nem immunitatis, vt ſupra. ſed etiam alias addi-
dit ad maiorem expreſſionem illam importan-
tes, vt eſt illa clauſula, facientes eumdem procu-
ratorem noſtrum, & ponentes in locum noſtrū,
& in rem propriam, ita ipſiusque hęredes, & ſuc
ceſſores quicumq; in perpetuum dicta curia, ut
ſupra donata, eiusque iuribus uti, frui, & gaude-
re poſſint, ac de illis dicere, facere, & diſponere,
vt ſibi uidebitur, & ut nos ipſi poteramus, & po
tuiſſemus ante præſentem donationem. Clauſu
23 la, n. conſtitutionis procuratoris in rem†ſuam,
& poſitionis in locum ſuum, importat etiam iu-
rium ceſſionem. l. plane. fam. erciſ. l. qui quadrin
genta. ubi Ang. num. primo, in fi. & numero ſe-
cundo, ad Trebel. Bartol. & alij in l. in prouin-
ciali. §. ſi ego. ubi Alexand. numero ſeptimo, ver
ſic. quintò fallit. de ope. no. nunciatio. Papien. in
dicta for. libel. in cauſa uendit. in gloſ. ponens
ipſum Ioannem in locum ſuum. & Aret. in §. prę
terea. num. 36. Inſtitu. de excep. Quod in dona-
tione tanto clarius procedit, cum transferan-
tur actiones, etiam ad hæredes non nominatos.
l. aliam. C. de donatio. & conſtitutio procurato-
24 ris in tali contractu ſimpliciter facta, † cenſetur
facta etiam in rem ſuam, Speculator in titu. de
ceſ-

ceſſio.actio.§.2.ſecunda colum.verſ.ſed quid ſi
is. Et cum clauſula,poſitionis in locũ ſuum,im-
portet conſtitutionem procuratoris in rem ſuã,
vt per Aret. in d.§.præterea. d.num. 36. & Pa-
riſ.conſ. 107.num.34.& ſeq.3.volum.tanto cla-
rius, quando vtraque clauſula iuncta eſt. pote-
rit itaque hic Illuſtris Comes poſitus in locum
principis,& conſtitutus procurator in rem ſuã,
25 ad quem† pertinet tota vtilitas. gl.2.in princ.in
l.prima,de procur.in l.qui ſtipendia. in verſicu.
ſuam rem.ubi Iaſ.C.eo.tit.Caſtr.in l.fi.in princ.
per illum tex.ubi etiam moderniores,de donat.
vti illa immunitate, ſicut poterat Princeps, ut
probatum eſt ex dictis concludentibus ratio-
nibus.Verum quia,vt dicebat Rub.Alex.in con
ſil.2.num.24.ad ea deuenimus tempora, quòd
àuribus & rationibus non creditur, ſed ſolum
deciſionibus in terminis, adduco in indiuiduo
deciſiones Sylua.in d.conſil.66.num.16.ad fin.
& num. 17. & Ceph. in eodem caſu conſulentiũ
in d.conſ.58.num.29. uolentium propter hanc
clauſulam cenſeri tranſlatam in permutantem
cum Principe immunitatem, quam ipſe Prin-
ceps Mantuanus habebat. Et hoc ſolum funda-
mentum ſat eſſet ad victoriam ipſius Ill. Comi-
tis, quòd eius coloni ſint immunes. & exempti,
ſicut erant tempore ipſius Sereniſs. Donatoris,
nam intereſt non tãtum colonorum, ſed etiam
ipſius domini, quòd ipſius coloni prædiorum
26 ſuorum ſint† immunes, quia idoneiores ſunt
prædijs,vt dicit tex.ſupra citatus in d.l.ſemper.
§.coloni.de iure immun.& in l.fi. C. qui tut.da.
poſ.& in terminis trad. Soc. in conſ.272.col.5.
verſ.ſed pro reſponſione.ſecundo volum.vbi di
cit quòd eſt magnum intereſſe dominorum, q
coloni ſint liberi a grauaminibus, quæ per aliũ
imponuntur, quia facilius inueniuntur coloni
prædiorum,& libẽtius in eis morantur, quinim
mò maximam ex hoc dominus utilitatem capit,
& propter aſſiduitatem eorum, qui a cultura a-
grorum non auocantur,& quia maiores hono-
rantias,& regalias ſoluunt domino,ut experien
tia docet,& in facto proprio ego ſum expertus.

Secũdo moueor,quia quatenus in prædictas
claras rationes & deciſiones ſcrupulus aliquis
inijci poſſet, cum tamen uerſemur in priuilegio
27 Principis,latiſſima eſt † facienda interpretatio.
c.cum dilecti. de donat.c.olim.de ver.ſig.l.pen.
de conſt.prin.vbi Claud. nu.11.Alc.in conſ.18.
num.4.& ſeq.lib.4.Bero.loquens in donatione,
in conſi.70.num.20.in prin.& conſ.169.num.7.
in 2.idem in donatione ſcribit latè Rolá. a Val.
in conſ.42.nu.22.& ſeq.2.vol.& conſ.50.nu.4.
& ſeq. in tertio. Liberalitas enim Principis non
debet aſtuta iuris interpretatione reſtringi,Nat.
conſ.464.nu.14.Nec verba generalia Principis,
28 quæ poſuit in ſuo † priuilegio ſtrictè vel tenaci-
ter ſunt interpretanda. Gramm.deciſ.4.num.8.
& 59. numero 48. Et licet ſciam,quòd priuile-
gium quando reſultat in damnum, & præiudi-
cium tertij, non tamen concedentis, non ſit la-
tè interpretandum.l.prima.§.primo.de iu.imm.
tamen cum commune Sancti Georgij nullum
damnum vel præiudicium patiatur ex huiuſmo
di immunitate,quandoquidem,nũquam habuit
facultatem grauandi, vel collectandi hos colo-
nos,qui ſemper fuerunt immunes,certè nõ po-
29 teſt dicta immunitas reſtringi,ex quo ſua† non
intereſt, cui nihil realiter aufertur, vt in ſimili
conſiderat Barb.conſ.26. colum. 8.verſ.nec ob,
ſecundo uolum. & in terminis reſpondent Syl-
ua.d.conſil.66.num.7.& 22.& ſubſcribens con
ſil.ſequen.num.3.& ad fin. & Ceph. d.conſ.58.
num.35.& ſeq.& idem Sylua.in conſi.73.nu.3.
& 7.Nec eſt dubium quòd facilius aufertur ius
quærendum, quàm quæſitum, ut probat idem
Sylua.in d.conſ.66.num.8.& ſeq. & quòd ſit la
tior interpretatio, quando conceditur res, quæ
30 erat† immunis,per Principem,quàm ſi immuni-
tas rei non exemptæ concederetur, ut ſubſcri-
bens illic trad.in d.conſ.67.num.2.& 3. præter
id quòd immunitas eſt fauorabilis, cum rem ad
31 primæuam† naturam reducat. Syluan. d.conſi.
66.num.19. & Nicol.Feſtas.in trac.de collec.4.
par.tq.22.nu.8.& 19.

Tertio cum a tempore dictæ factæ donatio-
nis ipſe Illuſtris Comes Federicus ſemper ga-
uiſus fuerit dic. immunitate,& reſpectu colono
rum per ſex annos continuos,nec umquam fue
re conqueſti, uel illos inquietauerunt homines
dictæ vniuerſitatis commiſſariatus S. Georgij:
obſeruantia ſubſequuta declarauit quomodo
Sereniſſimus Princeps intellexerit conceſsionẽ
ſuam,& donationem factam,ut in interpretatio
32 ne immunitatis ex obſeruantia ipſa† trad.Bar.in
conſ.59.commune Spoleti. nu.3. Alex.conſilio
201.in fi.in ſexto. Dec.conſil.48.colum.prima.
Nat.conſil.406.num.28.Sylua.d.66.num.20.&
21.& ſubſcribens,conſil.ſequen.nu.10.& idem
Syluan.in conſ.88.num.27.in fi.& 98. num.18.
Alc.d.conſil.14.nu.11.lib.4. & Octau.deciſ.136.
33 nu.4.† & in donatione Crau. conſ.277.num.2.
Quod eſt regulare in quocunque contractu, ut
34 interpretationem recipiat ab obſeruantia† ſub-
ſequuta.Alb.conſ.64.num.34.& ſequen. Cran.
conſi.101.num.3.& 4.274.nu.7. & 294. num.8.
verſ.a 1. Nec hoc caſu exigitur longum tempus
35 talis obſeruantiæ, vt talis fiat ſecundum eam† in
terpretatio,Crau. d.conſilio 101.274.& 277. &
Sylua.d.conſil.66.nu.21.Quod autem ipſi colo-
36 ni nũquam ſoluerint,† ex libris maſſariorum,&
officialium dicti commiſſariatus poterit conſta-
re,ut per Sylua.d.66.nu.21.

Quartò cum dicta bona numquam fuerint
deſcripta in aliquo æſtimo dicti commiſſariatus
nec coloni,uel eorum bona, non poſſunt colle-
ctari,uel grauari tanquam affecta;quia ſi æſtimũ
37 ea† afficit,ut per Iaſ.in conſ.83. 3.vol.& proba-
tur

tur in l.pen.& fin. C.ſi.cen. vel rel.Feſtaſ.de col-
lect.4.par.tit.de immunit. nobil.num.17.& ſeq.
& num. 36. quando non ſunt in æſtimo nullum
38 ius habet vniuerſitas† moleſtandi, vel grauandi
non deſcriptos,Bal.conſil.257.q.uertens. verſ.
tertio, 2.uol.Sylua. d.conſi.66.num.2.& ſeq.&
73.num.3.& 8.Feſtaſ.d.4.par.tit. de immun. ex
præſcr.q.9. nu.33.

Quinto plenior eſt faciẽda interpretatio, ex
39 quo donatio facta fuit † ex cauſa remuneratio-
nis meritorum ipſius Mag.Caroli, vt per Sylua.
d.conſil.98.nu.16.Vnde cum tranſiuerit in con
tractum, firmior eſt ipſa immunitas, & non po-
40 teſt per cõcedentem† reuocari. Marſ.ſing.333.
Reſtaur.in tract. de Imperatore, q.55.& 94.nu.
21.Grammat.deciſ.65.num.25.& ſeq.Rolan.in
conſil.5.num.8.& ſeq.1.volum. & 13.num.24.
& ſeq. 3.uol.& ſupra num.21.& 26.dicit. quòd
41 non eſt mera liberalitas, ſed titulus † onerosus,
vt ibi.num.59. & Menoch.conſil.2.num.139.&
conſi.75.nu.43.& Principi credendũ eſt de me
ritis atteſtanti, Feſtaſ.d.4.par.q.12.nu.1.& ſeq.
Immunitas aũt per contractum conceſſa,magis
42 ad verbum† eſt obſeruanda, et potins debet ex
tendi. quàm reſtringi. Pariſ.d.conſil.69.num.5.
Alb.conſil.2.num.2. Neuiz.conſil.66.num.44.
et inter conſilia Bru.conſil.12.nu.29. Nat.con-
ſil.397.num.9.& 10.Rol.a Val.conſil.76.nume.
18.in 2.& d.13.nu.51.in 3. Syluan.d.66.nu.18.
Ceph.d.58.num.38. ubi propterea debere fieri
latiorem interpretationem affirmant, quod etiã
43 voluit ante eum Soc.quando eſt conceſſa† pro-
pter remunerationem, in conſil.84.num.14. in
tertio,& trad.etiam Octau.in deciſio.Pedemon.
91. numero 11.

Sexto moueor, quòd cum ſit tranſlata dicta
immunitas,quæ erat apud Principem in dictum
Illuſtr.Comitem, ut ſupra ſatis,ſuperque proba
tum eſt,& illi conceſſa immunitas ipſa fuit,& eſt
realis,non perſonalis,quod ex multis probatur,
44 quia ex pacto,& contractu fuit† cõceſſa.Sylua.
d.conſil.66.num.5. Iaſ.conſi.217.prima colum.
ver.primo,in 2.Bello.conſil.20.num.9.Feſtaſ.d.
4.par.q.22.num.11.Quia pro hæredibus.Iaſ.d.
conſil. 217. colum.fi. & huius mentis eſſe uide-
tur Dec.conſil.262.nu.8.Bello.d.conſi.20.ante
fi.& Sylua.conſil.65.num.22.Et veniunt hære-
45 des† in infinitum.l.ſciendum.l.hæredis appella-
tione,vbi Alcia.de verbor.ſign.Bar.d.conſil.59.
46 ante fi. Et quando eſt etiam conceſſa pro† ſuc-
ceſſoribus quibuſcumque. Alex.& Iaſ.in l.quæ-
dam.§.nihil.de eden. Fely.in c.quia nos,de iud.
num.5.admittit Iaſ.conſil.89.tertia colum.in 3.
ſequitur Bertran.conſi.264.num.2.ſecundo vo
lum.1.par.& Alcia.in dicta l.hæredis.& idem eſt
47 quia fuit facta.& conceſſa† reſpectu certæ & de-
terminatæ rei, Alex.conſ.193.ex themate.1.dub.
nu.3.ſecundo vol. & Feſtaſ.d.4.par.d.q.22.nu.
4.& 5.ubi num.16. idem uoluit quando eſt facta
ob merita, & idem tenet Sylua.d.conſil.98.nu.
16. Cum itaq; conceſſio immunitatis fuerit rea
48 lis, certum eſt quòd tranſit† ad quemcumque.l.
forma.§.quàmquàm.de cenſi. Et ſicut tranſit ad
hæredes,& ſucceſſores recipientis, ita ad ſucceſ
49 ſores† concedentis ex contractu. Neuiz.d.con-
ſil.12. inter conſilia Bru.nu.30. & Sylua.d.66.
num.24. Nec eſt dubium,quòd quando immu-
50 nitas eſt realis,& etiam gaudent† coloni,& labo
ratores prædiorum. Abb.in c.ex parte.il primo,
2.colum.de decim. & in conſil.9. hic cadunt.2.
dub.1.volum.Io.de Plat.in l.qui immunitatem.
num.2.C.de mun patrim.lib.11. Pariſ.d.conſil.
69.nume.6.Rui.conſi.157.num.9.in 3.& Octau.
deciſ.Pedemon.39.nu.19.Et coloni futuri ſur-
51 rogandi† ſemper compræhendentur,Bal.conſi.
112.quæritur.nu.6.1.vol.

Poſtremo loco, cum ipſe Illuſt.Comes Fede-
ricus habeat etiam immunitatem aliam pp mi-
litiã, in qua inſeruiuit Celſitudini ſuæ ultra tria
luſtra,propter quod ei ex ordine prædicto anni
1530.d.cap.16. conceſſa eſt immunitas tam pro
perſona,quàm pro eius bonis,& non poteſt per
fectam,& plenam habere immunitatem rerum,
cum eius coloni auocantur a cultura ſuorum
agrorum, ut ſupra in primo fundamento dedu-
ctum fuit,tanto magis etiam reſpectu dictorum
colonorum immunitas eſt ei ſeruãda, per ſupra-
dicta. Et cum ſit in quaſi poſſeſſione libertatis,
52 in ea debet conſeruari, † & manuteneri, Caſtr.
conſil.313.poſtremo.num.1.primo uolum.Cra
net.conſil.111.num.10.& Boſſ.in tit.de fiſco, &
priuil.eius.num.60. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Teſtator ſi in teſtamento faciat mentionem de filijs,ex quibus videatur poſſe intellexiſſe de naturalibus tantum?

Legitimatio facta ab Imperatore de naturali filio in præiudicium pij loci ſubſtituti,ex quibus non obſit? Et ratione uoluntatis, & ratione poteſtatis ipſius Imperatoris?

S V M M AE.

1 *Filii naturales veniunt appellatione filiorum in diſpoſitione teſtatoris.*

2 *Contra tamen hanc ſententiam plerique pugnant.*

3 *Ex uoluntate autem et dignitate fideicommittentis poterit conſtare, de quibus filiis ſit intellectum.*

Te-

4 *Teſtator cenſetur tunc filios legitimos vocaſſe non naturales, cum eſſet dedecus illius bona ad baſtardos deferri propter illius nobilitatem.*

5 *Et de quib. ſenſerit, optime colligitur ex mentione facta in alia teſtamenti parte de filiis legitimis.*

6 *Filii naturales ſi vna parte teſtamenti vocentur, & de filiis in alia fiat mentio, de naturalibus eſt intelligendum.*

7 *Et ècontra idem eſt dicēdum, ſi facta ſit mentio de filiis legitimis & naturalibus.*

8 *Maſculorum filiorum ſi in vna parte teſtamenti ſit facta ſimpliciter mentio, & in alia de filiis dictum ſit, de maſculis intelligitur.*

9 *Teſtatorem voluiſſe plus concedere filiis vocatis ſecundo loco vel vlteriori quàm vocatis primo, non eſt veriſimile.*

10 *Maſculi ſunt vocati, ſi de filiis ſit facta mentio ſimpliciter, & quando vtroque caſu eſt eadem ratio, & adeſt fauor conſeruandæ agnationis.*

11 *Agnatio non conſeruatur per filios naturales.*

12 *Opinioni concordanti, & diſtinguenti, eſt ſtandum.*

13 *Doctori diſtinguenti, vti veritatem magis attingenti, eſt ſtandum.*

14 *Locus eſt pius, cum eleemoſinæ, legata, et alia erogantur in pios vſus.*

15 *Et bona talis loci pii habent priuilegium eccleſiarum.*

16 *Eccleſia ſubſtituta non excluditur per filios naturales.*

17 *Et in dubio pro eccleſia eſt rēſpondendum.*

18 *Fideicommiſſum alias reſtitutum acquiritur fideicommiſſario ſine alia reſtitutionè.*

19 *Et ius tranſit in illum ſine aliqua agnitione, & moriens ad hæredem tranſmittit.*

20 *Surreptio etiam non vitioſa vitiat, ſi tertio præiudicatur.*

21 *Etiam quod narratio fiat ſub inuolucro verborum.*

22 *Interpretatio ſemper fit, ne ius tertii lædatur.*

23 *Legitimare non poteſt Princeps de ordinaria poteſtate & ſine cauſa naturalem, vel ſpurium, in præiudicium tertii, cui eſt ius quæſitum.*

24 *Et quando iuri tertii derogatur, neceſſaria eſt cauſæ cognitio & partis citatio, etiam ſi Princeps legitimet de plenitudine poteſtatis.*

25 *Clauſulæ, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, in his quæ ſunt facti, & Princeps ignorat, nihil operantur.*

26 *Clauſula, ſine præiudicio tamen filiorum hæredum, an in legitimatione præter illos dicatur aliis præiudicare.*

27 *Legitimorum hæredum ſine præiudicio ſi dicatur, intelligitur in legitimatione de deſcendentibus ſecundum iuris diſpoſitionē.*

28 *Clauſula legitimationis, ſine præiudicio legitimorum hæredum, non excludit fideicommiſſarium, vel ſubſtitutum locum pium, quia non poteſt intelligi de iuribus fideicommiſſi.*

29 *Exceptio declarat regulam.*

30 *Principis conceſſio attenditur, non petitio.*

31 *Verba debere aliquid operari, non ſemper eſt verum, & quando fallat.*

32 *Legitimatus ab Imperatore, non excludit piām cauſam.*

33 *Et ſi ius eſt quæſitum pio loco, legitimatio nō poteſt fieri in illius præiudicium.*

34 *Imperator non poteſt legitimare in feudis ab eccleſia recognitis.*

35 *Et regulariter non poteſt ſe intromittere in rebus eccleſiæ.*

36 *Locus pius non ſubeſt Imperatori.*

37 *Legitimandi non præſumitur cauſa iuſta in Imperatore in præiudicium loci pii.*

38 *Imperator non poteſt legitimare in terris eccleſiæ, vel pro bonis ſubditorum eccleſiæ.*

39 *Quod procedit in terris infeudatis, vt ſupremus Princeps non poſſit in illis legitimare ſine conſenſu Principis infeudati.*

CONSILIVM XLIII.

In Domino confido:

TRia proponuntur dubia in cauſa, quæ agitur coram Illuſt. Senatu Ducali Mantuæ inter Magn. Do. Ioannam de Manfredis, & D. Annibalem de Zampis. Primum eſt, an ipſe D. Annibal, qui præſupponitur filius naturalis q. D. Ludouici de Zampis, d. fuerit uocatus

tus poſt mortem dicti D. Ludou. & cæterorum
eius fratrum, ad fideicommiſſum relictum in te-
ſtamentis q.D.Sophię, & Cecilię, de Adelardis,
licet tempore mortis patris non eſſet legitima-
tus, ſtantib. clauſulis dictorum teſtamentorum,
& alijs in præſuppoſitis.

Secundum eſt, poſito quòd ipſe, vt naturalis
ad dictum fideicommiſſum non admitteretur,
ſaltem vt legitimatus ab inuictiſſimo Cæſare, ad
id debuerit admitti, excluſa ſchola, ſeu cõfrater-
nitate ſanctiſſimi nominis Ieſu, in eccleſia ſancti
Franciſci ipſius ciuitatis Mantuæ, poſt mortem
dicti quond. D.Ludou. & omnium eius fratrum
ſine filijs decedentium vocata? Et ad hunc ca-
ſum legitimatio ipſa ſe extendat, inſpecta volun
tate legitimantis?

Tertium eſt, an potuerit ipſe Sereniſs. Impe-
rator, admiſta eius voluntate, ipſum Dom. Anni-
balem ad ipſa bona legitimare, in præiudicium
dictæ ſocietatis, cui iam erat ius quæſitũ, & quæ
locus pius eſſe cenſetur?

Pro diſſolutione horum dubiorum, quia cau
ſa agitur coram Excellentiſs. viris, quibus ſat eſt
rem per indicem (quod aiunt) oſtendere, breui-
bus vtar concluſionibus, & reſolutionibus, omit
tendo argumentationes ad partes, ueritatem &
iuſtitiam amplectendo, contrarijs tamen ratio-
nibus ſaltem virtualiter ſatisfaciendo, & eas
confutando concludo partes ipſius Excellen-
tiſs. Senatus fore, & eſſe in iudicando ad fauo-
rem ipſius D.Ioannæ inueſtitæ, & ipſius confra-
ternitatis dominæ directæ bonorum dictorum
fideicommiſſo ſubiectorum.

Ad primum itaque dubium deueniens, licet
** communior, ** & receptior videatur Doct. ſen-
tentia, quòd appellatione filiorum in diſpoſitio
1 ne teſtatorum † veniant filij naturales tantum, l.
Lucius tantum, la ſeconda, in fi. de legat. 2. l. cum
pater. §. uolo eodem tit. l. ex facto. §. ſi quis roga
tus. vbi Bar. & alij, ad Treb. tametſi contrarium
validiſſimis argumentis & plures præſtantiores
auctores numero, & pondere, vt ipſe affirmat,
2 citans, firmet † Emanu. a Coſta in repet. l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. nume. 67. & ſeq. & maxime
num. 72. & 78. in 5. par. de lib. & poſthu. in caſu
tamen iſto eius ſum ſententiæ, quòd in teſtamẽ
tis prędictarum ſororũ, de Adelardis, nuſquàm
fuerit intellectum uocare ad hæreditatem, & bo
na ipſarum filios naturales fratrum D. Olympi
de Zampis, poſt illius mortem ſine filijs legiti-
mis, & naturalibus prędecedentis uocatorum.
Cum regula, & ſententia præcitata, procedat, ni
ſi conſtet de quib. liberis teſtator ſenſerit, quod
ex dignitate, & voluntate, ac conditione eius,
3 † qui fideicommiſit accipiendum erit, vt expli-
cat. l. C. in d. §. ſi quis rogatus. vbi glo. Bar. & om
nes. & idem gloſ. in l. generaliter. §. fin. in ver. ſo-
bole. ubi etiam Doct. C. de inſtit. & ſubſtit. Et in
propoſito omnes fatẽtur, in d. §. ſi quis rogatus,
Bar. Ang. Imo. Alex. Clau. in prin. & Rip. nu. 16.
quòd ſi teſtator fuerit honeſtæ vitæ, & honora-
bilis agnationis ita quòd ei eſſet verecundia, ſi
4 hæreditas ſua ad baſtardos deueniret, non † cen
ſeatur teſtator ipſos appellatione filiorum, natu
rales tantum, ſed legitimos, & naturales ſimul
vocare, hoc etiam voluerunt Abb. nume. 18. &
Dec. num. 39. in cap. in præſentia. de probat. &
Alex. in terminis in conſil. 94. conſideratis. nu.
1. & 2. primo uolum. & in conſi. 121. viſo thema
te. num. 4. ſecundo volum. & licet Caſtr. in d. §. ſi
quis rogatus. num. 6. intellexerit de dignitate, &
nobilitate, quæ eſt in nobilibus habentibus ca-
ſtra, & iuriſdictiones, opinio tamen ſua ab omni
bus uti non iuridica exploditur, ut per Claud. il
lic, in princ. & Rip. num. 10. Atqui cum præſup-
ponatur, has dominas teſtatrices, honeſtiſſimæ
vitæ fuiſſe, quæ in cælibatu, & innuptę uſque ad
earum obitum permanſerunt, & ex honeſta fa-
milia originem duxerunt, certè fatendũ eſt ea-
rum mentis minimè fuiſſe quòd filius aliquis na
turalis tantum nõ etiam legitimus ipſorum fra-
trum de Zampis, ad earum bona admitterẽtur.
Sic etiam ipſarum dominarum teſtatricum vo-
luntatem fuiſſe naturales non admittendi con-
iectamus, & comprobamus ex eo, quòd in præ-
cedenti ſubſtitutione facta de filijs D. Olympi,
primi, ſeu ſecundi ſubſtituti, prædilectis, nedum
filijs dictorum fratrum ipſius Do. Olympi, ſed
etiam fratribus ipſis fuerunt uocati filij, legiti-
mi, & naturales ipſius D. Olympi, non naturales
tantum. Et certum eſt hanc eſſe optimam con-
5 iecturam ad comprobandam † teſtatoris volun-
tatem, quando in aliqua parte teſtamenti ipſe te
ſtator meminit de qualitate ipſorum filiorum,
ex quo (vt vulgata eſt regula) una pars teſtamen-
ti, aliam declarat, l. qui filiabus. in prin. de leg. 1.
l. cum pater. §. rogo. de leg. 2. Et ita ad propoſi-
tum, ſed in caſu econuerſo, quando teſtator in
aliqua parte teſtamenti vocauit filios naturales,
in caſu quo de iure non compræhenderentur ni
ſi legitimi, & naturales, quòd ſi in alia parte teſta
menti de filijs tantum meminerit de naturalib.
6 pariter † intellexiſſe cenſeatur, uoluerunt Bar. nu
* me. 2. & communiter * alij ſcribentes illic, Ang.
num. 2. Imo. nume. 3. & 4. Alex. nu. 6. Claud. nu.
4. & Rip. nu. 17. in d. §. ſi quis rogatus. idem Ab.
num. 17. & Dec. num. 39. in d. cap. in præſentia.
Ruin. in conſilijs 83. num. 5. & 15. 146. nume. 6.
& 147. num. 7. ſecundo volum. Crot. conſil. 60.
num. 34. & Emanu. a Coſt. in d. §. & quid ſi tan-
tum. d. 5. par. nu. 71. ac Anton. Gabr. in 3. lib. ſua-
rum concluſionum, tit. de teſtam. concluſ. 10. nu
mero 2. Et in hoc puncto, quando eſt facta men
tio per teſtatorem in alia ſubſtitutione vel parte
teſtamenti, de filijs legitimis, & naturalibus, de
eiſdem, ac eiuſdem qualitatis filijs, non de natu-
ralibus tantum cenſeatur teſtator intellexiſſe,
7 cum in alia parte de filijs † ſimpliciter diſpoſue-
rit,

rit,voluit Caſtr.in d.§.ſi quis rogatus.num.4.&
Alex.in indiuiduo, in d.conſil.94. num.1.quod
conſiliũ plures ſequũtur,illud citãtes, vt Claud.
& Rip.in d.§.& Dec.in d.c.nu.39.& Seba.Sap.
in addi.ad Abb.ibi.nu.18.Et pro corroboratio
ne huius concluſio.cui omnino ſtandum eſt,ex
quo eſt deciſio in terminis quæ præualet ẽt cõi
opin. Doct. quæ eſſet a remotis in contrariũ,ut
per Neuiz.in ſyl.lib.5.num.75. optimè confert
reſolutio arduis quæſtionis diu controuerſæ in-
ter Doct.noſtros,in qua vix ſciri poteſt, quæ ma
gis ſit recepta ſentẽtia,& in qua Do.Excellẽtiſs.
modo pro vna, modo pro altera parte rñderũt,
an ſcilicet qñ teſtator in vna parte teſtamenti
loquutus fuit de filijs maſculis,in altera uerò de
filijs ſimpliciter, intellexerit ẽt in hac altera de
maſculis, non de fœminis,in qua partem affir-
8 matiuam † tenuerunt Abb.conſil.35.vr̃ 1. uol.
Gui.Pap.qui pro hac parte dicit vidiſſe deciſum.
q.485.num.1.& 2.& alij plures,quos cumulat
Ant.Gabr.d.tit.de teſtam. dicta concluſio. 10.
nume. 1.& ſequen.quam præter illic citatos te
net Rip.in d.§.ſi quis rogatus.num.17.& in ru-
bri.de re iud.num.9.Alb.conſil. 19.num.15.ubi
* dicit communem,* Alcia.conſil.43.num.13.&
142.num.3.lib.9. Crot.conſil.60. numero 53.
& ſequen. Cephalus conſilio 68. numero 16.&
17.Zanch.qui alios etiam citat in repet.l.hære-
des mei.§.cum ita.num.300.& ſequen.ad Tre-
bel.& Dom.Rim.iun.in conſilio 19.numero 65.
Concordant enim Doct. pro reſolutione huius
quæſtionis opiniones diſſonas Doct.fœdere di-
ſtinctionis multis modis, præter plures relatos
per Gabr.in d.concluſione 10. & præſertim tri-
bus optime caſui noſtro conuenientibus, &
inſeruientibus.

Primo quod cum non ſit veriſimile teſtato-
9 rem plus voluiſſe † concedere filijs ſecundo uel
vlteriori loco uocatis, quàm uocatis primo
vel proximiori loco, qui magis dilecti cenſen-
tur, una pars aliam declarat, & de maſculis ubi-
que teſtator ſemper intellexiſſe cenſetur.ita de-
clarant Cuma. in conſilio 118. in teſtamento,
numero ſecundo.Dec.in conſilijs 15.numero 5.
& 480. numero ſecundo.Soci. iun. conſilio 90.
numero 20.1.volum. Alb.d.conſil.19.num.12.
& ad propoſitum noſtrum Crot.in d.conſil.60.
numero 31. Vbi dicit quod ſi teſtator conſide-
rauit originalem natiuitatem in magis dilectis,
tanto magis in minus dilectis.

Secundo quod quando in vtroque caſu eſt
eadem ratio, opin. Abb. & ſequacium proce-
dit Dec.d.conſil.480.num.4.& 515.num.3.So.
iun.conſil.158.numero 49.in 2.Rim.iun.d.con-
ſil.19.numero 65.

Tertio, quando militat in vtroque caſu fa-
10 uor conſeruandæ † agnationis plures faten tur
huic ſententiæ adhærendũ eſſe.d.cõſ.480.nu.3.
& in alijs conſilijs Ant.Gabr. d.conclu.nu.9.&
16.& Zanch.in d.§.cum ita,num.301.& quod
qñ conſtat ex aliquibus coniecturis de mente
teſtantis, huic ſententiæ ſtandum ſit,trad.etiam
Soc.iun.in conſil.103.nu.55.1.uol.at in propoſi
to nõ eſt veriſimile ꝙ teſtatrices illæ magis dile-
xerint filios fratrũ D.Olympi q̃ ipſius D.Olympi
prędilecti,& cuius filij fuere ẽt prędilecti d.fra-
trib.& eorum filijs,vt primo caſu noluerint con
fraternitatem,& ſcholam hanc excludi a filijs
naturalibus Dom.Olympi,& id admiſerunt in fi
lijs fratrum.Nec pariter eſt dare diuerſitatem ra
tionis inter hoc omnes filios,ut potius hi natu-
rales admittantur quam illi.

Præterea poteſt dici,agi etiam hic de conſer-
uãda agnatione ipſorum de Zampis,quam adeo
teſtatrices dilexerunt, vt voluerint bona ſua in
deſcendentibus maſculis ipſorum de Zampis in
infinitũ permanere & ad eos trãſire.Quæ agna-
11 tio per naturales filios non †conſeruatur, cum
non dicantur de agnatione, domo, vel familia
parentum. Tiraquel. de nobilit.c.15.num.12.&
ſeq. & ſupra num. 10. Vbi dicit nobilitatem in
illos non tranſire.His autem diſtinctionibus, &
12 †concordijs doctorum opi.diſſonas concordan
tibus omnino ſtandum eſt.l.ſi finita.§.illud.de
dam.inf.& l.apud antiquos. C. de furt. cum do-
13 ctori diſtinguenti,uti magis veritati † appropin-
quanti,magis credendum ſit,Salyc.ex Seneca in
l.filiæ cuius.col.3.verſ.expedit is glo. C.fam.erc.
Alex.con.50 ſ.nu.7.in 7.cum alijs citatis per Ne
uiz.d.lib.5.ſyl.nup.nu.35.& in his terminis Ce-
ph.d.conſil.68.num.18.

Poſtremo cum ageretur de excludendo hanc
cõfraternitatem Sanctiſſimi nominis Ieſu Chri-
ſti Domini noſtri,ut ſupra ſubſtitutam,per filios
prædictorum fratrum dicti Dom.Olympi,quæ
14 præſupponitur eſſe locus pius, & quæ † pro tali
eſt habẽda,cum eleemoſinæ,legata,& alia huiuſ
modi erogantur in pios uſus, inter pauperes, &
in fabricatione in eccleſis,Abb.conſil.35.nu.3.
in 2.Alex.conſilio 105. 1.dub.in 7. Dec.conſil.
72.2.colum.ver.3.principaliter, cum alijs cita-
tis per Tiraq.in tract.de priuil.pię cau.in præfat.
4.pag.& ſeq.& Couarru.in c.officij.num.15.de
15 teſtam. vnde bona†talis loci pij videntur habe-
re priuilegia eccleſiarũ,ut in dictis locis,de quo
p Redoan.in trac.de reb.eccle.nõ alien.in Rub.
An in materia alienationis eccleſiæ, appellatio-
ne eccleſię ueniãt loca pia.fol.531.nu.7.& 9.q
tñ nõ citat, prædictos,nõ uſ intelligendũ illam
debere excludi per filios naturales, ut in eccle-
16 ſia ſubſtituta † firmat Bald.in dicto capitulo,in
præſentia. numero 35. quem illic ſequntur Fe-
ly.num.21.& Dec.numero 42.& cui opinioni
adhæret Tiraquel.in d.tract.94.priu.& eã etiam
tenet Iac. de Sancto Georgio in dicta l. genera-
liter. §.primo, nu. 3. tertia fallen. C. de inſti. &
ſubſti.& Marſ.in ſing. 131.tu ſcis.Quib. potius
ſtandum uidetur quam Alex. & nonnullis aliis
pau-

paucioribus aliter tenentibus. in d.§.ſi quis ro-
gatus. Et cum hic agatur de fauore piæ cauſę,ſeu
17 eccleſiæ,n dubio pro ea† reſpondendum eſt, l.
ſunt perſonæ.de relig.& ſumpt.fun. quod proce
dit etiam ſi cum filijs diſponétis ageretur, Oſaſc.
deciſ.Pedemont.110.nu.16.

Deuenio modo ad ſecundum punctum legiti
mationis Imperialis,obtentæ per dictum D.An
nibalem,an illa ipſi ſibi ſuffragari poſſit,ad exclu
ſionem dictæ confraternitatis.in quo concludo
nullo modo ad hunc caſum extendi poſſe, vel
debere, nec mentis inuictiſsimi Cæſaris fuiſſe le
gitimandi dictum D. Annibalem in præiudiciū
ipſius confraternitatis, quod ex multis facilè cō-
probatur. certum eſt enim quòd per mortem d.
D.Ludouici aſſerti patris d. D.Annibalis ſine fi-
lijs legitimis,& naturalibus decedentis,bona ſu
biecta fideicommiſſo prædictarū ſororum teſta
tricum, quæſita fuerunt dic.confraternitati, &
18 ſine alia reſtitutione, ex quo † verſamur in fidei-
com. aliis pręcedentibus fideicommiſſariis plu-
ries reſtituto,l.pen.§.ſi.ubi omnes.C.ad Trebel.
& hoc caſu competit remedium l.fin.C.de edi.
di.Adri.toll.vocato, vt per Zuccar.illic,nu.374.
poſt alios, cum iura tranſeāt ipſo iure, eo caſu in
fideicommiſſarium,vt per Rip.in l.Centurio.nu
me.51.de vulg.& pup. Bero.conſ.58.nu.5.in 2.
volum. Quinimmo etiam in primo fideicommiſ
ſario ius fideicommiſſi in illū tranſit, ſine aliqua
19 †illius agnitione,ita vt moriens ad hæredem trā
ſmittat.l.3.& l.ſi in perſonam. C.de fideicom.l.
cogi.§.idem Metianus. ad Trebel.Bart. & com-
muniter omnes,in l.cum filiofam. in quinta quę
ſtione,vbi Rip.numero 73.de legatis primo. Ca
ſtrenſ.conſilio 77.viſa facti,ſeptimo dub.nume-
ro ſexto, ſecundo volum. & Durant.in tract.de
arte teſtan. vndecima caut. 5.notabil. Hoc igi-
tur præſuppoſito,legitimatio ipſa ex multis im
pugnatur, vt non officiat dictæ confraternitati.

Et primo,quia debuit ipſe legitimādus expri
mere ius fuiſſe quæſitum ipſi confraternitati ad
dicta bona ex dicto fideicommiſſo per mortem
patris,quod nō fecit aperte, quinimo ex ſua ſup
plicatione in proceſſu producta totum contra-
rium apparet,cum ipſe affirmet dicta bona eſſe
ſibi debita,uti filio legitimo, & naturali dicti ſui
patris,& quod ſchola prædicta ea non tenebat,
nec poſſidebat, quinimmo non putabat illa ad
ſe pertinere poſſe, ipſo viuente, cum vtrunque
falſum eſſet, igitur legitimatio ipſa vti ſurrepti-
20 tia uitiatur, quam ſurreptio etiam non † doloſa
vitiat,quando tertio præiudicatur, Soc. conſil.
20.numero ſexto,tertio volumine. Curt.ſenior
conſilio 16.numero 75.Rim.conſilio 46. nume-
ro 32. & ſequen. Curt.iun. conſilio 83. num.9.
& ſequent. Pariſ. conſilio quarto, numero 26.
9. numero 87. 12. numero 218. ſecundo volu-
mine.& ibi numero 222. etiam ſi modica ſit ſur-
21 reptio, quod procedit etiam ſi narratio† fiat ſub
inuolucro verborum, quia non tollitur ſurrep-
tio.Brun.conſilio decimoquinto, numero deci-
moquarto.Curt.conſi.35.nu.24.

Secundo quando agitur de tollendo ius alii
quæſitum uel ex delatione,& aditione hæredita
tis,vel ex fideicommiſſo, aut alijs huiuſmodi ex
cauſis,ita quòd tollendum ſit ius tertij, id expri
mendum eſt in legitimatione,per principem le-
gitimantem, alias non cenſetur per ipſum ei de-
rogatum, cum ſemper fiat interpretatio ne ius
22 tertii lędatur, & quòd noluerit princeps tertio
pręiudicare,cap.quamuis.de reſcriptis.in ſexto.
Dominus de Sancto Geminiano in capitu.gran
di.tertia columna. in principio. de ſupplen. ne-
gligen. prælato. in ſexto,poſt Imo. illic,Barb. ad
propoſitum,in conſil.58. columna nona.ante fi
nem,verſiculo,item faciat text.ſecundo volum.
Idem tenet Alexan. in conſilio præallegato 94.
numero ſeptimo,in primo volumine.& idem Ce
pha.in conſilio 285.nume.43. vbi dicit quod ſi
ſit conceſſum alicui,ut in hæreditate alterius ſuc
cedat,debet intelligi niſi alteri in ea ſit ius quæ-
ſitum, quod tenent etiam quamplures inferius
citandi.

Tertio in his caſibus,in quibus ius tertio quę
ſitum eſt de ordinaria poteſtate,& ſine cauſa,nō
poteſt Princeps naturalem, vel ſpuriū legitima-
23 re † in præiudicium tertij,cui ius quæſitum eſt,
Bal.in l.reſcripta.nu.10.C.de preci.imper.offerē.
Fel.in capitulo,quæ in eccleſiarum. num.27. de
conſtit.Socin.in §.prædicto, et quid ſi tantum.
num.24.ubi etiam alij,& maxime Rui.in fine, &
Fortun.Garz.numero 286.& ſequen Dec.in cō
ſilio 384. numero 10. verſiculo,tertio commu-
nis, Socin.in dicto conſilio 120.numero ſepti-
mo,& ſequen.Brun.in conſil.15. numero vnde-
cimo,& ſequen.Idem tenet Curt.iun.conſil.83.
numero nono.Pariſ.in multis conſiliis,& maxi-
me primo,num.58.62. & ſequen.12. num.217.
& ſequen.ſecundo volum. Soc.iun. conſil. 120.
numero 39.ſecundo volum.& conſil.49. nume-
ro 10.in quarto.Bero.q.60.nu.3.& ſeq. & in con
ſil.177.nu.26.& 30.ſecundo volum.Didac.in c.
ſeptimo.§.9.num.8.& in epit.in quartum decre.
Nat.conſil.619.in fine.huius etiam ſententiæ eſt
Vaſqui.in tract.de ſucceſ.creatio. li.primo. §.1.
num.20. quam ſententiarum etiam in terminis
fideicommiſſi, tenet Ceph.conſ.285.num.19.&
plures citat Rol.a Va.in conſi.66.nu.57.2.vol.

Quarto in caſu iſto, quo iuri tertii derogaret
24 opus eſſet procedere† cum cauſæ cognitione, &
exigitur partis citatio.ut tenent Canon. in c.per
venerabilē,qui fil. ſint legit.Bart. & oēs in d.§.&
quid ſi tantum.vbi Soc.nu.26.& 30. Dec.d.con
ſil.384.nu.10.Barb. & Ale.d.conſ.& idem Bru.d.
conſ.15.nu.16.& Cur.iu.d.cōſ.83.nu.10. Didac.
d.§.9.n.9.Ceph.cōſ.111.n.43.An.Gab.li.2.ſuar.
concluſionum,titulo de citatione, concluſione
ptima, numero 135. & ſequen. quod procedit

etiam ſi Princeps legitimet de plenitudine pote
ſtatis, ut ex Mant. trad. ibi Gabr. num. 136. & in
legitimatione ad fideicommiſſum, num. 138. Et
ſi teneamus dictam confraternitatem uti locum
pium non ſubeſſe Imperatori, tanto magis eius
citatio exigebatur, ut per Fortun. in dicto §. &
quid ſi tantum. nume. 300. & in fi. lecturæ. Quæ
ſi uera ſunt, quando agitur de legitimando ſpu-
rium, vel naturalem in præiudicium uocati ad fi
deicommiſſum cuius dies adhuc non venit, vel
ceſſit, vt per Doctor. in locis prælicgatis. quan-
to magis procedunt, quando iam ceſſerat, & ve
nerat dies fideicommiſſi & purificata fuerit con
ditio illius, vt hic, per mortem dicti Dom. Lu-
douici grauati, ſine filijs legitimis, & naturalib.
decedentis. Cum itaque ſurreptitia fuerit narra
tio, & ſupplicatio dicti Dom. Annibalis, & per
conſequens legitimatio de eo facta, & non cen
ſeatur inuictiſſimus Cæſar uoluiſſe tertio præiu-
dicare, quod nec facere potuit ſine cauſa, quæ
etiam non interuenit, quod conſtet, nec pars ci
tata fuit, nec alia cognitio cauſæ inueruenit. pro
culdubio legitimatio ipſa fuit nulla, & inualida,
quo ad præiudicium ipſius confraternitatis. Et
licet clauſulæ appoſitæ in legitimatione, ex cer-
ta ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & aliæ hu-
iuſmodi, ſint magni momenti, ut præſumatur
25 † cauſa, ut late per Gabr. qui plures effectus po-
nit, & citat plures Doctores ad propoſitum in ti
tulo de clauſul. concluſio. prima, libro ſexto, ta-
men quando ſumus in his quæ ſunt facti, & quę
Princeps ignorat, clauſulæ illæ nihil operantur,
Bald. in l. fin. numero quinto, ſexto, C. ſenten. re
ſcin. non poſ. Alexand. conſil. 55. ante fin. & 215.
nume. quarto, ſeptimo uolum. Dec. conſil. 198.
num. quinto, ſexto, & alij quos citat Gabr. dicta
concluſio. nu. 46. & 47. & ultra illic citatos Craſ
uet. conſil. 126. numero 3. & 182. num. 13. Nat.
conſil. 209. nume. 6. & Boſſ. in tit. de Principi. &
priui. eor. num. 199.

Nec dicatur (ut audio ex aduerſo dici) quòd
ſatis cõſtet Sereniſſimum Cæſarem voluiſſe præ
iudicare dictæ confraternitati propter clauſu-
lam illam appoſitam in legitimatione, abſque ta
men præiudicio filiorum, hæredum, & deſcen-
dentium, legitimorum, & naturalium, &c. quaſi
quòd his noluerit præiudicare, alijs autem ſic.
26 & quòd hæc clauſula poſſit hunc effectum † ope
rari, videtur voluiſſe Alexan. poſt Ang. per eum
citatum in conſilio 188. numero 21. & 22. quin
to volumine. Quia certum eſt clauſulam hanc
non poſſe hanc interpretationem recipere, cum
certum ſit eam additam eſſe ad diminuendum
ius legitimati, non ad illud ampliandum, & ni-
hil operatur, cum exprimat id, quod de iure
ineſt, ut fatetur ipſemet Alexand. in dicto con-
ſilio, numero 17. & quod talis clauſula intelliga-
tur ſecundum iuris diſpoſitionem quæ habet,
quòd nõ poteſt fieri legitimatio in pręiudicium
filiorũ legit. & naturaliam, trad. Caſt. in cõſ. 180.
ſuper eo quod primo loco quæritur. numero ſe-
cundo, primo uolumine, & in conſilio 27. dicen
dum eſt, in ſecundo. Vbi erat dictum, ſine præiu
dicio legitimorum hæredum, quod intelligitur
27 de deſcendentibus † ſecundum iuris diſpoſitio-
nem, vt voluit etiam Socin. in conſilio 212. nu-
mero tertio, tertia, & quarta colum. ſecundo vo-
lum. & in conſil. 95. numero 25. & ſequen. & nu-
mero 36. & ſequen. quarto volumine, Alexand.
conſilio 51. viſo themate, numero ſecundo, ſe-
cundo volum. Ruin. in conſilio 88. numero 15.
& ſequen. & conſilio 103. ſecunda colum. tertio
volum. idem de hac clauſula tradit Couarru. in
dicto capitulo 8. §. 10. in principio, & Noni. in
conſilio 76. numero ſexto. Qui omnes commu-
* niter * concludunt clauſulam ipſam importare,
ut in hæreditate patris, ad quam naturalis, vel
ſpurius legitimatur, ſtantibus filijs & deſcenden
tibus legitimis, & naturalibus, ipſe legitimatus
non admittatur ſecundum iuris diſpoſitionem,
ſecũdum quam per legitimationem eis nullum
fieri præiudicium voluit etiam Ioachim Myſin-
ger. in ſingu. obſeruatio. cam. Imper. centur. pri-
ma, obſeruat. 35. Non igitur poteſt operari, vt
cenſeatur Princeps legitimans velle alijs uoca-
tis ad fideicommiſſum præiudicare, nec etiam
hoc voluit Alexand. in dicto conſilio, vel Ange.
qui non loquuntur quando fuit reſeruatum ius
filiorum, & deſcendentium, ut in hac noſtra clau
ſula, ut etiam ſentit ibi Alexand. numero 24.
quamuis etiam illud conſilium Alexand. illic, in
ſecunda additio. reprobetur. Et quòd hæc clau
28 ſula non † poſſit intelligi de iuribus fideicommiſ
ſi, trad. Soc. in dictis conſil. 212. colum. pen. ver.
inepta eſt etiam interpretatio. & in conſ. 95. nu.
29. & 30. & Ruin. conſil. 103. 4. colum. ſub nu. 4.
& Crot. in conſil. 100. num. 25. Et cum hæc clau
ſula reſpiciat hæreditatem, & bona hæreditaria
patris, nõ poteſt dici, quòd hæc exceptio faciat
legitimationem extendi ad alia bona, quæ non
fuere patris, ſed ſuppoſita fideicommiſſo, ſicut
non extenditur, quando eſt dictum in legitima-
tione de hæreditate patris, ut per Soc. d. conſil.
202. d. verſ. inepta eſt. Exceptio igitur iſta facta
reſpectu ſucceſſionis in bonis patris, declarat de
quib. bonis in legitimatione cenſeatur Princeps
legitimans intellexiſſe, ſ. de hæreditate patris, ex
29 uulgari regula, quòd exceptio † regulam decla-
rat. l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de pe. leg. Doc. in
l. prima, de regul. iuris, vbi Cagnol. numero 27.
tantum itaque abeſt, quòd clauſula illa faciat
extendi legitimationem ad caſum, de quo non
fuit cognitum, & de quo Princeps non cenſe-
tur diſponere, nec poteſt ſine cauſa, nec in di-
ſponendo ſeruauit quæ erant ſeruanda, ut ſu-
pra. Accedat quòd ipſe ſupplicans in ſua ſup-
plicatione hoc expreſſit quòd non intendebat
legitimari in præiudicium uere legitimorum,
&

& naturalium de Zampis, & in hoc ſuæ petitioni fuit ſatisfactum. Sed ad id quod ipſe petijt, vt legitimaretur in præiudicium dictæ ſcholæ, non fuit facta conceſſio aliqua, nec eius iuribus derogatum, quod fuiſſet neceſſarium,
30 vt ſupra. nec enim attenditur petitio † ſupplicantis, ſed conceſſio facta per principem. Alexand. conſil. 94. num. 3. in ſecundo, vbi ex deciſione Rotæ illic per eum citatæ. Marant. in tracta. de ordi. iudi. quarta par. 9. diſtinctio. num. 4. Stante igitur hac certa interpretatione huius clauſulæ, quam illi Doctor. in his terminis tribuunt, non eſt ambigendum quòd eius virtute poſſit extendi legitimatio ad bona fideicommiſſo ſubiecta, quaſi quòd aliter non poſſint operari in hoc caſu, quia ſatis apparet ea verba operari, caſu quo extarent filij, & deſcendentes, propter quos fuit appoſita clauſula illa ultra quòd poſſent etiam operari reſpectu ſucceſſionis matris, ſi ipſa fuiſſet Illuſtris, cui naturalis non ſucceſſiſſet cum legitimis, & naturalib. l. ſi qua illuſtris, cum ibi not. C. ad Orfici. Vltra quod regula illa, quòd verba debent aliquid operari,
31 multas patitur † limitationes, vt paſſim ſcribunt Doctor. & maxime Socin. in regu. 535. Verba. vbi reſtringit, in quarta fallentia, quando reſultaret correctio iuris, vel quòd aliquis immoderatè lædatur, Bal. in l. prima, §. in computatione. C. de iure deliberan. Crauet. qui alios citat, in conſilio 70. nume. 29. vbi ponit alias reſtrictiones. De reſtrictione verborum ob graue præiudicium partis, ſcribit etiam Bero. quæſtio. 20. nume. quarto, & poſſem in hac materia plura alia ad propoſitum infarcire, quæ miſſa faciam, tamquàm notiſſima Clariſſimis DD. Senatoribus. Ex his igitur in hoc ſecundo cap. concludo, limitationem prædictam non valuiſſe, nec ualere, nec modo aliquo prædictæ confraternitati nocere poſſe.

Ex reſolutione cuius puncti ſuperflua redditur diſputatio ſecundi, & vltimi dubij: quia cum nulla fuerit legitimatio ex defectu uoluntatis principis legitimantis, & ex totalijs defectibus prætactis ſupra, fruſtra quærendum eſt, an ſit nulla reſpectu poteſtatis ipſius inuictiſſimi Cæſ. ut tamen etiam in hoc conſulenti ſatisfaciam, reſpondeo quòd admiſſo quòd hæc confraternitas ſit locus pius, ut ſupra, non uidetur quòd inuictiſſimus Cæſ. potuerit legitimare in præiudicium illius, cui iam erat quæſitum ius, ut ſupra. Nam ſi Bal. credamus, in dicto capitulo, in præſentia. numero 35. cum quo tranſit Tiraquel. in dic. priuileg. 94. in tracta. de priuileg. piæ cauſæ.
32 legitimatus † ab Imperatore non excludit piam cauſam. Et licet hoc ſciam habere contradictores, quando tamen ceſſit, & venit dies fideicommiſſi & purificata fuit conditio & ſic ius fuit quæſitum pio loco, uel eccleſiæ, certum eſt quòd le-
33 gitimatio † non poteſt fieri in præiudicium eccleſiæ, vel loci pij, Barbat. dicto conſilio 58. columna 10. uerſiculo. item non poteſt eos legitimare. quod etiam voluit Bald. loquens in feu-
34 dis ab eccleſia † recognitis, in l. eam quam. 8. colum. C. de fideicommiſſ. Zaſ. in tracta. de feud. par. 8. numero 86. Mart. Lau. in tracta. de legitimatione, numero 80. & ſequen. Couarruu. in dicto capitulo 8. §. 8. numero 19. Et eſt regulare,
35 quòd imperator de rebus eccleſiæ non ſe † intromittit. 63. diſtinctio. per totum, habetur in authen. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in alijs lo-
36 cis. Et cum dictus locus pius non † ſubſit maieſtati ſuæ, non potuit ſine cauſa illi auferre rem ſuam. Felyn. in dicto capitulo, quæ in eccleſiarum numero 30. & Dec. numero 24. nec hoc ca-
37 ſu præſumitur cauſa † iuſta, ut per Felyn. ibi. numero 62. poſt Abb. in tertia limitatio. & Gabr. in reg. de iure quæſito non tol. libro tertio, concluſio. tertia, 10. limitatio. numero 17. Quibus
* * accedat, quòd cum ſecũdum frequentiorem* * Doctor. ſententiam, Imperator non poſſit legiti-
38 mare in terris † eccleſiæ, & pro bonis ſubditorum eccleſiæ, ut per Cano. in dicto capitulo, per venerabilem. de quo late per Rolan. conſilio 88. fere per totum, maxime numero 25. Ferret. conſilio 105. numero nono, Didac. in dicto §. octauo, numero 14. & ſequen. Syluan. in tracta. de feu. recogn. quæſtio. 19. numero primo, & Viui. qui dicit communem, in ſecunda parte ſuarum communium opinionum, opinione 214. Papa. Quod etiam procedit in terris infeudatis, vt
39 Princeps ſupremus † non poſſit in illis legitimare ſine conſenſu principis infeudati, ſi Socin. iunio. credimus, in conſilio 100. numero 12. & ſequen. in ſecundo, & conſilio 126. numero 22. in tertio, Rolan. dicto conſilio 88. Alciat. in conſilijs, quinto, numero 25. & ſequen. & Ceph. conſilio 23. numero 77. tanto minus poterit legitimare in præiudicium eccleſiarum, vel locorum priorum, exiſtentium in terris infeudatis, in quibus nullam habet iuriſdictionem. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Sententia an ſit nulla, in qua Iudex ſe referat ad rem non probantem?
Licentia conceſſa a rectore de teſtando de emphyteuſi, an expiret illo mortuo, an uero tranſeat ad ſucceſſorem?

S V M M AE.

1 *Iudex ſe referens ad acta, quæ non probant, cenſetur erraſſe in ſententia. Idemque eſt,*

ſi ſe referat ad teſtes non probantes.

2 *Teſti vnico, licet in magna dignitate conſtituto, non creditur.*

3 *Et cui eſt credendum, debet probari ex aliis teſtibus, quòd ſit omni exceptione maior.*

4 *Teſtis qualis eſſe debeat, cui ſoli eſt credendum ad fauorem tertii de facto a ſe geſto.*

5 *Mediator contractus non probat, cum ad illum habeat affectionem.*

6 *Teſtis non probat, qui de re deponit, vnde laus vel opprobrium illi imminet.*

7 *Dictio, tamen, limitat ac reſtringit.*

8 *Tractatum qui deponit, non probat conſenſum, vel contractum.*

9 *Emphyteuſis accepta pro ſe, & hæredibus, non comprahendit niſi deſcendentes, non autem extraneos.*

10 *Emphyteuſis linea finita, non obſtante teſtamento reuertitur ad eccleſiam.*

11 *Emphyteuta irrequiſito domino poteſt rem legare.*

12 *Modo non leget ſimpliciter, ſed ſaluo iure domini.*

13 *Et non ſit illius linea finita, ſicque res reuertatur ad dominum.*

14 *Et cum legatum valet, non debet legatarius adipiſci poſſeſsionem propria authoritate.*

15 *Licentia habita a rectore de diſponendo in vltima voluntate de re emphyteutica, durat mortuo ipſo rectore, ſecundum Nat. & Burſat. ſed contraria opinio videtur verior, quæ fuit Gabriel. num. 17.*

16 *Reſponſum non poteſt congruum dari non viſis ſcripturis.*

18 *Inueſtitura facta a prælato vni, caſu quo moriatur ille, qui habet emphyteuſim, vel feudum, non valet ſi feudum illo viuo non aperiatur per mortem primi inueſtiti.*

19 *Inueſtitura ſi non eſt ſortita effectum, non valet.*

20 *Licentia non valet, non data ex certa ſcientia, vel cauſa cognita.*

21 *Rector beneficii non tenetur ſtare facto prædeceſſoris, ſi actus non eſt conſumatus, nec ius quæſitum.*

22 *Diſponere quis non dicitur, niſi per hæredis inſtitutionem.*

23 *Adeo vt quis non dicatur diſponere de aliqua re, niſi expreſſe de ea mentionem faciat, licet diſponat per vniuerſalem inſtitutionem.*

24 *Quod maximè procedit, ſi teſtator reſtrinxit diſpoſitionem ad bona ſua.*

25 *Pactum perſonale non extenditur ad hæredes extraneos.*

26 *Emphyteuta, quando cadat a pacto?*

27 *Emphyteuta, qui ex pacto poteſt recuperare rem, ſi vendat, quid recuperet?*

28 *Surrogationi non eſt locus, extincta prima re.*

29 *Emphyteuta, qui poteſt ex pacto ſurrogare, non poterit hoc facere, ſi emphyteuſis eſt amiſſa.*

CONSILIVM XLIIII.

In Domino confido.

DVbia ſubtiliter excitata per Magnificum, & Excellentem Iuriſconſ. Dominum Franciſcum Suardum Agnellum, mihi uti fratrem, & maiorem honoran. Iudicem, vel conſultorem cauſæ appellationis interpoſitæ pro parte Reuerendi Dom. Baptiſtæ de Auguſta rectoris canonicatus, & præbendæ, ſub titulo ſanctorum Fabiani, Sebaſtiani, & Chriſtophori, in cathedrali eccleſia Mantuæ ſitæ, a ſententia lata per Reuerend. Vicarum Reuerendiſs. Epiſcopi illius ciuitatis (iudicio meo) non ſunt difficilis ſolutionis, cum certiſſime uideatur ex proceſſu cõſtare, ſententiam latam fuiſſe, & eſſe nullam, & iniuſtam, & in melius reformandam eſſe, pronuntiando ad fauorem ipſius Domi. Appellantis, uel Reueren. Dom. Ioſephi Bertazzoli, primi rectoris dicti beneficij actoris, condemnando Magnificos fratres de Creſpellanis ad petita p eum. Nam primo quo ad nullitatem, cum ipſe Dominus Iudex a quo pronuntiauerit ad fauorem dictorum reorum, tenutam non eſſe confirmandam, ſed reuocandam, ſtante teſtimonio Reueren. Dom. Primicerij S. Andreæ, & eos eſſe inueſtiendos ſoluto debito laudemio de re, de qua in cauſa, & ſi fundauerit ſe in teſtificatu dicti Domini teſtis, quod non faciebat nec plenam, nec ſemiplenam probationem, (ut mox ptobabo) ſententia fuit nulla, & inualida, quia quando Iudex ſe refert ad acta, quę non probant, uel dicũt
1 contrarium, cenſetur † erraſſe. l. tertia, C. de ſenten. quæ ſine certa quantitate, l. ait prætor. §. primo, de re iudica. Bart. & alij, in l. vni. C. de erro. calcu. in c. cum Bertoldus. 6. col. uer. quintus caſus. de re iud. Abb. & Felyn. in capit. inter cæteras. num. ſecundo, eod. titu. & num. 3. vbi Felyn.

lo-

loquitur in his terminis, quando eſt facta rela-
tio ad teſtes, qui non probabant, idem tradit
Dec. in c. quoniã contra. nu. 37. de probat. Rui.
conſ. 106. nu. 8. in 4. Vant. in tract. de nullit. tit.
de nullit. ex def. proce. nu. 129. Dec. Pedemont.
142. nu. 20. Quod autem dictus teſtis non pro-
baret, expeditum eſt, cum eſſet vnicus, & ſingu-
laris. & vox unius, uox nullius eſt. l. iuriſiurandi.
C. de teſti. nec vnico teſti ẽt in magna dignitate
2 †conſtituto credendum eſt, ca. licet ex quadam.
de teſti. c. veniens. eo. tit. Ant. Gabr. li. 1. ſuarum
cõcluſionum. tit. 1. de teſti. concl. 1. nu. 1. Nat. cõ
ſi. 177. nu. 7. Crot. conſ. 85. nu. 9. vbi loquitur in
Epiſcopo. Bero. conſ. 99. nu. 9. in 3. uol. vltra ꝙ,
qñ vnico teſti aliqua ex ratione eſt credendum,
3 debet probari ex alijs teſtib. quòd ſit omni† ex-
ceptione maior, vt declarat Vbert. Zuccar. in l.
fi. nu. 83. C. de edi. diui Adr. toll. Nec dicatur ꝙ
cum ipſe deponat de facto a ſe geſto, illi ſit ple-
ne credendum ad fauorem tertij, vt vidi dubita
tum in hac cauſa, quia vltra ꝙ illa opi. non pro-
4 cedit niſi † in homine in excelſa dignitate con-
ſtituto, vt in rege, & ſimilibus exemplificat Me
noch. de arb. iud. li. 2. centu. 1. caſu 99. num. 5. ſe
cus ſi teſtis ſit tantum honeſta perſona, ut per
eundem ibi in 6. caſu, nu. 12. teſtis ipſe non pro
bat, cum ipſe ſe aſſerat fuiſſe mediatorem, vt ipſe
R. Bertazzolus cõcederet licentiã teſtandi quõ-
dam D. Io. Ant. de Facinis, inueſtito de domo. &
re, de qua in cauſa, quo caſu non probat, etiam
5 ſi nullum commodum ſenſiſſet ex cõtractu tra
ctato, cum præſumatur habuiſſe affectionem ad
contractum ipſum per eum tractatum. Alex. cõ
ſi. 150. col. 3. & 154. col. 2. 5. uol. Dec. conſ. 133.
colu. 3. Rui. conſ. 164. nu. 6. in 4. cum alijs citatis
per Benue. Strach. in trac. de proxene. 4. par. §.
illa ẽt q̃. nu. 4. & fere ꝑ tot. & max. 2. pag. & Vi-
ui. 1. par. ſuarum communium opinionum, opi-
nione 358. teſtis. Quod procedit etiam in teſte,
qui de facto proprio deponit: cum. n. afficiatur
actui uel contractui ſuper quo deponit, uel poſ
6 ſit de negocio † geſto, ſibi laus, uel opprobrium
imminere, non probat, ut per Benuenu. in d. §.
num. 8. & eius mentis eſt Menoch. in d. caſu 99.
nume. 6. & ſequen. & firmat etiam Tiraquel. de
retract. tit. primo. §. primo. gl. 14. num. 51. Qui-
bus ſi addatur, quod admiſſo quod ipſi teſti eſſet
credendum, cum ipſe non deponat concluden-
ter, prædictum R. Bertazzolum dediſſe licentiã
alienandi in vltima voluntate dictam rem dicto
D. Facino, ſed quod contentabatur concedere,
quod reſpicit tempus futurum, & nihil in præ-
ſenti conceſſum videtur, vt plura ad propoſitũ
trad. Tiraquel. in dic. tract. titu. 2. in fi. num. 41.
cum pluribus numeris ſequen. de qua tamen li
centia dicebat ſe velle conſequi laudemium, ſu-
per quo partes non fuerunt concordes, quia in
terim dum tractaretur negotiũ, morte fuit præ-
uentus D. Facinus, quo caſu non poteſt dici fuiſ
ſe pręſtitum conſenſum qui fuit reſtrictus, & li-
mitatus ad ſolutionem faciendam de laudemio,
7 vt importat illa † dictio, tamen. l. pro hærede. §.
quid tamen. de acq. hær. Rui. conſ. 1. num. 12. in
quarto, & Pariſ. conſ. 17. nume. 19. & 20. & 78.
num. 2. primo volum. Et cum teſtis ipſe non de-
ponat de concluſione contractus, ſed de tracta-
8 tu potius, non probauit ipſum † conſenſum, uel
contractum, Bal. in l. multum intereſt. 2. colum.
C. ſi quis alte. uel ſibi. Dec. conſi. 488. num. 10.
Nat. conſil. 31. num. 12. & alij, quos citat Tiraq.
d. tract. & tit. 2. in fi. num. 24. ceſſat omnis ſcru
pulus, & certo certius eſt, ipſum teſtem nullam
feciſſe probationem, & propterea D. Iudicem a
quo toto cęlo, quod aiunt, erraſſe, cũ fuerit mo-
tus teſtimonio ipſius teſtis, ad quod in ſua ſen-
tentia ſe retulit. Quod ſi voluerimus nobiſmeti
pſis perſuadere ſentẽtiam ipſam fuiſſe validam,
ex quo D. Iudex a quo non tantum ſe fundaue-
rit in dicto teſtificatu dicti D. teſtis, ſed & in a-
lijs in proceſſu contentis, propter verbum, ma-
xime, in ea additum (quod tamen multas habet
ſignificationes, vt in eo verbo tradit Alber. in
Dictionario ſuo) negari tamen non poteſt quin
ſententia fuerit iniuſta, & veniat reuocãda, quia
cum non ſit probata licentia dicti D. Bertazzo-
li, vel conſenſus, ut ſupra, & emphyteuſis eſſet
eccleſiaſtica, conceſſa pro ſe, & hæredibus in ea,
non fuerunt compręhenſi, niſi deſcendentes,
9 non autem extranei, Dec. conſi. 411. num. 1. Iul.
Clar. li. 4. ſententiarum. §. emphyteuſis. q̃. 28.
verſic. tertius eſt caſus. Bero. conſ. 73. num. 7. in
tertio. & D. Rim. noſter iun. nouiſsimè, in con-
ſil. 44. num. 3. & 18. & maxime quando eſt dictũ
pro hæredibuis ſuis. Bero. conſil. 102. num. 11.
primo uolum. Nec inſtitutio facta de aliquo ex
traneo, & non compręhenſo in inueſtitura, in di
cta re, cum generatio eius fuerit finita, ex quo
deceſſit inueſtitus ſine deſcendentibus, potuit
impedire caducitatem, & deuolutionem rei, ꝗa
finita emphyteuſi, res reuertitur ad eccleſiam,
10 † non obſtante teſtamẽto, ut uidetur velle Bal.
in auth. defuncto. in prin. C. ad S. Cõſ. Tertul. &
apertius Affl. in §. his conſequenter. num. 5. in
tit. hic finitur l. Federi.
Nec obſtant ea quæ in dubijs ſubtilitet addu
11 cuntur, & primò, ꝙ emphyteuta † irrequiſito do
mino poſſit rem legare, vt in emphyteuta eccle
ſiæ tradit Soc. iunior conſilio 124. numero 70.
in principio, quia præter id quod non video in
proceſſu probatum rẽ hanc fuiſſe legatam dictis
Dominis appellatis, hoc dubium tollitur ex eo,
quòd plura requiruntur, vt emphyteuta legare
poſſit rem, & maxime quod leget non ſimpli-
12 citer, ſed ſaluo † iure domini, ut per Durant. ti-
tulo ſexto, cautela 46. numero ſecundo, in tra-
cta. de arte teſtan. Clar. in §. emphyteuſis. quæ-
ſtione decimaquinta, uerſiculo, arbitror tamen.
vbi exigit quinque copulatiuè concurrere, ut le

gari poſſit, tum qnia nõ debet fieri in fraudem,
ut hic, cum linea eſſet finita teſtatoris, & non
poſſet in ea habere hæredem, nec de ea diſpone
re, cum ius ſuum finiret cum uita. l. lex vectigali.
13 de pign. hoc enim caſu non† poſſe legari, vel do-
nari, declarat Iaſ. in l. ſi domus. §. fin. numero 37.
de legat. primo. & quòd in fraudem domini le-
gatum fieri nequeat, trad. Alcia. in l. in conuen-
tionibus, de uerborum ſiguificatio. Clar. in di-
cto uer. arbitror. Cum etiam quia debuerunt ad
uerſarij non a ſemetipſis adipiſci poſſeſſionem
rei, ſed a domino, habiro illius aſſenſu, quo caſu
14 videntur etiam a iure ſuo† cecidiſſe, Duran. dic.
caut. ante fin. vbi dicit quòd cautius eſt, ſi tem-
pus patitur, ante teſtamentum & legatum habe
re conſenſum directi domini. & Clar. in d. uer.
in quarto reqniſito.

Secundo non ob. quòd dictus quondam D.
Facinus habuerit licentiã diſponendi de re em
phyteutica in nltima voluntate a rectore imme
diato prædeceſſore Reueren. Bertazzoli, quæ ui
15 detur duraſſe† etiam mortuo ipſo rectore, Par.
de Put. in tract. de reintegra. feud. §. quando ita
ceduntur. num. 5. cum ſequen. pag. 55. & in ter-
minis conſuluit Magn. Burſat. in conſilijs 29. &
30. & in eadem cauſa, Nat. conſil. 647. Quia pri-
mo in proceſſu non uideo conſtare de iſta licen
tia. quinimmo nec uideo illam allegatam fuiſſe,
vnde in ea non eſt faciendum fundamentum,
cum iudex debeat iudicare ſecundum allegata,
& probata. l. illicitas. §. veritas. de offi. præſid. &
quia nõ uidi copiam aſſertæ licentiæ, nec etiam
vidi productum teſtamentum, vel ultimam vo-
luntatem dicti Do. Facini teſtatoris, non poſſum
16 †congruum præbere reſponſum. l. ut reſpõſum.
C. de tranſact. Dicam tamen aliqua quæ etiam
ſoluunt hoc dubium. Et primo, ꝙ opin. dictorũ
D. Burſati, & Nattæ, ſententia mea, non eſt iuridi
17 ca, & verior† videtur opinio Hier. Gabr. qui in
eadem cauſa conſuluit ampliſſime, & reſpondet
omnibus rationibus, & motiuis, ac fuudamen-
tis, D. Burſ. & Nattæ, vt in conſi. ſuo 83. ad quod
ſatis eſt me remittere, etiam nihil addendo, cum
adeo ipſe copioſè, & ſubtiliter omnes difficulta
tes enucleauerit, vt calculus tantũ albus ſit adij-
ciendus. Addam tamen aliqua paucula pro con
firmatione eius ſenrẽtiæ ꝙ tex. in c. 1. qui ſucceſ.
tene. & in c. moribus. in ti. ſi de feu. def. conten.
ſit int. dom. & agn. vaſ. ſoluũt hoc dubium, quia
quicquid ſit in domino laico, in quo loquitur
Par. de Put. in loco præcitato, in domino cleri-
co, vel prælato, qui non tantum dedit licentiam
18 † alienandi vaſallo rem feudalem, ſed etiam in-
ueſtiuit alium in caſu quo primus vaſallus mor-
tem obirer, ſi feudum viuente dicto prælato, nõ
aperiat̃, ſed eo mortuo, nulla eſt inueſtitura eo
modo facta, vel conceſſio, nedum licentia, quæ
non habuerit effectũ, & ita trad. Bal Affli. & alij,
in dictis locis, vbi clarius Feder. Schench. in d. c.
1. nu. 2. & latins in tit. qui ſucceſ. feu. da. tene. nu.
1. idem ẽt voluit Claud. de Seiſel. in tit. qui feu.
da. poſ. in 1. limit. 1. reg. pag. 202. Affli. deciſ. 128.
nu. 9. vbi dicit ſic fuiſſe iudicatum, & videtur lo
qui in licentia. & idem, ꝙ quando inueſtitura nõ
19 eſt† ſortita effectum non valeat, admittit Ferret.
conſil. 108. nu. 7. Quibus ſi addatnr quòd licen-
tia non fuit data ex certa ſcientia, vel cauſa co-
20 gnita, non ligat† ſucceſſorem, vt per Imo. qui di
* cit communem, * in c. pen. de cler. non reſid. &
Affli. d. deciſ. 228. num. 2. & 3. & quòd quando
actus non eſt conſumatus, nec acquiſitum ius in
21 re. rector† in beneficijs, non tenetur ſtare facto
prædeceſſoris, gloſ. Innoc. & omnes, in c. fin. ne
præla. uic. ſuas. & quòd tanto minus tenetur ſuc
ceſſor in præbenda canonicatus, vt in d. c. fi. o ẽs
affirmant, certe conſtabit nullo modo adhæren
dum fore contrariæ opinioni, quę certè defendi
non poteſt, cum nulla reſponſio data dictis tex.
videatur ſoluere dubium, nec tollere fundamẽ-
tum, quod ſit in eis, quia ſi non valet inueſtitura
(quod eſt plus) eo modo facta, minus valet nuda
licentia conceſſa, quæ effectum non habuerit ui
uente cõcedente, & tp̃e noui ſucceſſoris feudũ
eſt illi apertum. & ratio adducta per Doct. cita-
tos ita procedit in inueſtitura ipſa, ſicut in licen
tia. Dicit. n. Fede. in d. c. 1. qui ſucceſ. tene. ꝙ ideo
non valet inueſtitura de fendo non aperto, per
eccleſiaſticum prælatum facta, nec ſucceſſorem
cõſtringit, ſi uiuente inueſtitore feudũ apertum
non fuerit, cum præſentium dumtaxat rerum,
non etiam poſt mortem ſuam gerendarum ad-
miniſtrationem vita comite habeat prælarus.

Sed quicquid ſit in caſu illo, in hoc tñ noſtro
caſus vr̃ apertior, cum in hoc cõcurrant ea, quæ
in eo concurrebant, unde ceſſantib. rationib. ceſ
ſat deciſ. l. quod dictum. de pact. & præſertim in
hoc caſu nõ concurrit confirmatio ſummi Pon.
in qua magnam vim faciunt conſulentes ipſi. ex
qua fortè, moti fuere ad conſulen. pro ea parte.
Illud aũt non omittã ꝙ ſi ipſe D. Facinus expreſ
22 ſe de re emphyteutica† non diſpoſuiſſet, ſed ge
neraliter per inſtitutionem hæredis, nõ cenſere
tur de ea diſpoſuiſſe, Bero. cõſ. 107. nu. 6. in 1. vol.
& faciunt trad. per Soc. lu. cõſ. 72. nu. 47. & ſeq.
1. vol. Nam quis non dr̃ diſponere de re per vni
uerſalem inſtitutionẽ bonorum omniũ, niſi ex-
23 preſſe de ea mentionem faciat, & † diſponat, ſed
quo ad illam dr̃ inteſtatus. l. ab inteſtõ. de legit.
tut. §. qđ aũt. Inſt. de legit. agna. tut. ſi credimus
Seuer. & Soc. concorditer conſulentib. in conſ.
92. in 3. difficultate. nu. 35. in 3. vol. conſ. Soc. &
Sylua. cõſ. 14. per tot. qđ maxime ꝓcedit ſi teſta
24 tor teſtrinxit diſpõnem† ad bona ſua, Crau. cõſ.
19. nu. 13. & cõſ. 144. nu. 8. ubi loquit̃ ẽt ſi de illis
bonis diſponere potuiſſet, & Sylu. d. conſ. nu. 3.

Ex quibus ſatis & ſuper ſatisfactum eſt du-
blo propoſito, cni non obſtant etiam aliquę de
ciſiones citatæ in dubijs, & prius a D. Burſato,

quia

quia aut non loquuntur ad propoſitum, ut Cur
tius iunior conſilio 138. numero 22. aut non
conueniunt huic caſui, vt Soc.ſen.conſilio 114.
in fi.in 1.& Dec. 588. quia & quicquid ſit de li-
centia conceſſa per laicos & de teſtamento con
dito eius vigore, per emphyteoticam laici. cum
ſimus in eccleſia, & illius rectore, oportet vt feu
dum, vel emphyteuſis aperiatur tempore vitæ
concedentis licentiã, aliàs non prodeſt ſibi, nec
nocet ſucceſſore & ita videmus D. Facinum in-
tellexiſſe hãc rem, cum viuens nixus fuerit a no-
uo rectore hanc licentiam impetrare, quam ta-
men non impetrauit, vel impetratam probauit,
vt ſupra.

Supereſt tertium dubium, quod tamẽ eſt pri
mum in ordine in poſterioribus dubitationib.
de pacto appoſito in inueſtitura facta Facino de
dicta re, de datione, & cõſignatione alterius rei
locu huius, de qua fuit inueſtitus, a quo pacto
dubitat ipſe Magn.Iudex, non cecidiſſe emphy-
teutam, quaſi q; de nouo poſſent ſui hæredes da
re, vel ſurrogare aliam rem in locum ipſius, per
trad.per Cagn.in l. 2.C.de pact.int.empt.& ven
dito. nume. 167. Sed certè hoc dubium ceſſat
ex pluribus.

Primo, quia de eo nõ eſt diſputandũ, ex quo
non vidi per partem aduerſam factam aliquam
oblationem de huiuſmodi relatione, & ſurroga
tione, & Iudex ſup nõ petitis nõ iudicat, vt ſup.

Secundo, dictum pactum fuit perſonale pro
dicto Facino, & hæredibus ſuis, quod de hæredi
bus ſanguinis, & deſcendẽtibus, vt ſupra, intelli-
gendum eſt, ideo ad alios hæredes extraneos
25 † non extenditur, iux.l.iuriſgentium.§.pactorũ.
& l. ſi tibi. §.ſi quis paciſcatur. & melius in l.&
hæred.ff.de pact.cum ibi not. Vnde cum viuens
ipſe Facinus nõ dederit, vel ſurrogauerit aliam
rem, nõ poſſunt id facere extranei hæredes, qui
bus hoc nõ eſt conceſſum, & facit l.qui Romæ.
§.Augerius. de verb.obl.

Tertio illa opinio Cagn. parum ſeruit huic ca
ſui, quia quando pactum eſt appoſitum in loca-
tione, vt hic, nõ eſt pars venditionis, vel alterius
contractus, a quo non cadit emphyteuta, ceſſat
26 dubium, cum eo caſu cadat etiam a pacto, vt vo
luit Cæpo.in tract.de ſimul.contra præſumpt.2.
col.fi.quem ſequitur Tiraq.in d.tract.de retrac.
conuen.nu.89.& Cagn.in d.l.2.num.168.

Quarto illa opinio, quòd emphyteuta poſ-
ſet vigore pacti recuperare rem, non quadrat ca
ſui noſtro, quia in caſu illius q. non recuperat
melioramenta, nec utile dominium, ſed poſſet
27 † recuperare directum quod vendidit, vt Co-
men. & Fulg.conſuluerunt in cõſ.65. Titius. in-
ter conſilia Comen. ſequitur Alcia. in l.petens.
pen. & fin. pag. C.de pact. & in propoſito agi-
mus de amiſſione utilis dominij, non de recu-
peratione directi, quod ſemper debet remane-
re eccleſiæ, vnde illa deciſio non videtur face-
re ad propoſitum.

Quinto, cum iam per lineam finitam ſit extin
cta res, & acquiſita eccleſiæ, non eſt locus ſurro-
gationi alterius rei, quæ non poteſt fieri alia re
28 † extincta, ut per Gomes.in §.fuerat. 2.limit.nu.
12.& 13.Inſtit.de actio.

Sexto, & vltimo, per ſurrogationẽ talem non
tolleretur ius eccleſiæ, quia cum res ſurrogan-
29 da deberet ſapere † naturam ſurrogatæ, & huius
amiſſæ, deberet illa in totum acquiri eccleſię, ſi-
cut hæc fuit quæſita per regulam ſurrogatio-
nis.l.ſi eum.§.qui iniuriarum. Si quis cauſ.& in
dic. §. fuerat. & ſicut ſi fuiſſet ſurrogata a Dom.
Facino viuente, fuiſſet nunc amiſſa, ita pariter
ſi nunc ſurrogaretur, vt in ſimili arguunt, & exẽ
plificant Comen. & Fulgoſ. in dicto conſil. nu-
mero 2. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quæ in proximo conſilio proponuntur,
hic vberrime diſputantur.
Et in primis, an licentia conceſſa de te-
ſtando de re eccleſiaſtica, expiret mor
tuo concedente?
Et quid ſi prælatus faciat inueſtituram
vni, cũ alius mortuus fuerit, effectum
ſortientem?

S V M M AE.

1 *Inueſtituram non tenetur ſucceſſor confirma-
re factam a prelato alicui, caſu quo alius
moriatur, ſi ille non eſt mortuus viuo in-
ueſtiente.*
2 *Iura feudalia ſunt etiam ſeruanda in cauſis
emphyteuſis.*
3 *Succeſſor per electionem, non per ſucceſſio-
nem, non tenetur habere ratum factum
prædeceſſoris.*
4 *Vſufructuarius non poteſt diſponere vltra
tempus ſui vſusfructus.*
5 *Argumentum a multo magis, optimè procedit.*
6 *Inſtitutus hæres in primo teſtamento, poteſt re
uocari per ſecundum.*
7 *Inueſtituram tenetur accipere legatarius, vel
heres, cui eſt relicta res emphyteutica.*
8 *Inueſtituræ conceſſio, & licentia teſtandi de
emphyteuſi, parificantur.*
9 *Licentia conceſſa a prelato de teſtando de feu
do, vel emphyteuſi, nõ ligatur illius ſucceſ-*

ſor precedente prælato ipſum teſtatorem.
10 Et licentia hæc cenſetur continere gratiam, quæ morte concedentis non extinguitur, etiam re integra.
11 Et non pōt ſine cauſa reuocari a concedente.
12 Et licentia tranſit in ſucceſſorem, quando ille cui fuit conceſſa, cæpit vti teſtando.
13 Gratia non eſt proprie conſenſus, vel licentia teſtandi.
14 Gratia, quando morte concedentis non expiret, & quid in beneficio vacaturo?
15 Et non ſufficit incipere vti gratia.
16 Licentia teſtandi de emphyteuſi vel feudo, tranſit in vim contractus, ſi pecunia interueniat pro ſolutione laudemii.
17 Et tranſit in ſucceſſorem, ſi fuit conceſſa ſub nomine dignitatis.
18 Et quando non tranſeat in ſucceſſorem, licet tranſeat in contractum?
19 Et talis licentia non facit actum, aut diſpoſitionem eſſe irreuocabilem.
20 Spes non conſiderabilis, non dicitur eſſe in bonis.
21 Rector debet ſeruare licentiam conceſſam a præceſſore de diſponendo de re emphyteutica.
22 Ius canonicum maximè ſectatur æquitatem.
23 Licentia diſponendi de emphyteuſi conceditur, vt magis incitentur inueſtiti ad melio rationes.
24 Et an per hoc obligetur ſucceſſor ad obſeruationem licentiæ?
25 Hæres acquirit omnia per aditionem hæreditatis.
26 Licentia teſtandi requiritur tempore teſtamenti.
27 Scientia et patientia habetur pro traditione.
28 Ius reale ex tribus transfertur in emphyteuſi vel feudo.
29 Dominium transfertur etiam ante conditionis euentum interueniente traditione.
30 Effectus ſemper cenſetur inductus tempore ſuæ cauſæ.
31 Datoris finito iure, finitur ius acceptoris.
32 Emphyteuſis non acquiritur hæredi, quæ finitur cum vita teſtatoris.
33 Tempus attenditur purificatæ conditionis in conceſſione inueſtituræ, cum alius mortuus fuerit.
34 Tempus mortis attenditur, cum agitur de capacitate, vel incapacitate prohibiti capere.
35 Licentia teſtandi vel aſſenſus, eſt ſtricte interpretandus.
36 Licentiam qui aliam quærit, non ſatis primæ confidere videtur.
37 Gratiæ Summi Pontificis & inferiorum, in multis conueniunt.
38 Licentia data per vnum, vel inueſtitura, eſt intelligenda ſicut alia alterius prælati.
39 Emphyteuta ſi vult teſtari de re non deuoluta, ſufficit voluntas domini.
40 Licentia teſtandi de bonis eccleſiæ ſine cauſa, non eſt concedenda.
41 Teſtatoris voluntas confirmatur ficte per mortem viri ab aditione hæreditatis.
42 Confirmatio non addit maiorem validitatem teſtamento.
43 Sed tantummodo illud perpetuum facit, vt amplius reuocari non poſſit:
44 Teſtamentum, an ſit perfectum ratione formæ conſideratur, licet ſit in pendenti quo ad executionem.
45 Sed contra oportet quòd intercedat mors teſtatoris, vt hæres poſſit acquirere hæreditatem.
46 Licentiam dans teſtandi, intelligitur dediſſè ſecundum formam legis.
47 Emphyteuta poteſt de emphyteuſi teſtari ſine licentia.
48 Mortis dies eſt incerta.
49 Prælatus quare poſſit dare licentiam de alienando emphyteuſim, & non de teſtando de illa obligando ſucceſſorem.
50 Res ſi ad eum caſum deuenit, a quo incipere non potuit, vitiatur actus.
51 Actus non vitiatur, ſi caſus ſuperueniens tendat ad eundem effectum.
52 Secus ſi expectet aliam perfectionem implementi conditionis, vel quid ſimile.
53 Sententia in dubio eſt confirmanda fauore eccleſiæ.
54 Licentia conceſſa teſtandi, non extenditur vltra primum teſtamentum.
55 Teſtamenta de re emphyteutica, non valent, ſi primum eſt reuocatum per ſecundum, & ſecundum eſt factum ſine licentia.

CONSILIVM XLV.

In Domino confido:

SCripſi anno præterito ad fauorẽ
Reuer. D. Baptiſtæ de Auguſta, de
Mantua, ſeu R.D. Ioſephi Bertaz-
zoli, contra DD. fratres de Cre-
ſpellanis in cauſa, quæ tunc Man-
tuæ agebatur, coram magnifico D. Franciſco
Suardo Agnello, reſpondendo motiuis ipſius
Clariſſimi Iudicis, & (vt audio) fuit lata ſenten-
tia ad fauorem ipſius D. Baptiſtæ, quæ reuoca-
uit priorem ſententiam contra ipſum latam in
cauſa principali. Nunc, quo in vrbe dego, ora-
tor miſſus à Sereniſſimo D. Duce Ferrar. Domi-
no meo, per excellentiſſimum D. Iudicem huius
cauſæ ſecundæ appellationis pro diuerſa parte
interpoſitæ, in ea cauſa excitantur noua & lon-
gè prolixiora dubia, contra partem noſtrã, quæ
mihi fuere tranſmiſſa, vt ea diſſoluerem. Et qui-
dem me ualdè tędet abeſſe à codicibus, & ſcri-
ptis meis, ut plenius amico, & clientulo ſatiſ-
facerem: cùm enim temporibus hiſce deficit li-
brorum copia, uix iudicib. ſatisfieri poteſt. Sed
ne tamen id, quod in me eſt, petenti denegare
velle videar, & voto ſuo illum defraudare, ſta-
tui dubitationibus ipſis propoſitis, eis, quibus
nunc vti poſſum uiribus reſpondere, plenius, &
apertius illis ſatisfacturus, cum domi ero, & co-
piam librorum & ſcriptorum meorum habere
potero, ſi tamen id opus erit, cum eius ſim fir-
mæ ſententię, ex reſponſionibus, & diſſolutio-
nib. infraſcriptis apertiſſime conſtare male fuiſ
ſe per partem aduerſam appellatum a ſententia
contra eam lata, & illam cum victoria expenſa-
rum confirmandam fore.

Quod clare probatur primo ex tex. in c. 1. in
tit. qui ſucceſ. feud. da. tene. vbi ſi prælatus ali-
quem inueſtiuit de feudo, quod alius uaſallus
poſſidebat, ut poſt deceſſum illius, illud habe-
ret, etiam ſi pares curiæ ſint teſtes, uel breue tẽ
ſtatum inde ſit, ſeu confectum publicum inſtru-
mentum, præmoriente pręlato, antequam ue-
niat caſus mortis primi uaſalli poſſidentis, non
1 tenetur ſucceſſor † illam inueſtituram facere vel
confirmare, niſi is, qui ſecundo loco fuit inueſti
tus, conſentiente primo poſſeſſore, in poſſeſſio-
nem miſſus ſit, idem probatur in c. primo. qui
ſucceſ. tene. alias incipit, hic poteſt eſſe titulus
qui ſucceſ. tene. Vbi ſi quis fuit inueſtitus de
alieno feudo poſt mortem eius, uel ſub condi-
tione aliqua, uel tempore, quo nullus erat inue
ſtitus, licet in laico inueſtitore ſecus ſit; in eccle
ſiaſticis tamen perſonis ſi præmoriatur inueſti-
tor antequàm feudum tenens, uel conditio, uel
tempus exiſtat, non tenetur ſucceſſor illius. hoc
idem quòd feudum non acquiratur ſecundo
inueſtito, ſi inueſtitor eccleſiaſticus prędecedat,
antequam feudum ſibi aperiatur, habetur in ca.
1. §. moribus. in tit. ſi de feu. defun. conten. ſit
int. dom. & agn. uaſ. & in c. 1. de cleri. qui inueſti.
fa. qui tex. etiã loquitur de inueſtitura facta ſub
conditione uel tempore. Et licèt hæc iura lo-
quantur in feudis, idem tamen decidunt in em-
phyteuſi, cum iura feudalia ſint etiam ſeruanda
2 † in deciſionibus cauſarum in emphyteuſi, ma-
xime quando aliud a iure communi non eſt di-
ſpoſitum, uel expreſſum, Soci. conſi. 267. nu. 24.
2. uolum. Clar. in ſuo quarto libro ſenten. §. feu-
dum. q. 3. uer. & hæc quidem. Viui. lib. 2. ſuarum
com. opi. opinione 29. & Emanu. Soarez. in ſuo
Theſau. recep. ſent. in uer. emphyteuſis. nu. 90.
Et in propoſito iura hæc a iure cõmuni nõ exor
bitant, ſed magis cum eo cõcordant, cum ratio
illorum ea ſit, quòd ex quo ſucceſſor in eccleſia
nihil habet a prædeceſſore ſuo, cui ſuccedit per
3 electionem, nõ per ſucceſſionem, † non tenetur
habere ratum factum illius. gl. fi. & illic Doct. &
Præpo. nu. 2. qui dicit clericum eſſe vſufructua-
4 rium & non poſſe diſponere † vltra tempus ſui
vſusfructus, & Affl. num. 61. in d. cap. qui ſucceſ.
feu. da. ten. nec poteſt prelatus viuens ſupplanta
re ſucceſſorem, vel illi præiudicare, vt per Doct.
in dictis locis, & trad. Aluar. per ea iura inter cõ
ſil. Bru. conſ. 58. nu. 5. & 6. Certum autem eſt, iu-
ra ipſa hunc noſtrum caſum licentiæ conceſſæ
per illum rectorem defunctum illi d. Facino de
teſtando, & diſponendo de re emphyteutica de
cidere a maioritate rationis, cum maior ſit ratio
in caſibus illorum iurium inueſtituræ factæ de
re per alium poſſeſſa, quàm licentiæ de teſtan-
do, vel diſponendo in vltima voluntate, ut mox
5 oſtendam, vnde † tantò magis hunc caſum deci-
dent, auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccl. arg. n.
a maiori, vel a fortiori, optimè procedit, & con-
cludit. d. auth. & late Euerar. in ſua topica legali,
in loco. a maiori, ſeu a fortiori. in prin. Quod au
tem maior, & fortior ſit ratio in illis caſibus, in
quibus prælatus inueſtit aliquem de feudo per
alium poſſeſſo, caſu quo prior vaſallus decedat,
vel ſub aliqua conditione, vel tempore, quàm ſi
tantummodo concedat licentiam inueſtito te-
ſtandi, & feudum, vel emphyteuſim, alteri, vel
cui voluerit relinquẽdi, ſatis ex eo conſtat, quia
prædecedente ipſo feudum poſſidente, non po-
teſt inueſtitus deſinere rem habere, cum primus
inueſtitus poſſeſſor, nihil facere poſſit ſi ſine de
ſcendentibus decedit, quin ad inueſtitum per-
ueniat, quod ſecus eſt in eo qui eſt inſtitutus hæ
res vigore licentiæ a primo inueſtito emphyteu
ta, vel vaſallo, cum poſſit teſtamentum reuoca-
6 re, † & alium inſtituere. §. poſteriore. Inſt. quibus
mo. teſt. infir. Clar. in §. teſtamentum. q. 94. li. 4.
ſuarum ſententiarum. ſicut primo caſu non vi-
detur neceſſaria alia noua inueſtitura. in ſecun-
7 do hæres, vel legatarius † tenetur illam recipere,
vt

vt habetur in l.fin. C.de iu.emph.vbi Iaſ.nu. 68.
Clar.d.l.4.§.emphyteuſis.q.15.verſ.arbitror.in
quarto requiſito.& in his terminis trad. Hiero.
Gabr.in allegato conſilio 83. nu.31.in fi. & nu.
ſeq. ac num. 34.

Et cum negari non poſſit, quin ſaltem pares
ſint caſus, quando quis inueſtitur ſub condi.uel
tempore, cum ante conditionem, vel diem non
poſſit rem habere, & quando quis inſtituitur vi-
gore licentiæ domini ab emphyteuta, cum an-
te mortem illius teſtatoris decedentis in ea vo-
luntate, nec illã reuocantis, rẽ aſſequi non poſſit,
iure negari non poteſt ex dictis iuribus, vtrum-
que caſum decidi, cui adſtipulatur auctoritas
Bal.in c.1. de couſuetu. recti feu. quam ſequitur
Brun.in conſ.38. num.8. parificantis licentiã, &
8 inueſtituram, † quando de ea per breue teſtatum
apparet. Et in propoſito noſtro, quod text. in d.
c.1.qui ſucceſ.tene.habet locum in licẽtia cõceſ-
ſa per dominum de alienando, vel diſponendo
in vltima voluntate, ita ut prædecedente præla-
to, vel rectore, ſeu domino non habente ſucceſ-
ſorem ex ſucceſſione annulletur, nec teneatur
9 † ſucceſſor, firmat Mari.Frec.in tract.de ſubfeud.
libro 2.q.27.nu.4.2.colum. vbi loquitur in ſor-
tiori caſu, ſcilicet in licentia conceſſa per regem,
quam non tenetur ſeruate rex illi ſuccedens, in-
re proprio, & non iure ſucceſſorio, ut quia per
electionem, uel alio ſimili modo ſuccedit in re-
gno, vltra ea quę adducit Hier.Gabr.in d.conſil.
83.qui hanc materiam adeò diſcuſſit, & elucida-
uit, vt uix aliquid addi poſſet, & qui reſpondit in
longe fortiori caſu, in quo plura concurrebant,
quæ punctum illum difficiliorem reddebant, ꝙ
concurrant in caſu iſto, ut ex eo conſil.& conſi-
lijs Nat.647.& Dom. Burſat.29. & 30. conſtat.
Et præſertim in eo caſu interuenerat confir-
matio ſummi Pontificis, & allegabatur conſue-
tudo in ea ciuitate, alienandi ſeuda: vltra quod
ſemel ille vaſallus teſtatus fuit, cũ hic emphyteu-
ta (vt audio) poſt primum, aliud fecerit teſtamen
tum, quod eſt conſideratione dignum, ut infe-
rius dicetur. Hoc fundamento iudicio meo, irre
frag abili ſtante, facile tolluntur omnia, quę in du
bijs adducuntur, quia fere omnia ſoluuntur ex
deductis per Gabr.in d.ſuo conſil.

Et primo non obſtat quod conceſſio huiuſ-
modi licentiæ, & aſſenſus prælati de teſtando
cenſeatur continere gratiam, & quod per eam
ſucceſſor obligetur, nec morte † concedentis ex
10 tinguatur, etiam re integra.c.ſi cui.de pręben.in
6.c.ſi ſuper gratia.de off.del.eo.libro, Nat.in ter
minis d.conſil.647.num.5.4.volum. Et licet ex
gratijs aliæ non perficiantur, niſi certo tempore
decurſo, vel certa ſolemnitate adhibita, aliæ ve-
rò, quæ ſolo uerbo perficiuntur, hæc tamen ſe-
quuto conſenſu, cenſetur effectum fuiſſe ſortita
ut amplius non eſſet in facultate † concedentis
11 eam ſine cauſa reuocare. l.quoties. C. de fidei-
com.iunctis not.in l.cum a matrẽ. C.dẽ rei uen
di.unde ſi facto prælati uiuentis reſcindi non po
terat, nec eius morte poterat extingui, cum tan
tum gratiæ, quæ ſunt informes euaneſcant, non
quæ ſtatim perficiuntur, & ius tribuunt impetrã
ti, c.inſtitutionis.25.q.2.clem.dudum.de ſepult.
Archi.& alij.in proœ.6.in §.vniuerſitati. quod
tanto magis in caſu iſto procedere uidetur, cum
Dom.Facinus cœperit vti gratia.teſtando. un-
12 de res deſijt eſſe integra. & licentia tranſit in
ſucceſſorem, nec morte concedentis uidetur
extincta, Fely.in c.licet undique, num.1.de offic.
deleg.Dec.in c.relatum.num.2.cum ſeq.eod.tit.
Socin.iun.conſil.89.num.37.1.uolum. Paris de
Put. de reintegr. ſeud. capitulo 84. ſub titu.ſi fi.
uend. poſt an.

Namque primo reſpondetur ſecundum Ga-
br.in d.conſil.83.nu.17.& ſeq.ꝙ iſte aſſenſus ſeu
licentia teſtandi, vel diſponendi de re emphyteu
13 ticat non eſt propriè gratia, ex qua ſtatim ius
acquiratur, ut in d.c.ſi tibi.& non eſt ſimilis gra
tijs, & licentijs ſummi Ponti.ſed ſunt actus præ
latorum, qui non officiunt ſucceſſoribus, caſu
quo præmoriatur concedens, ut in dictis iurib.
nam etiam inueſtitura, & conceſſio facta per do
minum ſub conditione uel tempore, eſſet gra-
tia, ſed tamen non purificata conditione, uel ad-
ueniente die, tempore uitæ concedentis. ſed tẽ-
pore ſucceſſoris, extinguitur conceſſio. Addo ꝙ
diſpoſitio dicti c.ſi tibi, procedit in beneficio ua
14 cante, † non in vacaturo, ut late per Anto.Gabr.
libro 6.ſuarum concluſionum, titu. de præben.
concluſione 1.num. 35. Præterea id etiam tolli-
tur ex trad. in his terminis per Mari. Frec. in d.
27.q.numero 4.uer. at dici poſſet. vbi admitten
do quod ſit gratia, dicit quod cenſetur collata in
tempus quo ipſe concedens deſinit poſſe diſpo
nere, argum.l.ſi ſponſus. §.primo, de don.int.ui.
& uxo. & in his non ſpectatur tempus gratiæ,
ſed quo gratiæ effectus perficitur, vel conſumi-
tur, & potius ſatendum eſt fuiſſe contractum,
ut inſerius in dubijs tangitur, & admittit Gabr.
d.conſi.num.24.& ſeq.Nec valet conſequentia,
non potuit per cõcedentem reuocari, ergo mor
te eius extingui. & contrarium probatur in di-
ctis contextibus allegatis ſupra, ubi inueſtitura
facta per prælatũ de re per alium poſſeſſa, uel ſub
conditione, uel tempore, non poteſt per eũ re-
uocari, & tamen non ligat ſucceſſorem. Nec hoc
caſu ſufficit quod is cui ſuit conceſſa licentia cę-
perit uti gratia, ut res deſierit eſſe integra, tum
quia non uerſamur in gratia proprie, ut ſupra, &
quatenus in ea uerſaremur, cum ſit talis quæ exi
git effectum ad ſui perfectionem, non ſat eſt ini
15 tium uſus. & quod non ſufficiat incipere † uti gra
tia, probatur ad propoſitum ex tradit. per And.
de Iſer.in c.1.num. 3.& Præpo.poſt Aluaro.nu.2.
ubi etiam Affli.num.44.in d.c. qui ſucceſſ.ten.
quod licet inueſtitus a domino de re, quam alius
poſ-

poſſidet, accipiat clam poſſeſſionem rei, & ſic
quodammodo incipiat uti gratia, quia tamen
non interuenit conſenſus poſſidentis, non pro-
pterea confirmatur conceſſio, quin extinguatur
præmoriente inueſtitore.

Secundo non ob. quod ſi admittamus licen-
tiam hanc tranſire in vim contractus, ex quo in-
16 teruenit pecunia † pro ſolutione laudemij, per
tradita per Bal. in l. qui ſe patris, nu. 12. C. unde
lib. Bar. in l. quod ſemel, iuncta addit. ff. de decre.
ab ord. fac. Fely. in c. nouit. ſub num. 10. de iudi.
& hoc caſu ſucceſſor videtur aſtrictus, cum nec
poſſit reuocare, nec morte concedentis expiret,
Bal. in d. l. qui ſe patris Canon. in c. 1. de probat.
ubi Fely. colum. 3. Alex. conſi. 1. num. 12. in 2. &
Hieron. Gabr. d. conſilio num. 46. quod maximè
procedit, cum licentia fuerit conceſſa ſub nomi-
17 ne dignitatis, quo caſu † tranſit in ſucceſſorem
Redoan. in trac. de reb. eccle. non alien. c. quę. &
quo. res dican. de menſa. num. 7. quo caſu oblig.
prælati perpetuo durat. Abb. in cap. veniens.
de tranſact. Socin. iun. d. conſil. 89. num. 9. in 1.
& Gabr. d. conſi. 83. num. 52. cum ſeq. Quoniam
18 & ſi licentia huiuſmodi tranſiret † in contractũ,
non tamen tranſiret ad ſucceſſorem, vel illum li
gat prædefuncto prælato concedente, ut in dd.
cc. qui ſucceſ. tene. & alijs iuribus ſupra citatis
& late declarat Gabr. d. conſil. num. 24. & ſeq. &
qui contex. loquuntur, quando contractus fit
per prȩlatum nomine dignitatis, ut ſi epiſcopus,
Archiepiſcopus, Abbas, vel ſimiles, tamquam ta
les inueſtiant. contraria uero non loquuntur in
prælatis, & in caſibus, in quibus iura diſponunt
non poſſe ſucceſſores obligare, ut hic. quia ſi nõ
obligentur ex inueſtitura facta per prælatũ ſub
conditione, uel tempore, ſi dies non cedat, uel
conditio ſuo tẽpe nõ purificetur, tãto minus nõ
obligantur ex licentia teſtandi, uel diſponendi
de re emphyteutica, & ſicut irritatur inueſtitu-
ra, tanto magis licentia. Gabr. d. conſil. num. 43.
2. colum. & cum licentia fuerit data teſtandi, uel
diſponendi in ultima uoluntate, & ſeu præſtitus
aſſenſus ad hoc, illa ſequitur naturam actus prin
cipalis, ut ſcilicet ius non ſit acquiſitum, niſi fa-
cta d. diſpoſitione, & defuncto teſtatore, alio
non condito teſtamento, nec talis licentia facit
19 actum, uel diſpoſitionem eſſe † irreuocabilem,
vt declarat Mari. Frec. d. lib. 2. in c. pluribus autẽ
modis. in limit. 22. nu. 69. & ſeq. fol. 118. & q. 10.
num. 6. fol. 136.

Tertio conſideratur in dubijs, quod licentia
conceſſa non inferebat damnum conſiderabile
eccleſiæ, ſed erat actus licitus, attento ſtatu, in
quo res erat, cum eo tempore nullum ius eſſet ec
cleſiæ deuolutum, ſed tantum habebat ſpem nõ
20 † conſiderabilem, quę non dicitur eſſe in bonis,
Dec. conſi. 390. num. 11. Cagn. in l. 2. num. 38. C.
de pact. int. emp. & uend. quæ etiam ſpecies non
potuiſſet habere effectum, cum ex pacto in inue
ſtitura appoſito, potuiſſet rẽ affirmare ſi uoluiſ-
ſet: vnde id, quod poſtea ſucceſſit, non poterat
eſſe in aliqua conſideratione, Dec. in l. de fi-
deicommiſ. C. de tran. quod alia ratione ſua-
detur, quia ſi prælatus potuiſſet inueſtire extra-
neum inſtitutum a teſtatore uigore talis licen-
tiæ caſu quo ſuperuixiſſet teſtatori, & actus ua-
luiſſet. ita ut per ſucceſſorem minime mutari po
tuiſſet, ut omnes fatẽtur. ergo ſequitur quod fuit
actus licitus, & non damnoſus eccleſiæ, cũ alias
ſucceſſor non teneretur illum ſeruare, etiam ſi li
centia habuiſſet in uita concedentis effectum,
& tamen tenetur, Gabr. d. conſil. num. 51. unde
21 præſens † rector tenetur ſeruare, ut per eundem
ibi. nu. 56. maxime ceſſante damno eccleſiæ de
honeſtate, & æquitate. Reſtaur. Caſtal. de Impe-
ra. q. 114. colum. fi. ſub nu. 8. uer. ſciendum tamen
22 eſt, cum ibi allegatis. Quam ęquitatem † maxime
attendit ius cano. c. dilecti. de arbi. c. 1. de dolo
& contu. cum ſim. & in clericis potiſſimum eam
obſeruat, argum. tex. in cap. fraternitas, 12. q. 2.
quod maxime procedit, ex quo alias daretur oc
caſio decipiendi emphyteutas, qui auerterentur
a melioramentis faciendis, quorum gratia pro
vtilitate eccleſiæ ſtatutũ eſt, vt ſibi fiant huiuſce
23 modi cõceſſiones, ut docte cõſiderat Fely. cõſ.
42. ſub nu. 6. vſq; ad nu. 9. & 14. Sed certe iſta cõ
ſideratio nullius debet eſſe conſiderationis, uel
momenti, quia dato quod licentia nullum dam-
num intuliſſet eccleſiæ conſideratione dignum,
cum tantum tolleret ſpem deuolutionis, quę po
terat non euenire, nõ propterea ſequitur, quod
fuerit propter eam obligatus † ſucceſſor, cum na
tura illius hoc non inferret, quando maxime in-
ſtitutus, uel legatarius non ſucceſſiſſet tempore
uitæ concedentis, ſicut non tenetur ſucceſſor
facta inueſtitura ſub conditione, uel tempore, ut
in dictis iuribus, in quibus eccleſia tantummo-
do habebat ſpem deuolutionis propter mortẽ
primi uaſalli inueſtiti.

Nec etiam eſt uerum, uel conſiderabile quod
dicitur, propter pactum affrancationis ſpem ec-
cleſiæ uanam potuiſſe reddi, quia ut tetigi in
primis ſolutionibus, in cauſa primæ appellatio-
nis, pactum hoc non potuit ius eccleſiæ tollere,
cum d. Facinus, ſi recte memini, potuiſſet aliam
rem loco domus ſurrogare, quæ quidem res, in
caſu lineæ finitæ, pariter ad eccleſiam deuoluiſ-
ſet, tamquam ſurrogata loco illius, quę naturam
illius aſſumpſiſſet. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi
quis caut. §. fuerat, cum ibi not. Inſtit. de act. Ni
hil igitur facit, quod actus fuerit licitus, & ſine
damno eccleſiæ, & quod ſucceſſor teneretur
ſeruare inueſtituram ſi concedens licentiam ſu
peruixiſſet teſtatori, & inſtitutum inſtituiſſet,
quia eo caſu diſpoſitio dictorum iurium feuda-
lium ceſſaret, quæ quando id factum non eſt
militat, unde imputandum eſt parti quæ non co
gitauit, quod per talem licentiam, immo nec

per

per inueſtituram, quæ facta fuiſſet inſtituendo,
in caſu quo teſtatori ſuccederet, non erat ſuo
voto plene, & irreuocabiliter ſatisfactum, cum
poſſet dari caſus quod omnia euaneſcerẽt, nem
pe ſi prædecederet inueſtitor, ut ſupra, & quod
eo caſu ſucceſſor, cui emphyteuſis aperiretur, nõ
teneretur, nec de iure, nec de æquitate dictum
inſtitutum admittere, vel inueſtire, ſeu inueſtitu
ram factam ratam habere, nec Doct. allegati in
dubijs loquuntur in hoc caſu, quia dicerent con
tra dictos contextus expreſſos, ſicut nec aliter
tenet Gabr. in dictis locis, nec etiam eſt verum
quod daretur occaſio decipiendi emphyteu-
tas, & auerterentur a melioratione rerũ, quia cũ
teneantur ſcire iura. l. leges ſacratiſſimæ. C. de ll.
& paria ſunt, ſcire, vel ſcire debere, l. quod te. ſi
cert. peta. imputandum eſſet illis, ſi alia via non
prouiderent rebus ſuis, cum facile poſſent pro-
uidere ſi vellent, ut inferius dicetur.

Subiungit̃ quarto loco in dubijs eſſe animad
uertendum quod per ipſam licentiam fuit ac-
quiſitum ius d. Facino, relinquendo domum in
teſtamento in ſucceſſores ſuos, cum per aditio-
25 nem hæreditatis† totum acquirat hæres quod
in hæreditate reperitur. l. 1. §. Sceuola. ff. ſi quis
teſt. lib. eſ. ius. fue. l. cum hæredes. in princ. de
acquir. poſ. & ſic etiam emphyteuſim, quæ erat
in hæreditate. Et cum tempore teſtamẽti teſta-
tor vigore licentię habuerit poteſtatem, & facul
26 tatem relinquendi rem illam, † quæ eo tempore
eſt neceſſaria. l. 1. ff. de regu. Cato. ubi Doct. l. cę
tera. §. 1. de leg. 1. l. ſi alienum. §. in extraneis. de
hær. inſt. quia alias teſtamentum fuiſſet inuali-
dum, nec tractu temporis potuiſſet confirmari,
l. quod ab initio. de reg. iu. uidetur fuiſſe ius quę
ſitum emphyteutæ, quod ſucceſſor illi auferre
non poteſt. Quod alia ratione comprobari poſ-
ſe videtur, quia licentia fuit conceſſa emphyteu
tæ exſtienti in poſſeſſione rei, & in licentia ip-
ſa agitur principaliter de transferendo ius in ip
ſum relinquendi alteri ex teſtamento, uel ad hæ
redes ſuos tranſmittendi rem ipſam, ſatis viden-
tur concurrere omnia neceſſaria ad effectum
ut tale ius emphyteutę acquiri poſſit, quia inter-
uenerunt conſenſus domini, acceptatio emphy
teutæ, & traditio, vel appræhenſio poſſeſſionis.
de duobus primis non poteſt dubitari. quod
autem tertium interuenerit probatur ex eo ꝙ
poſſidebat rem ſciente, & patiente domino, quę
27 ſcientia, & patientia † habetur pro traditio-
ne. l. 2. C. de acquiren. poſſeſ. l. qua ratione. §. in-
terdum. de acquir. re. dom §. interdum, Inſtit. de
re. diuiſ. Hæc tria autem videntur ſat eſſe ad trãſ-
28 ferendum † ius reale in emphyteuſi vel feu-
do, ut in d. c. 1. qui ſuc. tene. tit. 2. ubi Aluar. Af-
fli. & alij. in quo habetur quod ſi dominus inue
ſtiat unum de feudo poſſeſſo per alterum, ſi inue
ſtitus poſſeſſionem adipiſcatur de conſenſu pri-
mi inueſtiti poſſidentis, acquiritur ius irreuoca

bile inueſtito quod ꝑ ſucceſſorem tolli, uel reuo
cari nequit. Conſenſus itaq. directi dñi, & uaſalli
cũ poſſeſſionis appręhẽſione operatur ut ius rea
le transferatur in inueſtitum etiam ante euentũ
conditionis ſub qua facta fuit illa inueſtitura, &
nõ immerito, quia ex contractu conditionali in
teruenientе traditione etiam ante euentum
29 conditionis transfertur† dominium. l. dotis fru
ctus. §. fin. cum l. ſequen. de iu. dot. Tiraq. de re-
tract. conſangui. §. 1. in gl. in ver. vendidit. num.
28. igitur idem videtur dicendum in caſu iſto ꝙ
fuerit acquiſitum ius emphyteutæ ex. d. licentia
relinquendi in ſua hæreditate ex teſtõ dictam
emphyteuſim, quo tempore teſtamẽti iſtud ius
cenſetur quæſitum, non tempore mortis, quia
30 ſemper effectus cenſetur inductus† tempore ſuę
cauſæ. l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. cum concor.
de quibus in gl. in uer. tũc cum eum. ad l. Aquil.
l. furti. §. 1. de his, qui not. inf. l. neceſſario. §. ꝙ ſi
pendente. il 1. de peri. & com. rei uend. l. ſi filiuſ-
fam. in prin. de verb. oblig. Sed & hæc facile tol
luntur, cum in rei veritate nullum nobis nego-
cium faciant, vel vllo modo obſtent, ſi recte in-
telligãtur, cum certiſſimum ſit, nullum ius reale
ex d. licentia in emphyteutam fuiſſe tranſlatum,
quod multis rationibus, & fundamentis incon-
uincibiliter probat Gabr. d. conſil. in plurib. lo-
cis in his terminis, immo in fortioribus, ut dixi,
& quatenus ius aliquod quæſitum eſſet, illud
erat reuocabile, uel ſaltem conditionale, ut lo-
cum ſibi vendicaret, niſi emphyteuſis poſt mor-
tem ipſius concedentis aperiretur ſucceſſori,
quæ cum ſequeretur naturam actus principalis,
non potuit maius ius inſtituto dare, quam daret
teſtamentum, ut ex Mari. Frec. ſupra ad ſecundũ
dubium dictum fuit. Nec ſat eſt quod a princ. te-
ſtamentum eſſet ualidum, quia non propterea
prædefuncto concedente ante teſtatorem em-
phyteuſis potuit in hæredem tranſire hæredita-
tem adeuntem, uel eius dominium illi acquiri,
cum per mortem empbvtheutæ ſine filijs, fuerit
reuerſa ad eccleſiam, ex quo finito iure datoris
31 fuit finitum ius† acceptoris. l. lex uectigali. ff. de
pigno. & habetur per Doct. in l. ſi domus. §. fin.
ubi Iaſ. num. 37. de leg. 1. Et quod non acquira-
tur hæredi, cui eſt relicta in teſtamento emphy-
32 teuſis, quæ cum uita teſtatoris finem† recepit,
tradit etiam Affli. in tit. hic finit. l. Federi. §. his
conſequenter, num. 5. ut etiam dixi. in primis al
legationibus, & non ſufficit quod tempore teſta
menti hæres ſit capax, ſed exigitur ꝙ etiam ca-
pere poſſit tempore mortis. d. §. in extraneis. ſi-
cut etiam relicta conditionalia ualent, & condi-
tio purificatur, non ſi euaneſcat, ut in alijs iurib.
in dubijs citatis.

Pariter etiam ceſſat alia ratio ſimilitudinis in
dubijs, fundata in d. c. 1. & trad. illic per Docto.
quando interuenit conſenſus domini, accepta-
tio emphyteutæ & appræhenſio poſſeſſiones,
quo

quo caſu obligatur ſucceſſor, quia caſus iſte eſt omnino diſſimilis, & ab eo longe diſtat.

Nam primo ille tex. loquitur in inueſtitura facta, quæ conſentiente primo inueſtito, poſſidente feudum, & concurrente poſſeſſionis adeptione ſecundi inueſtiti ſub cōditione poteſt ſtatim ius transferre in ſecundum vaſallum, quod non procedit in teſtamento, quod ante mortem teſtatoris vires non habet, & reuocari poteſt ad libitum ut ſupra, unde ex diuerſis non infertur. l. Papinianus exuli. de minor. l. fi. de calum. Præterea in caſu dicti capituli primi interuenit vltra poſſeſſionis acceptionem conſenſus omnium, Domini inueſtientis, vaſalli poſsidentis primo inueſtiti, & ſecundi vaſalli ſub conditione inueſtiti poſſeſsionem adipiſcentis, quæ non interueniunt in caſu iſto, cum is qui fuit inueſtitus primo rectore viuente, numquam adeptus fuerit poſſeſsionē rei, ſed nec ētiam conſtat conſenſiſſe licentiæ conceſſæ, vel acceptaſſe inſtitutionem de eo factam, vel de ea etiam ſcientiam habuiſſe, quo caſu ceſſante fundamento deciſionis illius tex. & Doct. in caſu iſto ceſſat etiam illa deciſio. l. quod dictum. ff. de pac. c. cum ceſſante. cum ibi not. de appella. Nimirum igitur ſi dicto hæredi nullum ius quæſitum fuit, & ſi ſucceſſori nulla fuerit impoſita neceſsitas illum inueſtiēdi, cum viuente primo concedente, debeat ius perfecte quæri ei qui in re poſt mortē primi inueſtiti ſuccedere debet, non illi qui iam eſt inueſtitus, & poſsidet, quia eius conſenſus, & poſs. non eſt in aliqua conſideratione, non interueniente etiam conſenſu uel poſſeſsione ſecundi, & ex hoc tollitur id quod dicitur de dominio tranſlato per traditionem factam ex contractu cōditionali, quia id procedit ſi traditio fieret in ſecundum vaſallum, uel emphyteutam, qui ſub conditione vocatur, nō aūt ſi remanet penes primū, ut prius erat, quæ ſunt adeo clara, vt non videatur de eis iure dubitari poſſe. Quòd autem attendatur tempus teſtamenti, & non mortis, nullo modo admitti poteſt, ſicut non attenditur tempus inueſtituræ in caſu dicti capituli primi, & aliorum iurium ſu-
33 pra citatorum, ſed tempus purificatæ † conditionis, quod ad propoſitum, præter Gabr. in d. conſilio, voluit Mari Frec. d. limit. 22. numero 69. & quando agitur de capacitate, vel incapacitate
34 prohibiti capere, † attenditur tempus mortis, non teſtamenti. l. in fraudem. §. 1. de his quib. ut indi. l. non intelligitur. §. quando autem. de iure fiſc. cum alijs citatis per Borgni. Caualcan. in tracta. de vſufru. muli. reli. numero 195. verſiculo pro parte autem.

Concluditur itaque licentiam hanc de teſtādo, vel aſſenſum rectoris nullum ius tribuiſſe d. Dom. Facino, ex quo obligaretur ſucceſſor ad inueſtiendum hæredem inſtitutum, vel legatarium de re emphyteutica ad eccleſiā deuoluta. Quod tanto clarius procedit, cum talis licentia vel al-
35 ſenſus † ſit ſtricte interpretandus. Iſern. in c. Imperialem, in p̄tinc. & 2. col. de feu. alie. per Fede. Sigiſ. Lofre. in conſ. 9. num. 18. & ſeq. & Gabr. d. conſ. 83. num. 8. Et cum ipſe Dom. Facinus poſt mortem primi rectoris, petierit a ſucceſſore, & nouo rectore aliam licentiam, ſatis videtur faſſū fuiſſe, ſe intelligere primam non durare, ut in ſi-
36 mili † arguit Soci. iun. d. conſil. 89. num. 22. & ſequen. Cæterum, ſicut ceſſant dubia propoſita contra ipſum Reuerendum rectorem, prout liquido ſupra comprobatum extitit, ita corruunt etiam reſponſiones ſeu replicationes, in dubijs allatæ ad noſtra fundamenta, & quæ certe non tollunt, vel elidunt ipſa fundamenta et reſponſiones partis noſtræ.

Et primo quo ad reſponſionem Gabr. in d. conſil. num. 19. & 20. quod aliud eſt in gratijs ſummi Pontificis, & aliud in licētijs inferiorum, quod licet in aliquibus forte differant, in multis
37 tamen conueniant, & præſertim † in caſu iſto, in quo prælatus habet eamdem auctoritatem, quam habet Papa, in rebus per eum adminiſtratis, quod debet ſufficere. Abb. in c. conſtitutus, 3. not. de appell. & in c. translato. de conſti. Replicatur, negari non poſse, quin multum diſtet auctoritas ſummi Pontif. ab auctoritate inferiorum, tum quia cum pontifex non habeat ſucceſſorem, niſi per electionem, licentia data per eū
38 videretur eodē modo intelligenda, † ſicut licētia vel inueſtitura alterius prælati, ut ad propoſitū, loquens in Imperatore tradit Præpo. in d. c. 1. qui ſuc. tene. num. 5. & in rege, in licentia teſtandi, loquitur Marin. in q. 27. & quicquid ſit in gratijs, in hac licentia ſeu gratia teſtandi, illa debet ſequinaturam actus principalis, nec facit actum, vel diſpoſitionem irreuocabilem, ut per Marin. in locis ſupra citatis ad ſecundum dubiū. Quod uero replicatur conceſsionem non fuiſse factā ſine cauſa, ex quo interuenit pecunia, & inſtan-
39 tia emphyteutæ † volentis teſtari de re nondum deuoluta, quo caſu ſufficit uoluntas domini, & emphyteutæ, per trad. per Lauden. in c. 1. §. donare, qualiter olim feud. pot. alien. & Cur. iun. trac. de feud. 4. par. principali. q. pen. uerſ. ſtat ergo firma concluſio. & quia d. Facinus melioraui dictam domum & ad illam habebat affectionem, unde merito ſibi fuit conceſsa licentia, per tradita per Fely. in dictis meliorationib. in d. conſi. 42. nume. 7. Tollitur ex eo quod nihil refert an cum cauſa, uel ſine fuerit conceſsa d. licētia, cum ſatis ſit q̄ illa ceſſat, prædecedente concedente, ut ſupra, etiam ſi omnia concurrerent, de quib. in dubijs, nec ſufficit uolūtas domini, & emphyteutæ, vt ſucceſſor teneatur, ſed alia exiguntur, ut ſuperius comprobatum extitit. Vltra quòd talis licentia, etiam in ſummo Pont. teſtandi de bonis eccleſiæ non paſſim eſt concedenda, ſed de
40 honeſtate exigitur cauſa, † vt per Clar. in §. teſtamentum. q. 27. uer. ſed quæro. citatum in dubijs,
&

& quicquid ſit in illis licentijs, per pontificem
ſummum conceſſis, in his alind eſt, quod non
operantur in præiudicium ſucceſſoris, ut late ſu-
pra comprobatum extitit.

Ad id autem quod reſpondetur ad conſilium
Gabr. nume. 51. quod ſucceſſor non tenetur ſer-
uare contractum præceſſoris, niſi fuerit vtilis ec
cleſiæ, & quod hoc caſu fuerit vtilis propter me
lioramenta, & ptopter pactum de ſurrogando
proprietatem æquiualentem, & ut in dubijs, re-
ſplicaẽ qđ dato ꝙ fuerit vtilius eccleſię ꝙ conce
dere talem licentiam, de qua tamen utilitate nõ
credo in proceſſu conſtare, & ſurrogatio alte-
rius proprietatis nocuiſſet eccleſiæ, quod nõ ad
mittitur, ut fuit reſponſum ſupra ad tertium du-
bium, hoc tamen non ſat eſſet ut ligaretur ſuc-
ceſſor, cum de natura illius licentiæ ſit, ut expi-
ret prædecedente concedente, ut ſupra ſatis, &
ſuper comprobatum fuit.

Non obſtãt etiam reſponſiones, quæ dantur
ad dictos contex. in dictis titulis feud. qui ſucce.
feud. da. tene. & qui ſucceſſ. tene. & alios ſupra
citatos, & primo, quod actus poteſt dici conſu-
matus, ex quo cœpit d. Facinus niti gratia, & ſo-
lemniter, & legitime fuerit teſtatus, quia ut ſu-
pra in primo dubio oſtenſum fuit, hoc non ſuf-
ficit, ut obligetur ſucceſſor, nec uideo rationem
uel auctoritatem id comprobantem, præter
Nat. & D. Burſat. qui ut dixi, merito reprobãtur
a Gabri. & loquuntur in diuerſo caſu, diuerſam
rationem habente. ſicut etiam ceſſat id, quod
ſubiungitur gratiam ipſam fuiſſe cõſummatum
in uita, ita ut impoſſibilis eſſet alia cõſummatio,
cum mors tantummodo teſtantis expectaretur,
quæ nimis ſera fuit. nec eſt dicen. quod ipſe de-
buiſſet ſe interficere, quod abſurdiſſimum eſſet,
ideo uidetur quod nihil ſibi poſſit imputari, ſi
morte concedens fuerit præuentus, & propte-
rea ſucceſſor teneatur, quia mors non perficit
actum teſtando, ſed ea mediante uoluntas te-
ſtatoris iam perfecta confirmatur, ficte ſcilicet
41 per mortem, & uere ab adita hęreditate, Guliel.
de Benedic. in c. Raynutius. in uer. mortuo itaq;
teſtatore, num. 1. & ſeq. Nat. in reper. l. hac con-
ſultiſſima. §. ex imperfecto. nume. 28. de teſtam.
Cur. iun. conſi. 127. num. 7. & quæ quidem con-
42 firmatio maiorem validitatem † teſtamento non
addit, ut illud amplier, uel reſtringat, arg. l. Aure
lius, §. teſtamento facto. de libera. lega. ſed tan-
43 tummodo illud perpetuum † facit, ut amplius re
uocari non poſſit, cap. cum Marthæ, uerſic. cete-
rum. de celebr. mis. unde uidetur quod fuit fa-
ctum teſtamentum perfecte ratione formæ, li-
centia fuerit conſumata, & hoc ſolum uidetur
conſiderandum, an teſtamentum ſit perfectum
44 ratione formæ, † licet ſit in pẽdenti quo ad exe-
cutionem, ut ſenſit Soci. conſilio 113. in fi. t. vol.
Marin. d. q. 27. num. 4 & Dom. Burſat. conſi. ſuo
30. num. 40. Namque reſpondetur, non ſat eſſe
factum fuiſſe teſtamentum, ut ſucceſſor tenea-
tur, ut ſupra abunde comprobatum fuit, cũ nec
etiam ſat eſt quod facta fuerit inueſtitura, quod
plus eſt, & inueſtitus acceperit poſſeſſionem rei,
ſine tamen conſenſu primi uaſalli. Et licet non
ſteterit per Facinum, ſed per caſum, hoc nihil eſt,
quia non cõſideratur cuius facto caſus eueniat,
& an culpa inueſtiti, uel licentiam habentis ſeu
fortuna, ſed an feudum, uel emphyteuſis aperia
tur poſt mortem concedentis nouo ſucceſſori,
tempore quo nondum venerat caſus purificatæ
conditionis uel diei, ſub qua nouus emphyteu-
ta uocatus eſt, & hic eſt punctus huius cauſæ, &
neruus, iudicio meo, indiſſolubilis, ut nodus
Gordianus, ad quod poterat d. Facinus, ſi uoluiſ
ſet conſulere peritiores, bene animaduertere, &
occurrere ſi uoluiſſet, alienãdo inter uiuos rem
illi cui eam uolebat in ultima uoluntate relin-
quere, uel faciendo ipſum inueſtiri in caſu quo
ipſe ſine filijs prędeceſsiſset, cum eius conſenſu,
& dãdo etiam poſſeſsionem eidem, quo caſu tu-
tus erat, ne per mortem inueſtitoris, dñi, præde
cedentis ante eum, res ad eccleſiam deuolueret,
ſed quia nolebat illam habere inter uiuos, ſed
uoluit poſſe de ea re, etiam in alios diſponere, nõ
mirum ſi male ſibi conſuluit. Igitur imputandũ
eſt ei, qui quod potuit noluit, quod uoluit adim-
plere nequiuit, l. multum intereſt, C. ſi quis
alte. uel ſibi.

Nec, ut dixi, eſt conſiderandum tempus teſta
menti, uel quod rite, recte, & ſolemniter fuerit te
45 ſtatus, quia oportet quod intercedat † mors te-
ſtatoris, ut hęres poſſit acquirere dominium rei,
quod tranſit in eum mortuo teſtatore. d. l. cum
hæredes, in prin. adita hæreditate, ſed cum in ip-
ſo articulo mortis, & emiſsione ſpiritus teſtato
ris, ipſum dominium utile cõuolet ad directum,
nec amplius ſit in hæreditate, & acquiratur ec-
cleſiæ, ceſſant omnia conſiderata in dubijs, de
confirmatione uoluntatis teſtatoris per mor-
tem illius, quæ tantum reddit teſtamentum
irreuocabile.

Pariter etiam tollitur eadem ratione, quòd in
dubijs ſubiungitur, reſponden. ad dictum con-
ſilium Gabr. num. 41. quod ex dicta licentia fuit
quæſitum ius teſtatorem, licet non hæredi an-
te mortem, ex quo teſtamentum mutari potuit
ſecundum naturam ultimæ uoluntatis. l. quarta.
de adim. leg. & dominus dando licentiam teſtã-
46 di, uidetur eam dediſſe ſecundum formam † le-
gis. l. ſi quando, in prin. C. de inoffic. teſtam. Iaſ. in
l. 3. num. 4. C. de iu. emphy. & hoc caſu tempus
licentiæ & aſſenſus eſt conſiderandus, quo tem
pore nihil eſt actum ſub conditione, ſed pure,
quamuis executio illius actus expectetur poſt
mortem, ut in dubijs: namque admittimus, quòd
licentia cenſeatur conceſſa ſecundum naturam
actus, & in terminis fuit citatus Mari. Frec. ſu-
pra in reſolutione ſecundi dubij. ſed animaduer
ten-

tendum eſt, quod conceſſio huius licentiæ eo
non tendebat.ut poſſet emphyteuta teſtari tan-
tum de re emphyteutica, vel in vltima volunta-
47 te diſponere, quia illud potuiſſet facere† ſine ali-
qua licentia, ut per Doct. in d. l. ſi domus, & per
Clar. in d. q. 15. ſed ideo licentia petebatur,
& concedebatur, quia cum non poſſet de re ip-
ſa emphyteuta diſponere. cum ſine deſcenden-
tibus decederet. & non obſtante teſtamento de-
uolueret ad eccleſiam, ut ſupra dictum fuit, per
lineam finitam, voluerunt partes quod domi-
nium vtile acquireretur hærędi, quod non pote
rat acquiri tempore teſtamenti, & nō interce-
dente morte teſtatoris, eo teſtamento non mu-
tato, ideo iuſte negari non poteſt, quin acquiſi-
tio huius dominij, eſſet facienda ſub ea conditio
48 ne, vel ſaltem ſub illa die incerta † mortis teſta-
toris, quæ incerta eſt omnibus, l. 1. §. 1. de condi.
& dem. & ſic importat conditionem, ut admitti
tur in dubijs, igitur tempus licentiæ vel teſta-
menti, non poteſt haberi in conſideratione, ſed
mortis, quo tempore acquiſiturus erat domi-
nium hæres, & exinde recepturus inueſtituram,
qui caſus nō euenit, quia per mortem concedē
tis licentiam tota hæc machina corruit, nec po-
tuit dominium quęri hæredi, ſed tranſiuit in ec-
cleſiam, prout ſi fuiſſet inueſtitus hæres a defun-
cto ſub conditione, uel tempore, ut in dictis
capitulis feudalibus.

Nec eſt etiam vera alia reſponſio, quæ datur
in dubijs, ad dictum c. primum, qui ſucceſ. tene.
& ad alia ſimilia iura ſupra citata, quod loquun
tur in caſu diuerſo, cum nos verſemur in conceſ
ſione pura, quæ ſola præſtatione conſenſus per-
ficitur, cum potuiſſet prælatus conſentire dona
tioni, quam feciſſet emphyteuta in præiudiciũ
ſucceſſoris, & fuit data licentia habenti ius in
emphyteuſi. & exiſtenti in poſſeſſione quę etiam
ſupra in dubijs fuere ad longum adducta, nam-
que ſupra fuit oſtenſum immo nos verſari in ca
ſu nedum ſimili, ſed fortiori, & maiorem ratio-
nem excluſionis emphyteutę habente, cum non
ſufficiat licentia, nec teſtamētum, niſi etiam eue
niat conditio uel dies, viuente concedente, ut
dominium acquiri poſſit inſtituto, vel legatario,
vt ſupra, & licet potuiſſet prælatus præiudicare
ſucceſſori, ſi licentiam alienandi conceſſiſſet, &
alienatio fuiſſet ſubſequuta, ſecus tamen eſt, dan
do licentiam teſtandi, cum ſit alienatio quæ ſe-
quitur ſub conditione, uel in diem, quo tempo-
re ſi is prædecedat, non ualet aſſenſus, uel licen-
49 tia, ſed pertinet† ad ſucceſſorem, & ratio diffe-
rentiæ eſt in promptu, cum primo caſu ipſe di-
ſponat de eo, quod ad ipſum pertinet, cum do-
minium ſuo tempore per alienationem transfe
ratur in alium & ad ipſum pertineat facere inue
ſtituram: in ſecundo uero caſu non, ſed de eo
quod pertinet ad ſucceſſorem, quod facere mi-
nime pōt, unde ſicut ualet inueſtitura ſimplex,
& pure facta de re emphyteutica, in præiudiciũ
ſucceſſoris (ſeruatis tamen ſeruandis) non autē
ſub conditione, uel tempore, niſi ſua uita duran
te purificetur conditio uel veniat dies, ita valet
licentia alienandi, ſi fiat alienatio, & ligat ſucceſ
ſorem, non licētia teſtandi, eo prædecedente ut
ſupra fuit reſponſum.

Et hic caſus eſt omnino ſimilis illi, quem Ma
gnificus Dom. motiuans adducit, de promiſſio-
ne facta de inueſtiendo aliquem de feudo, ſub
conditione, uel tempore, quia dando licentiam
diſponendi in ultima uoluntate, cenſetur domi-
nus promittere inueſtire hæredem, uel legata-
rium, cum illi fuerit acquiſita res, & ſic ſub con
ditione, uel die, quod minus eſt quam inueſtire
illum ſub ea conditione, ut ſupra fuit dedu-
ctum. Et quidem me tædet, in re tam clara tot
effundere uerba, quod cogor facere reſponden
do tam prolixis motiuis, reſponſionibus, & repli
cationibus. cum tamen veritas in paucis conſi-
ſtat. Concludo itaque quod ſicut in caſibus il-
lorum iurium inueſtitus ſub ea conditione, uel
tempore, non poteſt rē habere, prędecedente in
ueſtitore, quod idem ſit conceſſa licentia teſtan
di, & facto teſtamēto, cum hæres pure, & ſtatim
rē habere nequeat. ſed adueniente conditione ſi
teſtator obijerit nō reuocato teſtamēto, & dies
mortis euenerit teſtatoris, nec hoc caſu maius
ius hēt hæres, quam is, qui eſt inueſtitus ſub con
ditione de alieno feudo, vel emphyteuſi, ſed lon
ge minus, cum debeat etiam dicto caſu recipere
inueſtituram ad quod inueſtitus non tenetur, ut
ſupra abunde tactum fuit. & falſum eſt, quod ius
reale aliquod fuerit tranſlatum in hæredem uel
in obtinentem licentiam, nec id iure aliquo pro
batur, nec uideo quomodo actus poſſit dici cō-
ſummatus facto teſtamento, cū illius vigore hæ
res vel legatarius nihil poſſit habere, niſi eo non
mutato, prędecedat teſtator, ſicut nō uideo quo
modo poſſit fieri fundamētum in poſſeſſione te-
ſtantis, quam ſemper habuit, ut confirmetur aſ-
ſenſus, cum iura, & Doct. exigant, quod talis poſ
ſeſſio non relaxetur, uel ſit penes primum em-
phyteutam, vel vaſallum, ſed tradatur ſecundo
inueſtito, & ſic debuiſſet tradi legatario, uel hæ-
redi in ea re inſtituto, & non ſolum hoc non eſt
factum, ſed nec etiam conſtat ipſum vnquam
conſenſiſſe ſuę inſtitutioni, uel legato, uel forte
de eis ſcientiam habuiſſe ante mortem primi te-
ſtoris, ut ſupra dixi. Et his ſtantibus optime mili
tat doctr. Bar. in l. pluribus. §. 2. de verbo. oblig.
quod quando res deuenit ad eum caſum a quo
50 incipere † non potuit, vitiatur, nec retrotrahi-
tur, cum extrema non ſint habilia.

Nec obeſt quod quando caſus ſuperueniens
51 tendit ad eumdem effectum, & finem, non† vitie
tur actus, vt per Bar. in d. l. in §. & ſi placeat. nu. 2.
& Dec. in l. in ambiguis. §. non eſt nouum. nu. 2.
de regu. iur. quia illud procedit, quando actus a
prin-

principio eſſet validus, perfectus, & conſumma
tus, ut in caſu. §. ex contrario, Inſtit. de lega. Se-
cus ſi expectet aliam perfectionem implementi
52 †conditionis, vel quid ſimile, ut per Dec. ibi. vn
de cum ante teſtatoris mortem actus licentiæ,
& teſtamentum euanuerint, quo ad rem hanc
per mortem prælati cōcedentis, dominium, non
poteſt quæri inſtituto, ſed eccleſiæ, ut in dictis
iuribus feudalib. probatur.

Poſtremo loco, nihil valet reſponſio data ad
dictum conſilium Gabr. num. 32. quòd mens, &
intentio partium eſſet, vt hæres ſcriptus inue-
ſtiretur, qui effectus ante mortem teſtatoris ſe-
qui non potuit, negando eam fuiſſe intētionem
partium, cū potius (vt dicitur in dubijs) illa fue-
rit, vt teſtator, qui de ea re teſtari non poterat,
fieret habilis ad diſponendum de ea, & valide de
ea diſponere poſſet, & mediante tali teſtamento
exinde inueſtiretur hæres, licet extraneus, qui
aliter ut incapax inueſtiri nō potuiſſet, niſi prius
fuiſſet inſtitutus. Et cum uoluntas teſtatoris ſit
ambulatoria vſq; ad exitum uitæ, tacitè uidetur
actum quòd etiam ſi poſt mortem concedentis
ſuperuixiſſet teſtator, tenetur ſucceſſor illum in-
ueſtire, argumen. l. 2. ubi Dec. de iuriſdict. omn.
iudic. vbi not. quòd quando aliquid eſt conceſ-
ſum, omnia cenſentur conceſſa, ſine quib: con-
ceſſio facta eēt inutilis, ſicuti ecōtra uno phibi-
to, omnia cenſentur prohibita. l. oratio. de ſpon
ſa. Namque negari non poteſt quin finis, & effe-
ctus licentiæ conceſſæ, ille ſit, vt ad emphyteu-
ſim ipſam admitteretur inſtitutus, vel legatarius
qui poſt mortem teſtatoris erat inueſtiendus, vt
etiam fatetur Dom. motiuans, ſed hic effectus
& finis viuente teſtatore haberi non poterat,
ſed eo mortuo, & mortuo aliter non mutato te
ſtamento. Vnde negari non poteſt, quin iſta do
minij acquiſitio hęredis, ſuſpenſa eſſet, vſque ad
euentum conditionis, vel diei, ſicut erat acquiſi
tio facienda in caſu inueſtituræ factæ alteri, ut
poſt mortem primi vaſalli poſſidentis illud ha-
beret, ut in dd. cc. qui ſuc. tene. Sicut igitur in ca
ſibus illorum iurium deficit inueſtitura, quia fi-
nis, & effectus a partibus conſideratus non po-
tuit haberi ante mortem inueſtitoris, per quam
omnia corruunt, ita in caſu iſto: & tanto magis,
cum minus ius haberet inſtitutus, quàm inueſti
tus. Nec alicubi probatur inueſtitorem uoluiſ
ſe obligare ſucceſſorem ad inueſtiendum tali ca
ſu inſtitutum, & ſi id voluiſſet, non potuiſſet, ut
in dictis iurib. cum poteſtas deficiat, aliàs eſſet
in poteſtate prælati præiudicare omnibus ſuc-
ceſſorib. & deludere omnes iuris diſpoſitiones.
Et quib. apertiſsime conſtat, nullo modo defen
di poſſe primā ſententiā, cum iuſtè per ſecundā
fuerit reuocata, & confirmandā eſſe ipſam poſte
riorem ſententiam, vti iuſtam, & æquā, prout in
53 dubio fieri debet † fauore eccleſiæ. l. ſunt perſo-
næ de relig. & ſump. fun. Cæterum ex alio tan-
to magis ſententiam ipſam confirmandam fore
cenſeo, cum (ut audio) Dom. Facinus aliud ſe-
cundum teſtamentum condiderit, quod ſuſtu-
lit primum dicto §. poſteriore. & condendo pri
54 mum teſtamentum conſumpta† fuit licentia te-
ſtandi, quæ de primo teſtamento eſt intelligen-
da, Dec. conſil. 512. Cur. iun. conſi. 178. num. 22.
& in eadem cauſa, Soci. iun. d. conſi. 89. num. 22.
Tiraquel. in repet. l. boues. §. hoc ſermone. in re-
gula, num. 12. uer. 8. & num. 128. uerſic. 78. Bor-
gni. in tracta. de vſufru. mulie. reli. num. 195. &
firmat Dom. Burſat. in d. conſil. 30. nu. 56. ſubla
to igitur primo teſtamento per ſecundum, cum
ſecundum cenſeatur conditum ſine aliqua licen
tia, utrunq; quo ad hæc bona emphyteutica re-
55 manet† nullum, per trad. per Borgni. illic, num.
197. & in terminis iſtis firmat Marin. Frec. d. li-
mit. 22. num. 70. & in quæſt. 10. fere per totum;
Quod ex abundanti uolui etiam in medium ad-
ferre, licet ſciam primum fundamentum nullam
(iudicio meo) poſſe pati iuridicā difficultatem.
Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertazzol.

ARGVMENTVM.

Laudemium, an ſit ſoluendum, & an inueſtitura ſit accipienda a primo domino mediato, an uerò a ſecundo immediato?

Res eccleſiæ, quomodo non poſsint alienari ſine ſolemnitatibus?

Inueſtituræ conceſſæ, quomodo euertantur itidem propter non ſeruatas ſolemnitates?

Præſcriptio contra eccleſiam, quando & quomodo non currat?

SVMMAE.

1 *Laudemium debetur primo domino, & ab illo eſt accipienda inueſtitura.*

2 *Quod procedit nedum in emphyteuſi, ſed in feudo.*

3 *Etiam quòd dederit primus dominus licentiam alienandi cuicunque.*

4 *Emphyteuta ſecundus alienare volens, tenetur petere licentiam a primo domino*

5 *Et ſi non vendat pro allodio, ad primum dominum pertinet vendicatio.*

6 *Laudemium ſi alicui eſſet debitum, illud reperiretur expreſſum.*

7 *Et debetur etiam melioramentorum in ea emphyteuſi factorum.*

Alie-

8 *Alienatio rei eccleſiaſticæ, eſt nulla ſine cauſa.*

9 *Debet autem eſſe cauſa vrgens neceſſitatis, vel vtilitatis cum authoritate Pontificis.*

10 *Liuelli conceſſio, vel in emphyteuſim, idem eſt.*

11 *Et vterque modus, eſt alienatio.*

12 *Decimarum conceſſio facta per quoſcunque prælatos laicis, eſt annullanda.*

13 *Nec fit diſtinctio, an ſint antiquæ decimæ, an noualium.*

14 *Decimæ noualium, continentur decimarum appellatione.*

15 *Prælato non creditur de cauſa alienandi.*

16 *Sed debet conſtare ex inſtrumento.*

17 *Inueſtitura ex falſa cauſa vitiatur.*

18 *Falſitatis cauſæ defectum non ſupplet authoritas ſummi Pontificis.*

19 *Falſa cauſa finalis vitiat ſententiam.*

20 *Laico non poſſunt concedi decimæ.*

21 *Inueſtitura prima, ſi non habet ſuas ſolemnitates, non poteſt res locari, vel concedi, quaſi ſolita locari.*

22 *Actus reiteratio, vel ratificatio, non valet, quando primus actus eſt erroneus, & moti fuerunt contrahentes ex cauſa finali non vera.*

23 *Conceſſio ſecunda, vel vlterior, non valet, ſi prima cauſa eſt falſa, ſuper qua eſt fundata prima.*

24 *Decimas noualium qui vult percipere, quid debeat probare.*

25 *Solutionem debet probare ille, qui ſoluere debebat.*

26 *Caducitas illius excuſatur, qui habet ignoratiam inueſtiturarum antiquarum.*

27 *Et ſi non fuit priuatus emphyteuta, vix poterunt eius hæredes priuari.*

28 *Actus vitiatur ex defectu cauſæ neceſſariæ ceſſante.*

29 *Eccleſia non poteſt alienare ſine euidenti vtilitate, qua licet conſtet, debet tamen interuenire auctoritas Pontificis.*

30 *Quod habet locum in re paruum vtili.*

31 *Contractus male facta alienationis, an ſit ipſo iure nullus, an vero inualidus?*

32 *Eccleſiæ bona vt alienentur ſine vtilitate non debet permittere ſummus Pontifex.*

33 *Compromiſſum factum in laicos, non valet de re ſpirituali.*

34 *Quod tanto magis procedit, ſi ex eo ſequatur alienatio rerum eccleſiæ.*

35 *Prælatus ſucceſſor non tenetur ſtare compromiſſo prædeceſſoris.*

36 *Conceſſio ſecunda non iuuat, facta reſpectu primæ, quæ fuit nulla.*

37 *Scientia & conſenſus Pontificis interueniſſe præſumitur ex lapſu longiſſimi temporis.*

38 *Eccleſiæ bona male alienata vna cum fructibus ſunt reſtituenda.*

39 *Eccleſia poteſt reuocare conceſſiones ad meliorandum, ſi nulla facta fuit melioratio.*

40 *Præſcribitur contra eccleſiam ſaltem tempore immemorabili.*

41 *Solemnitates præſumuntur interueniſſe ex lapſu longiſſimi temporis.*

42 *Præſcribere non poteſt laicus decimas aliquo tempore.*

43 *Præſcriptio immemorialis, an probetur ex centenaria præſcriptione.*

44 *Præſcriptio centenaria non habet vim priuilegii, data perſonæ incapacitate.*

45 *Præſcriptio interrumpitur per litem motam.*

46 *Mala fides eſt in eo, qui acquirit rem eccleſiæ ſine ſolemnitatibus.*

47 *Et qui in re ſpirituali fundat ſe in authoritate Principis ſecularis.*

48 *Et in eo eſt, qui tenebatur colere res, & non fecit, neque etiam præſcribit tempore immemoriali.*

49 *Solemnitates in inſtrumentis non enunciatæ, vix poſſunt præſumi.*

50 *Solemnitates debent interuenire in alienatione rei eccleſiæ, contraria conſuetudine non obſtante.*

51 *Alienatio ſi fiat rei eccleſiæ per procuratorem, debet conſtare ſolemnitates interueniſſe in mandato.*

52 *Prælatus primus concedens non poteſt obligare ſucceſſorem.*

53 *Præſcriptio non obeſt eccleſiæ, cuius res fuerunt alienatæ ſine ſolemnitatibus.*

54 *Nec currit, donec prælatus viuit, qui rem alienauit, & qui poterat illam reuocare.*

55 *Et poteſt peti reſtitutio aduerſus illum intra* qua-

*quadriennium ob ignorantiam & ob læ-
ſionem.*

56 *Præſcriptio non currit propter malam fidem contrahentis, ſi contractus eſt nullus.*

57 *Læſione in demonſtranda attenditur tempus contractus.*

58 *Reſtitutio peti poteſt aduerſus præſcriptionem quadragenariam.*

59 *Et in eccleſia eſt communis opinio.*

60 *Titulus ex inueſtitura nulla, eſt non titulus.*

61 *Præſcriptio habet locum, ſi quis per quadraginta annos ſoluit minorem quantitatem, quàm deberet.*

62 *Inueſtituræ nouæ non poſſunt mutari, vel alterari, &c.*

63 *Si ab antiquis ex certa ſcientia non ſit receſſum.*

CONSILIVM XLVI.

In Domino confido:

PLura proponũtur dubia pro parte Illuſtriſſimi & Reuerẽdiſſimi Domini mei, D. Cardinalis Commendoni, perpetui Commendatarij, & adminiſtratoris Abbatiæ S. Mariæ de Gauello, diœceſis Adrien. Quibus ſingulis ſatisfaciendum eſt.

Et primo ſtante licentia conceſſa olim Dom. Ioanni Ziliolo pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, de anno 1511. per Reuerendiſſimum Cardinalem Cõſentiæ, tunc Commendatarium ipſius Abbatiæ, ſeu eius in effectu procuratorem concedendi ad affictum nouennij bona, quæ ipſe recognoſcebat ab Abbatia ipſa, ut in inſtrumento ipſius licentiæ, præſuppoſita eius validitate, an laudemia, quæ debentur domino pro alienatione bonorum facta per conductores, ſeu ſecundos emphyteutas, vel pro noua inueſtitura, accipienda per emptores & acquiſitores ipſorum bonorum, pertineant ad dictam Abbatiam, & ejus Illuſtriſſimum Commendatarium, & inueſtituræ ſint ab eo recipiendæ. In quo dubio concludo, laudemia ipſa deberi primo domino, & ſic dictæ Abbatiæ, & ab ea, & eius Illu-
1 ſtriſſimo Commendatario recipiendam † eſſe in
ueſtituram, non autem ab hæredibus, & ſucceſſoribus d. quondam D. Ioannis. hancq. in terminis decidit Spec. in tit. de locat. §. Nunc aliqua. ver. 105. nu. 129. & ver. 126. nu. 152. quã ſniam etiam tenent Io. Fab. in §. 1. nu. 5. ante fin. Inſtit. eo. ti. Imo. in c. potuit. col. 10. ante fi. nu. 48. & q. C. de iu. emphy. & nu. 88. & in l. 3. §. ex contrario. 2. lect. nu. 28. de acqui. poſ. & Bertrand. cõſ. 3. num. 45. 3. uolum. 2. par. Et idem procedere
2 † in feudo, uoluere And. de Iſer. in ti. de prohib.
feu. alien. §. illud quoq;. num. 3. ubi Aluaro. col. 3. & Præpo. num. 2. Affli. in tit. de capitu. Conradi. in §. præterea. num. 16. Paris de Put. in tracta. de feud. reintegr. in §. An quando is. num. 3. &
** ſeq. fol. 85. quam ſententiam eſſe magis cõem**
atteſtatur Iacob. de S. Geor. in tract. de Feud. in ver. & cum pacto de non alienando. num. 21. & 22. Quod ampliatur procedere, etiã ſi dominus in inueſtitura, emphyteutæ, vel vaſallo, licẽtiam dederit alienandi rem cuicumque uoluerit; licet enim eo caſu a primo dño licentia non exigatur de alienando laudemium, tñ primo dño ſoluen
3 dum eſt, cum non † propterea cenſeatur remiſ-
ſum laudemium ipſum a dño directi, voluerunt Bald. in d. l. fi. in addi. nu. 3. verſ. ſed iuxta primũ, & illic Saly, nu. 2. Soci. iun. in conſ. 70. num. 11. & nu. 27. ad fi. 3. uol. Clar. li. 4. ſen. §. Emphyteuſis. q. 23. ver. ſed quid ſi in ipſa. & noue Guliel. Redoan. in tract. de reb. ecc̃le. non alien. in q. 11. de Laudem. pro aliena. & inueſtitura ſoluen. nu. 16. & 17. fol. 380. & ſeq. ſic etiam videmus ſecundum emphyteutam alienare volentem teneri li-
4 centiam petere a primo domino † directi, glo.
in uer. alijs. in fi. ubi Saly. 2. colum. num. 9. & Iaſ. nu. 88. in d. l. fi. poſt Azo. in ſum. eo. tit. 2. colum. ver. ſed quæri poteſt. Spec. in d. verſi. 105. & 126. Guliel. Bal. & Aret. in l. filiusfa. 2. col. de acq. hær. Iac. de S. Geor. d. nu. 21. 22. Iaſ. in d. §. ex contrario, col. antepe. Fely. in c. quæ in eccleſiarũ. nu. 99. uer. 4. de clar. de conſtit. ad quem etiam per-
5 tinet reuocatio, † & uendicatio, ſi res uendatur
pro allodio, & iure proprio, ut per Felyn. ibi. & Cur. iun. in tract. de feu. 4. par. num. 86.

Et tanto clarius hæc reſolutio procedit, cum in inſtrumento dictæ licentiæ fuerit conuentũ, quod quoties bona deuoluerent, & decaderent locata alijs pertinerent ad ipſum Do. Ioannem & ſuos hæredes, & ſucceſſores, qui tamen eſſent de eis reinueſtiendi ab Abbatia, pactis, modis, & ſolemnitatibus conſuetis, nam ſi voluiſſent
6 etiam alijs caſibus deberi laudemia † emphyteu
tę, & ſuis, ita expreſſiſſent, argum. capituli, ad audientiam. de decim. & Luni. §. ſin autem ad deficientis. C. de Cadu. tol. Concludo igitur in hoc primo puncto laudemia Abbatiæ deberi, quæ certum eſt deberi, nedum de æſtimatione rei datæ in emphyteuſim, ſed melioramentorum
7 † in ea factorum. Iaſ. in d. l. fi. num. 44. & Guliel.
Redoan. loco præcita. nu. 18.

Secundo proponitur dubium ſuper inueſtitura decimarum noualium facta per procuratorẽ d. Illuſtriſ. Cardinalis Conſentię, Cõmẽdatarij ipſius Abbatiæ, de anno 1503. Baptiſtæ de Farinis, quæ poſtea renouata fuit D. Ioãni Ziliolo prædicto & ſeu de nouo ei facta inueſtitura,

an

an ualuerit nec ne? Et data eiua ualiditate, an
compræhendantur alia terra, quæ tunc in eo
loco eolebantur.

Et idem quia hæredes ae ſuceeſſores d.q.D.
Ioannis exigunt etiam decimam aliorum bono
rum, quæ fuerunt illorũ de Lardia. Præterea non
ſoluunt etiam canonem conuentum librarum
decem eerę, vt in inueſtitura dicti Farinæ, & ſue
ceſſiue ipſius D. Ioannis. Cuius dubij facilis eſſet
ſolutio, ſi factum, vt proponitur, ſe haberet, nec
aliud obſtaret: namque cum non appareat neceſ
ſarias ſolennitates in huiuſmodi alienatione re
rum eccleſiaſticarũ, nulla proculdubio fuit alie
8 natio, nec translatum † fuit dominium in reci-
pientem. c. ea. n. §. huius. x. q. ij. ca. ſine exceptio-
ne. 12. q. 2. & in præpoſito non poteſt fieri alie-
9 natio, niſi in eaſu neceſsitatis, vel vtilitatis, & vl
terius exigit auctoritas ſummi Pontifi. vt in ex
trauagan. Pauli 11. Ambitioſæ. de rebus eccl. nõ
alien. Et quòd duo hæc exigantur, ſolemnitas,
& cauſa iuſta neceſsitatis, vel vtilitatis, ad propo
ſitum trad. Decius conſilio 142. nume. 4. Ioan.
Bap. Ferret. conſ. 248. num. 9. & conſ. ſequen. &
num. 9. & 12. & 294. nu. 4. & Guliel. Redoan. in
d. tracta. in rub. de cauſa vtili. numero 196. fol.
133. Nec eſt dubium, quin conceſſio in emphy-
10 teuſim, vel ad liuellum, † quæ idem importare
videtur, ſaltem ex communi vſu loquẽdi, vt per
Iul. Clar. in d. §. emphyteuſis. qõ. prima, in princ.
11 ſit † alienatio. c. nulli. de rebus eccleſiæ alie. uel
non. & d. extrauagã. ambitioſæ. in princip. Deci.
dicto conſilio 142. nume. 2. & 3. Ferrer. in d. cõ
ſilio 248. nu. 9. & ſequen. & Guliel. Redoan. di-
cto tract. titu j. §. ſimiliter dare in emphyteuſim.
in princip. fol. 23.

Secundo non ualuit dicta inueſtitura, & con
ceſſio facta de decimis laico, qui eſt incapax de-
12 cimarum, & omnis conceſſio † facta poſt conci
lium Lateranen. per quoſcunque prælatos, an-
nullatur, c. cum apoſtolica. de his quę fiunt a prę
la. ſine conſen. cap. & c. cum prohibitum. de de-
cim. & videtur probari in c. 3. de priuil. in prin.
quod trad. late Couarru. libro primo ſuarum re-
ſol. c. 17. nu. 5. & ſeq. Bero. conſilio. 21. in princ.
& nume. 4. primo uol. & Redoan. dicto tract. q.
8. de decimarum infeuda. numero 9. 12. & 13.
& 20. fol. 365. & ſeq. ubi dicit, quod ſolus Papa
poteſt reddere laicum capacem decimarum. Et
tanto minus poteſt concedi in ſucceſſorem, ca.
13 ad hoc, de decim. Nec fit diſtinctio, † an ſint de-
cimæ antiquæ, uel noualium, niſi in certis caſi-
bus, ut ſi ſit facta conceſsio laico, quæ eſt odio-
ſa, & ſtrictiſsime interpretanda, c. tua. §. primo.
de decim. ſecus igitur in aliis caſibus, quia deci-
14 mæ noualium decimarum † appellatione com-
præhenduntur: capitulo, ex parte. il terzo. & ibi
glo. & Doctores, eodem titu. Couarru. dicto ca-
pitulo 17. numero 10. Nam rationes, quibus pro
hibetur decimarum conceſſio, tam in antiquis,
quam in noualibus, procedunt, & ubi eſt eadẽ
ratio, illic eſt eadem iuris diſpoſitio. uulga. l. il-
lud. ad legem Aquiliam. & l. a Titio. de uer. borũ
obliga. Et vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtin-
guere debemus, l. de pretio. ubi glo. de Publicia.
Verum video allegari ſententiam latam ſuper
huiuſmodi conceſsionibus decimarum, per cõ
miſſarios apoſtolicos in inſtrumento inueſtitu
ræ factæ D. Ioanni de anno 1511. quæ uideri nõ
potuit, & quæ poſſet eſſe talis, ut omnino coge-
retur ſententiam mutare, quia ex facto ius ori-
tur. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ubi dicit Albericus,
quod modica mutatione facti, totum ius muta-
tur, ad legem Aquiliam. Et propterea ut con-
gruum reſponſum conſulenti reddi poſsit, fa
ctum inſerendum eſt, l. ut reſponſum. C. de tran
ſactio. Amplius igitur deliberandum erit, & in-
terim ſuſpendendum Iudicium, donec dicta ſen
tentia uideri poſsit. Illud autem interim non
omittam, quod teſtes illi illegitime examinati,
tempore dictæ factæ primæ inueſtituræ, nihilo
magis illam iuſtificant, & conualidant, cum per
iudicem competentem eſſent recipiendi, non
autem per uicarium prælati alienantis, cui præ-
lato alienanti non creditũ de cauſa alienandi.
neceſſitatis, uel utilitatis eccleſiæ, ne detur mate
15 ria fingendi, † & decipiendi, Federi. de Senis
conſilio 142. Do. Ioanni. & conſilio ſequenti.
Guido Papæ. deciſio. 151. quarta concluſione. ſed
16 debet conſtare † ex inſtrumento. Ferret. dicto
conſilio 248. numero 10. 11. & conſilio 294. Ad
do etiam, quod ubi ex proceſſu, uel ſententia ip
ſa conſtare poſſet, cauſam alienationis non fuiſ
ſe iuſtam, uel fuiſſe falſam, non valeret inueſti-
tura, uel ſententia ipſa, ut de inueſtitura fundata
17 in falſa cauſa, quod ſit nulla, ſcribit Ferret. di-
cto conſilio 248. numero 16. Et quod non ua-
leat etiam confirmatio ſummi Pontificis, quia
18 non ſupplet defectum † falſitatis cauſæ, tradit
Gulie. Redoan. dicto tractatu, in rubrica de cau
ſa incommod. numero 71. & ſequenti. ubi ci-
tat plures deciſiones Rotæ. folio 146. uel ſi ex
aliis probationibus uerioribus poſſet probari,
quia contractus non fuerit in utilitatem eccle-
ſiæ, ſed in læſionem & damnum, corrueret ſen-
tentia lata per delegatos, & inueſtitura, ac con
ceſſio ipſa, per textus in l. & ſi præſes. C. de præ
dijs mino. ut uidetur uelle ad propoſitum In-
nocen. in capitulo, dudum. numero 6. de rebus
eccleſiæ non alienan. Et in emphyteuſi ſcribit
Decius dicto conſilio 141. & late Redoan. di-
cta rubrica, de cauſa utilitatis. numero 155.
cum pluribus ſequenti. folio 131. Et quod fal-
ſa cauſa expreſſa in ſententia, quæ ſit finalis, ui
19 tiet † ſententiam. admittit etiam Ferret. conſi
lio 304. numero 2. & 6. Nec obſtet eccleſiæ rei
teratio, uel multiplicatio inueſtiturarum, & con
ceſsionum: quia præter id quod omnes ſunt in
ualidæ propter incapacitatem perſonæ, quia lai-

20 eo † non poſsunt concedi decimæ, ut ſupra, Re-
doan. d. trac. q. 9. de conceſſione decim. facta per
laicum laico. num. 6. & 7. fol. 369. quando non
interuenerunt ſolemnitates in 1. inueſtitura. nõ
21 poteſt etiam ſecundo locari, † vel concedi res,
quaſi ſolita locari, vel concedi. Alex. conſil. 188.
Viſo, colum. pen. 2. uolum. Ferret. d. conſil. 248.
22 num. 16. nam reiteratio, vel ratificatio actus † nõ
valet, quando primus actus eſt erroneus, & mo
ti fuere contrahentes ex cauſa finali, quam cre
debant eſſe validam, Bald. in l. mater. num. 6. uer.
tu dic. C. de rei vendic. vbi alij, & in conſil. 322.
vidua. num. 1. ver. præterea, quod magis 2. uol.
vbi dicit, quod oportet ſcire ius, & factum, vt va
leat. Pariſ. conſil. 47. nu. 97. 1. volum. Et quod ſe-
cunda vel vlterior conceſſio facta a credente pri
23 mam valere, non valeat, cum ſit fundata † in fal-
ſa cauſa, trad. Inno. num. 4. Abb. num. 8. & Fely.
numero 6. in c. inter dilectos. de fide inſtru. &
Redoan. d. fol. 146. & tanto minus valet ratifica
tio, quando agitur de damno euitando, & ad-
uerſarius de lucro captando, Bald. poſt nume-
rum quartum, uerſiculo, aut interuenit error.
in dicta l. mater.

Cœterum admiſſo quod inueſtitura decima-
rum poſsit defendi vigore dictę ſententię, cuius
validitas ab ea dependere uidetur, non propte-
rea poſſent compræhendi in ea terræ, quæ tunc
temporis colebantur, quæ noualium appellatio
24 ne non veniebant, cũ is qui habet decimas † no
ualium, debeat docere quod agri fuerint noui-
ter ad culturam redacti. Secũdo quod de cultu-
ra non extet memoria hominum. Tertio quod
de locis incultis modici fructus conſueuerunt
haberi, ut eſt text. in c. quid per nouale. ubi gl. In
no. But. 1. not. & Abb. in 3. & gl. in c. 1. de ver. ſig.
& facit ad propoſitum, tex. in c. fi. de priui. ſi ita
que poterit conſtare quod extabant terræ, vel
doſsij, qui eo tempore colerentur, quod ex illis
met teſtibus uidetur conſtare, & ex inſtrumen-
tis, ut tangitur in informatione facti, proculdu-
bio illę non compræhenduntur in conceſsinne.
quod autem ſucceſſores d. Ioannis decimas per
cipiant et ex alijs terris non cõpręhenſis in con
ceſsione nec intra fines illius, expeditum eſt non
poſſe, & aduerſus eos Abbatiam agere poſſe,
cum ea tantum veniant, quæ ſunt intra fines rei,
l. ſi fines, ubi Ang. C. de euict. Et ſi non ſoluerent
canones debitos, & conuentos, poteſt agi ad il-
25 lorum exactionem, cũ illis incumbat onus † pro-
* bandi ſolutionem. gl. communiter * recepta in
l. 2. C. de iu. emphyt. l. 1. C. de probat. Doct. in l.
in illa ſtipulatione, ſi calendis. de ver. obl. Et poſ
ſet etiam agi ad caducitatem, ex quo per bien-
nium neglexerunt ſolutionem. capitu. potuit. lo-
ca. & habetur in authen. qui rem. C. de ſacroſan.
eccleſ. licet forte a caducitate poſsint excuſari,
ex quo habent ignorantiam inueſtiturarum an-
26 tiquarum, & ſucceſſerunt † in factum alterius.
l. qui in alterius, ubi Dec. & Cagn. ad propoſitũ,
de regu. iur. Et cum non fuerit priuatus primus
27 emphyteuta viuens, uix † poterant hæredes, &
ſucceſſores priuari. Cuma. conſil. 144. prælatus.
colum. pen. Caſſad. dec. 2. de loca. num. 2. Rui.
conſilio 128. numero 8. in 1. & Curt. iun. conſi-
lio 142. numero 12. & ex his ſatisfactum ſit ſe-
cundo dubio.

Tertium propoſitum dubium in eo conſiſtit,
an inueſtitura de decimis, & quintis terrarum,
de quibus in inueſtitura facta de anno 1475. D.
Antoniolo de Angelino per olim Illuſtrem, &
Reuerendum D. Guronem Matium Eſtenſem,
tunc illius Abbatię Cõmendatariũ, valuerit nec
ne? cum præſupponatur facta ſine ſolemnitati-
bus, ſine licentia, & conſenſu ſummi Ponti ficis,
& in euidentiſsimum damnum eccleſiæ. Et li-
cet poſt mortem ipſius Dom. Antonioli factum
fuerit compromiſſum inter Abbatem illius tem
poris, & hæredes dicti Domini Antonioli, ac
Dom. Ioannem de Ziliolis prædictum qui tan-
dem in eis ſucceſsit, in Sereniſsimum fe. re. Al-
fonſum Ducem Ferrariæ, qui tullit ſuum lau-
dum, in cuius executione fuerunt inueſtiti dicti
hæredes, & dictus Dom. Ioannes, tamen præten
ditur compromiſſum, laudum, & omnia inde ſe-
quuta fuiſſe nulla, & inualida & decimas ipſas
auocari poſſe a poſſeſſoribus, & occupatoribus.
Huius dubij ſolutio pendet pro maiori parte
a ſolutione præcedentis dubij, & adducta in eo
iſti etiam conueniunt. Cum enim non interue-
nerint in conceſsione ſolemnitates neceſſariæ,
nec cauſa ſufficiens neceſsitatis, vel utilitatis,
conceſsio fuit nulla, ut in dubio ſcriptum fuit.

Nam defectus cauſę neceſſarię ceſsans vitiat
28 † actum. Abb. conſilio 41. uidendum. columna
ſecunda, in fi. & colum. ſequen. in primo uolu-
mine, late Guliel. Redoan. in rubrica de cauſa in
commoditatis. numero 38. & ſequen. fol. 144.
& in rubrica de cauſa utilitatis. numero 167. &
* ſequen. fol. 132.

29 Nec ſufficit etiam euidens † vtilitas eccleſię
ſine auctoritate Pontificis. d. extrauag. ambitio-
ſæ. Ferret. conſilio 81. numero 4. & 248. numero
12. & ſine ſolemnitatibus, late Redoan. qui num
quam defecit in hac materia, in dicto tractatu,
in rubrica de caſibus, in quibus ſit alien. rer. ec-
cleſ. ſine ſolemnit. §. uidetur etiam, numero 21.
fol. 250. & in tit. de conſen. §. item ſolum. nume-
ro 5. folio 186. Quod procedit etiam in re pa-
rum vtili, nam & ea poteſt alienari, niſi concur-
30 rat † neceſsitas, quinimmo epiſcopus punitur,
ut per Bertach. in tractatu de epiſcopo, citatum
per Redoan. in titulo de rerum mob. modica.
eccleſ. alienat. numero 48. & ſequen. folio 70.
& Ferret. conſil. 294. nu. 12. Et ex tali nulla alie-
natione nullum transfertur dominium in reci-
piẽtem, Redoan. qui ſeruiet pro Reperto. in eo-
31 dem tract. q. 22. an contractus † malæ factę alie-

na-

nationis ſit nullus ipſo iure, vel inualidus. nu. 4.
& ſeq. fol. 458. & in rubr. de Aucto. præla. §. iſte
quidem. nu. 1. & ſeq. fol. 223. fortius voluit Fer-
ret. in conſi. 32. nu. 24. non licere etiam ſummo
Pontifici ſine cauſa publica vtilitatis, vel neceſ
ſitatis bona eccleſię alienare, per d. c. ſine exce-
ptione. nam cauſa legitima non ſubſiſtente, con
ſcientia nec dantis, nec recipiẽtis eſt ſecuta quo
ad Deum. Archi. in c. non liceat. 12. q. 2. Redoã.
d. rubr. de cauſa incommo. in fi. vbi etiam alios
citat. Nec poſſunt emphyteutę, vel inueſtiti vl
lam vim facere in compromiſſo facto per par-
tes in prædictũ ſereniſ. Ducem, & in laudo per
ipſum lato de anno 1521. cum certiſſimum ſit
33 non valere compromiſſum † factum in laicum
ſuper rebus ſpiritualibus. c. contingit. de arbitr.
Car. conſ. 92. Nobilchi. nu. 15. vbi loquitur in is
terminis decimarum, Lap. alleg. 102. nu. 3. & Re-
34 doan. q. 9. nu. 8. fol. 370. quod tanto magis † pro
cedit, ſi ex eo ſequatur alienatio rerũ eccleſiæ.
Abb. conſ. 62. illud de iure. num. 83. ver. ſed his
non obſtantibus. 1. vol. & Ferret. conſ. 38. nu. 18.
35 Nec prælatus ſucceſſor tenetur ſtare † compro
miſſo prædeceſſoris, niſi ſit vtile eccleſia; Spec.
in §. finitur. nu. 4. de arbi. Redoan. d. tract. q. 5. §.
fi. nu. 18. fo. 344. ſicut etiam inueſtitura ſubſequu
ta in executione dicti laudi, nullum ius prębet li
uellarijs, vel emphyteutis, per ea quæ dicta fue-
re ſupra, in præcedenti dubio, ꝗ quoties non
valet prima inueſtitura, pariter non valet ſecũ-
da, vt erronea: cum enim cauſa eſt falſa, vel non
ſint ſeruata ſeruanda, ſecunda, vel vlterior inue-
36 ſtitura, vel conceſſio nõ † iuuat. Ferret. d. conſi.
248. nu. 14. Et idem, quando non ſuberat eadem
cauſa in ſecunda, vel ſequentibus, quæ extabat
in prima. Ferret. ibi d. nu. 14. & 15. & Redoan. d.
§. item alio. in fine. fol. 248. Et licet ipſe ſereniſs.
Dux forte ſentiens laudum ſuum viribus non
ſubſiſtere, laudauerit impetrãdã eſſe cõfirmatio
nem a ſummo Pontifice, cum tamen non con-
ſtet fuiſſe impetratam, & eius vigore factam in-
ueſtituram, ceſſat omnis ſcrupulus, nec ex lapſu
longi, vel longiſſimi temporis præſumitur inter-
37 ueniſſe ſcientia, & conſenſus † Pontificis. Ferret.
d. conſ. 248. nu. 19. & ſeq. & nu. 24. vbi loquitur,
quando conſtat de defectu cauſę, tametſi illa nõ
ſatis fuiſſet in forma communi, & non valeret ſu
per alienatione rerum eccleſiæ, niſi totus tenor
rei eſſet inſertus in confirmatione, & cum cau-
ſæ cognitione proceſsiſſet, Ferret. d. conſ. 249.
nu. 11. Et ex bis iure videtur concludi poſſe dictã
Abbatiam, & eius illuſtriſsimum Commendata
rium poſſe repoſcere, & repetere dictas deci-
38 mas, & quintas, vti male alienata, vna cum † fru-
ctibus perceptis. c. Apoſtolicos. c. monemus. cũ
pluribus aliis cc. x. q. ij. & late Redoan. in q. 22.
§. ad repetendum. nume. 2. fol. 468. Illud etiam
additur, quod ſi poſſet cõſtare cauſam, propter
quam datæ fuere decimę ipſæ, nempe vt loca bo
nificarentur, & ad culturam reducerentur, lo-
cũ non habuiſſe, poterit etiam ex hoc capite re
39 nocari † conceſsio, & res repeti, vt per Rot. de-
ciſio. 2. nume. 10. & ſequen. in titu. de rebus ecc.
non alie. in antiquioribus. Nec iudicio meo po
tuit fieri fundamentum per partem aduerſam,
& poſſeſſores ipſarum decimarum quod ex lap
ſu tanti temporis præſcriptum fuerit contra ec-
cleſiam reſpectu decimarum, cum regulariter
ſpatio quadraginta annorum aduerſus eccleſiã
præſcribatur. c. de quarta. de præſcri. vel ſaltem
40 tempore immemorabili, vt † multi voluerunt;
vt per Ant. Gabriel. libro 5. ſuarum conclu. titu.
de præſcrip. conclu. prima. nume. 22. Vaſqui. in
c. 89. ſuarum illuſt. contro. nume. 3. verſi. quid di-
cemus. & Alci. conſilio 4. nume. 4. & ſequen. &
conſilio 10. nume. 5. & quia ex temporis longiſ-
41 ſimi lapſu ſolennitatẽ † interueniſſe pręſumitur.
Docto. in l. ſciendum. de verborum obligat. Iaſ.
conſilio 81. in primo volu. Decius dicto conſilio
142. nume. 9. & 10. & 341. nume. 13. & Ferret. di-
cto conſilio 248. nume. 4. & ſeq. maxime nume.
16. 17. Quia quo ad præſcriptionem, cum laicus
ſit incapax decimarum, & non poſsit illas poſsi-
42 dere, non poteſt etiam eas † præſcribere aliquo
tempore. c. cauſam quæ. & ibi Fely. et Pariſ. poſt
alios, de præſcrip. Balb. in tract. præſcrip. prima
par. quintæ par. princip. 7. q. numero 14. & ſeq.
& plures tenentes hanc ſententiam citat Vaſq.
** qui fatetur magis communem, ** d. c. 89. num.
6. & ſequen. quam ſententiam tenet etiam Be-
ro. dicto conſilio 21. numero 18. primo volum.
quam etiam tenet glo. in pragma. ſanctio. de pa-
cifi. poſſeſs. in ver. inquirant. fol. 181. prima col.
Rot. deciſio. 2. de iudi. in nouis. & alij, quos ci-
tat Guliel. Redoan. dicto tracta. q. 8. titu. de de-
cima. infeud. §. ſed quid ſi non apparet. fere per
totum, fol. 572. Et hoc caſu non videtur ẽt poſ-
ſe tractari de immemorabili præſcriptione, cum
adhuc non ſint lapſi centum anni, quod pri-
ma conceſsio facta fuit, tametſi non ſit expedi-
43 tum, centenariam † poſſeſsionẽ eſſe ſufficien-
tem ad probandum præſcriptionem immemo
rialem, vt probat Didacus in repetitio. regulę,
poſſeſſor. ſecunda parte. §. tertio. numero 7. de
regulis iuris, in ſexto. Nec etiam talis pręſcri-
44 ptio † habet vim priuilegij, data incapacitate
* perſonæ, ſecundum communem * opinionem,
quam refert Baptiſta Villalob. in ſuis com-
munib. opinionibus, in verſi. præſcriptio. nu-
mero 282. Præterea, cum ante latum laudum
prædictum mota fuerit lis occaſione dictarum
decimarum per Reuerendiſſimum Cardinalem
Anchonitanum, tunc perpetuum Commenda-
tarium ipſius Abbatiæ, prout de ea meminit lau
45 dum ipſum, præſcriptio fuit † etiam interru-
pta. Bartholus, & alij in l. naturaliter. ff. de vſu-
capionibus. & Canon. in capitulo, illud. de præ
ſcriptioni. Balb. de præſcrip. tertia parte ſexta

& vltimæ par. 4.q.num.4. & ſeq. Quib. additur
quod acquirens ab eccleſia ſine ſolemnitatibus
46 neceſſarijs, cenſetur † eſſe in mala fide, Abb. in
c.ſi diligenti.de præſcript. & probatur in c. qui
contra iura,de reg.iu.in 6.& late tradit Redoan.
d.tract. quæſt. 17. de melioramen. in reb.eccleſ.
fact.reſectio.§.verum.num.3.ſol.415.& In §.ma
la fides.in princ. & num.4. ſol.417. & poſſeſſor
malæ fidei,nullo tempore præſcribit.c.ſi.de præ
ſcrip. prout etiam cenſetur malam fidem habe-
47 re,q̄ fundat † ſe in auctoritate principis ſecula-
ris,in iuribus ſpiritualibus.Ferret.conſil.382.nu
mero 9. quod optime inſeruit huic caſui,in quo
pars poſſidens facile inniticur laudo lato per
dictum Sereniſſimum Ducem,ſic etiam qui tene
btaur bonificare,& colere res,& non fecit, cen-
ſetur eſſe in mala fide, nec præſcribit etiam tem-
48 pore †immemoriali, Didac.ad propoſitum in d.
c.poſſeſſor.ſecunda par.§.8.num.4. Ferret.conſ.
41.num.5.& Burſat.conſil.23.num.19.20. Re-
ſpectu verò præſumptionis ſolemnitatum,quæ
ex tempore præſumuntur interueniſſe, cum ſi-
mus in decimis, quarum laicus eſt incapax, ut
ſupra, oporteret allegare priuilegium ante con
cilium Lateranen. quod prҿſumeretur ex tem
pore immemoriali, ut per Balb.in d.7. quæſtio.
& moder. in d.c. cum cauſam. Sed cum conſtet
quod a tempore primæ conceſſionis non ſit la-
pſum tempus immemoriale,apparet, unde pro-
ceſſerint tales decimæ, non eſt quҿrendum
de tali priuilegio præſumendo: vnde cum non
ſufficeret etiam interueniſſe ſolemnitates ordi-
narias in alienatione rerum eccleſiҿ, parum
officeret quòd præſumeretur, vltra quod cum
49 in inſtrumentis non ſint † enunciatæ, uix poſ-
ſunt præſumi,ut per Alcia.in tract.prҿſumpt. re
gu.3.prҿſumpr.10.numero 2. Craue.in tract.de
antiqui.temp.tertia par.in prin.nu.30.& Franc.
Burſat.conſilio 23. num. 16. licet hoc ultimum
non leuem habeat difficultatem propter tradita
per Rolan. a Val. conſil.99. num.33. & ſequen.
2.uolum.& Redoan. dicto tract.in rubri. de his
qui conſentiunt. §.ultimo, in ultimis columna
fol.196. & ſeq. Et niſi eſſemus in decimis, qua-
rum laicus eſt incapax ut ſupra, non auderem a
contraria opinione recedere.

Sed aliud magis turbat ſpiritum meum, in
hoc dubio, de quo non vidi fieri mentionem in
informatione facti, quod ſcilicet interuenit au-
ctoritas ſummi Pontificis, Sixti,in dicta inueſti-
tura anni 1475.ut refert dictus Sereniſs. Dux in
d. ſuo laudo. quod ſi ſic eſſet, & ualuiſſet, ac effi-
cax fuiſſet cõceſsio, uel confirmatio Pontificis,
in vanum laborauiſſemus ſuper hoc dubio, &
mutatione facti,etiã iuris diſpoſitio mutaretur,
ut dictum fuit in prҿcedenti dubio.

Succedit quartum dubium de conceſsione,
& inueſtitura facta ꝑ procuratorẽ d.Reuerẽdiſs.
Cardinalis Coſentiҿ Commendatarij d. Abba-
tiҿ de anno 1507.de modijs vigintiquinque ter
rҿ reſeruatis Abbatiҿ in inueſtitura anni 1479.
ſine aliquibus ſolemnitatibus, ſuper quo con-
cludendum eſt, non ualuiſſe conceſsionem ex
multis,ſupra traditis in proxime prҿcedentibus
dubijs,ſuper nullitate inueſtituræ factҿ de re ec
cleſiaſtica non interuenictibus ſolemnitatibus,
& conſenſu Pontificis, quҿ ſolemnitates omni-
50 no debent interuenire,† contraria conſuetudi-
ne non attenta.Ferret.d.conſilio 248. num.31.
quibus additur quod cum hҿc alienatio fuerit
facta per procuratorem, oporteret conſtare, ꝙ
in conſtitutione ipſius procuratoris ad alienan
51 dum, † interuenerunt etiam ſolemnitates requi
ſitæ,ut uoluit Soci.ad propoſitum in conſil.52.
num.2.& ſequen.in primo dub.4.uolum.& an-
te eum Feder.de Sen.in conſil.100. factum tale
eſt.num.3. Tiraq.de ll.connub. in gl.5. numero
185. & Redoan.in tit.de auct. prҿlati,in aliena-
tione.c.iſtҿ quidem.num.7.ſol.224.

Et licet teſtes nonnulli fuerint tunc recepti
ad probandum quod prius fuerat facta alijs con
ceſsio dictorum modiorum vigintiquinque,
quia tamen deponunt de auditu, non probant.
c.licet ex quadam,de teſti.& quatenus id fuiſſet
verum, cum tamen etiam primҿ conceſsiones
factæ fuiſſent ſine ſolemnitatibus, ſecunda,& ul
teriores nihil valerent, per ea quҿ in prҿceden-
tibus proximis dubijs deducta fuere,& quia pri
52 mus concedens † non poterat obligare ſucceſ
ſorem, cum ſit tantummodo vſufructuarius, ſe-
cundum opinionem aliquorum, de quo per Re
doan. in d.trac.1.q. An prælatus poſsit diſpone
re de reb.eccl. §.multa ſunt.in prin. ſo.278.

Solum uidetur obeſſe præſcriptio ſexaginta,
& vltra annorum, quæ non obſtat,ex quo non
53 †interuenerunt ſolemnitates, ſecũdum Redoa.
in d.rub. de aucto.prælati.in alien.interp. §.iſte
quidem. numero 11.& ſeq.ſol.224.quæ quidẽ
præſcriptio etiam non cucurrit donec vixit præ
54 latus qui † alienauit. Fely.in c.1.num.10.de præ
ſcrip. qui etiam poterat ipſemet rem recupera-
rare male per eum alienatam.c.ſi quis presbite-
rorum, cum glo.de reb.eccle. alien.uel non.Fer
ret.conſil.38.num.12.& d.148.nu.25.

Poſſet etiam ubi eſſet opus, peti reſtitutio in
integ.pro parte Abbatiæ aduerſus fluxum præ-
ſcriptionis, tum ob ignorantiam Reuerẽdiſs.Cõ
mẽdatariorũ, cũ ob enormiſs.lҿſionẽ infra qua
driennium a die ſcientiæ lҿſionis.gl.in c.1.de in
integ.reſt.in 6.Ferret.d.conſ.248.nu.31.Vbi tñ
56 arbitror non eſſe opus reſtit.cũ contractus† eſt
nullus,& eo caſu ꝑꝑ malam fidem contrahentis
nõ prҿſcribit inueſtitus.Franc.Turzan.qui dicit
cõem opinio.opi.109.& Redoan.d.q.23.de re-
ſtit.in integ. fere per tot.maxime num.7. & ſeq.
& nu.15.qñ eſt exceſſiua læſio uoluit ẽt dari re
ſtit.vltra quadriennium,ſol.477.& ſeq. quod ẽt
uoluit d.glo.in d.c.1.& tradit Couarru. in libro

primo

primo ſuarum var. reſolut. c. 3. num. 10. Debet
57 tamen attendi tempus contractus † in conſide-
randa læſione ipſa.c. dilecti.ubi gl.de emp.& uen
di.c.ad aures.ubi Inno.de reb.eccle. non alien.
Gui.Pap.q. 157.notanter.& Redoan.q.23.§.ul-
timo.num.13.fol.491. Nec dubium eſt etiam ad
58 uerſus † præſcriptionem quadragenariam reſti-
tutionem peti poſſe; licet aliqui reclamauerint,
** ſecundum frequentiorem * Docto.ſententiam
quam tenet Cagno. in l. 2. q. 8. 74. de 77. C.de
pact.int.emp.& vend.Crau.de antiqui.temp.4.
par.§.materia iſta.num.51.Tiraq. & retract.tit.
1.§.35.gl.4.nu.36.& ſeq.Io. Maurit. de in integ.
59 c. 58.& 59. & in eccleſia † quod ſit communis
opin.trad. Villalob.in ſuis communibus opinio
nibus,in ver.reſtitutio.num.38.& 48.Nat.conſ.
162.num.38.& alij in alijs locis.

Sed magis verendum eſt, ne hi morbi, quibus
poſſunt infici huius inueſtituræ, quarum tituli
60 reducuntur ad non † titulos, & habentur ac ſi
facti non fuiſſent, l.ſi fullo, de condi.ſine cau.&
tradit Gomes. in reg. de triennali poſſ.q. 18. nu
mero 2. fuerint ſanati ex illa ſententia delegato-
rum apoſtolicorum, lata de anno 1511. in cuius
executione facta fuit noua inueſtitura, dicto
q. Dom. Ioanni omnium rerum, prius ſibi con-
ceſſarum de dicto anno 1511. quam omnino vi
dendam eſſe, & conſiderandam laudarem, ante
quam lis aliqua moueretur cōtra poſſeſſores di-
ctarum terrarum: cum maxime autument de fa
cili haberi poſſe.

Supereſt quintum, & ultimum dubium diſcu-
tiendum de ſolutionibus factis per ſucceſſores
dicti q.D.Ioannis in longe minori ſumma, quàm
teneantur pro rebus ab eccleſia, & Abbatia præ
dicta recognitis: in quo pro illius diſſolutiō-
ne diſtinguēdum eſſet, an minus fuerit ſolutum
quam deberetur per quadraginta annos, & cen
61 ſeretur præſcriptum, ut non † tenerentur ad ma
iorem quantitatem, quam per illud tempus fue
rit ſolutum, c.olim.de cenſi.Brun.in tract.de Au
gumen.vltima concluſione, 4.limit.& Guliel.Re
doan.dicto tract.1.Rubrica.§.dicitur etiam.nu-
mero 40.ver.18.quæro.fol.37.de quo etiam tra-
dit. Paris de Put.in tracta. de feud.reintegrat.in
rubrica. ſoluens partem cenſus longiſſimo tem
pore, &c.§.an qui tenetur dare. ferè per tot.

Sed in propoſitio non crediderim fuiſſe mi-
nus ſolutum, tam longo ſpatio, quo caſu pōt nō
ſolutū exigi, & calculatis rationib, id qđ dētur
eccleſiæ iure medio recuperari. Et ſi fuiſſet erra
tum in inueſtituris in promiſſione ſolutionis cē-
ſuum, docto de errore, oīa in priſtinum venirēt
62 reducēda, & antiquæ inueſtituræ in hoc eſſēt at
tendendæ, nō nouæ, quæ nō potuerunt † alterari,
vel mutari. Bald.conſi.215.proponitur, 1.dubio
ſecundo uolumine, Pariſ. conſilio 23. numero
63.& ſequen in primo uolumine & Lauren.Syl
ua.in tractatu de feud.recogni.quæſtione 38.la-
te Tiraquel.tractatu. de retract. titulo primo.§.
32.glo.vni. num. 39. Ferret.conſil.40.num 6.&
63 maxime niſi ex certa ſciētia per partes † ab anti-
quis ſit receſſum, Caſtr.conſilio 142.videtur di-
cendum, quod dictus d. prior. num.3.2. volum.
Dec.conſil.193.numero 4.& 263.num.3. Qua-
tenus vero eſſet etiam præſcriptum, arbitrarer
poſſe ſuccurri eccleſiæ enormiter læſæ.& eius Il
luſtriſſimo Commēdat. harum rerum ignaro, re
medio reſtitutionis in integrum, per ea, quæ ſu
pra in præcedenti dubio concluſa fuere.

Hæc ſunt quæ pro diſcuſſione propoſitorum
dubiorum, pro nunc, & ex tempore, ſcribere vo
lui, quorum maiorem diſcuſſionem, & clariorē
diſſolutionem, cum laxius ocium dabitur, & iu
facto melius edocebor, Illuſtriſſimo Dom. meo
polliceor, qui interim hos modicos labores ab
homine nimium negocijs, & publicis, & priua-
tis occupato, & tamen deditiſſimo, hilari fron-
te, pro arris, quod aiunt, ſuæ voluntariæ ſeruitu-
tis recipiet, cui me plurimum humiliter commē-
do. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Donatio ſi facta fuit alicui adiecto, quan
do ſit ſeruanda, licet donatarius fue-
rit abſens?

Et quid ſi donans non aſſequutus eſt fi-
nem, ob quem donauit?

Et ſi donationis partem aliquam per-
ſoluerit.

S V M M AE.

1 *Promiſſio non valet facta abſenti, etiam quod priuatus pro eo ſtipuletur.*

2 *Donatio facta abſenti nemini pro eo acceptante, non valet niſi per modum traditionis.*

3 *Abſenti ius non quæritur etiam Notario ſtipulanti, niſi ſequuta ratificatione.*

4 *Donans etiam ſi iurauerit non ſequuta ratificatione donatarii, non obligatur.*

5 *Donatio non acceptata poteſt reuocari, nec tranſit ad hæredes*

6 *Fidei præſtatio, quando non habeat uim iuramenti.*

7 *Donatio dicitur facta vxori a uiro, ſi fuit facta contemplatione viri.*

8 *Donatio inter virum & vxorem non confirmatur morte, niſi traditio interueniat.*

9 *Nec hoc caſu iuramentum illam confirmat.*

10 *Sicut etiam non confirmatur legato facto.*

11 *Contractus, quãdo ſint correſpectiui, & vnus cenſeatur factus propter alterum.*

12 *Donationis cauſa ceſſante, ceſſat ipſa donatio.*

13 *Promiſsionis cauſa ceſſante, ceſſat ipſa promiſsio.*

14 *Ceſſante cauſa contractus, & obligationis, ceſſat ipſa obligatio.*

15 *Promiſsio qualibet debet intelligi rebus ſic ſtantibus.*

16 *Clauſula, nec aliter, nec alio modo, reſeruat ius, & quomodo?*

17 *Contractus cenſetur acceptatus cum omnibus ſuis qualitatibus.*

18 *Scientia partis, arguit ſcientiam totius contractus.*

19 *Soluere non tenetur reliquum, ſi conſtat partem fuiſſe ſolutam indebite.*

20 *Donatio poteſt reuocari ante acceptationem.*

21 *Adiectio non præſumitur facta animo donandi.*

22 *Legatum poteſt relinqui per quacumque verba.*

23 *Emptor poteſt bonam fidem agnoſcere, & trãdere res emptas domino, vel pretium illius, & agere de euictione.*

24 *Euictionis habet donatarius donatorem obligatum, ſi donatio procedat ex cauſa remunerationis.*

25 *Donationis fauore ſpeciali ius acquiritur abſenti, ſi donatio fiat eueniente aliquo caſu, eſt ſic ſub modo, & quando?*

26 *Donatio ſi fiat vni, vt poſt certum tempus, deinde fiat alteri, non eſt neceſſaria acceceptatio ſecundi donatarii.*

27 *Voluntatem conſtare ſufficit ex quibuſcumque verbis.*

28 *Donatio cenſetur confirmata in teſtamento.*

29 *Donatio acceptata, vel iurata, non poteſt reuocari.*

30 *Reuocationi non eſt locus, ſi aduenit tempus dandi vel ſoluendi.*

31 *Abſenti acquiritur donatio, vel promiſsio, ſtante iuramento.*

32 *Fidei præſtatio obligat, ſicut iuramentum.*

33 *Conuentio iuſta eſt, ſi qualibet cauſa in conditionem deducatur.*

34 *Conditione purificata habetur diſpoſitio pro pura.*

35 *Adiecto donandi gratia debet fieri ſolutio, ſi adiectus ſit ſolutioni.*

36 *Adiectus quis cenſetur cauſa donandi quando quis adiicitur iuri perſonali.*

37 *Adiectus quis poteſt fieri in rem ſuam.*

38 *Adiectio poteſt fieri etiam ſub conditione, &*

39 *Adiectus poteſt fieri abſens.*

40 *Adiectus, quando quis ſit in rem ſuam, acquiritur ei actio vtilis.*

41 *Promiſsio de ſoluendo adiecto, valet.*

42 *Remiſsio, eſt donatio.*

43 *Promittens ſoluere pecunias in remunerationem, videtur quodammodo, & dicitur dare in ſolutum.*

44 *Donatio remuneratoria non eſt proprie donatio.*

45 *Fides Principis recta præfulgere debet in illius contractu.*

46 *Contractus Principis latam debet habere interpretationem.*

47 *Fidem fallere grauibus, eſt graue.*

48 *Principis contractus manu regia, & ſecundum iuſgentium iudicatur.*

49 *Princeps contrahendo, cenſetur derogare ſolemnitatibus neceſſariis.*

50 *Et non poteſt ſuo contractui de plenitudine poteſtatis contrauenire.*

51 *Donatio Principis eſt interpretanda liberaliter & gratioſe.*

52 *Soluens partem debiti, rem approbat.*

53 *Nec poteſt allegare, quod cautio non habeat cauſam.*

54 *Recognitio partis inducit recognitionem totius.*

55 *Contractus vtilis cenſetur approbatus & ratificatus a muliere.*

56 *Scientia præſumitur ex coniunctione viri, & mulieris.*

57 *Facto inducitur ratificatio.*

58 *Donatio cenſetur confirmata per adeptionem poſſeſsionis.*

59 *Donatio validatur iuramento inter virum & vxorem.*

60 *Et maxime, ſi fuit protracta in caſum ſoluti matrimonii.*

61 *Et ſuſtinetur, etiam ſi donans non fuit factus pauperior.*

62 *Cauſa finalis illa dicitur, ſine qua quis non erat aliquid facturus.*

63 *Cauſa ceſſante non ceſſat effectus, quando remanent reliquiæ priſtinę cauſæ.*

64 *Conditio ob cauſam, quando non habeat locũ.*

65 *Actio ex vendito, poteſt transfundi in actionem ex donato.*

66 *Et hoc caſu tollitur prima actio, quæ competebat ex primo contractu.*

67 *Contractuum diuerſorum cum ſit traſfuſio, ſecundus contractus non ſequitur naturam primi.*

68 *Titulo lucratiuo quis dicitur habere rem, licet pro ea mutuam donationem fecerit.*

69 *Donationis natura eſt attendenda in contractu, ſi de ea principaliter agitur.*

70 *Feuda emens ſi euincantur, ſibi debet imputare.*

71 *Vendens cenſetur vendere ius, quod habet in re.*

72 *Emens rem feudalem, vel emphyteuticam ſcienter, non agit de euictione.*

73 *Venditor non tenetur de euictione, ſi emptor tranſegit.*

74 *Conditio poteſt adiici ex interuallo donationi pure, perfectæ, & acceptatæ.*

75 *Ratificare non dicitur ignorans, & debent legi verba inſtrumenti ratificanti.*

76 *Mandans non præſumitur ſcire aliter fuiſſe contractum, quam fuerit mandatum.*

77 *Proteſtatio non obligat animum non conſentientis.*

CONSILIVM XLVII.

In Domino confido.

ILluſtriſſimus olim Do. Federicus Gonzaga Marchio, de an. 1569. die 15. Auguſti dedit, & uendidit Sereniſs. Duci Mantuæ, vel eius eius legitimo ꝓcuratori ad hoc, & alia infraſcripta legitimè conſtituto, Caſtra Gazoli, & Doſuli, recognita per ipſum Illuſtriſs. D. Federicum a Sacrat. Cæſare, cum omnibus iuriſdictionibus, & iuribus ſuis, nec non & eidem ceſſit omnia ſua iura, & actiones ſibi competentia, & cõpetentes in alijs oppidis, & Terris, q̃. & quas poſſidebãt Illuriſsimi D. Pyrrhus, & fratres de Gonzaga, eius nepotes, & alij, pro precio ſcutorum centum millium auri, ſoluendorum per modum conuentum inter partes ipſas, & promiſit de illorũ euictione in forma, ſubinde eodem met die ipſe Illuſtriſs. D. Federicus titulo donationis inter uiuos, quæ etiam ob ſuperuenientẽ natiuitatem filiorum reuocari non poſſe, conſiderans quòd multum tenebatur prædicto Sereniſs. Duci ob beneficia ab ipſo accepta, & quæ in futurum habere ſperabat, & præſertim inferius dicenda, liberauit, & abſoluit prædictum Sereniſſimum Ducem, & dictum eius procuratorẽ pro eo recipientem a ſolutione precij dictorum ſcutorum centum millium, ſibi promiſſorum & conuentorum in dicto inſtrumẽto uenditionis ita ut nullo umquam tempore ad ſolutionem ipſam teneretur, caſſans in hoc dictum inſtrumentum uenditionis, in cuius donationis & liberationis pręmium, cum nõ liceat alicui, præſertim principi, ingratitudini deſeruire, procurator ipſe promiſit prædicto Illuſtriſs. D. Federico, præſenti, ſtipulanti, & acceptanti pro ſe & ſuis filijs, ſi quos habere contigerit, dicta Caſtra concedere in feudum filijs maſculis naſcituris ex dicto Illuſtriſs. Dom. Federico, & dotare dotibus conuentis inter partes, filias quæ naſci contigiſſet ex ipſo. Et quatenus ſine filijs decederet maſculis, vel ſine aliquib. filijs dare, & ſoluere Illuſtiſſimæ D. Lucretiæ Marchioniſſæ Inciſæ, vxori Illuſtriſs. D. Federici, ſcuta duodecim millia auri, in auro, & donec fiat ſolutio, vel aſſignatio bonorum immobilium, dare, & ſoluere eidem Dominæ ſcuta ſexcentum auri quolibet anno. Et præter alia promiſſa, & contenta in dicto inſtrumento promiſit etiam ipſe procurator dic. Sereniſs. Ducis dicto D. Federico ut ſupra, ſtipulanti ꝗ prædictus Sereniſs. Dux aſſignabit ſuper maſſaria ſua Mantuæ ſummam ſcutorũ quinque mille annuorum auri in auro ſoluẽdorum de trimeſtre in trimeſtrẽ, & in fine cuiuſlibet trimeſtris, incipiendo eadem die ipſi Do. Federico, quoad vixerit, vel fuerit facta aſſignatio bonorum immobilium in toto, vel pro parte, cum defalcatione liuelli pro parte, & rata aſſignata. Et tandem poſt multas alias clauſulas, & promiſſiones partes ipſæ, ea omnia attendere, & obſeruare promiſerunt ſub fide veri Principis, ſubinde de dicto anno, & mẽſe Nouembris prædictus Illuſtriſſimus D. Federicus ſuum ultimum condidit teſtamentum. In quo inter cætera relicta facta prędictæ Illuſtriſs. eius coniugi, rogauit dictum Sereniſs. Ducem eius hæredem in eo inſtitutum, vt daret prædictæ Dominæ eius vxori, dicta ſcuta duodecim mille auri, de quib. in dicto inſtrumento ſuprarelato, quod in omnibus & per omnia approbauit, & confirmauit, ſed & in codicillis anno ſequenti de menſe Februarij per dictũ Illuſtriſ. Dom. Federicum conditis, in quibus approbauit omnia legata facta in dicto teſtamen-

to

tò nonnulla etiam legata fecit dictę eius Illuſtriſſimæ vxori,quod oſtendit maximam illius affectionem,& amorem erga ipſam.

Defuncto dicto Illuſtriſ. D.Federico ſine aliquibus filijs maſculis,vel fœminis,prædicti Illuſtriſ. eius nepotes prætendentes dicta Caſtra alienata dicto Sereniſ.Duci per dictum Illuſtriſſimum D.Federicum ad ipſos uti compræhenſos in antiquis inueſtituris pertinere,litem mouerunt coram inuictiſſimo Cęſare,ſeu Iudice ab eo delegato,contra ipſum Sereniſ.Ducem dicta Caſtra poſsidentem, Qua lite pendente prædicta Illuſtriſ.Dom.Lucretia inſtitit per ipſum Sereniſ.Ducem ſibi ſolui dicta ſcuta duodecim mille auri,cōuenta,& ſolui promiſſa in dicto inſtrumento, & pro eorum parte ſibi aſſignari inſolutum nonnulla nemora exiſtentia in territorio Doſuli,& ita conſenſit ipſe Sereniſ.Dux conſtituēs eius procuratorem ſpecialem ad talem donationem inſolutum faciendam de dictis nemoribus pro ſcutis ſex millib. auri, D.Vicarium generalem Gazoli, & ad promittendum de illorū euictione, ſub ea tamen conditione,dummodo ſtarent validę,& firmæ promiſſiones a dicto Illuſtriſ.Do.Federico eidem factæ. Et econtra ipſa Illuſtriſ. Domina conſtituit procuratorem ad recipiendum dictam inſolutum dationem ſibi faciendam,nullam tamen de dicta clauſula apponenda in inſtrumento in promiſſione de euictione mentionem faciens,cum ignara eſſet talis additionis faciendę. Et tandem fuit facta dicta datio inſolutum de dicto anno 1570.die vigeſimo primo Octobr. dictorum nemorum, pro dictis ſex millibus ſcutis,per procuratorem d.Sereniſ. Ducis,procuratori dictæ Illuſtriſ. Dominæ, & fuit addita clauſula ipſa in dicta promiſſione euictionis.Poſt quam dationem in ſolutum prædictus Sereniſ. Dux tranſactionem fecit ſuper dicta lite, & cauſa dictorum Caſtrorum, & iuriſdictionum cum dictis Illuſtriſ. DD. fratribus de Gonzaga, qui ceſſerunt omnia iura, quæ habebāt in dictis Caſtris dicto Sereniſ. Duci,& ecōuerſo ipſe Sereniſ.Dux promiſit illis ſoluere eam pecuniarum quantitatem,quam arbitratus fuerit prædictus ſacrat.Imperator,qui tandem arbitrium ſuum protulit,& condemnauit ipſum Sereniſ.Ducem ad ſoluendum ipſis fratribus ſcuta cētum triginta mille auri, vel aliam veriorem quantitatem. Nunc ipſa Illuſtriſ.Domina intendit conſequi dicta reliqua ſcuta ſex mille auri a dicto Sereniſ. Duce promiſſa, & conuenta per eum vt ſupra.Contra vero ſtantibus ſupra narratis pretendit Celſitudo ſua non teneri ad ipſorum ſolutionem,quinimmo ſibi ius competere ad repetenda reliqua ſoluta per dictam dationē inſolutum illi,ut ſupra factam,requiſitus ab amicis,& dominis meis, quibus multum debeo, vt omnibus maturè conſideratis ſcribere vellem pro veritate ſententiam meam, quid iuris ſit ſuper huiuſmodi prætenſionibus, non potui eorū voto non ſatisfacere. Et quidem prima facie videretur tenendum, iuſtam eſſe prætenſionem ipſius Sereniſ.Ducis,ut minime teneatur,plurib. rationibus & fundamentis.

Primo,quia ex dicta promiſſione facta per dictum Sereniſ.Ducem ipſi Illuſtriſ.Dom.Federico, nullum ius uidetur fuiſſe quæſitum ipſi Illuſtriſ.Dominæ abſenti,& pro qua nec uir, nec
Nota.acceptauit,vel ſtipulatus fuit: ſi enim non
1 valet promiſſio etiam quòd priuatus † ſtipuletur
pro abſente.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de ver.obl.
§.alteri,Inſtit.de inutil.ſtipul.cum alijs trad.per
Ant.Gabr.lib.3.ſuarum concl.tit.de ver.oblig.
concluſio. 1. in princip. prout etiam non valet
2 donatio facta † abſenti, nemine pro eo acceptan
te,niſi per modum traditionis.l.nec ambigi. C.
de donatio.in tantum, ut nō valeat etiam facta
pauperib. abſentibus, ſi nullus pro eis recipiat.
glo.& Bar.& alij,in l.illud.C.de ſacroſan.eccleſ.
Soc.in reg. 144. Donatio facta pauperibus,tanto minus ſi nemo acceptet pro abſente, Et ſi
Nota.ſtipulante pro abſente,non acquiritur ius
3 abſenti non † ſequuta ratificatione,Caſtr.conſil.
195.colum.3.ſecundo volum.& alij,quos latiſſime congerit Tiraq.de conſtit.tertia par.limitat.
30.nu.10.& ſequen.quæ ſententia videtur com
* munis,*ut per Viui.primâ par.ſuarum commun.
opinionum,opin.77.Donationem, quòd etiam
4 procederet † cenſuit Alcia.ſi donans iurauerit, in
cap.cum contingat,num.201.& ſequen.de iureiur.& in conſil.98.num.6.lib.8.Et non accepta
5 ta poteſt reuocari,nec tranſit † ad hæredes , ex
quo non habet conſenſum duorum. Alcia. conſil.14.num.21.& 29.num.12.lib.8. & in conſilio
119.num.2.eod.lib.9.Minus,quando non interue-
6 nit acceptatio,nec † ratificatio, Nec hoc caſu fidei præſtatio uim iuramenti habere uidetur,Butr.
Card.& Imo.in cap.quædam. de iureiur. Card.
in cap.ad aures.quod met.cau.Imo. in cap. cum
tempore. de arbitr.

Secundo cum iſta cenſeatur donatio facta ab Illuſtriſ. Do.Federico uxori ſuæ, ex quo fuit fa-
7 cta huiuſmodi promiſſio cōtemplatione † ipſius
Illuſtriſ.Do.Federici,& contemplatione liberationis & donationis factæ ab eo dicto Sereniſ.
Duci,ut poſt Soc.per eum citatum trad.Ioan.Iacob.de Leonard.inter conſilia Bruni, conſil.118.
8 nu.3.non uidetur valere,ex quo non valet † donatio inter uirum & uxorem,toto tit. ff.& C.de
donat.inter ui.& uxo.Soc.in reg. 146. Donatio
inter uirum,& vxorem.nec confirmatur morte,
niſi traditio interueniat. Ioan.Lup.in rep.rubr.
de donat.inter ui.& vxo.§.76.fol.126. Tiraq.dicto tract.2.par.num.47.& ſequen. Didac.in repet.rubr.extra de teſtam.3.par.nu.2.& ſequen.
9 Nec hoc caſu iuramentum etiam illam † confirmaret:Bar.Saly.& Fulgo.in l.prima,de donat.inter uir.& uxo.cum alijs citatis per Gabr.d.lib.3.
tit.

rit.de donat.concluſ. 3.num. 1.ver.contrarium,
& alios etiam citat Viui. qui dicit eſſe commu-
nem* opinionem, in prima par.ſuarum commu.
opin.opinione 75.2.pag.& Iacob.Phil.Port.cõ-
10 ſil.112.nu.18.& ſeq. ſicuretiam non † confirma
tur legato facto.glo.ſing..in l.Papinianus.de do
nat.inter vi.& vxo.Soc.in reg.242.Donatio iñ
ter uirum & vxorem.

Tertio ex alio nõ vr̃ teneri ipſe Sereniſ.Dux,
ex quo certum videtur, donationem ipſam factã
ipſi Illuſtriſ.Dom.Federico, fuiſſe factam ex cau
ſa liberationis factæ a precio venditionis ſibi fa
ctæ dictorum caſtrorum, & ex cauſa emptionis
& habitationis, & receptionis dictorum caſtro-
rum, & iuriſdictionum, quod ſatis probatur, ex
quo contractus ipſi fuere correſpectiui, facti eo-
dem tempore, & loco, ac forte coram illiſmet
11 teſtibus, vnde vnus † cenſetur factus propter al-
terum, Bal.in l.petens.colum.pen.nume.49.C.
de pact.Dec.conſil.336.in princ.And.ab Exea
tract.ſeu lib.de pact.num.77.Tiraquel.in l.ſi vm
quàm.in uer.donatione largitus.nu.117.& 118.
C.de reuoc.donat. Io.Bap.Ferret.conſil.31.nu.
28.Benue.Strach.in trac.de aſſecurat.in præfat.
num.33.& ad propoſitum Io.Iacob.Leonard.d.
conſil.118.in princ.& in terminis, Crauc.conſi.
298.num.13.Cum igitur talis donatio facta fue
rit ob cauſam dicti precij remiſſi, quod præten-
debat prędictus Sereniſs.Dux lucrari debere, &
tamen minime lucratus fuerit, cum fuerit coa-
ctus ſoluere dictis Illuſtr.Dom.Pyrrho, & fratri
bus, tam magnam ſummam pecuniarum, quod
probatur ex pluribus ad propoſitum trad. per
Crau.conſil.301.nume.1.& ſeq. Ceſſante cauſa
ipſius donationis, dẽt ceſſare donatio ipſa, q̃ ita
12 li cauſa † reuocatur.Rimin.conſil.383.nume.15.
& quod probatur ex tex.in l.2.§.ſi.de donat.vbi
ſi alias donator non erat donaturus, ſic etiã pro
13 miſſionis cauſa ceſſante, ceſſat † promiſſio. Rom.
in conſil.417.in propoſito caſu, Tiraq.in tract.
ceſſan.cauſa.prima par.nu.217.& ſequen. ſicut
etiam ceſſante cauſa contractus, & obligationis,
14 debet ceſſare † contractus, & obligatio.l.2.vbi
gloſ.& Doctor. C.de condi.ob cauſam.de con-
tractu trad.Tiraq.d.prima par.nu.55.& de pro-
miſſione, num.184.Er qnòd cauſa finali contra-
ctus obligationis, vel promiſſionis ceſſante, ceſ-
ſet diſpoſitio, probatur in l.cum te.C.de pact.in
ter empt.& uend. Corn.conſil.188.num.17.in
ſecundo volum. Cran.conſil.192.nu.11.& Ro-
lan.a Val.conſil.69.nu.39.quarto volum.Nam
& id iuri conſentaneum eſt, cum quælibet pro-
15 miſſio debeat † intelligi reb. in eodem ſtatu per-
manentibus.l.qui ſeruum.cum ibi not.de verb.
oblig.l.quod Seruius.vbi late Iaſ.de cond.ob ca.
Gram.conſ.66.nu.68.in ciui. Port.conſ.2.num.
19.& 150.num.37.

Quarto, cũ in datione inſolutũ facta p̃dictæ
Illuſtriſs.Dominæ fuerit expreſſe proteſtatio fa-
cta vel addita conditio etiam cum clauſula, &
non aliter nec alio modo, valet quatenus firmæ
& validæ remaneant promiſſiones, & remiſſio-
nes, ſeu renuntiationes factæ dicto Sereniſſimo
Duci per dictum Illuſtriſſimum quondam Do.
16 Federicum, illa † conſeruauit ius ipſius Sereniſſi-
mi Ducis, iuxta trad.in cap.cum M.Ferr.de con-
ſtit.in l.non ſolum. §. morte. de no. ope. nunc.
Ceph.latè conſil.222.nu.4.cum ſeq.& 296.nu
me.10.vnde cum ipſa Domina acceptauerit dic.
contractum cum dicta conditione, & proteſta-
tione, cenſetur illum in totum, & cum omnibus
17 † ſuis qualitatibus acceptaſſe, Nat.conſ.534.nu
mero 2.& Crau.conſ.278.nu.2. Et cum habue-
rit ſcientiam partis, non poteſt negari, quin ha-
18 buerit ſententiam † totius contractus. l.non eſt
ferendus.de tranſ. Crau.conſ.74.nu.2. Et cum
ſatis uideatur conſtare fuiſſe ſolutam partem in
19 debitam, non tenetur † ſoluere reliquum. l.fin.
ubi gl.C.ne ux.pro mar.Nat.conſ.446.num.19.

Nec uidetur obſtare, ſi dicatur pro parte ip-
ſius Illuſtriſſ. Dominæ Lucretię; quod licet ip-
ſa non fuerit præſens dictæ donationi, ex quo ta
men fuit facta ipſi Illuſtriſſimo do. Federico; ut
poſt eius mortem ad ipſam eius uxorem tranſi-
ret, pro hac parte fuit ius ſibi quæſitum; ut in l.
quoties.C.de don.quæ ſub mo. quia non uide-
tur nos verſari in caſu illius legis, cum hæc do-
natio horum duodecim millium ſcutorum non
fuerit facta Dom. Fede. unde non uidetur fuiſſe
20 quæſitum † ius aliquod ipſi Dominæ eius vxori,
& potuit etiam reuocari ante acceptationem, vt
per Bar. & alios in l. qui Romæ. §. Flauius. de ver
bo.oblig.Alex.conſil.204.7.uolu. Alc.conſ.30.
nu.10.li.8.& conſ.118.nu.2.& 3.lib.9.Couarru.
li.1.var.reſolut.c.14.nu.7, & ſeq. Gabr.d.li.5.ti.
de rer.alienat.concl.5.in prin. Sicut etiam non
uidetur facta adiectio ipſius Dominæ ſolutioni
ipſorum ſcutorum xij. millium animo donan-
21 di, ex quo in dubio non † pręſumitur facta adie-
ctio animo donandi.glo.& Doct.in l.Iulianus.§.
primo.de uer.obl.Aret.& alij, in §.plane.Inſt.de
inutil. ſtipulatione.

Pariter non videtur obſtare, ſi dicatur quòd
virtute legati facti in teſtamento dicti quõdam
Illuſtriſs.D.Federici ipſe Sereniſſimus Dux eius
hæres teneretur eam ſummam ſoluere, ex quo
22 legatum † per quæcunque verba relinqui po-
teſt.§.noſtra aut conſtitutio.Inſt.de leg.l.prima.
C.com.de legat.quia cum ipſe Sereniſs.Dux ſit
hæres dicti Illuſtriſs. D. Federici cum beneficio
legis, & inuentarij, non tenetur ad ſolutionem
legatorum, ſi hæreditas ſit exhauſta.l.fin. §. & ſi
præfatum.C.de iu.delib.

Non vr̃ ẽt obſtare, ſi dicaſ ipſum Sereniſ. Do.
nõ poſſe opponere de euictione dictorũ caſtro-
rũ, ex quo illa non fuit ſequuta per ſententiã iu
dicis, ſed per tranſactionem & laudum, quia cũ
ipſe non foueret bonam cauſam, potuit bonam

ſi-

23 fidem agnoſcere, & rem † reddere domino, vel pretium illius.gl.in l.ſi ideo. ff.de euict.facit l.at qui natura.§.ſi cum me abſente.dc nego.geſt.& trad.Nat.conſ.462.num.8.

Poſtremo loco non videtur etiam obſtare ſi obijciatur, quòd cum in effectu ipſe Sereniſs. Dux habuerit dicta Caſtra ex donatione ipſius Illuſtriſſimi D. Federici qui pretium illorum gratis remiſit d. Do. Duci, & ſic ex cauſa lucratiua, non poteſt agere de euictione contra ipſum donatorem, vel ſucceſſores ſuos, vel de ea illis opponere. dic.l.Iulianus.§.1. quia præter id quod non videtur ſublata actio prima emptionis, ſed cenſeſ durare, illud non procedit, quando quis

24 habet rem ex cauſa † remunerationis, vel quando eſt etiam promiſſum de euictione, ut per Bar. & alios in d.l.Iulianus.§.1.Iaſ.conſil.34.col.fin. primo volum.Tiraq.in d.l.umquam.in uer.omnia,uel partem aliquam, num.59.ver.39.Gram mat.conſil.156.& Beneuenutus Strac.in tracta. de adiect.prima par.nu.41. Hæc ſunt quæ prima fronte viſa ſunt obſtare intẽtioni ipſius Illuſtriſſ. Dominæ Lucretiæ, & fauere penſioni ipſius Sereniſſimi Ducis.

Quibus tamen minime attentis, contrariam partem veriorem,& æquiorem eſſe cenſeo, ad fauorem ipſius Illuſtriſ. D.Lucretiæ. Et moueor pluribus fundamẽtis,iudicio meo, efficaciſſimis. Et primo, quia certum eſt, ipſum Sereniſſimum Ducem in recompenſationem, & remunerationem liberationis ſibi factæ a d.Illuſtriſ. Do.Federico dicti precij ſcutorum centum millium auri,conueniſſe,& promiſiſſe dare eidem ſcuta quinque mille annua, quoad uixerit vel fuerit facta aſſignatio bonorum immobilium in totum, uel pro parte cum defalcatione liuelli, pro parte, & rata aſſignata, vt in inſtrumento, quo fit vt negari non poſſit, quin in ſumma donata,& conuenta ipſi Illuſtriſ.Dom.Federico continea tur hęc ſumma ſcutorum duodecim millium auri,ſoluendorum poſt illius mortem,& caſu quo ſine filijs maſculis decederet, prædictæ eius Illuſtriſ.vxori,quo ſtante cum inter partes fuerit conuentũ, quòd eueniente tali caſu hæc ſumma illi ſolueretur, fuit quæſitum ius,& actio vtilis ad talem ſummam petendam ipſi Dominę,licet abſenti,

25 fauore † ſpeciali donationis, tex.eſt expreſſus in d.l.quoties.& illic Bal.Salyc.& alij.C.de donat. quæ ſub mo.quod & admittunt Doctor.in d.§. Flauius.& in l.certi cõditio.§.ſi nummos.ff.cer. pet.& ad propoſitum trad.Aret.in conſil.74.diligenter,& mature.1.dub.maxime nu.2.ubi fuerat facta donatio per maritum donatario, vt eo donatore defuncto certas pecunias daret vxori donatoris,& cui etiã fuerat reſeruatus vſuſfructus bonorum. idem etiam tenet Alex. ad propoſitum, in conſil.204. 7.uolum.maxime,num. 5.Soc.in conſil.115.num.1.11.& 12.4.uolum. Bertr.conſil.135.num.3.& ſeq.1.uolum.1.par. Grau.conſil.19.num,8. And ab Exea,d.tract.de pact.num.126.& ſequen. vbi per plures col.tractat hanc materiam.Nat.conſil.467.num.17.Couarru.d.cap.14.num.2.& ſeq.& nu.10. vbi pro

26 bat, non eſſe opus † aliqua acceptatione ſecundi donatarij. idem tenet Clar.in 3.li.ſuarũ ſent. §.donatio.q.13.uer.ſecundo quando. Stracb.in d.tract.de adiect.quarta par.num.6.& Gabr.d. lib.3.tit.de verb.oblig.concluſ.1.num.76.10.limit.Et ad propoſitum in donatione facta vni, vt ſi ſine filijs decedat, applicetur alteri, trad.Alci. in conſil.80.num.1.lib.8. Quinimmo quòd hoc caſu etiam realis actio quæratur ſecundo donatario abſenti, quando eſſet res donata non pecunia, voluere Dec.conſil.239.nu.7.8.Caſtan.conſil.53.num.53.& ſequen.Crau.conſil.19.nume. 9.& Oſaſc.deciſ.Pedemon.33.nu.11. quicquid aliter uoluerit Didac.d.cap.nu.3.Nec huic fundamento obſtant ea, quæ in oppoſitum adducebantur, ſcilicet quòd tex.in d.l.quoties.non loquatur hoc caſu, quo nihil fuit donatum D.Federico primo donatario, & quòd potuerit reuocari, quia primum tollitur ex inſtrumento ipſo, in quo conſtat immo hanc ſummam cõpræhendi in donatione facta Do.Federico, ultra quòd hoc etiam non uidetur neceſſarium, ut ex trad. per Alexan.& Aret. in dictis conſil.cernere eſt. Quod autẽ potuerit reuocari, multos habet contradictores: ſed admiſſa opi.Bart.pro vera, ſuper qua late ſcribit Didac.d.c.14.nu.7.& ſeq.ceſſat omnis difficultas, cum non fuerit facta reuocatio aliqua per ipſas partes, quinimo potius cenſetur facta confirmatio ex legato prędicto facto in vltimo teſtamento uiri, de cuius uoluntate

27 ſufficit conſtare † ex quibſcumque uerbis. Soc. iun.conſ.88.num.1.primo uolum. Et quòd cen

28 ſeatur confirmata † in teſtamento, uoluit Pariſ. conſ.90.num.25.& ſeq.3.uolum.tum quia ipſa donatio cenſetur acceptata, ut inferius probabi

29 tur, quo caſu † reuocari non poteſt, Didac.dic.c. num.13.uer.tertio apparet. & in uer.ſeq.id per alterum tantum contrahentium fieri non poſſe firmat.idem tenet Gabr.d.5.conclu.7.limit.nu. 11. Sic etiam ſtante iuramento, quod interuenit in dicta donatione, per fidem præſtitam, vt ſtatim oſtendam reuocatio fieri non potuiſſet, ut per Gabr.illic.5.limi.nu.6. Et idem eſt, quando fauore tertij eſt collata in certum futurum euentum, ut illic in 8.limit.num.12. Nam quando iam uenit tempus dandi, uel ſoluẽdi abſenti,

30 omnes admittunt reuocationi locum † eſſe non poſſe, Exea d.tract.num.151.1.fallen.Didac.d.c. num.13.3.col.uer.principaliter & quinto.Ant. Gabr.d.5.concluſ.limit.6.nu.10.& Clar.d.q.13. uer.contrarium autem.

Secundo licet donatio vel promiſſio facta abſenti nõ acquiratur, vt ſupra obijciebatur pro parte aduerſa, illud tamen nõ procedit, quando

31 interuenit iuramentum donantis, † vel promitten-

tentis, quicquid uoluerit Alci.in contrariũ cita-
** tus, & aliqui alij : cum crebrior ** ſententia ui-
deatur etiam pro hac parte, vt per Alex.& Iaſ.in
d.§.alteri.d.l.ſtipulatio, habere. de uerb.oblig.
Fely.in proœ.Greg.num.24.Soc.reg.144.dona-
tio facta pauperibus. Affli.deciſ.135.num.5.Pa
riſ.conſil.107.num.49.in 3.quod eſt inter con-
ſilia Rui.1.uolum.conſil.209. Soc.iun. conſil.
118.nu.12.ſecundo uolum. Nat.conſil.533.nu.
14.& Bero.conſil.61.num.13.2.uolum.& 13.nu.
13.in 3. Et quòd validet ſtipulationem factam
alteri, voluit etiam Gabr.d.tit.de verbor.oblig.
concluſ.1.num.69.7.limit. Et in propoſito ſatis
cenſetur interpoſitum iuramentum,ex quo fuit
interpoſita fides, & in fide Principis facta pro-
miſſio deſoluendo. Fidei enim præſtatio obligat
32 †ſicut iuramentum,Spec.ti.de arbit.§.ſequitur,
ver.ſed pone quòd in compromiſſum.Io.Andr.
& But.in d.cap.cum tempore.de arbitr.Alex.&
Iaſ.in l.3.§.iurari.de iureiur. Io.Fab.Alex.& Iaſ.
Claud.in l.ſi quis maior. C.de tranſact.& alij;
* quos illic citat Cagn.qui dicit communem.*nu.
101.Iaſ.in §.item ſi quis poſtulante,num.53. In
ſtit.de actio.Abb.& Fely.in c.querelam.num.7.
ſupra cit.de iureiu.& idem Fely.in c.2.de ſponſ.
num.15.Gui.Pap.conſil.31.in 1.dub.Abb.in d.c.
ad aures.Affli.deciſ.389.num.2.& in terminis
in fide præſtita per Principem,Crau.conſi.241.
num.11.& 12.& Ant.Gabr.lib.5.tit.de tranſac.
10.amplia.num.28.

Tertio conſiderandum eſt, ꝙ quatenus non
ualeret promiſſio ipſa in vim donationis, cuius
contrarium ſupra comprobatum extitit,ſaltem
valuit ex quo fuit facta ſub cõditione caſu, quo
Illuſtriſs.Dom. Federicus non haberet filios ma
ſculos, quo caſu conditio ſtat pro cauſa. l.a Ti-
tio.ubi Bart.& alij. de verb.oblig. eſt enim iuſta
33 conuentio, ſi quælibet † cauſa in conditionem
deducatur.l.ſi quis cum debitore.de iureiur.Al
cia.conſil.33.num.11.& ſeq.8.lib.Ioan.Bernar.
Diaz. in reg.707.ſtipulatio.& importat cauſam
finalem. Bar.in d.l.2.§.fi. de dona.Tiraq.in trac.
ceſſan.ca.1.limit.nu.41.& 60.quæ conditio cum
34 fuerit purificata,† habetur diſpoſitio pro pura.
l.fi.§.1.ubi Ang.Iaſ.& alij,de vulg.& pup.l.ſi pu-
pillus.de condit.inſtit.

Quarto ex alio defendi poteſt,ius fuiſſe quæ-
ſitum ipſi Illuſtriſs. Dominę Lucretiæ,ex quo ip
ſa fuit per uirum adiecta ſolutioni, donandi gra
35 tia,vnde poteſt,& debet illi† ſolui, d.l.Iulianus.
§.primo,vbi Bar.& alij.de verb.oblig.ubi Iaſ.nu
mero 7. & habetur in l.cum,qui ita.§.qui ſibi.ff.
eo.tit.& in d.§.plane.Inſti.de inutil.ſtip.& trad.
Benuenut.Stra.in tract.de adiect.tertia par.25.
ampliat.num.82.quod & probatur in l.ſed & ſi
quis.in princ. ubi Ang.ff.de vſufr.Adiectus au-
36 tem cenſetur† cauſa donandi,quando quis adij-
citur iuri perſonali, vt in vſufructu.dic.l.ſed & ſi
quis.Vel quando creditor adijciens nullum ſen
ſit commodum,vt in caſu iſto, in quo poſt mor
tem uiri uocata eſt vxor ad dictam quantitatẽ,
vt declarat Benuen. d.3.par.nu.74. & in ultima
37 par.num.13.& 14.nam & quis poteſt fieri†adie
ctus in rem ſuam, Aret. in l.liber homo.§.fin.in
fi.contra Caſt.de verb.oblig.Pariſ.d.conſil.107.
num.31.& 32.tertio uolnm. Benuenu.d.tracta.
prima par.in prin.num.38.& ſeq.vbi etiam agit
de adiecto ex cauſa donationis. Et poteſt fieri
38 adiectio†ſub conditione, ut in l.pater quam fi-
liæ.de pact.dotal.Ang.in d.§.qui ſibi.num.1.vbi
etiam Imo.Alexan. & alij.nec eſt dubium, quin
39 poſſit etiam abſens fieri†adiectus,ut per Benue
nu.d.tertia par.23.ampli.nu.79.quando autem
40 ſit quis adiectus in rẽ ſuam acquiritur†ei actio
vtilis,ut per Benuen.d.num.38.39.Nam etiam
fauore perſonæ,& propter affectionem acquiri
tur utilis adiectio,ut in l.Caius.ſol.mat.Ang.in
d.§.qui ſibi.ante fi.num.primo, & Imo.ibi ad fi.
41 Valuit itaque promiſſio†facta Illuſtriſs.D.Fede-
rico de ſoluendo dictæ Dominæ eius uxori,iux
ta trad.per Bart.in conſil.71. Gellus.Benuenu.
d.4.par.7.quæſt.nume.3.& ſeq.ac Ant.Gabr.d.
tit.de uerborum oblig.concluſ.1.nu.56.& cum
purificata fuerit conditio eſt ac ſi purè fuiſſet
adiecta, ut ſupra,& trad.Benuen.d.tract.ſecun-
da par. num.23. Et licet in dubio adiectio non
præſumatur facta cauſa donandi, tamen fallit
propter affectionem, & qñ res, uel pecunia nõ
poteſt creditori,vel eius hæredib. quæri,ut ſup.

Quinto,cum ipſe Sereniſs. Dux in remunera
tionem liberationis ſibi factæ a precio, uel debi
to, promiſerit ſoluere dictas pecunias, quæ re-
42 miſſio†fuit donatio,ut expreſſe dicitur in inſtru
mento,& probatur in l.ædibus,in princ.& §.1.
de donat.& in l.ſi mulier.ubi Alex.poſt alios.de
condi.ob cau.in l.contra.§.ſi filius.de pac.trad.
Didac.lib.2.uar.reſol.c.4.num.8.& Tiraq. in d.
uer.donatione largitus.num.173. cenſetur quo
dammodo ſoluiſſe precium ipſum,uel pecunias
43 dediſſe†in ſolutum,pro dicta remuneratione di
ctę remiſſionis, Alcia.conſil.3.num.32.lib.3.un
de fauore remunerarionis tãto magis debet ua-
lere dicta promiſſio,& donatio, cũ hoc caſu nõ
44 proprie dicatur†donatio.l.Aquilius.ubi Bar.&
alij.de donat. Etenim donatarius obligatur na-
turali quadam honeſtate ad beneficij accepti
remunerationem.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit, de
petit.hæred. Et multa conceduntur, & permit-
tuntur fauore remunerationis,quæ aliàs nõ cõ-
cederentur.Dec.conſ.498.nu.25.Soc.iun.con-
ſil.91.num.26. & ſeq.ſecundo uolum.& conſil.
21.nu.3.& 4.qnarto uolum.& plus ſoluendum
eſt propter remunerationem quam propter de
bitum,ut ex Seneca trad.Conarru.in capit.cum
ex officij.num.10.ubi plura congerit ad propo-
ſitum,de teſtam.& illic,colum.4. dicit quòd qui
ſoluit errore iuris occaſione remunerationis
non repetit ſolutũ.plura etiam ad propoſitum
ſcri-

ſcribit Tira.i.d.ver.donatione largitus.n.u.& ſe.
Sexto , cum hic agatur de contractu Princi-
45 pis,in quo recta† fides præfulgere debet.epiſto-
la,inter claras, C.de ſum.Trinit.Soc.iun.conſil.
76.num.117.in primo, & Rolan.a Val.conſil.1.
nu.35.in ſecundo, cuius contractus tamquàm
46 bonæ fidei,latam† debet habere interpretatio-
nem,Alcia.conſil.105.nu5.& 6.lib.5.tanto cla-
rius debet ipſe Sereniſs.Princeps teneri,quan-
47 to maioris eſt dignitatis,cum fidem† fallere gra
uib. ſit graue,grauius gauioribus,& grauiſſimis
ac exemplaribus uiris grauiſſimum.l.1. de con-
ſti.pec.Bald.conſil.343.examinanda.col.a.uer.
ex iſta ergo. primo uolum.& Rol.d.conſil.1.nu-
48 me.35. Et quia eius contractus† manu regia,&
ſecundum ius gentium iudicatur,Moder.in ru-
bri.de verbor.oblig.quod admittit Alcia.in con
ſil.18.num.5. lib.5. Et ubi requireretur aliqua
49 ſolemnitas † in contractu , valeret tamen, licet
non interueniret , cum Princeps contrahendo
cenſeretur illi derogare, Soc.iu.conſ.60.nu.16.
in 4. & adeo Princeps ex contractu ſuo obliga-
tur, ut illi etiam de plenitudine poteſtatis con-
50 trauenire † non poſſit. Roland. a Val. qui alios
citat, in conſ.13.num.45.25.nu.49.& 45.num.
15.in 3.Ceph.conſil.58.num.78.& ſeq.& in do
natione,Nat.conſil.122.nu.3.& ſeq. & 512.nu.
20.& 23.quod tanto clarius procedit, cum aga
tur de donatione,& ſic beneficio.c.cum dilecti.
in fi.ubi cano. de donat.quæ debet interpretari
non ad inſtar contractuum priuatorum, ſed ma
51 gis liberaliter† & gratioſe, Craue.conſil.95.nu.
9.& facta in remunerationem,ut ſupra .

Septimo,& poſtremo loco,cum ipſe Sereniſ.
Dux poſt litem ſibi motam per dd.Illuſtriſs.Do
minos de Gonzaga ſoluerit ipſi Illuſtriſs. Domi
næ dimidiam ſui crediti, dando in ſolutum ter-
ras,& nemora,ut in inſtrumento,cenſetur remi
ſiſſe exceptionem, ſi quam babebat , contra di-
ctum contractum.l.cum fidem.C.de non nume.
pecun.& quòd ex ſolutione cenſeatur quis de-
bitum agnoſcere, trad.Signor.in conſil.74.nu-
52 me.23.& 24. Nam qui ſoluit† partem debiti, rē
approbat.§.nos autem.in Auth.de hær.& falc.
l.ſed ſi Iulianus.§.fin. ff.ad Maced.Nat. conſilio
573.num.38.& ſoluens partem debiti,non po-
53 teſt allegare† quòd cautio non haberet cauſam.
Iac.de S.Geor. in l.cum de indebito.5.ſed hoc.
num.7.de probat.Soc.conſil.80.nume.10.in 3.
uol.ſequitur Emanu. a Coſt. alia citans ad pro-
poſitum, in l.ſi ex cautione.7.fall. num.3. C.de
non numera. pecun. Et quòd recognitio partis
54 † inducat recognitionem totius, & poſſit agi ad
reſiduum, Afflic.ſcribit deciſ.13.nu.21.

Ex his igitur tot, & tantis rationibus & fun-
damentis conſtat , fundatam eſſe intentionem
ipſius Illuſtriſ.D.Lucretiæ, q̃ tanto certior,& cla
rior apparebit ex ſolutionib.contrariorũ funda
mentorũ ſupra pro diuerſa parte conſtructorũ.

Non obſt.igitur primo, quòd non valeat hæc
donatio, ex quo fuit facta abſenti, nemine pro
ea ſtipulante,quia immo cum fuit facta Illuſtriſ.
Domino Federico præſenti,ita ut poſt mortem
illius caſu quo ſine filijs decederet maſculis pro
hac parte tranſiret ad prædictam Dominam,&
conditio purificata fuerit,ualuit dicta donatio.
d.l.quotiens.C.de donat.quæ ſub mo.cum alijs
ſupra adductis in primo fundamento pro hac
parte facto. Secundo,illud non procedit,ſtante
iuramento donantium, ut in ſecundo fundamē
to,& hęc opinio uidetur frequentior,ut ex rela-
tis ibi conſtat , ſicut etiam poteſt ualere in uim
adiectionis,ut in quarto,& maxime, quia eſt fa-
cta a Principe in remunerationem alterius do-
nationis,ut in 5. & 6. & quia fuit agnita & ap-
probata per ſolutionem factam,vt in vltimo fun
damento. Præterea ex quo ſupponitur in facto
quòd ipſa Illuſtriſ.Dom.habuerit ſcientiam de
huiuſmodi donatione viuente etiam uiro,quod
fertur in facto poſſe probari,ex quo contractus
55 erat† ei vtilis,cenſetur illam approbaſſe,& ratifi
caſſe,gloſ.& Doct.in l. ſi abſentis. C.ſi cer.pet.
Bar.in l.quo enim.§.1.ff.rem rat.hab.Abb.& Fe
ly.nu.19.in c.nonne.de præſumpt.Dec.in l.ſem-
per qui non prohibet. in princ. de reg.iur.& in
conſil.58.num.2.Soc.iun.conſi.67. num.13.ter
tio uolum.& Rolan.a Val.conſil.19.nume.34.&
ſequen.primo volum.& 4.num.28. & ſeq.2.uo
lum.Ceph.conſ.33.nu.19.& Deciſ.Peruſ.24.nu
mero 8.& 24. Et ex coniunctione viri,& vxoris
56 præſumitur† ſcientia, Ceph.d.conſ.Crau.conſi.
151.nu.24.Tiraq.in tracta. de ll.connubial.lib.
12.in prin.& Rol.d.conſil.19.nu.35. & ſequen.
Et cum ipſa in executione dictæ donationis exe
gerit per dictam dationem inſolutum dictos
ſcutos ſex mille,cenſetur ratificaſſe contractum
57 donationis, cum facto etiam inducatur † ratifi
catio.l.Paulus. & l.bonorum.ff.rem rat.hab.ma
xime quando actus fieri non poteſt citra ius rati
ficationis. Crau.conſil.159.numero quinto. Et
quod ex adeptione poſſeſſionis rei donatæ cen
58 ſeatur confirmata† donatio , habetur etiam per
Bald.in d.l.nec ambigi. C.de donat.& Affli.de-
ciſ.279.num.8.

Secundo non obſtat quod donatio non va-
luerit quaſi facta fuerit a viro vxori, tum quia id
poteſt iuſte negari, cum emanauerit ab ipſo Se-
reniſſimo Duce, & non a viro,ut ſupra. Et qua-
tenus facta fuiſſet a viro, ex quo tñ interuenit fi
dei præſtatio, quod operatur idem quod iurm,
59 ut ſupra validatur† hæc donatio,ſecundum cōio
* * rem * * Doct.ſententiam, quam alios citans te
net Clar.in d.§.donatio,quæſt.9.uer. ſed quid ſi
in ipſa.Ant.de Petrut.in repe.l.primæ, num.22.
cum pluribus ſeq.de iureiur. Viui. in prima par.
ſuarum communium opinionum,opinione 75.
Dom.Rim.iun.in §.1.num.a 72.Inſtit.de donat.
Rol.a Val.conſilijs 8.num.16.num.16.in 1.25.
num.

num. 15.& 60.nu.32.in 2.uolum.& Ant. Gabr.
d.tit.de donat.concluſio.3.in prin. Quod tanto
clarius videtur procedere,cum fuerit protracta
60 † in caſum ſoluti matrimonij, l.ſed interim, l.ſi
vit vxori.§.ult.l.quia.de donat.int.ui. & ux. Per
Duen.reg.221,tertia limitatio.Et licet ſciam ali
quos contradicere,tamen quia donans non di-
minuit ſuum,licet non acquiſiuerit,nec propte-
61 rea fuerit factus pauperior,† donatio uidetur ſu
ſtinenda, vt per Crot. in l.ſi conſtante 2, lectu,
num. 156.ſol.mat. & quando agitur de modico
præiudicio, ut quia poterat reuocari, voluit
Imo.illam valere, in l.ſi ſocer. §.Lucius. nume.
5. ſolu. matr.

Tertio non obſt. quod ex quo Sereniſſimus
Dux fecerit illam donationem ex cauſa dicto-
rum caſtrorum, & iuriſdictionum,quæ quodam
modo euicta dicuntur eidem,ex quo tenetur ſol
uere tam magnam ſummam pecuniarum dictis
DD.nepotib.Illuſtriſſimi Dom.Federici. & cau
ſa ipſa ceſſauerit,non teneatur ad ſolutionem di
ctarum pecuniarum, per ea quæ ſupra in oppo-
ſitum adducta fuere in tertio fundamento,quia
pluribus modis reſpondetur.

Et primo,quia donatio facta dicto Domino
Fed. fuit facta in recompenſationem & remune
rationem liberalitatis, & donationis eiuſdem,
qua liberauit ipſum Sereniſſimum Ducem a pre
cio dictorum caſtrorum & iurium,ſibi ſolui pro
miſſo,& conuento,quæ quidem cauſa remune-
rationis non eſt ſublata, licet etiam fuiſſent ſibi
euicta caſtra ipſa,ſed durat, propter quam valet
promiſſio, & conuentio ipſa per ea, quæ ſupra
deducta fuere in 5.fundamento: ſicut etiam du
rat liberatio facta a precio prædicto per dictum
Illuſtriſſimum Dom.Federicum,cuius cauſa fuit
facta dicta donatio,unde cum non ceſſet cauſa,
non ceſſat donatio,& hæc uidetur cauſa finalis,
ſine qua non erat talem donationem facturus,
62 uel eo modo,niſi fuiſſet illa cauſa. Bal. conſilio
340.ea præmitto.colum.1.ad fi.3.volum. Crau.
conſil.44.num.15.in 4.uolum.Et ſi ceſſante cau
63 ſa non ceſſat † effectus, quando remanent reli-
quiæ priſtinæ cãe,ut per Tiraq.in d.tract.cã ceſ-
ſan.16.limi.in prin.tanto minus,quando adhuc
viget, & durat cauſa ipſa. Secundo cum reſpe-
ctu donationis factæ huic Dominæ, non ſit at-
tendẽda alia cauſa, quàm conditio, in cuius euẽ
tum fuit facta promiſſio harum pecuniarum, ut
ſupra,in tertio fundamento deductum fuit,cer-
te non poteſt dici quo ad eam cauſam ceſſaſſe,
cum ceſſatio cauſæ reſpectu aliarum perſonarũ
non officiat. Tiraq.d.tract.8. limit. Tertio, quia
cauſa donationis ipſius Dominæ non fuit de fu
turo,ſed de præterito, uel præſenti propter libe
rationem factam ab ipſo Illuſtriſs.Do.Federico
non poteſt habere locum conditio ob cauſam,
quia ſufficit, quod fuerit facta remiſſio, licet ali-
64 quo euentu † non poſſet ſibi locum uendicare,
ut ad propoſitum uoluit Bal.in l.1.num.8. poſt
glo.illic. vbi etiam alij,maxime Cagno.num. 34.
& ſequen.C.de pac.& Alexan.in l.ſi pecuniam.
in prin.num.75.de condi.cau.da. & Crot.con-
ſilio 30.num. 7.Quarto pecuniæ quæ debentur
huic Dominæ,non debentur ex contractu uendi
tionis, ſicut etiam non deberentur Illuſtriſſimo
Dom.Fede.ſed ex contractu donationis ex quo
65 actio competens ex vendito, fuit transfuſa † in
actionem ex donato. quod fieri poſſe ambigen.
non eſt. l.Lucius Titius.la 2.depoſi. l.ex precio.
C.ſi cert.petat.Bald.in Rubrica. C.depoſ.num.
5. Saly.in l.pe. q.pe.nu. 12,C.eo. Caſt. coſi.170.
in prin.ſecundo uolumine.Nat.conſilio 438.nu
mero 5. & Alb.conſil.3.numero 52. Et hoc ca-
66 ſu tollitur prima actio,† quæ competebat ex pri
mo contractu, & remanet obligatio ſecundi de
biti,Rim.conſil.291. num.9.

Nec ſecundus contractus propter eius diuer
67 ſam qualitatem ſequitur† naturam primi,Bart.
in l.ſi quis nec cauſam,num.3. & 4.ſi certum pe
tat, Gomes.in §.fuerat.num.4.quinta limitat. In
ſtit.de actio.habetur per Docto. in l. ſingularia.
ubi Bart.num.21.& Cagno.192.in 1.lect.ſi cer.
petat.& trad. Menoch. de Arbitr.iud.libro pri-
mo,q.54.num.33.Cum itaque actio ad precium
ex uendito competens fuerit transfuſa in aliam
ex donatione competentem reſpectu d. quon-
dam Illuſtriſſimi Dom. Federici, & ſi ipſe egiſſet
ad pecunias donatas, non poteſt obijci de eui-
ctione rerum, prout poteſt uenditori. l. ſi poſt
perfectam,cum ſim. C. de euict. igitur minus id
debet poſſe obijci huic dominæ, quæ de euictio.
non tenetur,nec eſt hæres uiri.Et ſtante dona-
tione facta precij prædicti, dicitur ipſe Sereniſſi
mus Dux habere Caſtra.& iuriſdictiones ipſius,
68 tit.lucratiuo,licet etiam mutuam† donationem
pro ea fecerit.l.cum hic ſtatus.§.ſi ambo.de do
nat.inter ui.& uxo. Alci.conſilio 13.libro octa-
uo, Quinimmo quando contractus eſt partim
donationis,& partim alterius generis, debet at
69 tendi natura † donationis, quæ principaliter
vertitur in contractu.l. Ariſto.de donatio.Alci.
conſilio 31.numero quinto,libro primo. Quin-
to cum ipſe Sereniſſimus Dux emerit dicta feu-
da a dicto Illuſtriſſimo Domino Federico, quæ
ſciebat eſſe antiqua, & in eis dictos nepotes ius
habere, vigore antiquarum inueſtiturarum, ſi
70 ſibi fuiſſent † euicta, ſibi eſſet imputandum. l.
ſi feudum. ubi Bartol.& alij.C.de euict.

71 Nam eo caſu uendens † cenſetur uendere ius,
quod habet in re. Gozad. conſilio 24. numero
ſeptimo,uerſiculo quarto,& conſilio 58. nume-
ro 13. Et quod emens rem feudalẽ uel emphy
72 teuticam,ſi ſciuit qualitatem rei, † non agat de
euictione,quæ euenit ex natura rei,tradit Imo.
in l.ſi rem aliquam.numero quinto,& illic aper
tius Aret.columna ſeptima,etiam numero quin
to, uerſiculo,ſecundo adde. de aquiren. poſſeſſ.

&

& faciunt trad.per glo.& Doctor.in l.ſi familię.
C.fam. ercíſ. Quinto debuit ipſe Sereniſs.Dux,
ut poſſet agere vel excipere de euictione, res de
fendere in iudicio, non autem compromittere,
73 vel tranſigere, quia eo casu uenditor non tene
tur de euictione, l.ſi dictum.§.ſi compromiſero.
de euict.Soc.reg.45.vlt. fallen.& Gozad.conſil.
63.num.9. Vltra quòd non conſtat quòd etiam
ſolutis pecunijs ad quas, ut dicitur, fuit condem
natus, nihil ſupereſſet de bonis ipſius Illuſtriſ-
ſimi Do.Federici, licet & ſi hoc conſtaret, etiam
non ſat eſſet, ut ſupra.

Quarto non obſt.quòd ipſe Sereniſs.Dux in
datione inſolutum facta de dictis bonis dictæ Il
luſtriſs.Dom. Lucretiæ appoſuerit illam condi-
tionem, quatenus firmæ, & validæ remaneant ꝓ
miſsiones, & remiſsiones, ſeu renunciationes
factæ dicto sereniſsimo Duci per dictum illu-
ſtriſsimum D.Federicum, quæ uidetur fuiſſe ac
ceptata per dictam Dominam, quia cum dicta
donatio illi facta fuerit perfecta, & ſimplex, non
74 potuit ex interuallo † talem conditionem adij-
cere, l.perfecta. C.de donat. quæ ſub mo. Tiraq.
de retrac.tit.2.in fi. nume.106. Didac.d.c.14.in
prin.lib.j.var.reſol.Rol.conſ.8. nu.18.in princi.
Nec alicubi probatur, quod ipſa Domina appro
bauerit talem conditionem, cum non conſtet
de ea habuiſſe ſcientiam, & ignorantia præſumi
tur, l.ſi.pro ſuo.l.uerius.de probat. Et ignorans
75 † non intelligitur ratificare.Soc.conſ. 251.col.
14.ſecundo uolumine. & propterea ut ualeat ra
tificatio debet legi inſtrumentum ratificanti
Caſtr.in conſi. 350. de caſu præſenti, in antiq.
Crau.conſi.197.nume.14.potuit enim ipſa Do
mina iuſte credere, quod iuxta tenorem ſui mã
dati facti in ſuum procuratorem facta fuiſſet da
tio in ſolutum, ſine ea clauſula. Vnde nihil ſibi
nocuit, quod rem poſſederit ſibi inſolutũ datã
cum non propterea præſumatur ſciuiſſe aliter
76 fuiſſe † contractum, quã per eam fuerit manda
tum, vt ad propoſitum tradit Saly.in l.pręterea.
col.2.ver.ſed dubitari.ff.mand. ſequitur Aret.in
§.is qui.col.2.Inſti.eo.& Pariſ.conſi.48.nu.98.
& ſeq. primo volu. Præterea illa proteſtatio be-
ne declarauit animum proteſtantis, non autem
77 obligauit † ipſam Dominam non conſentientẽ.
Rimi.conſi.279.num.14. Vltra quod cum dicta
clauſula fuerit appoſita reſpectu euictionis di-
ctorum bonorum, datorum inſolutum ipſi Dñę
de qua nunc non agitur, non eſt extendenda ad
euictionem bonorum venditorum ipſi sereniſ-
ſimo Duci, vnde contra eum qui potuit legem
apertius dicere, facienda eſt interpretatio. l.ve-
teribus.de pact. tum etiam quia illa clauſula in-
tendit, quod promiſſiones, remiſſiones, & renun
tiationes factæ ſtent firmę, & ualidæ, & tamen
numquam fuere reuocatæ, vel annullatæ, ſed ad
huc vigent in ſuo robore, & ſic ceſſat omnis ſcru
pulus.

Et cum ex ſupra deductis apertiſſime conſtet dictam ſummam dictorum ſex millium non ſolutam deberi prædictæ Illuſtriſſimæ Dominæ, vigore dictæ donationis, & promiſſionis, non eſt vlterius quærendum, an vigore legati ſibi facti poſſit peti, ſicut etiam non eſt diſputãdum, an iuſte potuerit ipſe sereniſſimus Dux ſoluere dictas pecunias dictis nepotibus D.Federici ſtantibus tot aliis rationibus, ex quibus apertiſsime concluditur ad fauorem ipſius illuſtriſsimæ Dominæ Lucretiæ. Laus Deo Opt. max.

Bart b. Bertaz.

In hac eadẽ cã hẽs cõſ.Menoc.178.& Bur ſ.304.

ARGVMENTVM.

Qui chirographo cauit ſe recepiſſe pecunias, quas tenet in depoſitum, an poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ?

Quid ſi dicat recepiſſe ex cauſa mutui, licet ſcriptum ſit de depoſito?

Sed quid ſi confeſſus eſt ſe debitorem offerendo ſe rationem reddere?

Et an negãdo in iudicio, illa negatio fungatur vice exceptionis non numeratæ pecuniæ?

S V M M AE.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium competit debitori.*
2 *Non admittitur tamen contra creditorem ex cauſa depoſiti.*
3 *Depoſitum probatur per confeſsionem depoſitarii, & recipientis.*
4 *Et probatur per omnem ſpeciem probationis.*
5 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an habeat locum in depoſito pecuniæ datæ ad numerum, ſecundum Bar.*
6 *Sed contraria opinio eſt verior, & Florentiæ praticatur.*
7 *Debitor cum non poſsit venire contra propriam confeſsionem, eſt condemnandus.*
8 *Depoſitum irregulare, non eſt ita fauorabile, vt verum depoſitum & proprium.*
9 *Opinio communis in aliis terminis non præualet deciſionibus in ſpecie.*
10 *Depoſitum irregulare habet priuilegia veri depoſiti.*
11 *Et vt tale ſit, neceſſe eſt vt depoſitarius poſſit vti re depoſita.*

Teſtis

12 *Teſtis poteſt improbari quo ad dictum, ſi non quo ad perſonam.*

13 *Fraus non præſumitur, ſed eſt probanda legitimis probationibus.*

14 *Interpretatio fit contra fundantem ſe in probatione dubia.*

15 *Et omnis facienda eſt ad excludendum fraudem, etiam late capiendo verba.*

16 *Mutuum poteſt conuerti in cauſam depoſiti, licèt verè numeratio non interueniat.*

17 *Mulieres in contractibus facile ſeducuntur.*

18 *Et non ſunt integri iudicii, vt maſculi.*

19 *Exceptionis effectum non poteſt habere negatio facta coram iudice incompetenti.*

20 *Exceptio eſt in ſcriptis proponenda, & notificanda parti debito tempore.*

21 *Et eſt formiter proponenda, ſi condemnatur debitor per modum exceptionis.*

22 *Soluere promittere cenſetur, qui promiſit facere bonam aliquam quantitatem.*

23 *Oblatio inducit confeſsionem obligationis.*

24 *Et inducit conſtitutionem, quòd offerens rem habeat penes ſe.*

25 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, non poteſt opponi a debitore, qui geminauit, & implicauit confeſsionem debiti.*

26 *Idem eſt, ſi debitor confitendo, promittendo, & oblationibus agnouit debitum.*

27 *Et maximè, ſi per oblationem confeſsiones fuerunt iudiciales.*

28 *Et ſi debitor faſſus eſt, ſe eſſe verũ debitorẽ.*

CONSILIVM XLVIII.

In Domino confido:

CAſus propoſitus nullam, vel leuẽ (iudicio meo) videtur habere difficultatem; quia præſuppoſito, ꝙ ſit probatum chirographum, ſuper quo controuertitur, fuiſſe ſcriptum manu Dom. Ioſephi Panceriæ, prout ipſe confeſſus fuit in iudicio agitato Ferrariæ, & comprobatum fuit per teſtes chirographarios illi ſubſcriptos, ac pronuntiatum fuit, ita eſſe in iudicio Mantuæ agitato, ex quo ipſe D. Ioſephus confeſſus fuit in eo habuiſſe a Nobili, & Mag. D. Aurelia Scota, nunc vxore Mag. D. Bartholom. Pendalei, ſcutos octingentos auri in auro, in plurib. vicibus, quos tenebat in depoſitum cũ obligatione illos ponendi, ſeu inueſtiendi ſuper mõte farinæ vrbis, nomine ipſius Mag. Dñę, vel eos illi perſonaliter, & nõ alteri reſtituendi, vt in eo, certe negari non poteſt, quin talis promiſſio, & obligatio fuerit facta ex cauſa depoſiti, non aũt ex cauſa mutui, de quo nullum verbum in ipſo chirographo. Vnde certum eſt exceptionem nõ
1 num. pec. quæ intra biennium † competit debitori. Inſt. de littera. oblig. ante fi. & l. in contractib.
2 in pr. C. de non nu. pe. minimè admitti poſſet † cõtra ipſam Mag. Creditricem, per tex. expreſſum. in d. l. in contractibus. in §. ſed qm̃. qui tex. ſecũdum gl. ibi loquitur in confeſſione depoſiti, fa-
** cta ẽt per depoſitarium, & eſt cõis** & recepta ſnĩa Doct. ibi, Pet. de Bellaper. in 2. col. in princ. Cy. nu. 1. & nu. 5. Odofr. Alber. nu. 1. Io. Fab. Bal. Ang. Sal. & Caſtr. quod uoluere ẽt Bal. in conſi. 455. quidam. nu. 7. 1. vol. & 364. trib. rationibus, nu. 2. ver. ſecundo, quia 2. vol. Ioã. Petr. Ferra. in ſna practica, in forma libelli, in actio. hypothe. in gl. in depoſito. nu. 2. Clau. Cantiuncu. in d. ti. de litter. oblig. Petr. Duen. in reg. 260. exceptio nõ nu. pec. in 5. limit. & Nat. conſ. 438. nu. 4.
3 Nec dubium eſt, quin depoſitum † probetur per cõfeſſionem depoſitarij, & recipientis. l. Publia. ff. depoſi. Bal. in conſ. 256. actum fuit. nu. 1. & d. conſ. 364. nu. 2. 2. vol. quod etiam prius uoluit idem Bal. in conſ. 269. quidam nomine. nu. 6. in 1. uol. & Nat. d. conſ. 438. nu. 5. & Rol. a Val. ad propoſitum in conſ. 17. nu. 8. 1. uol. ſicut etiã
4 depoſitum probatur per omnem ſpeciem † probationis, ut per Doct. poſt gl. in l. 1. ubi Rip. nu. 1. C. de edendo.

Et licèt Bar. in d. §. ſed qm̃. nu. 7. cum quo uidetur tranſire Chriſto. Porci. in d. titu. de litter. obli. Inſti. nixus fuerit defendere opi. contrariã, ꝙ exceptio non nu. pec. habeat locum in depo-
5 ſito pecuniæ datæ † ad numerum, non in ſpecie, vel pecunia ſignata, eius tamen opinio meritò
* cõiter * eſt reiecta, ex quo indiſtincte aliter tenent omnes ſupra citati, & in ſpetie, quando maxime non apparet fraus, ꝙ fuerit ſcriptum pecuniam depoſitam, cum mutuo fuiſſet petita, uel data, aduerſus Bar. Bald. nu. 1. & 2. & Sal. nu. 4. & Caſtr. nu. 5. & 6. in d. §. ſed quoniam. ubi dicit
6 Caſtr. ꝙ Florentiæ ita practicatur, † ꝙ fiunt ſcripturæ mercatorib. de depoſito. & idem uoluit idem Caſtr. in Rub. illius tituli, in fi. idem ẽt uoluit expreſſe Fel. in c. ſi cautio, nu. 54. in 3. fall. de fi. inſt. Iaſ. in l. 2. in prin. nu. 5. ff. ſi cer. pe. Curtiu. in l. bona fides. col. pe. ff. depoſi. Purpurat. in l. ſingularia. nu. 43. ff. ſi cer. pe. Cui opi. ẽt adhæret Alc. in d. l. in prin. quam opi. ẽt ſequitur Rolan. a Val. d. conſ. 17. nu. 7. & illam plurib. rõnib. comprobat, & belliſſimè tutatur, eam magis receptam affirmans, Eman. a Coſt. in repet. l. ſi ex cautione. in 2. fall. nu. 4. & ſeq. C. de non nu. pec. & cum in hac ſpecie habeamus deciſiones cões in terminis, & ueras, ſoluitur utrunque dubium propoſitum per Clariſs. & Excell. D. Aud. Rotæ Mantuæ, ꝙ ſatis fuerit probata intentio ipſius Mag. D. Actricis, ex chirographo ipſo compro-

bato, & contractus ipſe fuit cõtractus depoſiti,
contra quem non admittitur exceptio nõ num.
pecuniæ, etiam ꝙ eſſemus intra biennium, & de-
bitor ipſe negaret numerationẽ, ut fecit reſpon
dendo poſitionib. in proceſſu Ferrariæ, de quo
inferius tractabitur: nam tali caſu, cum ipſe non
poſſit venire contra propriam confeſſionem, de
7 bitor † uenit condemnandus, ut vr̃ velle Bald. in
auth. contra qui propriam. 2. col. nu. 3. C. de nõ
num. pec. & clarius Crau. in trac. de antiq. temp.
in 1. par. in §. quæritur ẽt. nu. 82. & appoſitiſſime
declarat Caſt. in l. inſtrumenta. nu. 4. C. de prob.

Et licet ſciam ꝙ ex aduerſo pro cõprobatio-
ne opinio. Bar. adducetur auctoritas aliquorum
in alijs terminis tenentium depoſitum irregula
8 re, & ꝙ excedit notiſſimos † terminos depoſiti
non eſſe ita fauorabile, ut uerum depoſitum, &
proprium, ut in l. Lucius Titius. la 1. cum l. die
ſponſaliorum. ſeq. §. 1. ff. depoſi. tamen cum in ca
ſu noſtro etiam in depoſito pecuniæ numeratæ
Doctores præallegati in indiuiduo decidant ex
ceptionem non nume. pecuniæ ſibi locum non
vendicare, per d. §. ſed quoniam. ceſſant opinio-
9 nes aliorum, qui loquuntur † in alijs terminis, ẽt
ſi eorum eſſet cõis. Neuiz. & Sylua nupti. lib. 5.
nu. 72. Licet etiam uerior, & communior ſit Do
ctorum ſententia, ꝙ priuilegia depoſito conceſ
10 ſa, procedunt etiam in depoſito † irregulari, vt
probat in dictis legib. Lucius Titius. & die ſpon
ſaliorum. §. j. quod & voluit Rimi. in conſil. 101.
num. 30. per d. §. ſed quoniam. & alij. quos citat
Rol. in d. conſ. 17. nu. 6. & quod & ſenſit Alb. in
conſ. 4. nu. 12. vbi voluit executionem paratam,
vt non omittam, ꝙ opinio Bar. non poſſet habe-
re locum, etiam ꝙ eſſet ſeruãda (quod nuſquam
fatendũ eſt per prædicta) niſi qñ data eſſet licen
11 tia depoſitario, vtendi pecunia † depoſitata, qđ
uidetur neceſſarium, vt depoſitũ ſit irregulare,
vt probatur in d. l. Lucius Titius. ibi. nam vt ſi
tantumdem ſolueretur conuenit. & in l. ſeq. vt
tantumdem redderet. Et ibi animaduertit Caſt.
nu. 2. in ver. 2. determinationem. quo fit ut cum
in caſu iſto nõ appareat fuiſſe factum depoſitũ,
vt poſſet pecunijs vti depoſitarius, vel ut tãtum-
dem redderet, ſed fuit addita quantitas, vt ſciret
quid. & quantum fuerit depoſitum, iure teneri
põt ẽt ſecundum opin. Bar. hoc caſu fuiſſe con-
tractum veri, & regularis depoſiti, & per conſe-
quens exceptionẽ illã non num. pecun. ceſſare.

Nec mouere debet Clariſ. D. Auditores. ꝙ al
ter ex teſtibus examinatis Paduæ, ſ. frater Nico-
laus, depoſuerit ꝙ d. D. Ioſephus tempore con-
fectionis chirographi dixit ipſius teſtibus, quod
D. Aurelia illi mutuo dederat bonam quantita-
tem pecuniarum, & ꝙ pro cautione eius ſibi fe-
cerat illud chirographum, & ꝙ deberet tenere
rem celatam, nec propalare, & iſtud idem affir-
mauit ipſa D. Aurelia.

Quia primo id tollitur ex eo ꝙ aliter loquitur
alius teſtis, & poteſt Mag. producẽs reprobare
12 quo ad dictum. teſtem ipſum, licet † non quo ad
perſonam. l. ſi quis teſtib. & ibi Saly. nu. 3. C. de
teſtib. & Alex. conſ. 66. uiſo proceſſu. col. 2. in fi.
& col. ſeq. 1. vol. Nec eſt ueriſimile, ꝙ ſi mutuo
dediſſet, feciſſet fieri ſcripturam depoſiti, quia
13 fraus † non præſumitur, ſed eſt probanda proba
tionib. legitimis, & efficacibus, ut late tradit Cra
uet. in conſ. 21. nu. 4.

Præterea, & ſecundo, ego non intelligo, ꝙ ip-
ſa D. Aurelia affirmauerit id totũ, quod protulit
D. Ioſephus, ſed idẽ quod ultimo loco dixit. ſ. ꝙ
deberet tenere rem occultam, tum quia cum ſit
intentionis partis aduerſæ probare mutuum fa-
ctum, & teſtis id aperte non exprimat, cum po-
tuerit illa tantummodo affirmare uelle, ꝙ non
propalaretur negotiũ, probatio, dubia eſt facien
14 da † cõtra fundantem ſe in ea. c. in præſentia. de
probat. & l. non hoc. C. un. legiti. Tum quia om-
nis interpretatio eſt facienda ad excludendam
15 fraudẽ. ẽt † late capiendo verba, Crau. conſ. 122.
nu. 11. Tum & tertio, quia admiſſo ſine ueritatis
preiudicio, ꝙ prius pecuniæ datæ fuiſſent mutuo
ipſi D. Ioſepho, nõ repugnat, quin potuerint po
16 ſtea conuerti in cauſam depoſiti, † & fieri chiro-
graphum de depoſito, licet etiã uera numeratio
non interuenerit. l. ſi ex precio, ubi no. C. ſi cer.
pet. Caſt. conſ. 170. uiſo puncto, 1. col. circa me-
dium. 2. uol. & Nat. ad propoſitum, in d. conſil.
438. nu. 6. Et certè ſi totam ſeriem chirographi
perpendamus, apparebit partes intellexiſſe, ꝙ eſ
ſet depoſitum, nõ mutuũ, & maxime cum ipſa di
miſerit illas pecunias penes eũ ad finẽ, ut illas de
poneret, prout ita ſe obligauit ſuper monte fari
næ vrbis, quod non ob aliud factum fuiſſe cen-
ſeo, q̃ ut ex eis, ipſa Domina illic, ſcilicet in ur
be poſſet ſibi inſeruire in litibus ſuis, quæ tunc
(ut audio) ibi tractabantur.

Præterea parum eſt ueriſimile, quòd debitor
contraxiſſet cum muliere, & faſſus fuerit habuiſ
ſe pecunias mutuas, ſpe futuræ numerationis,
cum (ut experientia ipſa docemur, quæ rerum
eſt magiſtra. c. quam ſit. in princ. de elect. in 6).
ſæpius homines in contractibus mulieres deci-
piunt, quàm econtra, cum facile ſeducantur,
17 † quandoque minis, quandoque blanditijs, &
pollicitationibus, ut Bal. tradit in l. 2. 9. q. C. de
18 reſcind. uend. & non eſt integri iudicij † fœmina,
ut maſculus. l. fin. ff. qui pet. tuto. ſed plerunque
contra propria commoda laborant. l. 4. in fi. C.
de ſponſa. itaque non eſt ueriſimile, nec aliquo
modo ſuſpicandum, quòd fuerit facta fraus ali-
qua de contractu ad contractum, immo potius
tenendum eſt, ꝙ ipſe uerè, & realiter habuerit
pecunias in depoſitum, ut cantat chirographũ,
& uix credere poſſum, ꝙ ipſa Domina cõſilium
aliquod ab aliquo perito habuiſſet ſuper tali cõ-
tractu celebrando, ſtante ſobrietate (ut ita dicã)
& ſimplicitate d. chirographi, in quo pro tã ma

gna

gna ſumma ipſe debitor non obligauit etiã eius
bona ad reſtitutionem, vnde illa tãtum habebat
contra illum, & ſucceſſiue contra eius hæredes
actionem perſonalem, non etiam realem, quod
non admiſiſſet aliquis peritus ſuper eius confe
ctione conſultus. Concludo itaque, ꝙ ex quo
præſupponitur ſcriptum eſſe verum, & omnia in
eo cõtenta vera fuiſſe, & eſſe, nos uerſari in con
tractu depoſiti, quod præſertim habet priuile-
gium, ut aduerſus illud exceptio non numeratę
pecuniæ opponi nequeat.

Cæterùm & ſi aliquis ſcrupulus iniici poſſet
conſcientiæ alicuius, vt videretur potius contra
ctus mutui q̃ depoſiti, quod vix credere queo
adhuc ex alijs cenſeo omnino hæredes d. Do-
mini Ioſephi excludendos eſſe.

Et primo conſidero, ꝙ uedum bienniũ, ſed
decennium lapſum extitit a tpe factæ obligatio
nis chirographarię, nec vmquàm (ut audio) fuit
oppoſita exceptio non num. pecuniæ, licet tan-
tũmodo reſpondendo poſitionibus, ipſe D. Ioſe
phus negauerit habuiſſe pecunias, cũ cauſa age-
retur in ciuitate Ferratiæ, quæ negatio non põt
habere effectum exceptionis, tùm quia facta in
19 iudicio nullo, & coram † incompetenti, ſicuti de
cõfeſſione tradũt Doct. in c. at ſi clerici. in prin.
de iudi. Bar. Iaſ. & alij, in l. magiſtratib. ff. de iur iſ-
dic. om. iud. & cum non valuerit proceſſus, non
potuit etiam valere hæc reſponſio, & exceptio
20 huiuſmodi eſt in ſcriptis † proponenda, & notifi
canda parti debito tpe, gl. & ibi Bal. & Saly. in l.
ſi intra. C. de nõ num. pec. Aret. in §. idem iuris.
Inſti. de exceptio. vel ſi conueniatur debitor per
21 modum exceptionis, eſt formiter † proponẽda,
ut probatur in d. l. ſi ex cautione. ibi, exceptione
oppoſita. vbi Bal. in 4. q. ad fi. & Emanu. a Coſt.
ſuper verbis, exceptione oppoſita. nu. 6. Et cum
ẽt fortè nõ fuerit talis rñſio notificata ipſi Mag.
Actrici, ceſſare tãto magis vr̃ omnis difficultas,
ut nõ poſſit dici oppoſitã fuiſſe exceptionẽ ſuã.

Secundo, cũ in iudicio ipſe D. Ioſephus cum
Mantuæ conueniretur de an. 1562. ſe obtulerit
reddere bonum computum (ut dr̃) *da gentil' huo
mo*, & de bono, & ęquo, & ſi non reddiderit bo-
na computa, & oſtenderit ſe nõ eſſe debitorem,
obtuliſſe ſe paratum ſatisfacere, pręſente Mag. D.
Bartholomeo, & acceptãte oblationem, & dein
de etiã ipſe D. Ioſephus aliam fecerit ferè ſimilẽ
oblationem, iudicialiter, vt in proceſſu, & dãdo
computum ipſi Mag. Actrici. & certe negari nõ
poteſt, quin ipſe apertè confeſſus fuerit habuiſ-
ſe pecuniam, quia dare computum, vel reddere
rationem tenetur is, ad quem res alterius perue
nit, & tenetur tunc reliqua ſoluere. l. cũ ſeruus.
vbi Doct. ff. de condi. & demon. Nec dubium eſt
quin allegando ſe uelle ſatisfacere, & dare com
putum, in neceſſarium antecedens debitum faſ-
ſus fuerit, cum ſolutio præſupponat debitum. l.
decem, ff. de verb. oblig. Et ſicut is, qui promittit
bonam facere creditori aliquam quantitatem,
22 cenſetur promittere † ſoluere, Soc. conſ. 65. nu.
2. 4. vol. & Dec. in conſ. 7. nu. 3. idem dicendum
eſt de promiſſione reddendi rationem, ſeu dan
di computum, & tanto clarius, cum ſit additum
in prima oblatione, ꝙ offerebat ſe paratum ſa-
23 tisfacere, quę oblatio ſatis inducit † confeſſionẽ,
ꝙ erat obligatus, iuxta ea quę tradit Alex. de eo,
qui dicebat ſe eſſe paratum talem rem recupera
re, ꝙ cenſebat fateri ſe obligatum, in conſ. 63. in
caſu. col. pen. verſ. & maxime. 3. uol. Craue. in d.
tract. in 1. par. in §. vidimus. num. 46. & Neguſ. in
tracta. de pignor. in 5. parte principali, in 3. par.
3. membri. num. 11.

Nõ extra propoſitum ẽt facit cõſilium Soc.
96. ante fin. 4. uol. ubi uoluit induci confeſſionẽ
24 † offerentis, ꝙ res habeat penes ſe, de quibus in
oblatione illius: ubi firmat ꝙ oblatio promiſſio-
nem importat, ſequitur Neguſ. loco præcitato
in fi. nu. 12. Cum itaque de ueritate conſter, ꝙ ip
ſe habuerit dictas pecunias, ſequitur ꝙ non eſt
opus probare per ipſam Mag. D. Aureliã nume-
rationem, quæ ſatis probata eſt. Nec poteſt am
plius opponi exceptio ipſa non numeratæ pecu
nię, tum quia lapſum eſt tempus, tum quia gemi
nata, & triplicata eſt confeſſio, quo caſu limita-
25 tur dicta regula exceptionis † opponendæ, quæ
hoc caſu tollitur. gloſ. in d. §. ſed qm̃, in ver. peni
tus. Iaſ. in l. qui pecuniam, 2. limit. nu. 4. ff. ſi cer.
pet. & in §. in perſonã. nu 5. Inſti. de acti. Io. Lup.
in rub. de dona. inter ui. & uxo. §. 17. nu. 10. trad.
Rol. a Val. d. conſ. 17. nu. 11. Claud. in l. ſi ita ſtipu
latus. §. Griſogonus. nu. 14. ff. de uerb. oblig. & cũ
hac opinione tranſit Ceph. conſ. 40. nu. 9. quam
ẽt tenet late Emanuel a Coſt. in d. l. ſi ex cautio-
ne. 14. fall. tum quia etiam ipſe debitor confiten
do & promittendo, ut in dictis oblationib. cen
ſetur agnouiſſe debitum, quo caſu ẽt ex hoc ca-
26 pite ceſſat oppoſitio † talis exceptionis. l. cum fi-
dem. ubi Bal. & Saly. C. de non num. pecu. Iaſ. in
d. l. qui pecuniam. 4. fall. nu. 5. Aret. in d. §. idem
iuris. nu. 38. Inſti. de except. & Emanuel a Coſt.
in d. l. ſeptima fall. Vt etiam nõ omittam, ꝙ cum
cõfeſſio fuerit iudicialis, ut ſupra per dictas obla
27 tiones facta, tanto magis † ceſſat exceptio, Bal. in
auth. contra qui propriam. 2. col. Alb. d. conſil.
17. nu. 10. Petrus Duenas, in d. reg. 260. 9. limit.
Poſſem etiã addere, ꝙ cũ ipſe D. Ioſephus faſſus
fuerit, ſe uerum debitorẽ ipſius Dominę, poſſit
28 defendi, nõ potuiſſe opponi exceptionẽ † ipſam,
per tradita per Bal. in c. ex inſinuatione. ad fi. de
procur. Rol. d. conſ. 17. nu. 10. & Emanuel loco
præall. in 9. fall. Sed quia tot ſunt fundamẽta mi
litantia pro iſta parte, ut impoſſibile fermè videa
tur illa nedũ tolli, ſed nec concuti poſſe, his quę
ad victoriam ipſius Magn. Actricis ſatis ſunt &
ſuper, circa longe maiora occupatus, contentus
ero. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In eadem facti ſpecie multa tractantur, de quibus ſuperius.
Dictum teſtis a ſe ipſo productum, quando poſsit reijci.
Obligatio ex vna cauſa, quando poſsit transfundi in aliam: & illa quæ eſt mutui in illam, quæ eſt depoſiti, non interueniente pecunia?
Depoſitum irregulare, & confeſſatum, an habeat priuilegia veri depoſiti, & hoc, quod non poſsit contra illud opponi exceptio non numeratæ pecuniæ.

S V M M AE.

1 *Dictum teſtis vltra capitula non probat.*
2 *Teſti varianti non eſt credendum.*
3 *Dictum teſtis productum clauſum, non cenſetur approbatum a producente.*
4 *Et ſi quis hoc dictum approbet non cenſetur partem inualidam approbaſſe.*
5 *Inſtrumentum eſſe verum confitens quod non eſt ſolemne, & validum, non præiudicat ſibi.*
6 *Dictis teſtium, qui non potuit oſtendere ſe velle vti pro parte, & non in totum, non ſibi præiudicat omnia producendo.*
7 *Reſponſio debet congruere interrogationi.*
8 *Et reſpondens poteſt declarare ſuam reſponſionem.*
9 *Teſtis dicta, qui impugnauit, non poteſt in eis ſe fundare.*
10 *Idem eſt, ſi proteſtatus eſt vltra eos ante eorum depoſitionem.*
11 *Probationes ſunt iudici arbitrariæ.*
12 *Obligatio mutui poteſt transfundi in obligationem depoſiti, etiam ſi prior obligatio non valuiſſet.*
13 *Depoſiti in cauſam poteſt transfundi debitum ex cauſa teſtamenti vel venditi.*
14 *Simulata confeſsio non pōt dici, ſi fiat transfuſio de vna cauſa in aliam.*
15 *Mutuum poteſt in aliam cauſam transfundi & conuerti.*
16 *Depoſitum eſt contractus, qui ſolus rei interuentu perficitur.*
17 *Et ſolo pacto nullo perfici non poteſt, niſi res ſit præſens.*
18 *Probatur tamen ex confeſsione contenta in chirographo.*
19 *Verbum, tenere, importat debitorem, qui eo vtitur, rem de facto, & realiter habere penes ſe.*
20 *Verbum, promitto, cenſetur appoſitum in chirographo, licet non ſit expreſſum.*
21 *Depoſitarius ſcribens habuiſſe centum, uidetur promittere reſtituere, licet nō ſcribat.*
22 *Stipulatio præſumitur interueniſſe in quacūque ſcriptura obligationis, vel promiſs.*
23 *Stipulatio importatur per verbum, cauit.*
24 *Litterarum obligationis & ſtipulationis vires ſunt ſimiles.*
25 *Depoſiti obligatio ſola remanet & obligatio mutui transfuſa extinguitur.*
26 *Depoſitum ſurrogatum loco mutui, non ſequitur naturam mutui propter diuerſam qualitatem vtriuſque.*
27 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur contra depoſitum confeſſatum & irregulare, & in quod fuit transfuſum illud, quod debebatur prius ex cauſa mutui.*
28 *Et an ſit attendenda originalis cauſa, a qua deſcendit noua obligatio.*
29 *Depoſitum transfuſum in mutuum, recipit mutui naturam.*
30 *Debiti transfuſio poteſt fieri, & conuerſio in aliam cauſam de voluntate debitoris.*
31 *Debitor poteſt agnoſcendo debitum ſibi præiudicare in exceptione non numeratæ pec.*
32 *Depoſitum, quod aſſumit titulum nouum, & tranſit in mutuum, admittit exceptionem non numer. pecun.*
33 *Secus tamen eſt, ſi probaretur quòd agebatur cauſa mutui, non depoſiti, & quando hoc?*
34 *Dotis datio non valet facta ſeruo, valet tamen vt depoſitum.*
35 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, non admittitur in contractu depoſiti ad numerum facti & irregularis.*
36 *Depoſitum non probatur irregulare ex ſola pecuniæ numeratæ depoſitione, niſi etiam conceſſa ſit licentia vtendi depoſitario.*
37 *Depoſiti actio datur, quando partes expreſſe conueniunt, quod ſit depoſitum.*

38 *Mutuum, an ſit vel depoſitum, apparet ex mente & verbis partium.*

39 *Depoſitum licèt irregulare, habet actionem depoſiti.*

40 *Depoſitum confeſſatum, an habeat executionem paratam.*

41 *Negatio non eſt propriè exceptio, nec illius vice fungitur.*

42 *Maximè quando actoris intentio non adhuc eſt fundata.*

43 *Exceptio non numeratæ pecuniæ conſiſtit in duobus.*

44 *Capitulis reſpondens, non poteſt præter verbum credit, vel non, aliquid addere contra ſtatutum.*

45 *Confeſsio facta coram iudice, quem incompetentem dixi, non poteſt eſſe mihi fundamentum.*

46 *Solutio præſumitur facta modico tempore ante confeſsionem.*

47 *Et quando hoc, & quomodo procedat.*

48 *Nullitatem non poteſt allegare, qui præbuit cauſam nullitatis.*

49 *Sententia eſt referenda ad acta.*

50 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an poſsit admitti; quando confeſsio eſt facta in ſcrip.*

51 *Et eſt communis, quod admittatur.*

52 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, non poteſt opponi contra propriam confeſsionem.*

53 *Obligationis translatio cum fit in mutuum, non eſt neceſſe extare pecuniam, vel eſſe paratam ſolutioni, ſed ſufficit ſcriptura.*

54 *Confeſsio non poteſt dici facta ſpe futuræ numerationis habens relationem ad numerationem præteritam.*

55 *Exceptio non num. pecuniæ non poteſt opponi, ſi quis confeſſus eſt habuiſse pecunias ex cauſa mutui, vel depoſiti, vel negotiorum geſtorum.*

56 *Et vt admittatur eſt ſaltem allegandum, illam cauſam non fuiſse verã, vel alia motum confitentem.*

57 *Et excluditur, ſi quis offerat dare computum, vel reddere rationem.*

58 *Quid ſi dicatur, verba iſta prolata eſse ad alium finem.*

59 *Verba prolata ad alium finem, non probant, & quomodo hoc procedat.*

60 *Confeſsio ſufficit, quòd ſit facta coram negotiorum geſtore.*

61 *Cõfeſsio acceptata pro abſente, plenè probat.*

62 *Subtilitas nimia quandoq. nos in maximos trahit errores.*

CONSILIVM XLIX.

In Domino confido:

PLura, & quidem ſubtilia, & elegantia dubia excitata fuere per Excellentes & Clariſſimos Dominos Senatores Ducales Mantuæ in hac cauſa Magnificæ, & Nobilis Dominæ Aureliæ Scotæ, vxoris Magn. D. Bartholomęi Pẽdalei, in cauſa coram eis vertente inter ipſam Mag. D. & hæredes quon. D. Ioſepi Panecrij, quibus libentius prius ſatisfeciſſem, ſi negotia ſereniſs. Principis mei, quę me præoccupauerunt, conceſsiſſent: nunc quo aliquid pluris ocij conceſſum eſt, ſigillatim diſcurrere pro viribus decreui, & ſententiam meam, quam in prioribus allegationib. deprompſi tutari ab aculeis ipſorum motiuorũ, & vt clarior & apertior fiat omnium reſolutio dubia ipſa ad ſex puncta reducenda fore exiſtimaui, quibus diſcuſſis, & dilucidatis, veritas, & iuſtitia huius cauſæ apertiſsima patebit.

Primus igitur erit punctus, an ex teſtimonio illius Fr. Nicolai Capellæ in ſuo teſtificatu affirmantis ante ſubſcriptionem chirographi Pancerium dixiſſe, ſe mutuo habuiſſe a præd. Ma. D. Aurelia bonam quantitatem pecuniarum, & ꝙ pro eius cautione ſibi fecerat illud chirographum, probetur contractum geſtum fuiſſe mutui, non autem depoſiti, uel ſaltem ꝙ præceſſerit mutuum depoſiti confeſsionem.

Secundus, an admiſſa probatione ipſius mutui pręcedentis potuerit per partes fieri transfuſio obligationis ex cauſa mutui in obligationẽ ex cauſa depoſiti.

Tertius erit, an admiſſa trãsfuſione ipſa potuerit tamen aduerſus depoſitum ipſum talis exceptio opponi.

Quartus, an admiſſo ꝙ nulla fides eſſet p̃ſtanda in hoc teſti ipſi, & nulla mutui conſideratio habenda, an tñ ex quo depoſitũ fuit irregulare, & confeſſatum talis exceptio potuerit admitti.

Quintus, an rñſio facta poſitionib. in iudicio Ferrariæ agitato, ſatis opata fuerit oppoſitionẽ excep. huius, uel alio debito tpe fuerit oppoſita.

Sextus, & vlt. vtrum ea oppoſita, releuet opponentem, ſtantibus multis rationibus deductis pro parte huius Mag. Actricis.

Quò ad primũ punctũ iuſte teneri põt ex dicto illius vnici teſtis, qui nullũ hẽt conteſtẽ, non eſſe probatum, ipſam Mag. Domin. mutuo dediſſe dictas pecunias prædicto q. Domino Ioſepo,

tum quia præter ea, quæ alias adducta fuere in
prioribus allegationibus in hoc puncto, ipſe de
1 poſuit hoc ſuum dictum † extra capitula, vnde
non probat, Bart. & alii in l. ſi duo patroni. §. j. nu
me. 8. ff. de iureiu. Alex. poſt Spec. per eum cita-
tum, in conſi. 25. viſo. col. 3. ver. confirmo. 2. vol.
& conſ. 123. nu. 6. vol. 6. vbi Specu. per eum cita
tus firmat, quod teſtis receptus ad probandam
nnmerationem, non probat, ſi deponat de con-
feſſione, de qua non fuerat articulatum, nec ta-
lis teſtis tenetur de falſo, licet ſalſum extra arti-
culum deponeret, Gram. deciſ. 27. nume. 3. tum
quia in hoc ipſe teſtis ſibi non conſtat, cum ſu-
pra depoſuerit, prædictum Dominum Ioſepnm
dixiſſe, quod ipſa illi inſeruierit de aliquibus pe
cuniis, quæ uerba depoſito, ſaltem irregulari fa-
cto in pecunia numerata, ad quod manum po-
teſt apponere depoſitarius, ut omnes admittũt,
2 optime conueniunt. Vnde ipſi † varianti ſtan-
dum in hoc non eſt, l. qui falſo, vel uaric. ff. de te
ſti. & tanto minns, cum alter conteſtis huius ne
gotij nihil de hoc meminerit, vltra quod ſatis
reiicitur additio huius teſtis ex confeſſione di
cti Pancerij, confitentis habuiſſe has pecunias,
uel earum partem, executione facta a debitori-
bus ipſius magnificæ Dominæ, vt etiam dicitur
inferius ſuper ultimo puncto. Nec quicquam fa
cit, quod pro eius parte teſtimonium illius fue
rit productum in cauſa, quia cum fuerit produ-
ctum clauſum, & per ipſam Dominam non fue-
rit uiſum quid ipſe depoſuiſſet, non cenſetur il-
3 lius dictum approbaſſe, † ita declarat deciſiones
Roma. & Iaſ. in dubijs citatas, Craue. in tract. de
antiq. temp. in j. par. §. quæritur etiam. nu. 14.

Maior difficultas oriri uidetur ex interroga-
tione facta ipſi Dominæ, an uellet uti dictis teſti
bus pro ueris, & reſponſione affirmatiua ſubſe-
quuta, ut obiicitur in dubiis. Quæ tamen ceſſat
ex duobus. Primo, quia cum hoc dictum tãquã
extra articulata teſtificatum ſit nullum, et facta
approbatione teſtificatus ipſius teſtis, non cen-
4 ſetur hæc pars † inualida approbata, per tradita
per Bar. in l. poſt legatum. j. col. ad fi. de ijs qui.
ut indi. & tradit Alex. in conſ. 124. nu. 4. 7. volu.
Bal. in l. alia. col. 2. nu. 4. C. de his, qui. vt indi. cũ
aliis, de quibus per Crauet. in d. j. par. §. uiſo de
verbis. nu. 40. vbi, ſi quis confitetur inſtrumen-
5 tum † eſſe uerum, quod non eſt ſolemne, uel uali
dum, non præiudicat ſibi. Quod maxime proce-
dit, cum ipſa magnifica Domina non potuiſſet
6 oſtendere ſe nolle † uti eis teſtibus in totum, ſed
pro parte, Bal. conſ. 96. decreto cauetur. nu. 1. &
ſeq. Aflic. deci. 189. & Boſ. in tit. de falſ. nu. 116.
& ſeq. nu. 155. Secundo interrogatio fuit facta
de uiſu ipſorum teſtium, quatenus deponebant
ad fauorem producentis: nec enim eſt ueriſimi-
le, partem uoluiſſe interrogare prodncentem ſu
per eo, in quo teſtes aduerſabantur eius inten-
tioni: vnde reſpondẽdo ſe uelle uti pro ueris, de
ber reſponſio et intelligi de illis partibus ſibi fa
7 uorabilibus, ut reſponſio interrogationi † con-
gruat. l. de ętate. §. qđ aũt. ff. de interro. act. & poſ
8 ſet et ipſa Dña declarare ſuam † rñſionem, l. ſi
quis intentione ambigua. ff. de iud. Alcia. in trac.
præſum. reg. 3. præſum. 35. nu. 10. His accedat,
ꝙ cum pars aduerſa impugnauerit dicta horum
9 teſtium, non vř, ꝙ in illis potuerit † ſe fundare,
uulgata regu. ex eo. de reg. iu. in 6. tradit Bar. in
d. l. poſt legatum. & Crau. in d. §. uiſo de uerbis.
10 nu. 55. & idem eſt, ſi proteſtata fuit † contra eos
ante eorum depoſitionem, Fely. in c. præſentiã.
11 nu. 6. de teſti. Verum quia probationes † ſunt iu
dici arbitrariæ, l. 3. §. j. uer. tu magis ſcire potes.
ff. de teſti. Caſtr. in l. admonendi. nu. 39. ff. de iu-
reiur. & Dec. conſ. 510. nu. 1. Ideo ſuper hoc pri
mo puncto ulterius non laborabo, remittendo
me ad arbitrium Excellentiſſimo. Dominorum
Senatorum.

Secundus punctus ſubſequitur, an poſito ꝙ
ipſe Dñs Ioſephus prius habuiſſet mutuo pecu-
nias ipſas, ut deponit dictus frater Nicolaus, il-
lum aſſeueraſſe, potuerint partes transfundere
obligationẽ, & contractum mutui, in contractũ
& obligationẽ depoſiti, ſtantibus obiectionib.
in dubiis adductis. In quo puncto mihi vř, illam
eſſe ueriſſimam ſnĩam, transfundi potuiſſe, et ſi
12 prius debitum † uel obligatio ualere non potuiſ
ſet, ut eſt tex. & ibi no. Bar. & alij, in l. Lucius Ti-
tius. la ij. ff. depoſi. Idem uoluit Bal. in rub. C. de-
poſi. nu. 5. Saly. in l. pe. q̃one etiam pen. nu. 12. C.
eo. ti. ubi dicit, quod debitum ex cauſa teſtamẽ
ti, uel uenditi, & alia huiuſmodi, poteſt transfun
13 di in cauſam † depoſiti, idem tradit Caſt. in alle
gato conſ. 170. in prin. 2. uol. ſequitur Natta in
allegato conſ. 436. nu. 5. & Alb. in conſ. 3. num.
12. etiam alias allegato. Et quando fit talis tranſ
fuſio de una cauſa in aliam, non poteſt dici con
14 feſſio † ſimulata. Soc. conſi. 179. col. pen. ante fi.
2. uol. & quod mutuum poſſit in aliam cauſam
15 † conuerti, & transfundi, tradit etiam Cagnol.
in l. ſingularia. num. 192. ff. ſi cer. pe. quod proba
tur in d. l. & in l. ſi ex precio. C. eo. ti.

Non obſtant modo, quæ ſubtiliter in dubiis
adducuntur, & primo, quod cum depoſitum ſit
16 † contractus, qui ſolus de mundo rei interuen-
tu tantum perfici ualeat, Bal. conſi. 256. j. uolu. id
ſolo pacto nudo perfici nequeat, niſi res ſit præ
17 ſens, † aut ſolutioni parata. Barto. in d. l. ſingu-
laria. nume. 21. Saly. in d. l. ſi ex precio. uer. oppo.
quod ſola. & Caſtr. in d. conſi. & in chirographo
apparet factam transfuſionem per uerba de pę
ſenti, non de præterito, nr ibi *: quali tengo in de-
poſito*: quo caſu non loquitur l. Publia. §. Lu-
cius. ff. depoſiti. Vnde pacto nudo fieri nequi-
uit, quod in propoſito cenſetur interueniſſe, ex
quo non legitur in chirographo uerbum pro-
mitto, l. ſciendum. ff. de uerbo. obliga. & §. ſi ſcri
ptum. Inſtit. de inutil. ſtipul. Quia reſpondetur,
quòd

quòd licet depoſitũ re contrahatur,& non uer-
18 bis, vel literis, tamen † probari ex confeſſione
in chirographo contenta, nemo eſt qui iure ne-
gare poſſit, d.l.Publia.§.fi. & ita firmat Bal.met
in d.conſ.256. & in conſ.269.nu.6. alias citato.
eo.1.uol.Caſt.& Nat.in d.conſilijs.& præter eos
etiam Boer.cóſ.25.nu.8.& ſeq. qui loquuntur,
quando nó interuenit pecunia,ſed tantùm,mo
do confeſſio,vel transfuſio verbis facta,& dicit
ibi Caſt.q fingitur debitor ſoluiſſe debitum cre-
ditori,& breui manu in depoſitum recepiſſe,ut
in d.l.ſingularia.Et licet in chirographo ſint ſcri
pta illa uerba. *Et gli tengo in depoſito*: non tamẽ
negat ſcribẽs pecuniam antea habuiſſe realiter,
immo expreſsè fatetur,dum dicit, *Quali denari
ſono per altri tanti hauuti in danari contanti in
più volte*. quæ verba proculdubio oſtendunt tẽ
pus præteritum receptionis,nec uerba illa præ-
ſentis temporis negant receptionem,in tempo-
re præterito, licet fateantur pecunias adhuc pe
nes illum extare, & ita proprie ſimilibus uerbis
loquitur Paulus Iuriſconſul. in dicto §.fin.Habe
re me a uobis auri pondo. &c. & cum dictum
19 verbum,tenere,importet † quod de facto,& rea-
liter haberet penes ſe, glo.in l.ſtipulatio iſta,ha-
bere licere. §.hæc quoque. in uer.tenere. & ibi
Alex.Iaſ.num.3.& Zaſ.num.4.ff.de verb.obliga.
non poteſt negari, quin pecunia eſſet præſens,
uel parata ſolutioni, & per conſequens transfu
ſio ualuerit.d.l.ſingularia. Sicut etiam verbum,
promitto, cenſetur appoſitum in chirographo,
20 † licet non ſit expreſſum, ut ad propoſitum tra-
dit Bart.in l.ex ſententia.in fi.per illum tex. ff.de
teſtamen. tute. ubi ſi in ſcriptura ſcribo me tibi
debere centum,videor promittere ſoluere,licet
21 id non exprimam.idem in depoſito † in indiui-
duo tradit Bal.in l.contractus.num.9.C.de fide
inſtrumen. Et quod in quacumque ſcriptura
promiſſionis uel obligationis præſumatur ſtipu
22 latio † interueniſſe,tradit etiam Bal.Nouel.in ru
bri.ff.de uerborum obligatio.num.2. Et illa uer
ba, *con obligo di inneſtirgli*, ſatis important ſtipu
23 lationem.de verbo,cauit † tradit Iaſ.in l.lecta.nu
mero 7.ff.ſi cer.pet.per l.ſi ita quis.§.Seia. ff.de
verborum oblig. Et quod ſtipulationis,& litera
24 rum obligationis † uires ſint ſimiles,tradit etiã
Cy.in d.l.ſi ex precio.ad fin.& Emanuel.a Coſt.
in alias allegata l.ſi ex cautione.in 4.limit.nume
ro 4. Ex quibus iudicio meo redditur punctus
hic ſecundus, clariſſimus.& reſolutus,ad fauo-
rem Magn. Actricis.

Ex cuius ſecundi puncti reſolutione reſultaę
pariter reſolutio tertij:nam præſuppoſita tranſ-
fuſione ipſa,quæ certe negari non poteſt,conſe
quitur quod ſublata eſt actio, & obligatio mu-
tui,& remanet obligatio depoſiti,quæ nõ admit
tit exceptionẽ non numeratæ pecuniæ,ſecundũ
* * communiorem* *Doctorum ſententiam,citato
rum in prioribus allegationibus, de qua etiam
in ſequẽti quarto puncto aliqua dicemus. Nam
facta transfuſione debiti in cauſam depoſiti tol
litur prius debitum mutui, & remanet tantùm
25 † cauſa.& obligatio depoſiti. ut tradit Rimin.in
conſil.291.num.9.ubi loquitur in eo qui confeſ
ſus fuerat ſe habere in depoſitum, quod ipſe &
alius ſe conſtituerant ſoluere, & depoſitum ſur-
26 rogatũ loco mutui propter eius diuerſam † qua
litatem, non ſequitur naturam mutui,ut Bar.tra
dit in l.ſi quis nec cauſam.num.3.& 4. ff.ſi cer.
pet.Gomes.in §.fuerat.num.13.in 5.limit.Inſti.
de actio.& Menochi.in tract. de arbitra. iudi.li.
primo,quæſtio.54.num.32.& licet Bart.loqua-
tur in depoſito facto in ſpecie, & non in pecu-
nia numerata, idem etiam tamen eſt dicendum,
ex quo hoc irregulare,quo ad hanc exceptionis
non numeratæ pecuniæ excluſionem, eſt priui-
legiatum,& habet diuerſam qualitatẽ, & diuer-
ſam naturam, ut oſtenſum aliàs fuit & dicetur
etiam inferius. Et quòd exceptio non numera-
27 tæ pecuniæ non admittatur † hoc caſu,videtur
velle Cegnol.in d.l.ſingularia.num.192. 1.lect.
niſi ſit corruptus,per l.aduerſus.C.de nõ.nu.pe.

Non obſtant modo adducta in dubijs contra
hanc noſtram ſententiam: & primo quod ſit at
28 tendenda originalis cauſa,a qua deſcendit † no-
ua obligatio,iuxta communem intellectum glo.
Bal.& aliorum, in d.l.aduerſus. exploſa opinio-
ne Simo.Vincenti. contra quem dicit eſſe com
* munem*Fulgoſ.ibi. Namque primo non ſumus
in caſu l.aduerſus,p̃allegatæ.†Nec opi.Simo.Vin
centi.cum ille text.loquatur in caſu econuerſo,
quando mutuum ſuccedit loco alterius contra-
ctus:tunc enim quia attẽditur principalis,& ori
ginalis cauſa,quæ non erat mutui,voluit Impera
tor contra eam nõ poſſe opponi exceptionem
hãc,& de hac opinione Simo. & aliorum ſequa
cium,quæ facit ad propoſitum noſtrum,ut dicẽ
in 6.puncto,illic uerba faciam,quę inſeruient ẽt
pro reſponſione ad hãc obiectionem. In caſu ve
ro noſtro aliud eſt,quia cum mutuũ ſit transfu
ſum in depoſitum, accipit naturã depoſiti ſicut
29 depoſitum transfuſum in mutuũ † recipit mutui
naturã.l.ſi quis nec cauſam. ff.ſi cer.pet. de quo
pulchre Igne.in l.contractus.nu.15.& ſeq.ff.de
reg.iur.& tollitur illa prior natura alterius præ-
cedentis ſublatæ,& nouatæ obligationis, & ſic
diſpoſitio l.aduerſus,& qõ Simo.& aliorum,nõ
facit ad hunc punctum(iudicio meo)quia alia ra
tione fundatur diſpoſitio Imperatoris in d.l.ad
uerſus. nempe quia exceptio habet locum, vbi
quaſi credita pecunia petitur. Vnde cum ex alia
cauſa debeatur, nec quærat an numerata ſit,ceſ-
ſat non numeratæ pecuniæ exceptio.In caſu ve-
ro noſtro alia ratio reformat pactum, quia non
poteſt agi de mutuo iam ſublato,ſed de depoſi-
to,quod habet diuerſam qualitatem, & naturã,
& in quo non habet locum dicta exceptio, ac ſi
a principio fuiſſet contractum.

Et per hæc tolluntur alia, quæ ſubijciuntur
in dubijs, nam Bal. in l. cum ultra. C. de non nu-
mera. pecunia, vel in l. ſi ſub. ſpecie. C. de poſtul.
non loquitur in caſu noſtro ſimili, in quo facta
fuerit transfuſio de uno debito. in aliud, quo ca
ſu attenditur ſecundum diuerſæ naturæ, & qua
litatis, ut ſupra. Nec dubium eſt quin poſſit de
30 voluntate † debitoris fieri conuerſio in aliam
cauſam, ut excludatur ab oppoſitione huius ex-
31 ceptionis, cum etiam † ipſe poſſit agnoſcere de-
bitum, & ſibi præiudicare. l. cum fidem. C. de nõ
numer. pecun. Sicut etiam ſemet excluderet ite-
rum confitendo debitum. d. l. in contractibus.
§. ſed quoniam. ut fuit dictum in alijs allegatio-
nibus, & dicetur etiam ſuper ſexto puncto. Sic
etiam Salyc. dictum. in dicto §. ſed quoniam. nu.
4. uerſic. ſed iuxta hoc poſſet. non facit contra
hanc partem, ſed fouet illam potius, nam vult
32 depoſitum, † quod aſſumit titulum nouum, &
tranſit in mutuum, admittere hanc exceptionẽ,
ut in caſu. l. certi condictio. §. fin. cum l. ſequen.
ff. ſi cer. pet. de quo dubitarem per dictã l. aduer
ſus. & per ea quæ inferius dicam in dicto ſexto
dubio. Si uero retinet titulum depoſiti, nec ti
tulum nouum aſſumit, & tunc haberet locum il
la lex, quæ cauſam depoſiti notat, & eius natura,
& accidens potius conſideratur, quàm hoc acci
dens, titulum originalem non tranſmutans. ex
quibus uerbis apparet quòd eius opinio in pri-
mo caſu, ſententiæ noſtræ inſeruit, vt attenda-
tur natura obligationis ſecundæ, in quam eſt fa
cta transfuſio: in ſecundo uero, quia non eſt ca-
ſus noſter, non contradicit. ſed etiam poteſt pro
hac parte allegari, ex quo depoſitum hoc reti-
net ſuum titulum, & naturam, ut ſupra, Bald. etiã
in dicta l. aduerſus. in fi. pariter non loquitur ad
propoſitum noſtrum, ſed in mutuo ordinario,
contra quod poteſt opponi hæc exceptio, ſicut
nec Aret. in dic. §. idem iuris. num. 2 2. uerſicu. &
prædicta. procedunt. & licet ſentiat quòd etiam
allegata cauſa antiqua poſſit opponi talis exce-
ptio, ne aperiatur via eneruandi totã hanc mate
riam, ut ad finem dicti numeri. de quo dicetur in
dicto ſexto puncto. Tamen ipſe etiam fatetur ad
hibendam eſſe conſiderationem perſonæ credi
toris, an ſit probus uir, nec ſolitus contractus ſi-
mulatos, uel improbos facere; an improbus, &
malæ conſcientiæ, quod etiam ego quoque ani-
maduerti in prioribus allegationibus. Et licet
Bald. Paul. & Fulgo. in d. §. ſed quoniam. dicant,
quòd ſi probaretur quòd agebatur mutuum, nõ
33 ſufficeret. quod ſcriberetur † cauſa depoſiti, quia
fieret fraus de contractu ad contractum, non ta
men hic probaĩ, uel præſumitur fraus, quæ tunc
poſſet præſumi, ſi conſtaret D. Ioſepum petijſſe
mutuo pecunias, ipſam uero Dominam noluiſſe
fieri cõtractum mutui, ſed depoſiti, ut per Caſt.
ibi, & Emanuel. in d. l. ſi ex cautione. 2. fallen. in
fi. Immo contrarium probatur, quod ex ſe ipſe
Dominus Ioſephus faſſus fuit pecunias in bona
quãtitate habuiſſe mutuo ab ipſa Domina, quas
poſtea conuenit tenere in depoſitum, deponen
das ſuper monte farinæ Vrbis, ut in chirogra-
pho, quod non repugnat transfuſioni, & noua-
tioni, vt ſupra.

Et licet parum ante publicationem chirogra
phi, & transfuſionem ipſam facta fuerit confeſ-
ſio hæc mutui, nõ tamen poteſt dici facta in eo
contractu, ſed ſeorſum ab eo: vnde ſi pars aduer
ſa vult ſe fundare in dicto huius teſtis, neceſſe
habet fateri quòd mutuum antea factum, & tũc
confeſſatum, ut in dicta depoſitione; fuit tranſ-
fuſum in depoſitum, quod non recipit admiſſio-
nem huius exceptionis, etiam ante biennium, vt
ſupra probatum extitit. Nec Salyc. vel alij allega
ti in dubijs contradicunt, quinimmo Salyc. in al
gata l. generaliter. num. 6. uerſ. mihi uidetur. ibi,
aut nõ tranſiuit, facit pro parte noſtra, ut dicam
in ſexto dubio.

Dum autem ſubiungitur in dubijs, quod a le-
ge permittitur fieri transfuſionem vnius cauſæ
in aliam, quia non deficit ſubſtantia obligationis
præcedentis, de qua debet cõſtare vere, vel præ
ſumptiuè, & de qua in propoſito non uideĩ con
ſtare. Reſpõdetur, id tolli ex eo, quod negari po
teſt obligationem mutui nõ ſubſiſtere poſſe, vo-
luntate debitoris nõ opponentis infra bienniũ
hanc exceptionem, uel agnoſcẽtis debitum, aut
geminantis confeſſionem, tum quia nõ videtur
cõſiderãda validitas primæ cauſæ, ut valeat obli
gatio ſecundæ, ut probatur in d. l. Lucius Titius.
la 2. ff. depoſi. ubi non valebat datio dotis facta
34 ſeruo, tamen valet † vt depoſitum. quem tex. ex-
pendunt ad propoſitum huius trãsfuſio nis, Bal.
& Saly. citati ſupra in prin. ſecundi puncti. Con
ſtat igitur omnino confeſſionem hanc depoſiti
valuiſſe, & in nulla haberi poſſe conſideratione,
& ſi mutuum præceſſiſſet, ut deponit hic teſtis,
cum iam ſit ſublatum penitus, quam ſententiam
confirmabunt etiam ea, quæ inferius adducen-
tur ſuper ſexto puncto de opinione illius Si-
mon. Vincenti.

Succedit modo quartus punctus diſcutien-
dus, nunquid admiſſo, ꝙ fuerit contractus depo
ſiti ad numerum facti, vel irregularis exceptio
huiuſmodi locum ſibi vendicet? In quo in pri-
35 mis allegationibus aperte fuit oſtenſum, † hanc
* eſſe in his terminis communem * opinionẽ pro
negatiua, quam tenuere Bal. Salyc. Fulg. Paul. Fe
lyn. Iaſ. Cur. Purpurat. Alci. Rolan. & Emanuel a
Coſta. qui late illã examinat, & eam optimè de-
fendit, præter eos qui indiſtinctè tenent in cau-
ſa depoſiti ſimpliciter non eſſe admittendũ, qui-
bus ſi addatur Papien. & Tiraq. qui illum citat,
in allegato. tract. de retractu conuentio. §. 4. glo.
6. num. 8. & Emanuel Soarez. in theſau. recept.
ſenten. verſ. depoſitum. nu. 56. aperte conſtabit
temere non eſſe ab ea recedendum.

Præ-

Pręterea, vt etiam dicebam in allegationibus,
tex. in d. l. Lucius. la prima, & in l. ſequen. §. pri-
36 mo, mihi non probant depoſitum eſſe † irregu-
lare per ſolam depoſitionem pecuniæ numera-
tæ, niſi conſtet fuiſſe conceſſam etiam licentiam
vtendi depoſitario. vt ex verbis expreſſis illorũ
contextuum liquet, quod etiam videtur punge-
re Caſtr. ibi, num. 2. & clarius admittit Igne. in l.
contractus. num. 21. præallegata. quod & ſenſit
Plot. in l. ſi quando. nu. 429. C. vnde vi. quæ cum
in propoſito, quod conſtet, non fuerit cõceſſa,
iuſte poſſumus dicere depoſitum fuiſſe propriũ,
& verum.

Et quicquid ſit de intellectu illorum contex
tuum, ſuper quo ſcio Doctores diuerſimode
loqui, negari non poteſt, quin quando partes
expreſſe conueniunt, quòd ſit depoſitum, detur
37 actio † depoſiti, vt uoluit etiam Caſtr. in l. certi
condictio. ante fi. ff. ſi cer. pet. & eſt depoſitum,
vt idem Caſtr. tradit in conſil. 214. in cauſa, quæ
vertitur in Curia Domini Poteſtatis. 2. colum.
in antiquis. Nam ex animo. & verbis partium
38 apparet an voluerit † facere depoſitum, vel mu-
tuum. Igne. in d. l. contractus. num. 20.

39 Et quod depoſitum etiam † irregulare, ha-
beat etiam actionem depoſiti, tenet Alciat. con
tra Deci. in l. 2. in prin. in glo. ſpeciem. ff. ſi cert.
petat. Et quòd etiam habeat priuilegia depoſi-
ti, pręter Rimin. in primis allegationibus cita-
tum, in conſil. 101. num. 38. qui videtur adhære-
re opinioni Bal. in d. §. ſed quoniam. & Alb. d.
conſil. 3. num. 12. qui conſuluit contra depoſi-
tum, & tamen fatetur habere executionem pa-
ratam, tenet etiam Bertrand. conſil. 378. in fi. 2.
par. priorum, alias 2. uolum. 1. par. quod etiam
voluit Natta in d. conſilio 438. de quo late per
Rolan. in allegato conſil. 17. num. 6. in primo.

Et ſi videantur allegati in dubijs pro contra
rijs in fonte, certe conſtabit, quod nemo ex eis
loquitur in his terminis noſtris, unde non ſunt
attendendi, ut dixi in primis allegationibus, ci-
tando Neuiz. in ſyl. nupt. lib. 5. num. 77. ſed &
habent contradictores etiam in alijs terminis
præallegatos, & multi etiam malè loquuntur, ut
Deci. qui uoluit etiam non dari actionem depo
ſiti. quod eſt contra text. in d. l. Lucius. & Boer.
40 deciſione 295. num. 8. uult depoſitum † confeſſa
tum non habere executionem paratum, quod
falſum, eſt, ut per Albe. & alios ſupra citatos, a
quibus non diſcrepat etiam Tiraquel. pro con-
trario citatus, in d. glo. 6. numero 8. & numero
15. in fi. qui voluit depoſitum confeſſatũ nocere
ipſi confitenti.

Deuenio modo ad quintum punctum, an in-
fra biennium, & debito tempore fuerit oppoſi-
ta hæc exceptio contra chirographum. In quo
concludo pro parte negatiua: ſolum enim diffi
cultatem facere poteſt reſponſio facta poſitio
nibus per ipſum Pancerium in ciuitate Ferra-
riæ, non autem ſupplicatio facta Sereniſſimo
Domino Duci Mantuæ, de qua in proceſſu, fol.
78. quæ fuit ſignata de anno 1563. die 4. Iulij. &
ſic longe poſt biennium elapſum, unde ſuper il-
la tantum diſſerendum eſt. Illa itaque ex mul-
tis non obſtat.

Primo, quia non fuit oppoſitio exceptionis
non numeratæ pecuniæ, ſed negatio tantum re
ceptionis pecuniarum, quæ quidem negatio
41 † nõ eſt proprie exceptio, & qui negat, non pro-
prie excipit. Bald. in l. peremptorias. num. 36. C.
ſenten. reſcin. non poſ. Soci. in rub. de exceptio.
num. 2. & Fely. in rub. eadem, extra in princip.
quæ opinio uera eſt, maxime quando ſit nega-
42 tio antequam actoris † intentio fundata ſit, ut
voluit Dec. in d. rub. ubi declarat, num. 3. Quæ
opinio eſt communis, * ut per Didac. Couarru.
in regu. poſſeſſor malæ fidei, in 1. par. in prin. nu.
4. verſic. 4. plane, de reg. iur. in 6.

43 Et cum exceptio non numeratę pecuniæ † cõ
ſiſtat in duobus, ut uoluit Bald. in l. 1. nu. 3. C. de
condict. ob turp. cau. & ſequitur Emanuel in d.
l. ſi ex cautione. in uer. ex his verbis. num. 1. &
2. ſcilicet, quia non eſt numeratum ſecundo ſpe
futuræ numerationis, nec ſit præſumptio quod
non fuerit numeratum niſi opponatur, non po
teſt dici per ſimplicem negationem fuiſſe talem
exceptionem oppoſitam.

Secundo, cum ex forma ſtatuti Ferrariæ ſub
rub. de poſitionibus, debuerit reſponderi poſi-
tionibus pure, & ſimpliciter, per uerbum cre-
dit, uel non credit, & poſitio contineret quod
ſcriptum fuerat ſcriptum eius manu, & contine
bat veritatem, & nihil de numeratione, uel ſolu
tione pecuniarum dicebatur, non potuit Pance
rius reſpondendo addere illa verba, Sed non ha
44 buiſſe pecunias, & talis additio facta † contra ſta-
tutum fuit inualida, ut tradit Bart. cum quo alij
tranſeunt in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. in fi. ff. de
verb. oblig. ubi Alciat. num. 35. & ſequen. & Bu
tigel. numero 25. & in l. prima, num. 7. ff. de vul-
ga. & pupilla. quod etiam late tradit Boer. de-
ciſ. 243. num. 12.

Tertio, cum pars impugnauerit iudicium ip-
ſum, & obtinuerit ſententiam in cauſa appella-
tionis, ex eo quod factum cenſeretur coram iu
dice competenti, non debet poſſe ſe fundare
45 † in tali confeſſione in eo facta ex regu. dicti ca
pit. ex eo. de regu. iur. in 6. & traditur per Bar-
tol. in dicta l. poſt legatum. & Cranc. in d. §. uiſq
de verbis. num. 55.

Nec obſtat, ut dicitur in dubijs, quod hæc ex
ceptio nullã deſideret ſolẽnitatẽ a lege, dum rũ
in ſcriptis proponatur, quia id uerũ eſt ſi propo
natur, quæ non cenſetur oppoſita, uel propoſi-
ta per ſimplicẽ negationẽ ut ſupra. Quod aũt d.
uerba chirographi. *Contadi in più volte*, debere
46 intelligi de modica tpis † præteritione ante cõ-
feſſionem ex doct. Bart. in l. poſt dotem. q. 1. ff.
ſol.

ſol.ma.& Alc.conſ.3.mihi.2. num.19. in 4. non
obeſt noſtræ intentioni, tum quia ĉt ꝗ cõputet
biennium a tempore chirographi, non fuit op-
poſita exceptio infra tp̃s debitum, ex quo iſta
negatio non eſt exceptio, vt ſupra: tum quia opi
47 nio Bart. & ſequacium procedit † tm̃ in eo caſu
d.l.poſt dotem.cũ alias non valuiſſet promiſſio,
ſi præſumeretur longe ante factam fuiſſe ſolutio-
nẽ, ut animaduertit Alci.in tract.præſump.d.re-
gu.3.præſum.35.nu.9.ſecus igitur in aliis.

Sicut etiam ceſſat id, quod tradit Crauet. in
quæſtione ſuper ſtatuto de indemnit. mulie.nu.
33.impreſſa poſt dictum ſuum tracta. quod non
48 poteſt allegare nullitatem, qui † præbet cauſam
nullitatis, tum quia ipſe Pancerius præbuit cau-
ſam cum potuiſſet, ſi uoluiſſet conſentire in iu-
dicem, l.prima, C.de iuriſdi. om. iudi. unde ſibi
nullitas imputanda venit, tum quia cum ipſe im
pugnauerit iudicium ipſum, nõ poteſt in aliqua
ſui parte ſe fundare vt ſupra. Quinimmo fuit ex
preſſe ex aduerſo impugnata huiuſmodi confeſ-
ſio, tamquam facta coram incompetente, vn-
de non poteſt pars aduerſa in ea ſe fundare.

Dum autem dicitur, ſententiam latam Ferra
riæ in cauſa appellationis poſſe intelligi, & cenſe
ri latam ex alia cauſa, reſpondetur, quod ex te-
nore ipſius ſententiæ & ex actis ipſis, ad quæ ſen
49 tentia † ipſa venit referenda, Barto. & alii in l.ait
prætor.§.ſi iudex.vbi Rip.nu.12.ff. de re iudi.ſa
tis conſtat, ex qua cauſa fuerit lata, nimirũ, quia
fuit allegatus iudex incompetens.

Ad ea autem quæ obiiciuntur de tali oppoſi-
tione Mantuæ facta, cum (ut dixi) fuerit poſt biẽ
nium, non eſt opus ſuper ea diſputare, ſicut etiã
ſuperuacua eſſet diſputatio illius quæſtionis,
quæ mouetur per glo.in l.ſi non ſinguli.C.ſi cer
50 tum pet. an exceptio non † numeratæ pecuniæ
poſſit vltra biennium opponi, quando confeſ-
ſio non eſt facta in ſcriptura, tũm quia hic inter
* uenit ſcriptura, tum quia communis * opinio eſt
51 in contrarium, † vt per Fely.in d.c.ſi cautio. nu
mero 64.& Emanuel.in dicta l.ſi ex cautione.4.
fallen.numero 1.

Supereſt ſextus, & ultimus punctus diſcutien
dus, in quo ſicut in cæteris concludo, ipſam ma-
gnificam Dominam iuſtitiam fouere ex pluri-
bus. Et primo, quia ĩ rei veritate ipſe Dominus
Ioſephus non conſtituit ſe debitorem ex cauſa
mutui, & ſpe futuræ numerationis, cum ipſe in
proceſſu faſſus fuerit, plures quantitates pecu-
niarum exegiſſe a debitoribus ipſius magnificæ
Dominæ, & præſertim ſcuta quinquaginta a Co
mitiſſa Guaſtalæ, & ex literis per eum in cauſa ꝓ
ductis, quas aſſerit eſſe ſcriptas manu ipſius Do
minæ, apparet, ad ipſum perueniſſe multas pecu
nias ipſius Dominę, quo fit, vt cum ex cauſa an-
tecedenti, pecuniæ ad ipſum peruenerint, licet
etiam poſtea ipſa eas mutuo conceſſerit ipſi Pã
cerio, non tamen potuit opponi, inſpecta pri-
ma, & originali cauſa, exceptio non numeratæ
52 † pecuniæ contra confeſsionem ſuam, per tex.
in d.l.aduerſus.& ibi no. tradit Fely. in allegato
c.ſi cautio.nu.56. de fide inſtru. Ruin. conſi.19.
nume.11.& ſeq.4.vol. & Emanuel a Coſt.in d.l.
ſi ex cautione.in 3.fallen.in princ. Nec hoc caſu
eſt neceſſe, vt fiat transfuſio in mutuum, extare
53 pecuniam vel eſſe paratam † ſolutioni, ſed ſuf-
ficit quod ſcriptura interueniat per modum no
ui contractus, ut Bal. tradit in d.l.certi condi-
ctio.§.ſi.2.col.3.oppoſitione.ff.ſi cer. pet.& de-
clarat Emanuel in dicta fallen. nume.2. Et huc
tendit confeſsio facta in chirographo, in quo
fit mentio, pecunias ipſas habuiſſe ante illius ce
lebrationem, ut in illis verbis, *Sono per altri tan
ti hauuti in denari contati in piu volte dalla preno
minata Signora Aurelia*. Nam non poteſt di-
ci, quod fecerit talem confeſsionem ſpe futurę
numerationis, cum habuerit relationem ad ſolu
54 tionem, & numerationem † pręteritam, quam ſi
bi ſatis fecit ipſa Domina, ex quo debitores ſui
de eius mandato illi ſoluerunt, & numerauerũt.
Marſ.in l.de vnoquoque: nu.133.ff.de re iudic.
facit l.ſolutum. §.ſolutam.ff.de pignor. actio.&
l.inuito, C.de ſolu. Quo fit vt ſi ne habuiſſet pecu
nias ante ex cauſa mutui, uel depoſiti, uel nego
tiorum, non uidetur quod aduerſus talem con-
tractum, & confeſsionem poſsit opponi huiuſ-
55 modi exceptio, † ut videtur ꝓbari in l.generali-
ter.C.de non nume.pecu.& fuit opinio illius Si
mo.Vicẽtini, quę non uidetur communiter reie
cta, ut dicit Fulgo. qui non vidit omnes Docto.
illam tenentes, vt dicit Soci. in l.2. §. appellata.
num.5. ff. ſi cer. pe. vbi hanc opinionem defen-
dit, quam etiam tenet Bologni. in rub. ff.eo.tit.
num.75.& præter Fulgoſ.in d.l.generaliter.nu.
3.Saly.ibi.nu.6.hoc etiam firmat idem Iaco. de
S. Georgio in l.cum de indebito. in §.ſed hoc
ubi.nu.12.ff.de proba. & plures alij, quos citat
Emanuel in d.l.ſi ex cautione, quinta fallen. Vbi
oſtendit opinionem contrariam non eſſe com-
munem, cui etiam adhęrere uidetur Ruin. in di-
cto conſilio 19.nu.11. & firmat etiam Bertran.
in conſi.2.nu.3.1.par.priorum, alias primo vol.
prima parte. & quatenus hæc opinio poſſet pa-
ti aliquam difficultatem, propter auctoritatem
contradicentium, opportebat ſaltem allegari,
56 quod illa cauſa † non erat vera, vel quod alia
cauſa fuit motus confitens, vt per Saly.ibi Aret.
in d. §. idem iuris. nu.23. & Emanuel in dicta 5.
limita.in ſi. quod non fuit factum, quinimo fuit
confeſſatum primam cauſam veram fuiſſe ſal-
tem pro parte. & hoc caſu debet attendi quali-
tas perſonę affirmantis cauſam pręceſsiſſe, ut
Ange. Are. tradit in d.§.idem iuris.nume.22. in
ſi. de quo etiam ſupra dictum fuit.

Secundo cum geminata & implicata fuerit
confeſsio debiti, tum ex confeſsione facta mu-
tui ante contractum, & ſubinde depoſiti, vt in
chiro-

chirographo, ac iternm oblationis, in iodicio
bis factæ, de reddendo rarionem, ſeu dando cõ
putum de ipſis pecunijs, ur dicitur, *da Gentilhuo*
mo, vt alias fuit dictum in prioribus allegationi
57 bus, excluditur talis oppoſitio exceptionis, † ut
tradunt omnes citati in prioribus allegationi-
bus anre finem, quibus additur Parpal. in d.l. 2.
§. creditum. num. 16. ff. ſi cer. pet.

Nec obſtant ea, quæ in dubijs adducuntur in
hoc puncto, & primo, quod verba fuerint pro-
lata ad finem faciẽdi compromiſſum, & ſic alio
58 † reſpectu non probent, vt per Crauet. conſilio
29. num. 7. & Alex. conſil. 22. colum. 2. in 1. vo-
lum. & conſil. 63. anre fi. in 3. Nam Doctores ip
ſi loquuntur in diuerſis terminis, nos enim uer-
59 ſamur in oblationibus factis, quę inducunt † ne
ceſſario confeſſionem, & promiſsionem, vt in al-
legationibus comprobatum extitit; illi loquun-
tur, quando verba eranr relatiua, & enuntiati-
ua, ur per Crauet. ibi, uel quando fit renuntiatio
aliqua ad finem laudi ferendi, quod ſi non fera-
tur, non officiunt, ut voluit Alex. in dictis con-
ſilijs, quæ verba confeſsionem non inducebãt,
vel obligationem. Vnde ex diuerſis non infer-
tur. l. fina. ff. de calumni. l. Papinianus exuli. ff.
de minori.

Secundo etiam nihil facit, quod confeſsio
fuerit ſine cauſa, & facta parte abſente, quia
utrumque falſum eſt, ut ex proceſſu apparet, in
quo Magnificus Dominus Bartholomeus, mari-
tus ipſius Magnificæ Dominæ, illam acceptauit,
60 & ſufficit quod ſit facta † coram negotiorum ge
ſtore. Crauet. conſil. 272. numero 16. Et confeſ
61 ſio † acceptata pro abſente, plene probat. Ma-
ran. in tracta. de ordi. iudi. ſex[illegible]. parte, quinto
actu, numero 18.

Concludo itaque canendo receptui, & por-
tum poſt tam longum naufragium attingendo,
prædictam Magnificam Dominam Aureliam
iuſtitiam fouere, & iuſtiſsimam, ac ſanctiſsi-
mam fuiſſe ſententiam latam ad eius fauorem,
per Excellenres, & Clariſsimos Do. Rotæ Audi-
tores, quę omnino venit executioni demandan
da, vt pote fundata ſupra firmam petram, non
obſtantib. ſubtilitatib. partis aduerſæ, veritatem
hanc obnubilare tenrantibus, quę proculdubio
ſunt explodendæ, cum vt Paul. Iuriſconſul. ſcri-
ptum reliquit in l. ſi ſeruum. §. ſequirur. ff. de uer
borum obligationibus, propter nimiam ſubti-
62 litatem † quandoque pernicioſe erretur. Laus
Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Conſuluerunt in eadẽ cauſa viri excellentiſs.
Rol. a Val. conſil. 4. in 4. Pancirol. conſil. 57. Ri.
min. iun. conſ. 60. & duplicato 152. Et fuit pro
hac parre pronunciatum.

ARGVMENTVM.

Legitimatio facta de clerico ſpurio, & filio clerici, quando ſubſiſtit, ſi facta ſit tum a Comite Lateranenſi, tum ab imperiali?

Et quid, ſi uiuens pater conſenſit legitimationi?

Et an idem ſit in ſpuria, quod in ſpurio?

Et quid quo ad bona ſita in alieno territorio?

S V M M AE.

1 *Legitimatio eſt ſurreptitia, & nulla, ſi non fuit expreſſum, legitimandum eſſe filium ſacerdotis natum ex eo ſacerdote.*

2 *Nec ſufficit dicere, patrem eſſe donnum, nec ſacerdotem.*

3 *Filius ſacerdotis, appellatur adulterinus.*

4 *Et etiam ſpurius.*

5 *Nec minus inceſtuoſus.*

6 *Legitimatio facta de filio ſacerdotis, eſt potius diſpenſatio quam legitimatio.*

7 *Et ita legitimatus excluditur ab omnib. agnatis intra quartum gradum.*

8 *Legitimatio, ſeu diſpenſatio eſt nulla ſine cauſa cognitione & aguatorum citatione.*

9 *Sacerdotis filius non poteſt legitimari non facta expreſſa mentione de iure conciliari, & illi derogato.*

10 *Idem ſi non ſit expreſſe dictum, non obſtante auth. ex complexu.*

11 *Legitimatio Comitis Lateranenſis non extenditur ad bona ſita in terris imperii.*

12 *Imperator non legitimat in terris eccleſiæ, vel ad bona ibi ſita.*

13 *Etiam ſi legitimatio fiat de ſubdito dominorum non recognoſcentium ſuperiorem, vel ſint bona ſita in eorum territorio, vel in dominio Veneto.*

14 *Comes imperialis non habet authoritatem legitimandi filium clerici.*

15 *Clericus non poteſt legitimari a Comite imperiali.*

16 *Legitimatus, an poſſit iterum legitimari, & pluribus legitimationibus iuuari.*

17 *Legitimationem impetrando eſt facienda mentio de filiis legitimis & naturalibus.*

In-

18 *Inſtitutio facta de ſpurio inualide legitimato, eſt nulla.*

19 *Legitimationem qui ſuam habet in forma probanti, habet intentionem fundatam.*

20 *Legitimari poteſt filius clerici a Comite Pontificio habente poteſtatem.*

21 *Et hoc caſu valet legitimatio reſpectu loci, quo facta eſt.*

22 *Papa vel illius Comes, poteſt non ſubditum in ſuis terris legitimare*

23 *Legitimatio filii ſacerdotis, quibus expreſsis ſit impetranda?*

24 *Et quod ſat ſit exprimere ſpurietatem.*

25 *Et in genere dicere, ſpurium eſſe legitimandum.*

26 *Et dicere filium ſacerdotis vel monialis, eſſe natum ex coitu damnato.*

27 *Legitimatio, quando non infringatur ob non expreſſos defectus.*

28 *Legitimatio poteſt fieri prolis, licet inter parentes non potuerit exiſtere matrimonium a principio, nec dicitur diſpenſatio.*

29 *Et hoc caſu non etiam dicitur habilitatio.*

30 *Clauſula in legitimatione, abſque præiudicio ſuccedere debentium ab inteſtato, non habet locum, quando legitimatus in teſtamento patris eſt inſtitutus hæres.*

31 *Et hæc clauſula non obeſt legitimatis ad excluſionem omnium agnatorum, & quãdo.*

32 *Doctori diſtinguenti magis eſt adhærendum.*

33 *Citatione agnatorem vel cauſæ cognitione, quando non ſit opus in legitimatione?*

34 *Legitimans filium clerici, quando de iure conciliari non teneatur facere mentionem.*

35 *Et quod ſufficiat derogatio ex clauſula generali, non obſtantibus.*

36 *Legitimare quis præſumitur iuxta tenorem priuilegii inſerti.*

37 *Clauſula, omni meliori modo, quid operetur in legitimatione?*

38 *Clauſula, non obſtante, ſufficit ad tollendum ius poſitiuum.*

39 *Legitimatio vera, quæ non eſt diſpenſatio, eſt fauorabilis, amplianda, & defendenda.*

40 *Comes Lateranenſis poteſt legitimare ad bona ſita in territorio alieno, quando pater viuens fecit legitimari filium.*

41 *Idem ſi accedat conſenſus illius domini, in cuius territorio ſita ſunt bona.*

42 *Et ſufficit etiam poſt legitimationem conſenſum accedere.*

43 *Veneti admittunt legitimationes factas in eorum terris, & bene faciunt.*

44 *Cardinalis maioris pœnitentiarii verbis de diſpenſatione eſt credendum.*

45 *Legitimatus etiam quo ad temporalia cenſetur, qui eſt diſpenſatus et habilitatus quo ſpiritualia.*

46 *Legitimatus a Co. Pontificio, & imperiali, eſt in tuto.*

47 *Legitimationibus pluribus poteſt quis ſe iuuare.*

48 *Filius clerici legitimatus per Imperatorem vel illius Comitem, quando ſit valide legitimatus.*

49 *Et quod poſsit ab eo valide legitimari, eſt communior opinio.*

50 *Clericus ſpurius poteſt legitimari ab Imperatore, vel ab eo facultatem habente.*

51 *Legitimatus licet non ſit ſubditus, quando valeat illius legitimatio reſpectu aliquorum bonorum.*

52 *Legitimatio valet facta ad inſtãtiam patris, licet ipſe non fuerit præſens pater, ſed medio illius procuratoris hoc effecerit.*

53 *Legitimatus recte nihil differt a legitimo, & naturali.*

54 *Legitimationis inualidæ non eſt facienda mentio in impetratione alterius.*

55 *Priuilegium legitimandi ſpurios, an comprehendat ſpurias? & num. 57.*

56 *Et affirmatiue eſt concludendum, ſi detur poteſtas legitimandi tam maſculos, quam fœminas.*

58 *Inſtitutio de incapace facta, pro non ſcripta habetur.*

59 *Subſtitutio valet facta filio ſpurio incapaci.*

60 *Inſtituto incapace facta ſubſtitutione capacis excluduntur venientes ab inteſtato.*

61 *Spurio palam inſtituto hæreditas ad fiſcum non defertur.*

CONSILIVM L.

In Domino confido.

MAteria præſentis conſultationis ampla, & lata eſt, tã per antiquos, quam per modernos iureconſultos pertractata, & hinc inde valde exagitata. In qua ſi vellem ſcribere omnia, quæ ad rem facerent, & quæ viderim, nimis in longum traheretur ſermo; ea tantum igitur in medium adducam, quæ ſcopum rei ipſius percutere videntur, & caſum iſtum decidere, ea quã potero breuiori oratione, non tãtum tamen breuitati ſtudẽdo, vt res indiſcuſſa appareat, & adhuc dubitandi locus ſuperſit, ſed ita diſtincte, & clare procedã, vt iuridica appareat ſententia, quam defendere pro viribus nitar, & per cõſequens parum iuridicam opinionem eorum conſulentium, qui contrarium conſulere voluerunt, oſtendam.

Verum quia (teſte philoſopho) oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, & poſitis iuxta ſe contrarijs, maiora a minoribus diſcernuntur, placet ſequi opinionem Bal. in l. precibus, 8. colum. verſic. modo contra. num. 33. C. de impub. & alijs ſubſtit. dicentis, quod quaſi ferro viam aperit, qui per contraria tranſit.

Prima itaque fronte videretur dicendum legitimationem factam de Reuerendo Domi. Ioſepho Rugerio tam per Co. Apoſtolicum, quam per imperialem, necnon & de Domina Geneбra, eius ſorore fuiſſe, & eſſe nullam, & inualidam, ac nullas, & inualidas, & per conſequens inſtitutionem de eis, vel altero eorum factam in teſtamento Reuerendi Domini Ludouici Rugerij eorum patris fuiſſe, & eſſe nullam, & inualidam, & ea non attenta agnatos ipſius quondã Dom. Ludou. ab inteſtato in eius hęreditate ſuccedere; reſpectu enim primæ legitimationis factæ de prædicto Dom. Ioſepho, de anno 1535. in ciuitate Ferrariæ per illum Dom. Dionэum de Marano Comitem Palatinum Apoſtolicum, ea pluribus ex rationibus viribus non uidetur ſubſiſtere.

Primo, quia cum Dominus Ludouicus pater in precibus porrectis d. Comiti non bene expreſſerit, dictum Dominum Ioſephum fuiſſe filium ſacerdotis, & natum ex eo ſacerdote, legiti-
1 matio ipſa videtur reddi ſurreptitia, † & nulla, per ea quæ trad. Oldra. conſilio 247. factum eſt tale, Bald. conſil. 306. proponitur, num. 3. 5. vol. Alex. conſil. 129. 6. volum. & late alios citans, trad. Didac. Hiſp. in ſun epito. in quartũ decret. in 2. par. capit. 8. §. 9. num. 2. & ſeq. & Soci. iun. conſil. 99. num. 34. & 38. & conſil. 100. num. 8. 2. volum. & in iſtis terminis in filio ſacerdotis, quod id ſpecifice extra dẽtes ſit exprimendum, & non ſat ſit, ſi dicatur patrem eſſe dominum, im-
2 mo nec etiam ſacerdotem, cum potuiſſet † naſci ante ſacerdotium, firmat Soci. conſil. 65. nu. 15. in 3. volumine, quem ſequitur Cur. iun. conſilio 84. ad fi.

Secundo iſta legitimatio uidetur nulla, quia non videtur, quod fuerit legitimatio, ſed potius diſpenſatio duplici reſpectu. Primo, quia cum inter dominum Ludouicum & illam Peregrinã eius ancillam, iure diuino, ſeu ſaltem Canonico repugnante, non potuerit a principio eſſe matrimonium, cum ipſe eſſet in ſacris, legitimatio facta de huiuſmodi filio adulterino, † ut ita ip-
3 ſum appellat gl. in c. per venerabilem, quem ibi ſequitur Abb. nume. 32. ext. qui filij ſint legi. & Guid. Pap. conſil. 14. num. 1. & Soci. conſilio
4 47. num. 29. in 4. volum. ſeu † ſpurio, ut trad. Rebuf. in praxi beneficiorum, in tit. ſeu clauſula, de diſpenſat. ſuper defectu nata. num. 38. uel ince-
5 ſtuoſo, † vt mauult Iaſ. in conſil. 11. num. 1. 3. uo-
6 lum. magis videtur diſpenſatio, † quam legitimatio, ut uidetur velle Angelus, conſil. 350. pro deciſio. num. 12. Caſtr. conſil. 211. ſuper iſto puncto, in antiquis, & conſil. 467. viſo d. puncto. numero 7. 2. volum. in noui, Dec. conſil. 288. nu. 6. 338. nu. 3. & 393. num. 10. Pariſ. conſil. 12. numero 207. in 2. quod & admittit Soc. iun. conſi. 192. num. 23. 1. volum. & firmat expreſſe in conſil. 120. num. 17. & ſeq. 2. volum. & huic opin. uidetur etiam adhærere Didac. d. c. 8. §. 8. num. 4. colum. 4. verſi. 3. ex eadem, & in his terminis tradit Soci. d. conſil. 65. colum. fi. & Pariſ. conſil. 2. num. 23. 2. volum. Secundo quia cum in priuilegio ipſius Com. per ſummum Pontificem addita ſit, quod legitimãdi, ad paternam, & alias ſucceſſ. bonorum quorumcumque ſuorum cognatorum, agnatorum & attinentium admitti, & illis ſuccedere valeant, abſq; præiudicio illorum qui ad huiuſmodi ſucceſſionem, ſi perſonæ ipſę ab inteſtato decederent, de iure admitti deberent, iſta videtur magis habilitatio, & diſpenſatio, quam plenaria legitimatio, cum hoc caſu legitimatus † excludatur ab omnibus agnatis, ci-
7 tra quartum gradum. Bald. in conſil. 306. caſus q. num. 5. 2. volum. & inter conſilia Ang. conſil. 265. verba iſta, Ancha. conſil. 241. ex tenore. 2. colum. Corn. conſil. 93. colum. 3. 2. volum. Cur. ſen. conſil. 74. num. 27. 2. colum. Socin. conſilio 312. colum. 3. & 4. ubi dicit, hanc opinionem eſſe communem, * 2. volum. & conſil. 95. num. 19. & ſeq. 4. uolum. Dec. d. conſi. 338. num. 4. & conſil. 586. num. 6. Rui. conſil. 72. num. 15. num. 99. num. 9. 103. num. 4. & 105. num. 13. 3. uolum. Durant. tract. de arte teſtan. tit. 3. caut. 18. num. 1. Soc. iun. d. conſil. 120. num. 21. & huic parti cum aliquali tamen diſtinctione videtur adhærere Didac. d. c. 8. §. 10. num. 1. ſi igitur hoc caſu propter dictam clauſulam & ex alia cauſa, ſupra relata, hæc non fuit legitimatio, ſed diſpenſatio, & habilitatio magis ad ſucceden. ex teſtamento

pa-

paterno, ſequitur quod exigebatur cauſæ cogni
tio, & agnatorum citatio, quibus ex ea præiudi-
8 cium fiebat, & aliter legitimatio, † & diſpenſatio
ipſa fuit nulla, vt tradit Pet. de Ancha. d. conſil.
241. colum. 1. & 2. Socin. in l. Gallus, §. & quid
ſi tantum, in fi. num. 31. ff. de lib. & poſthu. Dec.
dictis conſiliis 338. num. 7. & 393. num. 11. &
in his terminis Soci. d. conſil. 65. colum. fi. & Pa-
riſ. conſil. præallegato. 2. num. 29. quam conclu-
ſionem tenet idem Pariſ. conſil. 14. num. 47. in
2. Marſ. in l. 1. §. præterea. num. 76. ff. de quæſtio.
Rui. d. conſil. 105. num. 13. in 3. Soci. iun. conſi-
lio 99. num. 35. & dicto conſilio 120. numero
17. 21. & 27.

Tertio debat fieri mentio de iure cõciliari, &
9 eidẽ † derogari, de quo hẽ in c. fi. de clandeſti.
deſponſa. vt in terminis tradit Soci. d. conſilio
65. in fi. Pariſ. d. conſil. 11. num. 30. & videtur ſe
qui Didac. d. §. 9. num. 6. in fi. ſed & expreſſe de-
10 buit dici, † non obſtante auth. ex complexu, C.
de inceſt. nupt. ut per Saly. in d. authen. & Guid.
Pap. d. conſil. 14. num. 1.

Quarto & ſi dicta legitimatio valuiſſet, cum
tamen bona, de quorum ſucceſſione agitur, ſi-
ta ſint in terra, & territorio Mirandulæ & ſic
in terris imperij, uel cuius Illuſtris Dominus
Pontificem in dominum non recognoſcit, &
non eſt aliquo modo de terris eccleſiæ, legitima
11 tio † ipſa ad ipſa bona non vr̃ extendi poſſe, nã
diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet, cap.
per venerabilem. & ibi glo. Io. And. Inno. num.
2. Abb. nume. 26. & alij, qui filij ſint legiti. Bart.
in auth. ex complexu, præallegata, Bald. conſilio
306. caſus quæſtionis. num. 1. 2. volum. & in l. 1.
num. 5. C. de iure anul. aure. Signoro. conſi. 219.
factum ſic ſe habet, num. 13. Guid. Pap. in termi
nis in d. conſil. 14. nu. 1. Ang. conſilio 350. præal
legato, Anchara. conſilio 320. primum dubium,
Io. de Ligna. in tracta. de cenſura eccleſia. §. 9.
num. 35. Anton. Roſel. in tracta. de indulgen. nu
mero 267. Ferra. cautela 1. Caſſane. conſilio 31.
num. 15. quam opinionem dicit veriorem Cro.
in d. §. & quid ſi tantum, num. 89. uerſic. ſecun-
dus caſus. quam etiam tenet Petrus Rebuff. in
trac. de priuil. ſchola. priuilegio 98. Rui. conſilio
77. num. 3. 3. uolum. & Didac. d. c. 8. §. 8. nume-
ro 18. quam etiam tenet Corn. conſil. 9. litera. d.
4. uolum. & Marſ. in l. fi. num. 9. ff. de iuriſd. omn.
iudicum. & pari ratione dicendum eſt de impe
12 ratore, qui † ſubditum eccleſiæ nõ legitimat, nec
ſi bona ſita ſunt in territ. eccleſiæ, ut nonnulli
ex ſupra allegatis affirmant, ut per Caſtr. d. con-
ſilio 467. num. 7. Bar. in l. qui in prouincia, §. 1. ff.
de ritu nupt. Bal. conſi. 146. titulus, num. 1. in 1.
& conſil 40. imperator, 4. volum. Dec. conſilio
150. num. 5. & in conſilio 557. 2. dub. numero
7. & ſequen. Sylua. in tracta. de feu. recognit. q.
19 Didac. d. §. 8. nu. 14. & idem procedit etiam
13 † ſi legitimatio fiat de ſubdito aliorum domino
rum non recognoſcentium ſuperiorem, vel ſi
bona ſint ſita in eorum territorijs, ut in domi-
nio Venetorum, & ſimilibus, Cur. ſen. conſi. 84.
5. dub. num. 89. Iaſ. conſil. 80. num. 1. vbi dicit eſ
ſe communem * opinio. 3. volum. Rui. conſilio
66. in princip. 3. volum. Pariſ. d. conſil. 2. nume
ro 13. in ſecundo Socin. iun. dicto conſilio 99.
numero 36. & conſilio 100. numero 10. in ſe-
cundo volumine.

Reſpectu uero ſecundæ legitimationis factæ
ab illo Reuerendo priore Sanctæ Agnetis ciui-
tatis Mantuæ Comite Palatino Imperiali, idem
videtur dicendum ex tribus prioribus funda-
mentis ſupra adductis, quæ etiam in hac ſecun
da legitimatione uidentur ſibi locum uendica-
re, præter duo alia validitati ipſius obſtare uidẽ-
tur. alterum eſt, quod Imperator vel eius Com.
non uidetur habere facultatem uel auctoritatẽ
14 legitimandi † filium clerici, ut tenet Domi. de
Sancto Gemi. in cap. Romana. §. ſi uero, 2. col.
de iudi. in 6. Barba. conſil. 58. colum. 3. 2. uolum.
Socin. d. conſil. 65. num. 6. & ſequitur Dec. d. cõ
ſil. 338. num. 6. & Cur. iun. conſilio 136. num. 8.
& licet dubitet Crot. in d. §. & quid ſi tantum,
nume. 89. in fi. tamen in hac parte magis incli-
nare uidetur, quam etiam fuit ſequutus Pariſ.
conſil. 2. num. 24. præallegato, & Soci. iun. dicto
conſil. 100. num. 19. alterum eſt, quod cum d. D.
Ioſephus tempore huius ſecundæ legitimatio-
nis eſſet clericus, non uidetur quod poterit pro
15 rogare † iuriſdictionem dicti Com. imperialis,
& legitimari ab eo, ut in terminis per plures ra-
tiones comprobat Dec. conſilio præallegato
150. per totum. ubi dicit in fi. quod ita fuit Flo-
rentiæ iudicatum, idem tenet in c. 2. nu. 24. 2. co
lum. & ſequitur ibi Rip. num. 9. de quo etiam du
bitauit Bal. in conſil. 40. an clericus in fi. 4. uol.
ſequitur Marſ. in ſingulari 667. ſæpiſſime. Reſta.
Caſtal in tract. de Imper. q. 102. Pariſ. d. conſilio
2. num. 24. Soci. iun. d. conſil. 100. num. 22. & ui
detur etiam ſequi Cagnol. in d. l. fin. num. 25. ff.
de iur. omnium iudicum. Vltra quod non uide-
16 detur quod ſemel legitimatus † poſſit iterum le
gitimari, & pluribus legitimationibus ſe iuuare,
Cur. ſen. d. conſ. 84 nu. 81. & Socin. ſeu quiſquis
ille fuerit, inter conſil. eiuſdem, conſilio 121. nu
mero 14. 2. uolum.

Legitimationi vero factæ de Dom. Genebra
eius ſorore, obſtare uidentur etiam illa tria prio
rã fundamenta contra primam legitimationem
constructa. & etiam prima obiectio contra hãc
ſecundam facta, ut ſupra, & ultra ea uidetur etiã
dici poſſe ipſam inualidam, ex quo in ea nõ fuit
facta mentio, quod habebat filium maſculum le
17 gitimatum, de quo † erat facienda mentio alio-
rum filiorum legitimorum & naturalium, ut late
per Didac. d. §. 9. num. 7. ſi igitur legitimationes
18 ipſæ ſunt nullæ, ſequitur quod institutio † facta
de ipſo Domino Ioſepho, etiam fuit nulla & in-

ua-

ualida,authen. ex complexu, prædicta. cum ibi
not.Dec.conſil. 288.nu.4.& Soci.iun. d.conſil,
99.num.34.

His tamen minime obſtantibus, arbitror ſe-
cundum voluntatem patris omnino prædictum
Dom.Ioſephum eidem ſuccedere debere,& nul
lo iure ab agnatis,qui alias ſuccederent ab Inte-
ſtato,excludi poſſe.Et pro fundamento præſup-
pono,quod ex quo ipſe habet ſuam legitimatio
nem tam apoſtolicam quam imperialem,habet
19 †intentionem fundatam, ut in ſimili dixit Go-
zad.in conſil.48.num.11. ſolum reſtat reſpon-
dere iuribus & rationibus,ac auctoritatib. pro
contraria parte adductis,quæ ſi tollantur,& ap
pareat clare ea non obſtare, per conſequens
apparebit legitimationes prædictas ualidas, &
legitimas eſſe. Diſcutiamus itaque ſingulas le-
gitimationes,

Prima itaque legitimatio apoſtolica fuit &
eſt valida, & legitima:fuit enim facta per Com,
habentem poteſtatem legitimandi filios presbi-
terorum,vt conſtat ex priuilegio regiſtrato in ip
ſa legitimatione ibi,nec nõ notbos, baſtardos,
naturales, ſpurios,inceſtuoſos,& manſeres,co-
pulatiuè,& diſiunctiuè, ex quocumque illicito
coitu procreatos,quo caſu comprænhenditur &
filius clerici, quamcumque opinionem tenea-
20 mus † ex ſupra relatis, in ſecunda difficultate,
ſeu obiectione ſuper hac prima legitimatione:
ſufficit enim quod Com.habeat poteſtatem legi
timandi natos ex quocumque damnato & illici
to coitu, ut tradit Caſtr.in terminis in conſilio
102.uidendum eſt primo,num.3.2.volum,no-
uiſſimorum.& Soc.conſi.47.num.29. 4.uolum,
fuitque dicta legitimatio facta in loco ſubdito
eccleſiæ, ſcilicet in ciuitate Ferrariæ, ut tradit
etiam Caſtr.d.conſi.3. quod eſt conſilium 225.
in antiquis, & quod hoc caſu valeat legitima-
21 tio† reſpectu loci,ubi facta eſt,trad.etiam Ale-
xand.conſil.87. viſis codicillis,colum.3. 2.uo-
lum.Rui,conſil.ult.4.dub.5.uolum.& Pariſ.con
ſil.8.num.18.in 2.Et in tantum locus factæ legi
timationis eſt in conſideratione, ut nonnulli
22 uoluerint,ſummum Pontificem,† vel Comitem
ab eo creatum poſſe etiam non ſubditum in ſuis
terris exiſtentem legitimare,ut tradit Ludoui.a
Sardis in trac,de natural.lib.ac ſucceſ.eor,2.par
te,in tit.de legitimatione per reſcriptum,2.q.nu
mero 7.Mart.de Laud.in tract.de legit,numero
99.& Nicol.de Vbal.in tract. de ſucceſſ.ab inte
ſta.num.106. 1.par.

Non obſtat modo prima obiectio ſupra fa-
cta contra hãc legitimationem quod fuerit ſur-
reptitia,cum concludenter non fuerit narratũ,
ipſum fuiſſe filium ſacerdotis,quia immo ſatis id
fuit expreſſum, dicendo ipſum fuiſſe filium ex ip
ſo Domino Ludouico,& ex muliere ſoluta,& ex
illicito, & damnato coitu, quod proculdubio
comprænhendit hunc caſum, cum ſi ipſe natus
fuiſſet ante ſacerdotium patris, coitus non fuiſ-
ſet illicitus,& damnatus,& fuiſſet etiam dictum
ex ipſo ſoluto,ſatis igitur fuit ex illis uerbis Co
mitem illum inſtruere de veritate facti, etiam ſi
23 tam expreſſis uerbis† non fuerit id ſpecificatũ,
ut uoluit Soci,nimis cauſæ inſeruiens, in d.con
ſil.65.quem, cum adhuc res eſſet integra,legiti-
matio caute fieri poſſet, ſequutus fuit Cur. iun.
d.conſil.84.admonens clientulum,vt ad euitan
das difficultates ea expreſſius exprimerẽtur, ſed
24 quod ſufficiat in genere† exprimere ſpurietatẽ,
& nõ ſit etiam opus dicere filium natum ex mo-
niali,tenet Bald.in l.ſi qua Illuſtris, num.5. C.ad
Orphici,& in conſi.81.quidam Simonus, 1,uo-
lum.ſequitur Benedict.Capra in conſil.157.nu-
mero 8.& num.34. ubi eam deciſionem admit-
tit,& quando non laborat,niſi unico tantum de
fectu ſpurietatis filius,quod ſat ſit exprimere,ip
25 ſum eſſet† ſpurium in genere,tradit Alex.in con-
ſil.80. num.8. 6.uolum. & quod ſufficiat dicere
filium ſacerdotis,uel monialis eſſe natum ex coi
26 tu damnato & reprobato,† ſentit Soc.d.conſil.
47.num.46.& trad.Iaſ.in conſil. 11.nu.2.3.uol.
& Dec. conſil.55. num. 4. quod etiam admittit
conſil.338.num.7.

Secundo penitus tollitur omnis ſcrupulus,
ex quo ipſe Com. uoluit ipſum filium omnino
legitimare, etiam ſi alios defectus non expreſ-
ſos pateretur,ut in dicta legitimatione ibi,reſti-
tuimus,& ad legitima iura reducimus,omnem-
que geniture maculam, & defectum natalium
quomodocumque contractum, etiam ſi ex quo
cumque damnato & penitus illicito ac illegiti-
mo coitu,& ex muliere,etiam ſi in matrim.alte-
ri copulata genitus,natus, & procreatus,fuiſſes,
& eſſes, abſtergimus.hoc enim caſu omnino ceſ
27 ſare† obiectionem ſurreptitionis, vel obreptio-
nis,& filium legitimum effici,tradũt communi-
ter * Doct.ut per Caſtr,conſilio 221.ſuper pun-
cto,colum.fi.in antiquis,Socin.conſil.63.nume
ro 9.3.volum.Marſ.in ſingulari 492.in legitima
tione,Rui.conſil.68. num.4. & 73. num.10. 74.
num.27.& 82.numero.7. 3.uolumine. Gozad.
conſilio 6. numero 54. & conſilio 85. numero
23.quibus etiam adhæret Didac. dicto capit.8.
§.9. numero 4.

Secunda obiectio immo non obſtat,quia hic
non fuit facta diſpenſatio ſeu habilitatio,ſed ple
na,& pleniſſima legitimatio, ut ex tenore ipſius
legitimationis in pluribus eius partibus cerne-
re eſt, quo caſu etiam quod inter coeuntes pa-
rẽtes a principio matrimonium eſſe non poſſet,
28 tamen legitimatio† prolis fieri poteſt,pro ut fa
cta fuit,nec eſt diſpenſatio.ita declarat, & ratio-
nibus, & auctoritatibus comprobat, Gozad.d.
conſi.6.num.62.& ſequen.qui contrarium con
ſuluit,Dec.in allegato conſil.393.& idem tenet
in conſil.29.num.32.& idem ſentit Soci.iun.cõ
ſilio 97.num.41. 2.uolum.ſed hanc opinionem
optimis

optimis iuribus defendit in conſil.93. nu.40. & ſeq.& nu.53.in 3.& nu.62. excuſat ſuam contra rietatem in conſ.220. 2.vol.ſupra ex aduerſo ci tato.hanc etiam ſententiam firmat Alc. in l. ſi is, qui pro emptore,nu. 34. de uſucap. quod etiam videtur velle in rubr.de lib.& poſth. num.8. cui
29 opinioni, quòd hoc caſu cēſeatur † legitimatio, & non tantum habilitatio,vel diſpenſatio,adhæ ret Didac.d.§.8.nu.1.ex quibus ceſſant auctoritates in contrarium citatæ, quarum plurimæ lo quuntur in caſibus, in quibus conſtabat Com. voluiſſe diſpenſare ad quædam,non plene legiti mate, vt in caſu noſtro: nam illa concluſio non eſt vera,quòd legitimatus non cenſeatur pleniſſime,ſed tantum diſpenſatus, qui ex parentibus naſcitur,inter quos nullum potuiſſet extare ma trimonium,ut ex allegatis per Doct. proxime ci tatos apparet,clauſula modo illa ex aduerſo pon derata, abſque tamen præiudicio ſuccedere debentium ab inteſtato,&c. non facit hanc legitimationem eſſe diſpenſationem, ut tam aliqui ex ſupra citatis proxime,quam infra allegandis expreſſe affirmant,& hæc clauſula omnium cōſenſu † non habet locum, quando legitimatus in te-
30 ſtamento patris eſt inſtitutus hæres, & ad eius hæreditatem vocatus, vt in caſu noſtro:eo enim caſu uenientes ab inteſtato ipſum minime excludunt,ut trad.Caſtr.in d.conſ.102.in 4.dub.& in conſi.222.uila quadam, in antiquis, ad fi.Io.de Anan.conſ.29.viſa imperiali.4.dub. Capr.d.cō ſil.157.nu.42.& 43.Curt.Sen.conſ.19.& 73.ſuper meritis.nu.27.2.col.& ſeq.Alexā. conſ.51. viſo themate, 1.col.2.vol.&187.videretur, 2.colum.5.uol.& ante eos idem uoluit Anch. conſi. prædicto 241. 2.col.Bertran.conſ.277.nu.13. & ſeq.3.uol.poſteriorum, Soc.conſ.41. nu.6.in 3. Dec.d.conſ.338.nu.4.& 393.in prin.& 610.etiā in prin. Capic.deciſ.22.Iaſ.d.conſ.110.col.fi.in quarto, Gozad.d.conſ.6.nu.33. & conſ.29.nu. 27.Rui.conſ.74.nu.10.& 28.& conſ.87.nu.30. in 3.uol.Duran.d.tract.de arte teſtan.tit.3.cau. 18. Crot.in d.§. & quid ſi tantum, nu.73.Pariſ. dicto conſilio 14.numero 44.in ſecundo. Soc. iunior dictis conſilijs 97. numero 43. in ſecundo,& 93. numero 66. in tertio.quibus etiam accedit Didac.dicto capitulo octauo, §.decimo,in principio.

Non deſunt etiam auctoritates quampluri mæ tenentium hanc clauſulam non officere le-
31 gitimatis,quin excludant omnes agnatos † ab inteſtato,præter filios legitimos,& naturales legitimantis patris, ſeu legitimationem petentis, quam ſententiam tenuit Angel. in conſilio 263. Dominus Papa, ſecunda col. Anch. ſibi contrarius in conſil.153.pro fratribus,Alexand.Iaſon, Bertran.& Soc.in conſiliis proxime citatis,& ibi idem Socin.in dicto conſilio quadrageſimoptimo, numero ſexto, quod ſecundum iſtam opinionem per quamplures Doctores fuit conſultum & iudicatum in vrbe per tres ſententias cō formes, cui etiam videtur inhærere Crot. d. §. & quid ſi tantum,nume.73. & Capic. firmat.d. deciſione 22. quam etiam tenet Ludouicus a Sard.d.tract.in 5.q.7. principalis quæſt. nu.10. & etiam huic parti accedere videtur Soci. iun. d.conſil.97. num.42.Sed & Alcia. temporibus noſtris vir maximi iudicij, has opiniones diſſonas fœdere diſtinctionis conciliauit in dicta ru brica de lib.& poſthum.num.8.volens hanc no ſtram generaliter procedere, contrariam vero quoties Comes habens generale priuilegium le gitimandi abſque dicta clauſula, ea tamen addidit,vt legitimationē ipſam reſtringeret, cui opinioni tamquam diſcordes ſententias concordanti ſtandum eſt,l.ſi finita,§. illud, ff.de damno infecto.& l.apud antiquos, C.de furt. Doctori
32 enim diſtinguenti † ceu magis veritati appropin quanti, ſtari debet.Saly. adducēs in id Senecam in l.filiæ cuius, colum.3.verſic.expeditis glo.C. fam.erciſ.Alex.conſil.50.num.7.in 7. Soci.con ſil.56.col.7.in 1.uol.& Neuiza.in Sylua nupt.li. 5.numero 32.

Cœterū, quidquid ſit de virtute huius clauſulæ,certum eſt,quod hic agimus de vera,& ple na legitimatione, non de diſpenſatione, aut habilitatione, ut ſupra:quod cum facta fuerit patre petente, & inſtante quod eius bona potuiſſet diſperdere,& in mare proijcere,nō fuit opus
33 aliqua alia cauſæ cognitione, vel agnatorum † ci tatione,de quorum aliquo præiudicio minime tractabatur, & ita firmat in his terminis Soci. ſibi contrarius, melius nunc ſentiens, in d. conſil. 11.num.2.verſic.3. facit, quam conſultationem etiam tenet Capra, d. conſil.157. num.26. & in his etiam terminis expreſſe Cur.iun.d.con ſil 6.num.68.Pariſ.conſil.7.ſibi contrarius, numero 48. in ſecundo uolum. Socin. iun. etiam ſibi contrarius & hoc caſu rectius ſentiens, dicto conſil.97.num.39. & d.conſil.93. num.35. in 3.vbi excuſat ſuam contrarietatem in allegato conſilio 120. quod per errorem id fuerit ibi additum,& idem tradit numero 48. & ſequen. hoc etiam tenet Alciat. dicta rubrica,numero octauo,& Didac.dicto capitulo octauo, §. nono, numero 7.

Tertia obiectio nihil etiam habet commune cum caſu noſtrò, quando quidem non verſemur in caſu dicti capituli fin. de clan. deſpon. in quo per cōcilium prohibetur matrimonium, & hic non habemus concilium prohibens legi timationem,quo caſu de ipſo concilio, ſeu iure conciliari, nulla erat facienda mentio,ut in pro
34 poſito † animaduertit Capra d.conſ.157.nu.37. tum etiam quia ſufficit derogatio ex clauſula
35 generali non obſtantibus,† appoſita in dicta le gitimatione,vt per Capram ibi ex Bal.num.35. quod & tenuit Socin. dicto conſilio 47.in fine. & Didac. dicto §.9. numero ſexto, ante fin. tum etiam

etiam & tertiò, quia cũ in d. priuilegio ipſi Co.
conceſſo, ipſi conceſſa fuerit facultas derogan-
di conſtitutionib. apoſtolicis ſynodalib. & cõci
liarijs, & ipſe vigore dicti priuilegij, ad quod ſe
retulit, & cuius tenorem iuſſit in d. legitimatio-
ne inſeri, dictum filiũ legitimauerit, cenſetur iux
37 ta tenorem dicti priuilegij legitimaſſe, † vt trad.
Ludo. Bologn. in conſ. 61. 2. colum. maxime cum
addita ſit clauſula illa, omni meliori modo, † vt
etiam ad propoſitum trad. Rui. conſil. 64. ad fin.
primo volum. & idem videtur velle Soc. iun. d.
conſil. 93. num. 40. de illa etiam clauſula, non ob
38 ſtante, &c. quod † ſufficiat ad tollendum ius po-
ſitiuum, trad. Socin. conſil. 41. num. 5. in tertio,
& ad propoſitum, Iaſ. d. conſ. 11. num. 3. & tanto
magis id admittendum eſt, cum legitimatio iſta
quæ non eſt diſpenſatio, vt ſupra, ſit fauorabilis,
39 † amplianda, & defendenda, ut per Iaſ. ibi, verſi-
cu. lo, quinto, & vltimo, & idem trad. in conſilio
127. columna 4. numero tertio, & colum. fin. nu
mero 9. quarto volum. Rip. in cap. ad aures, nu-
mero. 36. de reſcript. Gozad. conſil. 92. num. 13.
verſic. ut vero. & Alc. in dicta rubr. num. 8. ex qui
bus etiam tollitur, quod trad. Sal. & Guid. Pap.
in locis præcitatis.

Quarta etiam obiectio in caſu noſtro ceſſat
ex pluribus. primò quia licet illa opinio videa-
tur communis, ſummum pontificem, vel Comi
tem ab eo creatum non poſſe legitimare ſubdi-
tum alienum, & maxime ad bona ſita in territo-
rio alieno: tamen illa limitatur non procedere,
40 quando pater † viuens legitimari fecit filium ſpu
rium, cum etiam ipſe poſſet de ſuis bonis ſuo ar-
bitrio etiam abutendo diſponere, & de nullius
præiudicio agebatur. hoc enim caſu poſſe iuriſdi
ctioné alterius, nõ ſui iudicis prorogare, verum
videtur, & ita trad. Bal. in proœm. C, numero no-
no. cui opinioni etiam adhæret Bart. in conſilio
75. uiſo inſtrumento, in fi. licèt ſimpliciter opi-
nionem huius partis, & indiſtinctè ſequatur.
hanc etiam limitationem firmat Caſtr. in conſil.
230 dubitatur, primo dubio, in antiquis, alias
125. in ſecundo, in nouis, & conſi. 343. circa pri-
mum num. 1. eodem uolum. cui etiam uidetur in
hærere Comen. conſ. 168. reuerendus, num. 5.
idem loquens in imperatore trad. Gaſp. Cald. in
conſ. 3. in titulo qui fil. ſint legit. ſequitur Paris
de Puteo in tract. ſyndic. in uer. iudex, in capit.
incipien. quæro de quæſ. facti, nu. 5. hanc etiam
ſententiam tenet Martin. Lauden. in dicto tract.
numero 100. & eidem etiam uidetur adhærere
Lud. a Sard. d. tract. ſecunda par. in titu. de legiti-
matione per reſcrip. quæſtio. decima, nume. 21.
etiam hanc ſententiã tenet Dec. conſilio 52. nu-
me. 2. 55. num. 7. & 307. nu. 7. quam opinionem
dicit etiam magis ** communem Crot. in d. §.
& quid ſi tantum, num. 89. quam etiam commu
nem dicit Reſtaur. in tract. de imperat. d. quæ-
ſtio. 102. nu. 4. & quam etiam tenet Pariſ. in con
ſil. 1. nu. 7. & ſeq. & in conſ. 10. nu. 118. ubi dicit
magis communem, ſecundo uol. & ſi ſuppona-
mus accedere conſenſum Illuſtr. Domini Miran
dulæ, in cuius iuriſdictione ſunt bona, ceſſabit
41 omnis † ſcrupulus, ut per Alex. conſil. 11. nu. 11.
in 7. Nico. de Vbal. in d. tract. de ſucceſſionib. ab
inteſt. nu. 106. 107. Bertr. conſ. 227. nu. 17. 3. par.
priorum, Cur. iun. conſ. 1. nu. 15. & ſufficit etiam
poſt factam legitimationem conſenſum domini
42 territorij accedere, † ut trad. Soc. iun. conſ. 142.
nu. 3. in 1. uol. quod ipſe Illuſtris Dominus face-
re de honeſtate debet, & benefaciunt Veneti
43 † admittentes legitimationes factas in eorum
terris, ſeu reſpectu bonorum eis ſubiectorũ per
Comites Palatinos Apoſtolicos, vel imperiales,
ut trad. Cagnol. in d. l. fin. num. 25. ff. de iuriſdict.
omnium iudicum.

His accedat quod prædictus D. Ioſephus fuit
habilitatus, & diſpenſatus ad ſpiritualia per ſum
mum Pontificem, vt refert Cardinalis maior pę
44 nitentiarius, cuius † uerbis credendum eſt, ut tra
dit Io. de Graſ. in trac. de arbore iud. quinta par.
prin. de florib. arboris, vlt. flore d. arboris, & quã
do quis diſpenſatur & habilitatur ad ordines ec
cleſiaſticos, & ad ſpiritualia, cenſetur etiam legi-
timatus quo ad temporalia, ne uideatur pro par
45 te legitimatus, & pro parte † illegitimus, & ſic
quodammodo monſtrum, ut tenet gl. ſecũdum
opinionem Ioan. in uerſ. habeat, in d. c. per vene
rabilem, ubi hoc idem uidetur tenere, & Butr.
firmat, & Abb. de æquitate procedere dicit, nu-
mero 22. quem etiam tenet Mart. Lauden. dic.
tracta. numero 89.

Cæterum ſi teneremus opinionem eorum,
qui tenent, filium clerici non poſſe niſi per Pon-
tificem, uel ab eo auctoritatem habentem legiti-
mari, de qua ſupra dictum fuit, contra ſecundã
legitimationem res eſſet extra aleam, quia neceſ
ſario ſequeretur, quod Pontifex etiam reſpectu
bonorum in aliena iuriſdictione ſituatorum legi
timare poſſet, quia alias clericorum filii eſſent de
terioris cõditionis quibuſcunque natis ex quo-
libet alio damnato, & improbatiſſimo coitu,
quod eſſet abſurdum.

Sed quicquid ſit, in caſu noſtro ſumus in tu-
to, cum ipſe Dominus Ioſephus fuerit etiam le-
gitimatus a Co. Palatino Cæſareo, quo caſu ad-
46 mittunt omnes † ceſſare omnes difficultates, ut
trad. Soc. d. conſ. 65. num. 10. in tertio. Cur. iun.
conſ. 84. num. 8. Cagno. in d. l. ſi qua Illuſtris, nu
me. 28. & Didac. d. §. num. 19. hoc enim caſu ex
pluribus legitimationibus ſe poſſe filium iuuare,
47 ambigendum † non eſt, nec hoc caſu loquuntur
Cur. ſen. & Soc. iun. ſeu ille conſultor inter eius
conſil. in conſiliis in contrarium citatis, quorũ
opinio etiam generaliter exploditur omni caſu
quo quis plures legitimationes ad cautelam im
petrat ab eodem Principe, ut trad. Dec. d. conſi-
lio 55. numero ſexto, 395. numero tertio, & no-

no.& 698. Ruin.conſi.87.numero 23.in tertio.
Gozadi.d. conſil.6.num.55. & conſil.92.num.
8.Reſtaur.d.tracta.de Imper.q. 37.num.2. & 8.
Pariſ.conſi.15.num. 48.2.volum. & Soci.iun.d.
conſilio 120.num.5. in 2.Ex his igitur penitus
tolluntur,& euacuantur omnes difficultates &
obiectiones factæ contra dictam primam le-
gitimationem, & clara reſultat concluſio ipſam
fuiſſe, & eſſe validam, & legitimam, & iuri-
bus ſubſiſtere.

Diſcutiamus obiectiones & difficultates pro
poſitas contra ſecundã legitimationem Comit.
Cæſarei ipſius D. Ioſephi. Et quia reſponſiones
datæ tribus primis obiectionibus contra præ-
dictam legitimationem Apoſtolicam pariter mi
litant in d.2.& eas etiam reſpectu huius ſecun-
dæ penitus eneruant,& multo magis, cum hæc
legitimatio non videatur pati tot difficultates,
cum ſit clarior,& expreſſior priore, appoſitæq;
in ea ſint quamplures clauſulæ ſpecifice oſten-
dentes intentionem Com.fuiſſe plenarie ipſum
Dom.Ioſephum legitimandi, & legitimum effi
ciendi, ut in ea,magisque fuit expreſſum quam
in prima ipſum ex clerico natum fuiſſe, & per
conſequens in facto non cõcurrunt plura, quæ
in priori concurrere videbantur, quæ tamen ẽt
recte cogitanti nihil faciunt contra ipſum Do.
Ioſephum,vt ſatis ſuperque ſupra oſtẽſum fuit.
propterea tãtum ſuper duobus fundamentis cõ
tra hanc ſecundam legitimationem in ſpecie cõ
ſtructis inſtandum erit.

Non obſtat igitur primum fundamentum,
quod per Imperatorem vel eius Comitem filius
clerici non poſſit legitimari, duplici ratione.

48 Primo, quia cum etiam ipſe fuerit † legitima-
tus auctoritate Apoſtolica,ceſſat omnis ſcrupu
lus,& res eſt in tuto, ſi per vtrumque fiat legiti
matio,ut tradunt Doct.ſupra allegati.

** Secundo, quia communior, ** & verior opi-
nio Docto.illa eſt, quod filius clerici poſſit per
49 Imperatorem vel Comitem ab eo creatum † le
gitimari,ut trad.Ioan.Andr.in d.c.per venerabi
lem, Calde.dicto conſilio 3. Bal. conſilio 363.
quæritur, 5.uolum. licet dicat quæſtionem du-
biam, & conſil.306. ubi de nato ex moniali, 2.
volum.Præpoſ.in d.c.per venerabilem, §. quod
autem,colum.78.Bal.in l.& ſi contra,ad fi.C.de
nupt.Card.& Iacob. Zoch.in d.c.per venerabi-
lem, Caſtr.in l.ſi quis poſthumos,in prin. ff. de
lib.& poſthu.Soci.d.conſi.47.num.29.& num.
36.in 4.Signoro.in conſil.127.Guglielmus,So
ci.in l.Gallus, §.forſitã, ubi dicit fuiſſe deciſum
Florentiæ per tres ſolemnes Doct.ff.de libe. &
poſthum.Dec.conſil. 150.num. 5.& 258. num.
9.in fi.Rui.conſil.77.num.2.& 4.in 3.& d.con-
ſil.ultimo,num.4.in 5. & hanc opinionem dicit
magis communem Cur.iun.d.conſil.84. nume
ro 7.quam etiam tenet Guid. Pap.d.conſil. 14.
num. 1. Iaſ.d.conſil. 11 nu.1.in fi.Pariſ.ſibi con-
trarius in conſil.8.num. 18. & ſeq. 2.vol. quam
etiam tenet Alcia.in l.2.in fi.prin. ff.de uer.obli
ga.& Didac.d. cap.8.num. 19.

Secũdum fundamentum difficilius uidetur,
quod tamen in caſu noſtro etiam non obſtare
arbitror,namque primo opinio illa Dec. nõ eſt
ſine contradictione,nam quod immo etiam Im
perator, vel facultatem ab eo habens potuit cle
50 ricum ſpurium legitimare,† tenuit Signor.in cõ
ſil.24.Dominus Guglielmus, & ipſum ſequitur
Iaſ.in d.conſil.11.num.1.in fi.idem tenet Nicol.
de Vbal.in tract.de ſucceſſ.ab inteſta.1.par.nu.
107.& hoc etiam tenet Didac.d. §.8.nume.19.
Et hæc pars mihi uidetur & æquior, & uerior:
quia ſi admittimus illam ſententiam, de qua ſu-
pra dictum eſt,quod legitimatio Pontificis non
trahatur ad bona ſita in terris Imperij, & cleri-
cus ſit ſpurius, certe non poterit unquam legi-
timari,ut poſſit ſuccedere in dictis bonis,& ſic
clericatus ſibi obeſſet, & faceret ipſum deterio
ris conditionis cœteris, ut animaduertit Vbal.
loco præallegato, & retraheretur hac uia indi-
recta quis a ſuſcipiendo ſacros ordines, quod
admittendũ non eſt,iuxta not.per Doct. in c.in
præſentia,de probat.& in l.ex facto, §.ſi quis ro
gatus, ff.ad Trebel.

Præterea Dec. & ſequaces non loquuntur,
quando concurrebat duplex legitimatio,& Põ
tificis, & Cæſaris, quo caſu omnes admittunt
rem verſari in tuto,ut ſupra:ſed quando quis cũ
eſſet clericus legitimabatur per habentem po-
teſtatem ab Imperatore, cum eſſet ſpurius, &
hoc caſu uerũ videtur, ut non poſſit prorogare
iuriſdictionem laici. at hic agimus de legitima
to per habentem auctoritatem à Pontifice, cu-
ius legitimatio non extendebatur ad bona ſita
in terris Imperij, unde vt etiam clericus fiat ca
pax ſucceſſionis bonorum petijt & obtinuit le-
gitimationem a Com.Cæſareo,qui inhærendo
legitimationi per Pontificem,vel eius Co. factę
iterum legitimauit ipſum Dominum Ioſephũ,
quę quidem legitimatio ſaltem reſpectu bono-
51 rum, ut ſupra,etiam quod legitimatus † non ſit
ſubditus, valet & tenet, vt volunt aliqui ex ſu-
pra citatis in reſponſione ad quartam obie-
ctionem contra primam legitimationem, & cla
re id etiam tradit Mart.de Laud.in dicto tracta-
tu de legiti. numero 48. & hoc caſu legitimatio
iſta ſaltem operatur confirmationem illius le-
gitimationis Pontificis, & extenſionem ipſius
ad iſta bona.

Illud etiam non omittam, quod licet non
fuerit præſens huic ſecundæ legitimationi pa-
ter, ſed medio procuratoris ſpecialis petijt ip-
52 ſum Dominum Ioſephum legitimari, † nihilo-
minus ualuit dicta legitimatio, ut tradit Bar-
tol. & omnes in dicta l. Gallus, §. forſitan.
Bal.conſi.119.quidam vxoratus,numero 1.in 5.
Dec. dicto conſilio 55. numero 6. Ruin. dicto
con-

conſil.74.numero 11.& 77.numero 2. Soc.iun.
dicto conſilio 97.numero 4.in ſecundo, & Ca-
gnol.in dicta l.ſi qua illuſtris.numero 28. Con-
cludendum eſt igitur, dictas legitimationes ſuiſ
ſe, & eſſe validas & legitimas, & ipſum Domi-
num Ioſephum ſuiſſe & eſſe vere legitimatum,
53 & † nihil a legitimo & naturali diſtare, §. illud,
in fi.in Auth.quibus mod. nat.effici.legiti. & §.
ſit igitur licentia, eo.tit.cum alijs citatis per Pa-
riſ.conſil.8.numero 7.præallegato, 2.volum. &
tradũt omnes in l.ſi is,qui pro emptore,præalle
gata,& alios citat Didac.in dicto §.octauo, nu-
mero tertio, & per conſequens iuſte ſucceſſiſ-
ſe in bonis dicti Reuerendi Domini Ludouici
eius patris.

Supereſt vt de legitimatione prædictæ Dom.
Ioſephi ſororis aliqua uerba faciamus,cuius di-
ſcuſſio,ſtante concluſione ſupra firmata pro va
liditate dictarum legitimationum,videtur ſuper
flua, ex abundanti tamen defendemus ipſam
fuiſſe validam. Eam igitur validam fuiſſe omni-
no fatendum eſt, & minores pati difficultates
quam cæteræ aliæ,quæ tamen iure ſupra defen-
ſatæ ſunt.Nec obeſt quòd fuerit impetrata per
procuratorem ſpecialem tam patris quàm filij,
cum id fieri poſſe iam ſupra proxime oſten-
ſum extitit.

Præterea ceſſant etiam in ea illa fundamen-
ta fabricata ſupra pro illis tribus priorib. obie-
ctionibus contra primam legitimationem per
ea, quæ ſupra dicta fuere pro reſponſionibus eo
rum ſuper prima legitimatione prædicti Domi-
ni Ioſephi, quæ adhuc in hac limitant & magis
in hac procedunt, cum ſit facta ſpecifica men-
tio in mandatis & legitimatione, quod fuit filia
clerici & amplioribus verbis Comes declarauit
ſe velle omnino eam legitimare, & legitimam
reddere,non obſtantibus expreſſis vitijs,verum
etiam ſi alijs ſimplicibus, duplicibus, triplicib.
& vltra laboraret ipſa Dom. Genebra: talis eſt
intentio, & præciſa voluntas ipſius Reuerendi
Dom. Com. omnino uelle eam,licet abſentem,
legitimare & ad legitima iura reducere, etiam
ſi prælibatus Reuerendus Dom.procurator di
cto nomine tã in narratione prædictorũ, quàm
in narrandorum omiſſione,ſimplicitate, dolo,
culpa, vel verecundia defeciſſet, quæ clauſula
proculdubio excludit omnem ſurreptionem,&
omnem difficultatem, quæ obreptionis,vel ſur
reptionis virtute fieri poſſet, ut ſupra in ſecun-
do fundamento,ſeu reſponſione contra dictam
primam obiectionem facta dictum fuit.ſic etiã
tanto minus habet locum ſecunda obiectio, cũ
in priuilegio Imperatoris non ſit addita clauſu
la illa, de qua in priuilegio Pontificis,ſed magis
reſtricta, vt etiam in præiudicium agnatorum,
qui ab inteſtato ſuccederent, legitimatio facta
cenſeatur,ut apparet in d.legitimatione, ibi,dũ
modo legitimationes huiuſmodi non præiudi-
cent filijs,& deſcendẽtibus,alijsq́, hæredibus le
gitimis & naturalib. & pariter ceſſat aliud fun-
damentum primum contra dictam ſecũdam le-
gitimationem,cum illa opinio vera non ſit,vt ſa
tis ſupra oſtenſum fuit. Quod modo non va-
luerit, quia de filio maſculo legitimato mentio
facta non fuerit, nihil officit intentioni noſtrę.

Primo, quia ſi ſupponeremus legitimationes
prædicti Do.Ioſephi fore inualidas, ut hac eius
ſororis poſſet ſe iuuare, ut inferius dicetur, &
54 tunc non erat † de ea facienda mentio, cum in
nulla eſſet conſideratione.l.4.§.condemnatum,
ff.de re iudi.cum ibi not.& ita trad. Rui.conſil.
103. numero 14.

Secundo dicitur quod hoc caſu legitimatio,
ex quo in priuilegio eſt conceſſa poteſtas legi-
timandi,etiam filijs legitimis & naturalibus ex-
tantibus,& legitimatio fuit facta iuxta tenorem
priuilegij,ut ſupra dictum fuit,reſpondendo di
ctæ tertiæ obiectioni, & fuit etiam remiſſus om
nis defectus ſurreptionis, uel obreptionis,
ut ſupra.

Nihil etiam faceret, ſi diceretur priuilegium
conceſſum legitimandi ſpurios non compræhẽ
55 dere † ſpurios, ut voluit Signor. in conſil. 184.
in q.vertente,quam tuetur Dec.conſi.453.tum
56 quia priuilegium ipſum tollit hãc † difficultatẽ,
cũ dat poteſtatem legitimandi tam maſculos,
quam fęminas,& ut erat in caſu Dec.d.cõſ.698.
57 num.7.tum etiam quia hæc opin. non † eſt vera,
& contra eam tenet ipſe met Dec.in l.2.nu.113.
de reg.iur.Rui.d.conſil.103.num. 14. & Didac.
d.§.numero 7.

Defenſata itaque hac legitimatione Do.Ge-
nebræ, ſequitur quod admiſſo (ſine præiudicio
veritatis) quod ipſe Dom. Ioſephus non poſſet
ſe tueri ſuis legitimationibus, quod utique fal-
ſum eſt,ut ſupra,non poſſent agnati d.Dom.Lu
douici aſpirare ad dictam hęreditatem,quia ſuc
cederet ipſa D. Genebra ſubſtituta in primo te
ſtamento,cum ſecundum eſſet nullum, cum in-
58 ſtitutio † de incapace facta pro non ſcripta ha-
beatur,l.3.ubi Bar.de his,qui pro non ſcript. ha
59 ben.& ualet ſubſtitutio facta filio ſpurio † inca-
paci,Bar.& Saliec.in l.2.C.de hæredi.inſtit.Du
rant.d.tract.de arte teſtan.tit. 1.caut.14.nu.14.
& deficiente inſtitutione propter incapacitatẽ
inſtituti,teſtũ accipit vires a ſubſtituto,& exclu
60 duntur venientes † ab inteſtato, Bal.in auth.in-
greſſi,nu.15.ver.circa primum. C.de ſacr.eccl.
per tex.in l.unica.§.in 1.C.de cad.tol.ſi uero utrũ,
que teſtamentum eſſet nullum,& locus eſſet ſuc
ceſſioni inteſtati, adhuc ipſa filia excluderet
agnatos,cum ex forma ſtatuti ipſum non exclu
dant patrueles patris, ſed tantum fratres, & fi-
lij fratrum patris,ut in rub.de ſucceſſ.ab inteſt.
in uer.ſi autem ei qui deceſſerit.

Et certum eſt quod palam inſtituto ſpurio
61 † hæreditas ad fiſcum † non defertur, ſed ad ſuc-

cedentes ab inteſtato pertinet, ut per Barto. & alios in l.hæreditas. C.de his,quibus ut indi.& per Barto.in conſilio 119. Domi. Dominicus. numero tertio, de quo per Doctor.in l.Papinianus. §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtamento. ſi igitur ipſa Com.Genebra ſuccederet in hæreditate prædicti q.Dom.Ludouici eius patris, excluſo ipſo Domino Ioſepho tamquam incapace, idem Dom. Ioſephus, iuribus ſibi per eam ex cauſa tranſactionis ceſſis, quæ tranſactio ualuit,l.Imperatores,& l.controuerſia, ff.de tranſact.poſſet ſe tueri, iuxta not.in l.1. ff. de actio. & oblig.& in l.1.& 2.C.eod.tit.& quia hoc vltimo auxilio non egere arbitror, in eo ulterius non inſiſtan. Laus Deo Opt.Max.

Barth. Bertazz.

Et ita fuit iudicatum,& obtentum.

ARGVMENTVM.

Diſputatur varijs coniecturis, quando proprietas, uel uſusfructus ſit relictus uxori, & de alijs, de quibus in primo aſpectu.

SVMMAE.

1 *Proprietatem eſſe relictam non eſt dicendum,cum teſtatorem vſumfructum voluiſſe relinquere ex verbis appareat.*

2 *Vſusfructus eſt relictus vxori,non proprietas, ſi eam reliquit teſtator vſufructuariam toto tempore vitæ ſuæ.*

3 *Item ſi prohibuit illam moleſtari, & perturbari.*

4 *Idem eſt, ſi illam liberauit a confectione inuentarii, & fideiuſſoris præſtatione.*

5 *Nam & ſolent vt plurimum teſtatores ſuas vxores vſufructuarias relinquere.*

6 *Proprietas tunc cenſetur relicta, quando eſt prohibita alienatio,vel quid aliud ad proprietarium pertinens.*

7 *Vel ſi hæres grauatus eſt ad ſoluendum æs alienum, ad quod non tenetur.*

8 *Contra autem eſt, ſi fuit conceſſa licentia alienandi, quia tunc vſusfructus eſt relictus.*

9 *Vſufructuaria ex æris alieni ſolutione commiſſa non arguitur proprietaria,ſed remanet vſufructuaria.*

10 *Idem eſt, ſi ad cautelam prohibita eſt Trebellianica, vel Falcidia.*

11 *Proprietas dicitur relicta, ſi inſtitutus eſt grauatus ad reſtituendum proprietatem per fideicommiſſum,*

12 *Et an hoc verum ſit, & quomodo procedat l. fina. ff. de vſu ear. rer. quæ vſu conſumun.*

13 *Proprietas cenſetur legata, licèt ſit addita cauſa, vel modus, de vſu vel vſufructu loquens.*

14 *Idem,ſi fuerit legatus vſus pecuniæ, qui non poteſt ſeparari a proprietate.*

15 *Vſumfructum relictum ſuiſſe, non proprietatem, ſi apparet ex mente teſtatoris, tunc ceſſat omnis ſcrupulus.*

16 *Teſtatorem voluiſſe incontinenti ſe corrigere,non eſt veriſimile.*

17 *Teſtatorem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, ius non patitur.*

18 *Ius accreſcendi non habet locum,ſi hæres fuit inſtitutus pure pro parte,& alius pro alia parte ſub conditione.*

19 *Secus autem eſt,ſi ſit facta ſubſtitutio.*

20 *Subſtitutio eſt inualida facta per teſtatorem, & per notarium ſcripta imperitia deceptos.*

21 *Subſtitutio non poteſt plus comprehendere quam inſtitutio.*

22 *Bonorum appellatione,venit etiam vſusfructus,& ſic ius.*

23 *Subſtitutio non eſt facta in proprietate, licèt teſtator de bonis meminerit.*

24 *Trebellianica non poteſt detrahi in fideicommiſſo particulari.*

25 *Subſtitutio facta in vſufructu,non poteſt trahi ad proprietatem.*

26 *Subſtitutio ſi ad caſum deueniat,a quo incipere non potuit, extinguitur etiam quod alioqui valere potuiſſet.*

27 *Hæres cum beneficio inuentarii habet tamen dominium bonorum, & eſt proprietarius.*

28 *Et in eo habent locum cætera, quæ de hærede ſimplici dicta ſunt.*

29 *Fideicommiſſi caſum eueniſſe eſt probandum.*

30 *Interpretatio in dubio eſt facienda contra fideicommiſſarium.*

31 *Clauſula teſtamenti,que omnia bona,refert clau-*

clauſulam præcedentem, in quibuſcunque bonis.

32 *Relatiuum ſiue copula, quæ, ſtat reſtrictiue.*

33 *Verbum peruenire, non de proprietate, ſed de vſufructu intelligitur.*

34 *Verba, ſalua ſemper facultate, inducunt exceptionem.*

35 *Exceptio declarat regulam.*

36 *Subſtitutio non poteſt fieri ſibi ipſi.*

37 *Pars vna teſtamenti, aliam declarat.*

38 *Subſtitutio collata in vnum tempus, non poteſt habere locum alio tempore.*

39 *Clauſula appoſita ad qualificandum capitulum, non debet referri ad capitulum ſeparatum.*

40 *Eſt tamen referendæ ad proxima, quibus cougruit, ſi hoc recta ratione fieri poſſit.*

41 *Qualitas vnius capituli, non cenſetur repetita in alijs, quando ſunt orationes diuerſæ.*

42 *Clauſula appoſita in ſubſtitutione fideicommiſſaria, non refertur ad primam, cum diuerſi ſint gradus.*

43 *Clauſula in fine non refertur ad ſuperius diſpoſita, quando eſt diuerſa ratio inter vtrunque caſum.*

44 *Grauare filios vt extraneos, non eſt veriſimile patrem voluiſſe.*

45 *Clauſula intermedia non extenditur ad omnia capitula.*

46 *Extenſio non fit de vna perſona ad aliam in fideicommiſſo.*

47 *Relatio non poteſt fieri, quando reſultat abſurdum & contrarietas.*

48 *Subſtitutio facta de filiis ab auo, eſt vulgaris, & ob quid? & quando expiret?*

49 *Subſtitutio nepotum facta ab auo filio, ceſſat eo caſu, quo ſuperuiuit filius: eo enim caſu facta eſt, quo viuente teſtatore moriatur ipſe filius.*

30 *Subſtitutio eo magis dicitur directa, quo facta eſt in tota hæreditate cum detractione Trebellianicæ.*

51 *Fideicommiſſum non inducitur, vbi non eſt, vel ob prohibitionem Trebellianicæ.*

52 *Vel quia filii ſint poſiti ſub qualitate maſculinitatis in conditione.*

53 *Quod procedit ſine dubio, quando extat ſtatutum, quòd maſculi excludant fœminas.*

CONSILIVM LI.

In Domino confido:

PLura dubia veniunt diſcutienda in hac cauſa horum creditorum quondam Comitis Ioan. de Manfredis, cum filijs, & hæredibus ipſius Co. Ioannis.

Primum eſt, nunquid inſtitutio facta de Do. Angela eius matre in teſtamento Com. Hieron. eius patris fuerit facta in vſufructu bonorum, de quibus in teſtamento ipſo, vel in proprietate ipſorum bonorum, & per conſequens etiã ſubſtitutio facta de Com. Ioanne, & filiis ſucceſſiue fuerit etiam facta in vſufructu, & ſic fuerit inualida reſpectu patris.

Secundum eſt, admiſſo quòd eius reſpectu fuerit inualida, ſaltem potuerit valere reſpectu ipſorum filiorum illi pariter ſubſtitutorum.

Tertium, & vltimum erit, an etiam reſpectu bonorum, in quibus fuit inſtitutus Com. Ioan. cenſeantur etiam uocati filii per fideicommiſſum.

Quo igitur ad primum dubium, punctus (iudicio meo) eſt clariſs. ꝙ inſtitutio tam particularis, quam uniuerſalis pro dimidia fuit facta in vſufructu tantummodo, non etiam in proprietate ipſorum bonorum, quod uerbis claris, & nullo modo cauillandis apertiſsime teſtator in teſtõ expreſsit in plurib. locis ipſius teſtĩ. Primo enim reliquit illam dñam & vſufructuariam domus, &c. inferius reliquit uſufructuariã beccariæ cum hoſpitio, &c. ita ut in eis omnib. & ſingulis reb. & bonis frui, & gaudere poſſit, ac de eorum introitibus ad libitum diſponere toto tpe vitæ ſuæ, & ſubinde prohibuit filium eam moleſtare, & perturbare in uſufructu prædicto in inſtitutione generali ipſam ſibi hæredem vniuerſalem uſufructuariam pro dimidia inſtituit, & ſubinde in prohibitione detractionis falcidiæ, & trebellianicæ, illam etiam appellat legatariam, & vſufructuariam. Dubium autem non eſt, quod ſtantibus verbis expreſsis teſtatoris declarantibus ſe alicui tantummodo reliquiſſe uſumfruct. aliquorum bonorum, a quib. non eſt recedẽdũ, l. non aliter, in prin. ff. de leg. 3. non eſt dicendũ teſtatorem uoluiſſe proprietatẽ relinquere, contra expreſſa uerba ſua, toties repetita, & geminata,
1 ex quo ipſa † verba repugnant, ut ad propoſitum trad. Soc. in conſilio 102. numero 13. 3. uolum. & Bello. conſilio 6. numero 3. & 13. & Cephal. conſilio 37. num. 23.

Cœterum & ſi aliquod dubium in verbis claris inijci poſſet, cum tamen teſtator ex alijs declarauerit mentem ſuam fuiſſe, ut ipſa eſſet vſufructuaria, non proprietaria, ceſſat omnis ſcrupulus.

Primo enim teſtator ipſe reliquit ipſam vſu-
fructuariam toto tempore vitæ ſuæ, quod pro-
2 prie pertinet† ad vſumfructum, quod cum vita
finitur §.finitur, Inſtit. de uſuſru.& ita argumen-
tantur, Dec.in conſil.278.colum.3.verſic.quia,
quod ſenſit Pic.in repet.l.Titia.§.Titia, 2.nota.
num.10.ff. de leg.2, & Ferra. cautela 2. colum.
penult. & fin.

Secundo teſtator illam prohibuit moleſtari
3 & perturbari, ut ſupra, quod conuenit† uſufru-
ctuariæ, non proprietariç, Soci.d.conſilio 102.
col.pen.in prin.nu.13.& in conſil.131.col.fi.1.
uol. Dec.d.conſil.278.col.3.uer.5.hoc Cepha.
d.conſil.37.numero 33.& ſeq.& Rui. conſilio
17.num.13.2.uolumine, ac Iacob. Alb.in conſi-
lio 55.in princ.

Tertio illam prohibuit cogi poſſe ad inuen-
tarium conficiendum, & cautionem præſtan-
dum, ad quæ vſufructuaria tenetur, l.1.C.de vſu
fru.quo caſu propter hanc rationem cenſetur
4 fuiſſe relictum † vſufructuariam, non proprieta
riam, Dec.d.conſil.278.colum.3.verſic.5. Rui.
d.conſil.17.num.13.& 14.& Cepha.d.num.37.

5 Vt omittam, quod ita etiam† argumentādum
eſt a ſolitis, l. neque natales, C. de probat. ex
quo ſolent teſtatrices ſuas uxores relinquere
uſufructuarias, non proprietarias in ſuis teſtam.
ut per Dec.ex Cepha.in d.conſil.

Non obſtant modo rationes, quæ adducebā
tur per Magnificum Aduocatum aduerſariū,
ut oſtenderet ſi poſſet contra uerba expreſ-
ſa teſtatoris, immo illi fuiſſe relictam proprieta-
tem, & primo per tex.in l.Proculus, & quod ibi
* not.Bald. ff.de vſufru. cum quo eſt communis*
opinio quod quoties vſufructuario eſt prohi-
bita alienatio, vel quid aliud proprietario per-
tinens, vt ne altrius ædes tollat, ut in eo tex.cen
6 ſetur† tunc relicta proprietas, & in propoſito ſa
tis videtur teſtator declaraſſe proprietatem re-
liquiſſe, grauando ipſam ad ſoluen. æs alienum,
7 †ad quod non tenebatur, vt contra Pau.in l.fin.
de vſufru.leg.tenent communiter Doct. & tra-
dit Socin.& d.conſil.131.colum.pen.& prohi-
bendo illi detractionem Falcidiæ & Trebelliani
cæ. Namque prætermiſſo quod opinio Bal.& ſe
quacium eſt falſa, nec probatur, ex illo tex. in d.
l.Proculus, vt latiſſime comprobant plures ex
modernioribus, & præſertim Arius Pinel.in l.1.
3.par.num.42.C.de bonis mater.3.pagi. & Fer
nand.Vaſqu.in tract.de ſucceſſ.creat.libro 3. §.
23.ante fin.num.50.dico, quod hic non ſumus
in caſu illius l.nec deciſionum Docto. quia hic
non fuit prohibita alienatio vſufructuariæ, ſed
fuit conceſſa licentia alienandi, quæ præter prę
ſumptiones & coniecturas ſupra conſideratas
8 oſtendit illam fuiſſe† vſufructuariam, ut præſup-
ponit Alex.in conſil.58.colum.fi.3.uol. & tra-
dit Soci.d.conſil.131.col.fi. Corn.conſilio 173.
col.3.in 3.Bellon.d.conſ.6.num.11.& Arius Pi
nel.d.3.par.nu.43. Nec ex eo quod teſtator di-
ſpoſuerit uſufructuariam teneri ad ſolutionem
ærris alieni pro dimidia, poteſt dici proprietatē
9 fuiſſe relictam, cū adhuc† remaneat vſufructua-
ria, ut per Durant.in tract.de arte teſt an.titu.6.
caut.42.nu.7. ſicut prohibitio Falcidiæ uel Tre
bellianicæ illud ēt operari nō pōt, cum facta ſit
10 †ad ſuperabundantem cautelam, & ad tollēdam
dubitationem, l.quæ dubitationis, ubi not.ff.de
reg.iur.& in indiuiduo trad. Ceph.d.conſil.37.
num.47.& ſeq.

Secundo non obſtat tex. in l. fi. ff.de vſufruc.
earum rerum, quæ vſu conſumum. qui videtur
in terminis noſtris decidere caſum pro parte ad
uerſa, quod quādo fuit grauatus vſufructuariūs
ad reſtituendum proprietatem per fideicom-
miſſum, cenſetur proprietatem reliquiſſe, quod
11 clarius† ibi declarauit Alber. & Roman.conſil.
206. licet de communi, nume.4.& ad idem ten-
dit etiam deciſio Bal. in l. ſi habitatio. §.1.ff.de
vſu, & habit. quod ſi ſit relictus fundus in gau-
dimentum, non cenſetur vſusfructus relictus,
ſed proprietas, quia primo tex.in d.l.fin.non lo-
quitur in caſu noſtro ſimili, quando fuit relictus
vſusfructus, quod probatum eſt ſupra, & in eo
fuit facta ſubſtitutio, ſed loquitur tex. aliàs per
me allegatus in l.qui fructus, ff.de vſufr.lega.&
12 illa lex finalis loquitur, quādo fuerat† pecunia,
& ſic res legata, quo caſu proprietas legata cen-
ſetur, licet ſit adiectus modus vel cauſa, quæ re-
ſpiciat commodum legatarij, ut ibi, & uſum eius
Titius haberet. ſicut etiam idem fuit dictum in
l. ſpecies, ff.de auro, & argen.lega. quare rerum
uſusfructus dum viues tibi ſufficiet.& in multis
ll.ſimilis modus vel cauſa exprimitur, quod ui-
debatur, inferre fuiſſe relictum uſum fructum,
uel vſum, nō proprietatē, ut in l.4.in prin.& in l.
pen.§.1.ff.de alim.& cib.lega.& in l.donationes,
§.ſpecies, ff.de donat.his enim caſibus, quo res
legatur vel relinquitur, cenſetur proprietas le-
gata, licet ſit addita cauſa vel modus de vſu, vel
13 vſufructu† loquens, ut declarant Bart. & Albe.
met in d.l.4.in prin.omnes in l.cum ij, §. ſi uni,
ff.de tranſact.Bartol.Imola, & Conſtāt.Roge.in
d.§.ſpecies, & Pic.in d.§.Titia num.10.& 17. &
quod in d.l.fi.fuerit relicta proprietas, non uſuſ
fructus, ſecundum diſtinctionem prędictam, fir-
mat Ange.in l.qui duo, ff.de ſerui. ruſti. prædio.
addens rationem, quam alij non ponunt, quòd
ibi fuit relictus vſus pecuniæ, qui non poteſt ſe
parari a proprietate, eandem etiam l.fi.eo ſenſu
14 intelligit ꝙ in ea fuerit relicta proprietas, † non
vſusfructus, Barto.in d.l.4.in prin.numero 4.&
in d.§.ſpecies 2.col. Saly.in l.ſi mulier C. de iu-
re dot.Caſtr.in dicto §.Titia, num.2. Vbi dicit,
quod caſus d.l.fi.eſt fuit quod relicta res ad vſu
fructuandum, & in conſil.246.quod d.ſubſtitu-
tio.colum.fi.in antiquis, & Pic.in dicto §. Titia,
num.10.& licet Alber.aliter dixerit in dicta l.fi.

tamen inaduertenter fuit loquutus, & contra
text.in d.l. qui fructus, in qua aliter ipſe Alber.
vr̄ intellexiſſe d. l. fi. ſicut ēt iliam aliter intelle-
xit, & ſecundum communem intellectum, poſt
Rayn. in l. ſi habitatio, in prin. ff. de vſu, & habit.
vbi dicit quod in caſu l. fi. ante dictæ fuit relicta
res ad vſum, & ſic nō vſusfructus rei. ex quibus
conſtat, quod quicquid aliter ipſe Alber. &
Rom. in d. conſil. autumauerint, vel ſi qui alij idē
ſenſerint, male ſenſerunt, & contra receptiſſimā
diſtinctionem Docto. de qua ſupra, præter id
quod caſu Roma. alia concurrebant, quæ in ca
ſu iſto non concurrunt, nam ibi fuerat prohibi
ta alienatio bonorum, ut in fi. numeri ſecundi
quo caſu diſpoſitio l. ꝑculus, & deciſiones Do
ctor. ſuper ea ſuam conſultationem defendere
poterant, & fuerat etiam inſtitutus grauatus re
ſtituere proprietatem. ut ibi num. 3. quod etiam
non euenit in caſu noſtro, tametſi id etiam non
officeret, cum tex. in d. l. qui fructus, loquatur
etiam, quando fuit ſubſtitutum in prædijs, &
ſic in proprietate. Ex quibus etiam tollitur id,
quod tradit Bald. in d. l. ſi habitatio, §. 1. de fun-
do relicto in gaudimentum, quia & ſi illa deciſ.
habeat etiam contradictores, & maxime Aret.
in §. fi. Inſtit. de vſu, & habita. illa tamen non of
ficit intentioni noſtræ, cum ibi relicta ſit res,
& ſic proprietas, & uerba, in gaudimentum de-
notantia modum vel cauſam, non videntur
minuere legatum, ſecundum diſtinctionem,
ſupra relatam.

Cæterum & ſi aliqua difficultas potuiſſet re-
manere, ſi verſaremur in caſibus deciſionum ad
uerſantium, cum tamen ex alijs verbis tam præ
cedentibus quam ſubſequentibus appareat de
mente teſtatoris, quod tantummodo vſumfru-
15 ctum relinquere† voluit, ceſſat omnis ſcrupulus.
l. ſi ſeruus plurium, in fi. ff. de lega. 1. & ita decla-
rant gloſ. in d. l. fi. in d. §. ſpecies, in uer. puellæ.
& in l. qui duo. Alber. in dicta l. cum ij, §. ſi uni,
num. 3. vbi & iam Bal. & ad propoſitum Alc. in
conſil. pen. ante fin. 2. volum. & Soci. in d. conſi
lio 102. colum. pen. num. 13. qui uoluit hoc ca-
ſu ſufficere, quod fuerit prohibita cautio præ-
ſtanda per vſufructuarium a teſtatore, unde tan
to magis ſi tot alia concurrant, de quibus ſu-
pra fuſius tractatum eſt. Nec eſt veriſimile,
quod teſtator per illam ſubſtitutionem factam
vſufructuariæ, uel per alia ex aduerſo adducta
16 uoluerit in continenti † ſe corrigere, l. nam ad
ea. ff. de condit. & dem. vt ad propoſitum arguit
Bellon. d. conſil. 6. num. 13.

Ex his igitur luce ipſa clarius conſtat, ipſam
Dom. Angelam fuiſſe relictam vſufructuariam
bonorum, de quibus in teſtamento, quo ſtante
inuitis dentibus cogimur fateri quod eius inſti
tutio fuit in re certa, & quod proprietas ipſorū
bonorum fuit quæſita, & accreuit Com. Ioan.
hæredi inſtituto & quo ad proprietatem, &
quo ad vſumfructum in dimidia hæreditatis. &
in multis alijs rebus particularibus, ne teſtator
17 pro parte decederet teſtatus† & pro parte inte-
ſtatus, contra l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. & pro
batur in l. quoties. & ibi not. omnes, C. de hęre.
inſtit. cum alijs, quæ in primis allegationibus
adduxi. Quibus non obſtat id, quod ex aduer-
ſo reſpondebatur, quod hæc proprietas non ac-
creuerit, cum ipſe Co. Ioannes non fuerit ad il-
lum uocatus, niſi poſt mortem matris, unde nō
potuit habere niſi ſuam partem, in qua fuit inſti
tutus hr̄s, ſicut qn̄ quis fuit Inſtitutus hr̄s pure
18 pro parte, & alius† ꝑ alia parte ſub conditione.
gl. & Docto. in l. 2. ff. ſi pars. hæredi. peta. quia ut
ēt tūc rn̄debam, nulla cōditio fuit appoſita pro
prietati bonorum, quorum vſusfructus relictus
fuit d. Angelæ: quinimmo de ea nullum verbū
fecit teſtator, ſed tātummodo fuit datus ſubſti-
tutus in vſufructu, ut inferius etiam aperte oſtē-
dam. & poſito etiam quod in proprietate fuiſ-
ſet facta ſubſtitutio, adhuc illam fuiſſe penes hæ
redem, neceſſe eſt fateri, ut probatur in d. l. qui
fructus, vbi fuit facta ſubſtitutio nedum in vſu-
fructu, ſed in prædijs. Et quia interim nullus
eſſet hæres in hac proprietate, neceſſe eſt quod
accreuerit hæredi inſtituto, & in proprietate &
in vſufructu alterius partis, & aliud eſt quod q̄s
ſit inſtitutus pure pro parte ſub cōditione, quo
caſu procedit contrarium de glo. & Doct. in d.
l. 2. & aliud eſt quod ſit facta ſubſtitutio, quia in-
19 terim† eſt locus iuri accreſcendi. ut ad propoſi
tum declarant Alex. conſil. 162. circa primum
dub. 2. colum. 2. volum. ubi 3. col. loquitur quan
do ſubſtitutio fuit etiam facta in tota hæredita
te, & Rui. conſil. 36. num. 3. & 4. 2. volum.

Cum itaque certiſſimum ſit, ipſam Dom. An
gelam fuiſſe tantummodo vſufructuariam, con-
ſequitur neceſſario ꝙ ſubſtitutio facta de Co.
Ioāne proprietatio in vſufructu ipſo tamquam
facta per teſtatorem, uel per notarium ſcripta
imperitia ductū, nulla fuit, & inualida, ut in prio-
20 ribus ſcriptis† comprobatum extitit, per text.
in d. l. qui euitari non poteſt, & quod uoluit etiā
Rui. allegatus in conſil. 54. num. 10. in 2. uolum.
Quod etiam tradit in terminis, Pau. de Caſt. ſeu
alius quiſquis ille fuerit, inter eius conſilia, in cō
ſil. 121. uiſa quadam petitione. colum. fi. ante nu
merum 2. 1. uolum. & Arius Pinel. in d. l. 1. 3.
par. num. 42. hoc enim caſu vſusfructus ad hære
dem proprietarium in conſequentiam pertine-
re debet defuncta uſufructuaria non uigore ſub
ſtitutionis, ex quo proprietas per prædecedētiā
teſtatoris in hæredem trāſmittitur, ut per Caſt.
d. conſil. ante fi.

Et licet teſtator in hac ſubſtitutione fuerit lo
quutus de quibuſcumque bonis prælegatis vxo
ri, & compræhenſis in generali Inſtitutione,
non propterea cenſetur facta ſubſtitutio in pro
prietate, ſed in uſufructu, in quo ipſa fuerat

inſtituta, vt ſupra ſatis, & ſuper oſtenſum eſt,
21 vnde ſubſtitutio non potuit plus† compræhen
dere, quam complexa fuerit inſtitutio. l. 1. C. de
impub. & alijs ſubſtit. Oldrad. conſil. 107. circa
ius municipale, 2. q. ante fin. Bertran. conſil. 16.
nu. 16. 1. par. 1. volum. & Dec. conſ. 480. num. 12.
22 & appellatione bonorum, † venit vſusfructus,
& ſic ius. l. 1. ff. de vſufr. & Inſtit. eo. tit. in princ.
vt probatur in l. 3. ubi Bart. & alij. C. de hæred.
act. in l. Quintus §. argento, ff. de au. & argen. le-
ga. Alcia. in l. meorũ, ff. de uerb. ſign. Pariſ. conſi.
84. in prin. & 107. nu. 65. in 3. volum. ſed quod
prætereа non ſit facta ſubſtitutio in proprieta-
23 te, licet teſtator † de bonis meminerit, proba
tur in d. l. qui fructus. vbi teſtator prędia cum re
ditibus ad hæredes ſuos redire uoluit, & in his
terminis etiam loquitur Caſtr. ſeu quiſquis ille
fuerit, in d. conſil 121. col. fi. ubi teſtator manda
uit reſtitui bona, poſſeſſiones & iura, & tamen
non valere ſubſtitutionem, nec quo ad propríe
tatem, nec quo ad vſumfructum decidit.

Et per hæc etiam tolluntur ea, quæ adduce-
bat Dom. Aduocatus aduerſarius ꝙ ſubſtitutus
fuit Com. Ioannes per fideicommiſſum, ex quo
ſubſtitutio fuit facta poſt mortem, & fuit addita
clauſula, ꝙ iure inſtitutionis, uel ſubſtitutionis
res ad illum peruenirent, & fuit prohibita tre-
bellianica, & dictum, quod omnia bona ſine di-
minutione ad illum peruenirent, quia & ſi hæc
omnia eſſent vera, non propterea ſequitur ꝙ va
luerit ſubſtitutio, ut d. l. qui fructus, ubi ẽt fuit
facta poſt mortem, cum imperitia fuerit ductus
teſtór, vel notarius, ad talẽ ſubſtitutionẽ faciẽ.
vt ſupra dictum fuit, & eodem errore ductus ẽt
fuit ad prohiben. trebellianicam, iuxta trad. per
Bar. in l. fi. §. pe. ff. de condi. indebi. Quod ex alio
ẽt oſtẽditur. quia & ſi ipſa fuiſſet inſtituta in pro
priet. ꝙ falſum eſt, ut ſupra, nõ propterea ex quo
erat fideicommiſſum particulare, poterat locus
24 eſſet detractioni Trebellianicæ, iuxta vulgatum
carmen, Tunc trebellaris; cum reddere cuncta
rogaris. & probatur in l. nam quidam, §. fi. cum
l. ſeq. & in l. cogi. §. generaliter, & in l. mulier. §.
fi. vbi Alex. ff. ad Trebel. Guid. Pap. q. 466. pater
filium. & Craue. conſil. 19. nu. 14. ex quibus reſo
lutum eſt luculenter primum dubium, ipſam D.
fuiſſe inſtitutam in vſufructu, & pariter ſubſtitu
tionem etiam in uſufructu factam fuiſſe, & per
conſequens fuiſſe nullam & inualidam.

Secundum dubium ẽt facile diluitur. nã tra-
ctandũ hic nõ eſt de ſubſtit. facta in propriet. cũ
tm̃modo facta fuerit in uſufructu, ut ſupra, ideo
25 nõ põt trahi† ad proprietatẽ, Alex. cõſ. 17. nu. 13.
in 7. & Pari. conſ. 74. nu. 46. & nu. 65. in fi. 3. uol.
Vnde cum pars aduerſa prætendat hãc proprie
tatẽ pertinere ad ipſos filios, poſt mortẽ auiæ,
fallitur valde, & ſicut nulla fuit, & inualida ſub-
ſtitutio, facta de patre proprietario, ita etiam re
ſpectu ipſorum filiorum, in quos dominium trãſ
latum fuit ipſorum bonorum per mortem pa-
tris, & aditionem hæredis ipſorum, l. cum hære-
des, in prin. ff. de acq. poſſ. quia ex quo ſubſtit. de
uenit ad caſum, a quo incipere non potuit, & ſu
peruenit caſus, quo ipſi ſunt effecti proprietarij,
qui tendit ad annullationem actus, fuit extincta
26 ẽt ſubſtitutio, quæ potuiſſet † valere caſu, quo ip
ſi in dictis bonis patri non ſucceſſiſſent, l. 3. in fi.
ff. de his, quæ pro non ſcrip. hab. Dy. in c. factum
legitime, ad fi. de reg. iu. in 6. & trad. Bar. Caſt. &
Ale. in l. uerbis. ff. ad l. Falcid.

Nec obeſt, quòd iſti filii ſint hæredes patris
cum benef. inuentarij, quia non propterea ſequi
tur, ꝙ in eos non fuerit trãſlatum dominium bo
27 norũ, & ſint† effecti proprietarij, d. l. cũ hæredes,
& ita trad. Chaſſene. in conſ. 23. nu. 27. & ſeq. ſi-
28 cut ẽt † in eis habẽt locum alia, quæ de hærede
ſimplici diſpoſita ſunt, ut per eũdẽ in conſ. præ-
cedenti, num. 23. & ſeq. & latiſſime Tiraquel. in
tract. le mort ſaiſit, le vif. 2. par. 11. decl. nume. 7.
& ſequen.

Supereſt tertium dub. propoſitũ per partẽ ad
uerſam, an omnia bona ẽt in quib. fuit inſtitutus
Co. Io. fuerint ſuppoſita fideicõmiſſo, ad qđ ſm̃
ipſum fuerunt uocati d. eius filij, ſuper quo du-
bio, vt ingenue fatear, tempore allegationũ nul
lam fecerã conſiderationem, tum quia de hoc
pars aduerſa nullum verbũ fecit in proceſſu, tũ
quia nunq̃ credidiſſẽ aliquẽ eſſe tam audacẽ, vt
auderet præponere filios ipſos fuiſſe ſubſtitutos
patri in ſua hæreditate & virtute alicuius fideicõ
miſſi poſſe excludere creditores, ne ſuum conſe-
querentur. Nunc aũt quo teſtamentum conſide
raui, & ſuper adductis in allegationib. voce per
D. aduocatum aduerſ. cogitaui, deuenio in hãc
ſnĩam ut nullum fideicommiſſum illius virtute
poſſit dici deberi d. filijs in bonis, in quibus fuit
inſtitutus d. Co. Ioannes eorum pater. & cũ hẽa-
mus intẽtionẽ fundatam pro libertate bonorũ,
29 † quia qui dicit caſum fideicõmiſſi eueniſſe, id
dẽt probare, ut Soc. trad. in conſ. 62. nu. 4. 3. uol.
& Crau. conſ. 161. nu. 16. quia in dubio facienda
30 eſt interpretatio† contra fideicommiſſariũ. Soc.
conſ. 113. col. fin. uerſ. unde ex præmiſſis, 1. uol. &
Cor. cõſ. 304. col. 10. poſt me. 3. uol. ſatis erit rñ
dere fundamentis partis aduerſæ, quibus inniti-
tur ut oſtendat dictum fideicommiſſum fuiſſe in
dicto teſtamento iniunctum, & ni fallor D. Ad-
uocatus aduerſarius.

Primò ponderabat teſtamentum in clauſula,
quæ omnia bona, &c, quæ cum ſit in fine† appo-
ſita, ad omnia præcedentia venit referenda. l. ta
lis ſcriptura, §. fin. ff. de leg. primo. ubi Doct. cap.
ſecundò requiris, & ibi not. de appellationib.
cum ſimilibus adducendo ad propoſitum con-
ſilium Soci. iunior. 139. in 1. uol.

Secundo, quòd iure inſtitutionis, & ſubſtitu-
tionis fuerant uocati Comes Ioannes, & ſuc-
ceſſiue ſui filij.

Tertiò

Tertiò ꝙ inferius addidit etiã clauſulam gñalem, quoniam voluit omnia bona integrè,& libere, & abſq; alicuius partis detractione, & diminutione deuenire ad Co.Ioannem, & filios. & quarto quod teſtator uocauit filios maſculos, quo caſu uidetur habuiſſe mentem conſeruandæ agnationis, & ad hæc adduxit aliqua iura, & auctoritates pro comprobatione ipſorum fundamentorum.

Quibus tamen minime refragantibus, eius ſum ſententiæ, vt nullum fideicommiſſum fuerit iniunctum ipſi Com.Io.in bonis ſibi relictis, ſed tantummodo ipſi D. Angelę in bouis, quorũ vſusfructus ipſi fuit relictus, ut ſupra, & huc tendunt omnes clauſulę,& omnia uerba dicti teſtamenti. Cum enim teſtator ſubſtituerit ipſum Co.Io.matri,in quibuſcunque bonis ei prælegatis, & compræhenſis in generali inſtitutione nõ etiam filios ſuos,volens declarare teſtator mentem ſuam.& tollere dubium,ne ſi Co.Io.prædeceſſiſſet matri pro ut euenit,poſſet dubitari, an bona deberent remanere penes uxorem, iuxta trad.per Doct.in d.l.Titia.§.Titia.de leg.2.& an cenſeretur relicta proprietas, nec ne? Subiunxit illam clauſulam,(quæ omnia bona &c.) quæ clauſula refert clauſulam præcedentem, in qui-
31 buſcunq: bonis,& ad eam trahitur,† quę erat ẽt concepta verbis uniuerſalib.l.1.§.quod autem, ff.de ui & ui arma.Soc.conſil.297.col.3.verſ.ex qua concluſione.2.uol.& habetur in l.1.C.de ſa-
32 croſ.eccleſ.& illud † relatiuum, ſiue copula,quę, ſtat reſtrictiue,l.ea tamen adiectio.ff.de leg.3.& trad.Doct.in l.1.C.de ſumma trin.& fide Cath. & quod teſtator intellexerit tãtummodo de bonis.in quib.ipſa Domina habebat vſumfructum
33 denotat etiam uerbum † peruenire, quod non de proprietate,ſed de prouentione facti,& nuda a tranſlatione proprietatis,& ſic de vſufructu intelligitur, ut ad propoſitum declarat Caſt.in allegato conſ.246.ante fi.in antiquis, quod ut ſingulare,ſequitur Hier.Zanc.in repet.§.cum ita,l. hæredes mei, ff.ad Treb.nu.122.

Idem etiam probatur ex exceptione facta ꝑ teſtatorem de bonis mobilibus relictis Dominę Angelæ ut ibi(ſalua ſemper facultate) quæ ver-
34 ba † inducunt exceptionem, Soc.conſil.1.nume.11.4.uol.& Dec.conſil.656.nume.6.& quæ exceptio cum non conueniat bonis in quibus fuit inſtitutus Co.Ioannes, ſed tamen relictis matri declarat teſtatorẽ intellexiſſe de bonis ipſis ma-
35 tri relictis,ex quo exceptio † declarat regulam. l.nã quod liquide.§.fi.de ſerui.lega.Bar.in l.quæſitum,§.denique,ff.de fun.inſtr.Rom.conſ.107. circa id, colum.1.verſ.2.quia,& Doct.in l.1.ubi Dec.num.26.& Cagnol.num.22.ff.de reg.iur.

Prẹterea cũ in ea clauſula uocẽ iure inſtitutionis & ſubſtitutionis Co.Ioannes, non põt teſtator intellexiſſe de bonis.in quibus fuit inſtitutus,quia ſuperflua eſſet inſtitutio quod eſſe non debet,l.ſi quãdo,in prin.ff.de leg.1.& tanto ma-
36 gis † ſuperflua fuiſſet ſubſtitutio,cum ipſe ſibi ipſi in illis bonis cenſeretur ſubſtitutus,quod fieri nequit.l.filiumfam.in prin.ff.quando dies leg.ced.l.plane.§.ſi coniunctim. & l.legatum.§.hæredi.ff.de leg.1.& ad propoſitum in ſimili arguit Ceph.d.conſil.37.num.25.cum igitur, nec inſtitutio,nec ſubſtitutio potuerit Co.Io. conuenire reſpectu eius bonorum, ita nec illa quæ facta fuit de filijs ſub eiſdem uerbis, §.iam hoc iure, ff. de vulga.& pupil. & quia una, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri,l.eum qui ædes. ff. de uſucap.

Poſtremo teſtator in clauſula, in qua etiam fit ex aduerſo fundamentũ, quoniam voluit omnia bona poſt mortem prædictæ D. Angelæ integre,&c.ſatis declarauit non intellexiſſe,niſi de bonis D.Angelæ relictis, & una pars teſtamenti
37 aliam † declarat,l.qui filiabus,in prin. ubi Iaſ.ff. de leg.1. Iul. Clar.qui plures citat,lib.3.ſuarum ſententiarum,in §.teſtamẽtum,q.66.3.reg.nam cum teſtator illic declarauerit omnia bona peruenire debere ad Com.Ioannem, & eo præmortuo ad filios poſt mortem uxoris, certum eſt ꝙ non potuit intelligere de bonis, in quibus Co. Ioannes fuerat inſtitutus,quæ etiam ante mortẽ illius tempore poſſedit, nec etiam potuiſſent ſui filij poſt eius Com. Ioannis mortem uiuente matre in illis ſuccedere, ex quo tantummodo poſt mortem auiæ uocarentur, cum ſubſtitutio colla-
38 ta in unum tempus † nõ habeat locum alio tempore,l.ſi ita quis, ff.de vulg.& pup. cũ alijs trad. per Dec.in conſil.394. poſt prin.& Bero.qui in eadem cauſa conſuluit in conſ.163.nu.30.2.uol, quod eſſet abſurdum cum in illis bonis medio tempore nemo uocaretur.

Non obſtant modo ea quæ ex aduerſo adducebantur, & primo quod clauſula illa in fine poſita uenit referenda ad omnia ſupra diſpoſita, quia regula ipſa patitur multas limitationes, & declarationes,ut per Doct.in d.l.talis ſcriptura, per Dec.in d.cap.ſecundo requiris,& Por.Imo. concluſ.38.clauſula 2.lib.ſuarum concluſ.& regularum,quarum aliquę caſui iſti noſtro optime conueniunt.primo enim iſta clauſula, ut ſupra oſtendi,fuit appoſita ad qualificandum capitulũ ſubſtitutionis factæ in bonis relictis Dominæ
39 Ang. quo † caſu non debet referri ad capitulum ſeparatum inſtitutionis factæ de dicto Co.Ioanne.d.l.filiumfam.in prin.ff.quando dies leg.ced. ita Bar.cum quo tranſeunt cęteri in l.fi.ubi Soc. nu.3.ff.de reb.dub.Cur.ſen.conſ.63.antiquiſſimam.col.11.nu.34.uerſ.5.quod admittit Ruin. in conſ.147.nu.3. 2.uol. Dec. in d.c.2.requiris, nu.3.uerſ.ſecundum exemplum, Cur.iun.conſ. 7.nu.11.& Port.in d,2.reg.7.limit.Et cum ſalua ratione recti ſermonis poſſit referri ad proxima
40 ad ea tantum referenda † uenit,cũ magis illi congruat, Sylua.conſ.49.nu.21.& Bero. conſil.38. num.

num. 15. 1. uolum. & 66. nu. 12. 2. uol. Sic etiam
41 qualitas unius capituli non † cenſetur repetita
in alijs, quomodo ſunt orationes diuerſæ, & di-
uerſitas rerum & perſonarum, Pariſ. cōſ. 87. nu.
48. & ſeq. ſecundo uolum. & quod clauſula ap-
42 poſita † in ſubſtitutione fideicommiſſaria nou re
feratur ad primam, cū diuerſi ſint gradus, trad.
Roman. in conſil. 503. diligenter inſpectis, pri-
ma & ſecunda col.

Secundo limitatur dicta reg. non procedere,
43 quando eſt diuerſa † ratio inter unum caſum, &
alterum, Barto. & alij in d. l. talis ſcriptura, §. fin.
Dec. in d. c. nu. 3. 1. limit. & Port. in d. reg. etiam
2. limit. & in caſu iſto diuerſiſſima eſt ratio, quod
grauetur uxor reſtituere filijs & ei fideicommiſ
ſum iniungatur, uel grauentur filij, quos non eſt
44 veriſimile patrem ita uoluiſſe † grauare ſicut gra
uauit extraneos, Dec. conſi. 377. nu. 4. Pariſ. con
ſil. 89. num. 25. ſecundo uol. & Alci. in l. Gallus,
§. 1. num. 12. ff. de lib. & poſthu. & ita in terminis
ac in indiuiduo, trad. Baglio. de monte Vbia. in-
ter conſilia vltimarum uolun. conſil. 130. nume
ro 2. & ſequen.

Tertio, etiam non procedit data diuerſitate
45 † rerum & perſonarum, nam clauſula interme-
dia non extenditur ad omnia capitula, ita voluit
Rip. in d. l. cum ita. §. pen. nume. 6. per illum tex.
46 ff. ad Treb. pro quo facit, quia † extenſio fideicō
miſſi, non extenditur de una perſona ad aliam,
Dec. d. cōſ. 394. nu. 8. & plures citat Hier. Zanc.
in d. §. cum ita, nu. 222.

Quarto, ex quo referēdo clauſulam illam ad
inſtitutionem factam de dicto Co. Ioanne reſul-
tarent tot contradictiones et abſurda ſupra cō
ſiderata, non eſt dicendum † quòd modo aliquo
47 poſſit fieri talis relatio, Dec. in d. c. 4. limit. Soc.
ad propoſitum, conſil. 21. nu. 10. 3. uol. Pariſ. con
ſil. 36. nu. 16. ſecundo uolum. et late Port. in d.
concluſ. 5. limit. et ex his tollitur primum funda
mentum de clauſula in fi. poſita. Nec his caſib.
harum limitationū loquitur Soc. iu. in allegato
pro contrario conſil. 139. cuius caſus nullam vi
debatur habere difficultatem, tum ex uerbis ex
preſſis quæ omnia ſub eadem oratione compræ
hendebantur et omnia ab eodē uerbo regeban-
tur relictum erat factum eiſdem perſonis, et ap
parebat de mente teſtatoris, qui uolebat dicta
omnia bona ſemper eſſe unita, ut ibi, nume. 3. 6.
et 8. quæ non concurrunt in caſu iſto et ex di-
uerſis nō inferē. l. Papinianus exuli. ff. de minor.

Secundum, et tertium fundamentum etiam
ceſſat, cum imo illa uerba declarent teſtatorem
intellexiſſe de bonis relictis D. Angelæ, non reli
ctis ipſi Com. Ioanni.

Quartum etiā tollitur, quia licet uocati ſint
maſculi, cum ſubſtitutio non fuerit facta reſpe-
ctu bonorum Co. Ioannis, nihil facit quod ma-
ſculi fuerint uocati, quorum ſubſtitutio non ua
luit, tum quia non fuit facta in proprietate, tum
quia reſpectu vſusfructus, ex quo ad illos deue-
nit proprietas, etiam fuit nulla ſubſtitutio, ut in
præcedenti dubio oſtenſum fuit, nec conſidera-
tio maſculinitatis aliquid etiam obeſt, cum teſta
tor expreſſerit id quod inerat: cum enim fœmi
næ patri non ſuccederent ſtantibus maſculis ex
forma ſtatuti de ſucceſſione ab inteſtato, nimirū
ſi conformando ſe ſtatuto iux. trad. per Bart. &
alios in d. §. cum ita, teſtator uocauerit maſcu-
los, ad quos ab inteſtato ſucceſſio patris pertine
bat, iuxta l. Lucius. la ſeconda, ff. de hæred. inſtit.

Sed poſito, & non conceſſo, quod virtute il-
lius clauſulæ, vel aliorum adductorum ex aduer
ſo teſtator intellexiſſet fideicommittere etiam
in bonis, in quibus Co. Ioannes eius filius fuit in
ſtitutus (quod ex ſupra deductis falſum eſſe con
ſtat) adhuc cenſerem parti aduerſæ nullum ius
competere vigore dicti fideicommiſſi, cum illud
expirauerit, ſi extabat: nam ſubſtitutio illa facta
de filijs ipſis per auum, fuit tantummodo vulga
ris & facta, ne prædecedente filio, eo uiuo teſta-
mentū rumperetur. quo caſu vulgariter tantum
48 modo inſtituti † cēſentur, ut per omnes in l. Gal
lus, §. 1. ff. de lib. & poſthu. Dec. conſ. 205. 291. &
373. nume. 5. Pariſ. conſil. 82. nume. 10. ſecundo
uolum. & ante eos, Roman. d. conſil. 503. nume.
5. Ruin. conſil. 99. nume. 12. & ſequen, ſecundo
volum. Didac. in cap. Raynutius, §. ſecundo, nu.
7. de teſtam. & Alb. conſil. 29. nu. 25. & ſequen.
Quod tanto clarius procedit, cū uocati fuerint
præmortuo patre, quod intelligitur uiuente te-
49 ſtatore: eo enim caſu, quo ſuperuixit filius † ceſ-
ſat nepotum ſubſtitutio, maxime ſi ſit hæres, vel
hæreditatem adeat. Pet. de Anchar. conſil. 137.
principaliter ponderandum, quod etiam admit
tit Rom. in conſil. 56. in caſu propoſito, in prin.
& num. 3. idem tenet Corn. conſ. 186. colum. 2.
verſ. ſed non obſtantibus, 3. uolum. Alcia. in d. l.
Gallus, §. 1. num. 28. pro quo uidetur tex. in d. l.
Lucius la ſeconda, & idem conſuluerunt in eo-
dem caſu Dec. in d. conſil. 394. in prin. & Bero.
d. conſil. 63. num. 5. & ſequen. & nume. 9. & 29.
in 2. uol. In caſu quorum erat etiam addita clau
ſula, vulgariter, pupillariter, & p fideicōmiſſum.

Nec hoc caſu officit quòd in hæreditate fuiſ-
ſet facta ſubſtitutio & prohibita trebellianica,
50 quia tanto magis cenſetur † directa, iuxta tradi-
ta per Bar. in l. quidam teſtamento, num. 4. & ibi
Alexan. & alij, ff. de vulg. & pup. & faciunt quæ
trad. Bart. num. 27. & alij in l. Centurio. ff. eo. &
in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtitut. ubi
Cagnol. num. 225. quòd ſubſtitutio facta in om
nib. bonis ſine diminutione, facit pſumi ſubſtit.
magis fuiſſe directam, quàm fideicommiſſariam.
Nec prohibito Trebellianicæ inducit fideicom
51 miſſum, † ubi non eſt, Rip. in dic. §. cum ita, num.
15. & Alcia. in l. uel ſingulis, num. quinto, ff. de
uulga. & pupill.

Ceſſat etiā conſideratio agnationis, quę con-
ſer-

ſeruatur per maſculos, quia non propterea indu
citur fideicommiſſum, ubi alias nõ induceretur,
ut in ſimili, quando filij ſunt poſiti in conditio-
52 ne ſub qnalitate † maſculinitatis, trad. Moder. in
l. 1. C. de pact. in d. l. Centurio, in d. §. cum ita. &
* in alijs locis, in quibus communis * eſt opinio,
quod non propterea inducatur fideicõmiſſum,
quod ſine dubio procedit, quando extat ſtatutũ
quod maſculi excludant fœminas: cum enim te
ſtator (ut etiam ſupra dixi) cenſeatur ſe confor
mare ſtatuto; nulla inducitur cõiectura apta ad
53 inducendum fideicommiſſum, ut tenẽt † plures
citati per Cagnol. in dic. l. 1. C. de pact. num. 53.
verſ. rurſus. & Hieronym. Zanch. in d. §. cum ita.
nu. 765. Et per hæc ſit ſatisfactum 3. & vlt. dub.
In quo concludo, nullum fuiſſe iniunctum fidei-
commiſſum in bonis relictis d. Com. Ioanni in
dicto teſtamento patris. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Contra conſuluit Ceph. conſil. 446. & non fuit obtentum.

ARGVMENTVM.

Illud diſputatur, an ſubſtitutus per verba, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & legitimo matrimonio natis, & procreatis, excludatur a legitimato per ſubſequutũ matrimonium? Quomodo probetur identitas bonorum ſubiectorum fideicommiſſo?

S V M M AE.

1 *Verba teſtatoris ſunt intelligenda propriè & verè, & non fictè.*

2 *Legitimati per ſubſequutum matrimonium dicuntur fictione iuris ex legitimo matrimonio.*

3 *Fictio non debet habere locum in diſpoſitione teſtatoris.*

4 *Filius non eſt proptiè & verè ex legitimo matrimonio legitimatus per ſubſequutum matrimonium, & quando?*

5 *Filius dicitur ille, qui verè eſt legitimus & naturalis.*

6 *Filius iuſtus, qui dicatur.*

7 *Iuſtæ quando dicantur nuptiæ, & quando iuſta vxor?*

8 *Filii nati ante nuptias, & poſt nuptias, quomodo exæquentur.*

9 *Legitimatio non poteſt retrotrahi in præiudicium ſubſtituti, cui eſt ius quæſitum.*

10 *Subſtitutus mortuo teſtatore dicitur habere ſpem probabilem, & ius quæſitum.*

11 *Et hac ſpes probabilis æquiparatur iuri quæſito.*

12 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non excludit ſubſtitutum, ſi verba ſubſtitutionis ſunt duplicata, & geminata.*

13 *Et maximè, ſi plures adſunt geminationes, & non vna.*

14 *Subſtitutus non excluditur à legitimato per ſubſequutum matrimonium in fideicommiſſo.*

15 *Et maxime, quando verba ſubſtitutionis ſunt geminata.*

16 *Quæ geminatio reſpiciat natiuitatem, vt ſi dictum ſit, ſine filiis legitimis, naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis.*

17 *Opiniones communes remotæ a re propoſita ſunt paruifaciendæ.*

18 *Doctorem illum maxime ſequi debemus, qui re diligenter diſcuſſa vnam amplexus eſt ſententiam.*

19 *Doctores illi non debent facere numerum, qui in fonte non ſunt viſi, ſed ab aliis referuntur.*

20 *Doctori vario tanquàm teſti, nulla eſt fides adhibenda.*

21 *Opinio illa eſt tenenda, pro qua eſt iudicatũ, & quæ alias conciliat.*

22 *Fideicommiſſum ex aliquorum opinione debetur ſubſtituto non legitimato per ſubſequutum matrimonium.*

23 *Et quomodo hoc non dicant multi, qui ad hoc allegantur.*

24 *Legitimatus per ſubſequutum matrimonium eſt proprie natus ex legitimo matrimonio in diſpoſitione legis aut ſtatuti, non autem teſtatoris.*

25 *Alciatus ſuis propriis conſultationibus non ſatis confidit.*

26 *Fideicommiſſum ſimplex in caſu mortis eſt inductum, ſi hæreditas debet tranſire in filios filiorum in infinitum.*

27 *Dictio, in infinitum, optimè probat inductum fuiſſe fideicommiſſum ſimplex.*

28 *Verb, a tranſeat, vel perueniat, optime inſeruiunt ad fideicommiſſum.*

Vo-

29 *Vocati cenſentur proximiores capaces gradatim, ſi incapaces non poſſunt ſuccedere in fideicommiſſo.*

30 *Fideicommiſſum ſimplex non ſolum extenditur vltra quartum gradum, ſed ſine præfinitione temporis durat.*

31 *Bona præſumuntur remanſiſſe in hæreditate fideicommittentis, ſi non conſtat aliunde habuiſſe hæredem.*

32 *Identitas probatur ex poſſeſsione.*

33 *Bona remanſiſſe in hæreditate teſtatoris, probatur ex fama, ſi verſamur in facto antiquo.*

34 *Probatio per coniecturas, & præſumptiones ſufficit, vbi agitur de probanda identitate rei, & probandis confinibus.*

35 *Aeſtimum plene probat, vel ſaltem facit præſumptionem dominii, & poſſeſsionis.*

36 *Et probat inter partes deſcriptas in æſtimo.*

37 *Et maxime ſi non conſtabit tempore æſtimi alium poſſediſſe.*

CONSILIVM LII.

Memorabor Domine iuſtitiæ tuæ ſolius.

DOminus Zeno de Furnaſarijs, inſtituit hæredes Bertum, Ioan. Antonium & Bernardinum fratres, & ipſius teſtatoris filios his verbis, ſuos ſibi hęredes inſtituit Bertum, Io. Ant. & Bernardinum, & ſi aliquis vel aliqui ipſorum ſuorum filiorum, & hæredum quãdocunque & quocunque tempore deceſſerint ſine liberis maſculis ex legitimo matrimonio natis, & procreatis, tunc & eo caſu idem teſtator inſtituit talibus decedentibus hæredes ſuos vulgariter pupillariter & per fideicommiſſum, aliũ vel alios ſuperſtites ſiue ſuperſtitem viuentes ęquis portionibus, & ſimiliter ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum omnes filios filiorum in infinitũ in tali caſu, ita quod hęreditas ſua ſemper tranſeat in maſculos deſcendentes ſuos excluſis ſemper fęminis, donec extabunt maſculi.

Bertus vnus ex filijs duos ex quadam ancilla ſuſcepit liberos, & illam deinde prægnantem in uxorẽ duxit, ex qua natus eſt alius filius poſt mortem ipſius Berti patris, qui filius natus poſt matrimonium, deinde & ipſe mortuus eſt.

Nunc cũ Io. Baptiſta filius Bernardini vnius ex filijs teſtatoris agat ad hoc fideicommiſſum contra iſtos legitimatos per ſubſequutum matrimonium, quæritur, &

Primo, an ipſe Io. Baptiſta ſubſtitutus in hoc fideicommiſſo excludatur per iſtos legitimatos ex ſequenti matrimonio?

Secundo, an admiſſo quod poſthumus natus poſt mortem patris, & cõtractum matrimoniũ fuerit capax, fratres legitimati in hoc fideicommiſſo ſuccedant fratri, an uero ſolus Ioãn. Baptiſta legitimus & naturalis & ex legitimo matrimonio natus & procreatus?

Tertio, in quib. bonis poſſeſſis ab iſtis fratribus ſuccedat Io. Baptiſta? Et a quibus debeant excludi d. fratres?

Circa primam propoſitam quæſtionem equidem non uideo ego, quid a me deſiderari poſſit, aut quid ego præſtare poſſim, quod vel ab alijs qui eandẽ fuſiſſime tractarunt deſideretur, aut nõ ſit pręſtitum: conabimur tñ, quicquid ſit, noſtram proferre ſententiam, illamq; rationib. primo, deinde auctoritatib. munire & cõfirmare.

Primo, itaque ex hac ratione credo legitimatum per matrimonium ſubſequens non excludere ſubſtitutum, nam verba teſtatoris ſunt in-
1 telligenda † propriè & verè, non fictè l. non aliter, in princ. ff. de leg. 3. l. ſi alij, ff. de vſufr. lega. l. vlt. ff. de his, qui uen. æta. impetra. at uero quod
2 legitimati iſti dicantur † nati ex legitimo matrimonio, dicunt Doct. euenire ex legis fictione, vt fatentur omnes, non ſolũ tenentes hanc opinionem, ſed etiam contrariam, Alex. conſil. 5. num. 10. in 7. Roſel. in trac. de legitimatio. in tit. de cau. fina. legitimatio. num. 6. Nat. conſil. 624. num. 25. Rolan. conſil. vlt. nume. 37. in ſecundo, Didac. qui contrariam tenuit ſententiam, idem fatetur in ſecunda par. ſui epito. in quartum decreta. cap. 8. §. 2. num. 26. quod etiam uoluit Alcia. in cap. 12. colum. fin. lib. 3. paradox. & in l. ſi is qui pro emptore, num. 52. & ſequen. ff. de vſucapio. ergo talis fictio non debet habere locum
3 in diſpoſitione † teſtatoris, qui habuit oculum ad veritatem, non ad fictionem. ita argumentantur Bal. in conſil. 367. poſt med. in 5. Cepha. conſil. 76. num. 22. Rimin. iun. conſil. 222. num. 65. Paſeth. conſil. 98. nu. 8. & Mantic. de coniectu. vlt. volunt. lib. 9. tit. 12. nu. 17. Ceph. conſi. 111. nu. 9. Beret. conſ. 116. nu. 59.

Et licet Alci. conſil. 52. lib. 9. & Ceph. conſil. 541. num. 37. cum ſequen. conentur oſtendere
4 hunc legitimatum eſſe propriè † & verè filium, ſecũdum ipſam ueritatem natum ex legitimo matrimonio, attamen illorum opinio eſt paruifacienda, tum quia alio ore loquuntur in alijs conſilijs, tum quia quæ ipſi referunt, procedunt ex legis interpretatione & fictione: nã demus millies, leges mãdare hos haberi pro legitimis, imo eſſe natos legitimè, uel de legitimo mat. attamẽ ſemper erunt tales ex legis fictione, non ex ueritate, ſi quidem nec lex, immo nec natura ipſa poterit efficere, ut iſti non ſint nati ex coitu illegitimo: atteſtator rei ueritatem non legis interpre-

ta-

tationem præ oculis habuit, quæ interpretatio
fortaſſe potuiſſet habere locum in ipſa legis di-
ſpoſitione: ex eodem enim fonte emanant inter
pretatio & diſpoſitio: ſecus autem in teſtatore,
qui hanc non agnouit fictionem tanquam rem
a ſua naturali uoluntate valde remotam. quare ſi
verũ eſt. vt eſt ueriſſimũ, teſtatorẽ intelligere de
natis uerè ex matrimonio legitimo, ſemper iſti
excludentur. filius namque definitur ille, qui le-
5 gitimus† ſit & naturalis natus ex uiro & uxore. l.
filium definimus, ubi Doctor. ff. de his, qui ſunt
ſui, vel alie. iur. trad. Abb. in cap. tanta, num. 9.
10. qui fil. ſint legit. & Nicol. de Vbal. in tract. de
ſucceſſio. ab inteſta. in prima par. in prima ſpecie
filiorum, nu. 12. Hinc licet legitimatus per ſub-
ſequutum matrimoniũ dicatur legitimus. & ſit,
hoc ideo fit, quia a lege eſt approbatus, nõ quia
ſit natus ſecundum leges, quia tunc non ſolum
6 legitimus, † ſed iuſtus poſſet appellari, ut egregiè
docet Alcia. lib. 4. paradox. cap. 7. & licet Gabr.
conſil. 21. num. 34. Alcia. repræhendat, fallitur
tamen ipſe, quia iuſtus eſt filius, qui ex iuſtis nu-
ptijs eſt procreatus, l. 2. ff. de adopt. & ita dicun-
7 tur iuſtæ nuptiæ, † & iuſta uxor, ut demonſtrat
poſt Alcia. eruditus Ferret. in l. ſi unus. in §. pa-
ctus, num. 4. ff. de pact. & text. in l. cum quis. in §.
1. C. de naturalib. liberis. idem confirmat, dum
appellat iuſtos filios natos poſt concubinæ nu-
ptias. & licet Iuſtinia. in l. nuper, C. eod. uideatur
abuti hac uoce, attamẽ ſicuti hoc illi, vel potius
Triboniano familiare fuit, ita in purgatis vete-
rum iuriſconſultorum reſponſis non inuenitur
hæc uox ſub alia ſignificatione.

Ex his ſatisfit omnibus tex. qui exæquerunt
8 natos ante nuptias† natis poſt nuptias, vt in d. l.
cum quis, in fi. in §. fin. Inſtitutio. de nupt. in §. re
liqui. in Auth. quib. mod. natu. effician. ſui, & om
nibus fuſe reſpondet Rim. iun. in d. conſ. 222.

Secundo, ex hac eadem fictione alia profluit
ratio, quæ eſt, legitimatio hęc cum proueniat ex
fictione, non poteſt trahi retro in præiudicium
9 ſubſtituti, cui erat ius quæſitum † ſpe probabili,
vt per Alex. d. conſil. 5. num. 5. & Rui. conſil. 92.
num. 16. in 3. Sicuti non trahitur in prę iudicium
primogeniti ex matrimonio legitimo nati, Tira
quel. de iure primigen. quæſtio. 34. & in l. ſi un-
quàm, in uerbo, ſuſceperit liberos, nu. 72. & 87.
ubi parificat hos caſus, C. de reuocan. donatio.
Et quòd mortuo teſtatore ſubſtitutus habeat
10 ſpem probabilem & ius quæſitũ † ad rem, quod
ſibi auferri non poſſet, præter Alexan. & Rui. di
ctis conſilijs tenet etiam Aret. conſ. 7. proceden
do, colum. fi. & 166. colum. pen. & fin. Gomes. in
reg. de non tollen. iure quęſito, quęſt. 4. num. 14.
& ſequen. Soc. iun. conſil. 95. nume. 30. & ſeq. in
tertio, & in terminis iſtis conſil. 12. num. 6. in 4.
11 & Alci. qui dicit habere ſpem † probabilem, quę
æquiparatur iuri quęſito, conſ. 66. num. 18. in 9.
Hanc rationem multis tum authoritatibus, tum
iuribus exornant, ſupra adducti Doctor. Ceph.
conſil. 276. Rim. iun. conſil. 222. & alij ſupra ad-
ducti in alijs locis.

Tertio, omittendo rõnes alias, quas cõgerunt
Doc. infra citandi, ne aliena referamus genera-
lia, & quæ in idem ut plurimũ incidunt, ego con
ſidero, quòd Doctor. qui hanc partem tenent,
& qui diuerſam conſuluerunt ſuper uarijs clau-
ſulis, aliquando eſt dictum (ſine filijs legitimis &
naturalib. de legitimo matrimonio) aliquando
additum eſt, de legitimo matrimonio natis, vel
procreatis, ſed in caſu noſtrò dictum eſt de legi
timo matrimonio natìs, & procreatis, & ſic non
uidi clauſulam noſtra hac magis prægnantem,
& teſtatoris magis enixam voluntatem demon-
ſtrantem, itaque dicendum eſt omnino, aut te-
ſtatorem non poſſe excludere a ſuo fideicom-
miſſo legitimatum per ſubſequens matrimoniũ,
aut excluſiſſe iſtis verbis, quæ & hoc important,
nec poſſunt trahi in alium ſenſum, & apertiſſime
illius voluntatem ſignificant. quando ergo ver-
ba ſunt duplicata & geminata, quòd ſubſtitutus
12 non excludatur, † tenent plurimi, & in hoc caſu
loquitur Bal. d. cõſ. 367. in 5. But. in c. per uene-
rabilẽ, col. 19. qui fil. ſint legit. & hoc caſu noſtrã
ſententiam ueram eſſe admittit Dec. in conſil.
155. in fi. Rub. in l. Gallus, in §. quidam recte, nu.
163. huius mentis eſt etiam Pariſ. conſil. 9. num.
43. in ſecundo, Soc. iun. conſil. 12. num. 17. in 4.
Et hac diſtinctione conciliat opiniones Marz.
in epito. fidei. 2. par. quæſt. 30. uerſ. contrarium
tamen, Ceph. conſil. 82. num. 29. & alios adduci
mus tenentes hanc opinionem, quam ueriſſimã
eſſe, & non habere contradicentem, dicit Rui.
d. conſ. 92. nu. 14. & 15. in 3.

Et quamuis non me lateat, Burſ. in conſ. 17.
18. multa congeſſiſſe contra hanc ſententiam, at
tamen illud habet locum, quando vel unica ad
13 eſſet geminatio, non quando tot † adſunt, ut in
his terminis ſcribunt Decia. conſil. 42. num. 30.
in 1. Franc. Veg. conſil. 55. num. 18. & alij, de qui
bus infra. Præterea in caſu Burſati aderant di-
ctiones, ſeu, aut, & ipſe denique multa infarcit,
multosq́; refert authores, qui hoc non dicunt,
vt infra oſtendetur. Ego pene puer interfui di-
ſputationi, quæ in cauſa illorum de Trottis age
batur a D. Rim. iun. & a patre meo aduerſum D.
Ioan. Baptiſtam Lenderellium Imolenſem, & cũ
uiri eruditi multa obijcerẽt contra Imolenſem,
quæ referunt Doctor. qui pro hac parte conſul-
uerunt, Crau. conſil. 675. Paſeth. conſi. 98. Rim.
iun. conſil. 222. Ceph. conſil. 276. & 364. ut plu
rimum confugiebat D. Io. Baptiſta ad hac gemi-
nationem, quæ non aderat in illo caſu: dictum
enim fuit, ſine filijs legitimis & naturalibus de
legitimo matrimonio. Et certe diſcrimen adeſt
ſenſibile inter vtrunque caſum, nam legitimatus
per ſubſequutum matrimoniũ eſt naturalis, eſt
legitimus, eſt etiã de legitimo matrimonio illo

ſe-

ſequuto,ſed non poteſt dici natus & procreatus
de legitimo matrimonio.hinc ad illius excluſio
nem adducuntur illa uerba a teſtatore,& in pri-
mo caſu non fuit mirum, ſi iudicatum fuit con-
tra ſubſtitutum.

Nunc certe tempus eſt,ut deueniamus ad au
ctoritates.in quibus deſcribendis opus eſt dili-
gentia & fide,nam aduerti pleroſque indiſcrimi
natim multa & multos referre, qui diuerſo ſpi-
ritu loquuntur quàm adducantur ac referãtur.
14 Primo itaque in puncto†hoc fideicommiſſi,
quicquid ſit in feudo,in emphyteuſi, vel ſtatu-
to, quia de his nihil ad nos, tenẽt hanc noſtram
partem infraſcripti.

Bal.conſil.367.in 5.Ang.in diſputatione,no-
bilis quidam genere.Butr.in c.per venerabilem.
colum.19.qui fil.ſint legit.Barba.in repet.l.cum
acutiſſimi,num.279.C.de fideicom.Benedic.de
Plumbi.citatus per Cur. Alex.conſ.5.in 7.Cur.
ſen.conſil.73.num.78.Ant.Roſel.in tract.de le-
gitima.in tit.de cau.fina.num.6.Curt.iun.conſ.
64.num.12.Ruin.conſil.92.& 13.in 3.Zuccard.
in rubr.ff.ſi cer.petat.nume.3.& in l.poſthumo,
num.39.C.de bonorum poſſeſſ.con.tabu.Alci.
qui ita uidit iudicari bis,uel ter,conſil.197.lib.9.
Soc.iun.conſil.12.nume.16.& per tot.ubi dicit
* communem,*in 4.Nat.conſ.502.& 624.ſecun
do dub.Mant.conſil.38.num.12.14.lib.2.Bero.
conſil.167.in ſecundo,ubi dicit,quod eſt magis
** communis,**Rol.conſ.vlt. ſecundo uolum.vbi
dicit,quod eſt communis, Ceph.conſil.66.nu.
16.& 111.num.12.& 276.per tot.& 374. Mo-
noch.conſil.16.num.18.& conſil.173.num.71.
cum ſequen. Rimin.iun.d.conſil.222.Paſcth.d.
conſil.97.Crauet.conſil.675.Decia.conſil.5.nu
mero 23.& conſil.42.num.28.in primo,& con
ſil.88.num.11.in ſecundo,Beret.conſil.116.nu.
59.Ludouic.concluſio.26.uer.limitatur primo,
Mantica.lib.9.de coniect.ult.uolunt.tit.10.nu.
20.uer.& hanc quidem,qui diligenter tractãdo
rem diſputat & noſtram amplectitur ac defen-
dit ſententiam.

Iſtis addendi ſunt aliqui,qui ſequuntur Alex.
in d.conſil 5. Durant.de arte teſtan.tit.5.caut.
16.ante fi.Neuiz.conſ.99.nume.25. Niconit.in
rubr.ff.ſolu.matr.num.35.

Ex his ſatis colligitur opinionem etiam indi-
ſtinctam ſatis tutam eſſe: ſed cum adſunt verba
geminata,ut in caſu noſtro,tunc diſtinctioni eſt
locus, & qui in uerbis ſimplicibus contrarium
15 ſentiebãt in geminatis pro hac†parte ſentiunt.
diſtinguentes ergo Doct.& hanc partem ample
ctentes,ſunt Bald.d.conſil.367.in 5. ubi de ver-
bo,procreatis.Dec.qui tenebat contrariam par
tem d.conſil.155.in fi.ante eum Butr.in d.cap.
per venerabilem,col.19.Rub.Alexan.in d.§.qui
dam recte,num.162.Soc.iun.d.conſil.12.num.
16.ubi de uerbo, procreatis. Ruin.d.conſil.92.
num.14.in 3.Bero.d.conſ.167.num.2.in 2.Rol.
d.conſil.100.num.16.in ſecundo, Marzar.in 2.
par.epito.in verbo,intelligi debere. Ceph.Rim.
iun.Crauet.Paſcth.ſupra adducti in caſu,in quo
aderat unica geminatio: dictum enim erat,ſine
filijs legitimis & naturalibus de legitimo matri-
monio,& in quo caſu res eſt dubia, ut diximus:
16 ſed ſi adeſt geminatio,quæ†reſpiciat natiuitatẽ,
tunc res uidetur clariſſima,ut in noſtro caſu,Pa-
riſ.conſil.9.num.42.in ſecundo,ſequitur Franc.
Veg.conſil.55.num.18. Beret.conſil.116.num.
59.Decia.in conſilijs ſupra adductis, & præſer-
tim conſil.88.num.11.in ſecundo,vbi de uerbis
natis & procreatis,Cepha.82.num.19.& 67.&
111.num.14.Manti.d.tit.d.titu.12.nume.25.&
certè nullam legi clauſulam noſtra hac pręgnan
tiorem: nihil enim in ea deſideratur, quod uo-
luntatem teſtatoris, natiuitatem & procreatio-
nem legitimam reſpicientis magis demonſtret.

Hæc cum ita ſe ſe habeant, reſtat nunc ut re-
feramus contrariam tenentes ſententiam, & il-
los diligenter perpendamus, illorumque dicta
& authoritatem,in quibus caſib.procedat oſten
damus:nam ſicuti ingenuè fatemur,multos cõ-
tra ſenſiſſe,ita non agnoſcimus,ut ueram longã
illam ſeriem,& nomenclaturam, quam & Burſ.
& Menoch.& Cepha.referunt,quibus nihil vi-
detur familiarius, quàm communibus & magis
communibus opinionibus & Doctorum longo
ordine ſine ullo ordinè ac diſcrimine ſtudio-
ſum veritatis onerare.

Sed ut hoc facilius pſtemus, neceſſe eſt ante
omnia intelligere Doctores permultos non lo-
qui in noſtra q. alios namque generaliter, alios
in feudo in ſtatuto loqui certum eſt. hinc fluxe-
runt illæ tot communes opiniones aſteriſco a
Burſato ita ſuperſtitioſe ſignatæ,q̃ cũ in q.a no-
17 ſtra remota†ſint natæ, merito a nobis ſunt par-
uifaciendæ, ut ex Alex. & Iaſ.declarat Neuiz.in
Syl.nup.lib.5.nume.72.Pręterea illos magis ſe-
qui debemus, qui non per tranſennam in unam
obiter uenerant opinionem: ſed eos qui re dili-
genter diſcuſſa, omnibusque erutis difficultati-
18 bus in hanc iuerunt†ſententiam,ut per Calcan.
conſil.39.colum.5.& Neuiz.d.lib.num.29.

Addamus, quòd multi adducuntur & a Bur-
ſato præſertim, qui in fonte non ſunt uiſi,ſed ab
19 alij referuntur, & iſti numerum facere†non de-
bent,ut declarat Dec.conſi.259.num.3.colum.
3.alij rurſus ſunt uarij, & iſtis tanquàm teſtibus
20 vacillantibus†nulla eſt fides adhibenda,Dec.d.
conſ.colum.penult.in fi.uer.& ſimiliter, Craue.
conſil.16.in fine.

Poſtremo, quicquid ſit, certe noſtra opinio
21 in dubio eſt amplectenda,†tum quia pro ea fuit
iudicatum bis, uel ter per Senatum Mediolani,
vt refert Alcia.conſil.188.lib.9.alias eſt 666.ſe-
cundum aliam impreſſionem, tum quia agimus
de illa, quæ alias conciliat ac diſtinguit, cui tam-
quàm veritati magis propinquæ eſt inhærendũ,

Sa-

Saly.in l.filiæ cuius, colum.3.num.7. C.fam.er-
ciſc.& in l.apud antiquos.C.de furt.Neuiz.dic.
lib.5.numero 32.

In puncto itaque fideicommiſſi indiſtinctam
22 opinionem†noſtræ contrariam inuenio tenuiſ-
ſe Caſt.in l.fi.colum.fin. C.qui ven.ætatis impe
tra.Dec.conſil.155.num.4.& in cap.in cunctis,
num.11. de electio. & additio ad eum in dicto
conſil.& ad conſilium 5.Alexan.Marſ.ſing.542.
Pariſ.qui ſeqnitur Dec.conſi.13.num.40.& con
ſil.15.num.6.in ſecundo, Rip.in rub.ff.ſi cer.pet.
num.3.in l.ſi umquàm, num.96. C.de reuocan.
donat.Dida.in ſecunda par.in quartum decret.
cap.8.§.2.num.30.Anton.Gabriel.lib.6.concl.
de legitimat.concluſ.1.nu.55. Sed illic miſcet,
vt ſolet, multos tenentes partem noſtram,& in
feudo deinde,ubi eſt maior dubitatio, tenet cō-
trarium, Ceph.conſil.239.num.12.ſibi contra-
rius,& ibi alia concurrebant in eo caſu, Alci.cō
ſil.52,num.3.& ſeq.ſibi contrarius,d.lib.9. An-
guſſo.conſil.74.col.2.& 3.lib.6. Burſa.conſ.17.
18.Micha.de Graſ.in ſuis commun.opin.lib.2.c.
5.quæſt.5.& 10.

His poſſumus addere, ſi ſequimnr congeriē,
Burſat.Nat. ſibi contrarium in conſil.120. num.
12.ubi non diſcutit punctum,& loquitur in iu-
dicio poſſeſſorio.Ruin.conſil.78.nume.12.in 3.
ubi unum verbum tantum dicit, & citat Alex.ali
ter tenentem, Soc.iunior conſil.39.num.63.in
3.ubi non audet affirmare, quia ſcit multos ſta-
recum Alexand.Celſ.V go, qui uidetur admitte
re,conſil.88.num.4.

Contra uero diſtinguentes præter Anguſſol.
& Burſ.ego neminem inueni in terminis,adhibi
to etiam diligenti ſtudio: at uerò cuius ſint iſti
auctoritatis, nō eſt meum pronunciare,poſſum
tamen hoc veritatis inſinuare, loqui illos ſine ra
tione & anthoritate, quæ mouere querant do-
ctorem illum,qui a cæteris pendere non ſoleat.

23 Sed vt penitius etiam excutiamus† nomen-
claturam Burſati, aduertendum, quòd ſunt mul
ti,qui id non dicunt,ad quod allegantur, Imo.in
c.innotuit,col.3.num.13.de elec. ſe remittit ad
Butr.qui tenet contrarium. Bald.conſ.319.in 4.
non loquitur in hac qō.ſed quod ſubſtitutus ex
cluditur ſimpliciter a legitimato per ſubſequēs
matrimonium, Cot.in memoral.in verbo,legi-
timatus excludit,Ioan. Thom.Marin. in titu.de
feu.ex pacto.& proui.num.48.Soarez in theſau.
recept.ſententia.in ver.legitimatus, nume.134.
loquuntur pariter ſimpliciter non in hac q.no-
ſtra,quando dictum eſt de legitimo matrimon.
natis.Guil. de Perno,conſi.primo,inter conſilia
Germano.Rol.conſ.96.nu.46.in tertio.Emilia.
conſ.132.Bertran.in l.hac edictali,in prin.nu.5.
nihil dicunt ad propoſitum huius q.Mant. con
ſil.191.alias eſt conſilium Collegij Patauini, non
loquitur in hac qō. & contra dictum conſilium
ſcio ſæpe fuiſſe iudicatum, & conſulentibus
pro contraria parte patre meo, Ceph. Rim.iun.
& aliis. Præterea Guil.de Perno,conſi.10.nu.5.
Tiraquel.de iure primoge.q.34.nu.54.& in qō.
37.Viu.opin.123.prima par.Vaſq.lib.1.§.2.nu-
me.51.de ſucceſſ.progreſ. loquuntur in alia q.
quod legitimatus per ſubſequēs matrimonium
ſuccedit in feudum,Neuiz.conſ.99.nu.21.nihil
ad propoſitum,ſed num.25. ſequitur Alexand.
ut ſupra.

Rurſus ſunt alij,qui citantur ad hoc propoſi-
tu,& nō loquuntur in teſtamentaria†diſpoſitio
24 ne,ſed aut ī diſpoſitione legis, aut ſtatuti,& ſunt
iſti, Butr.in c.innotuit.nu.18.de elect.Caſtr.con
ſil.180.in prin.num.quinto,& in l.ita quis.§.j.ff.
de leg.2.Nicol.Vbald.de ſucceſ.ab inteſt.prima
par.nu.65.Boer.deciſ.159.nu.4.5.Curt.ſen.con
ſil.13.nu.25.Pariſ.d.conſ.13.&15.in 2. Blanc.de
compromiſſis,3.q.nu.3.Bero.conſi.177.nu.47.
in 2.& in c.in præſentia, de probatio.

Addo quòd ex his,qui ſibi ipſis contrarij fue
re, Nat.conſ.121.num.12. parum tangit,& incō
ſultè rem tractat, Alc. non eſt magnifaciendus:
25 † quia licèt uir fuerit maximus, attamen ſuis nō
admodum delectatus conſultationibus, neque
illas magnifecit,aut euulgandas ſtatuit,ut ex ca-
pi.vltimo, lib.12.parer.Rul.conſ.78.num.12.in
tertio,vnum tantum verbum addit Socin.iun.ſe
non firmat,& in alio caſu conſuluit Ceph. in d.
conſil. 239. mouetur ex alijs rationibus.

Vltimo vidi alios allegari,qui paſſim non ha-
bentur, & hos ſit reliquos loqui crederem. ex
his eſt Ant.Sbrig. ſing.35. Aſcan. clem.de patr.
poteſta.c.5.num.7.& num.45.Storz.Odo conſi
lio 98.num.20.Iacob.Conſent. li.2.quæſt. cap.
nono.num.31.

Ex his credo ueriſſimam eſſe concluſionem
in noſtro fideicommiſſo,legitimatum per matri-
monium ſequutum non excludere ſubſtitutum,
nunc me trāſfero ad reliqua breuius explicāda.

Nā quod attinet ad ſecundā qōnē,ſi iam con
cluſum eſt, legitimatos tanq̃ incapaces non po
tuiſſe ſuccedere patri, ergo multo minus pote-
runt patri,licet capaci,quia D.Zeno teſtator ſim
pliciter & diſpoſitiue voluit, & ordinauit, ut e-
ius hæreditas tranſeat ſemper ad omnes filios fi
liorum in infinitum, quo caſu inductum eſt ſim
26 plex†fideicommiſſum in caſu mortis,& ceſſant
omnes Doctorū diſputationes,& controuerſiæ,
ut Socin.tradit in l.ſi cognatis, nu.18. ff.de reb.
dub.& in l.Gallus.§.quidam recte,nume.9.ff.de
lib.& poſthum.& conſi.43.colum.3. ver.quare
pro deciſione,in 3.quod etiam uoluit Dec.con
ſil.23.nu.4.uer.6. Curt.iun.conſi.145.nu.4.10.
Soci.iun.conſil.140.num.8.in 2.Durant. de ar
te teſtan.tit.8.clauſula 6. num.3.& Alcia.conſi.
36.num.11.& 14.& conſil.101.num.4.lib.9.Et
hoc idem probatur ex uerbo volo,quod eſt ap
tum ad inducendum fideicom miſſum, l.2.C.
commu.de leg.& ad propoſitum trad.Soc.in d.
con-

conſil.num.3.Curt.conſilio 22.num.18. Pariſ.
conſi.55.num.1.in ſecundo.& rurſus verba illa,
27 in infinitum,optimè probant † inductum fuiſſe
fideicommiſſum ſimplex.Soc.conſil.57.num.5.
in 3.& inter conſilia Curt.ſen.in conſil.40.in fi.
Dec.d.conſil.23.num.3.4. & conſil.38.num.3.
Ruin.conſil.101.num.15.16.& conſil.110.numero
14.in 2.Gozad.conſil.102.num.6.7.Pariſ.
conſil.30.nume.24.& in alijs conſilijs, in 3.uolum.
adſunt etiam verba,tranſeat,vel perueniat,
28 quæ optimè† inſeruiunt ad fideicommiſſum inducendum,
vt per Soc.conſ.249. colum.9.in fi.
in 2.Pariſ.conſ.101.nu.2.in 2.

Itaque ſtante, quòd fideicommiſſum ſit ſimplex,
& ſint uocati maſculi deſcendentes in infinitum,
cum qualitate, de qua ſuperius, non video
quare iſti legitimati poſſint ſuccedere, cum
29 nō ſint tales: tranſit ergo ad reliquos†capaces,
qui gradatim cenſentur uocati, prout quiſque
eſt proximior. iux.l.fin. C.de verbor.ſign.l.cum
ita,§.in fideicommiſſo,ubi omnes, ff.de legat.2.
trad.Bal.in d.l.fin. & Soc.in l.cognatis,num.12.
& ſequen.ff.de rebus dub.& in d.l.Gallus.§.quidam
recte,num.9.& in conſil.227.colum.5.ver.
ex quibus arguo, in ſecundo,Rui.conſil.101.nu.
15.in ſecundo. pro quo faciunt,quæ trad.Doct.
in l.peto,in §.fratre,& in l.unum ex familia.§.1.
ff.de leg.ſecundo.

Sed in hac re non arbitror eſſe inſiſtendum,
cum in ea nullam uideam difficultatem, quæ longiore
egeat conſulentis opera:pendet enim omnis
controuerſia a prima concluſione, qua ſtante
facilius etiam excludetur legitimatus ab hæreditate
fratris, quàm patris, ſi illius erit incapax:
neque enim reſpicimus, quis deferat hæreditatem,
ſed cui deferatur,& cuius ſit naturæ hæreditas
ipſa, & nemo dubitabit verſari nos in fideicommiſſo
ſimplici,quod non ſolum extendi
30 tur† ultra quartum gradum, ſed ſine præfinitione
temporis durat,Dec.conſil.516.nu.16. Rip.
in l.filiusfam.§.Diui, num.112. ff.de leg.primo,
Durant. de arte teſtan. titulo 8. cautela ſecunda,
num.ſecundo.

Reſtat nunc, vt de vltima propoſita quęſtione
verba faciamus,circa quam illud eſt præmittendum,
poſſe duplici modo probari identitatem
bonorum remanſorum in hæreditate Domi.
Zenonis & ſubiectorum fideicommiſſo.

Primo itaque probari poterit bona,quæ poſſidentur
nunc a deſcendentibus, fuiſſe etiam
poſſeſſa a teſtatore, & hoc per teſtes probato
bona deinde præſumuntur remanſiſſe in hæreditate
fideicommittentis, ex quo non conſtat
31 † quòd aliunde habuerit deſcendens, Fulgoſ.
conſi.145.Quoniam plurimæ,& ad propoſitum
reſpondit Zaſ.conſil.5.numero 19.20. & ſeq.in
primo,Crauet.in rubr.ff.de legat.primo, numero
43.Syluan.conſilio 86. numero 8.& ſequen.
Franciſc. Marzar.in epitom. fideicommiſ. quæſtione
45. prima facie.

32 At quod poſſeſſio probet identitatem, † habetur
per Afflict. deciſio.23. numero ſecundo,
Pariſ.conſil.104.num.24.in primo,Sylua.conſil.
57.num.9.Hierony. de Monte in tract.de finib.
capit.22.numero 2.

Sed in hoc caſu, cum uerſemur in facto ſatis
antiquo ex fama, probatur bona remanſiſſe in
33 dominio† teſtatoris,Bald.conſilio 84. res prohibitæ.
numero primo,in fi.& conſilio 89. Dominus
Thomas,numero quinto,in primo,Franciſ.
Aret.conſil.36. caſus talis eſt, numero quinto,
& conſilio ſequen. in prima colum. Barba.conſil.
8. colum.prima,in fine, & ſequen.in primo,
Alexand.conſilio 116.perſpectis, numero quinto,
in quinto,& conſil.101.numero tertio, & ſequen.
in ſeptimo,Pariſ.conſilio 52. numero 50.
in tertio,Nat.conſilio 235.ubi proprie loquitur
quando bona peruenerunt ad deſcendentes,
qui poſſidebant,& in conſilio 378.nu.5. & ſeq.
Mant.conſil.221. num.2. 1.uolum. Marzar.in d.
tract.quęſt.60.in fi.

Et cum agatur etiam de probāda rei identitate,
& probandis confinibus, ſufficit probatio
34 † per præſumptiones & coniecturas, Rim.conſilio
254.numero 11. Sylua. conſil.57. numero
3.9. Menoch.conſilio 21. numero 33.& alijs,
quibus additur Pariſ.conſi.103. nume.22.25.in
primo.Et in hoc genere probationis ſatis uideo
conſtare, quæ bona Dom. Zenonis poſſideantur
nunc ab iſtis legitimatis, ſed de hac re me
refero ad proceſſum, & ad Magnificum cauſæ
Patronum.

Secundus modus probationis non minus efficax
erit productio ęſtimi Dom.Zenonis,quod
35 quidem † æſtimum plene probat,vel ſaltem facit
præſumptionem dominij, & poſſeſſionis,Bartol.
in l.ſi poſt. C.de præd. & omni. reb. nauicu.
lib.11.Bal.in l.quidam,ante finem,C.de conditio.
inſtitutio. vbi uoluit probare inter partes
36 deſcriptas† in æſtimo, & in conſilio 37. quidam
Nerius in fi.in quinto, Caſt.in l.ſolemnibus.C.
de rei uendica.Barb.conſilio ſexto, colum. quinta,
& conſilio 18. colum.17. in ſecundo, Emilia.
conſilio 57.numero ſecundo, Ioan.de Ami.conſil.
101.numero 32.Socin.iun.conſil.61. numero
tertio, in tertio, Alb.conſil.6. numero 8.&
conſil. 16.numero 7.& 34.numero 13.Nat.conſilio
235.num.14.Ceph.conſil.170.num.25.Burſat.
conſil.80.num.1.

Et hoc tanto clarius procedet,ſi non conſtabit
37 tempore æſtimi aliàm † poſſediſſe.Caſt.in l.
ſi pater, C.de actio.empti. Socin. conſilio 205.
col.3.in fi.uer.11.in 2.& conſ.46.nu.2.uer.ſecundo
limita,in 3. Rol.conſ.4.nu.17.in 2.ubi volunt
hoc caſu dominium, & poſſeſſionem ex æſtimo
probari.& ita credo ſatisfactum omnib. propoſitis
quęſtionibus. Laus ſanctiſſ. Virgini.

Claud.Bertaz.I.C.

A R-

ARGVMENTVM.

Tranſactio, quando poſsit reſcindi tanquam inita ex falſis cauſis?
Et quæ falſæ ſint cauſæ?
Quid ſi falſæ iſtæ cauſæ nō fuerunt ignoratæ, adſit iuramentum, & tranſactio ſit a Principe confirmata?
Contrauenire quando quis non dicatur neceſsitate ductus?
Pœnæ.l.ſi quis maior. C. de tranſac. quando non ſit locus?

S V M M Æ.

1 *Vſusfructus conſolidatur proprietati poſt mortem vſufructuarii.*
2 *Et proprietarius poteſt tunc propria authoritate accipere poſſeſsionem rerum.*
3 *Conſtituum tacitum operatur retentio facta per vſufructuarium.*
4 *Conſtitutum expreſſum transfert dominium & poſſeſsionem.*
5 *Et tranſit ad hæredes conſtitutarii.*
6 *Et illo ſtante cum clauſula de ingrediendo poſſeſsionem poteſt conſtitutarius adipiſci poſſeſsionem realiter.*
7 *Et ſi inſiſtit conſtituens, datur actio contra eū tanquam contra ſpoliatorem.*
8 *Exceptiones requirētes altiorem indaginem, non admittuntur in poſſeſſorio.*
9 *Et tales ſunt, quæ longam exigunt probationem.*
10 *Idem eſt, ſi verſemur in ſummario iudicio.*
11 *Falſitas cauſæ, ob quam reſcinditur tranſactio, duplex eſt.*
12 *Et quanda ſufficiat nuda ſpes.*
13 *Tranſigens timore inſtrumentorum, quæ non aduertit ad victoriam non ſufficere, poteſt tranſactionem reſcindere.*
14 *Tranſactio facta per calumniam, modo non euidentem, ſuſtinetur.*
15 *Idem, modo de facto mota fuerit quæſtio, licet iniuſta, & commentitia.*
16 *Et ſtatur dicto partium litem fuiſſe futuram: namque*
17 *Timoris vani nulla eſt habenda ratio.*
18 *Tranſactio æquiparatur rei iudicatæ.*
19 *Sententia ſuſtinetur, ſi plures ſint cauſæ, licet vna ſit falſa.*
20 *Reſcriptum ſuſtinetur ex veris cauſis, licet vna ſit falſa.*
21 *Falſitas excluditur data poſsibilitate veritatis.*
22 *Et vt probetur, debet conſtare rem aliter haberi non poſſe.*
23 *Repetitio non datur illi, qui ſciuit falſam cauſam.*
24 *Tranſactio valet, ſi quis tranſigat ſuper falſo ſcienter.*
25 *Et maxime, ſi ſit dictum quòd valeat tranſactio in vim pacti: tunc enim valet etiam quòd res eſſet liquida.*
26 *Iuramentum firmat tranſactum ex falſa cauſa.*
27 *Tranſactio, quando non poſſit reſcindi ex reſtitutione in integrum.*
28 *Tranſactio approbata a Principe, valet.*
29 *Et tollit omnia vetera, & præcedentia inſtrumenta.*
30 *Litem qui euitat, ſatis magnum commodum percipit.*
31 *Tranſactio ex reſcripto Principis non poteſt tolli, vel inualidari.*
32 *Decretum interpoſitum cum clauſula, omni meliori modo, omnia ſupplet.*
33 *Neceſsitatis cauſa qui aliquid facit, contrauenire non dicitur.*
34 *Vendens rem ex diſpoſitione, vel mandato teſtatoris, vt ſatisfiat creditori, vel legatario, non dicitur contrauenire pręcepto teſtatoris de non alienando.*
35 *Litigioſi a pœna excuſat alienatio neceſſaria.*
36 *Principis factum, eſt caſus fortuitus.*
37 *Pœna l. ſi quis maior, vt habeat locum, exigitur dolus contrafacientis.*
38 *Nec illius l. attenditur diſpoſitio, vbi agitur de æquitate in curia Principis.*
39 *Et eſt in dubio declarandum, non eſſe locum illi legi.*
40 *Ciuis, qui nō ſuſtinet onera ex priuilegio, ſuccedit patri, non obſtante ſtatuto.*
41 *Ciuis non habitans, non deſinit eſſe ciuis.*
42 *Filii non cenſentur excluſi ab hæreditate patris, niſi ſtatutum expreſſe diſponat.*
43 *Ciuis originarius ex priuilegio ampliſsimo cō prębenditur ſtatuto.*

44 *Fiſci ius tertius non poteſt opponere.*
45 *Inueſtitura de emphyteuſi, eſt cõcedenda proximiori, quando res eſt integra.*
46 *Ciuis deſerens ciuitatem, amittit priuilegium.*
47 *Quod intellige in materia odioſa & repreſaliarum, & de ciuitate periclitante.*

CONSILIVM LIII.

Memorabor, Domine, iuſtitiæ tuæ ſolius.

QVæ ex iure militant pro Dominis Aluarotis, eiuſmodi ſunt, ut licet multa peregregiè adduxerit Excellentiſſimus Riminaldus, & præſtantiſſimus Albinellus, ſuperſint tamen alia quæ tum ex aduerſo nihil oppont poſſe oſtendunt, tum ſi admittatur aliquid, nihil tamen officere.

Iam vero illud in confeſſo eſt, extare tranſactionem, cuius tenore apparet, Dominam Cõſtantiam ſolum ſibi referuare uſumfructum, at illa defuncta uſusfructus finitus eſt, §. finitur, Inſtitutio. de vſufruc. ergo iſti Domini Aluaroti cæperunt plenam in re habere poteſtatem,
1 cum fuerit conſolidatus † vſusfructus proprietati. §. finali, eódem titulo, Tiraquel. in tracta. le mort ſaiſit le vif. tertia parte, prima declaratione, in principio, & potuerunt propria auctorita-
2 te accipere poſſeſſionem † rerum, Imola conſilio 16. numero tertio. Curtius iunior conſilio decimoquarto, in fine, illudque feciſſent, niſi ſtatutum obſtitiſſet noſtrum, quòd poſſeſſio continuetur in hæredem. Sed poſſunt tamen duplici modo, ſtante conſtituto nunc eandem petere poſſeſſionem: alterum eſt conſtitutum tacitum,
3 quod operata eſt retentio † facta per vſufructuariam, Tiraquel. dicta declaratione, numero ſecundo, immo traditionem poſſeſsionis. l. quiſquis, C. de donatio. & de utraque Neuiza. conſilio 82. numero decimotertio, Bero. conſilio 53. numero 31. in tertio. alterum eſt expreſſum in tranſactione, ex quo fuit tranſlatum domi-
4 nium, & poſſeſſio † in ipſos cõſtitutarios. l. quod meo, ff. de acquirenda poſſeſſione, Tiraquel. de conſtitu. in principio, numero ſecundo, ubi de dominio, & poſſeſsione, in tertia parte, dicto tracta. prima limitatio. numero 25. cum alijs, de quibus per Rolan. conſilio 57. numero 23. in ter-
5 tio. & hoc tranſit etiam ad hæredes † conſtitutarij, Tiraquel. dicto tracta. ſecunda parte, duodecima ampliatio. & conſtituentis, idem Tiraquel. ibi, decimatertia ampliatio. & Crauet. conſilio 107. numero ſecundo, & hoc operatur etiam addita in inſtrumento clauſula retentionis rerum ad vitam. contrahentis, idem Tiraquel. dicta ſecunda par. nona ampliatio. Itaque nullum eſt dubium, quod ex dicto ſtatuto, & maxime ſtante pa-
6 cto de ingrediendo poſſeſſionem, poſſit † conſtitutarius ingredi poſſeſſionem & eam adipiſci realiter, Tiraquel. dicto tracta. prima par. numero 36. in ſequen. & tam citata parte quàm non, ut per Bart. in l. tertia, in repetitio. numero 25, 26. C. de pignor. ubi dicit, quòd ſi ſit citata parte, proceditur ſummarie, ſicut ſit in executione rei iudicatæ, & illic Salyc. decimatertia quæſtio. numero 32. Et ſi inſiſtit conſtituens, vel eius hæres, cenſetur ſpoliare conſtitutarium; & datur
7 actio contra † ipſum, tanquàm contra ſpoliatorem, Afflict. deciſione 40. numero 14. & Tiraquel. dicta prima par. numero. 68. hæc ita expoſui, ut intelligant Illuſtres Domini facilem eſſe tranſitum nobis ad poſſeſſorium, quo caſu non
8 admittuntur † exceptiones eius generis. capitulo primo, de reſtitutione ſpoliatorum, Menoch. de recuperan. poſſeſsione. remed. 15. quæſtione 37. numero 471. & ſequen. Anton. Gabriel. in titu. de reſtitutio. ſpoliatorum, concluſio. prima, numero 43. in primo libro, & maxime quia requirunt altiorem indaginem, & illam requirere cen-
9 ſentur, quæ longam exigunt † probationem, uel in ſe habent ius dubium, Cur. iu. cõſ. 276. nu. 34.

Sed alterum eſt fundamentum in hac re inconcuſſum certè, & tactum per D. Rimin. quod in hoc ſummario iudicio executionis tam ex forma ſtatuti noſtri, quàm de iure communi, non poſſunt admitti iſtæ exceptiones requirentes al-
10 tiorem † indaginem, ut trad. omnes in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Cæſ. Contard. in l. vni. C. ſi de momen. poſſeſſione, limitatio. 7. numero 72. & prædictus Dom. Riminald. iun. conſil. 48. numero 13. & ſequen. nec in iudicio ſummario, idem D. Rim. iun. conſil. 69. num. 16. 28. Verum his poſthabitis, licet ueriſsimis concluſionibus, diligenter eſt nobis elaborãdum, ut omnes prorſus eruamus dubitationes, quæ ex aduerſo congeſtis exſuſcitari poſſent.

Primum eſt dubium, quod eſt totius controuerſiæ cardo, an tranſactio inita inter Canales hãc Dominam, & Aluarotos ob falſam cauſam reſcindatur. & ex infra dicendis late apparebit, immo falſo inſimulari falſæ cauſę ualidiſsimam hanc contractionem. &

Primo cõſidero, quod in hac materia duplex
11 poteſt † eſſe falſitas: alia quę ex falſis profluit inſtrumentis, & hæc officit. l. ſi ex falſis, C. de tranſac. alia, quę magis ex falſa credentis ius habere opinione ꝓuenit, quàm ex falſa cauſa. euenit. n. quandoq;, vt plus ſperent & iactent de reb. ſuis homines, ꝙ par ſit, & ſępe nõ reſpondeat cogita-
12 tioni calculus, & hoc caſu ſufficit † nuda ſpes, latiſſime Alex. in l. cum donationis, C. de tranſact. Alcia. in l. tranſactio, in prin. C. eo. nec ob id reſcinditur trãſactio, q a ſi quis falſo aſſeuerauerit ius

ha-

habere, immo ſi inſtrumenta eſſent falſa, ad vi-
ctoriam tamen nihil conducibilia falſi nomine
non vitiaretur tranſactio, quia tranſigenti impu
13 tatur, qui inſtrumenta ad victoriam † non ſuffice
re non aduertit, & hæc eſt prima limitatio dictę
l. ſi ex falſis, ut per Iaſ. ibi, numero primo, & Cur.
ſenior. numero ſexto, & ſequen. Quinimmo ſi
fuiſſet facta tranſactio per calumniã, modo non
euidentem, ſuſtineretur tranſactio, & maxime ſi
14 motum † non fuiſſet iudicium, Iaſ. in l. ſub præ-
textu, la prima, numero 10. in prima, & quarta li-
mitatio. C. eo. Iacob. de ſanc. Georg. ibidem, nu-
mero 9. & 12. prima, & quinta limitat. cum qui-
bus tranſit illic Alcia. uer. ſi vero. at nos verſari
circa hanc ſecundam prætenſam falſitatem non
vitiantem certum eſt, quia nullum ab Aluarotis
vnquàm allegatum eſt falſum inſtrumentum.

Secundo tantũ abeſt ita temere reſcindi tran
ſactionem, ut illa ſuſtineatur, dummodo de fa-
15 cto mota fuerit quæſtio, licet iniuſta † & commẽ
titia, ut per Doctor. in l. ſecunda, C. eo. & hoc ca
ſu ſtatur dicto partium litem fuiſſe futuram, &
16 propterea ad tranſactionem † fuiſſe deuentum,
Ange. & Iaſ. numero ſecundo; in dicta l. ſecunda,
& Ang. conſil. 240. punctus eſt, poſt princ. Hinc
etiam fit, ut licet falſa ſint inſtrumenta, modo
non ſiat in iudicio producta, & de his timens
reus non adhuc conuentus tranſigat, valet con-
tractus: illi enim eſt imputandũ, quia uani timo-
17 ris † non eſt habenda ratio. ita tenuit Guid. de Su
zar. Alber. Curt. Iacob. Alexand. Iaſ. Alcia. & eſt
communis limitatio in dictã l. ſi ex falſis. nec pro
pter læſionem debet reſcindi tranſactio. Socin.
iun. conſil. 32. num. 24. in 3. & nos ſumus ad vn-
guem in his terminis.

Tertio accedat, quòd non ex una tantum cau
ſa fuit deuentum ad tranſactionem, quia prætẽ
debatur, bona de quibus erat inueſtitus Domi-
nus Iacobus pro ſe & filijs tanquàm de re deuo-
luta, & decaduta ad eos pertinere: ſed quia etiã
de alijs bonis fuerunt inueſtiti ab Abbatia No-
nantulana in caſu, quo ipſa Domina ſine filijs de
cederet. Præterea aderant aliæ plures prætenſió
nes reſpectu meliorationum, & aliarum rerum,
18 quo caſu ſuſtinetur † tranſactio, quæ æquipara-
tur rei iudicatæ. l. minorem. C. eo. Socin. iunior
dicto conſilio 32. numero ſexto, in tertio: ſuſti-
19 netur enim ſententia, † quando plures cauſæ in-
teruenuint, licet una ſit falſa, l. finali. C. quod
cum eo. capit. per tuas, ubi Doctores, qui fil. ſint
legit. Feli. late in capitulo primo, quarta colum.
& ſequen. numero decimo, de re iudica. Ripa in
l. ſi neutri. §. in bonis. numero 23. ff. de priui. cre-
dito. & late Tiraquel. in tracta. ceſſan. cauſa, limi
tatio. 22. numero ſexto, & in alijs caſibus, per to
tum, dicta limitatio, & ad propoſitum tranſactio
20 nis, quòd ſuſtineatur reſcriptum, † hęc inducunt
Iaſ. in d. l. ex falſis, num. 4. Cur. nu. 18. & ſeq. Alci.
in uerbo, ita demum, poſt princip.

Quarto penitius hanc rem conſiderando, vti
que nõ video quomodo concludatur, hanc cau
ſam fuiſſe falſam, cum immo potuiſſet eſſe uera,
ut mox oſtendo. & data poſſibilitate veritatis fal
ſitatis excluditur præſumptio, & nulla neceſſa-
21 rio † ſequitur falſitas, Bald. in capit. primo, §. no-
tandum, numero ſecundo, de not. feud. Bec. con
ſilio 78. numero 11. 12. nam, ut falſitas probe-
22 tur, debet adeo conſtare, † ut res ſe aliter habe-
ri non poſſit, Grammat. conſilio 19. numero ter
tio, 30. nume. ſecundo, & ſequen. in crimi. & Fol-
ler. in pract. crimin. in ſecunda par. ſecundæ par.
uer. item quod committit, numero 13. verum ex
conſilio Ruin. 50. in primo, ad fauorem Domini
Hieronymi Magnanini apparet, quod Dom. Syl
uiæ matri Dom. Conſtantiæ donauit plura bo-
na emphyteutica ex his Dom. Ioan. Franciſcus a
Canali, nec fuit accepta inueſtitura, ergo conſtat
quod res illæ erant deuolutæ ob inueſtituram
non acceptans, ut in dicto conſil. num. 21. caute
ergo egit Do. Iacobus, qui ſe inueſtire fecit tan
quàm de re deuoluta, quod eſt pręſumendum
de uiro illo rerum verſatiſſimo.

Sed præter hæc, tot alia concurrunt, ut ſit mi
randum aliquid pro diuerſa parte excogitari poſ
ſe, quandoquidem & hęc Domina Conſtantia
23 ſciuit hanc cauſam, quo caſu & ſi eſſet falſa, † nõ
daretur repetitio, l. prima, ff. de condictio. inde-
bi. l. cuius per errorem, ff. de regulis iuris, Cra-
uet. conſilio 81. numero ſecundo. Socin. iunior
24 dicto conſil. 32. numero octauo, in tertio, † & ſi
ſciuit cauſam eſſe falſam, dicitur ſuper falſo tran
ſegiſſe, quo caſu ualet tranſactio, dicta l. ex falſis,
in fine, C. eod. Præterea fuit etiam in inſtrumen-
to dictum, quod valeret in uim pacti, quo caſu
etiam ſi nulla fuiſſet quæſtio, uel res eſſet liquida,
25 valet † actus, Bartol. & alij in l. ſi cauſa cognita, C.
eo. Seuer. in tract. de tranſactio. quæſtione 9. nu-
mero decimo, & Curt. Iunior in dicta l. ſecunda,
numero ſexto. fuit etiam additum in uim dona-
tionis, quo caſu pactum valuit; l. prima. ff.
26 eodem titulo nec defuit iuramentum, † quod
firmat illam, omnes in dicta l. ſi cauſa cognita,
Seueri. d. quæſtio. Curt. iun. dicta l. ſecunda, nu-
mero 7. & Alcia. in capit. cum contingat. nume.
num. 184. de iureiuran. Poſtremo, caſu quo poſ-
ſet retractari d. tranſactio ob falſa inſtrumenta,
id eſſet faciendum per reſtitutionem in integrũ,
ut per omnes in d. l. ſi ex falſis. at cum lapſi ſint
nedũ quatuor anni a tempore ſcientiæ, quæ ade-
rat tempore tranſactionis, ſed 28. & iam illa de-
27 ceſſerit, non poteſt eſſe locus reſtitutioni, † ut
per Doct. in d. l. ſi ex falſis, ibi Iaſ. nu. 6. uterque
Cur. & Iacob. de S. Geor.

Concludendum itaque eſt, tranſactionem
hanc validam eſſe, ex quo ſine decroto & di-
ſpẽſatione Principis valuit, tãto magis illa acce-
dente & confirmatione per ſententiam Illuſtris
28 Conſilij, quia alias nullus eſſet † unquam litiũ fi-

nis, l.fratris, vbi Doctores, C.de tranſactio, &
rranſactio tollit omnia vetera, & præcedentia
29 inſtrumenta,† & partium iura, capit.primo, ext.
eo.Bald.in rubrica, eodem titulo, numero ſepti-
mo.Iaſ.in dicta l.fratris, latè.& Abb.in dicto ca-
pit.primo, nume.ſecundo, dicit, quod licet poſt
tranſactionem appareanr inſtrumenta, quibus
conſtet tranſigentem deceptum fuiſſe, etiam ſi
ſit grauis deceptio, non propterea poteſt lis ſu-
ſcitari, quia ſatis magnum commodum conſe-
30 quitur, † qui a lite recedit, vt not.in l.Lucius.§.
fin.ff.ad Trebel.Decia.reſpon.103.numero ter-
tio, in tertio, non eſt ergo diſputandum de iuri-
31 bus antiquis.quod ſi trāſactio† ex reſcripto Prin
cipis non poteſt tolli, vel inualidari, & propte-
rea lis ſuſcitari, l.cauſſas, vel lites. C.eodem titu.
nec per inſtrumenta de nouo reperta reſcindi, l.
ſub prætextu, la prima, & ſeconda, C.eo, quanto
minus, ſi pro eius validitate reſcriptum Princi-
pis emanauit confitmatum per ſententiam eius
Illuſtris conſilij, nec alia noua iura reperta ſunt.

Quæ vero ex aduerſo adducuntur, ſunt valde
remota, & extranea a puncto, probant tantum il
lud extritum ex falſa cauſſa uitiari actum, ſolum
Barbat. allegatus a Menoch. conſilio 91. loqui-
tur in tranſactione, ſed in illius caſu exbibita fue
rant inſtrumenta falſa, & ſic noſtra illa diſtinctio
iſtius fulcitur auctoritate, tantum abeſt vt ad-
uerſarios iunet.

Illud etiam nequaquàm admittendum, quod
dicitur, Dom.Conſtantiam contraxiſſe non ſer-
uatis ſolemnitatibus ſtatuti noſtri, quia contra-
rium colligitur ex mandato ipſo, quia cum non
haberet attinentes, interuenit iudex, & prætor,
& decretum fuit inrrrpoſitum omni meliori mo
32 do, quod† omnia ſupplet. Alexand.conſilio 80.
numero quinro, in quinto, Alcia.in hoc decreto
in tracta. de præſumptio.tertia regu.præſumpt.
10.num.5. His ſublatis fundamentis, quæ illis in
nitebantur rationes aduerſariorum, cum altius
radices non agant, protnus collabuntur.

Nunc eſt diluendum ſecundum dubium, mi-
nus dubium certe, ac pene clarū: negatur enim
fuiſſe contrauentum tranſactioni ex parte no-
ſtra.nam ut eleganter tactum eſt per DD. primo
ſcribentes, cum ex contractibus Domini Iaco-
bi approbatis per Dominam Conſtantiam in
tranſactione tenebantur hæredes uendere, ita-
que id fecerunt ex cauſa neceſſitatis, quo caſu
33 non dicuntur† contrauenſſe, ut in ſimili in ven
dente rem ex diſpoſitione teſtatoris ſcribit Iaſ.
in l.ſecunda.ff.de offic.eius, cui man.&c.num.8.
vel quando commiſſarij uendunt de mandato
34 teſtaroris, & ſic ex cauſa antecedenti † pro ſatiſ
faciendo legatarijs. Alexand.conſilio 215.in ſex
to, Rolan.conſilio 99. numero 39.& ſequen.in
primo, Simoncel. in tracta. de decre. lib. ſecun-
do.titulo ſexto, numero 108. & ſequen.ad idem
videmus, quod alienatio neceſſaria excuſat a pœ
35 na† litigioſi.l.ſi alienationes, ubi Baldus, ff.fa-
mil.ereiſcun.glo.Cyn.Bald.& Angel.in l.rertia.
C.de litigioſ.Præterea, cum vſuarij uellent eme-
re, venditio erat facienda directe per dominos
proprietarios, non per eam, quæ erat vſufructua
ria, & alienando non poterant illi præiudicare,
quia debebat exigere ſuos uſus debitos, in qui-
bus uenditio non nocebat, vel ſalrem petere a
venditoribus: at cum neutrum fecerit, ſibi eſt
imputandum.

Alterum caput contrauentionis eſt clariſſi-
mum ex adductis præceteris ab eximio Albinel
lo, tantum addo, quod ſi Princeps uoluit, ut con
ſuleret proprietarij s, quod ſub eadem penſione
res locarentur ipſis proprietarijs, quod dam-
num accepit uſufructuaria, cum ſuos habeat fru
ctus, & non poſſit teneri conductori, cum facto
36 Principis fuerit prohibita locatio, quod eſt † ca-
ſus fortuitus. l. Lucius, ff.de euictio.Crauet.con-
ſil.95.num.primo.

Secundo, ut locus ſit pœnis l.ſi quis maior,
de tranſactio. exigitur dolus contrauenientis.
37 †qui non interuenir, nec præſumitur, ſed rſt pro
bandus, l.dolum, C.de dolo.ita Bald. in l.obſer-
uare:§.proficiſci, ſecunda colum. numero quin-
to, ff.de officio proconſul.& lega.Alexand.in l.ſi
nali, ff.qui ſatiſda. cogan. & in conſilio 92. per-
ſpectis his, ad finem, in primo, Guid.Pap.con-
ſilio 31. numero 24. Alcia. in dicta l. verſic. ſi
quis, tertia pag. ubi Cagnol.alios citat, numero
187. Anton.Gabr.lib. tertio ſuarum concluſio.
tit.de tranſactio.prima concluſio. 1.limit.nume
ro 52. & ſequen.

Tertio, quando proceditur de æquitate, vel ſo
la facti ueritate inſpecta, ut in curia Principis, nō
38 †attenditur diſpoſitio illius l.duræ, & rigoroſæ,
Guid.Papę quæſtio.29. Alcia. qui dicit uidiſſe ſic
ſeruari in dicto l.uerſic.ſi quis, ante finem. No-
uiz.in Sylua nupt. libro quinto. numero 62. ubi
quod licer fuerint latæ plures ſententiæ confor
mes, ſecundum illius l.diſpoſitionem, per ſum-
mam curiam fuiſſe contrarium iudicatum ſcri-
bit, & in dubio eſt declarandum, non eſſe locum
39 † diſpoſitioni illiūs legis. Grat.conſilio 121. co-
lumna tertia, in ſecundo, Gabriel. dicta conclu-
ſio.in ſi. Itaque cum non ſit locus contrauentio
ni, non eſt opus diſputare, an iuramentum ſit in
diuiduum, & faciat ex conuentione unius cæte-
ros teneri, quod non uidetur uerum in plurib.
principalibus, ſed fortè poſſet dubitari in hære-
dibus plurib. iurantis, nec aliter uidentur loqui
allegata in contrarium.

Ad tertium nunc deſcēdo dubium de incapa
citate D.Ioan.Franc. & dico quod nulli dubium
eſt, dic. Ioan. Franciſcum ſucceſſiſſe patri defun-
cto, cui pro ſua parte fuit acquiſitū dominium,
& poſſeſſio dictorum bonorum, nec erat opus q
ſuſtineret onera, uel habitaret, ex quo ex forma
decreti Principis auo cōceſſo, & patri cōfirmato

eſt

eſt immunis ab oneribus perſonalibus,& habe
tur pro diu habitante: quo caſu cum ex priuile-
40 gio non ſuſtineret onera patri ſucceſſit non† ob
ſtante ſtatuto. Alexand. conſilio 32. uiſa conceſ
ſione, numero decimo, in ſexto, Dec. conſi. 283.
numero 10. & ad propoſitum ſtatuti noſtri Soc.
iunior conſilio 18. numero 14. in tertio. & licet
41 ciuis non habitet, non propterea deſinit † eſſe
ciuis, Marian. Socin. antiquior, conſil. 35. nume-
ro 7. ad finem, in primo, Alexan. conſil. 157. nu.
13. & ſequen. in 2. & Soc. in rubrica, ff. ſoluto ma
trimon. numero 33.

Præterea filij non cenſentur excluſi ab hære-
42 ditate patris, niſi ſtatutũ id expreſſe † diſponat,
Plot. conſil. 108. num. 25. in primo crimi. primo
impreſſo. aliàs eſt 19. in ſuo primo volum. Ceph.
conſil. 13. per totum, & Paſet. conſil. 163. nu. 6.

Vltimo, cum frater & ipſe fuerint creati ci-
ues, & nobiles Ferrariæ, cum clauſulis prægnan
tibus, & ac ſi eſſent ciues, originarij ab antiquo,
ut in eo, certè compræhenduntur in diſpoſitio-
43 ne ſtatuti loquentis† de ciuib. originarijs, Bald.
in l. omnes populi, num. 23. ver. ſed pone. Seuer.
numero 236. uerſ. præmiſſis aliquibus. & Crot.
numero 147. ff. de iuſtit. & iure. Rip. in l. prima,
numero quinto, Iacob. de Nigr. numero 8. ff. de
legat. primo, Pariſ. conſilio 71. numero ſeptimo,
in primo, Crot. conſilio 103. numero 14. & 60.
numero 6. Rolan. conſil. 60. numero 19. in pri-
mo. & dato, quòd non ſucceſſiſſet patri, ſucceſ-
ſiſſet tamen Comes Aluarotus, vel eius filius
proximiores, excluſo fiſco, ut ex ſtatuto, quod
non fiat tranſlatio, &c. ver. ubi tamen. nec etiam
44 fiſco non petente poteſt pars † aduerſa de iure
ſuo opponere, Socin. iunior, conſilio 18. numero
28. in tertio.

Quartum, & vltimum nunc capio fundamen
tum reijciendum, & dum dicitur, quòd Dom.
Odo uti proximior, & hæres, erit inueſtiendus,
ex Barto. in l. prima, §. permittitur, ff. de aqua
quotidia. & æſti. reſpondeo quod cum ex con-
tractu tranſactionis ſucceſſerint Aluaroti, & ex
inueſtitura pro eis facta, non poterit ille inueſti
ri in præiudicium iſtorum, quia doctrina Barto.
non procedit, quando ante petitam inueſtitu-
ram per proximiorem, iam eccleſia alium inue-
45 ſtiuiſſet de re ipſa. & ſic res non† eſſet integra, ut
trad. Roman. conſilio 70. viſis themate, ſecun-
do dub. tertia colum. numero tertio. quem ſe-
quutus fuit Alexand. conſil. 10. ponderatis his,
in fi. in tertio, & 83. numero 3. in ſeptimo, Curt.
ſen. conſilio 47 aliàs 48. ſuper controuerſia, co-
lum. 4. numero 9. Dec. conſil. 131. colum. ſecun-
da, in fi. Gozad. conſil. 39. numero 23. & 71. nu-
mero primo, Iul. Clar. in §. emphyteuſis, quæſtio.
43. uerſic. ſed pone, Bero. conſil. 101. numero pri
mo, in primo, Dom. Simon de Præt. conſil. 108.
numero 6. Cepha. conſilio 147. in fi. quem citat
Viui. opinio. 96. prima par. commu. opin.

Quæ autem dicuntur de ciue, quod deſerens
46 † ciuitatem amittit ciuilitatem, ex Afflicto Ce-
pha. & Rolan. conſilio 79. num. 16. in tertio, non
obſtant in caſu noſtro, quia Bald. citatus in au-
then. omnino, colum. penul. nume. 13. C. ne vx.
pro mari. non loquitur in hoc caſu, ſed in mate
47 ria† odioſa repræſaliarum, & in l. ſecunda, C. de
infan. expoſ. loquitur quando quis reliquit ſuam
ciuitatem periclitantem, Afflict. deciſio. 384. fa-
tetur nihil fuiſſe deciſum poſt animaduerſam di
ſcordiam conſiliorum, unde Ceph. & Rolan. de
bent intelligi ſecundum leges, quas allegant, &
deciſiones ad Bar. in l. non ſolum. §. ſi liberatio-
nis, num. 7. ff. de lib. lega.

Quo ad ſententiam proculdubio illa excludit
omnes exceptiones, iuxta trad. in l. prima, C. de
iur. & facti igno. & cum ſupra appareat, eas non
obſtare, ceſſat omnis ſcrupulus. Laus beatiſſi-
mæ Virgini.

Claud. Bertaz. I.C.

ARGVMENTVM.

Indiuiduitatis ratione, quando obligati in eodem cõtractu omnes teneantur, ſi unus contraueniat.

A tranſactione, quando quis non poſsit recedere?

SVMMAE.

1 *Dolus non eſt in eo, qui habet pro ſe mandatum Principis.*

2 *Et excuſatur ex iniuſtis cauſis.*

3 *Supplicans Principi, & non vtens reſcripto, non dicitur contrauenire, vt puniatur pœna l. ſi quis maior.*

4 *Hæredes ſi ſunt obligati vti hæredes pro contractu defuncti, vno non obſeruante alii in pœnam incidunt.*

5 *Tranſactioni initæ a patre ſi filius contraueniat, quo ad pœnę commiſsionem non obeſt hæredibus.*

6 *Contrauentio unius alium non obligat, ſi plures a principio ſunt obligati.*

7 *Contractus non annullatur totus reſpectu obſeruantis, ſi ſua pars non ſit euicta.*

8 *Contractus quandoque reſoluitur in totum, vel ob incertitudinem, vel connexitatem, vel ex aliis.*

9 *Tranſactionem relinquere non licet temere fauore minuendarum litium.*

10 *Vſufructuarium de non impediendo promiſ-*

ſio,an ſit indiuidua?
11 *Tranſactionem an liceat totam euertere ob alicuius inobſeruantiam.*
12 *Clauſula, quæ omnia et ſingula promiſerunt, quando faciat omnes teneri uno non obſeruante.*
13 *Compromiſſum, an ſit indiuiduum?*

Memorabor Domine iuſtitiæ tuæ ſolius.

CONSILIVM LIIII.

VBertimè ſcriptis prioribus oſtendimus, non abſque iniuria hæredes Dominæ Conſtantię a validiſſima & inuiolata tranſactione recedere: nunc breuius alterius Clariſſimi Aduocati rationibus eſt ſatisfaciendum.

Et principio vera non eſt aſſertio, qua dicitur a nobis eſſe tranſactioni contrauentum, cum in proceſſu contrarium conſtet, & in iure a nobis probatum ſit. itaque ex hoc ſolum uniuerſa reciditur diſputatio tam diligenrer ex aduerſo de indiuiduis excitata. Verum neque eadem ſubſiſterent, & ſi hoc ur verum admitteremus: nam doloſa requiritur contrauentio, ut alias diximus, & dolus non præſumitur in eo, qui ba-
1 bet†mandatum Principis pro ſe, Guid. Pap. conſil. 31. nu. 34. & leq. & ex alijs pluribus etiam ſi
2 ſint iniuſtæ cauſę, quis excuſatur† a dolo, Iaſ. conſilio 84. numero quarto, in fine, in primo, Alexand. conſilio 92. numero 13. in primo, Caſtad. de iurciuran. deciſio. ſecunda, numero ſeptimo, & in materia l. ſi quis maior, non eſt expeditum
3 quòd ſufficiat † ſupplicare Principi, licet quis non vtatur reſcripto, cum ſentiat contrarium Alcia. uir grauiſſimus, in dicta l. in verbo, non putauerit, ſecunda pagina, vbi vult non teneri ad pœnam, & ita concordat opiniones Gabriel. libro tertio, titulo de tranſactio. concluſio. prima, numero 9.

Sed his etiam conceſſis, neq; adbuc poteſt reſcindi tranſactio prætextu indiuiduitatis, etiam admittendo, quòd adeſſent omnes illæ, quæ alleguntur: quandoquidem, ut punctum attingamus, diſtinctione iſta opus eſt, quando plures ſunt obligati ad aliquid dandum, vel faciẽdum, uel obſeruandum, addita pœna, vel non, aut ſunt obligati tamquàm hęredes alicuius promittentis, aut tanquam principales promiſſores. primo caſu uno ex hæredib. non obſeruante alios
4 † iu pœnam incidere crederem ratione indiuiduitatis ex contractu defuncti prouenientis. Hincque Comitem Aluarotum eiusque hæredes huic pœnæ obnoxios eſſe dubitarem, ſi uerè Com. Aluarotus contraueniſſet. Sed in hoc caſu non diſplicet opinio eruditiſſimi Conna. dicentis lib. ſexto commen. iur. capi. ſecundo, numero decimo, ver. nam ſi cum. unum ex hæredibus tranſactioni initæ a patre contrauenientem
5 †cohæredibus non officere quo ad pœnæ commiſſionem: minus enim eſt ab uno moleſtiam pati, quàm ab omnibus, cum & ille non niſi pro parte moleſtiã inferre queat, & hęc Connæ ſententia multum huic fauet parti, quę alioqui multas habet difficultates.

Secundo caſu, quando ſcilicet plures a princi-
6 pio ſunt obligati ex contractu, tunc†contrauentio vnius alium non obligat, docet hoc expreſſe Gaſpar Cabal. in tract. de indiui. parte tertia, numero 114. & 120. & non poteſt reſcindi contractus pro reliquo ab emptore, ſi facta eſt promiſſio per plures, & unus tantum reſcindit contractum. idem ibidem, numero 608. & ſequen. maxime 611. & 619. egregium eſt conſiliũ Aret. 129. primo dubio, vbi ſatis declarat, quòd non
7 annullatur totus contractus reſpectu†obſeruantis, ut ſi ſua pars non ſit euicta, hunc citat Tiraquel. de rerract. titulo primo, §. 23. gloſ. prima, numero quarto, & alia ad rem adfert de retract. tit. ſecundo, §. primo, gloſ. ſexta, numero 61. & dicto §. 23. gloſ. prima, numero 28. Ruin. conſilio 82. numero quinto, ſexto, in primo. Sed clarius noſtram hanc diſtinctionem iure innixam eſſe oſtendemus, ſi quæ in contrarium adferuntur, procedere in diuerſis caſibus demonſtrabimus, ea ſolummodo tangendo, quæ ſcopum collimare uidentur.

Ad tex. in l. quod autem. ff. de in diem addict. l. ſi quis aliam, ff. de ſolut. l. ſi duos, ff. de contrahen. emptio. & alios ſimiles reſpondetur, habere illos ſuam peculiarem rationem: reſolui enim
8 contractum†in totum quandoque, vel ob incertitudinem, vel ob connexitatem, vel ut euitetur abſurdum, & alijs multis modis præcipua quadam cauſa cõſtituitur indiuiduum, ut docet Guliel. Mayne. in l. ea quę, numero decimo, ff. de regul. iur. vbi meminit horum tex. Sed non ſumus
9 in terminis, & in tranſactione fauore†minuendarum litium, non licer ita temere recedere, ut contra tex. in dicta l. ſi quis aliam, not. Bartol. numero ſecundo, ff. de ſolut. neque promiſſio de non
10 impediendo in uſufructu indiuidua † eſt, ut creditur: nam Alber. in §. Cato. num. 46. non loquitur in promiſsione plurium de non moleſtãdo, ſed unius de dando vſumfructum. & Caba. dicta tertia par. num. 262. loquitur, quando unus vendidit uſumfructum, & uenditoris hęredem unus impedit, quod eſt diuerſum a re noſtra per ſupra adductam diſtinctionem, idem Zaſ. in dicto §. Cato, numero 79. tenet in promiſſione de parendo, quæ eſt indiuidua inter hæredes promittentia, ſed ibi num. ſequen. loquitur in iuramento, quod facit obligationẽ indiuiduam etiam quo ad pœnas l. ſi quis maior.

Illud

Illud vero,quod dicitur licere ob alicuius in-
11 obſeruantiam totam euertere † tranſacti con-
uentionem,iure non probatur.Comen.enim ca
ſus in conſil. 179. longe diuerſus eſt , quia ibi
omnes contrauenerant non ſoluendo tertiam
ſolutionem,& pactum aderat,quòd poſſet ingre
di poſſeſſionem terrarum non factis omnibus
ſolutionibus.& Rimin.conſil.419. numero 24.
non compræhendit noſtrum caſum,ſed dicit nõ
teneri ſtare contractui illum,cui non obſeruatę
fuerunt immunitates,ſine quibus non contraxiſ
ſet ipſe.Cabal.in allegata tertia par.num.406.&
437.loquitur, quando vnus hæredum non pa-
ruit tranſactioni, & ita in primo caſu noſtræ di-
ſtinctionis, num.458. illud tantum refert valde
remotum a rę noſtra, quòd actor non poteſt di-
uidere rem partim petendo pœnam, partim pe-
tendo rem,& reus poteſt inſtare quòd aut in to
tum ſtet contractui,aut in totũm recedat. Et ni-
mis eſſet iniquum,quòd cum ex iuris diſpoſitio
ne vnus ex promittentib. per contrafactionem
alterius non poſſit incidere in pœnam, vel dam-
num pati, vt ſupra fuſiſſime oſtenſum eſt,poſſet
ſtipulator recedere a contractu etiam in perni-
ciem obſeruantis & illi ſuum ius quæſitum au-
ferre contra regulam,cum quid una via,cum ibi
notat. de regul.iur.in ſexto,& contra alieam iu-
ris regulam,qua cautum eſt, nõ debere aliquem
alterius odio prægrauari.cap.non debet aliquis,
eodem tit.& lib.

Adeſt etiam alia principalis concluſio, utiq;
12 nõ admittenda,quę eſt ob clauſulam, † quę om-
omnia & ſingula promiſerunt,&c.teneri ſub pœ
na commiſſionis in totum non obſeruantem
partem aliquam:namque hoc ſoli obeſt contra-
uenienti, non alijs,nec Spec.in tit.de arbitr.§.ſe
quitur. uer.quid ſi plura,loquitur , quando plu-
res ſe obligauerunt, & appoſuerunt illam clauſu
lam,ut unus teneatur pro alio: ſed quando pro-
mittens defecit in vno,quærit an teneatur in to
tum ad pęnam, & idem in eadem quæſtione ſcri
bit Aret.in l.quinta.§.ſi ſortem.ff.de uerborum
obligat. & hoc nec verum eſt in compromiſſo :
13 † nam Imola in dicto §.ſi ſortem,in colum.fi. in
ver.in gloſ.ſuper verbo, non dicit illud ad quod
allegatur, ſed potius tenet contra Ray. qui cre-
debat , quòd ſi dicatur quòd ſimul pronuncie-
tur de omnibus, vno deficiente,alij teneantur ,
& omnes ibi tenent contra gl.in uerbo,ſi vnus,
in primo caſu.Caſtren.etiam conſi.176.in ſecun
do,incidit in noſtram opinionem,nam loquitur
de uno promittente,non obſeruante omnia ca-
pitula:ſed ſecus,ſi una perſona non obſeruat,vt
teneantur alij, & eodem modo poſſum reliquas
euitare deciſiones,ſed hæc ſufficiunt , tum quia
ſumus in claris , tum quia clarius etiam fortaſſe
idem demonſtrarunt alij clariſſimi viri . Laus
ſanctiſsimæ Virgini.

Claud. Bertaza.

ARGVMENTVM.

An mulier ciuis originaria alibi nupta remaneat ciuis , & tanquàm forenſis non excludatur a ſtatuto ſuæ ciuitatis?

Quid ſi ſtatutum exigat ut ſuſtineantur onera an ſufficiat ſuſtinere habitu?

Monaſterium , an excludat agnatos in bonis, quibus ingreſſum non ceſsiſſe eſt uériſimile tanquàm conſtitutis in ſpe remota.

S V M M AE.

1 *Monaſterium ſuccedit agnato ingreſsi.*

2 *Hæres debet habere poſſeſsionem bonorum,licet auocatam a Principe.*

3 *Qualitas eſt probãda ab eo,qui illam allegat.*

4 *Mulier nupta ſubdito,non excluditur a ſucceſsione tanquàm forenſis.*

5 *Ciuis originaria nubens extra territorium, remanet ciuis.*

6 *Ciuis non poteſt ſuam propriam originem mutare,nec illi renunciare.*

7 *Mulier alibi nupta, non mutat originem quo ad omia, ſed in his tantum per quæ poſsit diſtrahi a ſeruiiis viri.*

8 *Statutum de non alienando in forenſem, non requirit,vt ciuis,& ſubiectus ſit, & ſuſtineat etiam onera.*

9 *Contra conſuluit Caſtr.& Cardin. & in quibus caſibus procedant illorum conſultationes.*

10 *Ciuis originaria alibi nupta , ligatur ſtatutis loci originis.*

11 *Ciues alibi habitantes poſſunt cogi ad onera perſonalia in loco ſuæ originis,non autem mulier alibi nupta.*

12 *Secus autem eſt , ſi vidua ſit , licet alibi habitet.*

13 *Et quomodo in hac re procedat opinio Bart. Fely.& aliorum.*

14 *Habitatio non eſt neceſſaria de eſſentia ciuilitatis.*

15 *Ciuis originarius, ſi habitu onera ſuſtinet,poteſt ſuccedere in ſua ciuitate non obſtante ſtatuto.*

16 *Et ſat eſt, quòd illius fratres, vel agnati ſuſtineant.*

17 *Ciuis originarius propriè & ſtrictè comprahenditur in materia ſtatutaria.*

18 *Declaratio ſumitur ex vna particula ad totius ſtatuti diſpoſitionem.*

19 *Statutum de non alienando in forenſem, non vendicat ſibi locum in bonis eccleſiaſticis, & emphyteuticis.*

20 *Et eſt odioſum, correctorium, & ſtrictiſsimè interpretandum.*

21 *Et ſi loquatur de alienatione ſolum, non vendicat ſibi locum in hæredis inſtitutione, vel ſucceſsione ab inteſtato.*

22 *Statutum Caſtri non ligat dominum ipſius Caſtri.*

23 *Statutum non ligat mulierem oriundam alterius ciuitatis.*

24 *Statutum de bonis ingredientium monaſterium, non valet tamquàm prohibens vitam contemplatiuam.*

25 *Statuti diſpoſitio ceſſat, ceſſante illius præſuppoſito.*

26 *Spes, de qua in ſtatuto de bon. ingred. monaſter. debet eſſe fundata in iure de præterito, vel de præſenti.*

27 *Non cum agnatus agnati ſucceſsionẽ ſperat.*

28 *Poſſeſſorii cauſa non debet retardari per exceptionem requirentem altiorem indaginem.*

29 *Etiam quod dubium non ſit facti, ſed iuris.*

CONSILIVM LV.

In Domino confido.

CVm Illuſtres & Nobiles, Domina
Eleonora de Campegijs, mater;
& Domina Laura, ſoror olim Illu
ſtris Marchionis Herculis de Cõ
trarijs, nobilis Ferrariæ, & mona-
ſterium ſancti Antonij huius ciuitatis ex perſo-
na Vener. Domnæ Dianæ etiam ſororis dicti
quondam Dom. Marchionis, profeſſæ in dicto
monaſterio, ſucceſſerint ab inteſtato hæredes ip
ſi Dom. Marchioni ex iuris communis diſpoſi-
tione, ut in authen. defuncto, C. ad Tertul. &
1 in corpore, unde ſumitur, etiam † in monaſterio
eſt text. in l. fin. §. primo, C. de epiſcop. & cler. &
habetur in authen. ingreſſi, C. de ſacroſan. eccle.
& probatum fuerit, eas eſſe tales, auocatio, ſeu
ſequeſtratio poſſeſſionis bonorum ipſius hære-
ditatis uenit reuocanda, & poſſeſſio ipſa eſt ad-
mittenda, & relaxanda ipſis hæredibus, cum hæ-
res ſit conſtituendus bonorum poſſeſſor defun
cti illique competat, vel interdictum quorum
bonorum, vel officiũ Iudicis, aut quodlibet aliud
remedium poſſeſſorium, ut in terminis in auoca
tione poſſeſſionis facta per Principem in eadem
2 cauſa † conſuluerunt Soc. iun., conſilio 75. nume
ro 9. & ſequen. primo uolum. & Rolan. a Val. in
conſil. primo. num. 45. & ſequen. primo uolum.
& plures citantes ſequuntur Moder. Mirand. in
tract. interd. quorum bonorum, num. 518.

Et licet Illuſtris Domina Lucretia Pia, uti aſ-
ſerta cognata, uel attinens in tertio, vel quarto
gradu d. quon. Illuſtri Marchioni prætendat di-
ctam poſſeſſionem ſibi eſſe relaxandam, uti pro-
ximiori, eius prætenſio uana eſt, cum conſtet,
matrem & filias illam excludere, ut ſupra.

Sicut etiam non obſtat, ſi per eam opponere
tur, ipſas Illuſtres Dominas eſſe incapaces, cum
non habitauerint tẽpore mortis dicti Marchio-
nis in ciuitate Ferrariæ, & onera realia, & perſo
nalia non ſubierint: vnde quo ad bona immobi-
lia nõ uideantur poſſe admitti ad ſucceſſionem
& eis excluſis, illa tanquàm proximior veniat ad
mittenda, ut in ſtatuto noſtro, quod non fiat
tranſlatio rerum immobilium in forẽſes, &c. pa-
gi. 2. verſic. ubi tamen prædicti. monaſterium ue
ro prædictum excludi uideatur a ſtatuto de bo-
nis ingredien. monaſterium.

Quia quo ad primum ſtatutum primo nega-
mus has Illuſtres Dominas eſſe tales, quales for
3 te aſſeruntur ex aduerſo, quę qualitas fuiſſet † pro
banda; Dec. conſ. 661. num. 4. & Plot. in conſilio
108. uerſ. 38. num. 82. in 1. uolum. conſil. crimin.
primo impreſſorum.

Præterea, quatenus id fuiſſet probatum, atta-
men dicitur quo ad dictam Illuſtrem matrem ip
ſam non fuiſſe, vel eſſe forenſem, ex quo fuit nu
pta ciui, & nobili Ferrariæ Illuſtri Com. Alfon-
ſo de Contrarijs, & adhuc ut uidua cenſetur eſſe
In eodem matrimonio, & effecta fuit ciuis huius
ciuitatis, l. penul. ubi omnes, ff. de iuriſdictio. om
4 nium iudic. Et quòd nupta † ſubdito non exclu-
datur a ſucceſſione in caſu huiuſmodi ſtatuti, tra
dit Plot, In dicto conſilio 108. uerſic. 57. numero
116. & ſeq. ubi id etiam ampliat, & Burſ. conſ. 8.
num. 32. in fi. & num. 33.

Quo vero ad Illuſtrem Dominam Lauram,
quæ nata fuit in hac ciuitate, & ex parente origi
nario, minor eſt difficultas, quia non excluditur
a d. ſtatuto ciuis originarius, quinimo ſtatutum
ipſum tacite illum admittit, vt inferius oſtende-
tur, nec licet ciuis originaria nubat extra ciuita
5 tem forenſi, cenſetur forenſis, ſed remanet † ci-
nis l. 1. C. de mulic. & in quo loco, lib. 10. Bal. cõ
ſil. 310. ad euidenriam, num. 7. 3, voium. & conſ.
139. num. a. 5. volum. & ciuis originarius ſequi
tur

6 tur ſuam propriam originem,quam† nec muta-
re, nec illi tacite vel expreſſe renunciare poteſt,
l.aſſumptio,in princ. ibi, neque recuſando quis
patriã ex qua oriũdus eſt,ff.ad Municipal. Co-
men.conſilio 177.colum.3. verſic.nouiſſime, &
Boer.deciſione 13.num.3.quo fit, vt ipſa poſſit
acquirere,& ſuccedere in territorio, non obſtã
re ſtatuto prohibẽte exterum vel forenſem poſ-
ſe acquirere,cum non mutet originem quo ad
7 omnia, ſed in his tantum,per quæ† poſſit diſtra-
hi a ſeruitijs viri,ut Bar.trad. in l.fi.§.item reſcri
pſerunt,mulieres.nume.5. ff.ad Municip. quam
ſententiam ſequuntur Alex.& alij,in d.l.pen.ff.
de iur omnium iudi.Caſtr.in l.rei iudicatæ, §.fi.
num.7.ff. ſoluto matrimo. Alex.qui dicit illam
gaudere benefi.ſtatuti loci originis , etiam pa-
tris,nedum propriæ,in conſil.20.viſo proceſſu
in fi.2.uol Idem ẽt ſequitur Campeg.in tract.de
dot.ult.par.q.71.ꝙd ſi in loco,Fely.in c.ſup eo,
lib.2.nu.2.in fi.de teſtib,Io.de Ami.conſ.20.nu.
1.& 2.& Ioan.de Platea in l.pen.nu.1. C.de mu-
nicip.& origi.lib.10.Brun.in tracta.quod ſtanti-
bus maſcul.fęmi.non ſucced.6.artic.q.1.nu.26.
& hanc etiam opinionem tenuit Rui.conſ.49.
num.9.3.volum.ubi reijcit Caſtr.tenentem con
trarium,quam etiam admittit in conſil.112.nu.
10.in 5.volum.& quam tenet Burſat.d.conſil.8.
d.num.32.& 33.Plot.d.conſi.108.nu.33.& 39.
Petrus Ant. Anguſ.conſil. omnium vlt.num.4.
* quam opinionem dicit communem* Alb.in cõ-
ſil.23.num.11. & eam tenet Rolan.a Val.in tra-
cta.de lucro dot.q.22.num.14.& 27.& admittit
Bero.conſil.154.num.2.in 5.Hanc etiam opinio
nem tenuit in terminis Alcia. conſ.50. 4.dubi-
tatione,num.13 .li.9.alias 499.num.7.ubi quod
non excludatur a ſtatuto uti forenſis, vel non
ſuppoſita, quam etiam tenet in fortiori caſu Ce
phal.conſil.13.num.45.& nouiſſime Dom. Pro
ſper Paſet.in conſil. 163.num.1.& ſeq. Idem te-
net Iul. Ferret. in tracta. de Gabel. & publica.
numero 587.& ſeqq.& num. 589. dicit quod
niſi ſtatutum expreſſe loquatur de tali origina-
ria non excluditur.

Quæ ſententia tanto clarius procedit, ex quo
ſtatutum noſtrum non exigit copulatiue, quòd
ad hoc ut quis non excludatur debeat eſſe ciuis
ſubiectus,& ſuſtinens onera,ſed diſiunctiue,uel
alternatiue,quod non poſſit fieri alienatio in fo
renſem,uel non ſubiectum,vel non ſuſtinentem
onera,vnde ſufficit quod alienatio ſit facta ciui,
8 vel ſubiecto,vel ſuſtinenti† onera, vt declarat Ri
mi.in conſil.434. num.7. Burſat.in conſilio 36.
verſ.5.& Paſetus d.conſil.163.num.2.& 3.& ſe
quen.& quod ſufficiat, quem eſſe ſubditum, li-
cet onera non ſuſtineat, in hoc ſtatuto uoluit
Soci.iun. conſilio 8. num.14. 15. & ſequen.in
tertio uolumine.

Et licet ſciam contra hanc partem in his ter
9 minis fuiſſe† conſultum per Caſtr.in conſil. 89.
poſſet quis,nu.2.& 3.2.uolum.& Card. in con
ſil.135.Titius.& plures eos ſequuti ſunt:nihilo-
minus propter illorum auctoritatem non rece-
do ab hac opinione,tum quia in caſu Caſtr.ſta-
tutum copulatiue loquebatur, prohibens alie-
nationem in non ſubditum, uel non ſubeuntem
onera,& hic loquitur alternatiue,ut ſupra, tum
quia ipſe Caſtr.mouetur falſa ratione, quod mu
lier alibi nupta non ſit ſubdita proprie,nec ſuſti
nebat,vel poterat ſuſtinere onera perſonalia,vel
10 miſta,cum immo ipſa originaria ligetur † ſtatu-
tis loci originis,Saly.in l.1.C.de ſumma trinit.
& fide catho.colum.pen. num.15. Corn.conſil.
202.num.4.& num.12.2.colum.in 2.Brun.d.6.
art.num.26.Capra conſilio 21.num.10.Bero.d.
conſil.154.num.2.2.uolum. Soci.conſil.79.nu.
6.& ſeq.4.uolum.Rui.qui etiam in ſpecie Caſt.
reprobat,d.conſil.49.num.9.10.Alcia. conſil.4.
num.6.& conſil.10.num.4.& ſeq.lib.2.& Paſet.
d.conſilio 163.in prin.& potuerit etiam cogi ad
onera miſta.& realia,ſi bona immobilia poſſedif
ſet in hac ciuitate vel territorio ex ſtatuto no-
ſtro quod bona immobilia pro oneribus ſint
obligata, & fol.92. ſicut potuiſſet etiam cogi ad
perſonalia,ſi non fuiſſet in ſeruitio viri,quemad
modum poſſunt cogi ciues originarij alibi ha-
11 bitantes† in loco ſuæ originis,Gugliel.de Cun.
in trac.de muner.nu.11.Pet.Antibo.eo.& conſi
ſimili tracta.2.par.in prin.num.7.& 7.Petrus de
Vbal.in tracta.collect.16.q.num.31.tum etiam
quia reſpectu perſonalium,cum iam obijſſet uir
eius,potuiſſet cogi in hac ciuitate ad illa ſoluen
dum, cum ceſſaret ratio illa,quod a ſeruitijs viri
diſtrahi non poſſet, ad quæ tenetur etiam alius
12 ciuis originarius† alibi habitans,l.1.& 2. C. de
municip.& origi.lib.10.Bart in d.l.aſſumptio,§.
1.ff.ad municip.Rui.conſil.120.nume.2. & 5.4.
uolum. quo caſu non loquitur Caſtr. qui fun-
dat ſe in matrimonio,quod durabat,& impedie
bat mulierẽ illam poſſe cogi ad munera,tametſi
quæſtio iſta de muneribus perſonalibus in caſu
iſto ſit ſuperflua, cum in hac ciuitate mulieres
ad nulla onera perſonalia cogantur,uel tenean-
tur,quod unquam ſciuerim.

Conſilium etiam Cardinalis præallegatum a
multis receptum minus obſtat uictorię noſtræ,
ſi quidem diuerſi ſunt termini illius ſtatuti,ſuper
quo ipſe conſuluit,a caſu noſtro,& terminis no
ſtris:in illo enim ſtatutum exigebat quod ut q̃s
admitteretur ſuſtineret onera, & realiter, & de
facto cum communi. unde eo caſu exigebatur
actualis obſeruantia facti, qua ratione ceſſante,
ceſſat eius deciſio.l.quod dictum,ff.de pact.cap.
13 cum ceſſante, de appellat.& ita in alijs † caſibus
procedit deciſio.Barto.in dicto.§.item reſcripſe
runt,ut declarat Fely.in d.cap.ſuper eo.& in c.
1.num.31 in fi.de ſponſal.& Ferrat.caut.29.nu
mero 4.& certe,ſi recte inſpiciamus ſtatutum ip
ſum,& penitus conſideremus verba, & mentem
eius,

cius, proculdubio conſtabit, ſtatuentes nunquã
intellexiſſe velle excludere ciuem originarium,
licet alibi habitantem a ſucceſſione vel acquiſi-
tione bonorum.

Nam primo prohibet alienari forenſi, & hic
ſumus in ciue, & exinde ſequitur, vel habitatori
ciuitatis Ferrariæ vel alterius ciuitatis vel loci
non ſubiecti ſtatutis, & ordinamentis commu-
nis, & hic etiam non poteſt compræhendere ci
uem originarium, qui (vt ſupra oſtenſum eſt) eſt
ſubiectus, licèt alibi habitet, & ſubinde adijcit,
uel non ſuſtinenti onera realia, & perſonalia in
ciuitate vel diſtrictu Ferrariæ, quæ qualitas re-
fertur ad habitatorem tantum, nõ ad ciuem ori
ginarium, nec vt quis poſſit acquirere, vel ſucce
dere exigitur copulatiuè quod ſit ciuis ſubie-
ctus, & onera ſuſtineat: cum licèt non ſit ciuis,
ſed tantummodò habitator ſubiectus, uel ſuſt-
nens onera ſufficiat, ut Rim. Paſet. & alij ſupra
citati in his terminis declarant. Et ſi opus eſſet
concurrere omnes qualitates, & præſertim illã
onerum ſolutionem, uix aliquis ciuis etiam habi
tãs poſſet acquirere, cum innumeri ſint, qui one
ra aliqua perſonalia nõ ſubeunt, ſed innumerabi
liores, qui cum non habeant bona aliqua, non
poſſunt ſuſtinere realia, & tamen copulatiue
exigitur quod utraque ſuſtineant, realia, & per-
ſonalia, qui tamen omnes ſine ſcrupulo admittã
tur ad acquiſitiones, & ſucceſſiones ipſas, ex
quo ſunt originarij ciues & ſubiecti, licèt onera
non ſubeant, cum ſatis ſit quod habitu, & potẽ
tia ſint habiles ad ſuſtinendum, & ad ea cogi poſ
ſint: ſicut enim de eſſentia ciuilitatis non eſt ne
ceſſaria habitatio ciuis in ſua ciuitate, ut in no-
14 ſtro ſtatuto † Ferrariæ uoluit Alex. in conſilio
157. viſo inſtrumento, num. 13. & ſeq. 2. uolum.
ita in ciue originario, ut gaudeat beneficio ſtatu
torum, non eſt neceſſe quod ſubeat munera, ut
Bar. trad. in tract. repræſal. 5. q. num. 4. & propte
rea ſufficit quod habitu ſuſtineat, ut uidetur ẽt
admittere Caſtr. in d. conſilio, qui ideo motus
fuit ad conſulendum contra illam mulierem,
quia ſupponebat eam habitu, & potentia non
poſſe ea ſuſtinere, quod in caſu iſto ſalſum eſt,
nec etiam in ſuo omnino verum erat.

Et quod ſufficiat habitu ſuſtinere onera, ut
15 ciuis originarius admittatur, † concorditer con
ſuluerunt ſeptem illius temporis excellẽtiſſ. Do
cto. Antonius de Butr. Franc. Zabar. qui eſt Car
din. qui conſuluit aliter propter diuerſitatem ſta
tuti, ut ſupra Pet. de Anch. Flor. de San. Petro,
Saly. Benedict. de Plumbi. & duo alij illic in ſub
ſcriptione nominati, in caſu ſtatuti Veronæ ad
fauorem originariorum alibi habitantiũ, qui nõ
ſuſtinebant onera, & factiones cum communi,
vt copulatiue exigebat ſtatutum. in 1. colum. ip-
ſius conſilij inter conſilia Fulgoſ. conſilia 101.
præſuppoſito, colum. fin. verſi. præterea ſtatutũ.
idem etiam, quod habitu ſufficiat ſuſtinere one
ra, tenet Alex. in d. conſil. num. 13. in fi. Soci. in
rub. ff. ſoluto matrimo. num. 33. Dec. conſilio
288. num. 10. in fi. quod admittit etiam Rui. con
ſil. 59. num. 5. in 3. & idem in ſtatuto noſtro ſcri-
bit Soci. iun. conſil. 18. num. 14. 3. colum. quod &
ad propoſitum tenuit etiam Paſet. d. conſil. 163.
numero 13.

Quinimmo hoc caſu cum alij de domo, &
agnatione nobilium de Contiarijs onera huiuſ
modi ſuſtinuerint in hac ciuitate, & præſertim
16 † fratres ipſius Dominæ, ſat fuiſſe videtur, ut
per Bar. in l. cum ſcimus, num. 3. C. de agri. & cen
ſi. lib. 11. quod uoluerũt ẽt d. ſeptẽ conſulentes
in d. conſil. 101. Socin. conſil. 292. colum. 2. ver
ſic. 1. reſponſio, 2. volum. Bertr. in conſil. 51. nu.
3. & 4. 2. par. 1. volum. Boer. deciſione 272. nu.
2. & Soci. iun. conſi. 7. num. 15. 2. uolum. & licèt
Soci. in d. rubrica, num. 32. & aliqui ex moder.
uoluerint reſtringere hanc Docto. ſententiam,
quando agnati vel attinentes, qui remanſerunt
in ciuitate, ſuſtinuerunt onera etiam pro abſen
tibus, cum bona ſint communia, tamen eorum
reſtrictio contradicit omnino dictis deciſioni-
bus Doc. qui expreſſe loquuntur, quando abſen
tes nulla habebant bona in ciuitate, uel commu
nia, uel propria, quia alias quæſtio eſſet indubita
bilis, præter id quod cum ipſa illuſtriſſ. Domi.
Laura habeat etiam dotem ſuam in his bonis re
lictam a patre ſcutorum octomillium, quæ nun
quam ſibi fuit ſoluta, ſatis etiam dicitur fuiſſe ſo
luta onera pro ſuis bonis per fratres.

Concludo itaque, quod cum ipſa ſit ciuis ori
ginaria nata in hac ciuitate, quæ proprie, & ſtri-
17 cte compræhenditur † in materia ſtatutaria, ut
Bald. trad. in auth. & omnino, num. 12. uerſic. itẽ
dubitatur. C. ne uxor pro marito. & in 2. tam cõ
ſiliorum crimina. poſt. conſilio 7. Cruſſitus Ca-
nutus non excluditur uel excludi poteſt a dicta
ſucceſſione.

Quod etiam ex nonnullis declarationibus ip
ſius ſtatuti colligi poteſt, & comprobari: nam
18 declaratio † ſumitur ex una particula ad totius
ſtatuti diſpoſitionem, ut tradit Rim. in conſilio
434. num. 7. & ſeq. Alcia. conſil. 21. num. 2. & ad
propoſitum, in hoc ſtatuto Soci. iun. dicto conſi
lio 18. num. 16. & ſeq.

Nam ſtatutum ipſum in uerſic. declarantes di
ſponit, quod ciues ex priuilegio, & nati extra ci
uitatem & diſtrictum ex ciuibus originarijs,
non cenſeantur capaces, niſi fecerint ſe allibra-
ri in æſtimo, & in ciuitate vel diſtrictu habitaue
rint tempore acquiſitionis & poſtea perſeuera-
uerint per quinquennium ſuſtinen. onera realia,
& perſonalia. ſi igitur dubium erat, quod in eo
ſtatuto non compræhenderentur ipſi ciues ex
priuilegio, qui longe diſtant ab originarijs, ut
notiſſimum eſt, nec etiam nati ex ciuibus origi-
narijs alibi habitantes, et propterea fuit facta
talis declaratio, quanto magis dicendum eſt ſta

tuen-

tuentes ſenſiſſe in ea diſpoſitione ſtatuti, & illius
prohibitione non compræhendi ciuem origina
rium origine propria, de quo nullum verbum
fecerunt? Quod apertius etiam probatur ex
verſi. ſubſequenti, exceptis tamen aſcẽdentium
& deſcendẽtium ſucceſſionibus, quarum natos
ex ciuibus originarijs capaces eſſe uolumus, cũ
enim ſtatuentes declarent filios originariorum
alibi natos, de quibus ſupra fuit diſpoſitum, ſuc
cedere in hæreditatibus aſcendentium, & exci-
piãt eos a prohibitione ſtatuti, iſta declaratio, &
exceptio declarat quod in illa prohibitione cõ-
præhenduntur filij originariorum, q. ſunt nati in
ciuitate, & ſic ſunt ciues originarij, origine tam
paterna quàm propria: nam eſt regulare quod
exceptio declaret regulam in caſibus non exce
ptis, l. nam quod liquide, ff. de penu lega. tradũt
Doct. in l. 1. d. de reg. iur. ubi Cagnol. nume. 27.
& ſequen. & hęc reſpectu bonorum allodialium
in ciuitate, & territorio Ferrariæ exiſtentium.

Quo uero ad bona emphyteutica, uel feuda-
lia ab eccleſia recognita, dubium non eſt quin
ipſę Illuſtres Dominæ tanto magis ſuccedant,
cum ex diſpoſitione iuris communis ſuccedãt,
ut in bulla Bonifaciana in ſtatutis regiſtrata, fo-
lio 103. ſecunda facie, in prin. & in declaratio-
nibus ipſius diſponitur, illam omnino ſeruandã
eſſe, pro ut loquitur.

Nec ſtatutum prædictum quod non fiat trãſ
latio, & ext. in caſu ſucceſsionis ab inteſtato re-
ſpectu horum bonorum diſponit, ſed tantum-
modo in caſu alienationis factæ, quo caſu ea
applicata ipſis eccleſiis, ultra quod ſtatutum
hoc in bonis eccleſiaſticis ſibi locum uendica-
19 re † non poteſt, Bar. & communiter * omnes tra
* dũt in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. de quo etiam
per Plot. in dicto conſil. 108. num. 13. Et cum
hoc ſtatutum in hac parte ſit odioſum, & corre
20 ctorium, ſtrictiſſime † uenit interpretandum,
Corn. conſil. 111. litera b. in 4. volum. Curt. ſen.
ſcribens in hoc ſtatuto in cauſa etiam nobiliũ
de Contrarijs, in conſilio 27. numero 11. & Rip.
in capitulo ſecundo, numero 4. primo libro
reſponſorum.

Reſpectu vero bonorum ſitorum in territo
rio Vignolæ & aliorum locorum Ducatus Mu-
tinæ, nulla poteſt eſſe probabilis difficultas, cum
ſtatutum ciuitatis Mutinæ quod in dictis locis
prætenditur ſeruari ſub rubrica de alienatione
immobilium non facienda in forenſes, non pro
hibeat hæredis inſtitutionem, vel ſucceſſionem
21 ab inteſtato, † quo caſu ceſſat ſtatutum Bald. d.
conſilio 310. num. 3. in 3. Comen. conſi. 85. præ
ſuppoſito, in prin. ubi ampliat, & loquitur in for
tiori caſu, Soci. dicto conſil. 292. colum. fi. Soci.
iun. conſil. 163. num. 29. & 30. 2. uolum. Rolan.
conſil 80. num. 32. & ſeq. 3. uolum. & Paſcet. d. cõ
ſil. 163. num. 7.

Quod ex alio etiam ceſſat, quia ſtatutum ip-
ſum vti pęnale, & in volumine ſtatutorum cri-
minalium deſcriptum fuit & eſt ſuſpenſum ex
decreto Principis, nec ſeruatur in ipſa ciuitate,
unde nec etiam poteſt ſeruari in caſtris, tum
etiam quia cum Illuſtres dominæ eſſent de Illu-
ſtri domo ipſius Dom. Marchionis domini illo
rum caſtrorum, non videntur ligari ſtatutis ip-
22 ſorum † caſtrorum, Rui. conſi. 83. colum. fi. in 5.
& Roland. a Val. dicto tracta. quæſtio. 83. num.
10. & ſequen.

Nec etiam obſtat ſtatutum Mutinæ ſub rubri
ca de bonis mulieris nubentis forenſi, in quo
quandoque audiui fieri fundamentum pro par-
te aduerſa, quia non ligat niſi mulierem origina
riam, vel Mutinenſem, vel ipſorum locorum, nõ
autem quæ eſt oriunda alterius ciuitatis, & ubi
uerba non conueniunt, non conuenit diſpoſi-
tio, l. 4. §. toties, ff. de dam. infec. & ad propoſitũ
23 † in ſimili ſtatuto tradit Alcia. in conſil. 1. nu. 11.
& ſequen. lib. 2. ultra quod non ligat mulierem
filiam, uel ſororem domini dictorum Caſtrorũ,
ut ſupra, & reſpectu Illuſtris Domi. Eleonoræ
ceſſat in omnis ſcrupulus, ex quo ipſa fuit nu-
pta territorio, non extra. & hæc quo ad ip-
ſas Illuſtres Dominas.

Quo uero ad monaſterium, dicimus ſtatutũ
allegatum de bonis ingredientium, locum ſibi
* non uendicare, quia omiſſo quod communis *
opinio Doct. eſt ſuper eo quod non ualeat, cum
impediat uitam contemplatiuam, ut in ipſo ſta-
24 tuto licet antiquo † ſcribit Ancha. conſil. 108.
in paucis Alex. in conſil. 139. uiſo themate, in fi.
2. uolum. Feli. in cap. in præſentia, nu. 38. 1. q. de
probat. & tradũt omnes poſt Bar. in l. fin. C. de
pact. ubi Cagno. num. 186. & Didac. Couar. in
repet. cap. quamuis, de pact. in 6. in 3. par. §. 2. nu
mero 4. & nouiſſime Paſetus in conſilijs 30. &
31. Dico quod illud ſtatutum non poteſt ſibi lo-
cum uendicare in hoc caſu, in quo nullum ius
tempore ingreſſus dictæ Do. Dianæ eidem com
petebat, uel ulla ſpes probabilis illi erat huius hę
reditatis fratris, tunc uiuentis: quo caſu cum il-
la tunc temporis non poſſet de his bonis diſpo
nere quæ ex inopinato euentu illi obueniret ob
mortem fratris, ſtatutum ſibi locum uendicare
non poteſt, Ancha. d. conſil. in fi. & cum præſup
25 poſitum ſtatuti † ſibi locum uendicare non poſ-
ſit, nec eius diſpoſitio locum habere poteſt, gl.
Iac. Butr. Saly. & alij in l. mancipia. C. de ſer. fugi.
Dec. conſil. 90. num. 3. Rui. conſil. 83. num. 5. in
5. uolum. & alibi ſępe Doct. Et licèt ſtatutum no
uum loquatur etiam de iuribus uel conſiſtenti-
bus in ſpe, hoc tamen nihil officit, quia debet in
26 telligi de ſpe, quæ ſit fundata † in iure de præte-
rito, uel de præſenti, de qua ſcribit Bartol. in l.
ſpem. C. de don. & in l. qui eũ tutoribus, in prin-
cip. ff. de tranſact. & in l. poſt emancipationem,
§. primo, ubi eſt text. ad propoſitum. C. de libe-
ra. leg. non de illa ſpe, quam Plato ſomnium ui-
gi-

gilantium appellabat:nos vero remotã dicimus, quæ potius eſt ſomnium, uel plantaſia, quã ſpes, vt trad. Alci. in l. cõditionales, ver. vel qui ſpem. ff. de verborum ſignific. & in l. prima, in uer. iniquum, C. de pactis. & ita inter has ſpes diſtinguit Gomes. in tract. ſuper regula cancella. in reg. de non tollendo ius quæſitum, quæſt. 4. num. 12. & ſeq. & de iſta non eſt intelligendum ſtatutum,
27 cum agnatus agnati † ſucceſſionem ſperat, ut in hæreditate fratris ſcribit Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in prima oppoſit. nu. 3. & illic Rip. num. 9. in fi. dicit cum Bar. eſſe communem opinionem. & num. 10. dicit quòd eſt uana ad effectum diſponendi, & Alcia. in d. l. conditionales. de hac igitur non poteſt intelligi ſtatutum, nec in ea uerificari, igitur illius ſucceſſioni non obſt. & ita in his terminis firmat etiam Paſet. in dictis conſilijs 30. & 31. Ex quib. apertiſſimè conſtat, non obſtantibus dictis ſtatutis ipſis Illuſt. DD. & monaſterium ipſum omnino ut hęredes antedictos in dicta hæreditate ſuccedere debere, & poſſeſſionem ipſorum bonorum ſibi eſſe relaxandam, vt ſupra.

Cæterùm, quatenus poſſet ſubeſſe aliqua difficultas ſuper huiuſmodi ſtatutis propter opiniones Doctor. licet ego ingenuè crediderim ceſſare omnem ſcrupulum ex ſupra deductis, cum tamen agatur poſſeſſorio, exceptio quæ obijceretur pro parte ipſius D. Lucretiæ requirens altiorem indaginem, non debet retardare cauſam
28 hanc † poſſeſſorij & expeditionem illius, ut per Soc. iun. d. conſil. 75. & Rolan. d. conſil. 1. qui licet loquantur, quando eſt dubium facti, idem ta
29 men eſt, quando † eſt dubium iuris propter Doctor. contrarietates, & conflictus, Capic. deciſio. 10. num. 18. & 19. Rolan. conſil. 22. nume. 36. & ſeq. tertio uolum. & Cæſar Contard. in l. unica, C. ſi de moment. poſſeſſione fue. appel. limita. 9. num. 50. & ſeq. & limit. 12. num. 6. & ſeq. & num. 19. dicit ita in Rota urbis fuiſſe iudicatum. Quæ cum ita ſint, ſupereſt ut per Clariſs. D. Conſultorem conſulatur Magn. DD. Factoribus aut auocationem & ſequeſtrationem dictæ poſſeſſionis reuocent, & annullẽt, & poſſeſſionem ipſam relaxent ipſis Illuſt. Dominabus & dicto monaſterio hæredibus antedictis, vna cum fructibus ſequeſtratis, & omnibus ſuis iuribus, reſeruato iure ipſi Illuſt. Do. Lucretiæ, uel alijs ius prætendentib. in ipſis bonis in iudicio petitorio. Laus Deo Opt. Maximo.

Barth. Bertaz.

Pro hac parte conſilium adeſt Cepha. 526. pro diuerſa, Riminal. inn. conſil. 351. 352. 353. 354. res nõ eſt iudicio terminata, ſed tranſactione ſopita: nam illuſtris Aduerſaria modica (ſi bona prætenſa reſpicimus) accepta, vel promiſſa pecunia acquieuit.

ARGVMENTVM.

In materia, de qua ſuperius, reſpondetur cõſultationib. in contrarium emiſsis, & tractatur potiſsime de intellectu ſtatuti prohibentis forenſem ſuccedere.

SVMMAE.

1 *Statutum tanquàm ius ſingulare, facit ſibi ius tommune.*

2 *Exceptio, quæ in iure conſiſtit, non poteſt dici requirere altiorem indaginem.*

3 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non admittitur in remedio quorum bonor. vel offic. iudi.*

4 *Et quæ in continenti probari non poteſt, eſt reſeruanda, & non debet admitti.*

5 *Et in poſſeſſorio eſt reſeruanda, ſi eſt probabile dubium iuris.*

6 *Res autem dubia eſt, cum hinc inde ſunt opiniones.*

7 *Dubium iuris probabile æquiparatur dubio facti.*

8 *Hinc valet ſententia lata contra tale ius, & tale dubium excuſat in præſcriptione.*

9 *Compromiſſum poteſt fieri de iure dubio, licet non poſsit fieri de iure.*

10 *Dubium iuris, ſi habet admixtum dubium facti, tanto magis admittitur pro dubio facti.*

11 *Statutum derogat iuri communi, ſi eſt apertum, & clarum.*

12 *Dubium iuris, quale ſit non admittendum in poſſeſſorio, eſt iudici arbitrarium.*

13 *Et quando ſit valde dubium?*

14 *Ciues originarii eant quò vellint, non poſſunt amittere aut mutare propriã originẽ.*

15 *Et non deſinunt eſſe ciues, & ſubditi quo ad onera ſuſtinenda.*

16 *Et tenentur ſubire onera, etiam perſonalia in loco originis, et naſcuntur quodammodo hypothecati patriæ.*

17 *Et quando in loco habitationis etiam onera imponũtur, ciuitas originis eſt præferenda.*

18 *Et poteſt cogi ad habitandum in ſua originaria ciuitate.*

19 *Et ſi delinquit in eam, tenetur crimine læſæ maieſtatis.*

Ha-

20 *Habitatio non eſt neceſſaria, vt quis dicatur ciuis.*
21 *Et abſens etiam per mille annos, retinet domicilium originis.*
22 *Declaratio ſtatuti deſumitur ex parte ipſius ſtatuti.*
23 *Et ex reſeruatione & exceptione ipſius ſtatuti.*
24 *Et reſtringitur ad veriſimilia.*
25 *Et quando ſit proprie declaratio, nec dicatur noua conſtitutio.*
26 *Excluſio vnius, eſt alterius incluſio.*
27 *Exceptio declarat regulam in ſtatutis.*
28 *Ciuilitatis origo potentior eſt quam cauſata ex priuilegio.*
29 *Statutum magis ab alio quam iure communi interpretationem ſumit.*
30 *Ciuium originariorum filii minus habent ius in ciuitate patrum, quam ipſi patres.*
31 *Abſurdum vt euitetur, verba etiam generalia ſunt reſtringenda.*
32 *Exceptio, quæ facta eſt regulæ exorbitans a iure communi, eſt late interpretanda.*
33 *Domicilii forus eſt attendendus.*
34 *Domicilium originis eſt immutabile.*
35 *Ciuis originarius vt poſsit ſuccedere, debet etiam eſſe ſubditus & ſuſtinere onera realia & perſonalia.*
36 *Nec poteſt conueniri, niſi reperiatur in loco originis exempla extranei.*
37 *Subditi dicuntur, quibus onera indici poſſunt.*
38 *Copulatiue non dicuntur qualitates concurrere, quando tendunt ad diuerſum finem.*
39 *Diſiunctiua non ſemper retinet ſuam naturam.*
40 *Originarius an non poſsit conueniri in loco originis, niſi ibi reperiatur.*
41 *Ligatur tamen ſtatutis*
42 *Statutum ligat originarium deliquentem extra illius territorium, ſi hoc expreſſe diſponat, & in alienatione prohibita, non autem in ſucceſsione.*
43 *Statutum Ferrariæ de non alienan. in forenſ. verſic. declarantes, quomodo ſit intelligendum?*
44 *Et an intelligatur de filio, cuius pater ſuſtinet onera.*
45 *Aeſtimum patris, eſt æſtimum filii.*
46 *Nati ex originariis dicuntur illi, qui immediate naſcuntur, non ſi ex filiis vel nepotibus alibi natis.*
47 *Ciuium originariorum appellatione veniunt illi, qui extra territorium in itinere caſu nati ſunt.*
48 *Statutum de prohibita alienatione in forenſes, merito admittit filios ad ſucceſsionem ciuium, & de intellectu latè huius ſtatuti in hac parte.*
49 *Ciuis originarius vt non prohibeatur ſuccedere ex ſtatuto, ſufficit ſuſtinere onera habitu, ſi non actu.*
50 *Et ille ſi non eſt allibratus, ſufficit quod aliquis de illius agnatione ſuſtineat onera, & maxime ſi habeat ius reale in territorio.*
51 *Hyppothecaria actio, eſt actio realis*
52 *Dos ſoluenda, non debet ſolui in pecuniis, ſicuti dos reſtituenda ex ſtatuto.*
53 *Bona dicitur habere, qui habet actionem ad bona, & qui habet etiam bona, quę poſſunt recuperari.*
54 *Actio competens ad immobilia, cenſetur quid immobile, & ſine decreto alienari non poteſt.*
55 *Bonorum appellatione, veniunt iura, & actiones.*
56 *Ciuis originaria nupta forenſi, retinet originem & iura patria.*
57 *Et ſtatutis originis ligatur.*
58 *Illorumque beneficio gaudet, et ſtatutum originis præualet.*
59 *Et non excluditur a ſucceſsione in patria ſua tanquam forenſis.*
60 *Et non eſt excludenda, niſi expreſſe ſit excluſa a ſtatuto.*
61 *Et licèt acquirat forum viri, & domicilium.*
62 *Mutatio tamen domicilii non facit illam forenſem.*
63 *Non videtur tamen ſubdita ex opinione Caſtr. & maxime, quia non poteſt cogi ad perſonalia.*
64 *Sed opinio Caſtr. eſt falſa, & multi illum reprehendunt.*
65 *Et contrarium tenuit ipſe legendo.*
66 *Mulier quo ad tria tranſit in poteſtatem viri,*

ri, in reliquis eſt libera.

67 *Conſuetudo prouinciæ attenditur in oneribus ſubeundis.*

68 *Mulier habet priuilegium, cum ſit alibi nupta, vt non teneatur ad onera in ciuitate originis.*

69 *Nec ob hoc debet excludi a ſucceſsione, ne priuilegium hoc in eius damnum redundet.*

70 *Et quomodo habeat locum opinio Barto. in §. idem reſcripſerunt, & debeat mulier vel per ſe, vel per alium ſuſtinere onera.*

71 *Et an ſit ſubdita ſimpliciter, an quo ad quædam.*

72 *Et mutat domicilium ex cauſa neceſſaria.*

73 *Conſenſus alicuius, qui requiritur ex ſolemnitate, præſumitur præceſsiſſe ex lapſu temporis.*

74 *Ciuis vt ſuccedat ex ſtatuto, an neceſſe ſit vt actu ſuſtineat etiam onera realia & perſonalia.*

75 *Et quando exigat ſtatutum quod de facto, & realiter fiat.*

76 *Et quid in muneribus perſonalibus, ſi ciuis ſit mulier alibi nupta?*

77 *Mulier alibi nupta, tenetur ad onera ſuæ ciuitatis, modo non teneatur deſerere ipſum virum.*

78 *Vidua defuncto viro, an eiſdem, & quibus priuilegiis gaudeat.*

79 *Et ſoluto matrimonio mulier, & illius bona reguntur ſecundum ſtatuta ciuitatis propria.*

80 *Mulier facta vidua non rediens in patriam, non amittit tamen priuilegia illius.*

81 *Ciuis originarius alibi habitans, non amittit tamen priuilegia ciuitatis.*

82 *Mariti & vxoris diuturnam ſeparationem lex non admittit.*

83 *Allibratio facta de hærede poſt delatam hæreditatem, an proſit.*

84 *Et prodeſſe, multorum eſt opinio, etiam ſi traditio fuerit ſubſequuta ante allibrationem.*

85 *Statutum de bonis ingredientium monaſterium Ferrariæ, an ſit validum.*

86 *Et an valeat conſtitutio, quod non poſſit refricari illius validitas.*

87 *Confirmatio ſtatutorū intelligitur de validis.*

88 *Et idem eſt dicendum de decreto.*

89 *Spes, de qua in ſtatuto, an debeat habere ſolum cauſam de præterito, vel de præſenti? & qualis debeat eſſe?*

90 *Et qualis ſit ſpes inanis, & nullius conſiderationis?*

91 *Et quomodo illa, quæ inanis eſt, non poſſit computari inter bona.*

92 *Nec poſſit dici ius.*

93 *Verbum diſponere, proprie conuenit vltimæ voluntati.*

94 *Spes, quæ eſt probabilis & fundata, dicitur eſſe in bonis noſtris.*

95 *Succeſsionis ius non acquiritur illi, de cuius ſucceſsione agitur.*

96 *Monaſterium ſuccedit deficiente agnatione, licèt ingreſſus fecerit renunciationem conſeruandæ agnationis gratia.*

CONSILIVM LVI.

In Domino confido.

Subtilia ſunt, & copioſa motiua, excitata per Clariſſimum Do. Conſulentem, aduerſus Illuſtrem Do. Lauriuam de Contrarijs, & Monaſterium Sna. Antonij Ciuitatis Ferrariæ, & prima facie multum vrgere videtur. Verum ſi penitus inſpiciantur, & rectè ponderentur, nihil obſtare victoriæ ipſius Illuſtris Matronæ, & dicti Monaſterij, apertiſſime conſtabit. Cæterum quia plura dubia aliqualiter confuſe propoſita ſunt, quę egent longa diſcuſſione, operæpretium eſt, ut ueritas dilucidetur, & aperte cognoſcatur, quæ nam partium ius habere in his bonis prętendentium iuſtitiam foueat, ſingula dubia ſigillatim examinare diſcutere ac reſoluere.

Primum igitur erit dubium, an in hoc iudicio poſſeſſorio ſit relaxanda poſſeſſio ipſis agentibus ad reuocationem ſequeſtri de ea facti, ex quo in continenti de exceptione dominij, & iurib. Illuſtris Dominę Lucretiæ aduerſariæ, non conſtat, nec conſtare veriſimiliter poteſt, propter probabile dubium iuris, & forſan facti.

Secundum, admiſſo quod de iuribus utriuſq; partis agendum ſit, an ſtatutum Ferrariæ, quòd non fiat tranſlatio rerum immobilium in foreneſes, &c. comprehendat originarium origine paterna, & propria, alibi tamen habitantem, itaq; non poſſit ſuccedere in hæreditate fratris, uel alterius agnati, niſi habeat copulatiuè omnes qualitates, a ſtatuto expreſſas?

Ter-

Tertium,an poſito, quòd ralis originarius,ut ſuccedere poſſet,deberet ſubire onera realia & perſonalia,an exigatur, quòd actu tempore ſucceſſionis ea ſuſtineret, vel ſat eſſet eum eſſe ſubiectum, & habilem ad ſuſtinendum.

Quartum,an eo caſu ſat ſit quòd alij eius attinentes illa in ciuitate ſuſtineant pro bonis etiam non communibus cum originario alibi habitantem.

Quintum, quid in muliere alibi nupta originaria huius ciuitatis origine paterna auita, & propria.

Sextum. quid ſi ſolutum ſit matrimonium & ipſa remanet in ciuitate uiri vidua.

Septimum,an monaſterium ex perſona ſororis defunctæ profeſſæ in eo, excludatur ab eius hæreditate uigore ſtatuti Ferrariæ de bonis ingredientium monaſterium, nec ne?

Deuenio itaque ad primum dubium, in quo prima facie uidetur dicendum quo ad Illuſtrem Dominam Lauram excluſam, ut prætenditur a dicto ſtatuto primo loco citato, ex quo non videtur habere qualitates a ſtatuto requiſitas, & præſertim non fuerit ſubiecta ſtatutis, & onera realia & perſonalia non ſubierit, non poſſe reſeruari exceptionem ſeu petitionem prædictæ Illuſtri Domi.Lucretiæ aduerſariæ, tum quia ſtatutum reddere uidetur eam etiam incapacem poſſeſſionis,ut in ipſo ſtatuto,cui uidetur ſtandum tamquam iuri ſingulari, quod facit ſilere ius cō
1 mune,l.ius ſingulare,de legi.Roma.conſi.40.numero 4. Et quod ius commune per ſtatutum uideatur ſublatum, tradit Ia ſ.in conſil.164.numero 2.Alcia.reſpon.453.nu.5.poſt medium,verſic.ſed quicquid ſit, & reſpon.745. & Dec.in c. de cauſis,num.28. de offic.delega.& cum fieret contra ſtatutum admittendo incapacem, reſultaret abſurdum, quod vitandum eſt; tum quia cum diſputatio & cognitio conſiſtat in iure, illa poteſt diſcuti, & decidi non retardato proceſſu poſſeſſorij, nec poteſt dici requirere altiorem
2 † indaginē,iuxta tradita per Bart.in l.ſi is,a quo, ff.ut in poſſeſſ.leg. cum aliis traditis per Soci.iu. in conſil.67.num.9.In 1. ubi atteſtatur de communi, & ubi quæſtio nō eſt facti,illa non dicitur dubitabilis. Natta conſil.502. num.10.

Quibus tamen minime attentis,eius ſum prioris ſententiæ,quòd poſito,quòd punctus huius ſucceſſionis, vel excluſionis, ſit in iure dubius, qui tamen, ut inferius oſtendam in diſcuſſione aliorum dubiorum,eſt clarus ad fauorem ipſius Illuſtris Dom.Lauræ, exceptio,& ſeu petitio ipſius Illuſtris aduerſariæ,non debet impedire reuocationem auocationis poſſeſſionis,& relaxationem ipſius ad fauorem ipſius Illuſtris D. Lau
3 ręſ,† cum regulare ſit, & in iure clariſſimū. quòd in hoc remedio quorum bonorum intentato, vel officij iudicis, non admittatur exceptio,vel oppoſitio requirens altiorem indaginem, ut in his terminis facta auocatione tenuerunt Soci. iun.& Rolan. a Valle in prioribus allegationib. citati,primus in conſil.75.num.9. & ſequen.alter in conſil.1. num.45. vterque in 1.volum. &
4 quod† exceptio,quæ incontinenti præſtari non poſſit,ſit reſeruanda.uel admitti nō debeat, ſcribit late Menoch.in tracta. de adipiſcen. poſſ.2. rem.quæſtio.29.num.102.& ſequen.ubi meminit de dictis conſilijs Soci. & Rolan. Et in terminis, quòd quando eſt probabile dubium iu-
5 ris in poſſeſſorio,†exceptio ſit reſeruanda, ſcribit Capit.deciſ.10.alias allegata,num.2.idem tenet Rui.in conſil.87.num.28.ad fi.3.volum.Rolan.conſil.22.num.30.in 3.& Contard. qui dicit ita in Rota vrbis fuiſſe iudicatum in cauſa Illuſtrium de Pepulis in loco alias citato in limit. ſcilicet 12.ante fi.in repeti.l.unicæ,C.ſi de mo-
6 menta.poſſeſ.fue.appella.† Cum enim ſuper interpretatione huius ſtatuti, hinc atque hinc vaſtæ ſint rupes,& opiniones Doctorum,inuicem aduerſantes, negari non poteſt, quin res ſit dubia,& ambigua, ut tradit Bar.in l.qui Romæ, §. duo fratres,in 7. oppoſitione,num.9. vbi Ripa, num.32.& Dom.Leonius,num.88.ff.de uerbo. obliga.Soci.iun.in rubr.ff.de rebus dub.num.1. & 2.Bal.Saly.& alij in l.cum proponas.C.de rebus cred.& idem Socin.in conſil.115.nume.8. vol.1.Iaſ.qui loquitur ſuper dubio ſtatuti,in conſil.35.num.1.volum.1.Cæſar Contard.in d.repet.8.limit.nu.52. & ſequen. quam ſententiam
7 etiam ſequitur Burſat.in conſil.74.nu.23.& probabile dubium iuris æquiparatur dubio facti.c. cum dilectus,ubi Butr.de conſuet.Roma.conſil. 123.citra prædicta,num.2. Alex. conſil.92. perſpectis,colum.fin.num.13. verſic. & præſertim, 1.uolum.Curt.Senior con ſilio 71. Princeps.numero 35. Corn.conſ.211.colum.4.in 1.uolum. Capic.dicta deciſ.10.nume.19.et 20.Socin.Iun. conſil.74.num.38.in 1. & Rolan.dicto conſilio 22.num.37.idem ētuoluerunt Camil. Viſitar. in repetitione l.primę,numero 30.ff.ſoluto matrimon. Alciat.in l.penult. in verbo compromiſſarios. C.de pact. et nouiſſime Cepha. conſilio 359.num.48.3.uolumine. et In tantum dubium
8 iuris probabile, par eſt dubio facti: † quia licet non ualeat ſententia lata contra ius, ualet tamen lata contra tale ius dubium, ut in l.cum prolatis. ff. de iudic. et tale dubium iuris excuſat in præſcriptione,licet alioqui error iuris clari non excuſaret, Abb. et Felyn. poſt eum numero 27.et Pariſ. numero 9. in tertia limitatione,in capitulo,de quarta,de præſcrip.Balb.in repetitione l.Celſus. quarto notab. prima limitatione,numero 17.de uſucap.Curt.Senior,dicto numerò 35. et Curt. iunior in conſilio quinto, numero 22.Cęſar Contard.dicta limitatio. nona, numero 50. et ſequen. et eo caſu licet de
9 quæſtione iuris non ſit † compromiſſum faciendum, ſi tamen ius ſit dubium, eſt faciendum,

dnm, Bald.& alij in d.l.cum proponas.Iaſ.in d.
conſil. 35.num.1.Corn.dicto conſil.colum.4.Al
cia.in dicto verbo,compromiſſarios, Rolan.d.
conſil.22.num.37.& Mar.Ant.Blanc.in trac.dc
compromiſ.q.4.nu.1.& quòd quando punctus
in iure eſt difficilis,ius dicatur obſcurum, tradit
Cur.iun.dicto conſil.num.22.

Cum itaque certiſſimum ſit in caſu dubio iu-
ris, vel ob opiniones contrarias, aut ex alia ra-
tione, reſeruãdam eſſe in alio iudicio oppoſitio
nem,vel petitionem,quæ concernit petitorium,
ita idem dicendum eſt, quando habet mixtam
cauſam,ut hæc, qua prætendit Domina aduerſa-
ria, ſe hæredem olim Illuſtriſs.Marchionis Con
trarij,& in eam fuiſſe continuatam poſſeſſionem
bonorum hæreditariorum, ut per Contard. in
dicta repetit.11.limitat.§.11.num.2. & ſequen.
vbi tenet hoc caſu dari appellationem,poſſeſſo-
rium uero pro parte noſtra intentatum princi-
paliter continet cauſam poſſeſſionis,& acceſſo-
rie,an agentes ſint hæredes, & merum eſt poſſeſ
ſorium non mixtum, vt per Contard.in d.2.li-
mit.§.1.num.9.12.& 18. quod tanto magis pro
10 cedit,quãdo dubium † eſt mixtum,facti, & iuris,
ut per Soc.conſil.15.num.58.ad fi.1.uolum.Al-
cia.in dicto uerbo,compromiſſarios.& Ceph.di
cto conſil.369.num.49. dubium autem hoc ha-
bere etiam mixturam facti, inferius in diſcuſſio-
ne aliorum dubiorum ſuo loco oſtendetur.

Non obſtant modo in dubijs adducta, quòd
hæc Illuſtris D.non habeat qualitates a ſtatuto
requiſitas, & propterea ſit incapax etiam poſſeſ-
ſionis,quia hoc negatur,& ſuper hoc ſtat dubiũ:
quo ſtante,ipſa Domina,quæ habet intentionẽ
fundatam de iure communi,auth.defuncto, C.
ad Tertul. debet etiam habere poſſeſſionem re-
rum hæreditariarum. & licet ſtatutum deroget
11 iuri communi,vt in dubijs,illud † procedit in ſta
tuto claro,& aperto,quod nullam habet contro
uerſiam,ſecus ſi habeat ambiguitatem,& dubiũ
probabile,ut ſupra, quia hoc caſu æquiparantur
dubio facti,& non impedit poſſeſſionis immiſſio
nem,vel traditionem:quo fit,ut licet ſtatutũ pro
hibeat etiam tranſlationẽ poſſeſſionis, nihil ob-
ſtat, cum non conſtet aperte, nos eſſe in caſu ip-
ſius ſtatuti,non magis,quàm ſi lex prohibeat ſpu
rium ſuccedere patri.authen.ex complexu.C.de
inceſt.nupt.& tamen, quando etiam eſt dubium
de legitimatione, ille conſtituitur poſſeſſor bo-
norum hæreditariorum, donec decidatur cauſa
ſuper validitate legitimationis, ut factum fuiſſe
legitur apud Contard.in dicta limit.12.& de iu-
re faciendum eſſe tradit Ruin.& alij ſupra citati,
nec hoc caſu reſultat aliquod abſurdum,ex quo
hoc eſt iuridicum,& æquum:& licet ad Iudicem
pertineat arbitrari, an exceptio oppoſita requi-
rat altiorem indaginem,necne,ut per Bar.& So-
cin.iun.ſupra ex aduerſo citatos, hoc ſententiæ
noſtræ non officit, cum arbitrium ſuum debeat
12 eſſe iuri, † & æquitati conſonum, Menoch.latè
in tract.de arbitra.iud.lib.primo,q.13.nu.15.&
ſequen.conſilium vero Nattę 502.num.10.huic
etiam ſententiæ noſtræ non contradicit, ſi qui-
dem non loquitur, quãdo ius eſt ualde dubium
propter controuerſas opiniones, ſed quando
13 uerſamur in iure aperto, † quod ſtatim apertis li
bris decidi poteſt,nam hoc caſu bene loquitur,
& idem tenet Bal.in d.l.cum proponas. num.1.
Rui.dicto conſil.87.in fi.Blanc.dicta q.3.num.1.
& Rolan.dicto conſil.22.nu.38. ex quibus opti
me ſatisfactum eſt primo dubio, in quo conclu-
dendum eſt Magnif.D.Conſultorem non debe-
re aggredi in hoc iudicio diſputationẽ iuris cõ-
trouerſi, ſed ius parti aduerſæ in ſua petitione
deductum reſeruare eidem in iudicio ordinario,
quod exinde diſputabitur commodus, & ſtante
hac reſolutione,non eſſet opus diſputare alia du
bia concernentia iuſtitiam petitorij,cum illa in
alio iudicio uenirent diſcutienda, & ſatis, & ſu-
per conſtaret in prioribus ſcriptis, quæſtionem
eſſe dubiam,ut in caſu dubio relaxanda ſit poſſeſ
ſio,ut ſupra. Verumenimuero,quia Magn.Con-
ſultor poſſet ſuſpicari de iuſtitia ipſius Illuſtris
Dominæ,ſi etiam ſuper meritis,& iuribus petito
rij eius motiuis reſpondetur,operæpretium eſſe
duxi,áliqua pro euacuatione ipſorum dubiorũ,
in medium adducere,multa alia adducturus, cũ
de cauſa ordinaria, ſuper huiuſmodi prætenſo iu
re dictæ aduerſariæ tractare contigerit.

Secundum itaq; dubium aggredior, & in hoc
facio hanc veram (ni fallor) cõcluſionem,quòd
dictum ſtatutum noſtrum,quòd non fiat tranſla
tio, &c. non compræhendit ciues originarios
huius ciuitatis, licet alibi habitantes, cũ ipſi ſint
ciues,non forenſes,ſubiecti ſtatutis,& prouiſio
nibus communis Ferrarię,& habitu,ſi non actu,
ſuſtineant onera realia,& perſonalia, quod vlti-
mum in ſequenti dubio diſcutietur.

Quod ſint ciues huius ciuitatis certiſſimũ eſt,
cum eant quo velint, remaneant ciues origina-
rij,& retineant, ac ſequantur propriam originẽ,
14 † quam nullo modo mutare poſſunt,uel illi renũ
tiare, vt dixi in primis allegationib.l.aſſumptio,
in princ.ff.de incol.l.ordine.§.fin.ff.eodem titu.
l.origine.C.de municip.& origin.lib.10.Roma.
conſil.39.in propoſita quæſtione,ad fin.& conſ.
69.ad diſcutiendum,primo dubio,num.9.Alex.
conſil.34.uiſis,num.3.volum.5. Soc.conſil.35.
num.7.primo uolum. Thom.Grammat.uot.10.
num.16.Ioan.de Platea in rubr.dicti tit.ult.uerſ.
15 ſecundo quærit.& licet ciuis ipſe † alio ſe confer
rat habitatum, vel in alia ciuitate transferat do-
micilium, non deſinit eſſe ciuis ſuæ ciuitatis, vel
ſubditus eidem,& illic etiam debet omnia one-
ra ſuſtinere, ſicut in loco domicilij,ut eſt text.in
l.1.& in l.fin.C.eodem tit.de municip.& origi.&
l.iniuſta,la prima,ff.ad municip.ubi habetur q͌ il
lic poteſt cõueniri,& tenetur ad onera, & quod
iuri

iuri municipali utriuſque loci talis ciuis ſit ſubie
ctus, tenet gloſ.in dicta l.prima, ubi Doctores.
quod ampliat Socin.in dicto conſilio 35. dicto
numero 7. procedere tam quo ad temporalia,
quàm quo ad ſpiritualia, & alijs modis, prout il-
lic per eum.
16 Et quod originarius † teneatur ſubire mune-
ra etiam perſonalia in loco originis, etiam ſi in-
colatum in alium locum tranſtulerit, tradit Ol-
drad. conſilio 169. factum eſt tale. Lucas de Pen.
in l.unica. C. de mulier. & in quo loco, numero
12. libro decimo, Socin. conſilio 79. numero 20.
& ſequen. quarto uolum. & admittit etiam Rui.
conſilio 120. numero 5. quarto volum. & Ruin.
firmat, reijciendo Oldrad. in rubr. ff. ſoluto ma-
trimon. num. 325. & quod talis ciuis ligetur ſta
tutis ſuæ ciuitatis, ſcribit etiam Socin. in conſil.
254. ad fin. ſecundo volum. Nec repugnat quòd
quis ſit ciuis duarum, vel plurium ciuitatum. l. or
dine. §. fin. ff. ad municip. ut tradit Ioan. de Plat.
in l. ciues. numero tertio, C. de incol. lib. 10. quòd
autem ciuis originarius poſſit cogi ad munera in
loco originis, licet alibi incolatum habuerit, vel
domicilium, firmat etiam Ioan. Crot. in rubr. ff.
ſoluto matrimon. nume. 33. & ſequen. ubi dicit,
quod originarius quodammodo naſcitur hypo-
thecatus patriæ, & ibi expreſſim loquitur de mu-
neribus perſonalibus, & nume. 38. & 40. quod
etiam ante eum uoluit Abb. in cap. propoſuiſti,
numero 7. de foro competen. & Egid. Thomat.
in trac. de collect. fol. 5. numero primo, in fi. Pet.
Antib. alias citatus in trac. de mune. ſecunda par
te, in princip. num. 6. 7. & ſequen. & Pet. de. Vbal.
in tract. de collect. quæſt. 16. num. 31. & hoc ca-
ſu uendicatur ciuis, qui alibi habet domicilium,
ut per Guliel. alias citatum in tracta. de muneri.
nume. 11. & ſequen. Quinimmo in hac materia
onerum ſubeundorum præponderat ciuitas ori
ginis & qualitas ciuitatis originariæ ciuitati &
ciuilitati incolatus, vel domicilij in tãtum quod
17 ſi utraque munera imponat † tenetur prius pare
re ciuitati originis, quę venit pręferenda. l. liber-
tus. §. præſcriptio. ff. ad municip. Bald. & Ioan. de
Platea, num. primo, in dicta l. prima, C. de mune.
& origi. & idem Platea in dicta l. ciues. num. 4. &
ibi Lucas de Pen. num. 6. & numero 18. & quod
qualitas ciuilitatis originis fortior & potentior
ſit, tradit etiam Niconit. in rubr. prædicta, ff. ſolu.
matrim. num. 80. & ſeq. & ad propoſitum etiam
Vbal. dicta quæſt. 32. idem quod attendatur, &
præferatur ciuilitas originaria, tradit Aret. in l.
2. nu. 4. colum. pen. in princ. ff. de uerbor. oblig.
his accedat, quod in tantum originarius ciuis
alibi habitans remanet ſubditus domino & ciui
18 tati † originis, quòd poteſt cogi ad redeundum
ad babitãdum in ſua originaria ciuitate, per tex.
in l. fi. ubi Bar. ff. de decret. ab ordine facien. Ro-
ma. ſing. 512. poteſt. & in muliere babitãte extra
locum originis, quòd poſſit cogi ad habitãdum
in patria ſua, in eodem caſu reſponderunt Rom.
in conſil. præalleg. 59. in 1. dub. & Abb. in conſil.
17. 2. dubio. 2. uolum. & idem tenet Soc. iun. in
conſil. 73. num. 33. & ſequen. in 3. & 76. num. 18.
in 4. volumine.

Addo, quod ciuis originarius, adeo remanet
ſubbitus ſuę ciuitatis, quod ſi delinquit in ea, vel
in eius Principem, tenetur crimine læſæ maieſta
19 tis, † Hieron. Gigas in tract. de crim. læſæ maieſt.
lib. 1. in tit. qualiter, & a quibus crimen læſæ ma
ieſt. committa. quæſt. 68. num. 2. ſed & talis ſub-
ditus delinquens poteſt etiam puniri in loco ori
ginis, tametſi delictum alibi commiſiſſet, Cagn.
in l. fin. num. 53. & ſequen. ff. de iuriſdict. omn. iu
dic. & Didac. Couarru. in lib. pract. quæſt. c. 11.
nume. 6. uerſ. 5. in hoc tractatu, ubi dicit, quod is
ſubditus proprie eſt qui ratione originis, vel do
micilij ſubditus eſt, & idem tenet Iul. Clar. in ſua
pract. crimin. in §. fin. quęſt. 39. in princ. & in ver
ſic. ſed quæro.

Concluditur itaque, quod licet ciuis non ha-
bitet in ſua ciuitate originaria, non tamen deſi-
nit eſſe ciuis, vel ſubiectus, quia habitatio † non
20 eſt neceſſaria, ut uoluit Mari. Soc. 35. num. 7. ad
fi. uol. 1. & Barth. eius filius in rubr. ff. ſolu. matr.
nu. 33. ubi loquitur ad propoſitum noſtrum in
originario ciue, qui nulla habebat bona in ciuita
te, ut non propterea deſinat eſſe ciuis, & illic eũ
ſequitur Crot. num. 42. & Brun. in tract. de ſtatu
to, quòd ſtantibus maſcu. fœmi. non ſucced. 6.
art. 1. quęſt. nu. 28. & in proprijs terminis huius
noſtri ſtatuti, prohibentis fieri tranſlationem in
aliquem forenſem, & non ſubiectum ſtatutis, &
ordinamentis Ferrariæ, & non ſuſtinentem one
ra realia, & perſonalia, quòd ciuis habitãs alibi,
immo & nulla bona poſſidens, poſſit acquirere,
in indiuiduo reſpondit Alexan. in alias allegato
conſi. 157. num. 13. & ſeq. 2. uolum. quinimo for
tius voluit Boer. in alias allegata deciſ. 13. nu. 5.
21 † quod ſi originarius ſtaret abſens per mille an
nos, retinet domicilium originis, & quod ſtatu-
tum hoc non habeat locum in ciue originario
etiam alibi habitante, tradit Plot. in d. conſ. 108.
num. 39. 11. 18.

Cęterum, quod ſtatutum hoc non comprę-
hendat, nec excludat ciues originarios, origine
propria, ut etiam alias ſcripſi probatur in dicto
ſtatuto, in uerſic. declarantes ad tollendas, ubi
ſtatutum declarat ad tollendum omnes ambi-
guitates, quod ciues ex priuilegio, & nati extra
ciuitatem, & diſtrictum, ex ciuibus, etiam origi-
nariis, non fiunt, nec efficiantur capaces, niſi fece
rint ſe allibrari in ęſtimo communis Ferrarię, &
in ipſa ciuitate, uel eius diſtrictu habitauerint tẽ
pore acquiſitionis & poſtea ſaltẽ per quinquen
nium perſeuerauerint habitando, & ſuſtinen-
do onera, realia, & perſonalia. Nec enim du-
bium eſt quin hæc declaratio & pars ſtatuti
22 † aliam ſuperiorem declaret, quod eſt regula-

re. l.utrum, vbi Bartol. & Angel. ff. de petitio.
hæredita. Corn. conſilio 183. columna ſecun-
da, in ſecundo, Socin. conſilio 9. numero 8. in 3.
volum. Dec. conſi. 553. num. 8.

Et in terminis talis ſtatuti, Rimi. conſil. 434.
nume. 7. verſiculo, pondera, Ripa in capitulo 6.
numero 10. libro primo reſponſ. & ad propoſi-
tum etiam Alciat. conſilio 21. numero ſecundo,
volumine ſecundo, & in indiuiduo in hoc no-
ſtro ſtatuto ſeu pręcedenti abrogato Soci. iun.
allegato conſilio 18. numero 16. & 17. & decla-
23 ratio, reſeruatio, & exceptio, † quę fiunt in ſtatu-
to declarant mentem ipſorum ſtatuentium, quę
mens potius eſt ſpectanda, quàm verba, l. ſcire
24 leges. ff. de legi. & reſtringitur † ad veriſimilia, vt
in ſtatuto tradit Crauet. conſilio 236. numero
7. & 9. quanto magis igitur, ſi & verba, & mens
concurrant. vt in hoc caſu.

Primo enim ſtatutum ipſum habebat pro ca
ſu dubio, an in dicto ſtatuto compræhenderen-
tur ciues ex priuilegio, hic non habitantes, uel
non ſuſtinentes onera, & idem an compræhen-
derentur nati ex ciuibus etiam originarijs, extra
territorium, qui etiam haberent alibi domiciliũ
nec ſuſtinerent onera, quia alioqui nullum eſſet
dubium, quin poſſent ſuccedere, ut innuit ſtatu
tum, & propterea declarauit, vt in eo declaratio
enim proprie ſit ſuper dubio. l. hæredes palam:
§. ſed ſi notam. ff. de teſtam. alias non diceretur
25 proprie declaratio † ſed potius noua conſtitu-
tio, vel correctio, Caſtr. conſil. 22. uiſa quadam,
numero 4. primo uolum. cum igitur dubium eſ-
ſet apud ſtatuentes, an ij compręhenderentur,
in quibus aliqua erat dubitatio, certe ipſi ſenſe-
runt quod in ciue originario, de quo ipſi nullam
diſpoſitionem fecerunt, quod maius & poten-
tius ius habet, ut inferius oſtendam. nulla eſſet
dubitatio, & cum ipſum ſtatutum declarauerit
ipſos ciues ex priuilegio, & natos extra ciuita-
tem, & diſtrictum compræhendi, & includi in di
ſpoſitione ſtatuti illos excludentis, niſi ea faciãt,
quæ ſupra, &c. ſtatuto ſunt expreſſa cenſetur
alios ciues originarios excludere, ex regula uul
26 gari † quod incluſio unius eſt excluſio alterius. l.
cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procu. ma
xime quando inter ipſos eſt diuerſa ratio. glo. vi
detur in fi. in dicta l. cum prætor. Crauet. conſil.
214. numero 13. ſic etiam cum ipſum ſtatutum
a dicta prohibitione, & diſpoſitione excipiat ip-
ſos ciues priuilegiatos, & natos extra, ſi tempo-
re delatæ ſucceſſionis habitauerint, & fuerint al
librati, & exinde per quinque annos habitaue-
rint, & onera ſubierint, certe in alijs ciuibus ori
ginarijs origine propria, qui ſunt diuerſę natu-
ræ, ut ſupra, cenſetur ſtatutum declarare non eſ-
27 ſe opus ea ſeruare, quia † exceptio declarat regu
lam, quid, & quem uoluerit compræhendere. l.
nam quod liquide. ff. de penu lega. late ſcribit
Euerard. in topica legali, in loco ab exceptio
ne ad regulam, ubi poſt principium loquitur in
diſpoſitione ſtatuti, & in ſtatuto ſcribunt Corn.
conſil. 57. 2. colum. 1. uolum. Soci. conſil. 72. nu-
1. 2. in 4. Alcia. conſil. 18. num. 16. lib. 9. & plura
ad propoſitum tradit Crauet. in dicto conſilio
214. num. 14. ubi dicit, quod exceptio declarat,
quid, & quantum in diſpoſitione compræhen-
ſum ſit, & ſupra numero 11. & ſequen. dicit quòd
reſeruatio (quæ idem eſt quod exceptio) arguit
& declarat mentem reſeruantis, quæ uoluerit in
diſpoſitione compræhendi. dubium autem non
eſt, quin valde differant ciues ex priuilegio, a
ciuibus originarijs, ſi quidem illi non habent
tantum iuris reſpectu ſuæ ciuilitatis, ut iſti: po-
28 tentior enim eſt ciuilitas † originis quàm cauſa
ta ex priuilegio, ut poſt Bologn. per eum cita-
tum firmat Gram. Voto. 10. numero 17. de quo
etiam diſputant Doct. in l. ſi is qui pro emptore.
ff. de vſucap. ubi Cror. num. 48. & non tantum
de iure communi, ſed etiam ex diſpoſitione ſta-
tutorum noſtrorum, maioris ſunt gradus, & po-
tentius ius habent ciues originarij, ciuibus ex
priuilegio, qui non poſſideant bona in ciuitate,
vel diſtrictu Ferrariæ, ut in ſtatuto de ſecuritate
pręſtanda per forenſes, vel mulieres agentes, vel
defendentes, fol. 24. ubi talis ciuis habetur pro
forenſe, non autem ciuis originarius, & in primo
exigitur poſſeſſio bonorum, in ſecundo nõ, quod
quidem ſtatutum huic noſtro cenſetur afferre
29 declarationem, cum ſtatutum vnum † magis re-
cipiat interpretationem ab alio ſtatuto quàm a
iure communi, Anch. conſilio 94. iſta Domina.
numero tertio, Dec. conſilio 65. num. 4. & 309.
numero 2. in fi.

Quo verò ad natos ex ciuibus originarijs, in
alio loco extra ciuitatem, & qui retinent origi-
nem paternam in loco originis paternę, dubium
30 non eſt, quòd minus ius habent in ciuilitate † &
ciuitate patrum, quàm parentes eorum nati in
ciuitate, ut probatur in l. filios. C. de muni. & ori
gi. lib. 10. ubi filius tenetur in loco propriæ origi
nis, ſi ibi habet domicilium, & tradit Io. de Pla-
tea in l. ciues. num. primo, C. de incol. nec hoc
caſu, quo originarius ciuis poſſet auocari ex alia
ciuitate, ut munera in propria ſubeat, poſſet hic
filius alibi natus, habens in loco propriæ origi-
nis domicilium cogi ad habitandum in ciuitate
originis paternæ, quia hoc caſu præponderaret
domicilium, & origo propria, paternæ, ut tradit
ad propoſitum Soci. conſil. 288. num. 11. & 12. in
2. Io. de Plat. d. num. 1. Dec. & Socin. iunior in eo-
dẽ caſu, ille in conſ. 352. nu. 2. & ſeq. & iſte in cõ
ſi. 38. 1. uol. fortius uoluit Alci. in l. prouinciales
2. col. ff. de uerb. ſign. filium natum in alio loco
quam originis patris, ubi ipſe habeat domiciliũ,
licet regulariter patris originem ſequatur, hoc
caſu eius patrię nomine nõ cenſeri. Concluditur
igitur ciuem originariũ lõge diſtare, a ciue ex pri
uilegio, & a filijs ciuis natis extra ciuitatẽ, & per

con-

conſequens exceptionem factam de eis a regu-
la, & diſpoſitione ſtatuti declarare de his origi-
narijs, non cenſeri ſtatutum feciſſe prohibitio-
nē ne ſuccedere poſſet uel eis alienatio fieret &
ſi noluiſſent ſtatuētes eos cōpræhēdi in prohibi
tione ipſa id expreſſiſſent, ſicut de ciuibus ex pri
uilegio & natis extra fecerunt, & ſaltem eos ad-
miſiſſent eadem ſeruando. Vnde cum de eis ni-
hil fuerit expreſſum, non cenſentur ſtatuentes
eos velle excludere, ut in ſimili tradit Socin. di-
cto conſilio nono, numero 7. in tertio uolumi-
ne. & Alcia. conſilio 21. numero ſecundo, libro
ſecundo. alioqui eſſet valde abſurdum, quòd illi,
qui minus iuris habent, admitterentur, & exclu
31 derentur habentes ius potentius: ut enim† vite-
tur abſurdum, reſtringenda ſunt etiam verba ge-
neralia, Crauet. dicto conſilio 236. num. 7. verſi
culo, ſuadetur.

His accedat alia exceptio ipſorum ciuium pri
uilegiatorum et natorum extra ciuitatem, quòd
ipſi admittuntur ad ſucceſſionem, & acquiſitio
nem, licet tempore illius euentus non ſuſtinue-
rint ipſi onera, realiter, & de facto, modo habi-
tent & ſint allibrati, licet poſtea teneantur habi-
tare, & ſubire per quinque annos, & tamen de
originarijs nihil eſt diſpoſitum, vnde ſi parti ad-
uerſæ crederemus, originarius non ſuccederet
niſi realiter ſubiret onera tempore acquiſitio-
nis, quod quàm ſit abſurdum, nemo eſt qui non
uideat. poſtremo loco excipit ſtatutum ipſum,
a diſpoſitione, & prohibitione ipſius ſtatuti ip-
ſos filios natos ex originarijs aliquos capaces
eſſe vult in hæreditatibus aſcendentium & de-
ſcendentium & ſic eos excludit ab hæreditati-
bus collateralium, igitur in hæreditatibus huiuſ-
modi excluſio eorum eſt incluſio aliorum, in
quibus maior, & potentior ratio viget ſucceſſio
32 nis, ut ſupra. & cum hæc exceptio† & aliæ de
quibus ſupra ſint factæ regulæ exorbitantes a
iure communi, late ſunt interpretandę, Comen.
conſilio 30. ſtatuto, ſecunda columna, Curt. iun.
conſil. 7. numero 10. & 111. num. 6. & Crau. con
ſil. 135. nnmero 35.

Sed nunc operæpretium eſt videre, nunquid
adducta in dubijs per Clariſſimum dictum Con
ſultorem contra hanc concluſionem iudicio
meo ueriſſimam illam obnubilent uel offendant
ex quorum diſcuſſione tanto lucidior appare-
bit reſolutio iſta: quę uero ad alia dubia inferius
diſcutienda pertinent, ſuo loco reſeruabo.

Opponitur igitur, quod licet talis ciuis origi
narius non poſſit dici forenſis, cum tamen ha-
33 beat alibi domicilium, forus† domicilij, tam-
quàm principalior, venit attendendus, glo. in ca
pitulo, ſtatutum. §. cum uero, de reſcrip. in ſexto.
ſed id tacite tollitur, quia licet forum ſortiatur
in loco domicilij, nō ſequitur, quod non ligetur
ſtatutis loci originis, & nō teneatur ſubire mune
ra in eo loco, vt ſupra ſatis ſuperq; comprobatū
34 extitit, nam illi non poteſt renuntiare,† quia il-
lud domicilium originis eſt immutabile, ut in
propoſito huic oppoſitioni reſpondet Socin.
d. conſil. 79. num. 19. in 4.

Et ciuilitas proprie eſt illa, quę acquiritur ori
gine, licet etiam domicilium inducat ciuilita-
tem, quo ad hoc, ut quis poſſit conueniri. Boſsi.
in titulo de foro competenti, numero 29. 30.
vbi ita intelligit dictam gloſ. quod originarius
cenſeatur ſubditus quo ad onera ciuilitatis ori-
ginariæ, tradit Rui. in dicta rub. ff. ſolu. matrimo.
numero 325.

Secundo obijcitur, non ſat eſſe non eſſe
forenſem, niſi etiam concurrant aliæ quali-
tates, a ſtatuto requiſitę, ex quo illud loqui-
tur negatiue, quo ad prohibitionem ſucce-
dendi, quo caſu exigitur concurſus omnium
ipſarum qualitatum, etiam quòd alternatiue
loquatur, ut non ſufficiat quem non eſſe fo-
35 renſem,† cum debeat etiam eſſe ſubditus, & ſu-
ſtinere onera realia, & perſonalia, ne ſit locus pe
næ. l. ſi is, qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dubi.
& tradit Dec. conſilio 661.

Et in propoſito talis originarius non videtur
ſubditus, ut per gloſ. in dicto §. cum vero, & in
clementina prima, uerſiculo, ſubditus, in fine. de
foro competenti. Socin. dicto conſilio 79. nume
ro duodecimo, uerſiculo, prædicta. nec poteſt
conueniri niſi reperiatur in loco originis, ad in-
ſtar extranei, Bartol. in dicta l. aſſumptio. §. pri-
36 mo,† & ſortiri forum; & ſtatutis ligari, a pari pro
cedunt. gloſ. in c. quod clericis, de foro compe-
tenti. unde ſtatutis maxime nouis, & ex poſt edi
tis non ligaretur, cum deſierit eſſe ſubditus, Bal.
in rubr. C. ſi a non compet. iudi. Socin. conſilio
271. numero nono, uerſiculo, præterea, ſecun-
do uolumine, Rui. in hoc ſtatuto conſilio 101.
numero decimotertio, in ſecundo. ſubditi au-
37 tem dicuntur,† quibus onera indici poſſunt So-
cin. iunior conſilio ſeptimo, numero duodeci-
mo, in ſecundo, & Boſſ. in titulo de pęn. ſub nu-
mero 43.

Sed his minime attentis, optimo iure con-
cluſio noſtra defenditur, namquam quo ad con
curſum propter diſpoſitionem negatiuam, re-
ſpondetur opinionem Doctorum in alijs ſcri-
ptis citatorum tenentium in indiuiduo contra-
rium, Rimi. conſilio 434. numero ſeptimo, Bur-
ſa. conſilio 36. numero 16. & Paſet. in conſilio
173. numero ſecundo, tertio, & ſequen. iure de-
fendi poſſe, & illi ſtandum eſſe, ex quo eſt deci-
ſio in terminis, cui eſt ſtandum, etiam ſi commu
nis opinio eſſet in contrarium a remotis, Neui-
za. in Sylua nupt. libro quinto, numero 72. nam
ipſi conſiderant in illis caſibus mentem ſtatuen
tium, quæ colligitur ex alijs clauſulis ſtatuti, &
eo caſu etiam quòd ſtatutum loqueretur copu-
latiue, ex quo tamen illæ qualitates ponuntur in
ter tendentia ad diuerſum finem, & effectum, nō

38 dicuntur † copulatiue concurrere, ſi credimus
Domino Rimin.Iuniori,qui nunc tenet contra-
rium cauſæ inſeruiens in addit. ad dictum con-
ſilium Rimi. citans Iaſ.in l.ſi filius qui in poteſta-
te, numero quinto, ff. de liberis & poſthumis.
& illum ſequitur etiam Burſat. in dicto conſilio.

Et idem eſt quando reſultaret abſurdum ſe-
cundum Paſet.ibi poſt Dec.in conſilio 341. nu-
mero quarto, & Alciat. conſilio 57. numero
ſeptimo.

Et in propoſito iſte intellectus abſurdiſſimus
eſſet,ſi exigerentur copulatiue omnes iſtæ quali
tates.cum ex centum ciuibus originarijs, etiam
habitantibus Ferrariæ, decem uix inuenirentur
capaces,ut etiam ſuſtinerent onera realia,& per
ſonalia,ut etiam alias dixi,& ex veriſimili mente
39 diſponentis, disiunctiua † non ſemper retinet
ſuam naturam, ut Ripa tradit in capitulo,inter
cæteras,ſecunda coniectura, numero 54. de re-
ſcrip. & idem tradit ipſe Ripa in copulatiua, in
capitulo ſecundo, ſecunda limitat. numero 44.
eodem titulo,& ita in his terminis in ſtatuto no
ſtro veteri, quod per eadem verba loquebatur
firmat Alexan. dicto conſilio 157. numero 14.
in ſecundo,& ſequitur Socin.iun. in conſilio 7.
numero 25.in ſecundo, & in conſil. præallega-
to 18.numero 14.in 3.vbi conſiderat,quod nul
lus poſſidens immobilia vnquam acquirere poſ
ſet.& idem Paſet. conſilio præallegato, numero
quarto. ſed cum hoc caſu ſufficiat habitu ſuſtine
re onera, vel ſuſtinere poſſe,licet actu quis non
ſuſtineat, ut in ſequenti dubio dicetur,ceſſat om
nis dubitatio,nec Dec.in dicto conſilio 661.lo-
quitur in originario, ſed in filio ciuis ex priuile-
gio, & ſic in caſu longe diuerſo, cum talis filius
alibi natus eſſet, & fundat ſe ſuper inhabilitate
ipſius reſpectu ciuilitatis.

Quod modo talis originarius ſubditus non
ſit,falſum eſt,ut ſupra oſtenſum, & comprobatũ
extitit.Nec Socin.contra hanc noſtram ſñiam te
net, ſed pro ea, ut in nu.19. ubi tenet,illũ retine
re domiciliũ originis cui nõ põt renũtiare.Quod
uero non poſſit illic cõueniri,niſi ibi reperiatur
40 originarius,non eſt ſine difficultate,† ut per Al-
ber.in dicta l.aſſumptio, & contrarium expreſſe
tenet Maria. Soci.in tracta. de foro competen.
numero 15.uerſiculo 82.in uerbo,conclude,&
Pet. Antibo.poſt Dyn. & Oldra.in dicto tracta.
de munc.ſecunda par.numero 7.& ſi eſſet dubiũ
in ciuilibus,in criminalibus tamen eſt expeditũ,
quod illic conuenire poteſt etiam ſi ibi non re-
periatur, ut tradit Iul. Clar. in allegata quæſtio.
39. in principio in ſua practi. crimina. ſed quic-
quid ſic de iſta opinione, an poſſit conueniri, ſi
ibi non reperiatur,nec ne,hoc non facit,ut non
ſortiatur forum ibi,& non ligetur ſtatutis, licet
non poſſit ibi cõueniri,niſi illic reperiatur, ut te
net Socin.in dicto conſilio 79.numero 8.9.nec
in hoc æquiparantur extraneo, qui etiam quòd
ibi reperiretur, ſi alia de cauſa non ſortiretur fo
rum, non poſſet conueniri. l. hæres abſens. §.
41 perinde.ff.de iudic.quod autem ſtatutis † non li-
getur, non eſt etiam uerum,quia immo origina-
rius ligatur, ut ſupra comprobatum fuit, quic-
quid voluerit Bald.ex aduerſo citatus,qui in ſpe
cie reijcitur a Rui. in rubrica. ff.ſoluto matrimo
nio, numero 307. & Socin. in loco ex aduerſo
citato non bene videtur adhærere opinioni Bal.
& quod ſtatuta ligẽt ſubditũ originariũ ẽt reſpe
ctu delicti, & ẽt ſi delinquat extra territoriũ,mo
42 dò id expreſſe † in ſtatuto caueatur, tradit late
Iul. Clar.in dicta practi.q.85. uerſiculo, tertius
* eſt caſus, vbi dicit, hanc eſſe communem * opi-
nionem,ex Soci.in conſilio 311. numero quar-
to, & quinto, ſecundo volumine. Conſilium
vero Rui. 200. licet loquatur in originario,
alibi habitante, & non ſuſtinente onera,non ta-
men loquitur in caſu, quo originarius vellet de
iure communi ſuccedere agnato, ſed in caſu,
quo vigore ſtatuti volebat excludere fœminam
proximiorem profeſſam in monaſterio, cuius
ſtatuti beneficium non poterat habere ex alio
ſtatuto ſub rubrica,quibus caſibus forenſes poſ
ſent vti ſtatutis noſtris. vbi exigitur, quòd one-
ra ſuſtineant, ut per eum illic, numero decimo,
& vndecimo.

Et idem eſt de iure communi, ſecundum
eum, numero duodecimo, at in propoſito hic
non agimus de aliquo excludendo, qui de iure
communi ſuccederet, vigore alicuius ſtatuti, cu
ius beneficium hæc Illuſtris Domi. habere non
poſſit, ſed tractamus ne excludatur a cognata
longe remotiori in hæreditate fratris, vigore &
in pœnam dicti ſtatuti,quod non fiat translatio
quod eſt quid diuerſum & ex diuerſis non in-
fertur,l.fina.ff.de calumnia.& l. Papinianus exu-
li. ff. de mino. ceſſante igitur ratione illius deci-
ſionis,ceſſat etiam deciſio. l.quod dictum. ff.de
pact. ultra quod ſi Ruin. hanc opinionem in
caſu noſtro ſimili teneret, non bene reſpondiſ-
ſet per prædicta,& cum originarius ciuis ſit ſub
ditus & teneatur ad onera,ut ſupra, ceſſat etiam
conſilium Soci. iun. 7. quod magis facit pro
parte hac ut ſupra, Boſſ. uero eodem numero
43.tertia columna,uidetur tenere hanc opinio-
nem noſtram, licet inferius dicat cõtrarium ſer-
uare ſenatum, nec loquitur in ſucceſsione, ſed
in alienatione.

Non obſtant etiam reſponſiones partis ad-
uerſæ allatæ noſtris prioribus allegationi-
bus, ſuper fundamento facto in verſiculo, De-
clarantes, & cæt. ſuper quo ſupra abunde fuit
ſcriptum.

Namque primo admittimus, quod ſuppo-
nitur ex aduerſo, quod uerſiculus ille intelliga-
tur de illis filijs, qui ſequuntur originem patris,
vel aui, teneantur ad munera, ſed non poſſunt
cogi, ſicut patres, quia non poſſunt auocari

ab origine propria. ut ſupra dictum fuit.non ta-
men admittimus preſuppoſitum, quod ex aduer
43 ſo ſit, quod patres iſtorum filiorum † habitēt in
ciuitate, vel ſuſtineant actu onera, vel ſaltem
habitu, vt quia ſint in loco in quo poſſint com-
pelli.ex quo ſi patres eſſent incapaces, impoſſibi
le eſſet quod ſuccederent, quia immo ſtatutum
contrarium præſupponit, tum quia generaliter
loquitur, & generaliter eſt intelligendum. l.de
pretio.vbi gloſ.& Doctores, ff.de publica. tum
44 † quia ſi pater ſuſtinuiſſet onera, fruſtra diſputa-
retur, an filius etiam alibi natus fuiſſet incapax,
ex quo eſſet originarius origine paterna, & ſatis
eſſet, quod pater ſuſtinuiſſet onera, gloſ.1.in l.ſe-
cunda, C qui ætate, vel profeſ. ſe excuſ. libro de
cimo, Bald.in l.diximus.§.primo.ff.de excuſatio.
45 tuto.& æſtimum † patris, eſt æſtimum filij, Iaſon
in l. in ſuis, numero decimoquinto, ff. de liberis
& poſthumis, & non tantum eo caſu ſuccedunt
aſcendentibus, & deſcendentibus, ſed etiam om
nibus cognatis, quia haberent qualitates a ſtatu
to requiſitas, & hoc caſu ſtatutum eſſet de in-
dubitabili, contra l. quod Labeo. ff. de Car-
bo. edicto.

Admittimus etiam, quod nati ex originatijs,
(vt dicitur ex aduerſo) intelligantur ij, qui im-
mediate naſcuntur, non ſi ex filijs vel nepotibus
46 alibi natis, cum ſtatutum † ſit intelligendum per
prius & non per poſterius, & ſic immediate, ut
per Moder.in l.prima, C.de ſucceſſo.edic. Sed
hoc nil facit ad rem, ſed bene falſam eſſe affirma
mus propoſitionem, & interpretationem, quæ
datur ad hoc ſtatutum in hoc capite, quod intel
ligat de filijs natis ex patre originario ſuſtinen
te onera, quia ut dixi eſſet de indubitabili, ex
quo illi proculdubio non compræhenduntur in
ſtituto.& poſſunt ſuccedere, non obſeruata di-
ſpoſitione ſtatuti, & falſiorem exiſtimamus opi-
nionem aduocati aduerſarij exiſtimantis, idem
intelligendum eſſe de natis extra territorium in
itinere caſu, quia in his etiam minor eſt difficul-
47 tas, cum & ij † nedum ueniant ciuium appellatio
ne, ſed & ciuium originariorum, & compræhen
dantur in ſtatuto de ciuibus originarijs loquen
te, ut euenit in perſona Felini, qui fuit hic admiſ
ſus in collegio Doctorum, in quo originarij tan
tum admittuntur, ut ipſe refert in capitulo, Ro-
dulphus, numero decimoquarto, de reſcrip. vbi
plures citat & tradit Boer. in allegata deciſione
13.nu.52.& ſeq.& deciſi.Litua. 3.nu.99.& ſeq.
Quod factum etiam fuit a Venerando Collegio
Ferrariæ in filio meo, Dom.Claudio, nato dum
ego magiſtratum Mutinę gererem.

Nec eſt uerum, quod in hoc eſſet aliqua am-
biguitas, cum immo ipſi nati ex patre habitan-
te, vel ſubeunte onera indiſtincte ſuccedant, &
in totum ſint ſubiecti, ut ſupra, & tanto magis in
nato caſu in alio loco, ſicut etiam aliud, quod ad
ducitur, quod ſi extenderetur ille uerſiculus ad
alibi nuptam, ſequeretur quod nati ex ea ſucce-
derent, quod eſſet abſurdum, nihil obeſt, quia
cum filij non ſequantur conditionem, uel origi-
nem matris, ſed patris, dicta l. filios. C.de muni-
cip.& origi. Boer. dicta deciſione decimatertia,
numero decimo, de illis forte non uideretur in-
telligendum, & quatenus ſic intelligeretur, hoc
non eſſet tam abſurdum admittere filios, licet
forenſes, ad hæreditatem matris, quia ſit abſur-
dius illos ab ea excludere, cum ſit exhæredatio,
quæ ex tali excluſione reſultat, ideo ſancte ui-
dentur feciſſe ſtatuentes excipere filios quo-
ſcunque ab illa prohibitione. id enim fuit con-
48 forme iuris diſpoſitioni, Ploc. in allegato con-
ſilio 108. uerſicu. 34. numero 75. & ſequen.
primo uolum. conſiliorum criminalium, latiſſi-
me Cepha. in conſilio decimotertio, fere per
totum, & Faſet. qui fuit unus ex reformatori-
bus ipſorum nouorum ſtatutorum, in dicto con-
ſilio 164. numero ſexto. admittimus bene id,
quod ex aduerſo dicitur in uerſiculo ſecundo,
in fine, ueriſſimum eſſe, quod & ſupra compro-
bauimus, ciues originarios, qui alibi degunt,
cum ratione originis ſubiecti ſint, ſuccedere poſ
ſe, licet nati ex his extra ciuitatem, & diſtrictum
non niſi ſeruatis his, de quibus in ſtatuto, quan-
do agimus de hæreditatib. collateralium, ſecus
ſi aſcendentium, & deſcendentium, ut in d. uerſi.
declarantes. in ſi.

Tertium etiam, quod adducitur ex aduerſo,
quòd ſtatutum editum ſit, ut ſubditi ſint locuple
tes, & ut onera ſubeant, ſi de non ſubiectis inter-
pretaremur, eſſet contra finalem rationem ſtatu
ti, quia originarij adirent loca alia, & illic filios
procrearent, & tamen filij priuilegijs ſubiecto-
rum fruerentur, & ſatis uiſum eſt ſtatuentibus, ſi
ipſos primos originarios paterentur alibi habi-
tare, & noluerunt filij eorum priuilegio uti poſ-
ſe, ne ij penitus eam deſererent, quod facile, ex
quo alibi nati eſſent, eſſent facturi, minus offen-
dit interpretationem noſtram, ſed eam magis iu
uat, & in hoc dictus aduocatus aduerſarius be-
ne dicit, nam ille uerſiculus loquitur in filijs na-
tis in alieno territorio, in quo pater ciuis origi-
narius ſe contulit, & illic contraxit domicilium,
nec ſuſtinebat onera in ciuitate originis, licet ha
bitu poſſet cogi, quia originarius, & ſubditus, &
poſſet etiam reuocari, & cogi ad habitandum in
in ſua ciuitate, ut ſupra ex pluribus auctoritati-
bus comprobauimus: is enim pater proculdu-
bio non eſt excluſus a ſucceſſione aliquorum in
ipſa ciuitate, uerum ſui filij ſic in hęreditate agna
torum, & cognatorum collateralium, niſi ſerua-
tis expreſſis in ſtatuto, & hic eſt ueriſſimus, & ge
nuinus ſenſus illius ſtatuti.

Quod autem, ut ex aduerſo adducitur, in-
ſurgeret correctio in eodemmet capite ſtatuti,
& ſtatuentes uoluerint regulam illius euertere,
nihil etiam facit, tum quia uerba ſunt clara, quæ

excipiunt, reſeruant, & declarant, & non eſt dubium quòd exceptio vitiat & corrigit regulam, l. prima. ff. de reg. iur. & hoc quo ad ciues priuilegiatos, & filios originariorũ alibi natos nõ eſt diſputandum, niſi etiam diſputaremus diſponentes, & ſtatuentes uoluiſſe exceptionem additam ſuæ diſpoſitioni hñi pro non facta, quod non tantum eſt falſum, ſed fatuum affirmare. An vero hæc Illuſtris Domina cum eſſet ſubiecta, ad munera cogi poſſet, ut ex aduerſo prætenditur, inferius quinto dubio diſcutietur, interim tamen concludendum eſt ex tot ſupra adductis originarium ciuem licet alibi habitantem, non cenſeri excluſum, & cum ſupra probatum ſit maius, & potentius ius habere originarius ciuis qui habet originem propriam, quàm filij ex originario nati, & ciues ex priuilegio onera non ſubeuntes, argumentatio quæ fit ex aduerſo prorſus corruit, quia argumentatur a minori ad maius, cum originarius maius ius habeat, & potentius in ciuilitate, ut toties ſupra fuit repetitum.

Poſtremo etiam non obſtat, quòd licet argumentum concludat ſub dicta declaratione non contineri originarios propria origine, ex quo creati, & oriundi tantum fuerunt expreſſi, non inferatur, quòd illi non contineantur ſub priore generali diſpoſitione prohibitiua, ſi non habitant & non ſuſtineant onera, ut in ſimili declarat Dec. conſilio 53. in fine. & cum expreſſio ipſorum duorum caſuum magis dubitabilium apud ſtatuentes non excludat alios, in quibus iuſta motiua, & eadem vel maior ratio militet excluſionis Dec. in capitulo 2. nu. tertio, de appellat. & conſilio 30. columna penultima, & expreſſio facta gratia tollendæ dubitationis non tollit communem diſpoſitionem. l. quæ dubitationis. ff. de regulis iur.

Namque reſpondetur primo negando hos caſus declaratos fuiſſe magis dubitabiles, cum immo totum contrarium ſit uerius, & mirum eſt, quomodo quis audeat defendere, quod natus ex ciue originario alibi, qui habet tantum originem paternam, & eius ratione tenetur illi ciuitati, & habet etiam alibi domicilium, dicatur potentius ius ciuilitatis & ſubiectionis habere, quam ipſe originarius qui & paternam & propriam originem habuerit, & ſolum habet alibi incolatum, & quatenus ſit dubitabilior caſus quod admitti poſſit ciuis ex priuilegio, qui non ſuſtinet onera quam originarius, qui & de iure communi & ex forma ſtaturorum noſtrorum maiori gaudet priuilegio, igitur negari non poteſt, quin apertiſſime intellexerint ſtatuẽtes prouidendo in caſibus minus dubitabilibus, non compræhendiſſe in prohibitione originarium, qui nullam habebat dubitationem, tum ex regula de incluſione, & excluſione, ut ſupra, tũ ex exceptione, quæ declarat regulam, cum etiam quia fuiſſet quid abſurdum, quòd admitterentur ij, qui minus ius haberent, ſeruatis expreſsis in ſtatuto, non autem ij, qui potentius & ualidius, ut ſupra, nam hoc caſu argumentum de plano procedit a minori ſeu a fortiori, quia ſi id de quo minus uidetur ineſſe ineſt, & id de quo magis, capit. cum in iunctis, iuncta gl. de electio. authen. multo magis. C. de ſacroſanc. eccleſ. loco, a minori, ſeu a fortiori. in princ.

Nec his caſibus loquitur Dec. in allegatis conſilijs; nam in dicto conſilio 53. loquitur in alio caſu, quo per ſpecialem reſeruationem fuerit aliquid reſeruatum, quia non per hoc cenſetur derogatum alijs qualitatibus, quia alio modo & alia uia includerentur, ſecus quando per reſeruationem vnius caſus habentis minus dubium, & minorem rationem, declaratur ex mente reſeruantis non compræhendi caſum maiorem rationem habentem, uel quando per exceptionem uel reſeruationem cenſetur alius caſus excluſus, ut latiſſime dictum fuit ſupra, & cum etiam maior ratio ſit in originario quàm in filiis originarij alibi natis. Nihil etiam facit quod tradit Dec. in d. conſil. 70. nec negari poteſt quin declaratio huiuſmodi declaret etiam mentem ſtatuentium noluiſſe compræhendere originarium ut ſupra.

Ex quibus ſatis ſuperque ſublatum eſt omne dubium, & confirmata eſt concluſio noſtra, quod in dicta ſtatuti prohibitione non compræhenditur ciuis originarius alibi habitãs, quin ipſe poſſit in loco originis ſuccedere, licet illic actu onera non ſuſtineret qui tanto apertius cõfirmabitur ex diſcuſſione & deciſione ſequentis dubij, ad quod deuenio.

Tertium igitur dubium eſt, an hoc caſu ſufficiat originarium eſſe ſubiectum, ut poſſit cogi ad munera, ut ſupra, & habilis ſit ad ſuſtinendũ, ut ſuccedere poſsit, & ſic ſufficiat habitus, & ſi actu non ſuſtineat, quod in primis allegationi-
49 bus fuit deciſum affirmatiue, quòd ſufficiat, † citando Alexand. in terminis proprijs huius ſtatuti in dicto conſilio 157. numero 13. & ſequen. quod etiam admittit Caſtr. in conſil. in contrarium citato 89. num. 2.

Et in ſtatuto admodum ſimili noſtro, immo loquente in caſu fortiori, ut conſtat in puncto recitato in principio conſilij, conſuluerunt ſeptem illi Excellentes Doctores inter conſilia Fulgoſ. conſilio 101. columna fina. & idem tenuerunt Socin. Alexand. Dec. alias citati ſupra hoc noſtro ſtatuto, & etiam Socin. iunior dicto conſilio 18. numero 14. & Paſet. in dicto conſilio 163. numero decimotertio, quorum opinio communis eſt, quibus additur Crot. in rubrica. ff. ſoluto matrimonio. numero 42. in fine. poſt Caſtr. ſupra citatum, ubi dicit quod ciuis originarius etiam ſi non poſſideat, ex quo poteſt cogi, habitus, & potẽtia hñ in conſideratione, quod

in caſu ſtatuti expeditiſſimum eſt, ex quo ſtatu-
tum iſtud expreſſe admittit ad acquiſitionem
is, qui habitu poteſt ſuſtinere onera, licet non ſu
ſtineat, ut in ciue ex priuilegio, & filijs origina-
rij alibi natis habitantibus & allibratis. quod ſi
in iſtis ſtatutum habitum admittit, tanto magis
in originarijs ex d. regula. & loco a minori, ſeu a
fortiori, ut p Euerar. in d. loco 95. in prin. Nec ui
deo quod in dubijs contra hanc concluſionem
adducatur, niſi quod Clariſſimus Dom. Conſul-
tor dubitat in caſu nuptæ vel viduæ habitantis
alibi, quod etiam pungit pars aduerſa in reſpon
ſionibus prædictis datis pro dubijs, quod diſcu
tiendum reſeruabitur in d. 5. dubio.

Quartum dubium ex ſolutione præcedentis
remanet ſuperfluum, quandoquidem ſi ſufficit
habitus in originario ut poſsit cogi ad onera, ut
non cenſeatur excluſus, non eſt opus diſputare
an ſufficiat, quod agnati vel attinentes originarij
alibi habitantes ſubierint onera in ciuitate, ve-
rū ut abundemus in rationibus & fundamentis,
& tanto clarior appareat iuſtitia huius matronæ
hoc etiam dubium diſcutere uolui. dico igitur,
(ut etiam tetigi in primis allegationibus,) ſatis eſ
ſe quod aliquis de agnatione ipſius Dominæ mu
nera ſubierit in ciuitate, ut fateor: hoc enim caſu
retinere priuilegium abſentem, tametſi non ſit
50 allibratus† ut exigeret ſtatutum, tradit Barto.
in l. cum ſcimus. per illum tex. num. 3. ubi loqui-
tur ad propoſitum. C. de agri. & cenſi. lib. 11. for
tius uoluit Bar. ipſe in materia odioſa repreſalia
rum hoc ſufficere, ut ciuis originarius pro repre
ſalijs capi poſsit in trac. de repreſal. in 7. quæſt.
principali, in 2. q. in fi. quē plures ſequunť in rub.
ff. ſol. mat. ubi Imo. nu. 4. Aret. nu. 8. Alex. nu. 10.
& multi dicunt eam eſſe communem * ut Ripa
* ibi nu. 15. Bulg. nu. 29. Crot. nu. 33. & Io. Aniba.
num. 295. eius ſententiæ uidetur Bal. in d. l. di
ximus. §. 1. de excuſatio. tuto. quam ſententiam
etiam tenent alij citati in dictis primis allega-
tionibus, Soci. conſi. 292. colum. 2. uerſic. prima
reſponſio, 2. uolum. Bertran. conſil. 51. numero
3. & 4. 1. uolum. 2. par. Boer. deciſ. 262. numero
ſecundo, & admittit Rolan. conſilio 79. numero
49. in tertio.

Et in his terminis tenent Anchar. Salyc. &
alij conſulentes in dicto conſilio ciuil. colum-
na fin. inter conſilia Fulgo. quos ſequitur etiam
Ioan. Anib. in dicto numero 295. ubi contra So
cin. tenentem id procedere, modo pro bonis cō
munibus onera ſubirent præſentes, in dicta ru
brica, numero 32. dicit communem eſſe intelle-
ctum ad text. in dicta l. cum ſcimus, quòd non
exigatur communio, quam etiam opinionem te
net Soci. iun. in dicto conſilio ſeptimo, in ſecun
do uolumine.

Quæ concluſio tanto magis procedit in ca-
ſu noſtro, ex quo iſta Illuſtris Domi. habebat
ius in bonis fratris pro ſcutis octo millibus ſibi
legatis per patrem pro dote, ut in ſuo teſtamen-
to, pro quibus habebat bona hypothecata hæ-
reditatis patris. l. 1. C. commu. de lega. tradunt
Doct. in l. prima, de lega. primo. & in eis habebat
51 ius reale, † ex quo actio hypothecaria eſt actio
realis, §. item Seruiana, Inſti. de actio. Bald. conſi.
485. ſtatuto, numero tertio, primo uolumine Ne
guſ. in tract. de pigno. in princip. numero tertio,
& bona obligata dicuntur ſuppoſita creditori-
bus. l. fin. C. de remiſs. pign. Neguſ. in dicto prin.
numero ſecundo. quinimmo licet eſſent legatæ
pecuniæ, cenſeo quòd ex quo erat ſolutū matri-
monium, deberet ſolui eidem dos in bonis im-
mobilibus, non in mobilibus, uel pecunijs, ut
conſuleretur indemnitati ipſius iuxta diſpoſitio
nem ſtatuti noſtri, quod mulieres in ſolutum re-
cipere non poſſ. &c. fol. 94. quod licet loqua-
52 tur in dote reſtituenda, † idem eſt etiam dicen-
dum in dote ſoluenda per hæredes patris, quæ
non fuit verè ſoluta, cum ſit in utroque caſu ea
dem ratio. l. illud. ff. ad leg. Aqui. & l. a Titio, ubi
late Iaſ. ff. de uerborum obligationib. cum illi
ius in rebus immobilibus competeret, & actio-
nem ad ea immobilia bona ipſa Dom. haberet
res ipſas habere uidebatur. l. id apud ſe, ubi Al-
cia. ff. de uerborum ſignificationi. & l. qui actio-
nem, ubi Moder. ff. de regu. iur. quod ex inter-
pretatione iuris inductum eſt, ut per Alci. ibi &
Cagnol. in dicta l. qui actionem, & res quæ recu
perari poteſt, dicitur in bonis noſtris, l. rē in bo
nis, ff. de acquiren. rerum domi. & l. bonorum
appellatio. §. fin. ff. de uerbo. ſignific. actio aūt
53 competēs ad immobilia† cenſetur quid immo-
bile, adeo quòd per minorem alienari non po-
teſt ſine decreto, Alexan. conſilio 125. uiſis, nu
mero quarto, in primo, Cagno. numero ter-
tio, & Py. in dicta l. quam actionem, & late Ti-
raq. in tract. de retract. titulo primo, §. 1. glo. 7.
numero ſecundo.

54 Et idem† eſt in alienatione per eccleſiā faciē
da, Guliel. Redo. in tract. de reb. eccle. non alien.
in tit. de alien. redituum, iurium & actionum ec
cleſiæ, numero 15. 24. & pluribus ſequenti.
55 & cum bonorum appellatione † ueniant iura
& actiones. dicta l. bonorum, ff. de uerbo-
rum ſignificationi. Gul. dicto titu. num. 4. & pro
bonis, in quibus ipſa Illuſtris Domi. ius habebat
fuerunt ſoluta onera per fratrem, negari uix po
teſt quin fuerit etiam ſolutum pro bonis ipſius
Illuſtris Dom. & quod ipſa ſoluiſſet ſi habuiſſet
dicta bona, in quibus ius habebat, quod vide-
tur ſufficere, ſecundum Rui. in dicta rubrica, nu-
mero 319. Et ſic etiam remanet hoc dubium
reſtitutum.

Deſcendo nunc ad quintum dubium de ori-
ginaria nupta viro forenſi, an poſsit ſuccedere
non obſtante hoc ſtatuto, dum ipſa eſt in ma-
trimonio?

Et concludo quòd ſic, quia ſicut retinet ori-

ginem propriam, nec perdit priuilegia ; nec
56 iura † communia patriæ ſuæ, vt Bald. tradit in
aliacs itato conſi. 139. num. 1. in fi. & nu. ſequen
ti, volum. 5. & Chaſſa. in commenta. ſuper con-
ſuetu. Burgund. in Rubr. 9. §. 8. in prin. vbi quòd
retinet originẽ naturalẽ pręterquam in his, per
quæ auocaretur a ſeruitijs viri, vt Bart. tradit &
illum ſequitur Ioan. de Platea, num. 1. in d. l. origi
ne. C. de municip. & ſtatutis originis ligetur, vt
57 in primis allegationibus deductum fuit citando
Saly. Corn. Capr. Brun. Soci. Rui. Alcia. & Paſet.
quibus additur Curt. iun. in conſil. 5. num. 42. &
probat Bero. q. 109. num. 1. & ſeq. idem de ea di-
cendum eſt, pro ut de alio originario ſupra fuit
concluſum in ſecundo dubio. Quod tanto cla-
rius procedit, cum agatur de eius fauore, quia
58 pr oculdubio † gaudet beneficio legum, & ſtatu-
torum loci originis, & retinet iura ipſius origi-
nis, Alex. in allegato alias conſil. 26. in fi. in 2. Io.
de Amic. conſil. 20. num. 4. Iaſ. in l. ſi arrogator,
num. 44. in fi. ff. de adop. vbi hoc caſu fortius vo
luit, quod contradicentibus ſtatutis loci origi-
nis, & domicilij ſtetur ſtatuto originis, quod
præualet & præferri debet; Dec. in l. 1. num. 17. C.
vn. vir. & vx. idem Ripa in c. 3. num. 3. 2. libro te
ſponſorum. Sap. in l. pen. num. 3. ff. de iuriſdictio.
om. iudi. Bero. d. q. 109. num. 1. Tiraquel. in trac.
de legi. connubi. in 1. lege, num. 37. & Iul. Ferret.
in tract. de Gabel. & publica. num. 587. & In ter-
59 minis huius ſtatuti, † quod fœmina alibi nupta,
non excludatur a ſucceſſione in patria ſua, tam
quam forenſis; & non ſubdita, tenuerunt Barto.
in l. fi. §. item reſcripſerunt mulieres, num. 5. ff.
ad municip. quem fuerunt ſequuti in his termi-
nis tot alij in primis allegationibus citati, Alex.
& plures alij in d. l. pen. ubi Alcia. nu. 46. Caſtr.
Campeg. Fely. Ioan. de Plat. Brun. Rui. Burſ. Plot.
Alber. Alcia. Cephal. & Paſet. ac tot alij ibi rela-
ti, quos aliter non repetam : qui proculdubio
hanc ſententiam frequentiſſimam faciunt, qui-
bus addimus Maria. Soci. idem tenentem in c.
fi. num. 52. ante fi. de foro compet. & Iul. Ferret.
loco pręcitato. d. num. 587. ubi num. 589. fortius
60 voluit, quod niſi fœmina originaria nupta † ex
preſſe non ſit excluſa a ſtatuto, non eſt excluden
da, & tenent plures alij ex ſupra citatis referen-
do Bar. in d. §. item reſcripſerunt. quam ſententiã
tenuit etiam Bartol. in d. l. pen. C. de manu. & ori
gi. lib. 10. ubi dicit habuiſſe de facto, & cum ſta-
tutum prędictum non excludat vel prohibeat
ſuccedere originarios natos in ciuitate, ſed tan-
tum priuilegiatos ciues, & filios originariorum
alibi natos, ut ſupra in ſecundo dubio, ceſſat om
ne dubium.

Concluditur igitur, quod quemadmodum ci
uis originarius alibi habitans non compræhen-
ditur in dicto ſtatuto, quin poſſit acquirere, &
ſuccedere, tanto minus compræhẽditur mulier
alibi nupta, quæ retinet iura originis, & eſt etiam
priuilegiata a iure, ut inferius dicetur, reſpondẽ
do obiectionibus contra hanc concluſionem
in dubijs factis, quas ſi oſtendero non obſtare
huic concluſioni, tanto certior erit victoria hu-
ius nobilis matronæ.

Obijcitur igitur quod poſſit dici forenſis, ex
quo eſt nupta Bononiæ effecta fuit ciuis illius, &
61 forum originis † mutauit. l. mulieres. C. de digni.
libro 12. ibi (& forum ex eorum perſona ſtatui
mus, & domicilia mutata) & declarant omnes
in dicta l. penultima. ff. de iuriſdictio. omnium iu
dicum ; & quatenus domicilium originis reti-
nuiſſet in hac ſpecie forus habitationis uidere-
tur attendendus, gloſ. in dicto capitulo ſtatu-
tum. §. cum uero, ſupra in ſecundo dubio citata.

Sed iſta obiectio leuiſſima eſt : quia licet in
priuilegium uxoris habentis concedatur illi di
gnitas viri, & ſubijciatur foro ſuo, & domicilium
transferatur remanet tamen ciuis ſuæ ciuitatis,
& ligatur eius ſtatutis, & tenetur legibus dictę
ciuitatis originis, in his, in quibus non abſtrahi-
tur a ſeruitijs viri, ut ſupra oſtenſum fuit: nec ali
quis negat, quin licet efficiatur ciuis ciuitatis ui
ri, remaneat etiam ciuis ciuitatis originis, & in
concurſu hæc præualet illis, ut ſupra in 2. dub.
62 comprobatũ extitit. nec mutatio domicilij † red
dit eam forenſem, ut Bald. tradit in conſil. 210.
nu. 7. in tertio volum. cuius mentis eſt Corne. in
conſilio 177. in fi. quarto uolum. & ad dictam
gloſ. in dicto §. cum uero, ſupra fuit reſponſum,
quia procedit, quo ad effectum conueniendi in
iudicio, ſecus uero quo ad ciuilitatem, & onera
ſubeunda, ut ex Soci. Rui. Boſſ. que reſponſum
fuit in d. 2. dubio.

Secundo obijcitur, quod licet eſſet ciuis, ta-
63 men non cenſetur ſubdita † ut in terminis uo-
lut Caſtr. in allegato conſi. 89. & Dec. d. conſilio
661. et qđ non uideatur ſubdita, uſ tenere Bal.
in l. 2. num. 7. C. ut in poſſeſ. lega. & ad excluſio-
nem alibi nuptæ in terminis conſuluit Caſtr. d.
conſ. quem ſequitur Alex. conſ. 111. nu. 10. in 7.
quod maxime dicit procedere, ex quo non po-
teſt cogi ad onera perſonalia, ut exigitur in hac
ſpecie. l. prima. C. de mulie. & in quo loco, libro
decimo, & Alexand. dicto conſilio 111. nume-
ro decimo. Rui. dicto conſillio 200. in ſecundo,
Alciat. reſpon. 63. & Bero. conſilio 173. numero
47. in primo. & in nupta, quod non dicatur ſub-
dita ſtatutis originis, Zabar. in capitulo, propo-
ſuiſti, ad fin. de foro competenti. Bald. conſilio
411. numero ſecundo, in primo. & 226. in quin
to, Alber. ſecunda par. ſtatutorum, quæſtio. deci-
ma, Homode. conſilio 166. numero 17. Soci. con
ſilio 81. in 3. Tiraquel. in l. 1. §. 1. in prima par.
numero 37. de legi. connub. Gherar. Mazzo.
conſilio 86. numero 14. Cephal. conſilio 53.
numero 36. qui dicit talem non eſſe ſubditam,
cum non habeat onera, & idem in conſilio
171. numero 31.

Quæ

Quæ obiectio ſoluitur ex eo quia, vt reſpondi
et in primis allegationib. falſa eſt opinio Caſt. q
64 fœmina alibi nupta non ſit ſubdita ſtatutis, & le
gibus ciuitatis originariæ, ut in dictis allegatio-
nibus fuit oſtenſum ex Saly. Corn. Brun. & tot
alijs Doctoribus in dictis allegationibus citatis,
qui illic videri poſſunt, etiam Cur. iun. & Bero. ſu
pra citatis. & quòd ſit ſubdita tenuit ad propoſi
tum apertiſſime Alci. conſil. 499. num. 7. qui lo-
quitur in his terminis, & tenuit ipſe Caſtr. in al-
legata l. rei iudicatæ, §. ſi ſocero, nu. 7. ff. ſol. mat.
vbi ſequendo Bartol. in d. §. item reſcripſerunt,
quòd non deſinit eſſe ciuis, vel habere domici-
lium, in propria ciuitate, niſi in his, quæ concer-
nunt obſequia matrimonij, non in alijs, & ideo
ſi in propria patria imponeretur onus perſona-
le, propter quod cogeretur ſe ſubtrahere a ſerui
tio uiri, non cogitur obedire, ſecus in reali. quæ
deciſio Caſt. inhærens communi opinioni Bart.
ab omnibus receptæ, ut ſupra, repugnat eius opi
nioni, quam tenuit in d. conſil. vbi inſeruiendo
cauſæ uoluit omnino eam non eſſe ſubditam,
& non tantum nō poſſe cogi ad perſonalia, ſed
nec etiam ad onera mixta, quod utique falſum
eſt, cum per ea, quę conſiſtunt in ſolutione non
abſtraheretur a ſeruitijs uiri, & propterea ſicut
ad onera, vt collectas tenentur alij originarij ali
bi habitantes, ut ſupra fuit dictum & oſtenſum,
ita pariter tenetur alibi nupta, & huic ſententiæ
65 Caſt. quam tenuit legendo magis ſtandum eſt,
quàm diuerſæ, quam tenuit conſulendo, cum in
lectura ceſſet affectio & cupiditas æris, ut tradit
Crauet. in tract. de antiqui. tempo. in 1. par. §. pro
66 poſitum, num. 48. & in ſumma tria ſunt, in qui-
bus mulier tranſit in poteſtatem uiri, quo ad re
ſidentiam operas & debitum carnis, in reliquis
eſt libera & ſui iuris, ut tradit Ferrat. cautela 29.
& Iul. Ferret. d. tract. num. 589. at cum in propo
ſito in his tribus, vel aliquo ex eis, non abſtraha-
tur mulier a ſeruitijs viri, ſuſtinendo aliqua ex
oneribus quæ imponuntur in ciuitate Ferrariæ
tam maribus quàm fęminis, ceſſat omne dubiū,
nec illa opinio Caſtr. locum ſibi vendicat, & me
rito reijcitur a Doctoribus ſupra & alias citatis.

Quæ autem dicuntur per Caſt. in d. conſil. &
referuntur etiam in dubijs de oneribus perſona
libus, ad quæ mulier alibi nupta non tenetur,
ceſſant etiam hoc caſu noſtro, quo mulieres in
hac ciuitate ad nulla munera perſonalia ſuſtinē-
dum compelluntur, ut in fide officij 12. ſapien-
67 tum conſtat: attenditur enim conſuetudo pro-
uinciæ in oneribus ſubeundis, Bar. in d. l. 1. C. de
muli. & in quo loco, nu. 23. Vnde cum ab his mu
neribus perſonalibus ſint ex conſuetudine im-
munes mulieres in hac ciuitate, illa ſua immuni
tas non deberet eis nocere quin poſſint ſucce-
dere, cum omnes id admittant, immunitatē hoc
caſu ſuccedentes iuuare, ut per Alex. in d. conſ.
111. ex aduerſo citato, num. 10. in ſeptimo, & in
noſtro ſtatuto, Soc. iun. d. conſ. 18. num. 14.
68 Quibus accedat, quòd cum mulieres alibi nu
ptæ a iure conſequantur hoc priuilegium ne te-
neantur ad huiuſmodi onera perſonalia in ciui
tate originis, ut in d. l. 1. C. de mul. & in quo loco;
ut tradit Alex. d. conſil. 20. in 2. Ioan. de Ami. Ri
pa & alij ſupra citati in princ. huius dubij, certe
etiam circunſcripta conſuetudine ciuitatis non
excluderetur mulier originaria alibi nupta, ex
quo quando quis nō ſuſtinet onera propter pri
uilegia, ut euenit in clericis & alijs perſonis pri
uilegiatis, non eſt tamen quin poſſint ſuccedere,
69 alias priuilegium eis redundaret in odium, con
tra. l. quod fauore. C. de legi.

Exploſa igitur opinione Caſtr. in d. conſil. an-
teſignani aliorum, qui illū fuere ſequuti, ceſſant
etiam eiſdem rationibus auctoritates ſuorum aſ
ſeclarum, qui etiam fautores illius opinionis in
dubijs citati non conſuluerunt in caſu, in quo
conſuluit Caſt. vel alio ſimili, ſed alijs diuerſis,
adducentes tamen illud conſilium ad eorum fa
uorem, vel ex ſuperabundanti, vel ad ornatum
conſilij, vt ſæpe faciunt Doctor. quando habent
aliquod fundamentum reale, quo mouentur ad
conſulendum, & tamen adducunt alia fundamē
ta minus uera & realia, ut facilius inducant iudi
cem ad tranſeundum in ſuam ſententiam, ut tra
dit Soc. conſi. 35. colum. fi. 3. volum. Gozad. con
ſil. 96. num. 8. & Crot. conſil. 100. num. 18. & ſe-
quen. Namque Alex. in d. conſil. 111. potius im-
probat quam approbet Caſt. cuius opinio in ca
ſu ſuo aduerſabatur, ſed is illam contendit euita
re diuerſificando caſus, & tenet potius pro hac
noſtra ſententia, Dec. vero in d. conſil. 661. lo-
quitur etiam in alio caſu, vt ſupra reſpondi, diſſi-
mili, & illud conſilium citat ad probādum ſuam
opinionem, Bald. ideo in d. l. 2. nu. 7. C. ut in poſ-
ſeſ. lega. nō loquitur in hac q. & dicit contra om
nes ſupra citatos ꝓ hac noſtra parte, quòd pro-
pter nuptias ſit translatum forum etiam origi-
nis, & quodammodo filia nō ſit ſubiecta ſtatuen
tibus mutato loco, & foro. Ruin. etiam d. conſil.
200. loquitur in diuerſo caſu, vt ſupra in ſecun-
do dubio fuit reſponſum. Alciat. conſil. 63. non
tantum non ſequitur Caſt. ſed tenet cōtrarium,
quòd filia nupta alibi poſſit ſpeciali ſtatuto liga-
ri, Bero. vero d. conſil. 173. non loquitur, vel re-
ſpondit in originaria alibi nupta, quæ in loco
originis proprie intendat ſuccedere, ſed in filijs
originarij alibi natis in loco in quē tranſtulit pa
ter domicilium, qui caſus eſt a noſtro longe di-
uerſus, vt ſupra in dubijs diſtinximus, Zabar. etiā
in d. c. propoſuiſti, in fi. non loquitur in hac q. &
licet ibi teneat, quòd talis filia nupta habeatur
pro forenſe, & non ligetur ſtatutis, male ſen-
tit, & contra communem opinionem Bartol.
& aliorum, & melius tenet Abb. ibi & in ea. q.
contrarium tenet Brun. in d. 6. art. num. 26. Bal.
conſil. 411. in primo, loquitur etiam extra termi

nos

nos noſtros, quando ſcilicet mulier nupta non
erat ciuis origine Mediolani, & ſic nõ ligabatur
ſtatutis, ex quo mutatum erat domicilium, in
conſil.226.in 4.argumentatur pro illa parte, ſed
nõ firmat, & potius uidetur inclinaſſe in noſtrã,
Albe.q.10. ſecunda par.ſtatu.admittit, quòd mu
lier teneatur ad munera, ſed non quòd ligetur
ſtatutis nouis editis poſt matrimonium, quaſi
non ſubdita, quod eſt falſum, cum ſemper lige-
tur. ex quo ſemper durat ſubdita, ut ſatis ſu-
perq́ue ſupra fuit oſtenſum. Signor.de Homod,
in q. ſeu conſ.166.num.13.tenet contra commu
nem, quod non teneatur ad aliqua munera in lo
co originis, & contra eum conſuluit Corn.in cõ
ſil.202. 2.& 5.colum.2.uolum.& in ſpecie illum
reprobat Soc.in d.l.penul.num.6. & Brun.d.6.
artic.q.prima, num.26.Soc.etiam in conſi.81.in
tertio, nõ loquitur ad propoſitum noſtrum, ſed
in caſu diuerſo, quòd mulier erat effecta de fo-
ro & domicilio uiri, & nubendo illud amiſerat,
ſed ſentit, uel non negat, quin retineat domiciliũ
originis, & ligetur ſtatutis illius loci. Tiraquel.in
prima lege connubiali, nu.37.ſequitur Bar. in d.
§.item reſcripſerunt. licet referat Caſtr. in dicto
conſil.limitando, ſed confuſe citat etiam alios,
qui tenent contrarium. Cepha.etiam conſil.53.
reſpondit in caſu diuerſo, quando ſcilicet ſtatu-
tum excludebat expreſſe mulierem nubentem
extra territorium & eius filios, ut num.25.licet,
num.36.ſequatur Caſt.in alijs terminis in conſ.
171.num.30.& ſequen.tenet mulierem non liga-
ri ſtatutis ſuæ patriæ in his, in quibus abſtrahere
tur a ſeruitijs uiri, quod eſt ſecundum opinionẽ
Bar.& communem, & quatenus teneret aliter,
potius eſſet ſtandum eius opinioni, quam tenuit
pro hac parte noſtra frequẽtiori & veriori, in al-
legato conſil.13.& eam uoluit procedere in for
tiori caſu, quando ſcilicet decretum vel ſtatu-
tum declarat non habitantem haberi pro foren
ſe, nam, ut ipſe tenet illic, num.45. id non bebet
intelligi de nupta alibi, quæ nubit ex cauſa neceſ
ſaria: ſecus in alijs originarijs ciuibus, qui ſine cã
ſuã ciuitatẽ deſerunt, vt ibi per eũ. Ad conſ.Ghe
rar.Mazzo.86.nume.14. quod non eſt forenſis,
ſed ꝙ tamen non eſt ſubdita, reſpondetur quod
male dicit, & contra communem, quia immo re
manet & ciuis & ſubdita, vt ſupra.

Tertio obijcitur quod licet Bart. in d.§.idem
reſcripſerunt, aſſerat mulierem alibi nuptam uti
70 non forenſem ſuccedere, † non tamen loquitur
in ſtatuto huic noſtro ſimili exigente eam nõ ſo-
lum nõ eſſe forenſem, ſed addit qualitatem ſubie
ctionis, quæ qualitas requirit, vt poſſit conueniri
in loco originis, & cogi ad omnia munera, unde
aliud eſt retinere priuilegia ciuilitatis, quia ea re
tinet, ut per Tiraquel.d.num.37. aliud eſſe ſubie
ctam ſtatutis ad onera etiam perſonalia, ad quæ
non poteſt cogi vt ſupra. ſed reſpondetur quod
deciſio Bar. & ſequacium, quæ eſt communis, eſt
qđ fœmina alibi nupta remanẽat ſubiecta quo
ad omnia, præterquam in his, per quæ abſtrahe-
rẽt a ſeruitijs uiri, quo fit, ut ad omnia onera te-
neatur per quæ nõ abſtrahitur, ut ſupra, unde ad
collectas pro quibus ſoluitur pecunia, & etiam
ad onera perſonalia pro quibus uiri ſoluunt pe-
cuniam poſſet teneri, quia non abſtraheretur a
ſeruitijs ipſis, & ita uidetur uelle Caſt. in dic.§.a
ſocero.nu.7. ſed ut dixi de perſonalibus non eſt
diſputandum, cum habeat mulier priuilegium
& de iure communi, & ex conſuetudine huius
ciuitatis, unde cum ipſa ſit ſubiecta ſtatutis, ut ſu
fiſſime ſupra & alias fuit cõprobatũ, deciſio Bar.
& aliorũ ſequaciũ optime decidit caſum noſtrũ.

Quarto obijcitur quod deciſio Bar. habet lo
cum ubi quis per ſe, vel alium ſuſtinet onera, ut
per Ruin.conſil.112.nu.10. verſ.ſimiliter ſequi-
tur, citatus a Rolan.conſil.79.num.49.in 3.quic
quid uoluerit Ruin.in conſil.49.num.10. in 3. &
Alcia.d.conſil.63.num.5.quia loquuntur de mu
liere ſubiecta in aliquibus, nos autem agimus de
ſubiecta ſimpliciter, & quo ad omnia, & non ſe
cundum quid, & propterea damnatur a Cepha.
in conſ.171.num.32. Nec referre uidetur, quod
dicatur ea forſan procedere in caſu uoluntario,
ſecus in neceſſario, vt eſt cauſa matrimonij, ut ꝑ
Bal.in d.l.pen.num.2.ubi Soc.num.6. nam non
uidetur Bald.conſiderare illum actum nubendi,
eſſe neceſſarium, cum tamen ſit voluntarius & fa
uorabilis, ſecundum iuris diſpoſitionem ob fori
mutationem.d.l.1. C.de mulier.& in quo loco.
ſed id etiam tollitur ex deciſionibus ſupra cita-
tis firmantibus, mulierem alibi nuptam indiſtin
cte ligari ſtatutis loci ſuæ originis, unde non eſt
diſputandum, an ſit ſubiecta ſimpliciter, uel quo
71 ad quædam, † quia cum ligetur indiſtincte ſtatu-
ris, non poteſt negari, quin ſit ſubdita, & cum ſit
ſubdita, illa proculdubio ſuccedere poteſt, & hoc
caſu ſufficit, quod per alios fuerint ſupportata
onera in ciuitate, ut ſupra in quarto dubio præ-
cedenti fuit concluſum: ſicut etiam admittitur,
licet non ſuſtineret perſonalia, nec ad ea poſſet
grauari, ex quo ab eis eſt liberata de iure & ex cõ
ſuetudine per priuilegium. quod autem Cepha.
contra Ruin.adducit in d, conſi.171.nu.32.non
eſt uerum, quia Cepha.uult indiſtincte, nuptam
non ſortiri forum originis, nec ſtatutis eius liga
ri.& hoc eſt falſum, quia immo ligatur ut ſupra,
& tanto magis debet gaudere matrona iſta hoc
72 priuilegio, † ex quo ſine eius culpa mutauit do-
micilium nubendo: id enim ex cauſa neceſſaria
fieri tradit idem Ceph.in d.conſil.13.num.48.&
quia nupſit cum conſenſu Principis, vel Iudicis
12.ſapientum, quia alias incidiſſet in pœnam ſta-
tuti, pœna mulieris contrahentis cum forenſe,
73 qui conſenſus † ex lapſu tanti temporis præſumi
tur interueniſſe, Fely.ad propoſitum in cap. Al-
bericus, num.4.in fi.& num. ſequen. de teſti. Ro
lan.conſ.99.nu.25.& ſeq.ſecundo uol.& Gulicl.

Redoa.

Redoa in d.tract. de rebus eccle. non alie. in tit.
de his qui conſentiunt, & de conſenſu &c.§.pri-
mo, colum. vltima.
74 Poſtremo obijcitur, † quod cum ſtatutum exi
gat illā ſuſtinere realia & perſonalia onera, utrun
que exigitur, Bero. d. conſi. 173. nu. 47. in primo.
Ideo videtur excluſa, Card. conſil. 135. maxime
quòd ad perſonalia cogi non poteſt niſi in foro
uiri. d. l. 1. vbi Ioan. de Plat. Nec videtur ſufficere
habitus, quia & ſi in ciue originario admittatur
ſecus tamen erit in nupta, quæ ad perſonalia, vt
ſupra nō tenetur, nec ad mixta quæ perſonis pro
rebus imponuntur. Caſt. d. conſil. 89. & exigitur
vtrunque, vt per Ruin. d. conſil. 120. in quarto,
Quod autem dicitur de habilitate, vel habitu,
poſſet procederem, poſſidente immobilia, & nō
ſoluiſſet per longum tempus, vel ſi ſit inuicem
receptus, nec ſoluit datia, vt in caſu Bal. in c. du-
dum, num. 27. de electio. quia tunc talis non ex-
cluderetur, ſecus in muliere alibi nupta, quæ nō
poteſt cogi vt ſupra, Soc. in d. rubr. ff. ſolu. matr.
nume. 33. quia cum bona ſint obligata, cogi po-
teſt. & ante eum idem tenuit Caſt. in d. conſi. 89.
& Alex. d. conſil. 157. nume. 13. Dec. conſil. 284.
num. 10. & Soc. iun. d. conſil. 18. nu. 14. in 3. Quæ
obiectio ex ſupra deductis & ex ſcriptis in alijs
allegationibus fuit ſublata: licet enim exigatur
copulatiue, quod quis ſubeat onera realia & per
75 ſonalia, non tamen exigit ſtatutum † quod de fa-
cto & realiter fiat, vt erat in caſu conſil. Card.
quo caſu habitus non officiebat, ſecus autem ſi
tantum exigat ſtatutum quod alienatio non fiat
in non ſuſtinentem, ut in caſu noſtro, quia nūc
ſatis eſt quod ſit habilis ad ſuſtinendum, vt in 3.
dubio reſolutum fuit, & nunc ſi eſſemus in origi
nario alibi habitante res erit clara, quia cum te-
neatur & ad perſonalia & ad realia & ad mixta,
vt ſupra in ſecundo dubio concluſum fuit, pun-
ctus caret omni ſcrupulo, quod tāto clarius pro
cedit, cum ut dixi, ſtatutum ipſum apertiſſime
declaret habitum ſufficere, nec exigere quod tē-
pore acquiſitionis ſupportentur talia onera rea-
liter & cum effectu nedum in originarijs origi-
ne propria, ſed & in ciuibus ex priuilegio, & in
filijs originariorum alibi natis, modo habitent,
& ſint eo tempore allibrati. In nupta uero aliqua
videtur difficultas propter perſonalia. ſed certe
illa tollitur ex eo, quia cum ipſa habeat hoc ſpe-
ciale priuilegium a iure præter cæteros origina-
rios de non ſubeundo illa in patria, quod priuile
gium habent oēs mulieres in hac ciuitate, quæ
non tenentur ſubire aliqua onera perſonalia, &
tunc priuilegium hoc eam liberat, ut ſtatuto nō
obſtante ſuccedere poſſit, ut ex Alex. & Soc. iun.
ſupra comprobatum extitit, quod etiam alij ad-
mittunt, tum quia in hac ciuitate onera perſona-
lia ſunt redacta ad ſolutionem pecuniarum, vt
oſtendetur etiam reſpectu virorum, & alibi nu-
pta hæc poſſit ſubire, ex quo non propterea ab-
ſtrahitur a ſeruitiis uiri, quæ in illis tribus conſi-
ſtunt, ut ſupra: certe illa teneretur etiam ad hæc,
ſi non extaret conſuetudo contraria, ſtante deci
ſione Bart. in d. §. item reſcripſerunt, communi-
* ter* recepta, quod apertius colligitur ex verbis
Caſtr. in d. §. ſi a ſocero. num. 7. ubi dicit, quod li
cet in patria imponeretur onus perſonale, pro-
pter quod cogeretur ſe ſubtrahere a ſeruitio ui-
ri, non cogeretur obedire, ſentiens quod ſi per
tale onus non ſubtraheretur, ſecus eſſet. quæ de
ciſio optime declarat hāc materiam. & licet Do
ctores quandoque dicant ſimpliciter, quod ipſa
non tenetur ad munera perſonalia, ut dicit ex-
preſſe text. in d. l. unica. C. de mulie. & in quo lo-
co. intelligunt de illis muneribus proprie perſo
76 nalibus, † in quibus neceſſe eſſet mulierem ſub-
trahere a ſeruitijs viri, de quibus meminit Iu-
riſconſultus in l. 1. & fi. ff. de mune. & honor. in
quib. exigitur corporis labor & ſolicitudo ani-
mi ac uigilantia principaliter, ut in §. illud tenen
dum, d. l. 1. & in §. 1. d. l. fi. ſecus igitur, ſi ex con-
ſuetudine ciuitatis munera perſonalia redacta
ſint ad pecunias, quorum nupta capax eſſe po-
teſt: tunc enim omnem ceſſare difficultatem ar-
bitror, quod poteſt teneri mulier, & eo caſu ſi-
cut alius originarius poſſet conueniri in domici
lio, vbi habitat, prout poteſt pro alijs ſuis debi-
tis, vt per Crot. in d. rubr. ff. ſolu. matr. nume. 33.
in fi. ita idem dicendum erit in muliere nupta,
reſpectu vero onerum mixtorum, ut dixi, Caſt.
male loquitur, quia cum remanet ſubdita poteſt
grauari, & tanto clarius ſtante ſtatuto noſtro,
quod bona Immobilia pro oneribus ſint obliga
ta, fol. 92. vt etiam diximus in prioribus allega-
tionibus, nec hoc caſu loquitur Bero. d. conſil.
173. qui etiam reſpondit in alio diuerſo caſu, vt
ſupra reſponſum fuit. & ad conſilium Ruin. 120.
in 4. qui non loquitur in caſu nuptæ, alibi ex ſu-
pra deductis colligitur reſponſio, quod in caſu
iſto non eſt neceſſe originarium alibi habitantē
ſubire munera realia ſi non habet bona in loco,
ſufficit habitus, ut ſupra: ſecus forte ad obtinen-
dum repreſalias, quo caſu ipſe loquitur, de quo
diſputant Doctores in dic. rubrica. ff. ſolu. matr.
quod autem dicitur in dubijs reſtringendo habi
tum ad caſum, quando quis poſſidet immobilia,
& non ſoluit, uel quando fuit receptus in ciuē,
modo ſoluat datia & collectas, quia poteſt cogi
ad ſoluendum, Bal. in c. dudum, ſupra citatus, tol
litur ex eo quod idem eſt in non poſſidente bo
na, quando eſt ſubditus & habilis, ut expreſſe ad
mittit Caſtr. in d. conſil. & in terminis tradide-
runt illi ſeptem Doctores in d. conſil. 101. inter
conſilia Fulgoſ. & alij ſupra citati, in tertio dub.
deciſio autem Bal. facit pro iſta parte, quia ſi ci-
uis ex priuilegio receptus cum dicta clauſula eſt
habilis & admittitur, tanto magis ciuis origina-
rius, ut ſupra in ſecundo dubio diſcuſſum fuit. &
cum mulier ex priuilegio non teneatur, vel ſi te-

nere-

neretur, poſſet cogi,ut ſupra, deciſiones Alex.
Soc. iun. & Dec. pro hac parte ſupra citatorum
faciunt pro hac parte, ex quibus optime (ni fal-
lor) ſatisfactum eſt omnibus dubijs hoc quintũ
dubiũ cõcernentibus,& defenſata eſt ſententia
noſtra, quod ipſa Illuſt. Domina non eſt excluſa.

Cæterùm, cum ſtatutum prædictum in dicto
verſiculo, declarantes, aperte probet ſtatuentes
noluiſſe compræhendere, nec in capacem redde
re ciuem aliquem originarium, licet alibi habi-
tantem, ut ſupra in ſecundo dubio abunde con
cluſum fuit, ceſſant omnes amaritudines, quod
originaria alibi nupta non excluditur, nec hoc
caſu loquiẽ Caſt. vel quiuis alius, & cũ filij origi-
narij alibi nati in hæreditatib. aſcẽdentiũ & de-
ſcẽdẽtiũ, ſint capaces ex d. ſtatuto, qui habẽt mi
nus iuris in ciuilitate, ita debent in hæreditatib.
omnium admitti parentes, etiam ſi ſit mater nu-
pta, prout in d. 2. dubio comprobatum extitit, &
tanto magis, hæc Illuſtris D. quæ habet originẽ
nedum propriam in hac ciuitate, ſed & paternã
& auitam & aliorum maiorum ſuorum, quam (iu
dicio meo) eſſet impium excludere.

Sextum dubium nũc ſe offert diſcutiendum,
quod minorem uidetur habere difficultatẽ, ſtan
te reſolutione præcedentis, quia ſi ſuccedit nu-
pta dum eſt in matrimonio, tanto magis debet
ſuccedere illa, quæ eſt vidua, & eſt ſoluta a legi-
bus uiri, & cui amplius non tenetur ad illa tria,
quæ conſiderant Doctores ſupra citati, & cum
77 non abſtraharur † hoc caſu a ſeruitijs uiri, vide-
tur etiam teneri ad onera & cogi poſſe, & proce
dit d. deciſio in dic. §. ſi a ſocero, quem ſequitur
Fely. in c. ſuper eo, il ſecondo, num. 2. de teſti. &
Ioan. de Ami. conſil. 20. num. 4. & licet uidua re-
tineat domicilium uiri l. filii. §. 1. ff. ad municip.
& tradunt Doctores in dicta l. pen. ff. de iuriſdic.
omnium iudi. & uideatur ſecundum aliquos re
tinere priuilegium uiri, ac ſi eſſet in eodem ma-
78 trimonio, tamen priuilegium tale † videtur redu
ci ad dictum domicilium, non quo ad alia, quæ
habebat conſtante matrimonio, vt Ange. tradit
in conſilio 369. Ritius. nume. 2. ubi reſpondit,
quod mulier uiuente uiro deberet ali in bonis
uiri, non durat idem priuilegium poſt annum lu
ctus, & propterea licèt mulier uiuente uiro gau-
deret priuilegio immunitatis eo defuncto tene-
tur ad publica munera, ut uoluit Egid. Thomat.
in tract. de collect. aduerſus Guid. Pap. fol. 290.
nu. 2. & pag. ſequenti. ubi diſputat q. & id quod
dicitur eam cenſeri eſſe in eodem matrimonio
eſt ficte, non uere, vt tradit Tiraquel. in tract. ceſ
ſan. cauſa. in prima par. nume. 33. & quod uidua
ceſſante ratione matrimonii, non videatur gau-
dere iiſdem priuilegiis, ſicut gaudebat uiuente
uiro, uidetur innuere Claud. de Seiſel. in d. l. pe-
nult. numero 4. & 5. ubi dicit, ceſſare rationem
79 dicti priuilegii, & apertius in indiuiduo, † quòd
ſoluto matrimonio ceſſet priuilegium & mulier
& eius bona regantur, ſecundum ſtatuta ciuita-
tis propriæ, tradit Alb. in d. conſil. 23. num. 10.
quem ſequitur Paſet. in d. conſ. 163. num. 2. & in
uidua, quod etiam ſeruet forum originis, uoluit
Alcia. in allegato conſ. 50. num. 15. lib. 9. ubi pro
pterea tenet in caſu ſimilis ſtatuti eam uti ciuẽ
& ſubditam non excludi.

Contra hanc veriſſimam cõcluſionem aliqua
obiiciuntur in dubiis, & primo quod cum poſt
ſolutum matrimonium remanſerit in ciuitate
Bononiæ, nec redierit in patriam ſuam, cum ha-
80 buerit commoditates † redeundi & poterat face
re, ut per Doctor. in d. l. penult. ſibi ſit imputan
dum, vt in terminis de vidua tradit Ceph. d. con
ſi. 171. nu. 34. quem ſequitur Rolan. a Valle con
ſil. 79. num. 49. in 3. ſed hoc minime obſtat. Pri-
mo, quia non eſt uera illa opinio Ceph. quod ui
dua non rediens in patriam, amittat priuilegia
ciuilitatis, vel ciuitatis originis, quaſi patriam de
ſeruerit: quia, ſi id non eſt uerum in alio ciue ori
ginario qui domicilium alibi transfert, ut ſtatim
81 oſtendam, minus uerum eſt in alibi nupta, † quæ
ex iuſta cauſa tranſiuit in aliam ciuitatem, ut ſu-
pra deductum fuit ex eodem Ceph. in d. conſil.
13. Quod autem alius originarius non amittat,
ſatis ſupra in ſecundo dubio comprobatum exti
tit, nec Bald. citatus per Ceph. in auth. omnino,
colum. pen. num. 13. C. ne vxor pro mari. loqui-
tur ad propoſitum noſtrum, ſed in materia odio
ſa, ut is non poſſit capi pro repreſaliis, nec dicit
quòd amittat domicilium originis, ut declarat
Soc. in allegato conſil. 79. num. 25. in 4. Afflic. ve
ro deciſ. citata per eum, 384. fatetur quod illi cõ
ſiliarii fuerunt diſcordes, & quod nihil fuit ob
eorum diſcordiam deciſum, & merito præuale-
re debuit pars tenentium hanc noſtram ſenten-
tiam iuſtiorem & æquiorem, ut ſupra: Bald. uero
in l. a, C. de infan. expoſi. loquitur quando quis
reliquit ſuam ciuitatem, quam uidit perire, quia
debuit eam iuuare, alias perdit omne ius ciuita-
tis, qui caſus nunquam euenit, & tãto minus de
ciſio ipſa poteſt conuenire mulieri, quæ nullam
opem, ſi eueniſſet, potuiſſet illi adferre, Boe. etiã
citatus per Ceph. deci. 260. in fi. non loquitur in
ciue originario, ſed in creato ex priuilegio, cuius
ciuilitas facilius amittitur, quàm ciuilitas ex pro
pria origine quæſita, ex quibus conſtat non eſſe
veram opinionem Cepha. qui etiam non loqui-
tur in terminis noſtris, ſed in penitus diuerſis, cũ
non loquatur in priuilegio & fauore uiduæ, de
quibus non agimus, ſed in obligatione & onere
ſeruandi ſolennitates ſtatutorum, quod eſt di-
uerſum: Rolan. uero auctoritas ceſſat, ex quo
fundatur in auctoritate Ceph. & iiſdem rationi-
bus tollitur, tametſi Rolan. ibi in verſiculo, ſecun
do intelligi, teneat Rui. opinionem Barto. quod
retineat omnia priuilegia ciuitatis propriæ, & re
maneat ciuis, niſi in his, in quibus retraheretur
a ſeruitiis uiri, & cum hæc Illuſtris matrona ha-
beret

beret in ciuitate matrem illic habitatẽ & filios;
quos genuerat ĩ matrim. nulla lex vel ęquitas ad
mittit, quod teneretur redire, & hanc duram ſe-
parationem facere deſerendo matrem & filios
& redire ad ciuitatem hanc, cum eſſet iuuenis &
ſine aliquo gubernio, maxime cum in domo fra
trum nullę extarent mulieres, cum quibus hone
82 ſte morari poſſet: lex enim† non admittit duram
ſeparationem. l. pen. C. commu. utriuſ. iudi. & l. ſi
domus. §. qui confitetur, ubi Doctor. ff. de leg. 1.
cum alijs citatis per Niconit. in repet. Rubr. de
ope. noui nuncia. num. 268.

Concludo itaque quod omni iure ipſa Illu-
ſtris Domina uenit admittenda ad hæreditatẽ,
nec excluditur, imo includitur uigore dicti ſtatu
ti, quod tãto magis fatendũ eſt, ex quo poſt dela
tã hęreditatem & ante habitam poſſeſſionem bo
norum, ipſa fuit allibrata in æſtimo, & ſuſtinet
83 nunc ea onera, quæ illi poſſunt† conuenire: licet
enim multi citati in dubijs teneant, quod nõ ad-
mittatur, ut per Rui. conſil. 139. num. 23. in 5. Al
cia. conſil. 479. num. 41. & Soc. iun. conſil. 49. nu
me. 9. in 4. & per Bero. etiam d. conſil. 143. num.
48. multi tamen tenent contrarium, quod immo
admittatur, ut per Caſt. conſ. 286. uidetur quod
dicta ſententia, num. 2. in ſecundo volum. quem
84 ſequitur Crot. amplians, †etiam ſi traditio fuerit
ſubſecuta ante allibrationem in l. filiusfamilias,
§. Diui. num. 81. ff. de leg. primo, & in ceſſione tra
dit Comen. conſil. 85. præſuppoſita, Rip. in cap.
2. nu. 25. lib. primo reſponſorum, Plot. in d. con-
ſil. 108. numero 29. Zuccar. in l. fin. num. 23. C.
de edicto diui Adria. tollen. & Paſet. die. conſil.
163. nu. 8. & hæc quo ad ſucceſſionem dictæ Illu
ſtris Dominę Lauræ.

Nunc agendum eſt de ſucceſſione monaſterii
ſancti Antonii, in quo puncto concluſiue in pri-
mis allegationibus, illud omnino ſuccedere ex
perſona Dominæ Dianæ alterius ſororis dictæ Il
luſtris Dom. Lauræ & dicti Illuſtriſs. Dom. Mar-
chionis Herculis, non obſtante ſtatuto Ferrariæ
de bonis Ingredientium monaſterium, tum quia
nullum, tum quia non loquitur in hoc caſu, vel il
lum compræhendit, cõtra quæ adducta pro par
te noſtra aliqua etiã in dubiis obiiciuntur, & pri
mo quod non poteſt dici de nullitate ob decre-
tum Sereniſs. Principis noſtri inſertum in epiſto
la impreſſa ante volumen ſtatutorum, & fuit etiã
ſecundum ipſum iudicatum, ultra quod uidetur
85 † valere ſecundum communem* Doctorum ſen
tentiam, ex quo fuit conditum ante ingreſſum
monaſterii. Pariſ. conſil. 40. num. 16. in 3. uolum.
Sed iſta obiectio parum nobis obeſt, ſi quidem
86 ſi non valet ſtatutum, †ut impeditiuum uitæ cõ-
templatiuæ, & priuans eccleſiã ſucceſſionibus;
minus etiam valet ſtatutum, uel decretum, quod
non poſſit dici de eius nullitate, alias eſſet per in
directum tollere libertatem eccleſiaſticam, con
tra auth. caſſa, cum ibi not. C. de ſacroſan. eccleſ.
& trad. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit.
& poteſt ad hoc uideri Lapus allega. 92. per to-
tam, & Brun. in tracta. de ſtatu. in uerbo nullitas.
2. col. uerſic. ſtatutum laicorum, ubi per dictam
allegationem Lapi dicit decretum, vel ſtatutum
87 huiuſmodi† etiã contra ius naturale, ultra quod
ſicut confirmatio debet intelligi de ſtatutis vali-
dis, & iuſtis, ut per Paſet. in terminis conſil. 30.
88 in fi. ita idem dicendum de decreto, † ut intelli-
gatur de ſtatutis, quæ nõ ſunt contra libertatem
eccleſię & ex ea cauſa nulla.

Secundo obiicitur præſuppoſita ſtatuti vali-
ditate, quod cum ſtatutum conpræhendat om-
nem ſpem ſucceſſionis futuræ, licet in contracti
89 bus ſpes† dicatur, quæ habet cauſam de præſen-
ti, vel de præterito, Bal. in l. ſpem. C. de dona. Al
cia. in l. conditionales. ff. de uerborum ſign. quo-
niam contrahentes de alia cogitare nõ poſſent,
in legum tamen, & ſtatutorum diſpoſitione ea et
ſpes eſt in conſideratione, quæ in futurum po-
teſt contingere & quælibet ſpes compræhendi-
tur. l. leges, la ſeconda, C. de legi. & ſic uidetur cõ
præhendi hęreditas futura, tam ex ultima volun
tate quàm ab inteſtato, ex ultima uoluntate, ex
quo quis ſibi caueri petit eueniente conditione
de reſtituendo legato quod ei non permittere-
tur ſi ſpes non attenderetur, toto titulo, ut lega.
nomi. cauea. Si igitur ſtatutum noluit compræ-
hendi caſum vltimæ uoluntatis, quia ſibi ſit quę
ſitum ius mortuo teſtatore, Bart. in l. is poteſt, nu
me. 11. uerſic. ſed ſi eſſet. ff. de acquir. hæred. Rui.
conſil. 92. num. 16. in 3. multo magis caſum inte
ſtati, quo nulla ſpes potuiſſet eſſe penes ingrediẽ
tem, Bar. in l. poſt emancipationem. §. 1. ff. de li-
bera. lega. & niſi intelligeremus compræhendi
etiam caſum futuræ hęreditatis, fruſtra fuiſſet ap
poſitum illud verbum (ſpe) quia ſtatutum expreſ
ſe diſpoſuit de ſpe probabili, prouidendo in ca-
ſu vltimæ uoluntatis, ad quod ingrediens potuit
ueriſimiliter habere ſpem. unde ne id uerbum
(ſpe) ſtet ocioſum, dicendũ uidetur quod etiam
voluerit includere omnem ſpem etiam quæ ab
alijs ſomnium appellatur. Nec conſil. Anch. 108.
per nos citatum uidetur obeſſe, quia loquitur in
ſtatuto ueteri & diuerſo ab hoc, in quo de ſpe
nulla fiebat mẽtio, ſed loquitur de bonis, quæ in
grediens habebat tempore ingreſſus. Sed certe
iſta obiectio non tollit fundamentum noſtrum:
namque ſtatutum præſupponit quod ingrediẽs
monaſterium poſſit diſponere de his bonis & iu
ribus etiam in ſpe ſibi cõpetentibus: & caſu quo
non diſponeret, quod tunc cenſeantur tranſla-
tæ in uenientes ab inteſtato & ſuccedentes illi
ingredienti, quo fit ut cum nulla ſit ſpes proba-
bilis hæc quod potuiſſet ſuccedere fratre uiuen
te, & maxime qui habebat fratrem & alios agna
tos, ut dictum fuit in allegationibus, & dicetur
etiam inferius, non poteſt ſtatutum locum habe
re, ſi præſuppoſitum locum ſibi vendicare non

po-

poteſt,ut fuit dictum in allegationibus,& tradit
Rom.ſingu.495.ſtatutum,& ille in nouis addit.
in cap.nonnulli.num.34.verſic.amplia multum,
de reſcrip.& Marſ.ſing.339.quod autem hæc ſit
90 ſpes inanis & nullius conſiderationis, † præter
tradita in dictis primis allegationibus, tradit la-
te Tiraq.in tract.de iure primogen.quæſt.40.nu
mero 220.& ſequen.ubi alios citat,nam ſpes de
bet eſſe fundata in iure de præſenti,vel de præte
terito,ut aliàs fuit dictum, non de futuro, quæ
poteſt ſe habere ad eſſe & non eſſe, Affiic.deci-
ſio.350.num.4.& declarat etiam Soc.iu.in con-
ſil.95.num.34.3.uolum.quod etiam ponderan-
do ſingula uerba d.ſtatuti,aperte conſtat.diſpo-
nit enim ſtatutū, quod omnia bona,iura & actio
nes &c. & certum eſt nullum ex his uerbis poſſe
importare hanc ſpem inanem & probabilem,ac
ſomnium (quod dicant) uigilantium. bonorum
91 † enim appellatione, non ueniunt niſi actiones
petitiones & perſequutiones competentes,præ-
ter mobilia & immobilia.l.bonorum appellatio.
92 ubi not.ff.de uerborum ſignif.ius † autem eſt po
teſtas & facultas agendi & proſequendi in iudi-
cio, quod ſibi debetur. d.§.1.certum autem eſt ꝗ
ingrediens de iſta ſpe, ſi ſpes dici poteſt,non po
teſt diſponere in vltima uoluntate,ut præſuppo-
nit ſtatutum, quod poſſit facere,ex quo verbū,
93 † diſponere,conuenit proprie vltimæ uoluntati.
§.diſponat,in Auth. de nupt.Iaſ.conſil.139. col.
2.in fi.& conſil.ſequenti,etiam 2.colum.in 2.vo
lum.& Duran.tract.de arte teſtan.titu.5. caute.
38.Igitur non poſſumus dicere,hoc ſtatutum cō
præhendere ſpem hanc,quæ nullum habet fun-
damentum, ſed eam quæ eſt fundata in iure de
præterito,vel de præſenti, ut per Gom.Soc.iun.
& alios citatos, & ſupra & in alijs allegationib.
& tradit Bar.in l.quod Seruius,num.4. ff.de con
di.cau.data. Nec uideo ubi probetur,quod in di
ſpoſitione l.uel ſtatuti,talis ſpes etiam uana cō-
præhendatur:nam d.l.leges,mihi id non probat,
vel facit etiam ad propoſitum. & licet ſpes quæ
uenit ab ultima uolūtate ſit ſpes approbata,quæ
habet fundamentum ex iure de præterito, & de
ea poſſit peti cautio, & ſic poſſet compræhendi
in eo ſtatuto, illud eſt quia eſt fundata. & eſt ue-
re ſpes,ut in caſu Bart.& Rui. citatorū in dubijs,
non tamen compręhendetur ſpes, quæ orire tur
ab inteſtato uiuo teſtatore.nec uideo quod Bar.
dicat aliter in allegato.§.primo. nec quare illud
verbū (ſpe) remaneret ſuperuacuum, licet in ſta-
tutis nouis ſit addita clauſula,& etiam ex ultima
uoluntate,tum quia poteſt uerificari in mille ca
ſibus ſpes illa, præter ultimas uoluntates, ut in
promiſſionibus & conuentionibus conditiona-
libus, in inueſtituris emphyteuticis, vel liuella-
rijs,ſeu feudalibus,in quibus quis poteſt habere
ſpem probabilem fundatam, vel de præſenti,vel
de præterito,ut per Gom.in 4.quæſt. alias cita-
ta,& Soc.iun.in d.conſil.ultra quod clauſula illa
nunc appoſita in ſtatuto nouo non poteſt inſer-
uire huic cauſæ,cum agamus de actu facto,& ca
ſu euento tempore ingreſſus, quo caſu ſtatuta
antiqua ſunt in conſideratione,& nō noua,quia
alias ſtatutum nouum non ligaret ingreſſam &
profeſſam,ut per Pariſ.d.conſil.40.& hoc eſt ex
preſſe diſpoſitum per ſtatutum, quod decidātur
cauſæ ſecundum formam ſtatutorum,quæ uige-
bant tempore contractus.fol.2.& hoc modo in
telligendo de hac ſpe probabili & fundata,cuius
94 ius poteſt † eſſe in bonis noſtris, deciſ. Anch.cita
ta in conſil. 168.licet reſponderit in illo ſtatuto
vel prouiſione antiqua conuenit caſui noſtro,&
cum illud conſil.ſit ab alijs approbatum,illi om-
nino ſtandū eſt,nam illud in ſpecie ſequitur Rui.
d.conſil.200.nu.8.in 2. & cum habeamus etiam
deciſionem in terminis terminantibus, Paſet.in
dictis duob.conſ.alias citatis 30.& 31.nō uideo,
quare non uerſemur in caſu claro.

His accedat quod ſtatutum hoc caſu non ui-
detur ſibi locum uendicare,quia cum agatur de
hæreditate fratris,in quem cenſentur eo tempo
re tranſlatæ & ei applicatæ huiuſmodi actiones
& iura, non potuiſſent iura ſuæ hęreditatis ſibi
acquiri,licet potuiſſent acquiri alteri fratri, qui
poſtea obijt & ei ſucceſſit d.Dom. Marchio. ius
95 † enim ſucceſſionis nō acquiritur ei,de cuius ſuc
ceſſione agitur.l.nec utilem. ff.ex quib. cau.ma-
ior.& ad propoſitū tradit Bar.in conſ.58.ex the
mate.ult.dub.num.4.

Præterea ſi expreſſe facta fuiſſet renunciatio
huius iuris ſuæ hæreditatis dicto Illuſtriſs. Mar-
chioni,eo prædecedente ipſa eius ſoror, vel mo
naſterium ex ſua perſona poſſet ei ſuccedere ab
inteſtato, quando ſcilicet renuntiatio cēſeretur
96 facta pro agnatione † conſeruanda, vt per Rot.
deciſ.4.in tit.de pact.in antiquis. quam eo pacto
defendūt Doctores, cum & multis reprobetur,
vt per Saly.in l.pactum quod dotali,colum.pen.
nu.2.uer.item prędicta ſolutio.C.de colla.Alex.
conſ.29.2.col.in 3.Claud.in l.ſtipulatio hoc mo
do concepta.nu.11.ff.de uerb.obliga.& Didac.
Couar.in repet.c.quamuis.3.par.§.3.nu.4.uerſ.
10.de pact.in 6.& ad propoſitum in ingrediente
monaſterium & renuntiante, quod deficiente
agnatione,cuius cōtemplatione ingrediens cen
ſetur renuntiaſſe, monaſterium ſuccedat, tradit
idem Didac.ibi, in verſ.9. quę ex abundanti uo-
lui adduxiſſe, licet fundamētum.quod ſtatutum
non compræhendat hunc caſum,apud me ſit in
dubitabile, qui uiderim plura monaſteria ſucce
dere agnatis ex perſona monialiū profeſſarum,
& audiuerim etiam per Magnif.Conſilium Iuſti-
tiæ ſic fuiſſe iudicatum pro monaſterio quodam
terræ Plebis, non attento dicto ſtatuto. Laus
Deo Opt. Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In eadem cauſa diſputatur de ſtatuto de bonis ingredientium monaſterium, & quæ bona ex illo dicantur ceſſa, & renunciata per ingreſſum? Et de qua ſpe intelligat ſtatutum?

SVMMAE.

1 *Statutum loquens de iure in ſpe, præſupponit habitum iuris.*
2 *Genitiuus regulariter dominium importat.*
3 *Bonorum, vel iurium appellatione, non venit ſpes incerta & inanis.*
4 *Spem habens in hæreditate viuentis, nullum ius habere dicitur, etiam ſi ſit patris hæreditas, hæc enim ſpes eſt prematura.*
5 *Et vanam hanc eſſe, Doctores dicunt.*
6 *Et illegitimam.*
7 *Et inualidam.*
8 *Et improbam, ac improbatam.*
9 *Et illicitam.*
10 *Et ſomnium vigilantium, ex Platone.*
11 *Et de hac non poteſt intelligere ſtatutum.*
12 *Statutum illicita, & illegitima comprahendere non ſolet.*
13 *Nec trahitur ad impoſſibile.*
14 *Et illius verba ſunt intelligenda ſecundum iuris diſpoſitionem.*
15 *Statutum loquens de ſpe, intelligendum eſt loqui de illa, de qua poteſt ingrediens monaſterium diſponere.*
16 *Non autem de acerbiſsima, uana, & improba.*
17 *Quia cum ſtatutum ſit odioſum, non poteſt extendi ad hanc ſpem.*
18 *Obligatio generalis poteſt comprahendere bona hæreditatis uiuentis, & quomodo?*
19 *Ius conditionale, an & quando veniat iuris appellatione?*
20 *Legati conditionalis ſpes non tranſmittitur ad hæredes.*
21 *Subſtitutio nõ tranſmittitur ad hæredes, ſed euſſat prædecedente ſubſtituto, etiam ſi ſit de deſcendentibus.*
22 *Subſtitutio, quæ nondum competit, eſt extra bona noſtra.*
23 *Statutum, quod poteſt operari duo contra ius commune, non debet ſperari, niſi vnum, vt minus corrigat.*
24 *Hæreditati fratris poteſt ſoror renunciare iurando cum conſenſu illius.*
25 *Requiritur autem conſenſus ipſius fratris, vt illa poſſit diſponere in alium, alioqui fieret contra bonos mores.*
26 *Statuti uerba loquentia de diſpoſitione, ſunt reſtringenda ad poteſtatem diſponentis.*
27 *Et hoc, ne corruat ipſa ſtatuti diſpoſitio.*
28 *Abſurda vt tollantur, ſemper eſt facienda interpretatio.*
29 *Etiam ſi ſtatutum loquatur per verba vniuerſalia.*
30 *Caſus mixtus non comprahenditur a ſtatuto.*
31 *Monachus, vel monacha profeſſa non poteſt ligari a ſtatuto.*
32 *Hæredes poſſunt reuocare auocationem poſſeſſionis per interdictum quorum bonorum, aut officium iudicis.*
33 *Poſſeſſorio in ſummario ſufficit ſimpliciter docere, ſe hæredem ab inteſtato.*
34 *Et in hoc non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
35 *Exceptio requirens altiorem indaginem, eſt reſeruanda ad petitorium.*
36 *Sequeſtrarii habentur loco poſſeſſorum.*
37 *Probare quis debet qualitatẽ, quam allegat.*
38 *Exceptiones, quæ poſſunt in continenti probari, poſſunt opponi ad impediendum litis ingreſſum: ſi vero ulterius tendant, ſunt reſeruandæ.*
39 *Et hoc in omnibus exceptionibus litis ingreſſum impedientibus.*
40 *Hæredẽ ſe eſſe, ſufficit præſumptiuè & ſummatim docere in interdicto quorum bon.*
41 *Proceſſus non impeditur, ſi quis opponat, alium non eſſe hæredem, vel non legitimã habere perſonam: ſecus ſi dicat ſeruum, vel filiumfamilias.*
42 *Poſſeſſorium eſt iudicium præparans ad petitorium.*

CONSILIVM LVII.

In Domino confido.

STatutum Ferrariæ de bonis ingredientium monaſterium, non obeſt monaſterio ſancti Antonij ſuccedenti ex perſona Illuſtris & Reuerendæ Dominæ Dianæ ſororis olim Illuſtriſs. Marchionis Herculis per ea, quæ

quæ in prioribus allegationibus abunde dedu-
ctum ſuit. Nam etiam admiſſa illius ualiditate,
certum eſt quòd ſtatutum ipſum non compræ-
hendit hæreditatem agnati viuentis, in qua nul-
lam ſpem legitimam habebat ingrediens, cum ip
ſa ingrediens de ea non poſſit diſponere, nec ius
habeat aliquod etiam in ſpe in ea, quod tamen
eſt neceſſarium, vt in hòc met ſtatuto firmat An-
char. in alleg. conſil. 108. in fi. qui licet loquatur
in antiquo ſtatuto, quod nihil de ſpe meminе-
rat, eius tamen ratio procedit in iuribus, quæ in
1 ſpe non competunt. †Nam cum ſtatutum loqui-
tur de iure in ſpe, præſupponit habitum iuris, &
debet uerificari præſuppoſitum, ut alias fuit di-
ctum, & ad propoſitum ſcribit Gomes. in allega-
ta regula de non tollen. ius quæſitum, q. 4. nume.
3. & cum ſtatutum loquatur per caſum genitiui
(volentis & diſponentis ingredi, &c.) importat
2 quod ingrediens ſit dominus, †ex quo genitiuus
regulariter dominium importat. l. ſeruum Titij.
ff. manda. l. ſi hæredis ſeruus. ff. de leg. 1. Barto. &
magis communiter alij in rubr. ff. de noui oper.
3 nuncia. †Quia talis ſpes non venit appellatione
bonorum, actionum, vel iurium, ut dixi in reſolu
tionibus dubiorum. & quod nō ſit in bonis ſpes
ſuccedendi alteri, probatur in l. pretia rerum, in
fi. prin. ff. ad leg. Falcid. & tradit Dec. conſil. 311.
num. 11. & Ruin. conſil. 98. num. 15. in primo vo
lum. ſicut nec comprehenditur rei appellatione,
quod eſt vocabulum generale, ſicut bona, com-
præhendens etiam iura & actiones. late Pinel. in
rubr. C. de bon. mater. num. 1. 2. & num. 5. & ſeq.
vt tradit Tiraq. ex Rom. in tracta. de legi. connu-
4 ba. in gloſ. 2. nu. 37. & in his † terminis quòd qui
habet hanc ſpem in hæreditate uiuentis, nullum
• ius in ſpe habeat, eſt communis *opinio, contra
quam non poteſt recalcitrari; Barto. & omnium
dem pro ſolo Bolognetto in l. 1. nu. 4. in 2. colum.
verſ. quandoque eſt aliquod ius. C. de pact. & in
l. fi. prima lectu. nume. 18. eodem tit. quam etiam
tenent Vaſqui. & alij, quos ipſe citat in l. ſi quan-
do. §. illud. num. 106. C. de inoffi. teſtam. eandem
etiam ſentētiam, quod nullum ius ex hac ſpe tri
buatur, tenent Bart. Ang. Iaſ. & Iacob. de ſancto
Georg. in l. qui cum tutoribus, ff. de tranſactio.
& probatur in l. poſt emancipationem. §. primo,
ubi Bar. ff. de libe. lega. quæ opinio uſque adeo ve
ra eſt, ut multi autumauerint procedere etiā in
patris hæreditate, quæ filijs debita uidetur, Bar.
in l. 1. §. ſi impuberi, ubi loquitur etiam in legiti-
ma. ff. de colla. & in l. cum dominus. §. fin. ff. de pe
cul. lega. ubi dicit, non poſſe propterea filium li-
berare debitores paternos. & quod talis ſpes nō
attenditur, & in l. ſciendum, ad fin. prin. num. 12.
ff. qui ſatiſda. cogan. & Soc. dicit communem, Al
cia. in d. l. fin. in prin. & Iacob. Philip. Port. in con
ſi. 23. num. 38. & ſequen. ubi dicit, filium nullum
ius habere, & quod eſt fragilis ſpes, cum paren-
tes ipſi inanem hæreditatem relinquere poſſint.

Quæ ſententia multis iurib. comprobatur, nam
hanc ſpem eſſe præmaturam, ſcribit Iuriſconſul-
tus in d. l. 1. §. ſi impuberi, & improbum eſſe ſoli-
citū de hæreditate uiui. l. ſecunda, §. interdum. ff.
Nec eſt verum quod difficiliores ſint teſtatores in relinquendo res hæredum quia immo eadem facilitate mouentur ad legandum res hæredum, vt proprias, licet ſecus ſit in rebus alienis, quas hæres redimere teneretur, ut in d.§.ſi rem. vbi gloſ.& Doct.licet in caſu iſto non reliquerit rem hæredum, ſed fructus rei propriæ, quod teſtator facere poteſt. l. in fideicommiſſariam, in princ. ff.ad Trebel. Vltra quòd hoc caſu vtilius fuiſſet hæredibus erogare dimidiam recollectus futuri, ſi hæc blada in horreis non fuiſſent reperta, ex quo pretium illorum remanſiſſet in hæreditate, & hæreditatem ipſam auxiſſet, unde magis eo caſu ſubleuari quam grauari dicerentur, & hæc quo ad primum dubium.

Deſcendo ad ſecundum dubium de frumento tranſmiſſo ad molendinum, an pertineat legatarijs farinę vel hæredibus, ſeu ſit erogandum in pauperes. & arbitror nullo modo ad pauperes pertinere, tum quia tempore mortis teſtatoris
26 †non fuerat repertum in domo, nec in ciuitate, d.l.quæſitum.§.1.ff.de lega.3.& l.nam quod liquide.§.ſi ita legetur.ff.de penu leg. ubi Bart.& quia iuſſu teſtatoris abductum fuit, non eſt dubitandum, quòd non veniat in dicto legato pro anima.l.pen.§.1.ff.de auro & argen.leg.Soc.Iun. conſil.84.num.24.& 25.primo uolum.Sed maius dubium videtur, an pertineat ad legatarios farinæ, ex quo farina non erat in domo, vel ad hæredes. in quo dubio arbitror ad legatarios
27 pertinere, ex quo † illa farina erat deſtinata in domum, per text.in l.ex facto, ff. de hæredi.inſti.& facit l.Seio.§.Pamphilæ.ff.de fun.inſtru.& ad propoſitum ponit q.Bal.in dicta l.ex facto, ad fi.in verſiculo, fuit diſputatum in legato facto de
28 veſtibus exiſtentibus in domo, † an ueniant veſtes nouę exiſtentes penes ſutorem. & concludit fuiſſe determinatum, quod ſic, propter deſtinationem factam in domo. ſequitur Iaſ. in l.cœtera. §.ſed ſi parauerit, in fi. ff.de leg.1. & eſt deciſ.Capel. Tholoſ.387. ubi in addit. idem tenet Gabr. libro primo ſuarum concluſio. in titu.de præſump.concluſ.12.num.2.Pet. Pec.dicto lib. 5.c.14.& Borgni.d.tract.de vſufru.mulie.reli.numero 93.nam in legato ſecundum talem formã
29 veniunt † ea quæ ad tempus ſunt remota. dicta l.prædia.§.1.de fun.inſtru.& dicto §.Pamphilæ & l.quęſitum, in princip. ff. de lega.3.vel ea quę caſu non ſunt domo, vel loco, Dec. d. conſilio 472. colum. penult. & Pet. Pec. dicto capitulo 12.pagi.quarta.

Quo ad ſecundam partem dubij de frumento meſſo, & exiſtente in agris, nondum tritura-
30 to, † arbitror ad hæredes pertinere, per d.§.ſi ita legetur, & ibi Bar.contra glo.& Pet. Pec.in d.c. 14.num.1.d.lib.5.

Nec hoc caſu poſſumus agere de deſtinatione, tum quia de ea non conſtat, ut in precedenti caſu; tum etiam quia non ſemper attenditur,
31 † vt ad propoſitum voluit Alcia.contra Caſtr.te
32 nentem frumentum † ſeminatum venire in legato frumenti diſtribuendi pro anima teſtatoris in conſil.132.videtur dicendum, 1.uolum.quem fuit ſequutus Duran.in titu. de lega. cautela.53. numero 3.in dicto conſilio 182.libro 9.& Pet. Pec. d. cap. 13.

Succedit nũc tertium dubium legati domus, an in eo compræhendatur quarta pars Domi. Bernardi, quę erat reſtituenda per fideicommiſſum ſuis filiabus. in quo concluſiue teneo non venire, quia non pręſumitur teſtator voluiſſe
33 † grauare hæredes onere redimendi rem alienã, d.l.vnum ex familia.§. ſi rem.ff.de leg.2.& exigebatur probatio ſcientię ipſius teſtatoris, quod ſciret alienam.§.non ſolum, Inſtit.de lega.& illic Aret.& trad.Iaſ.in l. cũ alienam.C.eo.tit.Nec.n.
34 præſumitur quis teſtari de alieno, † Bal.in l.in teſtamento, in prin.per illum text. C.ad leg.Falci. Dec.conſil.178.nu.1.Pariſ.conſi.7.nu.9.1.vol.& Cepha.conſil. 386.nu.37.& ſeq. ubi dicit non eſſe ueriſimile, teſtatorem velle legare rem alienã, ut hęres teneatur illam redimere, & quod teſta-
35 tor nõ cẽſeatur uelle diſponere de bonis † ſubiectis fideicommiſſo tradit Campeg. inter conſil. Grati, in 2.vol.conſil.9.nu.33.Pariſ.d.nu.9.Crauet.in conſi.19.nu.13.& 144.nu.8.& ſeq.Sylua. conſi.14.nu.3.Pet.Ant.Anguſ.li.6.ſuorum conſiliorum, conſil.20.nu.8.Rol.a Valle conſ.71.nu. 26.& ſeq.2.vol.Ceph.conſ.326.nu.8.371.num. 27.& ſeq.& 386.nu.37.& ſeq.& Borgni.in d.tracta.num.98.3.pagi.uer.ſexto, cum ſeq.Quinim-
36 mo etiam ſi teſtator † haberet ius in re morte peremptorum, cenſetur ius ſuum tantum legare.l.quod in terum.§.1.ff.de leg.1.trad.Rui.in d. l.ſerui electione.§.fi.de leg.1.Durãt.d.trac.ti.6. cautela 21.in prin.Celſ.Vgo.in cõſ.37.nu.42.& uidetur ſequi Rolan.conſil.71.no.28.& ſeq. & Ant. Go.in c.12.tit.de leg.nu.15.2.col.1.tomo
37 ſuorum trac.pręſumitur.n.teſtator minus † velle grauare hæredem quàm ſit poſſibile.d.§.ſi rem. tradit Crauet.conſil.32.num.3.149.num.15.& 167.nu.15.& Menoch.conſ.56.nu.21.cum plus illum diligat, q̃ legatariũ, Neuiz.conſi.72.nu.24. Et cum teſtator ipſe legato addiderit pronomẽ (ſuam) tãto minus venit pars, quę ad alium pertineat, & cum quo habet illam communẽ.d.l.ſerui electione.§.fin.nã hoc caſu nõ uenit pars aliena, ſed tantum legantis, † ut ibi, licet poſſet dici venire totam rem, ſi tota eſſet aliena. l. qui concubinã.§.qui fundũ.ff.de leg.3.gl.in d. §.fi. Rol. d.cõſ.71.nu.28.Ceph. loquens in domo, conſ. 92.nu.12.& Borgni.d.tract.nu.99.ante fi.quod
39 procedit, ẽt ſi teſtõr † appoſuerit oĩa cõfinia rei legatę, quia non ꝓpterea cẽſetur tota legata, ſed tm̃ modo eius pars, quã ĩ ea re hẽt, ut Ale.trad. in d. §.fi.nu.2.& Rip.nu.18.& Pet.Ant.Augu.li.7.ſuorũ cõſil.cõſ.4.nu.16.ac Durãt.d.ti.6.cau.5.nu.2.

Nec

Nec obeſlet.ſi obijcereĩ legatũ valere, qñ te-
ſtator ignorat rem alienam, ſi fiat coniunctæ per
ſonæ.d.l.cum alienam,& habetur in d.§.non ſo-
lum.num.4.Inſti.de leg.& in propoſito arbitrio
iudicis eſt committendum, quæ ſit perſona con
40 iuncta,† gloſ.in d.l.cum alienam.vbi Doctores.
Aret.in d.§.non ſolum,num.4.Menoch.in tract.
de arbitrar.iudi.lib.2.centur.11. caſu 146.num.
4.& nu.6.reſoluit, quod dicatur coniuncta per-
ſona illa, quæ attinet defuncto intra quartũ gra-
dum, etiam quod teſtator appoſuerit pronomẽ,
ſuam,ſecundum Cuma.in d.§.& illic Alciat.nu.
15.Quia cõtraria ſententia,quòd quando eſt ad
dita dictio,vel pronomen.ſuam, non ueniat,niſi
pars† teſtatoris,in qua legatum uerificari poteſt,
41 etiam ſi fiat coniunctæ perſonæ, tradit Caſtr. &
Soc.num.1.ac Rui.num.11.in d.§.fi. & Gomes
d.cap.12.ſecunda colum.tum quia quando teſta
tor credit rem ex aliqua cauſa eſſe ſuam, ſi non
ſit,& errat,non valet legatum etiam factum† cõ-
42 iunctæ perſonæ,Bar.in l.ſi domus. §.1.num.4.ff.
de leg.1.Iaſ.in d.l.cum alienam,in 1.regu.2.col.
2.limitatione.& in 2.reg.1.limitatio.& ſequitur
etiam Iacob.ibi,nume.9.quo fit ut cum teſtator
forte prætenderet, dictam quartam partem ex
teſtamento fratris ad ſe pertinere, & errauerit,
non valet legatum.

Quartum dubium,modicam uidetur habere
difficultatem, quia cum teſtator legauerit dictis
nepotibus ſuam partem, quam ipſe habebat in
banco,& nullam haberet partem in parte Dom.
Bernardi, eius fratris,ſuppoſita fideicõmiſſo, ut
de illa poſſet diſponere,cum per mortem eius di
ctæ neptes in ea ſuccederent, non poteſt uenire
illa pars in legato per ſupra deducta in præce-
denti dubio, tum etiam, quia cum legatum fue-
rit factum ipſis dominabus, quæ erant dominæ
partis patris, & ſeu dominium illius ad eas erat
peruenturum per mortem patrui teſtatoris,non
valuiſſet, ex quo dominus unius rei† non poteſt
43 amplius fieri dominus.§.ſi rem legatarij. Inſtitu.
de lega.l.proprias. C.eodem tit.Iaſ.in dic.l.cum
alienam,2.colum. in 1.limit. primæ regulæ. pars
igitur tota teſtatoris eis debetur ex legato non
reſtituenda,& nedum illis debetur tota pars ſor
tis, quam habebat teſtator in dicto banco tem-
pore codicillorum; ſed etiam lucrorum illuc uſ-
que decurſorum, & perceptorum, reſpectu vero
lucrorum perceptorum a tempore codicillorũ
vſque in tempus mortis teſtatoris, a quo fluxe-
runt quatuor menſes poſſet dubitari,ſed cum te
ſtator fuerit loquutus per verba præſentis tem-
poris,utibi, *tutta la parte ha eſſo nel banco*. viden
tur † pertinere ad hæredes.l ſi ita ſcripſiſſet,ubi
44 Doctor.ff.de legat.2.& l.ſi ita,& l.ſcribit.§.item
ſcribit,ff.de auro & argen.lega.Caſt.conſil.132.
videtur dicendum,1.uolum. Pariſ.conſil.21.nu.
30.& ſequen. ſecundo uolum. Capr.conſil.45.
num.6.& ſequen.Nat.conſil.204.nu.13.Menoc.
late conſi.97.num.70.& ſequen.& Rolan.a Val.
conſil.43.num.34. in 4.uol.

Ad quintum reſpondetur, quod ſi ſine dolo,
vel culpa lata hæredis grauati bona ſubiecta fi-
deicõmiſſo ſint deteriorata,vel conſumpta, non
45 tenetur grauatus,vel eius hęres,†tex.eſt in l.mu
lier.§.ſed enim.ff.ad Treb.& quod teneatur tan
tummodo de dolo & lata culpa, habetur etiam
in l.cum tale.§.1.ad fi.ubi gloſ.& Doct.ff.de con
di.& demonſtr.tradit Dec.conſil.81.quinto du-
bio,num.4.& probatur etiam in l.deducta.§.an-
te diem.uerſ.cum autem. ff.ad Trebel.Pariſ.con
ſil.55.in fi.ſecundo uolum. & conſil.81.num.12.
& ſequen.eodem volum.& propterea ſi debito-
res hæreditarij non fuerint exacti a grauato &
effecti fuerint non ſoluendo citra dolum & latã
culpam grauati,etiam ſi ab aliquibus exegerit &
ab aliquibus non,non tenentur hæredes graua-
ti, ita eſt text.in terminis in d.l.deducta.§.1. ubi
Ange.dicit,grauatum hoc caſu teneri de lata cul
pa, ſi debitor eſſet ſuſpectus,& permiſiſſet illum
aufugere, & ſequuntur ibi Imola & Alexand.&
idem tenet Pariſ.conſil.55.nu.43.tertio uolum.
46 & cum dolus, † vel culpa non præſumatur, ſed
debeat probari per allegantem, gloſ. & Doctor.
in l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.ff.de eden. Crauet.
conſil. 8.numero 20. dubium reſoluitur ad fauo
rem hæredum.

Sexto, reſpectu ducentorum aureorum, qui
relicti fuerunt D.Bernardo, dum erant in com-
munione uniuerſorum bonorum,certum eſt, q
47 tale legatum† fuit etiam acquiſitum alijs conſo-
cijs,ut eſt text.in l.3.§.cum ſpecialiter. ff.pro ſo-
cio,Bertran.conſil.303.num.2. primo uolum.1.
48 par.tenetur enim † ſocius omnia communicare
quæſita per eum alijs ſocijs.l.prima.ff.eodem ti.
etiam ſi ſint acquiſita ex peculio quaſi caſtrenſi.
Bal.conſi.452.duo fratres.3.uolum.Soc.conſil.
192.3.q.ſecundo uolum.& Alcia. in tracta.præ-
ſumptio.1.reg.præſumpt.25.nume.4.unde pro
ſua parte tangente D.Franciſcum Marium poſ-
ſunt hæredes eius retinere tot bona d.q.D.Ber-
nardi,& licet in diuiſione facta inter ipſos de Ra
finis ipſe Dom.Franciſcus Marius retinuerit ſibi
præcipuos dictos ſcutos ducentos uti hęres D.
Bernardi.in eo tamen inſtrumento & contractu
non uidentur poſſe facere fundamentum dictæ
ſorores fideicõmiſſarię,ex quo eſt res inter alios
acta,toto tit.res inter alios acta, tum quia cum
49 illa fuerit erronea diuiſio,† ex quo Dom.Franci
ſco Mario & cæteris conſocijs pars dicti legati
pertinebat,ut ſupra,illa non eſt attendenda.l.cũ
putarem.ff.famil.erciſ.l.ſi poſt diuiſionem.C.de
iur.& fac.ignoran.tradit Caſt.in l.fi. §.idem que
ſit.ff.de condi.indebi.Dec.conſil.475.num.30.
& 575.num.6.Nat.cõſil.77.nume.12.& 501.nu.
60.Menoch.conſ.91.nu.26.& ſeq. & Fran.Bec.
conſ.90.num.9.& 10.

Septimò, quo ad onus impoſitum legatarijs
domus

domus ſoluendi omnia debita, quæ reperietur
habere teſtator(iudicio meo)nulla eſt difficultas
quod tenentur ad debitum ſcutorum quingen
torum vel circa debitorum per teſtatorem pro
reſiduo dotis per eum promiſſæ Dom. Veroni.
cæ matri hæredum inſtitutorum, nam qui om-
ne dicit,nihil excludit.l.Iulianus.in prin. ff.de le
ga.3.l.omnia,ubi Doctor.ff. ſi certum petat.nec
50 dubium eſt quin poſſit legatarius † grauari ad
ſoluendum debita teſtatoris ſi teſtator id diſpo-
nat.l. Imperator.§.ſi centum.ff.de leg.2.Durant.
d.tract.tit.6.caut.42.num.3.& poteſt quis gra-
uari in eo quod honoratur a teſtatore. l. ab eo,
cum ibi not. C. de fideicomm.l.1.in fi. C.com-
mun.de lega.& l.plane,la 2.in fi.ff.de leg.1. Nec
poteſt dici uoluiſſe teſtatorem compenſare cre-
ditum in hæreditate,in qua filios Dom. Veroni
cæ hæredes inſtituit, tum quia debitum nõ erat
51 neceſſarium,†ſed voluntarium.l.unica. .ſcien-
dũ.C.de rei uxo.actio. auth. præterea, ubi not.
C.unde uir.& uxor.Rui.conſil.92.num.7.& ſe-
quen.5.uolum.tum quia filij Dom.Veronicæ hę
redes inſtituti nõ ſunt creditores teſtatoris.ſed
pater eorum cui dos debetur. l. ſi pater marito.
C. de dot.promis.maritus enim eſt dominus.l.
doce ancillam. C.de rei uendi.filij uero ſunt in-
ſtituti hæredes & eis acquiſita eſt proprietas bo
norum hęreditariorum.l.cum oportet.C.de bo
nis,quę libe.& §.primo,Inſt.per quas perſo.nob.
52 acquir. compenſatio †, autem non fit niſi inter
perſonas,quę ſunt debitrices & creditrices. l.1.
& 2.ff. de compenſat. de debito uero alieno uel
credito alterius non fit compenſatio, l.penult.
ff.eodem titulo.

Et ex his reſultat reſolutio octaui dubij mer
cedis,ſeu mercedum inſtrumẽtorum,ad quas te
nebatur teſtator notarijs rogatis de pluribus in
53 ſtrumentis: cũ enim notarij † poſſint cogere par
tem ad releuandum inſtrumenta & ſoluendum
mercedem eorum,Cagn.in l.ſi librarius. nu.5 12
ff.de reg.iur.& uidetur expreſſum in ſtatuto no-
ſtro de fide adhibenda libris notariorum, & de
mercede eorum peten. & ſic potuiſſent cogere
teſtatorem ad ſoluendũ, negari non poteſt quin
hoc dicatur debitũ teſtatoris & per conſequens
legatarij teneantur ad illud perſoluendum.

Supereſt nonum & ultimum dubium de falci
dia detrahenda,quod minorẽ cæteris habet dif-
54 ficultatem,quandoquidem † illud certum eſt q
ſi legata excedunt dodrantem,poteſt detrahi de
legatis.l.1.ff.ad leg.Falcid.Inſtit.eod.tit.in princ.
late Borgni.d.tracta.de vſuſruc.mulie.reli.num.
225.primo enim debet deduci æs alienum & fu
55 neris † impenſa, vt in dic.§.cum autem. Inſtit.de
lege Falci.& etiam æs alienum hæredi debitum.
l.in imponenda. C.ad leg. Falcid. & ſi quartam
56 non habuerint,hæredes † detrahent illam a quo
cunque legato, ut in §.fi.Inſtitu.eodem tit.& in
l.2. C.eodem tit.tradunt Doctor.in d.l.in quar-
tam,ubi Alcia.num.26.ff.eodem tit. Bero.conſi
lio 67.num.23.ſecundo uolum.Quod procedit,
57 † ſi hæres facit inuentarium legitime & ſolemni
ter,ſecundum formam l.fi. C.de iure deliber.ut
in §.& ſi præfatam,eiuſdem.l.& in §.hinc nobis,
in Auth.de hæred.& Falcid.Dec.conſil.633.nu
mero 16.& Borgni.d.num.225.2.pag.Non po-
58 teſt † tamen detrahi de legatis ad pias cauſas, in
auth.ſimiliter,vbi late Roman. C.ad leg.Falcid.
Tiraquel.in tract.prædicto de pia cauſa, priuile-
gio 26. ubi in quarta limitat.declarat quomodo
habeatur conſideratio legatorum piorum, Nat-
ta conſil.297.num.7.Bero.conſil.93.num.10.in
ſecundo,& Borgn.dic.tract.num.226.& in hoc
59 numero legatorum ad pias cauſas † compræhen
duntur legata dotiũ facta pauperib.Boer.decis.
94.Nat.conſil.100.nu.14.410.nu.13.& 613.nu.
6.Tiraq.in d.tract. in præfatione,pag.12.& ſeq.
Borgn.d.nume. 226.ubi declarat,modo legata-
60 riæ non ſint de aſcendentibus,† vel deſcendenti
bus,& Ceph.conſil.216.num.3.ubi dicit hoc ca
ſu paupertatem eſſe probandã,& per hęc ſit ſatiſ
factum omnibus dubijs propoſitis. Laus Deo
Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Sunt propoſitæ quæſtiones quædam in principio, quæ totius conſultationis argumentum præſtabunt.

SVMMAE.

1 *Vſufructuaria non poteſt dotem ſuam interim petere.*

2 *Dos dicitur etiam legata, ſi quid eſt relictum ultra dotem.*

3 *Teſtator propter coniecturas cenſetur reliquiſſe animo compenſandi cum debito voluntario, vt eſt dos.*

4 *Maritus legando vxori, non cenſetur compenſare cum dote illi debita.*

5 *Dotem ante omnia poteſt petere vxor, cui factum eſt legatum vſusfructus, uel alimentorum, idem de donatione ante nuptias, & quomodo?*

6 *Dos eſt proprium patrimonium fœminæ.*

7 *Et non cenſetur facta compenſatio cum illa, ſi teſtator non dixit, quod debet vxor legato eſſe contenta.*

8 *Secus fortaſſe, ſi vſusfructus vniuerſalis eſſet ei relictus.*

Le-

9 *Legatum factum vxori vltra dotes ſuas, arguit dotem non compenſari cum legato.*

10 *Legatum factum vxori, ſi caſte viuat, debetur etiam mulieri, ſi nupſerit, modo legatum hoc non ſit factum a marito.*

11 *Maritum voluiſſe plus relinquere vxori nubenti, quam in viduitate permanenti, abſurdum eſt.*

12 *Legatum ſi eſſet quodammodo inutile, non cenſetur teſtator velle vxori prohibere conſequutionem dotis.*

13 *Debitum quando ſit vel neceſſarium vel voluntarium, vt cum eo poſſit fieri compenſatio legati.*

14 *Legatum debetur in initio cuiuslibet anni.*

15 *Legatum factum vxori, eſt latiſsime interpretandum.*

16 *Legatum ſi poteſt eſſe damnoſum, non eſt præſumendum, teſtatorem voluiſſe facere compenſationem.*

17 *Et tunc debet adiici clauſula, quod legatarius debet eſſe contentus.*

18 *Vxor non lucratur iocalia data a ſocero, vt ornatior incederet, niſi aliud ſuadeat conſuetudo.*

19 *Iocalia vxoris mortuo marito pertinent ad hæredem ipſius mariti.*

20 *Donatio iocalium facta a marito in domo ſponſæ, non valet.*

21 *Annuli, quibus ſubarratur mulier ſponſa, ſunt tamen reſtituendi hæredibus viri.*

22 *Veſtes ſi ſunt pretioſæ, non cenſentur donatæ vxori, ſed remanent hæredibus viri.*

23 *Quando maxime non licet viduæ illis vti.*

24 *Et quid ſi veſtes non ſint admodum pretioſæ? & poſt annum luctus tenetur illas pretioſas reſtituere vxor.*

25 *Iocalia & ornamenta, ex multorum opinione cenſentur donata vxori.*

26 *Et de annulis idem videtur eſſe dicendum.*

27 *Attamen contrarium fortaſſe verius, niſi conſtet uel donatione viri, vel ſoceri, quæ illorum morte confirmatur.*

28 *Vel fuerunt data iocalia in remunerationem rerum donatarum a ſponſa.*

29 *Vel ſi iocalia & ornamenta ſint res quotidianæ.*

30 *Et idem de annulis, quorum ualor ex qualitate perſonarum conſideratur.*

31 *Veſtes non pretioſæ datæ à uiro, acquiruntur vxori.*

32 *Et in nobili veſtes ſericæ præſumuntur donatæ, quod arbitrio iudicis remittitur.*

33 *Et cum iſtæ præſumantur donatæ, non ſunt reſtituendæ hæredibus viri.*

34 *Sponſæ, an acquirantur donata ab attinentibus viri.*

35 *Acquiruntur autem, ſi donata ſunt ab attinentibus ipſius ſponſæ.*

36 *Contra, ſi donentur ab attinentibus viri, niſi contrarium ſuadeat conſuetudo.*

37 *Domus relicta habitatione, tota domus debetur pro habitando & locando, & ſimile eſt hoc legatum legato vſusfructus. numero 38.*

39 *Habitatione legata domus, tota debetur, & ipſe hæres excluditur ab habitatione.*

40 *Secus ſi ſit relicta habitatio in domo quo ad alimenta, quia hæres poteſt tunc aſsignare partem domus.*

CONSILIVM LIX.

In Domino confido:

ILluſtris olim Eques, Dom. Bonifacius Rugerius, Regienſis, Cõſiliarius ſecretus Sereniſſimi Ducis Ferrariæ, & Comes Canoſſiæ, in ſuo ultimo teſtamento condito de anno 1570. die nona Aprilis, iure legati reliquit Illuſtri & nobili Dom. Virginiæ Seſſiæ eius nurui, uxori Illuſtris Co. Pyrrhi eius filij, oĩ & ſingulo anno, durãte uita ipſius Illuſtris Do. Virginiæ tãtum, & non ultra, ſcutos centum uiginti auri, & inſtituit eius hæredem uniuerſalem Illuſtrem Comitem Pirrhum. Quo defuncto ipſa Illuſtris Domina legatum ipſum a dicto eius uiro non exegit per annos ſex uel circa: demum ipſe Illuſtris Comes Pirrhus uitam cum morte cõmutauit, condito prius per eum ſuo ultimo teſtamento, in quo inter cætera reliquit ipſi Illuſtri Dom. Virginię eius uxori, toto tempore uitę ipſius Dominæ & ea ſeruante vitam vidualem caſtam, & honeſtam; omni & ſingulo anno ſcutos ſexcentos auri, ac habitationem in domo tunc habitationis ipſius teſtatricis, computatis ſcutis centum uiginti ipſi Dominæ relictis per dictum q. Illuſtr. eius patrem in eius prædicto teſtamento: ſi uero ipſa Domina eius uxor quandocunque nupſerit, ultra dotes eius, eidem iure legati, & omni meliori modo, quo potuit ipſe. D. te-

teſtator reliquit ſcutos mille quingentos auri. Item & omnes lapides precioſos, cinctas, collanas, & res aureas, & omnes veſtes lini, lanæ, & ſerici, ac cuiuſcumque ſortis & qualitatis, & annulos pendentes, & iocalia omnia facta ac præparata, ac factas & preparatas ad vſum & ornatum perſonæ ipſius Dominæ, & hoc relictum ſcutorum mille quingentorũ eo caſu adueniente per hæredem inſtitutum adimpleri mandauit infra trimeſtre proxime futurũ, poſtquam ipſa Domina nupſerit, eidemque Dominæ plenam & omnimodam licẽtiam dedit ſua auctoritate propria capiendi & uendendi tot ex bonis immobilibus ſuę hęreditatis, ex quibus illos habere poſſit ad electionem ipſius Dominę & in eis ſibi pro dicta ſumma ſatisfieri, quę bona eo caſu adueniente iure legati eidem reliquit conſtituens ſe eius nomine tenere & poſſidere. In omnibus autem alijs ſuis bonis inſtituit eius hęredem uniuerſalem, Magnificum Dominum Lelium Rugerium cum ſubſtitutionibus, de quibus in dicto teſtamento. Quib. ſic ſtantibus multa oriuntur dubia, ſuper quibus conſilium petitur pro iuſtitia, & ueritate.

Primo, an ipſa Illuſtris Dom. Virginia poſſit in primis detrahere ſuas dotes, ſeu illas petere ab hęrede dicti quondam Domini eius uiri, & illas conſequi cum donatione propter nuptias ultra legatum annuum dictorum ſcutorum ſexcentorum ſibi relictorum.

Secundo, an ex quo ipſa Domina tempore mortis viri erat eius creditrix legati ſibi relicti per d. q. D. Socerum ſcutorum centum xx. annuorũ pro annis ſex poſſit illam ſummam habere in bonis & hæreditate viri, quaſi voluerit ipſe Dom. teſtator legatum relictum per patrem pro tempore futuro, non præterito compenſari & computari debere in legatum ſcutorum ſexcentorum per illum eidem relictum.

Tertio, an annuli, iocalia & alia ornamẽta tẽpore nuptiarum per dictos Illuſtres ſocerum & ſponſum ſuum ei tradita & veſtes tam tũc quàm exinde ſibi datæ & traditæ illi debeantur vel ad hæredem viri pertineant.

Quarto, quid de muneribus & ornamentis per attinentes ipſorum coniugum donatis eidẽ Dominę, an eidem vel dicto hęredi viri ſpectent & pertineant.

Quinto, & vltimo, cum fuerit relicta habitatio ipſi Dom. in domo teſtatoris, an tota illa domus pro eius habitatione debeatur, vel poſſit hęres certam partem illi aſſignare.

Quo ad primum dubium, quod ipſa Illuſtris Domina non videatur poſſe conſequi dotem & legatum, primo uidetur facere deciſ. Guid. Pap. 541. quidam teſtator, in prin. vbi voluit vxorem
1 a viro relictam vſufructuariam nõ poſſe † petere dotem ſuam, quam videtur ſequi Franc. Marc. in q. 819. in 1. par. ſuarum deciſionum.

Secundo, quia teſtator legando dotem ipſi Dominæ caſu quo nupſerit, prout legaſſe cenſetur ex illis verbis dotes eius, ex quo dictio (ul-
2 tra) † includit etiã dotem. l. ſi vltra. C. de fideiuſſ. & ibi Iac. But. & Bal. Bar. in l. qui ita, ubi eſt tex. ad propoſitum. ff. de dote præleg. Dec. in l. actione. num. 9. C. de tranſact. & Neuiz. in conſil. 72. nu. 27. vbi dicit quod eſt verbum repetitiuum. Cum itaq; eidẽ dotẽ reliquerit in caſu nuptiarum ſecundarum, non cenſetur voluiſſe illam relinquere eidem tempore uiduitatis, nec per illam poſſet petere & habere, ut ad propoſitum reſpondit Neuiz. in dicto conſil. 72, num. 28. & per totum illud conſilium.

Tertio, licet teſtator legando non cenſeatur relinquere animo compenſandi cum debito uo-
3 luntario, † ut eſt dos, ut p Doc. in auth. præterea. C. vnde vir & ux. ab hac tamen regula ex coniecturis receditur, Afflict. deciſ. 44. num. 10. 17. & ſequen. Rui. conſi. 92. nu. 7. in 5. volum. Crauet. conſil. 131. nume. 17. & 149. num. 3. & ſeq. & Menoch. conſilio 5. num. 12. & in propoſito præter hanc coniecturam, quòd reliquit dotem in caſu nuptiarum ſecundarum ut ſupra, videntur etiam huic opinioni inſeruire plures coniecturæ in d. locis per eos conſideratæ.

His tamen minime refragantibus, contrariũ quod ſcilicet immo vtrumque debeatur ipſi Illuſtri Dominæ uerius eſſe cenſeo: namque regula eſt certiſſima, quod legando vxori non cenſe-
4 tur † compenſare cum dote illa debita, l. unica. §. ſciendum, & ibi Docto. C. de rei uxo. actio. tradunt Doct. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſoluto matrimo. & ad propoſitum tradit Bened. Capra conſil. 72. num. 18. Signoro. de Homode. conſi. 176. fere per totum. Duran. tract. de arte teſta. tit. 6 cautela. 5. num. 1. Pariſ. conſil. 69. num. 25. & ſeq. in 2. Rolan. a Val. conſil. 65. num. 21. & ſequen. 2. uolum. ubi dicit communem. & quod
5 uxor, † cui ſit factum legatum uel uſuſfructus uel alimentorum, aut huiuſmodi, poſſit in primis ſuam dotem conſequi, nec impediatur utrunq; habere, uoluit Caſtr. in conſilio 224. legatum in prin. 2. uolum. ubi ponderat, quòd teſtator grauauerat uxorem ad ſeruandam uitam uidualem, ut etiam in caſu iſtò idem tenet Capra, d. conſil. 4. dubio. d. nume. 18. vbi loquitur in caſu ſimili noſtro, quando teſtator legauerat uxori alimenta, relinquendo, quòd caſu quo nollet ſtare in domo teſtatoris deberent eidem reſtitui dotes ſuę in eiſdem bonis, & in eadem æſtimatione quibus receperat. hanc ẽt ſententiam ſequẽdo Caſtr. tenet Paul. de Mõte Pic. in reper. l. Titia. §. Titia. q. 42. num. 132. ff. de leg. 2. & idem tenet Bello. qui Capr. ſequitur in conſilio 31. num. 4. quam etiam tenuit Crot. in conſil. 67. num. 23. 1. uolum. Rolan. a Val. d. conſil. 65. nu. 22. & conſil. 74. nu. 26. eo. 2. vol. Cepha. qui etiam Caprã ſequitur, & reprobat. Guid. Pap. in conſ. 184. per

to-

totum, & Borgni. Caualca. in tract. de uſufru. mu
lie. reli. num. 112. & num. 200. vbi etiam reijcit
Guid. Pap. & Franc. Marc. & non tantum poteſt
peti dos vltra legatum, ſed etiam donatio pro-
pter nuptias, vt in terminis tradit Borgni. d. nu-
6 mero 112. Dos enim† eſt proprium patrimoniũ
vxoris. l. 3. §. ſed vtrum. ff. de mino. Rolan. conſil.
86. num. 37. 2. volumine. ideo debet ſtare penes
7 vxorem. & quòd† non cenſeatur facta compen-
ſatio cum dote, quando teſtator non appoſuit
clauſulam, quòd deberet vxor legato eſſe cõten
ta, tradit etiam Durant. d. caut. num. 3. & admit-
tit Soci. Iun. in cõſ. 173. nu. 8. 2. vol. quod etiam
firmat Menoch. in conſil. 5. num. 12.

Nec obſtant adducta in contrarium, & 1. de-
ciſio Guid. Pap. 541. tum quia ſumus in diuer-
ſis terminis, ex quo ipſa Illuſtris Domina non
fuit relicta vſufructuaria omnium bonorum, &
8 ceſſante ratione deciſionis,† ceſſat ipſa deciſio.
l. quod dictum. ff. de pact. c. cum ceſſante, de ap-
pellat. & hoc caſu non procedere illius deciſio
nem in ſpecie reſpondet Franc. Marc. in d. deciſ.
819. num. 2. tum quia ipſe Guido mouetur falſa
ratione, nempe quod vſufructuaria omnium bo
norum teneatur ad debita & non poteſt a ſe ip-
ſa exigere, cum immo proprietarius teneatur, &
ꝓpterea in indiuiduo reprobatur iuſte a Ceph.
& Burgni. in locis ſupra citatis. deciſio vero Frã.
Marc. non facit contra, cum ille non firmauerit
illam opinionem, quinimmo potius uidetur in-
clinare in hanc noſtram, quod ſi ſecus faceret
parum de eo eſſet curandum, ex quo communis
opinio eſt in contrarium ut ſupra. Nec etiam ob
eſt conſil. Neuiz. 72. citatum ſupra, quia moue-
tur alijs rationib. & fundamentis, quæ non con
ueniunt caſui noſtro & maxime quia dos in eo
caſu erat relicta ſub conditione, quæ conditio
cenſebatur repetita in eo legato dotis, at in ca-
ſu noſtro non petitur dos ex legato, ſed ex iu-
ris diſpoſitione, quia ſolutum eſt matrimonium,
nec præſumitur teſtator uoluiſſe compenſare le
gatum cum dote, ut ſupra. Nec etiam illa dictio
(ultra) quæ fuit appoſita ad alium finem, & ad fa
uorem ipſius Dominæ, debet ſibi nocere. l. quod
fauore. C. de legi. & l. nulla iuris, ubi Ang. & alij,
ff. eod. tit. nam fuit appoſita, ut oſtenderet teſta-
tor ſe nolle dotem habitam compenſare cum le
gato, & ſic ad fauorem ipſius dominæ, quia ſic
9 importat illa dictio†(ultra) ut ad propoſitum tra
dit Dec. in dicta l. actione. C. de tranſact. nume-
ro 9. & ſequitur Ceph. in conſilio 156. num. 20.
& 157. num. 18.

His accedat, quod tanto magis de mente te-
ſtatoris conſtat, quod utrumque deberet, & poſ
ſet habere, ex quo plus uſ legaſſe in caſu nuptia
rum, quam uiduitatis: fecit enim amplum lega-
tum ipſi eius uxori, in caſu nuptiarũ ſcutorũ mil
le quingentorum, & tot aliorum bonorum, tam
quo ad vſumfructum, quàm quoad proprietatẽ,
& tamen eo caſu legatum ſcutorum centum ui-
ginti, per ſocerum eidem relictorum, etiam ipſi
Dominæ deberetur, quod fuit compenſatum in
legato ſcutorum ſexcentorũ, ut inferius dicetur,
& poſſet habere ſuam dotem, quæ eſt ſcutorum
trium millium quingentorum, & donationem
propter nuptias, cum tamen in caſu uiduitatis
minus haberet ex legato ſcutorum ſexcentorũ
annuorum non detrahendo, ſeu non habendo
dotem & donationem propter nuptias uel tan
tundem, quod non eſt dicendum, cum ueri-
ſimile ſit teſtatorem noluiſſe eam plus habe-
re in caſu uiduitatis, quam in caſu ſecundarum
nuptiarum, ex quo anima defuncti contriſta-
tur. §. nos igitur videntes. in Authent. de nupt.
colla. 4. Bald. in l. Deo nobis, ante fi. C. de epiſco.
& cleri. hinc eſt quòd licet legatum factum mu
lieri, ſi caſte uiuat, debeatur, etiam ſi nubat, hoc
10 in legato facto uxori † per uirum non procedit,
cum nõ cenſeatur maritus intellexiſſe, quòd nu
beret, ex quo tales nuptiæ animam illius contri
* ſtantur, ut communiter * tradunt Doctores in
l. fi. ubi Iaſ. C. de indi. uidui. tollen. in l. mulier. §.
cum proponeretur, & illic Claud. ff. ad Trebelli.
& Didac. in ſecunda par. ſui epito. in 4. decreta.
c. 3. §. 9. num. 13. & in his terminis, quod abſur-
dum eſſet, teſtatorem uoluiſſe plus relinquere
11 †uxori nubenti, quam in uiduitate perſeueranti,
admittit etiam Neuiz. in d. conſil. 72. nume. 6. &
7. iuncto nume. 28. uerſic. non obſtat quarto. &
quod quando legatum eſſet quodammodo in-
utile, non cenſeatur teſtator uelle prohibere de-
12 tractionem vel conſequutionem dotis † uxoris
ſcribit etiam Caſtr. d. conſi. 324. poſt princip. &
idem Cro. quod legatum poſſet eſſe damnoſum
in d. conſil. 67. num. 42. quando autem ſunt ad-
dita uerba ad fauorem legatariæ, quòd non pro
hibeatur repetitio dotis, tradit etiam Caſtr. in
d. conſil. ante fi. & Pic. d. num. 132. in fi.

Poſtremo non obſtat quod ex coniecturis
quandoque conſtet, teſtatorem uoluiſſe compẽ
ſare legatum cum debito, quia Doctores in con
trarium citati loquuntur in caſibus diuerſis, &
diuerſam rationem habentibus, unde ex diuer-
ſis non infertur. l. fi. ff. de calum. l. Papinianus exu
li. ff. de mino. concludo igitur in hoc primo du-
bio, ipſam Illuſtrem Dominam poſſe & debere
conſequi ultra legatum dotem ſuam, & donatio
nem propter nuptias.

Deuenio modo ad ſecundum dubium, quod
uidetur habere maiorem difficultatem, tum quia
agi uidetur de compenſatione facienda cum de-
bito neceſſario, pro ut uidetur hoc legati facti a
patre uidebatur neceſſarium, ex quo non habuit
originem ab ipſo teſtatore legante, ſed peruenit
aliunde, ut in his terminis tradit Iacob. Alb. con
ſil. 17. nume. 6. & ſequen. tum quia expreſſe teſta-
tor uoluit dictum legatum per patrem factum eſ
ſe compẽſandum in legato ſexcentorum aureo-
rum,

rum,ut per Hieron.Gabr.in conſ.106.nu.8.

Quibus tamen minime attentis, in contrariã
ſententiam procliuior ſum,& in primis præſup-
pono.quòd hic nõ ſumus in debito neceſſario,
quod oritur ex diſpoſitione legis , ut in d.auth.
præterea.& in locis citatis per Doctor.ſupra al-
legatis : dubium enim non eſt , quod debitum
legati relicti per Dom.eius ſocerum fuit uolunta
rium,cum non niſi uoluntarie nurui legauerit,&
per cõſequens uti uoluntarium tranſiuit in præ
dictum Illuſtrem eius filium & hæredem, qui vo
luntarie adeundo hæreditatem, quaſi contraxit
cũ d. Dña Legataria, & eidem fuit obligatus.§.
hæres.Inſtitu.de oblig. quæ ex quaſi contra. na-
13 ſcun. & quòd hóc caſu dicatur†debitum uolun
tarium non neceſſarium,probat Corn. in conſil.
292.in primo uolum. per totum, quem ſequitur
Crauet.in conſil.131.num.14.& ſequen.ubi nu-
mero 16.reprobat Ioan.de Ana.qui erat contra-
riæ ſententiæ. num.uero 5.oſtendit cauſam origi
nalem eſſe attendendam.& huic ſententiæ adhę
ret etiam Didac.in cap.officij.nume.ſecundo,de
teſta.& huius opinionis fuit etiam Hiero. Gabr.
in dicto conſil. 106. num.5. & ſequen.ex quibus
conſtat male ſenſiſſe Alb.d.conſil.17.qui inhæ-
rendo Caſt.in conſil.35.uidetur dicendum, per
totum , in 2.uol.tenuit contrariam ſententiam ,
cum in caſu Caſt. ex alia ratione aliud uideretur
dicendum, nempe quia utrumque legatum tén-
debet ad eandem cauſam.ut per eum ibi.2.colu.
uerſic. quinto.

Quod antem de expreſſa diſpoſitione teſtato
ris adducitur uolentis primum legatum compẽ-
ſare,ſuper quo etiam ſe fundat Alex. d.conſil.nu
mero 9.& tradit Gabr.d.conſil.106. non nega-
tur,ſed tamen intelligitur pro annis futuris poſt
teſtamentum dicti eius uiri, quod apparet ex il-
lis uerbis cõputatis ſcutis centũ uiginti ipſi Do-
minæ relictis &c.cum enim tempore mortis ip-
ſius Domini eius uiri,lapſi eſſent , ſeu cœpti ſex
anni,debebantur eidem Dominę ſcuti ſeptingen
14 ti uiginti,ex quo in initio cuiuſlibet anni†legatũ
debetur.l.nec ſemel, in princ. ff.quando dies le-
ga.ced.l.1. C.eod.titu.unde diſpoſitio teſtatoris
quod computarentur centum uiginti aurei lega
ti in legato ſexcentorum,non infert ad debitum
ſex annorum præteritorum dictæ maioris ſum-
mæ. ex quo uerba non conueniunt.l.4. §.toties.
ff. de dam.infec. & cum legatum factum fuerit
15 † vxori & perſonę dilectiſſimæ,lata eſt facienda
interpretatio ad eius fauorem.l.cum alienam, &
ibi not.C.de lega.

Accedat quòd interpretatio eſt facienda ut
legatum lucrum adferat, & commodum, & po-
tius præſumitur teſtatorem uoluiſſe grauare hæ-
redem duplici onere,& quando legatum poteſt
16 eſſe dãnoſum, †non eſt præſumendum teſtatorẽ
uoluiſſe facere compenſationem cum debito ut
per Crot.d.conſ.67.num.42.quia legatum ſolet
adferre lucrum & commodum,Rolan.a Val. cõ
ſi.15.num.39.in 1.uolum.at in propoſito ipſa Do
mina potuiſſet decedere primo anno , & legatũ
acceptatum fuiſſet ſibi damnoſum, ex quo ami-
ſiſſet ſcutos ſaltem centum viginti auri admiſſa
dicta compenſatione,ut ſupra.Igitur non eſt cen
ſendum compenſationem factam fuiſſe pro lega
tis præteritis , ſed pro futuris tantum, quia alias
minus reliquiſſet,quàm eſſet debitum, ut ſupra,
& quando minus relinquitur,ut inducatur com
17 penſatio,† debet adijci clauſula quod legatarius
debeat eſſe contentus, ut per Durant.d.caute.5.
numero 3.quod hic factum non fuit,nec hoc ca
ſu loquitur Hieron.Gabr.in dicto conſil. ſed in
penitus diuerſo , ut ibi per eum, & hæc quo ad
ſecundum dubium .

Tertium modo dubium ſe offert diſcutiẽdũ ,
in quo prima quidem facie quo ad annulos,ioca
lia , & alia ornamenta , tempore nuptiarum per
dictos Illuſtr. ſocerum & maritum ipſius Illuſtr.
18 Dominæ eidem tranſmiſſorum & datorum,†vi-
detur concludendum, ea non fuiſſe donata,ſed
tantummodo conceſſa ad uſum,commodum,&
ut ornata incederet. ut eſt text.in l.ſi ut certo,§.
interdum.ff.commod.& illic not.Bar.Bal.& con
corditer omnes,& propterea niſi aliter conſue-
tudo diſponat,quæ in propoſito non præſuppo-
nitur extare, non debere poſt mortem viri apud
19 vxorem remanere, ſed ad†hæredes uiri pertine
re. idem uoluit Bald. in auth.ex teſtamento.12.
c.num.10.& ſequen.C.de colla.& in l.penult.§.
1.colum.fin.verſ.de ornamentis.ff.ſolu.matrim.
& illic Imo.nume.12. & idem Bald. in l.cum te.
nume.2.C.de dona.ante nupt. Ang.conſil.339.
Nicoletus.Anchar. conſil. 181. in prædicto du-
bio,num.1.Rom.conſil.146.colum.2. & ultima,
Alex.conſil.157.num.11.7.uolum.Barba.conſi.
16.3.uolum.Iaſ.conſ.197.colum.2. ſub num.2.
2.uolum.Bertran.conſi.45.ult.dub.2.uol.2.par.
Afflic.qui dicit ita fuiſſe iudicatum,deciſ.315.1.
dub.nu.2.4.8. Rol.a Val.conſ.10.nu.12. & ſeq.
in 1. Io.Lap.in repet.rubr.de donat.inter uir. &
vxo.in §.6.& §.11.Laur.Kirchou.in 5.centuria,
ſuarum commu.opin.concluſ.4.

20 † Quinimmo etiam ſi donarentur, quod non
valeat donatio,etiam facta in domo ſponſæ per
virum huiuſmodi iocalium, voluit Soc.conſ.123.
1.uol. Reſpectu uero annulorum minor uidetur
difficultas quod ad uxorem pertinere nõ uidean
tur , ſed ueniant reſtituendi , quia cum primo
matrimonium uerbis contrahatur,quam diſpen
21 ſetur ſponſa,annuli ipſi,quibus ſubarratur, †ſunt
reſtituendi,ſecundum Bal.in d.l.cum te,nu.2.in
d.auth.ex teſtamento.d.12.c.nu.10.idem Caſtr.
in cõſ.428.uiſo caſu,in 2.uol.& indiſtincte quod
ſint reſtituendi,firmat Card.conſ.44. dico quod
cum de more. 1.dub. & Soc.d.conſil.123.2.co-
lum.1.uolum.

Quo vero ad ueſtes, illa uidetur communis

opi-

opinio, quod ſi ſunt pretioſę non cenſeantur do
22 natæ, ſed remaneant hęredib. viri, †quam tenet
Bar. qui dicit ſecundũ eam pluries conſuluiſſe in
d.l.pen.§.1.nu.3.ff. ſolu.matr. ubi Bal. refert opi-
nionea Ang. Caſt. & Imo. qui refert quinque diſ-
ſonas Doctorum ſententias, & Alex. nu. 3. & 4.
quam etiam tenet Bal. in d.l.cum te.nu.4. quan-
23 do maxime †non licet uiduæ illis uti, Ang. conſ.
135. quidam nomine, Ancha.d.conſ.181.nu.3.
& ante illos conſuluit Bar. in conſ.50. Gilius Pe-
tri.nu.3. 1.uol. quam etiam ſentẽtiam Bar. tenuit
in l.1.§.nec caſtrenſe.nu.5.ff.de colla.bono.& in
l.ſi & uſusfructus. §.doa legata. ff.ad leg.Falcid.
Aret.in §.fuerat,nu.26. Inſtit.de actio.& ſecun-
dum hanc opinionem fuit deciſum per Capel.
Tholoſ.deciſ.336.vbi Aufre.in addit.idẽ tenue-
runt Caſt.in conſi.358. ad primum 2.dub.nu.2.
vol.2.& d.438.in prin. & nu.3. Affli.d.deciſ.nu.
2. Rim.d.conſil.146.2.col. Alex.conſil.42.ſuper
præmiſſo.nu.12.in 1. Iaſ.conſ.65. 2.dub.num.3.
1.uol. Barb.d.conſil.60.col.15.circa aliud.in fi.3.
uol. Capr.conſ.75.in prin. Bertran.conſil.205.1.
uol. 1.pat. Sigiſ. Lofred. in conſ.42.2.col. Cagn.
in l.contractus.nu.49.ff.de reg.iur. Iul. Clar.in §.
donatio.q.10.uerſ.ſucceſſiue quæro, Rol.d.con
ſil.10.nu.12. 1.uol. & Borgn.d.tract.nu.200. 2.
col. & Emanu. Soarez, in ſuo theſau.recep.ſen-
ten.in uerb.uxor.nu.118. Cæſar Vrſil. in addit.
ad Afflic.in d.deciſ.315. & Thob.Non.conſ.91.
1.dubio, & Menoch.lib.2.de arbitr.iudic.centu.
24 tertia, caſu 218. In ueſtibus uero †non precioſis,
ſed quotidianis, omnes admittũt, quod cenſean
tur uxoris. ſed dubium ſtat, an ex quo cenſentur
conceſſæ illi ad uſum & pro alimentis defuncto
viro, qui nõ tenetur eam amplius alere maxime
poſt annum luctus teneatur ad reſtitutionem ea
rum in eo ſtatu in quo reperiũtur. & teneri poſt
longam diſputationem in puncto iuria uidetur
concludere Alex. in dic.l.ſi & uſusfructus.§.doa
legata, quam legit cum l.ſi is qui quadraginta.
num.4. ff.ad leg.Falcid. & Alcia. idem firmat in
conſil.307. 6.dubio, qui allegat etiam Caſtr. in
dicto §.primo.

Contrariam partem reſpectu iocalium & or-
namentorum, quod immo acquirantur uxori &
25 cenſeantur donata † in dubio, voluerunt multi
ex antiquis, ut Rich. Malumb. & Bald, poſt eum,
quando fuerunt data ante matrimonium in d.l.
cum te.nu.1. Rapha. Comen. in d.l.pen.§.1. Ioan.
Lop.in d.rubr.§.5.& §.11.in prin. Sigiſ. Lofred.
in d.conſil.42.2.col. ubi id intelligit procedere,
quando maritus habuit commodum ex dote, ut
illas expẽſas facere potuerit. qđ ẽt tenuit Nat. in
d.conſ.317.in princ. De annulis uero, quod de-
26 beantur uxori, †uidetur probari ex tex.in l.ſi do
natæ.§.ſi ſponſus.ff.de don.inter uir. & uxorem.
& idem tenet Alber. in l.cum in te.num.2.C.de
donat.ante nupt. ubi dicit, quod ne acquirantur
uxori, Bergomi erat conſuetudo facienda con-
tra cõuentionem expreſſam in cõtrariũ, & idem
tenet Nat.in d.conſil.317.nu.3. & uidetur tene
re Ioan. Lop.in dicta rubr.in §.4.in tertio. De ue-
ſtibus etiam pretioſis: quod indiſtincte debean-
tur vxori, diſputat & concludit Luc.de Pen.in l.
mulieres, nu.9. C.de incol.lib.10.& Alber. poſt
Dyn. in d.l.pen.§.1.

Ego vero ſemper ſequendo communes & ve
ras opiniones diſtinguendum eſſe cenſeo, quod
27 aut conſtat de expreſſa donatione †ſoceri, vel vi
ri facta ſponſæ ante matrimonium, & valet do-
natio indiſtinctè: ſi autem ſit facta poſt contra-
ctum matrimonium, & tunc licet non valeat do-
natio tanquàm facta inter uirum & uxorem, ta-
men morte viri, vel ſoceri confirmatur, vt volue
runt Ang. dicto conſil.339.in princ. Barba. dicto
conſ.60. colum.16. tertio volum. admittit Cor.
in conſilio 65.in princip.lib.3.& firmat Alexan.
in dicto conſilio 157. numero 10. in 7. Lofred.
dicto conſilio 42. ſecunda colum. quam etiam
tenet Lop.in d.rubr.§.5. Iul. Clar.in d.quæſt.10.
in princ. Cagnol.in d.l.contractus.num.44.& ſe
quen. & Cæſar Vrſil. in addit. ad d.deciſionem
Afflic.315.nume.5.& hoc pacto debet intelligi
conſilium, ſupra in contrarium citatum, Soci.
123. qui alias male ſenſiſſet. ſi vero huiuſmodi io
calia ueſtes & alia fuiſſent data ſponſæ in recom
pẽſationem & remunerationem aliquorum mu
nerum per eam ſponſo datorum, vel ſocero, tũc
etiam valere cenſuerunt in uim donationis re-
28 muneratoriæ †& acquiri mulieri, Roman.conſil.
146.colum.fin.& Lop.in d.rubr.§.10. aut modo
non conſtat de donatione expreſſa, ſed de tradi
tione huiuſmodi iocalium annulorũ & ornamẽ-
torum, & tunc non eſt etiam in his diſtinctio,
quæ fit per Doctores ſupra citatos loquentes in
ueſtibus, quia ſi ſunt res precioſæ, & tunc non
cenſentur donatæ, ſed ad uſum conceſſæ, & ut
vxor vel ſponſa ornatior incedat, dicto §.inter-
dum. Si autem ſunt res quotidianæ, & nõ magni
pretij inſpecta qualitate, nobilitate, genere & fa-
29 cultatibus coniugum, & tunc †cenſentur uxori,
vel ſponſæ quæſitæ, ut per Lofred. in dicto conſi-
lio 42. in ſecunda collat. & Nat. dicto conſil. 317.
qui loquitur in huiuſmodi iocalibus & ornamẽ-
tis. In annulis uero, quod etiam diſtinguatur,
30 an ſint magni pretij & ualoris †inſpecta qualita-
te, ut ſupra. tenent Roman. dicto conſilio 146. ſe
cunda colum. Alexand. in dicto conſilio 42. in
cauſa & lite.num.4. quinto uolum. & huius men
tis uidetur Bald. in capit. quia ueriſimile, in fi.de
præſumptio. firmat Natta dicto conſil. numero
tertio, Cagnol. in dicta l.contractus.numero 47.
Rolan. dicto conſilio 10.numero 12. primo uo-
lum. & Thob.Non.d.conſil.91.1.dubio. De ue-
ſtibus autem quotidianis, quæ non poſſunt dici
precioſæ, nec magni pretij, inſpecta qualitate
perſonarum, ut ſupra, fatentur omnes ſupra
in contrarium citati, quod acquirantur uxo-

31 ri,etiam† quod conſtante matrimonio fiant, ut
per oẽs in d.§.1. poſt Bar. Afflic. d. deciſ.315.
num.3.& Lop.d.§.11.in prin.quod autem ſit at
tendenda qualitas & dignitas iugalium,& quod
quando ſumus in perſonis nobilibus, quæ non
poſſent in publicum comparere commode ſine
veſtibus etiam pretioſis, & de illis iudicandum
ſit,ut de quotidianis, quia eſt eadẽ ratio,& ma
xime ſi fructus dotis id patiuntur,tradit Afflict.
d.num.3.& ſeq.& num.13.& 14.ubi dicit quòd
32 in nobili muliere fuit deciſum,† veſtes ſericas eſ
ſe donatas, & remittitur arbitrio iudicis, idem
Alex.in d.conſil.42.nu.4.in 5. Lop. in d. Rubr.
in §.8.9.& 11.nu.9.10.& 11. & late etiam Sigiſ.
Lofred.d.conſil.42.2.col.& quòd remittitur ar
bitrio iudicis.Menoch.d.caſu 218. num.5. & ibi
optime declarat.

Quod autem ueſtes etiam quotidianæ poſt
mortem viri ſint eius hæredibus reſtituenda, vt
aliqui pauciores voluerunt,falſum eſt, quia im-
33 mo fere omnes ſentiunt quod cenſeantur† libe
re donatæ,& nihil de eis ſit reſtituendum,ut te
nent Ang.in d.conſil.135.Rom. in d.conſi.146.
2.col. Imo. & Caſtr. qui non tenet contrarium
ut Alcia.ſupra in contrarium citatus illum alle-
gat,& Alex.ſibi contrarius in d.l.pen.§.1.Barba.
d.conſ 60.col.15.in fi.Lop.d.§.11.nu.3. & Clar.
in d.q.10.uer.ſucceſſiue quæro.

Nunc de quarto dubio agendum eſt, in quo
licèt plures fuerint eius ſententiæ,quòd donata
34 ẽt ab attinẽtib.viri acquirantur† uxori uel ſpon
ſæ,ut per Ang.in d.l.pen. §.1.num.5.per tex. in l.
ſi ſeruus communis.ff.de dona.inter uir.& uxo.
quando maxime ſunt ornamenta, quæ conue-
niant mulieribus, & illic Comen. Caſtr.in l.ſed
ſi plures.§.in arrogato.quem legit cum.§.ad ſub
ſtitutos.nu.4.ubi Aret.col.fi.ff.de uulg.& pupil.
Ang.& Rom.in l.ut liberis.C.de colla.Rom.cõ
ſil.172.in propoſito,nu.2.Alci.in trac.præſump.
1.regula,præſumpt.18.& Rimi.Iun.conſ.42.nu.
* 83.& 84. quia tamen communis * opinio eſt in
contrarium, non poſſum illis adhærere, teneo
igitur diſtinctionem Bar.in d.§.in arrogato,nu.
4.ubi diſtinguit quod aut huiuſmodi munera
ſunt donata uxori uel ſponſæ, per eius ſponſæ
conſanguineos uel attinentes, aut per conſan-
35 guineos,uel attinentes uiri,& primo caſu† acqui
runtur mulieri, ſecundo caſu uiro,& illic eum ſe
quuntur Imo. Alex.& tandem.Iaſ.col.fi.qui di-
cit, quòd durũ eſſet in practica recedere ab hac
opinione Bal.in d.l.cum te,nu.3. niſi ſecundum
36 eum† extaret conſuetudo,quod darentur mulie
ri,Aret.in dicto §. fuerat,numero 26.Inſtitutio.
de actio.Ale.& Iaſ.nu.17.qui dicit magis cõem,
& Dec. numero 23.& dicta l. ut liberis. Barba.
dicto conſilio 60.colum.16. Corn.conſilio 81.
colum.penult. in primo uolum. Stepha. Aufre.
in addit. ad dictam deciſio. Aufrer. 336. Ioan.
Lop.in d.Rub.§.45.col.1.& ſeq. Cagnol. in d.l.
contractus,numero 48.Rolan.dicto conſilio 10.
numero 11.in primo, Clar.in dicta quæſtio.10.
uerſic.ſed nunquid Thob. Non.in dicto conſil.
91.numero 6. & ſequen. Vbi hanc ſententiam
rationibus,& auctoritatibus comprobat,& Lau
ren. Kirchou. centur. 2. concluſio.91. ſuarum
commu.opin.& Franc.Viui.2.par.ſuarum com
mun.opi.opin.93. donata ſponſæ.

Supereſt quintum et ultimum dubium reſol-
uendum de habitatione domus ipſi Dominę re
lictæ per dictum Comitem eius uirum,in qua ip
ſe habitabat tempore teſtamenti,quod modicã
37 habet difficultatem,cum in dicto legato† com-
prehendatur tota domus,quam ipſa Domina et
habitare & locare poteſt. l. cum antiquitas. C.
de vſufru. §.ſed ſi cui,Inſtit.de uſu et habita.Af-
flic.deciſ.401. maxime nume.8. et tale relictum
38 † eſt ſimile relicto vſusfructus,ut admittit Soci.
conſi.281.in prin.2.volum.Corn. conſilio 305.
colum.pen.2.dubio 1.uolum. Dec.conſil.355.
num.2.Bero.q.101.num.4.et Cęſar Vrſil.in addi.
ad Afflict.d.deciſio.401.in prin. et cum dicatur
habere uſum totius domus. l. ſi habitatio. §. ſi
uſus fundi.et l. Diuus.§.licet tamen.ff.de uſu,et
39 habita.excluditur† hæres ab habitatione,ut per
Dec.in d.conſi.num.3.quod admittit Rui.conſ.
35.nu.6.2. uolum.

Nec obſtat quod uoluit Menoch. in conſilio
62. numero 11. quòd hæres poſſit aſſignare cer-
40 tam partem domus† pro habitatione,uxori ex
Decio in d.conſilio 355. 3. dubio, quia ibi non
fuerat relicta habitatio ſimpliciter, quo caſu lo-
cum habent iura prædicta, ſed fuerat relicta ha-
bitatio ut in ea reciperet alimenta,et ita diſtin-
guit Dec.in dicto conſilio. Et ex his ſatisfactum
eſt omnibus dubitationibus. Laus Deo Opti-
mo Maximo.

Barth. Bertaz.

Contra Rim.iun.conſil.356.

ARGVMENTVM.

Conceſſa emphyteuſi,ex quibus propter non impetratum conſenſum apoſtolicum,uel non complectentem cõceſſionem, poſſit ipſa conceſſio infringi.

Caducitas ab emphyteuſi, quando non poſſit declarari contra hæredem emphyteutæ mortui.

S V M M Æ.

1 *Aſſenſus apoſtolicus requiritur,dum bona eccleſiæ conceduntur in emphyteuſim.*

2 *Expreſſio unius loci uel caſus, non excludit*

alia

alia loca, vel alios caſus.

3 *Caſus fortuiti licèt aliqui ſint expreſsi, cæteri tamen continentur.*

4 *Expreſsio vnius rei, extenditur ad rem non expreſſam, vbi eſt ratio eadem.*

5 *Sententia exprimens aliqua credita, continet tamen alia non expreſſa, ſi in illis eſt eadem ratio.*

6 *Sententia recipit declarationem ab actis, & probationibus.*

7 *Et ſecundum naturam actus, ſuper quo prolata eſt, etiam verba impropriando.*

8 *Iudex cenſetur pronunciare ſecundum quod ius diſponit.*

9 *Expreſsio eorum, quę inerant, nihil operatur.*

10 *Et idem eſt, ſi expreſsio inepta ſit.*

11 *Quadrageſima portio eſt, quæ promittitur pro rebus emphyteuticis.*

12 *Sententia ualet, lata ſuper toto contractu: ſecus autem, ſi non ſuper toto.*

13 *Iudex non præſumitur voluiſſe facere actum inualidum.*

14 *Obſeruantia declarat ſententiam.*

15 *Et quamlibet diſpoſitionem.*

16 *Implemento non ſequuto, conceſsio non habet locum.*

17 *Verbum conducere, quid importet.*

18 *Terra propter peccatum hominis ſine hominum labore infructuoſa eſt.*

19 *Teſtium ſenium magis ſtatur dicto, quam iuuenum.*

20 *Ripa fluminis regulariter eſt ſterilis.*

21 *Noualium conceſſa decima, loca ueniunt quorum cultura non eſt in hominum memoria.*

22 *Teſtium dicta ut concilientur, facienda eſt interpretatio.*

23 *Poſſeſſor eſt in ſua poſſeſsione manutenendus in caſu dubio.*

24 *Reſtitutio non competit minori, qui ſuccedit defuncto, qui cecidit ab emphyteuſi.*

25 *Caducitas ab emphyteuſi non declarata viuente emphyteuta, non poteſt declarari tempore ſucceſſoris.*

26 *Et non facta caducitatis declaratione mora poteſt ſemper purgari.*

27 *Et maxime, ſi facta fuit oblatio canonis & depoſitio.*

CONSILIVM LX.

In Domino confido.

CVm olim Magnificus, & Nobilis Dom. Auguſtinus Villa, fuerit inueſtitus de anno 1522. a Reuerendiſſimo Cardinali Rangono perpetuo adminiſtratore Epiſcopatus Adriæ de decima vallium, paludum, terrarũ & locorum aquis ſubiectorum, ſeu incultorum, quæ partim poſſidebantur a dicto Dom. Auguſtino, & partim a diuerſis alijs perſonis, in villa Cornæ Ceruoriæ diſtrictus Ferrariæ, ut in inſtrumento inueſtituræ, cuius conceſſionis, & inueſtituræ confirmatio, anno ſequenti ſucceſsit per ſententiam Reuerendorum delegatorum a ſummo Pontifice, ut ſubinde poſt illud tempus per annos ultra quinquaginta tam ipſe q. Dom. Auguſtinus viuens, quam Illuſtris Dom. Franciſcus eius filius & poſtremo Illuſtris Do. Franciſ. nepos sẽper exegerint dictam decimam dictorum locorũ, proculdubio ipſe minor nõ poteſt inquietari uel turbari in hoc ſuo iure per Reuerendiſs. D. modernũ epm, ex quo de cõceſsione et de oĩb. ſuis iurib. apparet ex inſtr̃is et actis publicis, pro quib. præſumitur. l. cum precib. C. de proba. Alci. in trac. præſump. reg. 3. præſump. 13. nu. 7. & ſeq. et cum ſit probatũ per plures teſtes antiquos, ꝙ poſt d. cõceſsionem bona ipſa, quæ erãt inculta, aquis ſuppoſita, et illius malę qualitatis et naturæ, ut exprimit̃ in d. inueſtitura, fuerũt bonificata, et ad culturã redacta, et demũ tot annos decimata, fundata eſt intentio ipſius Do. Villæ, qua tanto iuſtior et clarior apparebit, ſi oſtẽdam dubia ſubtiliter per Mag. D. Arbitrum excitata, minime ipſi D. reo obſtare, ad quorum diſſolutionem deuenio,

Primo igitur obijcitur in dubijs, ꝙ licet fuerit facta inueſtitura de dictis bonis qualificatis ut in d. inſtrumento, cum tamen aſſenſus apoſtoli-
poſſent adduci,quæ ſparſim adducũtur per Do
ctor.in pluribus locis.

Nec uidetur dicendum,quòd ex quo hic fra
ter deceſſit in pupillari,immo in infantili ætate,
& ſic inteſtabilis,ſtatutum prædictum non ha-
beat locum,qui videtur loqui in eo,qui potuit
teſtari,& inteſtatus deceſſit,quo caſu mater ei-
16 dem ſuccederet,prout tenuerunt†nonnulli Do
ctor.vt refert Alex.in l.generaliter,C.de inſtit.
& ſubſtit.cum quibus tenet ipſemet Alex.& ſe-
cundum quam conſuluit Dec.in conſil.466.in
** ſtatuto Rauennæ,quia verior & crebrior** ſen-
tentia videtur eſſe in contrarium,quam tenet ip-
ſemet Dec.parum ſibi conſtans in d.l.generali-
ter.num.5.Brun.d.tract.8.art.12.q.ubi ferè om-
nes refert antiquos,& moder.& hanc ſequitur,
& ſecundum eam conſuluit Corn.in conſil.75.
colum.antepen.& ſeq.1.volum.& in pluribus
alijs conſil.& Ruin.conſil.50.3.volum.& Pariſ.
conſil.22.ſecundo uolum.per totum,ubi conſul
uerunt contra Dec.in caſu dicti ſtatuti Rauen-
nę,& eam ſequitur etiam Alcia.in l.inteſtatus.ff.
de uerborum ſignif.Et hæc opinio tanto magis
procedit,ex quo ſtatutum loquitur per uerbum
ab inteſtato,& ſic compræhendit pupillum,ut
trad.Cor.Rui.& Pariſ.dictis conſ.& tenet etiam
Pariſ.conſ.84.nu.7.d.2.uol.

Secundo,quia dato,quòd opin.contraria eſ
ſet uerior,& magis communis,vt nonnulli faten
tur:tamen ex quo mater dicti pupilli tempore
eius uitæ hæreditatem filij non adiuit,eam non
tranſmiſit ad dictas eius filias.l.unica,§.in nouiſ-
ſimo,C.de caduc.tol.

Vltimo pro iſtis patruis facere videtur,quod
ipſa mater,& dictæ ſorores ſciuerunt,& paſſæ
fuerunt dictos patruos ſuccedere in hęreditate
dicti pupilli,& eos ut hæredes recognouerunt
cum eiſque tanquam cum hæredibus contraxe-
runt,quo fit,vt nunc non cenſeantur poſſe recla
17 mare,ex quo tacitè†conſenſerunt interpretatio
ni dic.ſtatuti,quòd ſcilicet excludanť a patruis,
ut in terminis trad.Fulg.d.conſ.34.inter conſi-
lia Cur.ſen.2.dub.quem ſequuti fuere alij Do-
ctor.ſubſcribentes.

Sed tamen his minime obſtantibus prędictas
ſorores ad ſucceſſionem dicti earum fratris ex-
cluſis patruis admittendas eſſe,uerius eſſe arbi-
tror,tam de iure communi,quàm ex forma di-
cti ſtatuti.

18 Primum probatur † in auth.poſt fratres,la r.

C.

C.de legi.hære.& in corpore nnde ſumitur,ſci
licet in tit.de hæred.ab inteſt.veni.§.ſi igitur,col
la.9.& Inſtitu. de legi.agnato.ſucceſ.§.1.& 2.tra
dit Alex.conſi.100.viſo puncto.2.volum.Corn.
conſil.191.2.colum.4.volum.Ruin.conſilio 16.
nume.6.tertio uolum. Et quòd ſuccedat ſoror
non contradicente ſtatuto,trad.etiam Pariſ.con
ſil.84.num.41.in 1.

Secundum probatur ex dicto ſtatuto in verſ.
& nec ſorores.ibi,non extantibus autem fratri-
bus,vbi diſponitur ſororem non extantib.fratri
bus, nec filijs maſculis fratrũ ſuccedere in qua-
cunq; hæreditate, ſecundum formam inris com
munis. Vnde cum in facto pręſupponatur quòd
tempore mortis dicti pupilli nullus alius exta-
bat frater ipſarum ſororum vel filius fratris,pro
culdubio ex forma dicti ſtatuti admittuntur ad
ſucceſſionem, & cum in uerbis nulla ſit dubita-
19 tio,† non adijcitur uoluntatis quæſtio. l.ille aut
ille,§.1.ff.de legat.3.& in dubio inhærendum eſt
verbis ſtatuti,l.1.§.ſi is qui nauem,ff.de exercit.
vbi enim caſum legis habemus,nullam iuris quę
ſtionem adeſſe dicimus.l.ancillæ,cum gloſ.quæ-
ſtio. C.de ſur. Quæ concluſio remanebit clara,
cum ea quæ ſupra in contrarium contra ipſas ſo
rores adducta fuere,ſublata fuerint,& oſtenſum
nõ obſtare. Deuenio igitur ad eorum ſolutionẽ.

Et primò ad primum fundamentum factum
ſuper ſtaturo prędicto,in uerſi.& nec mater, nec
auia,&c. quòd ſoror cenſeatut excluſa ab hęredi
tate fratris ſtantibus agnatis maſculis, uſque ad
quartum gradum, reſpondetur qnòd per illnd
caput ſtatuti ſolum excluditur linea materna, &
ſic excluduntur cognati, & non excluditur fœ-
mina agnata de linea paterna, pro ut eſt ſoror,fi
20 liæ fœminæ retinent † iura agnationis, & ſunt
agnatæ, ut probatur in l.ſunt autem, ff.de legit.
tut.& in §.1. Inſtit.de legit.agna.tut. & de legit.
agnat.ſucceſſ.& in l.lege 12.tab. C.de legi. hære.
& text.clarus in §.cæterum, verſ.quare etenim,
ibi,& agnationis titulis tam in maſculis quàm in
fœminis.& ibi,ex agnatis autem mulieribus,In-
ſtit.de agna.ſucceſſ.Corn.conſil.82.colum.2.4.
uolum.Alex.conſil.89.num.31.ſexto volum.vbi
21 dicit quòd durat agnatio in fœmina † ex maſcu-
lo deſcendente,Crau.conſil.67.num.3.Idem te
net Soc.conſilio 227.colum.7.ſecundo uolum.
22 vbi idem concludit † etiam ſi fœmina ſit nupta,l.
* voluntas,& ibi not.communiter*Doct.C.de fi-
deicom.quam cõcluſionem tenet Cur.ſen.con-
ſil.64.colum.16.num.56. & Rui.conſi.153.nu.9.
in 2.conſil.44.num.5.& 168.num.3.in 3.uolum.
licet in hoc ultimo,(in alio tamen caſu)uariaue-
rit.ut in conſi.24.num.12.uolum.2.& hanc con
cluſionem latiſſime more ſuo proſequitur Pariſ.
conſil.47.incipien.a num.41.per plures colum.
3.uolum. ubi nedum oſtendit fœminam ex ma-
ſculo deſcendentem eſſe agnatam,& de agnatio
ne etiam ſi ſit nupta,ſed compræhẽdi appellatio
ne cippi,generationis,& progeniei, & plura alia
allegat ad hanc materiam.Et propterea quando
ſtatutum excludit matrem, & lineã maternam,
23 non cenſetur † excluſa ſoror, quæ eſt agnata,vel
alia fęmina agnata, ut in terminis tradit Soc.in
conſil.207.4.& 5.colum.2.volum.dicens quòd
velle compręhendere fæminam agnatam ſub il-
lis uerbis generalibus, alijs cognatis, eſt ſomniũ,
idem tenet Rui.in conſil.15.nu.23. & conſil.44.
num.5.3.uolum.& conſil.205.num.4.in 2.& la-
tiſſime Pariſ.d.conſil.47.num.69.& ſequen.& fe
re per totum.ubi plures alias auctoritates & ra-
tiones adducit,quas tranſplantare non eſt opus
& in dubio capienda magis eſt interpretatio ꝙ
fœmina agnata excludat cognatos quàm quòd
24 ab agnatis † ipſa excludatur, vt Cor.trad.conſil.
222.2.colum. 2.volum.ſequitur Brun.d.tracta.
5.artic.quæſt.13.colum.3. & Pariſ.dicto conſil.
47.numero 64.

Nec obſtat quod cenſeantur ſorores prædi-
ctæ excluſæ, ex quo excluditur mater, quia hoc
eſt falſum,& non valet cõſequentia, quandoqui
dem nõ militer eadem, ſed diuerſa ratio, ut trad.
Doctor.in locis proxime allegatis,& in terminis
quòd excluſa matre propter patruum ſoror non
25 cenſeatur † excluſa, cõſuluit collegium Doct.Pe
ruſ. quod conſilium eſt inſertum inter. conſilia
Ang.ſub nu.210.ſtatutum ſupradictum,& quod
* conſilium communiter*approbatur,ut per Mo
der.in l.illam. C.de collat.& trad.Corn.in con-
ſil.206.ſecunda colum.3.volum.& in conſil.82.
litera F,& K,191.colum.fin.271.litera V, 4.uo-
lum.Dec.conſil.71.3.colum.Ruin.conſil.16.nu.
9.& conſ.110.num.14.in 3.& conſil.19.in 1. du
bio,& 169.num.5.eodem uolum. Pariſ.d.conſi.
47.num.114.& Brun.d.tract.5.artic.16.q.& ad-
ducunt rationem Doct.in locis prędictis, ꝙ non
militar eadem ratio in excluſione ſororis,quę eſt
diuerſæ ſpeciei,qui agnata,quæ militat in matre,
quæ eſt cognata.

Sed quorſum hæc, cum ſtatutum ipſum clare
loquatur in hoc capit.admittens agnatas fœmi-
nas,ut in verſ.ſaluo,&c. ubi diſponit,qnòd quã-
do ſuccedunt agnatæ fęminæ intra quartum gra
dum ad excluſionem matris, mater debet habe-
re alimẽta in bonis filij. Ecce igitur,quò omnis
ceſſat difficultas omniſue dubietas, cum ſtatutũ
ipſum ſemet declaret, quòd fęminæ agnatæ ad-
mittantur ad excluſionem matris, & lineæ ma-
ternæ.Et propterea ceſſat illa deciſio adducta in
contrarium,quòd ſtatutũ excludens matrem, ꝙ
lineam maternã ꝑ ꝑ agnatos maſculos, cenſetur
ẽt excludere agnatas fęminas: quia ultra ꝙ illa
deciſio non uidetur uera,nec communis, et ob-
ſtant plura quæ inferius dicentur, non procedit
in caſu noſtro, in quo ſtatutum non uocat agna
tos maſculos ad excluſionem cognatorum, ſed
etiam admittit agnatas fęminas,ut ſupra, pro ut
ceſſat etiam ꝙ alia, etiã excludatur ex capite ſal

tem

tem incluſiuo agnatorum: quia ex quo ipſa inclu ditur in dicto capite, tollitur omnis difficultas.

Sed & ad illam rationem quòd fœmina cen-
26 ſeatur excluſa ex capite incluſiuo † agnatorum aliter etiam poteſt reſponderi, ex ſuperabundanti, quod licet Doct. in hac materia diuerſimode loquantur, ut per Moder. in d.l.illam, per Soc. d.conſil.207.colum.fin.& conſil.284.volum.& Corn.conſil.276.colum.3.in 4. tamen communis.* & uera eſt ſententia Doctor. quod fœmina etiam ex capite incluſiuo ſtatuti non excludatur niſi propter perſonas compræhenſas in capite excluſiuo, quia primo caput incluſiuum non eſt potens excludere alios in verbis ſtatuti nõ compræhenſos, quando compræhenſi ſuperſunt, Ita dicit fuiſſe conſultũ per plures Excellentiſ. Doctores quos nominat ibi Corn.in conſil. 116. 5. colum.2.uolum.& conſil.10. 7.colum.3.uolum. & conſil. 191.ad ſinem, & 271.colum.5.& 8.4. volum. Dec.dic.conſil.71.colum.fin. poſt med. Brun.late plura adducẽs, d.tract.6.art. 3.memb. 3.q.4.colum.& 13.artic.1.q. & ſequitur Pariſ.d. conſ.47.nu.86.& ſeq. Et ad hoc conferunt, quę infra adducentur, ꝙ fœmina nunquàm cenſetur excluſa niſi a perſonis ſpecificatis.

Et ad rationem illã adductam in contrariũ, ꝙ patruus debet excludere ſororem, ex quo intrat in locum matris, licet ex dicto teſtamento, & ex dictis per Doct. in locis prædictis colligatur reſponſio, tamen etiam non omitto quod etſi intraret locum matris, non tamen excluderet ſorores niſi pro parte uiri matris, quæ cum eis ſuccederet non extante ſtatuto in hæreditate filij, auth. defuncto. C.ad Tertul. ſi quidem ſurrogatus debet ſapere naturam ſurrogati. l.ſi eum, §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. cum ſim.

Secundo principaliter nõ obſtat, quod dictæ ſorores cenſeantur excluſæ a patruis propter ſtatutum prædictum in 6. cap. incipiente, & nec ſorores, nec deſcendentes ab eis, &c. intelligendo illud verbum (cum fratribus) de fratribus earum patris: quia reſpondetur, quod hæc interpretatio nunquàm conuenit dicto ſtatuto, ſed debet
27 intelligi proprie de fratribus † ipſius fœminæ & non eius patris, ita in terminis decidit Iaſ.in l.1. col.2.& 3. C.de ſucceſ.edi. & ſequitur ibi Dec. num.4. idem tenet Rub.conſ.118.num.3.Brun. d.tract.12.art.17.q. & Pariſ.conſil. 110.nume.7. & ſequen.3.uolum. ſed & quod ſtatutum excludens fęminam propter fratres non cenſeatur excludere propter patruos, in terminis eſt deciſio Dec.in conſ.684.in prin. Nam iſta interpretatio magis conuenit, cum minus per eam lædatur ius commune: magis.n. toleratur quod ſoror excludatur a fratre qui eſt in ſecundo gradu quàm a patruo, qui eſt in tertio, ut per Decium, & Pariſ. dictis conſilijs.

Sed profecto mihi uidetur quod ſtatutũ hoc nunquam poſſit de fratribus patris mulieris, & ſic patruis ipſius ſororis intelligi: dicit.n. ſtatutũ quod ſorores non ſuccedant cum fratribus, vel filijs maſculis fratrum in qualibet ſucceſſione cuiuſlibet agnati, uel cognati. ſi uolumus interpretari illud uerbum, fratribus, de patruis ipſius mulieris, ego uellem ſcire ad quem debeat referri verbum, ſorores: eſſet enim inepta loquutio dicere, ſorores non ſuccedant cum patruis in hæreditate cuiuſlibet agnati. Vnde oporteret quod tenendo illam interpretationem ſaltem ſtatutũ expreſſiſſet, quod non ſuccederent in hæreditate fratris, vel ſororis, & ad illud uerbum, fratris, vel ſororis, poſſet referri uerbũ ſorores: ſed quia illud uerbum ſorores, nil habet ad quod referri poſſit, non ad patruos, non etiam ad agnatos, vel cognatos, ergo neceſſario concludendum eſt ꝙ referatur ad illud verbum, cum fratribus, & ſic verbum ipſum intelligatur de fratribus proprie ipſarum ſororum. Et quod quando ſtatutum loquitur de fratribus in excluſione ſororis, prout in caſu iſto, dẽat neceſſario intelligi de fratrib. ipſius excluſæ, in terminis proprijs declarat Dec.d.l.1.num.4.uerſ.3.quia cum ſtatutum.

Confirmatur hæc interpretatio ex 4. capit. ipſius ſtatuti incipiente, & fratres coniuncti, ubi ſtatutum ipſum remouet differentiam intra fratres coniunctos ex patre tantum, & fratres utroque parente coniunctos, volens eos æqualiter ſuccedere in bonis ex linea maſculina. & ſubiungit ſtatutum, & idem ſeruetur in ſororib. venientibus ad ſucceſſionem ſororum & fratrum decedentium ſine filijs maſculis. Ecce igitur quod ſtatutum clare intelligit quod ſorores ſuccedãt in hæreditate fratris ſine filijs decedente, & ita illud capitulum magis declarat noſtrum, quia vnũ
28 † capitulum ſtatuti per aliud declaratur, ut trad. Soc.conſi.9.num.8.3.uolum. Corn.conſil.183. litera B, 2.uol. & conſil. 181. litera D.in 3. Curt. iun.conſil.7.num.3. & Pariſ.d.conſil. 110. num. 17.& num. 34.

Nec obſtat, quòd ſtatutum prædictum intelligendo verbum illud, cum fratribus, de fratribus ipſarum ſororum, reddatur ſuperfluum in ea parte, qua excludit etiam deſcendentes ex ſororib. & fœminas deſcendentes ex fratribus: quia reſpondetur quod reſpectu ſororum caſus eſt clarus & verbum illud, cum fratribus, ſtat proprie, & non poteſt aliter intelligi per ſupradicta. & ita etiam debet eſſe clarus, & propriè intelligi reſpectu deſcendentium ex ſororibus, & fęminarum deſcendentium ex fratribus, ut quemadmodum ſorores vna cum earum fratribus, vel filijs fratrum non poſſunt ſuccedere, ita nec etiam deſcẽdentes, & fęminæ ex fratribus cum earum fratribus vel filijs fratrum, nec refert quod ſtatutum hunc ſecundum caſum ex primo deciderit & propterea ſit ſuperfluum, quia magis eſt toleranda ſuperfluitas quàm quod ſequatur abſurditas, ut Brun.in terminis huius ſtatuti, trad.dic.

tract.

tract.5.artic.9.q. Nam & verba non debent ad
29 omnia referri, ſi ex relatione† ſequatur abſurdi-
tas, Corn.conſil. 260.4.volum. & Brun.d.9.q.in
fine. Vnde intelligendo, quod dictum ſtatutum
loquatur de fratrib. patris ſororum, ſequeretur
maxima abſurditas, vt patet ex ſupra allegatis, er
go magis eſt toleranda ſuperfluitas.

Præterea mihi videtur quod ſtatutum prædi-
ctum ſit clarum, & quod etiam nullam cõtineat
ſuperfluitatem: nam conſidero, quod ſtatutum
non excludit iſtas fęminas indiſtincte a ſucceſſio
ne, ſed tantum extantibus fratribus, vel filijs ma
ſculis fratrum, cum quibus non vult eas ſuccede
re. Et ſic ſtatutum ipſum ſolum locum habet,
quando frater, vel filius fratris cõcurrit cum fę-
mina in ſucceſſione, quod oſtendunt illa uerba,
cum fratribus, nec cum filijs maſculis fratrum,
vnde quando non concurrunt, ut quia fęmina
eſt prior in gradu, nulla eſt dubitatio, quia tunc
admittitur fęmina. quod probatur, nam quoties
lex utitur hoc modo loquendi, cum fratrib. vel
cum filijs, & ſimilib. admittit concurſum vtriuſ-
que, ut habetur in d.Auth. de hæred.ab inteſta.
in pluribus locis, & maxime.§.ſi igitur, in fi. & in
princ.§.ſeq. & in auth.ceſſante, & in authen.poſt
fratres, la 1.C.de legi.hæredi. & in pluribus alijs
locis. ſi igitur intelligamus dictum ſtatutum pro
cedere in caſibus, in quibus fęminæ concurrunt
cũ fratre, uel filio fratris, dicemus, quod ex quo
in hæreditate fratris non concurrit cum ſorori-
bus patruus, quod illa uerba, cum fratribus, nun
quàm poſſint intelligi de fratribus patris dicta-
rum fæminarum, & ſic de patruis, ſed tantum de
fratribus proprijs ipſarum fęminarum, & de fi-
lijs ipſorum in caſibus, in quibus cum eis concur
runt, ſcilicet in hæreditate fratris, & ſororis, re-
ſpectu omnium, d.§.ſi igitur. in hæreditate uero
aliorum agnatorum, uel cognatorum reſpectu
fratrum, nam illis tunc non concurrunt filij fra-
trum cum eis in ſucceſſione. In deſcendente mo
do ex fęmina & filia fratris, ex quo cum ea con-
currunt fratres matris, vel patris, & ſic patrui in
hæreditate fratris eorum, vel ſororis, eadem ra-
tione poſſet teneri quod dictum uerbum cum
fratribus, intelligeretur de fratribus matris,
vel patris, cum ea concurrentibus in hæredita-
te patrui, vel amitæ, ſeu auunculi, uel mater-
terę. d.§.ſi igitur. & de filijs eorum concurrenti-
bus ſimiliter cum eis in alia hæreditate, & iſto ca
ſu ſtatutum in quantum loquitur de deſcenden-
te filiæ & filia filij, non eſſet ſine effectu operan-
di: tolleret enim omne dubium, quia ſicut exclu
ditur mater, cenſeretur etiam excluſa filia, & cen
ſentur pariter excluſa ſorore excluſæ omnes fę-
minæ deſcendentes ex fratribus ab hæreditati-
bus, in quibus concurrunt cum fratribus, & filijs
fratrum, ut ſupra. Et iſta expoſitio non uidetur
abſona, cum non inconueniat, ut unum & idem
30 uerbum † relatum ad unam perſonam, ſtet pro-
priè, & relatum ad aliam impropriè, pro ut ferè
in terminis noſtris trad. Cur.iun.in conſil.5.nu.
32.ubi in caſu noſtro ſtatutum dicebat quod fra
ter, & filij fratris excluderent ſororem, & filios
ſororis in hæreditate fraterna, nam illud uerbũ
fraterna, neceſſario debet referri ſecundum re-
ctum ſermonem ad ipſam ſororem, & filios ſuos,
& ad fratres, & filios ſuos, ſed non poteſt referri
ad filios fratris, & ſororis, quia quo ad ipſos non
eſt hęreditas fraterna, unde impropriè reſpectu
ipſorum accipitur illud verbum fraterna, & ſic
accipietur pro hæreditate fratris patruelis, vt ſit
ſenſus, ſoror non facit partem cum fratre in hæ-
reditate fraterna, ſcilicet propriè, filius ſororis
nõ facit partem in hæreditate fraterna lato ſum
pto uocabulo, & ſic patruelis. ſic igitur in caſu
noſtro poſſumus dicere, quòd illud uerbum, cũ
fratribus, referatur ad fratres ſororis, pro ut re-
fertur primo modo, & ſic intelligetur cum fratri
bus, ſcilicet matris, vel patris, & ſic patrui, ut ſu-
pra. vel quod intelligatur, non ſuccedat cum fra
tribus patruelibus, ut intelligit Curt. loco præal-
legato, & utroque caſu ſtatutum non eſt ſuper-
fluum, ſcilicet quòd debeat intelligi hoc vltimo
modo, non habeo pro expedito, ex quo in termi
nis. cõtra Cur. tenet Brun.d.tract.12.art.16.q. &
31 quod filius fratris patruelis non excludat† ſoro-
rem patruelem patris ſui, concludit Ruin.conſi
lio 15.ſupra allegato, colum.penul. & fi. Tamen
quia ſumus in caſu certo, ſcilicet in ſororibus,
qui caſus eſt clarus, & nullam patitur exceptio-
nem, non eſt opus diſputare, quid eſſet in deſcẽ-
dente ex ſorore, vel filia fratris, ſed ſat eſt con-
cludere quod illud uerbum, cum fratribus, non
poteſt intelligi de patruis ipſarum ſororum, ſed
de fratribus ipſarum ſororum proprie, ut iam ex
Doct. auctoritatib. quam ex indubitatiſſimis ra-
tionibus ſupra oſtenſum fuit.

Nec obſtat, quòd ſtatutum ſupra fuerit loqu-
tum de fratribus patris, qui excludunt filiã, quia
illud capitu. non colligatur huic noſtro cap. ſed
intermediant tria alia capitula, in quorum duo-
bus vltimis tractatur de hæreditate fratrum, &
32 ſororum, ad quæ† tanquam proximiora facien-
da eſt relatio. l. ſi idem cum eodem.§.fin. cum ibi
not. per glo. & Doctor. ff. de iuriſdict. omn. iud. l.
talis ſcriptura.§.fin. de leg. 1. & per prædicta tol-
luntur ea quæ in contrariũ trad. Rom. Rui. & alij
33 in locis ſupra in contrarium allegatis, † quia in
caſu Rui. ſtatutum non loquebatur ſicut in caſu
iſto: in illo enim illa interpretatio poterat admit
ti, quòd intelligeretur de fratre defuncti, nõ mu
lieris, & ſic quòd ipſa mulier a fratre patruele ex
cluderetur, quod non eſt in caſu iſto, in quo ne-
ceſſario intelligendum eſt de fratribus ſororum
iſtarum, a quibus excluduntur, & eis uel eorum
filijs non extantibus ſuccedunt, ut expreſſe dicit
ſtatutum prædictum. & idem eſſet, ſi non eſſet ex
preſſum, quia ita deberet intelligi ſtatutum, ut

Rui-

Rui.trad. in conſil. 19. nume.6. & in conſil. 169.
num.5.6.tertio uol.ſimiliter conſilium Rom.16.
licet communiter reprobetur,ut ſupra,& obſtét
ea quæ ſupra adducta fuere, nõ poſſet etiam pro
cedere in caſu noſtro ex alio, quia termini ſunt
diuerſi. in caſu enim iſtius ſtatuti fuerat primo
diſpoſitum plene de hæreditate aſcendentium,
& deſcendentium, an qui deberent in ea ſucce-
dere,& partim de hæreditate collateralium, vn-
de oportebat exprimere an in hęreditate fratrũ,
& aliorum agnatorum,vel cognatorum extanti
bus fratribus ſorores deberent ſuccedere in ca-
ſibus,in quibus concurrunt cũ fratribus, & filijs
fratrum in ſucceſſione,qui concurſus nõ poteſt
verificari in hæreditate fratris,niſi extantib.fra-
tribus,vel filijs fratrum,cum in illa non concur
rant patrui,ut ſup.dictum fuit, ſed in caſu Rom.
aliter erat,ut ibi uideri poteſt,quia ſtatutum lo-
quebatur in una,& eadem hæreditate,ſcilicet pa
terna,& primo ſtatuerat filiã a fratre excludi de-
bere, unde loquendo ſecundo de fratribus filiæ
nõ poterat intelligi,cum de eis iam diſpoſuiſſet,
vnde ſeparatorum debet eſſe ſeparata ratio. l.fi.
C.de calumn.cum ſimil.

Tertio principaliter non ob. ꝙ ſorores exclu
34 ſæ a fratrib.†cenſeãtur excluſæ etiam a patruis,
quia hoc falſiſſimum eſt,& contra conſil.Fugo.
in contrarium allegatum expreſſe tenet Brun.
d.trac.12.art.16.q.5.col.& Pariſ.cõſ.110.nu.26.

Secundo caſus ſunt diuerſi, nã vltra ꝙ Fulg.
fundauit magis cõſultationem ſuam in conſue-
tudine ita interpretante,etiã in caſu ſuo non cõ
currebant quæ concurrunt in caſu noſtri ſtatu-
ti, quod loquitur clare,& non uult excludi fęmi
nas niſi concurrentibus fratribus,& filijs maſcu
lis fratrũ & eis non extantibus,vult eas admitti.

Præterea,ut ſupra dictum fuit, & latius infra
dicetur, nunquam fœminæ excluduntur, niſi a
perſonis ſpecificatis, & propterea ſi excludãtur
propter fratres, non cenſentur excluſæ propter
patruos,quia non eſt eadem ratio, cum fratres
ſint in ſecundo gradu, & ſic proximiores & pa-
trui in tertio, & ita conſuluit Dec. præallegato
conſil.684.facit quòd ſtatutum excludens fęmi
35 nam propter†collaterales, debet intelligi de eo
qui eſt in pari gradu cum fœmina,non remotio-
ri,ut trad.Corn.conſil.90.4.colum.3.uol.& con
ſuluerunt Fulg.Rom.& Anchar.ut refert Cam-
peg.d.tract.quæſt.47.& licet ipſe ibi teneat con
trarium,tamen præcedens opinio eſt verior, &
** crebrior,** quam etiam tenent Brun.d.tract.12.
art.quæſt.17.ſecunda colum.& Cur.iun.conſil.
7.nu.9.& ad hoc facit quod ſi propter patruum
36 excludatur†ſoror ab hæreditate fratris,non ta-
men debet excludi propter filios patrui, & ſic
propter fratres patrueles,& Soc.conſuluit con-
ſil.9.tertio uolum.

Nec etiam obſtat, quòd dictum ſtatutum in-
telligi debeat in fratribus patruelibus,quia imo
debet intelligi in fratribus carnalibus ipſarum
ſororum pęr ea quæ ſupra dicta fuere. Et quia
37 ſtatutum ita loquens in fratre proprie†carnali,
non in patruele eſt intelligendum, Bartol. in l.
Lucius,§.quæſitum,de leg.3. cum alijs adductis
per Alexan. in d.l.prima, C.de ſucceſſ.edi.& in
l.ſi dotali,poſt alios. ff.ſoluto matrimon.in con-
ſil.97.uiſo themate.2.colum.2.uolum.& conſil.
84.num.23.6.uolum. Soc.d.conſil.9.nu.9.in 3.
& conſil.30.colum.5.& 7.primo uolum.Pau.de
Caſt.conſil.118.ſtatutum iſtud, ſecunda par.no
uiter impreſſornm,Campeg.d.5.par.quęſtio.38.
Corn.conſil.169. colum.fin.4.uolum. Dec.con-
ſil.461.in princ.& 679.num.5.& 688. Cur.iun.
d.conſil.5.num.31.& Pariſ.d.conſil.110.nume.
14. Et hæc concluſio de plano procedit, quan-
do tractamus de excludendo ſororem,quę eſt in
ſecundo gradu per fratrem patruelem, qui eſt
in quarto, ut ſupra dictnm fuit, quia tunc nullo
modo admittitur: ſecus uero eſſet,quando tra-
38 ctaretur de excludenda†ſorore patrueli, quæ ſi-
militer eſt in quarto gradu cum defuncto,ut per
Alexand.d.l.ſi dotali.& d.conſil.89.& alijs in lo-
cis,& per Cur.d.conſil.5.num.31.& conſil.7.nu
mero 9.& per Rui.conſ.93.3.uolum.licet etiam
hanc diſtinctionem non admittat Bru.qui tenet
communem opin. quod non excludatur omni-
no etiam ſoror patruelis,in dicto tract. 12.artic.
quæſt.16. colum.2.& 3.ſed cum ſimus in ſoro-
re propria, quæ eſt in ſecundo gradu, ceſſat om-
ne dubium.

Quarto principaliter non obſtat,quòd ex uni
ca ratione,qua cenſentur moti ſtatuentes ad fœ
minas excludendum, ſcilicet fauore agnationis,
ſtatutum ſit fauorabile,& per cõſequens debeat
extendi:quia omiſſo quod plures Docto.tenent
dictam concluſionem in contrarium ſupra fir-
39 matam non procedere,quando ratio†non eſt in
ſtatuto expreſſa,ut per Cor.in conſil.271.tertia
colum.4.uolum.& Dec.d conſil.461.in prin.ubi
alios allegant. reſpondetur quòd ſtatutum præ-
dictum nunquam excludit fęminas,niſi propter
40 perſonas†in eo ſpecificatas,ut Bald.trad.in l.ſed
& milites,in prin.ff.de excuſ.tut.Soc.conſil.præ
allegato 30.colum.7.& conſil.150.colum.12.in
princip.Corn.conſilio 82.3.& 4.colum.& 271.
tertia colum.4.uolum.Dec.conſil.71.colum.fin.
461.in princip.553.nume.4.569. in princ.684.
num.3.& 688. in princ. Rub.loquens in termi-
nis noſtris in conſil.94.num.6.& late Brun.in d.
tract.6.art.ſecundo memb.2.quæſt. colum.fin.
& 3.art.colum.penult.& fi. et latius in 8.art.19.
quæſtio. et Pariſ.dicto conſil.47.numero 77. et
ſequen.et conſilio 49.num.72. eod.3.uolum. In
quibus locis alij allegantur, ex quib. patet hanc
** eſſe ueriorem, et crebriorem** ſententiam Do-
ctorum in hac materia. Vnde cum in caſu no-
ſtri ſtatuti non legatur, quod in hæreditate fra-
tris ſorores excludantur a patruo, ſed tantum

a fratre, & filijs fratrum , & illis non extantibus
clare ſtatutum diſponat ſecundum iuris commu
nis diſpoſitionem ſorores admittendas eſſe, nõ
eſt ultra quęrendũ de extenſione facienda: quia
quando ex toto uerba deficiunt, nec verba, nec
ratio ſtatuti patrocinatur, l. ſi ſeruum, §. nõ dixit,
ff. de acqu. hæredi. Et pro ueritate, nec ſtatutum,
nec ratio ſtatuti eſt extendenda ad hunc caſum
tam clarum repugnante proprietate uerborum,
a qua non eſt recedendum, etiam in fauorabili-
bus, ut pleriq; ex ſupra allegatis Doct. affirmant,
cum maxime pro iſta parte habeamus tot, & tan
tas deciſiones ſpecificas, & in indiuiduo caſum
noſtrum decidentes, quibus deciſionibus tutius
41 eſt inhærere, cum in materia† extenſionum peri
culoſum ſit aliquid firmare, ut Io. Bap. de S. Seue.
trad. in repet. l. omnes populi, fol. 34. ff. de iuſt. &
iu. & in hac materia, & ad hoc propoſitũ ſequu-
tus fuit Brun. d. trac. 8. art. q. 19. col. pen. & Pariſ.
d. conſ. 47. num. 93. deciſiones enim in terminis
ſunt ſecuriores, ut per Brun. loco præallegato,
& 6. art. 3. memb. q. 3. colum. 2. nu. 112. & ſequi-
tur Neuiz. in Sylua nup. lib. 5. num. 72. 3. col. ma
42 xime temporib. iſtis, quibus non creditur† legib.
& rationibus, ſed ſolum deciſionibus, ut not. in-
quit Cur. iun. in conſ. 119. num. 6. & Rub. conſil.
11. num. 24. & conſ. 46. nu. 4.

Præterea aduertendum eſt, quòd in caſu no-
ſtro ſtatutum huiuſmodi non cenſetur factum,
vel emanaſſe fauore agnationis conſeruandæ, ꝙ
duplici medio oſtenditur.

Primo, quia etiam in hæreditate materna, & li
nea fœminina præferuntur maſculi fœminis. Vn
de clarum eſt, quòd non cenſetur hoc factum ra
43 tione conſeruandæ agnationis, cum materna† li
nea nullam habeat agnationem, vt trad. Pau. de
Caſt. conſ. 339. præſuppoſito ꝙ ſtatutum, in fi. in
antiquis. & habetur in conſ. 1. conſilior. Soc. col.
3. 1. uol. Corn. conſ. 191. 2. & 3. col. 4. uol. & trad.
Brun. d. tract. 3. art. pen. col.

Secundo, quia ſtatutũ noſtrum uocat aliquan
do agnatas fęminas ad ſucceſſionem, ut in pluri-
bus locis ipſius ſtatuti cernere eſt, quo caſu cla-
rum eſt, ꝙ non cenſetur conſiderare agnationẽ,
44 cum ipſa non conſeruetur† per agnatas, ſed finia
tur, l. pronunciatio, ff. de uerb. ſig. & dictum fuit
ſupra. ita Soc. d. conſ. 30. col. 5. & d. conſ. 9. ad fi.
& habetur in d. §. 1. conſil. ſuor. d. col. 3. Bologn.
conſ. 60. col. fin. Dec. conſ. 466. nu. 10. 563. nu. 7.
& 569. in fi. Pariſ. conſ. 23. nu. 29. 2. uol. & Brun.
in d. artic. 3. in fi.

Nec obſtat, quòd ex quo dictæ ſorores per di
ctum ſtatutum excludũtur ab hæreditate patris,
ꝑꝑ patruos, tanto magis debeant excludi ab hæ
reditate fratris, quia conſequentia non eſt uera,
nec procedit, ſi quidem nõ bene infertur de una
hæreditate ad alteram, quia ut ſupra dictũ fuit,
d. ſtatutum nõ eſt extendendum ultra perſonas
ſpecificatas & compræhenſas in ſtatuto, & tãto
magis, quia non militat ratio agnationis conſer
uandæ, ultra ꝙ illud procederet in dubio : ſecus
vero ubi ſtatutum expreſſe admittit mulierẽ ab
hæreditate fratris, non extantibus fratribus, vel
filijs fratrum, ut in caſu iſto.

Secundo dicitur ꝙ ſtatutum excludens fęmi
nam ab hæreditate patris, vel matris, non cenſe
tur excludere ab hæreditate fratris, ut trad. Bar.
in l. fi. ff. ad Tertul. & propterea ad hæreditatem
45 fratris† debet admitti ſoror. Bal. in c. 1. §. 1. 2. col.
epiſcopum, vel Abb. Pau. de Caſt. conſ. 191. viſis,
& diligenter examinatis, 2. col. 2. par. nouiſſimo-
rum. Cur. ſen. conſ. 45. nu. 38. Rom & communi
* ter*omnes, in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poſſ. Cor.
in terminis conſ. 305. in 4. Aret. conſ. 161. in prę
ſenti. 2. col. Soc. conſ. 74. nu. 2. 3. vol. Dec. d. con
ſil. 71. in prin. 433. nu. 3. & ſeq. & conſ. 688. nu. 6.
& in l. quoties duplici iure, de reg. iu. Io. de Ami.
conſ. 9. col. fi. Ruin. conſ. 58. nu. 2. in 5. uol. Pariſ.
conſil. 23. num. 52. in 1. uol. Nat. d. tract. de ſtat.
excluſ. fęm. in 8. q. 4. q. princ. & idem tenet Brun.
alia adducens prædicto tract. 6. art. 2. memb. 2.
q. in fi. & 8. art. 18. alias 19. q. & Alci. l. nihil. 2. co
46 lum. ff. de verb. ſig. quod procedit etiam† ſi hære
ditas patris adita per filium non ſit, ut trad. Be-
ned. Capr. conſ. 12. & ſi uiſo & conſiderato, & ſe
quuntur quàmplures ex ſupra allegatis, & maxi
me Dec. d. l. quoties. in fi. & d. conſil. 433. & ſe-
quitur Cagn. in l. hæreditas, nu. 4. de reg. iu. nam
ſatis eſt quòd filia veniat ex perſona fratris, ut
per Doct. in locis præallegatis : licet in caſu iſto
non ſit opus hac deciſione, cum mihi affirmatum
fuerit in facto pro parte dicti filij pupilli fuiſſe
aditam hæreditatem patris, legitimè, & ſerua-
tis ſeruandis.

Et ad rationem Rui. in allegato in contrariũ
conſ. 43. licet contra eum ſit communis Docto.
ſententia, vt ſupra, ꝙ debeat fieri extenſio, ne ſe-
quatur abſurdum, quod melioris cõditionis ſit
minus dilectus, ꝗ magis dilectus, patet reſpon-
ſio ex dictis per eundem Ruin. in d. conſil. 15. in
47 fi. tertio uolum. Vbi dicit illud procedere, † quan
do verba diſpoſitionis poſſent extendi ſaltem im
proprie ad illum caſum, quia tunc fit extenſio,
aliàs non. Vnde cum iſto caſu verba dicti ſtatu-
ti repugnent, & non patiantur talem extenſio-
nem, etiam illud conſiliũ nil obſit dictis ſororib.

Nec obſtat, quòd excluſa filia cẽſeatur etiam
excluſa neptis, & ſimiles aliæ deciſiones, quia
non procedunt in caſu claro, in quo ſtatutum
fœminam admittit, nec in ſtatuto, quod non eſt
introductum fauore agnationis conſeruandæ,
nec quando aliqua eſt excluſa propter aliquas
ſpecificatas perſonas, quia ab alijs non cenſe-
tur excluſa. Et quando eſt diuerſa ratio in ex-
cludendo propter nnum ab excludendo pro-
pter alium, pro ut eſt diuerſa ratio, excludere
matrem quæ eſt cognata, & excludere ſororem,
quæ eſt agnata, & ſic alterius ſpeciei, ut ſupra di-
ctum

ctum fuit, & extenſio fit ad perſonam eiuſdem
ſpeciei,ut natam ex radice infecta, vel ſimilem,
vt trad.Doctor.in Lillam. C.de collat. & in plu·
ribus alijs locis ſupra allatis, & poſſent adduci
plures deciſiones ad hoc facientes, quæ haben-
tur per Doctor. in multis locis, & maxime in tra
ctatibus prædictis editis ſub dicto ſtatuto, quæ
(ne nimis in longum trahatur ſermo)omitto nõ
ignorans,veritatem in paucis conſiſtere.

Vltimo nunquàm eſt locus victoriæ Ipſorum
patruorum, ſtante eo quod dictũ ſtatutum ſem-
per habuit iſtam certã interpretationem, quod
ſorores in hæreditate fratris patruos excludant.
48 Vnde minime † eſt mutandũ,l·minime,& l.ſi de
interpretatione.ff.de legi.facit l.fin.ibi,pro mo-
re.C.de iniur.trad.Card.conſilio 68. Qualiotus
de Bonhomis,num.8.& Ang.conſi.288.& in ter
minis huius ſtatuti trad.Bald.conſilio 473.circa
quæſtionem, 2.colum.nu.3.quinto uolum. An-
ge.conſil.99.Petrus de urbe veteri,3.colum. Ra
pha. Fulgoſ.d.in contrarium allegato conſil.34.
ſecundo dub. quod fundat totum in hoc funda
mento,ut ſupra dictum fuit, & Brun.ult.art,ulti-
ma quæſtio.ſui tract.antedicti.Et ſi pronunciare
tur plures ſucceſſiones plurium ſororum quæ
exclusis patruis ſucceſſerunt tam in terra &
territorio Concordiæ Mirandulæ ubi viget ſta-
tutum. Eſt bene uerum,quod de tali interpreta
tione probandum eſt per ea quæ trad. Corn. in
conſilio 125. quarto uolum. & ſequitur Brun.
loco præallegato.

Cæterùm & ſi clariſſimè appareat dictas ſo-
rores ſucceſſiſſe in hæreditate dicti q.eorum fra
tris,& admittendas eſſe excluſis patruis, & non
ſit ulterius quærendum,tamen ex ſuperabundan
ti dicitur, quod poſſet obtineri,ſtatutum prædi-
49 ctum ſibi locum non uendicare † in pupillo dece
dente, & ſic inteſtabili, quia opinio tenentium
quod ſtatutum in eo non habeat locum, eſt ma-
* * gis communis** & receptior, ut fatentur etiàm
tenentes contrariam opinionem vt Aleia.in d.l.
inteſtatus,& Brun.loco in contrarium allegato,
ubi refert fere omnes,qui ſcripſerunt ſuper hac
quæſtione,& ſecundum quam pluries fuit obtẽ
tum,ut atteſtantur plures Docto.tenentes hanc
partem,& eam Dec.tenuit conſulendo in ciuita
te Rauennæ,licet contrarium tenuerit legendo,
ut in contrarijs. quia uidit eam eſſe ueriorem &
rationib. melioribus ſuffultam, ut ipſe dicit in
conſil.617.in prin. & quam etiam uidetur ſequi
Cor.iun.conſ.134.in princ.

Nec illa diſtinctio ſeu limitatio, quod ſtatutũ
procedat, quando loquitur per verbum,ab inte
* ſtato,eſt uel vera,uel recepta,ſed communiter *
reprobata, ut oſtendit Brun.d.12.q.5.limit. Et
tenendo hanc partem ceſſat illud, quod in con-
trarium adductum fuit, de aditione hæreditatis
non facta per matrem, quia primo reſpectu par
tium ſororum, quæ ſuccedunt cum ea in hæredi
tate fratris,d.authen.defuncto,C.ad Tertul.Ipſę
etiam nunc poſſunt adire, reſpectu uero partis
pertinentis ad matrem poſſunt filię hæredes ma
50 tris ex perſona ipſius † matris reſtitutionem pe-
tere in integrũ ex clauſula generali,l.Pantonius,
ubi Bar.& alij, de acquir.hæred.cum alijs addu-
ctis per Duran. tract.de arte teſtan.tit.11.caut.
* 1.quæ opinio eſt communis* ſecundum Rub.cõ
56. numero 2.

Vltimo non obſtat, quod ipſę mulieres non
poſſint reclamare, ex quo uidentur prius tacitè
admiſiſſe dictos patruos ſucceſſiſſe,tum quia nõ
credo etiam probatum eas ita admiſiſſe, nec cũ
eis tanquàm hæredibus contraxiſſe, licet forte
id acciderit in earum matre,tum quia dato quod
hoc eſſet uerum,tamen non propterea ipſę mu-
lieres ſibi ipſis in hoc præiudicarunt, ut non poſ
ſit dictam hæreditatem adire,nec cõſilium Fulg.
contradicit, qui non tantum ſe fundat in taci-
to conſenſu mulierum, ſed in conſuetudine
interpretante.

Præterea ipſę mulieres eſſent excuſandæ, ex
quo ea fecerunt per errorem putantes ipſos pa
truos fuiſſe inſtitutos in teſtamento earũ patris,
pro ut fiebat mentio in nonnullis codicillis, &
51 tamen fuit repertum quod nullum fuerat † con-
ditum teſtamentum: error enim facti prudentiſ
ſimos fallit,l.2. ff.de iur. & facti igno.& §.ſi quis
agens,cum glo.uer. conſtantiſſimus,Inſti.de act.
52 Nam error nil aliud eſt,quàm applicatio † men-
tis ad falſum,ut Bald.trad.in l.quidam elogio.5.
col.nu.16.in fi.C.de iu.delibe.& errare,ut Ang.
cenſuit,c.quamuis, 38.diſt.& in c.in quibus,22.
q.2.eſt aliud pro alio putare, & propterea error
non habet conſenſum.l.2.in prin. ff.de iudi.nec
errans videtur conſentire,l.nihil conſenſui, §.fi.
de reg.iu.& nihil eſt tam contrarium conſenſui,
quàm error.l.ſi per errorem, ff.de iuriſd.omn.iu
di.vbi dicit Ang. & ſequitur Soc.quòd error de
tegit imperitiã: imperitia de neceſſitate neſcien
tiam præſupponit, neſcientia uero facit ceſſare
53 cõſenſum, & propterea nullus eſt errantis † con
ſenſus.l.non idcirco.C.de iur.& fac.igno.& nul
la uoluntas,l.ſed hoc ita.ff.de aqua plu.arc. Vn-
de cum in caſu iſto dictæ ſorores errauerint in
facto,poſito quòd eorum conſenſus interuene-
rit,nihil eis nocet,quin in hæreditate fratris ſuc
cedere & eam adire poſſint.

Nec dubium per Mag. D. Iudicem contra eas
propoſitum quidq̃ facit. Quia licet illud verum
videatur ꝙ filia ſemel excluſa ꝑ maſculũ,perpe
tuo cenſeatur excluſa,ad eo ut maſculo deficien
54 te † nihilomagis admittatur, quam cõcluſionem
vltra allegatum conſi.20.Alex.in 1.tenent quàm
plures ex allegatis Doct.per me in conſ.meo, &
late attigit Bru.in trac.ꝙ ſtantib. maſ.&c.10.art.
5.q.2.& 3.col.tñ nõ eſt propterea,quin iſtę ſoro
res poſſint ſuccedere in hæreditate fratris, a qua
minime per ſtatutũ excluduntur.& licet non ap

pareat de aditione hæreditatis facta per infan-
tem,ſeu eius tutricẽ, tamen dictus infans potuit
paternam hæreditatem ad dictas eius ſorores ei
55 ab inteſtato ſuccedentes† tranſmittere, l.tertia,
& l.ſi infanti, ubi Iaſ. & moder.dicunt hanc eſ-
ſe communem* opinionem.C.de iure deliber.la
te Dec.conſil.250.& 331.& Durant.tract.de ar
te teſtan.tit.11. caut.1. quod procedit nedum in
parte dicto pupillo obueniente de iure commu
56 ni,ſed etiam pro ea parte,† qua excluſæ fuerunt
filiæ propter ſtatutum,ut per Paul.de Caſt.conſ.
344.primum eſt, in antiquis.Alex.d.conſ.20.So
cin.conſ.153.& 296.ubi alios allegat Lauren.de
Pal.d.ſimili tracta. ſuper ſtatuto, quod ſtan.maſ.
num.219.uerſ.quæritur etiam an ſtante dicto ſta
tuto,& num.339.uerſ.ultimo quæro,& alios al-
legat Brun. dicens hanc eſſe communem opin.*
in d.tract.13.art.per totum, & hanc opin.etiam
ſequitur Dec.d.conſ.231.& Rub.conſ.149.nu.
5.& in fine ipſius conſil.

Non eſt igitur quouis modo dicendum,iſtos patruos poſſe ſuccedere in iſta hæreditate, quia illa opinio, quod fœmina cenſeatur excluſa perpetuo,nihil prodeſt eis, ſtante filio,qui ſuccedit, & tranſmittit ad ſorores ius adeundi hæreditatem,ex quo non ſunt excluſæ, ſed ſuccedunt eidem ab inteſtato, & iſto caſu ex perſona fratris excludunt patruos,ut in ſimili trad.Soc.d.conſilio 296.ubi reſpondit, filiam fęminam excludere amitam ex perſona patris, aliter non excluderet, ſi pater eius non ſucceſſiſſet,ſeu tranſmiſiſſet,quod animaduertit Brun.d.q.6.nu.93.

Concluditur igitur,quod hic tractatur de hæreditate fratris, pro ut etiam fatetur pars aduerſa in proęm.car.13.1.fac. Vbi admittir,prædictũ pupillum tranſmiſiſſe hæreditatem paternam ad ſorores, ſed quod tñ eidẽ ex forma ſtatuti dẽnt patrui eis excluſis ſuccedere,quod quam ſit a ueritate alienum ex ſupraſcriptis oſtendiſſe nõ diffitcor. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

In hac controuerſia iudex fuit. Excellentiſs. D.Ioannes Cephalus,qui tulit ſententiam fauorabilem iſtis ſororibus.

ARGVMENTVM.

Fœmina a ſtatuto excluſa,quando excludat agnatos, a quib. excludebatur per intermediam clerici perſonam, nempe excludendo clericum non gaudentem beneficio ſtatuti,a quo deinde excluduntur de iure communi agnati?

S V M M AE.

1 *Interdictum quorum bonorum,datur hæredi.*
2 *Hæredi, in quem ex ſtatuto continuatur poſſeſsio,datur remedium adipiſcendæ & retinendæ.*
3 *Et utrunque ſimul,diuerſo tamen reſpectu.*
4 *Et licet alius occupauerit poſſeſsionem, ſtatutum tamen diſponit in ea defendendum eſſe hæredem.*
5 *Poſſeſsionem acquiſiuiſſe non cenſentur occupatores.*
6 *Clauſula, ſuper quibus, facit ut omnia remedia dicantur eſſe intentata.*
7 *Conſanguinitas non eſt probata per teſtes non probata graduum diſtinctione.*
8 *Et illa vere eſt probanda,nec ſufficit probare tractatum,vel filiorum,vel fratrum.*
9 *Nec probatum per inſtrumenta in quib. enunciatiue ſit mentio de illa.*
10 *Clericus non poteſt excludi a ſtatuto a ſucceſſione iuris communis.*
11 *Clericus non poteſt excludere ex ſtatuto fœminam,cum illius beneficio non gaudeat.*
12 *Fœmina excludit clericos,qui excludũt agnatos illam ex ſtatuto excludentes.*
13 *Et hoc caſu diſpoſitio ſtatutaria ceſſat,& ſucceſsio de iure communi habet locum.*
14 *Et ita excludit omnes, etiam ſi adſit monachus proximior in gradu excluſus a beneficio ſtatutorum.*
15 *Sententia in iudicatum tranſacta, habetur pro veritate.*
16 *Statutum de bonis ingredientium monaſterium, non videtur validum.*
17 *Præſuppoſito non verificato, ſtatutum ſibi locum uendicare non poteſt.*
18 *Spes, de qua ſtatutum,non comprahendit illam,quia quis agnati ſucceſsionem ſperat.*
19 *Sed de illa intelligitur, quæ eſt fundata in iure de præterito, vel de præſenti,non de futuro.*
20 *Notarius forenſis non poteſt rogari de teſtamento ciuis.*
21 *Exceptio in uno iudicio reiecta, non debet, vel poteſt iterum admitti.*
22 *Et cenſetur reiecta, quoties non compatitur cum ſententia.*
23 *Clericus,vel illius authoritas,non ligatur ſtatuto de ſucceſsionibus ab inteſtato.*

CONSILIVM LXIII.

In Domino confido :

FVndata eſt intentio Magn. Dom.
Eleonoræ Fallatæ, uxoris Clariſ
ſimi Iuriſconſul. Dom. Michae-
lis Caſtagnini in iuris commu-
nis diſpoſitione, qua fratri ſuo
Franciſco ſucceſſit, authen. ceſ.
ſante, & in corpore unde ſumitur, C. de legit. hæ
red. quo ſtante tam in poſſeſſorio, quàm in peti-
torio intentato debet obtinere, ſiue intueamur
municipale ius noſtrum, ut in ſtatuto, quòd poſ-
ſeſſio continuetur in hæredem, ſiue ius com-
1 mune, quo hæredi datur † interdictum quorum
bonorum, l. prima, & toto tit. ff. & C. quorum bo
norum, & trad. Aret. in §. quadrupli, num. 34. &
ſequen. Inſtitu. de actio. & ſtante dicto ſtatuto
2 † datur agenti nedum remedium adipiſcendę, vt
per Tiraq. in tracta. le mort ſaiſit le uif. 6. par. ſe-
cunda declaratione, & retinendæ, Ruin. conſilio
18. colum. fin. primo volum. Rip. in capit. primo,
ad finem, in primo lib. reſponſ. Pariſ. conſil. 41.
num. 8. in primo uolum. & Tiraq. d. par. 1. prima
3 declarat. ſed & utrunque ſimul, diuerſo † tamen
reſpectu, vt per Caſtr. conſilio 78. uidetur dicen-
dum, colum. 2. uerſ. his tamen non obſtan. 2. uo-
lum. & Tiraqu. d. par. 3. declar. vel ſaltem reinte-
grandæ, Rip. in l. 1. num. 37. ff. de acquir. poſſeſ.
& Zuccar. in l. fin. num. 89. & 90. C. de edic. diui
Adr. toll. quibus prioribus remedijs non officit,
quòd per plures annos poſſeſſionem occupaue-
rint aduerſarij, ex quo ſtatutum prædictum di-
4 ſponit † in ea defendendum eſſe hæredem. Bald.
conſilio 454. quidam Ioannes, primo uolum. Iaſ.
conſil. 85. colum. 2. 3. uolum. & 146. 2. colum. in
4. uolum. nec per illam occupationem illa cenſe
tur deſijſſe poſſidere, Bald. conſil. 325. 2. colum.
num. 4. verſ. & per hunc modum, 1. uolum. ſicut
nec occupatores cenſentur poſſeſſionem ipſam
5 † acquiſiuiſſe, Iaſ. dictis conſil. Dec. conſil. 84. 2.
colum. verſ. & ulterius, & 467. & Pariſ. d. conſ. 41.
col. 2. uerſ. præterea, Iaſ. d. conſ. 85. & Dec. d. con
ſil. 467. colum. fin.

Et ſicut poteſt in poſſeſſorio obtinere, ita pōt,
& debet viuere in petitorio, vt in petitione hæ-
reditatis, toto tit. C. de peti. hæred. & trad. Aret.
in §. actionum, nu. 63. & ſeq. Inſti. de acti. Dubiū
aūt non eſt, ex petitione & proceſſu cōſtare oīa
iſta remedia omneſq; actiones, & intētata inten
tatas fuiſſe, cū ex narratis colligi poſſint, & cum
6 fuerit † addita illa clauſula ſalutaris, ſup quib. &c.
vt per Doct. in c. cum dilectus de ord. cogni. in c.
examinata, ubi Fely. nu. 16. de iud. Iaſ. poſt alios,
in §. 1. nu. 147. cum ſeq. Inſti. de acti. Alex. conſ. 6.
col 3. in 3. & Doct. paſſim in alijs locis.

Sed tota difficultas uerſatur in exceptionibus
horum reorum de Fallatis tendētib. ad excludē
dam Dn̄am actricem, tum quia ipſa nō ſucceſſit
fratri, ex quo ipſi qui erant agnati in 4. gradu illā
ab eius hæreditate ex forma ſtatuti noſtri exclu
ſerunt, tum quia bona erant ſuppoſita nonnullis
fideicommiſſis, ut late pro eorum parte fuit de-
ductū. ſed primo negamus illos probaſſe ſe fuiſ-
ſe coniunctos in generatione Franc. defuncto
in 4. gradu, cum ex eorū teſtib. id nō uideatur be
ne probatum qui debuerūt probare oēs gradus
incipiēdo a ſtipite, in quo quidem ſtipite inuicē
aduerſanē, ut ex teſtificatu 2. teſtis cernere eſt,
qui affirmat Anto. & Taruiſium non fuiſſe filios
Barth. qđ alij affirmant. Præterea cōuincunē de
falſo fere omnes, qui cū uix ſint ſeptuagenarij,
vel ad ſummū octuagenarij, cognouerunt (ut fal-
ſo atteſtantur) Barth. ipſum qui iam deceſſit, ut
pars aduerſa ꝓbauit de an. 1488. & ſic 78. annis
iam elapſis, quo fit ut magis puniendi ſint, quàm
ꝙ eis fides ulla ſit adhibēda, l. qui falſo, vel varie.
ff. de teſtib. Et ꝙ teſtes non probent conſanguini
7 tatem non probata † graduū diſtinct. trad. quàm-
plures citati per Alc. in trac. præſump. reg. 1. præ-
ſumpt. 28. in fi. Tiraqu. in trac. de retract. ti. 1. §. 1.
gl. 16. nu. 1. & ſeq. & Nat. conſ. 388. nu. 3. & in pro
poſito non uideo aliquē ex eis mentionē facere
de Franc. de cuius hæreditate agitur, ſed cū hic
agatur de hæreditate, quæ proximiorib. deferē,
non ſat ēt fuit probare tractatum, vel filiorū, vel
8 fratrū, ſed uere conſanguinitas † ipſa erat proban
da, Dec. conſ. 321. nu. 12. & ante eum Caſt. conſ.
56. ſuper 1. nu. 4. 1. uol. Alc. d. trac. 3. reg ꝓſump.
38. nu. 6. ſicut ēt inſtr̄a producta, in quib. fit men
9 tio enunciatiuè † de d. cōſanguinitate, nō faciunt
aliquam probationē, Soc. conſ. 47. nu. 19. 4. uol.
Et quia probationes ſunt iudicib. arbitrariæ. l. 3.
§. 1. uerſ. tu magis ſcire potes. ff. de teſti. Dec. qui
alia citat, conſ. 510. in prin. ſuper hoc vlterius nō
inſiſtam, ſed Mag. Iudicū arbitrio hoc remittam.

Secundo poſito, & non conceſſo, ꝙ fuiſſet pro
batum, illos fuiſſe agnatos Franc. in 4. gradu, ad-
huc ipſi ſuccumbere debent, quia ipſi non exclu
ſerunt ab hæreditate fratris Dom. Eleonoram,
ex quo ipſi non erant proximiores, ut exigit ſta-
tutum noſtrum de ſucceſſionibus ab inteſtato
cum tunc uiueret Dominus Paulus eius patruus
proximior ipſius Franc. qui illos de iure commu
ni excludebat, qui licet ex forma ſtatutorum ſuc
cedere non poſſet, cum eorum beneficio nō gau
deret, ut ſtatim dicetur, non tamen potuiſſet ēt
10 ſi ſtatutum † id exprimeret, a iuris communis be
neficio excludi, auth. caſſa. C. de ſacroſanct. eccl.
cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitut. cum ibi
not. excludebantur itaque rei ab illo in ſucceſ-
ſione ipſius Franciſ. & cum ſucceſſio ipſa ſtatu-
taria locum ſibi uendicare non poſſet, Domi-
na Eleonora de iure communi Dominum Pau-
lum uiuentem, & per conſequens & Fallatos ui
ctos excluſit, & de iure communi in hæredita-
te fratris ſucceſſit, cum illam nō poſſet exclude-

11 re†D.Paulus, qui non gaudebat beneficio ſtatu
totum,iux.no.per Bald.& alios in l.ſi quis cu ria-
lis, C.de epiſcop.& cler.cum alijs trad.per Rip.
ad ptopoſitum, in cap.4.1.lib.reſponſorum.& Ti
raq.in tract.prædicto 1.gloſ.8.num.42.Plot.in l.
ſi quando,nu.854. C.unde ui,& ad propoſitum
etiam Brun.in tracta.ſuper ſtatuto, quòd ſtanti.
maſcu. fœmi. non ſucced.12.artic.11.q.in ſi. &
ita ad propoſitum,quòd hoc caſu fœmina exclu
12 ſa ſuccedat, & excludat mares † a ſtatuto uoca-
tos,trad.Bar.in l.1.§.qui habebat.2.q.nu.9.ff.de
bonor.poſſ.contra tab.per tex.in l.2. §.ſi ſit con
ſanguinea. ff.ad Tertul.idem tenet Bal.in l.ſi quē
filium,vlt.q.C.de inoffic.teſtam.& uidetur eius
ſententiæ,in l.quicunque,nume.11. C.de ſeru.
fugit.& in l.illam,num.2.&ſeq.C.de colla.& ſe
cundum hanc ſententiam conſuluit collegiū Pe
ruſ.ut inter conſil.Ang.conſil.210.ſtatuto, per
totum,& ſequutus fuit Anchar.in repet.c.1.col.
110.in 4.memb. de perſonis, in verſ.tertio prin-
cipaliter,de conſtit.hanc etiam tenet Caſt.in cō
ſil.421.quod iſta mater, colum.3.nu.4. 1.vol.&
plenius ad propoſitum noſtrum, in conſil.449.
uiſis ſtatutis.idem Aret.in hac ciuitate,in fortio
ri caſu , ad fauorem filiæ ad excluſionem patris
defuncti ſuper ſtatuto noſtro veteri conſuluit in
conſ.27.proponitur ex facto, per to.& cōſ.159.
viſo puncto,in 1.dub.ubi reſpondet omnib.con
trarijs Alex.etiam illam ſequutus fuit tam legen
do quàm conſulendo, ut in d.l.illam,nu.7.& in
conſi.17.uiſis,& opportunè,in ſi.2.uol.Soc.con
ſil.207.col.ſi.2.uolum.& 28.in trib.ult.col.4.vo
lum. Cor.etiam tam legendo quàm conſulendo
hanc amplexus eſt ſententiam,quòd hoc caſu di
13 ſpoſitio ſtatutaria† ceſſet,& ſucceſſio de iure cōi
locum habeat,in l.ſi.col.pen.& ſi. C.ad ſenatuſ-
conſul.Tertul.in conſil.11.colum.pen.& ſi.in 1.
volum.& in plurib. alijs conſ.ſed in fortioribus
terminis ad propoſitum noſtrum,vbi concurre-
14 bat monachus † excluſus a beneficio ſtatutorū
proximior in gradu, in conſil.61. in 4.uol.quod
conſilium Corn.expreſſe ſequitur Brun. in d.ſta
tu.12.art.q.5.nu.94.& q.11.num.175.in ſi.hanc
etiam opinionem tenet Capra, conſ.39. nu.17.
Aret.in §.præferuntur, nu.1.Inſtit.de ſenatuſc.
Tertul.Brun. late in d.tract.6.art.q.3.2.caſu,nu.
119.& ſeq.in ſi. illius caſus,& in 3.caſu,nu.125.
& ſeq.Dec.conſ.71.col.ſi.Rui.conſ.19.1.dub.&
169.3.volum.Grat.reſponſo 19.nu.28.in 1.uol.
& Soc.iun.conſ.6.nu.3.& 30.num.61.1.uol. Ex
quibus conſtat ab hac opin.tot, & tantis aucto-
ritatib. munita,non temerè eſſe recedendum, li-
cet Caſt.& Dec.ſibimet inconſtans in d.l.illam.
aliter uoluiſſe uideatur,quæ etiā procedit,& tan
to magis,& ſi agnatus proximior qui de iure cōi
ſuccedit, excludit remotiores, nō ſit in pari gra
du cū muliere excluſa,ſed in remotiori,& ab ea
excludatꝰ in totū,ut eſt caſus in d.§.ſi ſit agnatus.
& ita declarant Caſt.in d.conſil.449.num.3.in 1.
& Aret.dictis conſ.27.& 159.

Nec dicatur quòd ipſe D. Paulus fuerit inca-
pax,quia monachus. quia ex proceſſu conſtat ꝙ
monaſterio ſententia ſuper hoc lata declarante
nullum & uitioſum ingreſſum, fuit liberatus, &
ſic ut clericus ueniebat admittēdus, & ſententia
15 † in iudicatum tranſacta habetur pro veritate, l.
ingenuum,ff.de ſta.homi.l.res iudicatæ. ff.de re
gu.iur.& facit de albo nigrū,& de nigro album,
& falſum mutat in verum, ut ex Bal.trad.Curt.
iun.conſi.26.num.6.& 177.nu.13.& quia etiam
quòd fuiſſet monachus , ſeu canonicus regula-
ris,cum ex ſua perſona & de iure communi ſuc-
cederet monaſterium,& agnatos illos exclude-
ret,pro ut erat etiam in caſu Cor.in d.conſil.61.
ſumus etiam extra aleam omnium difficultatū.

Sicut etiam nihil facit, quòd ex forma ſtatuti
noſtri ſub rub. de bonis ingredientium monaſte
16 riū, excluderetur ipſe religioſus,quia præter†id,
quod validitas illius ſtatuti nō facile defendi po
teſt, ut per Anchar. ſuper hoc ſtatuto ſcribens ,
quod tamen eo tempore uigebat,in conſ.108. in
paucis & Alex.in conſ.139. uiſo themate.in ſi.2.
volum.& per omnes in l.ſi. C.de pact.ubi Cagn.
num.186.ceſſat diſputatio ex eo, quod illud non
procedit,quādo ingrediens nulla bona haberet,
de quib. diſponere poſſet,ut ad propoſitum tra-
dit Anchar.in d.conſil.in ſi. & propterea non ex
cluditur a ſucceſſione quæ ex inopinato euentu
poſtea ei ſuperuenit, ut per eum ibi,quod confir
matur ex reg.vulg.ſtatutum locum non vendica
17 re,ſi præſuppoſitum† quod in eo ſit,non uerifica
tur,vt poſt gl.trad.Iac.Butr.Saly.& alij in l.man-
cipia,C.de ſeruis fugi.Dec.conſ.90.nu.3.& Rui.
conſ.83.nu.5. 5.vol.

Et licet in caſu Anch. ſtatutum antiquum nō
loqueretur, prout nunc loquitur de iuribus &
actionibus ingredienti etiam in ſpe competenti
bus , tamen quia ipſe ingreſſus nullum ius , vel
actionem haberet etiam in ſpe hic patruus in hę
reditate nepotis ex fratre,ceſſat, & præſuppoſi-
tum & diſpoſitio per conſequens ſtatuti . ſpes
enim de qua ſtatutum loquitur, non compræ-
18 hendit illam,†qua quis agnati ſucceſſionem ſpe
rat,ut Alcia.trad.ad propoſitum in l.conditiona
les, ver.uel qui ſpem , ff.de uerborum ſignificat.
quia eſt ſpes, quam nos remotam dicimus , quæ
potius eſt ſomnium , uel phantaſia quàm ſpes ,
quam Plato ſomnium uigilantium appellabat,vt
per eum ibi. & in l.prima, in uerbo ; iniquum ,
C.de pact. nec poteſt deduci in contractum , ut
trad.Bartol.& alij in dicta l.fin. ubi Cagno.in ter
tio not.num.25.& nume.282. Sed de ea intelli-
gendum eſt ſtatutum , quæ eſt fundata in iure de
19 præterito, uel de præſenti,† de qua trad.Bar.in l.
ſpem, C.de donat.& in l.qui cū tutorib. in prin.
ff.de tranſac.in l.poſt emancipationem,§.1.ff.de
lib.legata.& trad.Doct.in d.l.1.& in d.l.ſi. & in-
ter has diſtinguit Gomes in tracta. ſuper regu.

can-

cancella. in reg.de non tollen.ius quæſitum,q.4.
num.12.& ſequen.

Cum itaque nullam ſpem potuiſſet tunc habe
re patruus in hac hæreditate, non potuit de ea
diſponere,& ſtatutum locum habere nō poteſt,
vt ſupra,& ita audio in ſimili caſu fuiſſe interpre
tatum ſtatutum ipſum, & fuiſſe iudicatum ad fa
uorem monaſterij per Magn. Conſil.Iuſtitiæ, &
quidem recte, ut ex ſupradictis patet,

Quę autem obijciuntur ex aduerſo de prętē
ſis fideicōmiſſis,tolluntur ex pluribus,& primo,
quia audio notarium forenſem de altero teſta-
mento fuiſſe rogatum, quo caſu rogitus non va-
20 luit,ſtante noſtro ſtatuto † ſub rubr.de notarijs
forenſibus, fol.306. ut ſuper eo ſtatuto ſcribit
Rui.conſil.69.nu.9.in 3.uolum.tum etiam, quia
illā exceptio fuit reiecta in alio iudicio legitime
per Magn.Conſilium Iuſtitiæ,& fuit aſſignata in
tegra legitima ipſi Dominæ in omnibus bonis
patris,quod fieri non potuiſſet,ſi bona libera nō
21 fuiſſent, vnde exceptio in uno † iudicio reiecta,
non debet,vel poteſt iterum admitti,ut per Bar.
& alios in l.qui Romæ,§.duo fratres,in 5.oppo-
ſitio.ff.de verborum obliga.ubi Rip.nu.25.Arc.
in §.item ſi in iudicio,num.31.Inſtitu.de except.
Bal.in conſil.187.ſuper quæſt.num.3.1.uolum.
22 & cenſetur reiecta,† quoties non compatitur cū
ſententia,ut in caſu iſto,Soc.conſil.242.colum.
3.in 2.uolum.Felyn.in c.ſuborta.colum.3.de re
iudic.& Rip.in d.§.duo fratres,d.num.25.& 26.
immo ſufficit,quòd ex re iudica. in conſequen-
tiam aliquid inferatur ut excludatur exceptiò,vt
multis exemplis declarat Corn.in conſil.60.co
lum.3.quarto uolum.cum etiam & tertio, quia
non uidetur attinere ad præſentem ſpeculatio-
nem cognitio huiuſmodi fideicommiſſorum, cū
hic agatur de declarando ipſam Dom. agentem
hæredem fratris, & de poſſeſſione bonorum ſibi
danda,ſed an bona aſſerta ſubiecta fideicommiſ
ſis comprehendantur in hęreditate Franciſ.nec
ne?in executione ueniet declarandum,quo tem
pore diſputabitur, an ipſi rei conuenti poſſint
vti illorum retentione; & an habeant poſſeſſio-
nem cum uitio, necne? cum illam de manu hæ-
redis habere debuiſſent, iux.trad.in l.fin.C.de
edic.Diui Adr.toll.& in alijs locis.

Cæterùm & ſi poſſet eſſe aliquis ſcrupulus in
hæreditate dicti Franciſci, quod in illa non po-
tuiſſent eius ſoror ſuccedere(quod tamē ab om-
ni ueritate alienum arbitror per prędicta)adhuc
poſſet obtinere hæc Domina hæreditatem Do-
mini Pauli,in cuius hæreditate ſtatutum prædi-
ctum de ſucceſſione ab inteſtato procedere non
23 uidetur,cum nec clericū, nec † eius hæreditatē
ligare poſſit, & iſta uidetur tam uerior quàm
* * communior opinio,** ſi rationes Doctor.pon
derentur,& ad numerum, pondus & menſuram
ipſorum illam tenentium reſpiciatur.hanc enim
in his terminis tenuit Imo. in capit. quod cleri
cis,colum.3.de foro competen.Alexan.conſilio
44. uideretur prima conſideratione, colum.4.
quinto uolum.Dec.in capit.eccleſia ſanctæ Ma-
riæ, præallegato, nume.53.uer.no.tamen quod
tale ſtatutum, Rimin.conſil.268.num.24.& ſe-
quen.& Ruin.plene conſil.195.per totum.2.vo
lum.Barba.qui conſuluit in caſu Alexand.conſi.
65.illud in medium, colum.7.tertio uolumine,
Georg.Nat.in tract. ſuper ſtatuto,quod ſtan.ma
ſcu.quæſtio.3.in fi.Guliel.de Benedic. in capitu.
Raynutius,in uer.duas habens filias, nume.145.
de teſtamentis. Laus Deo Opt.Max.

Barth. Bertaz.

In hoc pulchro caſu fuit ſecundum conſil.
re optime diſcuſſa iudicatum.

ARGVMENTVM.

Præteritio filij,quando rumpat teſtamen
tum? Et quid,ſtante clauſula codicil-
lari,& clauſula, omni meliori modo?
Filia, quæ renunciauit bonis paternis &
maternis, quando poſsit infringere re
nunciationem & aliud conſequi?

SVMMAE.

1 *Præteritio non rumpit teſtamentum, ſi in eo adeſt clauſula,omni meliori modo, quia illud habet filius quod erat relictum iure inſtitutionis.*

2 *Clauſula namque illa importat inſtitutionem filiæ, cui aliquid titulo ſingulari relictum ſit.*

3 *Fallit, ſi hæc clauſula ſit addita ſolum in clauſula codicillari:*

4 *Sed iſta limitatio nec eſt vera, nec communis.*

5 *Et ſufficit quòd apponatur in fine teſtamenti, quia ad omnia refertur.*

6 *Ad illud enim tantum eſt referenda, circa quod teſtamentum eget ſuppletione.*

7 *Clauſula,& alias omni meliori modo,quid importet in teſtamento?*

8 *Præcedentia magis influunt in ſequentia, quam econtra.*

8 *Iuramentum in teſtamento importat clauſulam,omni meliori modo.*

10 *Clauſula, omni meliori modo, quando non importet in teſtamento filii præteriti inſtitutionem.*

11 *Verbum, relinquo, & verbum, lego, quomodo non differant.*

12 *Clauſula, omni meliori modo, virtus importat, vt diſponens non ſe videatur reſtringere ad ſpecificata.*

13 *Teſtamentum, ex qua clauſula ſi non poteſt valere ſecundum expreſſa, valeat ſecundum ea, quæ exprimi potuiſſent.*

14 *Geminatio clauſulæ alicuius oſtendit enixam voluntatem teſtatoris circa validitatem teſtamenti.*

15 *Opinio illa eſt tenenda, qua ſuſtinetur teſtamentum.*

16 *Filia dotata, & quæ renunciauit præterita, non rumpit teſtamentum.*

17 *Præteritus ſi non poteſt ſuccedere ab inteſtato, nec etiam rumpit teſtamentum.*

18 *Filiæ renunciatio facta ſine ſolemnitatib. eſt nulla.*

19 *Et illam poteſt reſcindere filia enormiſſime læſa.*

20 *Solemnitas ſtatuti non requiritur in filia contrahente cum patre.*

21 *Agnatorum conſcientia de contractu, præſumitur adfuiſſe ſi fuit illi notificatum.*

22 *Et ſi illorum exigitur conſcientia, non exigitur conſenſus.*

23 *Agnatos autem præſumitur abfuiſſe, ſi non conſtat interueniſſe contractui.*

24 *Et probandum eſt, agnatos non adhibitos fuiſſe in ciuitate, vt contractus infirmetur.*

25 *Iuramentum efficit, vt filia enormiſſime læſa non poſſit conqueri.*

26 *Læſio enormiſſima non ſufficit, vt reſcindatur contractus a filia.*

27 *Et maxime ſi ipſa conſiteatur, ſcire facultates paternas.*

28 *Quæ confeſſio facit ſaltem præſumptionem, donec probetur contrarium.*

29 *Filia debet ſe acquieſcere doti datæ, ſi non impie admodum pater ſe geſſit aduerſus illam.*

30 *Tempus renunciationis, vel dotationis filiæ, eſt attendendum, non mortis patris, vt videatur de læſione.*

31 *Filia læſa non annullat teſtamentum, ſed petit ſupplementum congruæ dotis, vel legitimæ.*

32 *Clauſula codicillaris facit, vt teſtamento annullato in vim fideicommiſſi, reſtitutio fiat heredi.*

33 *Filia præterita rumpens teſtamentum, poteſt tantummodo retinere legitimam.*

34 *Reſeruatio facta abſque iuſta cauſa, eſt nulla & inualida.*

35 *Fructus non tenetur reſtituere bonæ fidei poſſeſſor, niſi quatenus eſt factus locupletior.*

CONSILIVM LXIIII.

In Domino confido:

LAta ſententia per Magnificum Dominum Prætorem Imolę ad fauorem Dominę Hieronymæ de Calderinis, vxoris Dom. Vincentij Paſquini, contra Magnific. Dom. Luciam de Grandis, uxorem & hæredem quondam D. Io. Baptiſtę Calderini Imolenſis, fui conſultus pro parte ipſius Magnificæ Dominæ Luciæ, uiſis & bene conſideratis proceſſibus huius cauſę & allegationibus vtriuſque partis, vellem opinionem meam ſcribere ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia ipſius ſententiæ, ad finem, ut ipſa deliberare poſſet, an deberet proſequi cauſam appellationis pro eius parte interpoſitæ a dicta ſententia, vel ab ea recedere?

Viſis igitur & diligenter conſideratis omnib. cõſiderãdis, iuſtior & ęquior mihi uiſa fuit pars ipſius Dominæ Luciæ, & ſententiam ipſam iniuſtam & erroneam & per conſequens retractandam & reuocandam fore cenſeo. Moueor enim pluribus rationibus, quæ pro maiori parte per Excellentes DD. Aduocatos ipſius Dom. Lucię, etiam in medium adductæ fuere.

Prima eſt ratio, quòd teſtamentum dicti Domini Ioan. Baptiſtæ propter præteritionem filiæ non fuit, nec eſt nullum, cum propter clauſulam in ipſo teſtamento appoſitam, quod teſtator uoluit ualere teſtamentũ omni meliori modo, quo valere poterit, cenſeantur relicta filiæ ea, quæ te-
1 ſtator pater ſibi reliquit iure inſtitutionis, ſecundum communem opinionem Doctor. quam pręter citatos per alios Dominos primo ſcribẽtes; Bald. Fulg. Alexan. Corn. Iaſ. Dec. Durant. Ruin. Curt. Iun. Thob. Non. & Cepha. in locis per eos citatis, tenuerunt idem Alexan. in conſil. 80. numero 7. 176. num. 13. & 188. nume. 15. 5. uolum. Fulgo. conſil. 43. in primo, num. 3. Dec. conſ. 77. num. 4. Cur. iun. etiam in alijs conſilijs 73. num. 22. 86. num. 4. & 315. num. 19. & ſequen. & maxime, numero 32. Soc ſen. conſilio 63. num. 18. & ſequen. tertio uolum. Fely. in cap. cum ſuper. nu. 11. verſ. ſecũdus effectus. ff. de off. deleg. Rim. ſen. conſ. 41. nu. 19. & 22. Rui. in plurib. alijs conſ. 52. num.

num.4.in primo.107.num.21.208.nu.11.& 219.
num.2.co.1. vol.150.nu.10.in 3. & conſil.9. nu.
9.in 5.Marſ.late ſingulari 36.clauſula.Pariſ.con
ſil.3.num. 8.& ſeq.& 31.nu.53.3.uol. Gallia.in l.
2.§.ſi quis ita,num.25.ff.de verb.obli.Ant.de Pe
trutia.in repe.l.1.ff.de iureiur.& Soci.iun.in ru-
bri.ff.de leg.1. num.63. idem tenuit Port. Imol.
in conſil.36.nu.23.& 187.num.17.Bap.de San.
Blaſ.inter conſi.ult.uolunt.conſi.146.nu.2.& in
ter conſ.Cur.conſil.402.nu.13.Daniel Landul.
inter d.conſil.vlt.uolunt.in conſil.155.nu.3.Vbi
erat appoſita clauſula,prout in noſtro teſtamen
to(& alias,omni meliori modo)Bero.conſi.135.
num.5.in 1.4.num.5.& 82.num.12.in 2. Bartho.
Chaſſa.etiam in his terminis in conſil.67 num.
57.quem ſequitur Neuiza.conſi.53.nu.11.ver.
confirma. Didac.Couar.in capit.Rainutius. §.1.
num.2.de teſtamen.Fernan.Vaſq.in tract.de ſuc
ceſ.creatio.§.20.nu.247.& 268. Crot.in l.ſtipu
latio hoc modo concepta.nu.19.alias nu.30.ſe-
cundum aliam impreſſionem. ff.de verbo.obli.
Thob.Non.in conſil.43.num.8.Dom.Rimi.no-
ſter iunior conſi.83.num.38.116.nu.51.& 240.
in fi. Franc. Mantica late in tract. de coniectur.
ult.uolunt.li.3.tit.18.num.11.& nouiſſime D.Si
mon de Prætis in trac.de interp.ult.uolunt.li.2.
ſolu.4.nu.16.fol.127.Ex quib.apertiſſimè patet,
hanc eſſe communem Doctor. ſententiam, ut
2 clauſula illa importet † inſtitutionem filiæ,cui ali
quid tit.ſingulari relictum ſit, quicquid autuma
uerint Guliel. Bened.in repet.d.c. Raynutius,in
verb.in eodem teſtõ relinquens,il 1.num.59.&
ſeq.vbi num.76. voluit tantum importare clau-
ſulam, & idem voluerunt moder. Gal. in ad-
dit.ad conſilium Ale.112.in 3.et in addit. ad di-
ctum conſilium 80.contra quos tenent tot & tan
ti patres, contra quorum ſententiam nefas eſ-
ſet iudicare.

Nunc ſupereſt videndum, an aliquæ limitatio
nes vel declarationes,quas aliqui ex noſtris Do
ctor.ex ſuo capite attulerunt d. communi con-
cluſioni,in quibus pars aduerſa facit totum ſuũ
fundamentum,& ex quibus forte fuit motus D.
prętor ad iudicandum teſtamentum nullũ, fint
verę,vel procedant in caſu noſtro.Et primo Ra-
pha.Cuma.qui eam ſnĩam tenuit in l.his uerbis,
nu.1.in fi.ff.de hære.inſtit. illic nu.4.eam declara
uit procedere,niſi talis clauſula ſit addita in clau
ſula codicillari,quo caſu reſpicit tantummodo
3 illam,et cenſetur appoſita † tantummodo in caſu
quo non valet iure teſtamenti & ſic cum teſta-
mentum eſt nullum, unde non poteſt referri ad
omnia in teſtamento contenta,cũ præcedat ſta
tim clauſula (& ſi non valet iure teſtamenti,
valeat iure codicillorũ,& omni modo &c.)quod
proprie huic caſui conuenire videtur.quam opi-
nionem admittit Alex.in conſil.50.nu.10.7.uo-
lum.& declarat Bero.conſil.118.num.29.& ſeq.
2.volum.cuius mentis videtur Cagnol. in auth.
ex cauſa,num.4. C.de liber.præteri."

Hęc limitatio vel declaratio multipliciter tol
4 litur,primò illa non eſt uera.† nec cõis, namq;
nec Bald. qui fuit auctor huius concluſionis in
l. qui nos, num.3.ver.quæro ſi pater.C.de hær.
inſti. non exigit quod iſta clauſula ponatur in le
gato filię relicto,vel poſt verbũ reliquit,ut volue
runt Cagno.& Bero.ſupra citati,ſed ponit quæ-
ſtionem, quando in fine teſtamenti eſt appoſita
illa clauſula, (omni meliori modo, &c.)Et ſi ui-
deantur Doct. citati per Cagnol.non dicunt ea,
ad quæ allegãtur. Nam Fulgo.conſ.90.alias 86.
nu.2.verſ.3. ponit caſum totum cõtrariũ,quan-
do in fine teſtamenti in clauſula codicillari eſt
addita clauſula ipſa, nec etiam Caſtr. uel Rip.in
l.in quartam. num.142.ff.ad leg.Falcid. exigunt
quòd ponatur in capitulo legati immediate, cũ
ſufficiat apponi in fine teſtĩ, et eo caſu refertur
ad omnia capitula præcedentia,et ita in clauſula
5 † addita in fine teſtamenti ſcribit Iaſ. in d. auth.
8.limitatio.Corn.conſil.62.colum.2.2. uolum.
Durant.tract.de arte teſtan.tit.3. caut.1. num.6.
Curt.iun.cõſ.71.nu.12.Ioan. Baptiſta de Sancto
Blaſio d.conſi.402.num.13.Thob. Non.conſil.
citato per alterum ex d. aduocatis 19. nume. 8.
& ſeq.ubi expreſſe idem tenet procedere,etiam
ſi ſit appoſita in fine teſtamenti & reſpondet ad
dictum conſilium Alex.50. ſupra in contrarium
citatum.Idem etiam ante eum tenuit Rui.etiam
citatus per dictum D. aduocatum in conſil. 11.
num.4.& ſeq.2.uol.ubi not.declarat.& idem in
terminis tenet Chaſſan.d.conſi.67.nu.17.quem
ſequitur Neuiza. ſupra citatus, & idem ponunt
Cephal.conſil.547.nu.32.& 33.vbi expreſſe di-
cit, nihil referre an apponatur in medio, vel in
fine teſtamenti,& idem admittit D.Rimi.iun.in
dictis conſilijs.& expreſſius firmat D. Simon de
Præt d.ſolut.4.num.16. ubi dicit,nihil referre q
in uno loco magis ponatur quã in alio,& nomi-
natim reijcit illud conſilium Bero. ſupra cita-
tum.Ex quibus apparet communem & veram eſ
ſe ſententiam,'quod non eſt neceſſe hanc clauſu
lam addi in legato filiæ facto, ut aliqui parum iu
ridice autumauerunt.

Ad rationem autem Cuma.in d.l. his verbis,
& Bero.in d.conſil.reſpondet in terminis Rui.
d.conſil.11.num.4.5.& 6.quod cum hæc clauſu-
la nõ poſſet referri ad expreſſa ſupra, ſcilicet co
dicillos,donationẽ cauſa mortis & ultimas alias
voluntates,& remaneret ſuperflua,debet refer
ri ad alia pręcedentia & ſic ad teſtamentũ quod
ſine hac clauſula ualidum eſſe non põt. et nu. 8.
dicit quòd cum tantum teſtamentum hoc caſu
6 egeat ſuppletione,ad illud tantum illa † uenit re-
ferẽda,& ſequitur.D.Simon loco pręcitato.nu
mero 17.Idem fere etiam reſpondet in terminis
Thob.Non.d.cõſ.19.num.9.& 10. ubi interpre
tatur hanc clauſulam, ſi teſtamentum non vale-
ret eo modo,quo eſt expreſſum,valeat omni me
liori

liori,& ſic eo modo qui non ſit expreſſus , ideſt
iure inſtitutionis. Quia hęc clauſula ad ſpecifica
ta non reſtringitur,vt per eum ibi, num. 12. de
quo inferius dicetur.

Præterea caſus noſter effugit hanc difficulta-
tem, quia nõ ſolum teſtator appoſuit illam clau
ſulam (& alias omni meliori modo , quo ualere
poterit)in fine quæ operatur, ut ualeat aliter vel
alio modo quam ualeret, propter illam dictio-
7 nem,alias,†l.denique, §.utrum, ff.de pecul.lega.
l.1.§.ſiue aũt,& ibi gl.ff.de aqua.quot.et ęſti.Bar.
in l.1.num. 12. ff.de condit.& demonſtra.Tiraq.
de retrac.tit. 1.§.8.gloſ.6.num. 1.ſed etiam hanc
clauſulam vel ſimilem appoſuit in initio ipſius te
ſtamenti,ut ibi(omnibus melioribus modo, uia
iure & for ma , quibus magis & melius potuit &
poteſt eique licuit & licet)nec enim poteſt dici
hãc clauſulam fuiſſe additam in clauſula codicil-
lari,& in caſu non validitatis teſtamenti,ideo il-
la magis operatur effectũ inſtitutionis q̃ alia, cũ
præcedentia magis influant in ſequentia , quam
8 e cõtra,†ut fuit etiam tactum, per ſecundum D.
aduocatum,quod trad.Cur. iun. in hac clauſula
in conſilio 70.num.2. & idem admittit Cephal.
conſil. 23. num. 34. & ſeq. & abunde proſequi-
tur Craue.in conſilio pro genero, numero 199.
& ſequen.

Addo & tertio quod teſtator in fine teſtamẽ
9 ti appoſuerit† iuramentum,quod importat clau
ſulam (omni meliori modo) l. cum pater. §. fi-
lius matrem. ff. de lega. 2. & in terminis tradit
Crot.in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta, nu.
19. et D.Simon de Præt. loco præallegato,nu.4.
tanto magis ceſſare debet omnis ſcrupulus.

Secundo non obſtat altera obiectio, quæ cõ-
tra concluſionem noſtram fieri poſſet, quod ſci
licet ipſa clauſula non operetur inſtitutio. quan
10 do teſtator† reliquit expreſſe iure legati filiæ ali
quid,ut uidetur uelle Bal.in d.l.quoties,& Caſt.
d.cõſi.num. 1. & aliqui forte alij,quia cum idem
11 importet verbum,relinquo,†additum certæ rei,
quod lego, nulla eſt facienda differentia, ut in
terminis firmat Rui.d.conſilio 11.num.5.& ſeq.
Et multi ex Doc.ſup.citatis loquẽtes,quando te
ſtator loquutus fuit per verbum, legauit, ut Par.
d.conſil.187.num.17. Io.Bapt.de San.Blaſ. inter
conſi.Crot.d.conſi.402.nu. 13. et eo caſu etiam
reſpondit Rimi.iun.dictis conſilijs 83.num.38.
& 240. in fine.

Et cum virtus huius clauſulæ importet,ut di-
12 ſponens†non videatur ſe reſtringere ad ſpeci-
ficata,Bal.in l.uinum,colum.4.poſt med. verſic.
Item ideo pone. ff. ſi cer.peta. & in his terminis
Alex. d.conſil. 112.num. 2.in 4.late Curt. iun.d.
conſ.315.nu.29.ubi dicit,quòd importat, quòd
quando diſpoſitio teſtatoris ſecũdum formam
uerborum non poſſet ualere , quòd recipiat in-
terpretationem talem,ut illa diſpoſitio ualeat ſe
cundum quęcunque uerba, quæ exprimi potuiſ
ſent ad ualiditatem diſpõnis & num. 35. quòd
habetur perinde ac ſi ſpecialiter illud quod erat
exprimẽdum,fuiſſet expreſſum,ceſſat omnis dif
ficultas. ex quo nihil releuat q̃ titulus ineptus
fuerit expreſſus, quia hoc caſu cenſetur expreſ-
ſum quod erat exprimendum,ut late idem Cur.
illic proſequitur per plures numeros . Idem te-
nuit Rui.in d.conſil.150.num.10.in 3.ubi firmat,
quod nõ vr̃ diſponens ſe reſtringere ad ſpecifica
ta tantum, & Daniel Landulph.d.conſil.155.nu
mero 3. in cuius caſu erat addita ſimilis clauſu-
la, alias omni iure, &c. per quam dicit quòd
quando diſpoſitio teſtatoris non poſſet valere
13 ſecundum uerba expreſſa,† ualeat ſecundũ alia
uerba quæ exprimi potuiſſẽt.& quod diſpoſitio
nõ reſtringatur ad ſpecificata, uoluit etiã Thob.
Non.d.conſil.19.num. 11.& ſeq. & 143. & plura
de hac clauſula in alijs terminis ſcribunt Dom.
Rim.noſter iun.conſil.23.num.147.d.83.nume
ro 39.& 66.num.52.Iacob.Berrer.conſil.33.nu
mero 5.& nouiſſime Matth.Brun.conſil.123.nu
mero 19.Concludimus igitur in hoc primo pun
cto teſtamentum virtute huius clauſulæ fuiſſe &
eſſe ualidum & legitimũ, & maxime, cum toties
fuerit additum in teſtamento ipſo,quod oſten-
dit tanto magis enixam uoluntatem teſtatoris
14 †uolentis omnino teſtamentum ualere .l. Bali-
ſta.ff.ad Trebell.prout de hac clauſula appoſita
in princ.& in fi.teſtamenti arguit Burſat.in con-
ſil.307.num.6.& ſeq.Quæ opinio in caſu dubio
ſemper eſt amplectenda , cum illa opinio ſit
15 †attendẽda,per quam ſuſtinetur teſtm̃,ut multi
ex ſupra citatis Docto.affirmãt. in his terminis,
& præſertim Chaſſe.d.conſi.68.num 56.in fine.
& Vaſoui.d.§.20.num.254. ver.teneo.

Secũdo principaliter moueor ad tenendum
iniuſtam fuiſſe ſententiam ipſam , quia cum ip-
ſa D.Hiero. ſolemniter & cũ iuramento renũtia
uerit dote recepta ultra non nulla mobilia ſeu-
torum octingentorum auri ſeu minori, hæredi-
tati paternæ & maternę. in ampla forma conce
den. licentiã patri, ut de reliquis bonis ſuo arbi
trio diſponere poſſet, ut in inſtrumento ſuperin
de celebrato, certũ eſt quod pater potuit illam
præterire , nec ipſa præterita potuit rumpere te
16 ſtamentum,ut appoſitiſſime pro hac parte†fuit
allegatum citando Bar.in l.1.§.qui habebat,num.
6.ff.de bon.poſſ.contra tab.Alex.conſi.180.& ſe
quen.in 5.Rui.conſil. 17.num.2.in 2. & Cagno.
in l.1.nu.4.ff.de inoffic.teſtam.quibus addo Pan
cirol. conſilio 52.num.10.et ſeq.Craue.conſilio
510.num.2.et conſil.856.num.24.Burſat. conſi.
248.num.15.et ſequen. et conſilio 264. nume-
ro 5.et ſequen.

Et eſt regulare quòd qui nõ poteſt ſuccedere
17 †ab inteſtato præteritus non rumpit teſtamen-
tum,ut per omnes in l.Gallus.§.et quid ſi tantũ.
ff.de liber.et poſthu.et tradit Franc.Beci.conſil.
103.num.19. et ſeq.

Contra

Contra hoc urgentiſſimũ fundamentum duo
ex aduerſo adducuntur, primum quod renun-
tiatio fuit nulla non interuenientibus ſolemni-
18 tatibus in contractibus† minorum & mulierum
in ciuitate Imolæ requiſitis ex Pariſ.conſ.97.nu.
21.in 3. & Benedict.in d.c. Raynutius,in verb.
duas habens filias,num.256. alterum quod ipſa
19 filia fuit†enormiſſime læſa, & propterea poteſt
reſcindere dictam tranſactionem, Rolan.conſil.
7.num.43.in 3. Burſat.conſil. 25. num.5. & ſeq.
& Cepha.conſil. 137. & 142. & in propoſito al
legatur conſtare quòd valor bonorum excedit
ſummã trium millium aureorum. ſuper his igi-
tur duabus obiectionibus inſtandum eſt & di-
ſcutiendum,an in rei ueritate obſtent, nec ne.

Et quo ad primam nullitatis replicat alter ex
Magnificis Aduocatis,quod ex quo filia contra
xit cum patre, de quo lex valde confidit, in eo
contractu non erat neceſſaria ſolemnitas a ſta-
20 tuto† requiſita,ut Bald.uoluit in l.pactum quod
dotale.C.de collat.cuius opinionem defendit il
lic Dec.num. 19.quam prҽter citatos ab eo. Ce-
phal.in conſil.211.& 467.num.4.tenet Alcia.in
l.præſes,& in l.tranſactionem.C.de tranſact.lo.
de Arno. ſoliloqu.15. in regno.Pariſ.conſi. 106.
nume.50. 1.uolum. Idem tenet Rip.in l.1. §.fuit
quæſitum,num.2.ff.ad Trebel. & in c.10. num.
2.3.50.reſponſorum.vbi extendit etiam in con
trahente cum matre & late hanc concluſionem
firmat Tiraquel.in repet.l.ſi unquam, in præfa-
tione,num.26.& ſeq.C.de reuo.dona.& in ſuis.
ll.connubial. ultima l.gloſ.5.num.33.& ſequen.
ubi hanc ſententiam optime defendit.

Cæterum alio fundamento arbitror rem hãc
reddi clariorem. Namque conſtitu.Cardinalis
Rodulphi exigit in contractibus minorum &
mulierum iuramentum corporaliter præſtitum,
conſcientiam duorum vel proximorum conſan
guineorum,ſi exiſtunt,uel ſaltem affinium, ſi cõ
ſanguinei non exiſtunt, & decretum competen
tis iudicis, ac inſinuationem faciendam, in actis
(quod tamen reſpicit donationes,de quibus ſu-
pra meminit.) Et in propoſito video in inſtru-
mento interueniſſe iuramentum ipſius filiæ re-
nuntiantis & decretum iudicis cauſa cognita &
debita iuris ſolemnitate priuata interpoſitũ, cũ
clauſula,omni meliori modo.Quod modo inter
uenerit conſcientia conſanguineorum proxi-
morum,non conſtat, ſed hoc caſu, cum eorum
præſentia, & conſenſus non exigatur, inter-
poſitio decreti facit præſumi eorum conſcien-
21 tiam interueniſſe: ſufficit enim quod fuerit† eis
notificatũ. Bald. in rub. C. de exercito.num.8.
& dicitur factũ cũ cõſcientia alicuius, ſi ſit factũ
eo ſciente & tacente, Bald.in l.omnium,num.9.
C.de teſtam.& quòd hoc caſu,quo exigitur con
22 ſcientia proximorum,†non exigatur conſenſus
eorum,probatur in §.emphyteuſis,il 2. & ibi ex
preſſe Ang.in auth.de alienat.& emphyte,colla.
9. & hoc caſu ſufficere habere licentiam, tra-
dit Alex.in l.ſi quis mihi bona. §.iuſſum. nume-
ro 13.ff.de acquiren. hæredi. de quo etiam per
Felyn.in capitulo nonne,num.5.in fine,de præ-
ſump.& Doct.in l.2.§.uoluntate, vbi Rip.num.
4.ff.ſoluto matrimo.Cum itaque decretum fue-
rit interpoſitum cauſa cognita, & debita iuris
ſolemnitate ſeruata,præſumitur interueniſſe cõ
ſcientiam & licentiam proximorum, ſicut præ-
23 ſumitur abfuiſſe illos,† ſi non conſtat interueniſ
ſe, quando iudex decretum interponit, ut per
Alexan. in terminis ſtatuti Ferrariҽ conſilio 80.
viſo themate.2.colum.5.uol.& ſequitur Alcia.
in tracta.præſumptionum 3.regula,præſumptio
ne 10.num.5.

Præterea & ſecundo, ſi pars aduerſa præten
debat ex hoc capite renuntiationem fuiſſe nul-
lam, debuit probare quod proximi conſangui-
nei uel affines ipſius filiæ extarent in ea ciuita-
te, qui potuiſſent habere conſcientiam vel
24 conſentire contractui,ſi fuiſſet† opus conſenſu
illorum eo tempore alioqui cõtractus remanet
validus,ut in terminis reſpondit Caſtr.in conſi.
124.in cauſa quæ vertitur.2.colum. 1.uolumine,
quem ſequitur Corn.in l.1.2.colum.C.unde uir
& uxor,& apertius in conſilijs.316.6.colum. 1.
volum.241.colum.3.in 2.131.2.colum. & 242.
etiam 2.colum.4.volum. Craue.conſil.80.num.
14.Plot.in l.ſi quando,nu.34. C.unde ui.Rolan.
a Val.in tracta.de lucro dotis. q.64.num.19. &
Burgni. Caualca. in tracta. de tuto. & curato.
numero 131. Ex his igitur apertiſſime conſtat
partẽ aduerſam defeciſſe in ſalutari ſuo, & pro-
pterea renuntiationem ex hoc capite fuiſſe ua
lidam & ſubſiſtere.

Quo ad ſecundum punctum enormiſſimҽ læ
25 ſionis, primo dicitur quod † ſtante iuramento
ipſa actrix indiſtincte veniebat excludenda per
text.in c.quamuis,de pact.& ibi Dom. Franc.&
Nat.in 9. limit.Imo.in conſ.11.dub.nu.4. Alex.
qui firmat renunt. nõ poſſe reſcindi etiam data
enormiſſima læſione, niſi conſtet de dolo uero
patris in conſil.125.num.9.& ſeq.1.uol. & in cõ
ſi.29. quod fuit ſubſcriptio ad conſilium Seueri
ni idem tenentis,col.fi.3.uol. Curt.ſen.conſ.44.
nume.22.Dec.in pluribus conſil.26. numero 2.
89.num.4.181.per totũ.& 616.Afflict.in titulo
de feud.dat.in uicem l.commis. §.primo,nume
ro 20.Gozad.conſil.9. numero 64. & ſeq. Cra-
ue. conſilio 11. numero 10. & ſequen. & 114.
26 ubi tenet † non ſufficere enormiſſimam læſio-
nem.Pariſ.etiam in pluribus conſilijs 16.nume-
ro 74.& ſeq.in 2.26. numero 4. 69. fere per to-
tum.93.numero 4. et ſequen. et 94. fere per to-
tum,3.uolumine Rub. Alexand.conſilio 12.nu-
mero 6.et ſequen.Ant.de Petrut.in repetitione
d.l.pen.nu.97. ff.de iureran. et ſecundum hanc
ſententiam fuit deciſum in conſ. Neap. ut trad.
Capic.deciſio.159.et Gram.deciſione 57.quam

etiam tenet Fernan. Vaſqui. in d. tract. de ſucceſ.
creat. §. 18. num. 131. & ſequen. & numero 133.
loquitur etiam ſi filia ſit minor, Burſa. in conſil.
75. num. 4. ubi exigit exceſſiuam læſionem vltra
triplum, vel quadruplum. Quod tanto clarius
procedit, quando in renuntiatione filia confite-
27 tur ſe ſcire facultates† paternas & maternas &
ſe legitime dotatam, prout in caſu iſto Pariſ. cō-
ſil. 15. num. 69. in 2. & Boer. deciſio. 142. num. 5.
28 quæ quidem confeſſio facit† ſaltem præſumptio
nem, donec probetur contrarium, Cagn. in l. 2.
num. 126. & ſequen. C. de reſcin. vend. Nec hoc
caſu reſtitutio in integrum poſſet minori conce
di, ſecundum Didac. in d. cap. quàmuis. 4. par. 5.
2. nu. 3. ad fi. uer. hinc plane.

Quibus accedat, quòd cum agatur de filia
dotata a patre, nec conſtet de magno exceſſu lę-
ſionis, uel quòd pater impiè ſe geſſerit in filiam,
29 debet filia† acquieſcere doti datæ, Caſtr. conſil.
275. 7. dub. 1. uolum. Curt. ſen. conſil. 45. ad fin.
& 80 colum. fin. Dec. conſil. 89. & 181. nume. 5.
& Dec. num. 5. 6. Grammat. d. deciſ. 57. num. 37.
& ſequen. Crau. conſil. 236. nu. 4. Cotta in ſuis
memo. in uer. dos conſtituta, deciſ. Peruſ. a 1. nu.
52. Decian. conſil. 6. num. 44. in 1. uolum. & Bur
ſat. conſil. 248. num. 4. Ex quibus conſtat, quod
nullo modo opinioni tenentium contrarium
erat adhærendum.

Præterea animaduertendum eſt, quod nō ſuf
ficit probaſſe bona teſtatoris exceſſiſſe valorem
trium millium aureorum tempore mortis, quia
(ut recte per alios fuit reſponſum) non conſide-
ratur illud tempus, ſed tempus dotationis & re-
nunciationis, cum potuiſſet filia præmori patri,
& pater alios plures filios habere, ac diminuere
eius bona etiam in magna quantitate, unde tem-
30 pus ipſius contractus† uenit attendendum, Ale-
xand. conſil. 29. nume. 5. in 3. & in d. conſil. 180.
colum. 1. in fi. in ver. pro hac parte citato, ubi mo
der Gal. in additio. dicunt hanc etiam crebrio-
** rem** ſententiam, Crau. dictis conſil. 11. nu. 13.
& 114. num. 16. Grammat. d. deciſ. 57. nume. 32.
& 34. & 101. num. 72. Rip. lib. 3. reſponſo. c. 6. nu-
me. 4. Didac. d. §. 1. num. 2. Vaſq. d. §. 18. num. 81.
Hieron. Gabr. conſil. 156. num. 23. Burſ. d. conſi.
75. num. 3. & conſil. 248. num. 18. ac Decian. re-
ſponſo 6. num. 78. & ſequen. 1. volum. Quo fit, vt
cum de hoc nihil fuerit probatum, quod nec pro
bari poſſe mihi affirmatur, certiſſima appareat
hæc ſententia noſtra, quòd male fuerit iudicatū
contra ipſam Do. Luciam. Et tanto magis, quia
data ualiditate contractus, prout ſupra fuit oſtē
ſum, quatenus fuiſſet lęſa filia ipſa, eatenus erat
31 reſtituenda, nō autem† veniebat teſtm̄ annullan
dum, ſed ſupplementum ſibi deberetur, vel con-
grue dotis, vel legitimæ, ut per Pariſ. conſil. 26.
num. 70. & ſequen. 3. uolum. Ant. Gabr. tit. de iu
re dot. & dotis promiſſione, concluſ. 1. 2. limita.
nu. 23. nec dubium eſt unum remedium ab alio
longe differre, de quo per pract. Papien. in for-
ma libel. ſuper petitio. reſtitut. in integr. in gloſ.
uendidit, & per Pariſ. conſilio 98. numero 224.
primo uolum.

Tertio moueor alia ratione, cui non ui-
deo quomodo poſſit iure reſponderi. Namque
certum eſt, quod data etiam nullitate teſtamen-
ti prædicti propter clauſulam codicillarem, reſti
32 tutio in uim fideicommiſſi uenit† facien. hærede
inſtitutæ, ut per gloſ. Bartol. & omnes in d. auth.
ex cauſa, Alex. d. conſil. 176. num. 14. in 5. Iaſ. in d.
authen. nouiſſima. 8. limitat. num. 24. Cor. d. con
ſil. 298. prima colum. & ſequen. Rim. ſen. d. con-
ſil. 41. num. 20. ubi citat text. in l. generaliter. §.
ex teſtamento. ff. de fideicom. liber. dicens quòd
33 hoc caſu filia tantummodo poterit† retinere le-
gitimam. Durat. d. caute. 2. num. 4. Pariſ. conſil. 3.
num. 10. in 3. Chaſſen. d. conſil. 67. num. 58. Alc.
in ſubſcript. ad conſilium Port. 131. Nonius dic.
conſil. 19. num. 17. Bec. d. conſ. 103. num. 77. vbi
dicit quòd ſi præterita petit teſtamentum annul
lari cogitur hæreditatem hæredi ſcripto reſti-
tuere, Mantica. d. tit. 14. num. 11. & Rip. in d. l. in
quartam, num. 14. vbi declarat in legitimam im-
putari id, quod præteritus habuerit ex bonis
patris. Et cum iſta exceptio fuerit oppoſita pro
parte ipſius dominæ, ut in proceſſu, & conſtabat
reſtitutionem eſſe omnino faciendam, ut ſupra,
non potuit ipſe D. prætor dictam exceptionem
& reſtitutionē reſeruare in alio iudicio, ex quo
in hoc de ea conſtabat, & ſuper ea fuerat etiam
factus proceſſus, l. de qua re. ff. de iudi. unde de-
bebat condemnare, vel abſoluere. l. qui accuſa-
34 re. C. de eden. igitur reſeruatio† illa facta abſque
iuſta cauſa, fuit nulla & inualida, Bal. conſil. 100.
egregie. 1. uolum. & propterea iuſte ab ea fuit ap
pellatum, Bal. conſil. 153. nouum dubium, & in
conſil. 481. uertente. num. 4. ubi idem tradit pro
cedere in conſilio conſultoris, eo. 1. uolum. idem
quod non ualeat talis reſeruatio, reſpondit Ale-
xan. in conſil. 182. nu. 4. 6. uol. & in conſ. 75. nu.
1. in 7. & Gram. deciſ. 65. nume. 84. & quod iuſte
hoc caſu appelletur, ſcribit etiam Chaſſe. conſil.
68. nu. 40. & ſeq. Et ex his concludo ſententiam
ipſam iure defendi non poſſe, & propterea uti in
iuſtā reuocandam eſſe, cuius iniuſtitia etiā reſpe-
ctu fructuum conuincitur, ad quos ipſam hære-
dem condemnauit bonæ fidei poſſeſtricem: nec
enim & ſi uera eſſet intentio aduerſariæ actricis,
teneretur niſi eatenus quatenus locupletior fa-
35 cta fuiſſet † ex fructibus ante litem conteſtatam
perceptis. l. prima, C. de petitio. hæredita. Ioan.
Cop. in tracta. de fructi. titulo ſecundo, capitulo
tertio, & quarto. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Codicilli an ſubſiſtant pendentes a teſtamento inualido per prædecedentium hæredis?

Quid ſtante clauſula codicillari, & clauſula, omni meliori modo.

SVMMÆ.

1 *Codicilli non valent pendentes a teſtamento nullo ob prædecedentiam hæredis.*

2 *Legata habentur pro non ſcriptis relicta in codicillis referentibus ſe ad teſtamentum inualidum per mortem hæredis.*

3 *Codicilli facti poſt teſtamentum, vires obtinent & ex ſeſe ſubſiſtunt, ſi nullum eſt teſtamentum.*

4 *Codicilli valent, ſi referant ſe ad teſtamentum nullum a principio.*

5 *Et eſt facienda diſtinctio, an valuerit teſtamentum a principio, nec ne.*

6 *Videtur tamen, quòd vtroque caſu par ſit ratio.*

7 *Sed aliud eſt, quando à principio teſtamentum fuit nullum, ſecus ſi validum.*

8 *Itaque Dec. in hac re reprobatur, quia falſus eſt.*

9 *Legata voluiſſe ſolui per venientes ab inteſtato teſtator præſumitur, qui appoſuit clauſulam codicillarem.*

10 *Clauſula codicillaris operatur, vt diſpoſitio valeat in vim codicillorum, deficiente teſtamento.*

11 *Sed ſecus eſt, ſi talis clauſula apponatur in codicillis.*

12 *Codicilli, qui cœperunt pendere a teſtamento valido, conſeruantur ex præſumpta mente teſtatoris, licet teſtamentum annulletur.*

13 *Cauſa teſtati & inteſtati, non poteſt habere locum, licet alioqui reſultaret inualida diſpoſitio.*

14 *Actus pro validitate non præſumitur, quando hoc eſſet contra mentem teſtatoris.*

15 *Clauſula, omni meliori modo, non facit vt legata debeantur, ſi codicilli ſunt nulli.*

16 *Codicilli nulli, quando non poſſint valere in vim alterius vltimæ voluntatis propter clauſulam, ſi non valet in vim, &c.*

17 *Diſpoſitio non poteſt valere tamquam inter liberos, ſi de liberis non agatur.*

18 *Clauſula codicillaris cenſetur appoſita de mente teſtatoris, ſed communis eſt etiam pro diuerſa parte.*

19 *Clauſula codicillaris non operatur ceſſante voluntate teſtatoris.*

20 *Vxor, quæ importune virum impellit ad diſponendum, de dolo tenetur, & relicta amittit.*

21 *Maritus præſumitur ad importunitatem vxoris teſtamentum, uel relictum feciſſe.*

CONSILIVM LXV.

In Domino confido.

SCripſi alias, & nunc repeto, codicillos conditos per Dominum Sigiſmuudum Pendaſium poſt teſtamentum alias conditum de anno 1566. in quo Dominum Hieronymum eius fratrem hęredem inſtituerat, qui poſt teſtamentum obierat, non valuiſſe, & nul-
1 lius† fuiſſe momenti, per tex. in terminis, in l. quidam referunt, in fi. prin. ff. de iure codic. vbi dicitur, quod non poteſt relinqui alicui ab eo hærede, qui non eſt in rerum natura, nec etiam hoc caſu debetur a ſubſtituto, vt ibi. Habentur. n.
2 hoc caſu legata† pro non ſcriptis, vt Bal. Cuma. & Alex. ibi, ad Bar. affirmant, & a principio ſunt inualida, quod etiam tenent Vaſq. in tractato. de ſucce. progreſſ. lib. 3. §. 30. num. 59. & Franc. Cōnan. in commentar. iur. ciui. lib. 9. c. 6. num. 4.

Et cum in codicillis, de quibus agitur, habita ſit relatio ad teſtamentum ipſum, quod in codicillis ipſis confirmauit codicillator, cenſetur habita relatio ad hæredem in eo inſtitutum, vt voluit Iacob. de Are. quem ibi retulit Bart. in d. l. quidam referunt, in fi. princ. tametſi idem Bar. ibi uoluerit, relationem haberi ad omnes in teſtamento vocatos, licet aliter Cum. ibi numero 4. & ſequen. voluiſſe videatur. Et cum ab initio fuerint nulla, & pro non ſcripta, non ſolum non debentur a venientibus ab inteſtato: (hoc enim nemo eſt, qui affirmet:) ſed nec etiam ad ea teneretur ſubſtitutus pupillaris, vt per Bal. in dicta l. 2. not.

Supereſt modo videndum, an ea quæ pro reſponſione adducūtur per Magnificum Dominū Aduocatum aduerſarium huic concluſioni obſint. Et breuiter concludo, nedum ea non obeſſe, ſed potius prodeſſe, & concluſionem hanc confirmare.

Nam.

Namque primo præmittitur vnum, quod ubi
teſtamentum ab initio eſt nullum, codicilli po-
3 ſtea facti iures obtinent, l. 3. l. ab inteſtato, ac l.
pe. ff. de uire codicil. cum aliis citatis in allega-
tionibus aduerſarijs, quia hoc caſu non pendēt
a teſtamento nullo, ſed a ipſis robur accipiunt,
Crauet. in Rubrica. ff. de lega. 1. ſub num. 23. uer
ſic. primus caſus Rui. conſi. 161. ſub num. 2. cum
ſeq. 3. uolum. Vbi ampliat, etiam ſi teſtator ad
4 teſtamentum † nullum ſe retulerit, & eandem ſen
ten tiam comprobat Gulie. Bene. in repet. c. Ray
nutius, in 1. par. in ver. teſtamentum, il 3. ſub nu
mero 14. extra de teſtamen. Quod quidem præ-
miſſum non facit ad caſum noſtrum: nam etſi il-
lud admittamus verum eſſe, nobis non officit,
cum ſit diuerſus caſus a noſtro, in quo ab initio
valuit teſtamentum, cum tunc uiuus eſſet hæres
inſtitutus, qui poſtea obijt, & mortuus erat tem
pore codicillorum, quo caſu ab ipſo defuncto
non potuit legari vxori, ut eſt caſus in citata l.
quidam referunt, uerſic. & in propoſito, & ſic
non valent codicilli. ex diuerſis igitur non infer
tur, l. fina. ff. de calum. & l. Papin. exuli. ff. de mi-
nor. Et quod ſit facienda diſtinctio, an teſta-
5 mentum valuerit a principio, nec ne, quo caſu,
cum valeret, codicilli cēſentur ab eo dependere
uoluit etiam Guliel. Bened. loco pręcitato. num.
14 verſic. & notanter dico.

Secundo non obſtat alia propoſitio, quæ fit
in allegationibus aduerſarijs, quod in caſu iſto
ſit, ac ſi a principio teſtamentum fuerit nullum,
quia illam expreſſe negamus, & longam eſſe dif-
ferentiam inter vnum caſum, & alterum probat
tex. ſupra citatus in d. l. quidam referunt, ubi ſpe
cifice ponitur caſus noſter. Vbi valuit a princi-
pio teſtamentum & propterea codicilli facti ēt
poſt mortem hæredis a teſtamento depende-
re cenſentur. Verum quia relicta facta fuere
ab hærede iam defuncto, codicilli ſunt nulli, &
pro non ſcriptis legata habentur, nec hoc caſu
habentur pro quaſi caducis, l. unica, §. pro ſe-
cundo, C. de cadu. toll. ſicut nec hoc caſu loquū
tur Alcia. citatus conſil. 566. num. 3. uel Rip. in
l. re coniuncti, num. 11. de lega. 3. Et licèt Magni
ficus Dom. Aduocatus aduerſarius non videat
quid differāt ij caſus, quod teſtamentum ab ini-
tio ſit nullum, vel quòd demum annulletur an-
tequam codicilli fiant, cum ſemper militet ratio
quòd codicilli non potuerunt vires capere a te
6 ſtamento, quod † nullum erat tempore condito-
rum codicillorum, argum. l. eius qui in prouin-
cia. ff. ſi cert. petat. & in terminis allegatur Rui.
conſil. 171. num. 3. in fi. lib. 3. iureconſulti tamen
id viderunt, decidentes codillos etiam depen-
dere a teſtamento, cum a principio teſtamentū
eſt validum, licet ex poſt facto inualidetur: ſecus
vero, quando a principio teſtamentum uires
non habet, quia ab eo dependere non poſsunt
& in hoc non uidi aliquem aliter tenētem, quia
eſſet contra text. ſæpius citatum in d. l. quidam
referunt, nec aliter uoluit Rui. ſupra citatus, qui
loquitur procul ab iſtis noſtris terminis, nempe
7 in caſu, quo teſtamentum a principio † erat nul
lum, ſecus ſi fuit validum, ut in caſu d. l. quidam
referunt, & ita etiam in eodem caſu uoluit idē
Rui. in conſil. 18. num. 4. 2. uolum. Et licet Dec.
citatus ex aduerſo pariter in eodem caſu reſpon
dens in conſil. 357. colum. fi. verſic. ult. non ob-
ſtat. videatur generaliter uelle, codicillos ita de
mum pertinere ad teſtm̄, ſi facti fuerint tempo-
re teſtamenti, non poſt, quia tunc nullitas teſta
menti eos non inficit, eius opinio eſt falſa, & cō
8 funditur † per dictum tex. toties citatum, item &
per text. in l. ab inteſtato, ubi glo. & Docto. ff. de
iure codicil. & ita in ſpecie per dictam l. ab inte-
ſtato, reprobat hoc dictum Dec. tanquam falſiſſi
mum, Crauet. in d. Rubrica de lega. 1. in uerſ. ter-
tius caſus. nā facto teſtamento, ſcilicet valido co
dicilli quocunque tempore conditi ad teſtamē-
tum trahuntur, ut ibi. nec aliter uoluit Crauet.
d. verſ. tertius caſus, qui nullo modo intelligit,
vel admittit Dec. in caſu, quo teſtamentum a
principio validum annullaretur, ut ex aduerſo in
ducitur, licet limitet, quando fierēt codicilli ab
inteſtato in defectum teſtamenti, in quo caſu
nos non verſamur.

Tertio non obſtat, quod uoluerit teſtator le
9 gata ſolui per uenientes † ab inteſtato, ex quo
appoſuit clauſulam codicillarem, ex tradit. per
eundem Crauet. loco præallegato, verſic. ſecun
dus caſus, ex Alex. conſilio 61. 3. dub. 2. uolum.
quia Alex. & Craue. loquuntur, quando codicil
li fuerint ab inteſtato confirmati, ut ualerent de
ficiente teſtamento, quo caſu valent, nec tollun
tur ſublato teſtamento, & ita loquuntur Docto.
citati per Craue. & eſt verum in clauſula codicil
lari appoſita in teſtamento, ut diſpoſitio ualeat
10 in † vim codicillorum deficiente teſtamento,
quod uoluerunt Bar. & alij in l. 1. ff. de iure codi
cil. Doct. in l. 1. C. eo. & late Durant. in tracta. de
arte teſtan. titu. 3. cautela 1. num. 4. nam neceſſe
eſt, quod valeant eo caſu codicilli deficiente te
ſtamento, & quòd per uenientes ab inteſtato le
11 gata ſoluantur, ſecus uerò eſt, ſi talis clauſula † ap
ponatur in codicillis: quia licet codicillans velit
eam diſpoſitionem ualere in uim codicillorum,
cui ius reſiſtit, ut hoc caſu, non poteſt facere, ut
ualeat contra legis diſpoſitionem, cū nemo poſ
ſit facere quin leges in ſua diſpoſitione locum
habeant, l. nemo poteſt, ff. de leg. primo, cum ibi
not. licèt fortè poſſit facere, quòd valeat in vim
alterius diſpoſitionis, alias ſequeretur quòd per
expreſſionem factam per codicillantem, quòd
uolebat diſpoſitionem valere in vim codicillo-
rum, quod erat exprimere id, quod inerat, &
quæ expreſſio nihil operatur, l. tertia. ff. de legat.
primo, valerent etiam codicilli in caſu d. l. qui-
dam referunt. Et propterea Alex. in d. conſilio,

in

in uerſic.ſecundo poteſt reſponderi, non bene
ſe firmat, forte ſentiens hanc difficultatem, ſed
tranſit ad aliud fundamentum tutius, quòd ſal-
tem illa uerba importabant, ut uideretur diſpo-
nens uoluiſſe eam diſpoſitionem ualere in uim
vltimæ uoluntatis imperfectæ inter liberos, l.
hac conſultiſſima, §.ex imperfecto, C.de teſta-
men.cum alijs illic citatis. Verum, quicquid eſ-
ſet in caſu Alexan. in quo habebat plura funda-
menta realia, & maxime conſeruationis legato-
rum, ex aut.ex cauſa. C. de liber præteri. in caſu
noſtro ceſſat omnis ſcrupulus, quia ceſſat uolun
tas codicillãtis, qui nolebat quicquam relinque
re uxori, ut deponunt teſtes examinati, & infe-
rius latius tangetur, quo caſu clauſula codicilla-
ris non releuat, ut mox dicam: & quia codicilla-
tor nedum ſe retulit, uel addidit teſtamento, ut
fuit in cauſa Rui. ſed confirmauit teſtamentum
ipſum in aliis in eo contentis, quod aliud non
importat, niſi quod nolebat legata ſolui per ue-
nientes ab inteſtato, ſed per ſcriptum hæredem
iam mortuũ, quod operatur nullitatem dicto-
rũ codicillorum, d.l. quidam referunt, in princ.

Quod autem codicilli, qui cęperunt pendere
a teſtamento valido, conſeruentur ex præſum-
pta mente teſtatoris, nec rumpantur, quam
12 uis teſtamentum annulletur † ex mente omnium
in l.1.C.de codicil.& ex trad. per Rui. conſilio
161.num.2. non eſt etiam verum, niſi fiant in de
fectum teſtamenti, ut ſupra, ut per Docto.ibi &
Rui. in d.num.2.non firmat, ſed oppoſitum alia
ratione inferius tenet. Quo fit, ut etiam verum
non ſit codicillatorem voluiſſe hæc legata per
uenientes ab inteſtato ſolui, cum de hoc nullũ
verbum fecerit, quod facile facere potuiſſet, ſed
potius oppoſitũ diſpoſuit confirmando teſtamẽ
tum alias factum, nam velle quod teſtamentum
locum habeat, & quòd venientes ab inteſtato
ſoluant legata, ſicut cũ teſtati, & cũ inteſtati inui
cem aduerſantur, l.quamdiu, la 1. ff.de acq.hær.
13 Et licet alioqui † reſultaret inualida diſpoſi-
tio, quod non eſſet dicendum. l.3. ff. de teſtam.
milita. Rip.in l.1. §.ſi quis ita, num.18.ff.de ver-
bor.obliga.& in l. ſi unquam, num.44. C.de re-
uocan.dona.id tamen non officit, ex quo illa re
gula, quod ſit faciẽda pręſumptio pro ualiditate
actus, multas patitur limitationes & declaratio
nes, ut p Alci.in trac.præſũp.reg.3.præſum.33.
14 Et præſertim illa non procedit, † quando fie
ret contra præſumptam mentem teſtatoris, ut
per eum ibi, nu.10.ver. quinto obſtat. quod &
voluit Rip.in d.§.ſi quis ita, 5.fallen.num.30. &
in propoſito apertiſſime conſtat de mente co-
dicillantis, quòd nihil uolebat habere vxorem
ut deponũt plures teſtes examinati, ut infra ſuo
loco dicetur, & idem quià reliquit eidem ab hæ
rede defuncto, ut ſupra, cui actui lex reſiſtit, d.
l.quidam referunt, quo caſu non ualet actus eo
modo, quo ualere poteſt, Rip.in d. §.ſi quis ita,
6.fallen.num.32. Præterea agimus de re odio-
ſa, ut uxori dentur ea, quæ ad agnatos hæredes
legitimos pertinebant. quo caſu illi regulæ ex
aduerſo citatæ locus eſſe non poteſt, ut ad pro-
poſitum in donatione factam uxori ſcribit Al-
cia.in dicta præſumptione. nu.12.

Et cum hæc legata non teneant, relicta ab
hærede prædefuncto, ex quo peccant in forma,
ut ſupra, non poteſt etiam ſuſtineri ex clauſula.
15 † omni meliori modo, ut per Alcia. d.præſum-
ptione, num.10.& in d. §.ſi quis ita, num.38. &
ſequen.ubi Rip.num.23.& 26.& potius dicen-
dum eſt quod codicillator uoluerit facere actũ
nullum, ut per Rip.ibi, numero 29.quarta fallen
tia.quod uidetur etiam probari ex eo, quòd in
dictis codicillis expreſſe dicitur quod noluit di-
cere, uel exprimere notarium rogatum de ſuo
teſtamento, quod forte arte factum fuit, ne uiſo
teſtamento, & cognito, quod codicilli non uale-
rent, iterum per uxorem & ſeruam impellere-
tur uexationibus, & importunitatibus ad facien
dam ualidam diſpoſitionem.

His accedat quòd cum fuerit addita clauſula
codicillaris, quòd ſi non ualeret diſpoſitio illa
in uim codicillorum, ualeret iure donationis
cauſa mortis, uel cuiuſcumque alterius ultimæ
uoluntatis: & certum eſt quod in uim codicillo-
rum non naluit, ut ſupra ſatis & ſuper compro-
batum extitit, non poteſt ualere in uim donatio
nis cauſa mortis, ex quo non fuit facta præſenti
uel acceptanti pro abſente, & inter uirum &
uxorem facta fuit nulla non interueninte tradi-
tione, ſicut nec poteſt ualere in uim alterius ul
16 timæ uoluntatis † inter liberos, prout intellexit
Alex.in d.conſil.161.3.dub. ut ſolet importare
clauſula ipſa, ſecundum Bar.in l.1. ff.de iure co-
dicil.num.22.& Ang.Aret.in trac.de teſtam.gl.
102.in ver.& alterius vltimę voluntatis: nam cũ
17 hic de liberis non agatur, non † poteſt illa diſpo
ſitio locum habere, ut per omnes in d. §.ex im-
perfecto, & Boer.deciſ.241.num.1.& ſeq. Vnde
cum omni caſu actus peccet, quo valere poſſet,
ét diſpoſitio illa, ꝙ actus dẽat valere oĩ modo,
quo valere poteſt, Rip.in d.§.ſi quis ita.num.22.

Quarto non obſtat ꝙ ex clauſula prædicta co
dicillari cenſeantur grauati venientes ab inte-
ſtato, ut ex Crauet. ſupra citato, quæ cenſetur
18 appoſita de mandato teſtatoris ſecundum com
** munem opinionem vel magis communem **
de qua ſcribit Menoch.caſu 154.num.1.de Ar-
bitr.iu d.l.2.Hier.Gabr.cõſ.113.nu.1.& 33.Por.
li.4.ſuarum concluſ.concluſ.18. Quia ad Crau.
ſupra rñſum eſt, Menoch.vr̃ fateri cõem eſſe pro
hac parte, dũ dicit alios plures hãc opin.tenere.

Præterea ex adductis in primis allegationib.
conſtat hanc eſſe cõem, quib. plures adduntur,
quos cumulat Pet.Io.Ancha.li.2.ſuarum q.q.11.
nu.13. ubi firmat ex Soci. & alijs hanc clauſulã
eſſe teſtatori, vel codicillatori declarandam.

Præ-

Præterea certiſſimũ eſt, clauſulã hanc nõ ope
19 rari ceſſante† voluntate diſponẽtis, vt per Dec.
conſi.384. in fi. & conſil.391. nu.3. Alc.conſil.
70.num.11.li.19.Purpur.conſ.299.num.4. Do.
Riminal.iun.alias citato conſil. 110.num.6. Dec.
conſil.37. num.14. & ſequen. primo volum. &
3.num.19.in 11.& quando eſt quæſtio uolunta-
tis quòd non proſit, Ioſeph Ludo.deciſione Lu
cen.53.nu.58. Modo in propoſito quod dictus
Codicillator nollet dicta legata facere dictæ
eius vxori præter ſupra deducta & quod recu-
ſauerit pluries & pluries cum nollet eius agna-
tos ad ſolutionem ipſorum grauare, & tandem
deuictus importunitate, lachrymis fictis, & ver-
bis ſocrus, & vxoris eidem reliquerit inuitus d.
legata, deponunt plures teſtes examinati in pro
ceſſu, maximè ſecundus teſtis, & tertius, qui af-
firmat quod ſi ſuperuixiſſet ea reuocaſſet. Quar-
tus qui dicit quod dicebat ſe iam condidiſſe te-
ſtamentum, nec velle tunc aliud facere, & plura
adducit ad demonſtrãdum quod non habebat
animum condendi codicillos ipſos. idem depo-
nit ſeptimus teſtis, quorum plures ex eis affir-
mant non fuiſſe per notarium declaratam vim
et virtutem dictæ clauſulæ codicillaris, cum ta-
men codicillator eſſet ignarus & expers litera-
rum, ſi enim preces, & importunitates ac ſugge-
ſtiones mulierum quæ inducunt viros ad teſtan
dum & auferendum id quod agnatis pertinebat
& relinquendũ ipſis, merentur, ut merito de do-
20 lo † teneantur, & relicta ab eis poſſint auferri
Angel. & alij in l. fin. C. ſi quis aliquem teſta.
prohibu. Cepol.caut.306. licet. Iaſ.conſil. 141.
num.3.4.vol. Catel. Cot. in ſuis memor. in verbo
teſtatorem inducere. Purpura. ad propoſitum
conſil.101.num.3. Plot. in conſil. 17. num.53. &
conſil. 91. & ſequen. & quod præſumatur mari-
21 tus † ad Importunitatem vxoris teſtamentum,
vel relictum feciſſe, trad. D. Rim. Iun. conſil. 235.
num.89. quanto magis debent operari, vt clau-
ſula codicillaris addita contra uoluntatem di-
ſponentis nihil operetur.

Ex quibus apertiſſimè conſtat, fundamenta noſtra adhuc militare, nec ſublata, vel concuſſa eſſe per adducta ex aduerſo, quod non eſſet opus aliter reſpondere, uel replicare contra reſponſiones allatas ad dicta noſtra fundamenta, cum uirtualiter ex ſupra deductis ſublata ſint. Vt tamen veritas etiam lucidior appareat ſigillatim etiam replicationibus ſatisfiet.

Ad primã. igitur reſponſionem quod concluſio noſtra ſit intelligenda et limitanda, quando codicilli facti ſunt tempore teſtamenti, cum eo caſu a teſtamento pendere dicantur, ſecus ſi iam factum teſtamentum effectum fuiſſet nullum.

Replicatur hoc eſſe contra text. expreſſos in dicta l. quidam referunt, in princip. et in dicta l. ab inteſtato.

Ad ſecundum de clauſula codicillari, quod cenſeatur addita de uoluntate teſtatoris, replicatur ueram eſſe opinio. quod non noceat ſi non fuerit declarata expreſſe, ut ex alijs in prioribus ſcriptis et etiam ex ſupra deductis conſtat, quod etiam non poteſt operari ceſſante uoluntate diſponentis, prout certè hoc caſu ceſſabat, ut abunde ſupra comprobatum eſt.

Præterea cum non pſſit operari niſi extra caſum codicillorum. et quatenus codicilli non ualuiſſent, qui eſt caſus noſter, ut ualeret diſpoſitio in uim donationis cauſa mortis, uel ultimę voluntatis inter liberos, quibus caſibus minime valere potuit, ut ſupra, et alias oſtẽſum fuit, ſumus (iudicio meo) in caſu claro, ut non ualeant dicta legata, nec executionem mereantur. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum cæci ut validum ſit, quæ ſint ſolemnitates obſeruandę?

Verba teſtamenti, quando dicantur partium, vel notarij?

Forma quando poſsit ſeruari per æquipollens, & de formæ obſeruatione.

SVMMAE.

1 *Teſtamentum cæci, vt valeat, requiritur primo, vt coram ſeptem teſtibus & notario proteſtetur ſe velle teſtari.*

2 *Requiritur præterea, vt ſuam voluntatem propria voce coram eiſdem exprimat.*

3 *Et debet exprimere nomina ſpecialiter hæredum.*

4 *Et in illius diſpoſitione inſtitutio debet praecedere legata, & fideicommiſſa.*

5 *Debent præterea omnes teſtes & tabularius ſe ſubſcribere, & ſigillare.*

6 *Et hic ordo non poteſt omitti, cum ſit traditus pro forma.*

7 *Notarius ſi interroget teſtatorem, an velit diſponere, valet teſtamentum.*

8 *Secus autem in teſtamento cęci, qui nõ poteſt conſcribi ſine pręuia illius commiſsione.*

9 *Clauſula, pro vna rata, æquiuoca eſt, & multipliciter accipitur.*

10 *Solemnitas vna ſi omittitur in teſtamento cæci, totum corruit teſtamentum.*

11 *Teſtamentum primum ſublatum eſt per ſecundum, etiam ſi in eo eſſet inſtitutus Princeps.*

Ver-

12 Verba præſumuntur teſtatoris relata per notarium.

13 Notarius præſumitur rogatus ab eo, ad quem pertinebat.

14 Verba notarii non præſumuntur, quando verſamur in verbis formalibus.

15 Vel in clauſulis, quas ſolent regulariter apponete.

16 Clauſula, volens teſtari &c. continet verba notarii, non partis.

17 Clauſulæ cenſentur in teſtamentis magis appoſitæ de conſuetudine notariorum, quam de voluntate partium, vt clauſula, iure inſtitutionis.

18 Idem in clauſula, in omnib. autem ſuis bonis.

19 Clauſula, ſuum vltimum nuncupatiuũ teſtamentum, oſtendit teſtamentum non eſſe in ſcriptis, licet de eo ſit confiĉta ſcriptura.

20 Clauſula, ad præmiſſa, arguit in principio rogatos fuiſſe teſtes.

21 Verba ſunt intelligenda ſecundum iuris diſpoſitionem.

22 Teſtes cenſentur rogati a teſtatore, ſi illo pręſente ſunt rogati a notario.

23 Clauſula, omnibus teſtibus ad præmiſſa vocatis et rogatis, non infert alium actum ſepáratum neceſſarium.

24 Forma datur, cum datur prius & poſterius.

25 Cæci teſtamentum maiores requirit ſolemnitates quàm alterius propter falſitates.

26 Ordo ſcripturæ eſt etiam ſubſtantialis in teſtamento cæci.

27 Omiſsio leuis ſolemnitatis non vitiat, formæ autem ſic.

28 Verbum, dictos, non poteſt referri ad poſitos in alia oratione non continuata ſcriptura.

29 Forma, an poſſet per æquipollens ſeruari?

30 Ordo ſcripturæ, an ſit ſeruandus in teſtamento cæci?

31 Et inducta ſit in iure forma omnino ſeruanda.

32 Inſtitutiones Iuſtiniani continent leges, vt Pandectæ.

33 Verbum, poteſt, cum negatiua ante, negat actũ & potentiam.

34 Forma eſt legis ordinata diſpoſitio certos habens fines.

35 Volũtas teſtatoris nõ ſolẽnis, nihil operatur.

36 Teſtamentum ſine ſolemnitatibus habet ſuſpitionem falſitatis.

37 Teſtamentum minus eſt ſuſpectum, cum inſtituuntur venientes ab inteſtato.

38 Solemnitas, an poſsit ſeruari per æquipollens ad euitandum falſitatem?

39 Signum, quo notarius debet ſignare teſtamentum cæci, vel in ſcriptis, non debet eſſe ſignum illius conſuetum.

40 Sed requiritur, vt habeat caracteres, ideſt formam inſculptam.

41 Solemnitas in teſtamento poteſt ſeruari per æquipollens, ſi inſtituatur perſona ſingularis nominis.

42 Ordo datus, quando non importet leuem formam, & debeat ſpecifice obſeruari.

43 Forma an ſit indiuidua, an vero ſufficiat implementum pro parte.

44 Sententia, a qua eſt appellatum, habet aliqualem præſumptionem.

CONSILIVM LXVI.

In Domino confido.

CAuſa hæc huius Dominæ Mariæ Patinæ adeo fuit diſcuſſa in principali cauſa, & tot fuere ſubtiliter, & copioſe allegata per Excellentem Dominũ Antonium Mazzonum, ut uix alia non prætacta, & præuiſa ad maiorem diſcuſsionem adduci poſsint. Quia tamen ſuper ipſis allegatis late dubitatur per Clariſsimum Dominum Conſultorem, & plura ex eis in dubium reuocantur, operæpretium eſſe duxi deducta aliquibus etiam additis confirmare, comprobareque, & ſubinde obiecta in dubijs refellere. quibus peractis conſequentia plana erit, iuſtè fuiſſe iudicatum ad fauorem ipſius Dominæ, & confirmandam eſſe priorem ſententiã. Præmittenda igitur primo ſunt alia pro horum dubiorum diſſolutione.

Et primo, quòd ad hoc ut valeat teſtamẽtum cæci, exigitur quòd teſtator adhibitis teſtibus ſeptem, & tabellione, eis præſentibus edoceat, ſe
1 velle ſine† ſcriptis teſtari, ut eſt tex. in toties allegata l. hac conſultiſsima. C. qui teſta. fac. pol. & licèt ſecundum conſtitutionem Iuſti. in l. in teſtamentis. C. de teſtamentis, non ſit neceſſe in cæterorum teſtamentis hanc edoctionem, vel proteſtationem facere, in teſtamento tamen cæci hoc
* incorrectum remanet, ſecundum commu.* Doctor. ſentnetiam, quam utrobique tenet gloſ. in d. l. hac conſultiſsima, tenent Pet. Cy. Ioan. Fab. Odofr. Bart. Ang. Fulg. Caſtr. Aret. Corn. Rom

Rim.in prin. & col.fi.in glo.2.ubi dicit cõem,&
Dec.nu.5.& in d.l.in teſtis Io. Fab.Ang.Caſt.&
Rim.gloſ.Io.de Plat.& Aret.in §. cæcus,num.2.
Inſti.quib.nõ eſt permiſ.fac.teſta.Azo in ſumma.
C.q teſt.fac.poſ.2.col.uer.cęcus.Spec.in §.cõpẽ
dioſe,col.antepe.uer.illud aũt,in ti.de inſtr.edit.
Fulgo.in conſil.41.caſus talis,col.3.nu.2.uerſ.at
qui.Ang.in eius ſumma Ang.in uerbo,teſtm̃.nu.
1.uer.18.ubi poſt Are.in d. §. cęcus oĩa cõnume-
rar,requiſita ad ualiditarẽ huius teſtĩ cęci. Idem
tenent Durant. in trac.de arte teſta.tit.1.caut.8.
in prin. & Rui. conſ.68.nu.1.2.uol.& in hoc pau
ciſſimi contradicunt.

Secundo requiritur,ꝙ teſtator ipſe per ſemet
ipſum,& propria uoce corã teſtibus,& Tabellio
2 ne totam ſuã uoluntatem † exprimat,& eo.temp.
per notariũ ſcribatur,nt probatur in d.l.hac cõ
ſultiſsima,poſt princ. in uerſ. deinde exprimant
nomina ſpecialiter &c.& inferius,omnia deniq;
palã edicãt, quæ vltimorũ capit diſpoſitionũ ſe
ries lege conceſſa,& ibi Alex.nu.6. dicit eſſe dif
ficilis obſeruantiæ, vel poteſt teſtator cęcus ſuã
voluntatẽ tabellioni pro palare,& ſcribendã cõ-
mittere,& eo caſu quo in abſentia teſtatoris ſcri
batur dẽt teſtator illud pro ſuo teſtõ recogno-
ſcere, & profiteri ſe ex animi ſui, quæ lecta tunc
fuerint diſpoſuiſſe ſententia.d.l. hac conſultiſſi-
ma,§.at cum humana.& hoc caſu debet conſta-
re ꝙ teſtator cõmiſerit notario teſtm̃ ipſius con
ſcribendum,alias teſtamẽtum non valeret,quia
non eſſet ſeruata forma d.l. ut per Caſt.& Alex.
ibi& Cor.col.6.& nonnullos alios, quos infe-
rius citabo.

Tertio debet teſtator exprimere nomina ſpe
3 cialiter † hæredum, & pro quanta parte, & quot
vncijs ad ſucceſsionẽ illos admittere uoluerit,
vt poſt prin.illius l. & hoc admittunt omnes.

Quarto præcedere debet inſtitutio legata,&
4 fideicõmiſſa.† nec in hoc eſt correcta hæc l. per
§.ante hæredis inſtitutionẽ Inſtit.de lega. & iſta
** opin. eſt cõior ** licet aliqui teneant contra-
riũ,hãc.n. tenẽt.Richar.Malumb. qui dixit ꝙ eſt
ordo qui nõ põt omitti,Iac.But.Pet. & Cy.Bar.
Alber.Fugl.Vincen.de Paleo.Rim.in prin.verſ.
quintum eſt neceſſarium.& Dec.nu.7.& ſeq.in
d.l. Cepol.caut.90. in teſtamentis Aret.in d. §.
cęcus,nu.2.& in d.§.ante hęredis,vbi idem tenet
Bal.in d.ſumma Angel.in d.uerſic.8. quam opi-
nionẽ ẽt fatentur cõem aliqui moder.qui tñ te-
nẽt contrariã partem,ut per Ferand.Vaſq.in ſuo
tracta.controuer.Illuſtri.c.103.num.10.

Quinto debent omnes ſeptem teſtes, & tabu
5 larius † ſe ſubſcribere, & ſigillis ſuis teſtamẽtum
ipſum conſignare,ut in d.l.fi.in princ. & in §.at
cum humana.in fi.

Sexto præmitto,ꝙ d.l.hac conſultiſſima,indu
cit formam in teſtõ cæci, a qua recedi nõ poteſt
ut ex plurib.egregie comprobauit clariſs.Mazo
nus in poſterioribus ſuis allegationib.ad reſolutio

* nẽ dubiorũ Mag.Frontorij,ꝙ & cõiter*tenetur,
6 id.n.ſatis † uidetur uoluiſſe Cyn.in prin. & in ad
dit.dum dicit ꝙ non poteſt omitti, & Alex. nu.
2.& uidetur tenere Corn. col.8. & Iaſ.col.pen.
ver.2.vltra Doc.in d.l.& in conſil.82. poſt prin.
3.uol.Aret.in d.§.cæcus,num.2.& Card.in con
ſi.149.alias allegatus,in prin.Igne.in l.3.§.ſi quis
codicillos.num.23.& 25.ff.ad ſenar. conſ.Sylla.
Vincen.Paleo.In d.l.hac conſultiſsima, Brun.in
tracta. de forma.in titu. quando aliquid cenſea.
trad.pro for.6.concluſione. fol.34. eo in titulo
de poten.& effe.for.3. columna,verſiculo,ſic &
in ultimis voluntatibus fol.51.& idem uidetur
tenere Alcia. in conſilio 32.in princip.nono li-
bro.ubi conſuluit in quæſtio. uerſura in ciuitate
Mutinæ & inferius alia etiam ad hoc adducen-
tur & clarius id affirmat conſilio 162. numero
ſecundo, 5.lib.

His ſic præmiſſis, cenſeo tam ſecundum teſta
mentum, quam tertium ex aduerſo productum
fuiſſe nullum,& inualidum, cum in eis defecerit
ſolẽnitates ex forma dictæ legis requiſitæ, nam
reſpectu ultimi,in quo tota uis fit, non interue-
nit aliquod ex dictis quatuor primis requiſitis.
Primo enim non conſtat in eo quod teſtator di-
xerit teſtibus & not.ipſi uelle ſine ſcriptis teſta
ri,ſed tantum dicitur quod uolens de bonis ſuis
diſponere in hunc modum per hoc præſens te
ſtamentum ſine ſcriptis nuncupatiuum diſpo-
nit,pro ut etiam ſolet dici in quocumque alio te
ſtamento non cæci,nec iſta uerba inferunt teſta
torem id teſtibus propalaſſe,& id illos edocuiſ-
ſe.in primis,& põt eſſe quod id tantum expreſſe
rit notario, & propterea ſciens eius uolũtatem
ea ſcripſerit, unde non eſt per hoc ſatisfactum
legi,nt clarius etiam inferius oſtendam, reſpon
dendo dubijs Magn.conſultoris.

Secundo, quod eſt ponderoſius, & urgen-
tius,non conſtat ex dicto teſtamento, quod te-
ſtator ipſe ore proprio dictauerit dictum ſuum
teſtamentum & omnia per eum diſpoſita, & no
tarius coram teſtibus dicta ſcripſerit, uel quod
teſtator prius commiſerit illud per eum ſcribi,et
exinde illud recognouerit, & diſpoſuerit, ut in
eo,qđ 2.loco fuit ſupra dictũ, neceſſario req̃ri,
quo fit ut eſſe poſſit ꝙ alibi fuerit ſcriptũ teſtib.
abſentib.et ꝙ notar interrogauerit teſtatorẽ,an
ſic uellet diſponere,et reſponderit ꝙ ſic,quo ca
ſu in uidente et ſano † teſtamentum ualeret, ut
7 not gloſ.et commu.Doc.in l.iubemus.C.de te-
ſta.et Duran.in trac.de arte teſtan.tit.4.Cau.2.
in princ.At in teſtõ cæci ſecus eſt, cum non ua-
8 leat, niſi † conſtet de præuia commiſſione data
per teſtatorem notario. d. §. at cum humana,et
tradũt ibi Doct.ſupra allegati, et Corn.in d.l.iu
bemus,col.pen.ubi Iaſ.col. antepen. uerſic.pro
iſta cõi Roma.conſil.306 propoſita,colum.2.li
mitatione et num.74. uerſiculo, non obſtat ter-
tium.et ẽt ibi Vigl.nu.10.Idem Caſt.in cõſ.155.

uiſo

viſo puncto,nu.2.col.2.ver. & plus alij dicũt 1.
vol.nouiſs.Cor.conſ.72.col.pen.1.uol.& conſi.
282.4.col.ante med.eo.vol.Igne.in l.hoc aũt ſe
nat.conſult.nu.64.ff.de ſenat. conſil.Silla.& Ro-
dor. Suares. in ſuis allegat. allegat. 1. nume.27.
35. & 36.In quibus locis Doct.intelligunt d.§.
at cum humana.loqui quando cæcus prius co-
miſerat ſcribi teſtamentum ſuum,& hoc conſta-
ret iuxta diſpoſitionem illius §.& propterea ali-
ter nòn valere teſtamentum. cum itaque neu-
trum conſtet horum requiſitorum interueniſ-
ſe, nec not. uel teſtes ullum uerbum de his fa-
ciant,ſequitur quod licet in alio uidente valeret
teſtamentum,in hoc cęci aliud ſit,ſed quod fue-
rit nullum.

Tertio ſimiliter non fuit bene expreſsũ,quos
hæredes inſtituerit ſaltem reſpectu fratrum de
Naſijs, qui non uĩr compræhendi ſub illa dictio
ne(dictos)quę hẽt orationem ſeparatam,de qua
aliqua inferius dicentur,tum quia partes ipſorũ
hæredum nõ uidentur certæ ꝑꝑ clauſulam(pro
una rata)æquiuocam, & quæ multipliciter acci
pi,& intelligi poteſt l.1.& ibi Dec.num.1. C.un
de libe.iuncta l.ſic pro rata. ff. de relig. & ſump.
fun. & Tiraq.in tract.de retract.tit.1. §.11.glo.
8.in princip.

Et quarto ꝑpoſtere fuit facta inſtitutio poſt
legata.& locum habet etiam communis opinio
ſupra citata.

Reſpectu vero penultimi teſti ultra ꝙ in eo ẽt
eſt defectus quod non conſtat fuiſſe ore pro-
prio teſtatoris ordinatum teſt. uel per not.ſcri-
ptũ coram teſtib. pro ut late dictum fuit ſupra
in 2.requiſito, in eo ẽt extat defectus inſanabilis
nempe ſigilli notarij, neceſſarij, ut ſupra omiſſi:
dubium autem nõ eſt, quin ob unicum ex requi
ſitis neceſſarijs†omiſsũ teſtm̃ uirib.careat,Caſt.
10 alleg.cõſ.362.In princ.2.uol.iux.illud euãgelicũ
qui in uno defecerit, factus eſt omnium reus.

Iactis his fundamentis ſupereſt euacuare ſub-
tiles dubitat.Magni.cõſultoris, ex quarum ſolu.
tanto clarior apparebit iuſt. huius Do. agentis.

Primo igitur non obſt.reg.§.poſteriore,inſti.
quib.mod.teſta.infir. quia illę tex.adfert ſecum
antidotum:additur.n.in textu(quod iure profe-
ctum eſt.)Vnde cum negemus hęc poſteriora te
ſtaméta perfecta eſſe,uel ualida, ceſſat illius text.
diſpoſitio:ſecundum.n.teſtamentum, etiam ſi in
11 eo ſit inſtitutus†Princeps, primum non tollit,l.
nolumus,ubi Doct.C.de teſt.& in propoſito de
eius inualiditate ſatis & ſuper ſupra oſtenſũ fuit.

Secundo obijcitur,reſpondendo fundamen-
to pro hac parte conſtructo, quòd fuit omiſsũ
per teſtatorem exprimi ſe uelle ſine ſcriptis te-
ſtari,ꝙ id ſatis aperte in princ. teſti uideatur ex-
preſsũ dũ. dr̃ (uolens de bonis ſuis diſponere ꝑ
hoc pręſens teſtm̃ ſine ſcriptis nũcupatiuũ,&c.)
hæc.n.cẽſentur verba teſtatoris,per not.relata,
12 †vt a iure præſumitur §. nos autem, in authen.
de Tabel.Bal.in l.error.num.2. C.de teſtam.ubi
Caſtr.nu.4.Rom.conſil.179.nu.6.cum alijs cita
13 tis in dubijs,& not.rogatus,cẽſetur† rogatus ab
eo, ad quem pertinebat.Roma.conſ.306.nu.2.
6.7.Alex.conſi.33.nu.14.in 3.

Obiectio iſta, quæ prima facie uidetur ali-
quod negotium parti agentis facere, tollitur ex
partibus: Primo,quia ut ſupra fuit oſtẽſum de-
buit teſtatori dicere,& proteſtari,ſe uelle teſta-
ri ſine ſcriptis,& id palam facere teſtibus, & Ta
bellioni, & notarius debebat in teſtõ ſcribere,
quòd talia dixerit, uel ꝓteſtatus fuerit, nec ſcri-
bere,prout cõiter ſit in omnibus teſtamẽtis nũ-
cupatiuis aliorum uidentium, ſeu non cæcorũ,
quia hoc modo nulla eſſet ſpecialitas in teſtõ
cęci,& propterea melius in aliis teſtamẽtis per
eundem teſtatorem conditis hoc requiſitũ ob-
ſeruatum fuit,ut in eis uidere licet,nec illa uer-
ba,uolens, &c.inferunt neceſſario, ꝙ talis eius
uolũtas per eum patefacta fuerit teſtibus, quod
ſi notarius ex ſe id intellexiſſet, & ſcripſiſſet in
teſtõ,uel recitaſſet ſine teſtatoris comiſsione eſ
ſet ne ſatisfactum legi ſpeciatim d. edoctionem
& expreſsionem requirenti?certe,non: quia nõ
probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.
l.non hoc.C.un.legi.

Secũdo ego dico, ꝙ illa uerba (uolẽs ſine ſcri
ptis teſtari per hoc ſuum nuncupatiuũ &c.)non
poſſunt dici uerba teſtatoris,ſed notarij:iũ quia
illa ſunt verba formalia,quæ exigebãtur de iure
antiquo,ut ſatis vr̃ probari in d.l.in teſtamẽtis,
quod quidem ius antiquũ in teſtõ cæci non eſt
correctum,ut ſupra ex cõi Doct.ſententia com-
probatum extitit,ſed quando uerſamur in uer-
14 bis formalib.uerba notarij appoſita † in inſtro
nõ cenſentur uerba partium uel teſtatoris,ut ad
propoſitum declarat Claud. de Seiſſel.in l.ſcien
dum.nu.15.ff.de uerb.ob.& idẽ eſt,quãdo uerſa
15 mur in clauſulis quas ſolent notarij † apponere
* in teſtametis uel aliis inſtrumẽtis cõiter*ita limi
tat illam regulam Io.And.in data ſexti,in princ,
col.fin.ver.3.cõſtat. & Affl.in c.1.§. notandum,
nu.42. de his qui feud.da.poſ. & ꝙ hæc clauſula
addatur ex practica notariorum, trad. Chriſto.
Port.in §.fi.Inſt.de teſt.col.antepen. ante fi.uer.
hinc ſumpta pract.& loquitur proprie,qñ clau-
16 ſula eſt concepta†per hęc verba(uolens.&c.)&
idẽ ibi tenet Bauer.nu.1.& idem vr̃ tenere Caſt.
in l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationẽ,poſt
prin.C.de teſta.& Bero.q.36. nu.2.& ſic etiã ui
demus plures clauſulas appoſitas in teſtamentis
cenſeri additas magis ex conſuetudine notario
17 rũ, (q̃ de uoluntate partiũ,vt de clauſula.C.iure
inſtitutionis) trad.Bal.in l.quoties,in fi.nu.1.C.
de hęredi.inſtit. Barb.conſilio 42. colum.8. &
conſi.48.colum.7.1.uolum. & Curt.ſen. conſi-
18 lio 3.numero 7.Idem de clauſula,† in omnibus
autem aliis &c. trad. poſt But. conſil. 37. in fi.
Cur.dicto num.7.& de clauſula,ſi nõ ualet iure

teſtamenti, trad. Bart. in l. prima. ff. de iu. codicil.
Gram. qui dicit communem in deciſ. 62. nu. 22.
& ſexcentos allegat Tiraquel. in repet. l. ſi vnq̄.
C. de reuocā. donat. in præfatione, num. 126. &
opin. Cur. in d. conſ. ſequitur Cagn. diſtinguens
inter verba partis, & verba notarij in l. ſi libra-
rius, nu. 19. ff. de reg. iur.

Quibus additur, ꝙ licèt præſumatur not. appo
ſuiſſe verba de uoluntate teſtatoris, ut per Bart.
allegatum in l. ſi quis filiabus. num. 3. ff. de teſta.
tute. & per alios in dubijs citatos, non tamen
ut dixi ſequitur, ꝙ teſtator illa verba protulerit,
& expreſſe coram teſtib. illa dixerit, ut l. prælle
gata exigit. nec ſola eius volūtas ſine exp̄ſſa edo-
ctione uel proteſtatione ſufficeret, quo caſu illa
clauſula non poteſt hanc nullitatem ſanare, & tā
to minus cum ſolita ſemper ſit apponi in omni
bus teſtamentis quorumcumque teſtantium, ut
ſupra, & quod uidere licet ex formis Spec. in al-
legato §. compendioſe, in tribus ultimis ſolijs, &
Aret. in ſuo tracta. teſtamen. in gloſ. 5. ſuum te-
ſtamentum nuncupatiuum. &c. Vnde nō poteſt
dici appoſita ad ſolemnizandum teſtamentum
cęci, & maxime cū non ſit ſine effectu, ſi appona
tur in teſtō non cæci, cum tollat dubium, an uo
luerit teſtator in ſcriptis, vel ſine ſcriptis teſtari,
19 ex quo de teſtō eſt † confecta ſcriptura, ut trad.
Caſtr. in d. §. per nuncupationem, & clarius Be-
ro. d. q. 36. nu. 2. ſatis. n. operantur uerba, quę du
bitationem tollunt, Cag. in l. quæ dubitationis,
in prin. ff. de reg. iur.

Quod aūt not. cēſeatur rogatus ab eo, ad quē
rogari pertinet, non uř huic q̄ōni multū conue
nire, cū & ſi id verum eſſet, nihil ad edoctionem
vel proteſtationem exprimendam per teſtato-
rem, quæ non cenſetur expreſſa, niſi id appareat
ut ſupra, nec not. ipſe atteſtatur factam fuiſſe, ut
ſupra comprobatum eſt.

Tertio fit fundm̄ in dubijs ad tollendū obie
ctionem noſtram, de qua ſupra in 2. requiſito, in
clauſula notarij ſpecificantis in teſtō teſtes fuiſ
ſe adhibitos, & rogatos, ut in fine ipſius teſti ibi
(oīb. teſtib. ad præmiſſa uno contextu uocatis a
d. teſtatore) quæ uerba etſi in fine ſunt poſita ſe
cundum ordinē ſcripturæ, ſecundum tñ ordinē
intellectus cenſentur eſſe in principio poſita, cū
20 dicatur (ad pręmiſſa) † & ſic ante factum nō pōt,
ut in l. hæredes palam, §. pe. ff. de teſta. & in auth.
rogati, C. de teſti. & uerba ſunt intelligenda ſe
21 cundum iuris diſpoſitionem, ad notata in l. hæ-
redes mei § cum ita, ff. ad Trebel. Iſer. in titu. ex
quib. cauſ. ſeud. amit. verſ. huius autem generis,
num. 11. & ordo conuertendus eſt, ut ualeat di-
ſpoſitio. l. cum in teſtamento. §. 1. ubi Bal. & alij,
de hæred. inſtit. cum alijs. de quib. in dubijs.

Sed nec etiam per hanc clauſulam poteſt ſa-
nari defectus validitatis d. teſti, cum non conclu
dat, quod propterea teſtator edocuerit teſtes ſe
uelle ſine ſcriptis teſtari, quod neceſſarium eſt
in teſtō cęci: licet. n. illa clauſula operetur quod
valeat teſtamentum & non annulletur ex eo, ꝙ
teſtes non fuerint rogati a teſtatore, quod ordi-
narie, & regulariter in quolibet, etiam vidētis tē
ſtamento requiritur, ut in d. iuribus, in quo nos
non facimus aliquod fundamentum: non tamē
concludenter probat quòd teſtator prædixerit
ſe uelle ſine ſcriptis teſtari, & poteſt eſſe quòd
rogauerit teſtes, & illa neceſſaria non prædixe-
rit & ſic non probat hoc eſſe, &c. immo poteſt
etiam eſſe, quòd notarius præſente teſtatore ro
22 gauerit teſtes, & ſatis cenſerentur † rogati a teſta
tore, Alexan. conſil. 33. 4. colum. in 3. uolum. &
Duran. d. tracta. titulo ſecundo, cautela 8. & ſic
potuiſſet ſcribere, quòd fuiſſent a teſtatore roga
ti. Vnde ex his non poteſt inferri ad alium actū
23 † ſeparatū neceſſarium, ut ſupra. Et cū iſta clau-
ſula ſit neceſſaria in quolibet teſtō etiam non cę
ci, ut per Bar. & alios in d. §. pen. Por. & alios in
§. fi. præallegato, Inſtitu. de teſtam. non poteſt di
ci ꝙ ſuppleat illud neceſſariū ſpecialiter in teſta-
mento cæci, quia alias ſuperfluum fuiſſet, in te-
ſtamento cęci hoc ſtatuere.

Quod etiam ex alio tollitur, quia iſta clauſula
eſt ſolita apponi per not. ut per Bar. in d. §. pen.
& Port. & Bauer. in §. fi. & ſic non poteſt dici ea
fuiſſe uerba teſtatoris, ut ſupra dictum fuit, ſicut
etiam illa uerba (uno contextu) non tollunt obie
ctionem noſtrā cum nihil aliud importent, quā
quòd nullo alio actu medio interueniente. §. fin.
d. l. hæredes palam, & §. 1. iuncta gloſ. uno con-
textu, Inſtit. de teſta. ubi Bauer. num. 47. Vltra ꝙ
non probatur ex verbis ipſis rogitum huiuſmo-
di factum fuiſſe ante teſtamentum & uerba illa
(ad præmiſſa) ſonant cōtrarium, & cum fuerint
addita in fine, nō cenſetur ſeruata forma d. l. hac
conſultiſſima, quæ in princ. diſponit primum te
ſtatorem debere teſtes edocere ſe velle teſtari ſi
ne ſcriptis, & deinde exprimere nomina hære-
24 dum, & dubitandum non eſt hoc caſu † dari for-
mam, ex quo datur prius, & poſterius, Bal. in l. 1.
col. pe. nu. 12. C. ne lice. ter. prouo. Feli. in c. cum
dilecta. colum. 7. 6. ſigno cognoſcendi formam,
de reſcrip. late Brun. d. tract. de form. in ti. quan
do aliquid cenſea. trad. pro for. verſic. 15. con-
clu. fol. 40. & hoc caſu prępoſteratio nocet, ut ſu
pra in 4. requiſito comprobatum fuit, nam tem
pus ordinatum a lege ſeruandum eſt, Bal. in l. or
do, in 2. col. C. de excu. rei iudi. & alij in alijs lo
cis, & iura allegata in dubijs non habent locum
quando exigitur quid fieri ante, uel poſt pro for
ma, q̃ a ordo prępoſterus ēt vitiat ut ſupra. Et rō
25 particularis in teſtō cæci aſſignatur † ꝑꝑ pericu-
lū falſitatis, quę facilius cōmitti pōt in eius teſtō
quam in teſtō uidentis, ut ſat videtur probari in
d. l. hac conſultiſſima, in fi. & ibi Iaſ. colum. 1. uer
ſic. 3. multum mouet, de quo etiam per Soci. in
conſi. 163. colum. 2. 2. uol. & Cur. iun. in l. hac cō
ſultiſſima. §. ex imperfecto, num. 7. C. de teſtam.

Boer.

Boer.deciſ.240.num.20.& quia ex trad.per Do
ctor.allegatos ſupra.in 4.requiſito & etiam in 1.
& maxime Rimin.in d.l.hac conſultiſſima,cõſtat
26 quòd ordo † ſcripturæ erat etiam ſubſtantialis,
ante correctionem per iuſtitiam factam in d.§.
ante hæredis inſtitutionem,cum ius antiquũ nõ
ſit immutatũ in teſtamento cęci,ſecundum com
munem opinionem,ſequitur quòd ille ordo eſt
etiam nunc de ſubſtantia,& forma,& eo non ſer
uato corruit teſtamentum. Nec Bru.in allegato
tit.quando aliquid cenſeatur trad.pro for.in 4.
limit.fol.42.loquitur hoc caſu,quando ordo eſt
datus pro forma, ſed pro ſolemnitate, quod eſt
27 quid diuerſum,& omiſſio†leuis ſolẽnitatis non
vitiat,ſed formæ ſic,ut trad.late Fernand.Vaſ.in
ſuo tract.de ſucceſſ.creatio.§.9.num.9.& nume.
11.& ſi Bru.id uoluiſſet,nõ bene loqueretur ſtan
te communi opinio.de qua ſupra.Et quia ſupra
probatum eſt illa uerba eſſe notarij.& non teſta-
toris,non opus eſt diſputare ſuper illa clauſula,
ſanus,&c. in qua non magnum facio fundamen
tum,ex quo habemus de iſtis clauſulis quòd ſint
appoſitæ ex conſuetudine noſtrorum,& ſic non
cẽſeantur verba teſtatoris eſſe deciſiones ſpeci-
ficas & in indiuiduo,vt ſupra.

Quarto adducitur in dubijs pro reſponſione
ad fundamentum noſtrum, ſuper tertio requiſi-
to, nõ obſeruato,quod ſatis fuere nominati fra
tres de Naſijs, ex quo illud adiectiuum, dictos,
determinat utroſq; fratres de Patinis,& de Na-
ſijs,ut in dubijs.ſed certe negari nõ poteſt, quin
etiam hoc habeat difficultatem & dubiũ.ex quo
28 illud verbum,† dictos,non uidetur poſſe referri
ad poſitos in alia oratione non continuata ſcri-
ptura, ſed facta interpoſitione aliorum verborũ
(pro vna rata,& pro alia rata)iuxta trad.per Bar.
in l.fi.ante fi. ff.de reb.dub. & non uidetur etiam
poſſe fieri relationem ſalua ratione recti ſermo-
nis.l.Plautius,ff.de auro & argen.lega ubi Bar.&
Bal.in d.l.extat.num.2.& quicquid ſit de iure,ne
gari non poteſt,quin poſſit dubitari,an certa fue
rit,et clara eorum inſtitutio.quod tamen requi-
ritur,ut ſupra.et cum etiam reſpectu partium hę
redum in ipſa inſtitutione dubium eſſe uideatur
propter illa uerba, pro rata, ut dixi, ſequitur ꝙ
nulla fuit inſtitutio tanquàm incerta.

Dum autem dicitur formam conſtitutam ad
29 tertium finem poſſe per æquipollens†ſeruari ci-
tan.Bru.d.trac.de implemen.et obſeruan.for.in
2.fall. fol.75.reſpondetur, ꝙ Brun.ipſe col.2.ibi
uerſ.et circa iſtam limitationem,nõ audet illam
opin.firmare, dicens ꝙ tutius ſit ſeruare formã,
& ꝙ forte iudices non admitterent obſeruantiã
formæ per æquipollens,impleri non poſſit,trad.
Dec.conſ.466.nu.19.Boer.deciſ.1.nu.44.& Soc.
iun.in conſ.37.nu.16.2.uol.& Tiraq.in trac.prę
dicto de retract.tit.1.§.1.glo.21.num.11.

Quinto loco reſpectu præpoſterationis,& or
30 dinis ſcripturæ†non ſeruati,dicitur in dubijs,ꝙ
ultra Iaſ. conſ.27.in 1. & Rui.conſ.68.nu.2. in 2.
videntur ceſſare adducta pro fundamento ſuper
quarto requiſito ſupra tacto,quia §.cęcus,nil no
ui uidetur inducere,tum quia Imperator ibi bre-
uib.uerbis uoluit docere iuuenes,ut in proęm.il
lius lib.tum quia ſe refert ad d.l.hac conſultiſſi-
ma,& relatum eſt in referente,iurib.vulg.nec or
do ille præmittendi inſtitutionem uim aliquam
facere debet,ut per Bru.d.trac.in tit.quando q.d
cenſeatur.trad.pro for. in 11.concl.2.limit.fol.
36.& ꝙ d.§.cæcus,non inducat formã,trad.Soc.
in l.1.ſub nu.8.de lib.& poſt. Sed certe hæc diffi
cultas facile tollitur,quia,ut ſupra in d 4.requiſi
to oſtenſum eſt,cõis eſt opin.Doct. quod teſtm̃
uitietur ꝑꝑ hanc præpoſterationem,& formam
non ſeruatam. & licet aliqui teneant cõtrarium
tamen quia plures Doct.& pondere,numero,&
menſura excellentiores tenent hanc partem,ab
ea non eſt recedendum,iurib.vulgar.& licet Iaſ.
in d.l.hac cõſultiſſima,adducat auctoritatẽ Spe.
pro aduerſa parte, ut in d.§.illud autem uoluerit
poſſe in teſtamento cæci deſcribi legata ante hę
redis inſtitutionẽ, tamẽ ſi bene inſpiciatur Spe.
non dicit hoc,nec ponit talem formam,licet in
proęm.prius præpoſuerit legata,non extenden-
do ea ſuo loco,ſed uno verbo inter dentes,ut in
illa forma, & ſup.in d.§.illud.dum refert neceſſa
ria requiſita a d.l. ponit prius inſtitutionem hæ-
redis quàm legata, adeo ꝙ in auctoritate Specu.
modicum poteſt fieri fundamentum & ſtante
* hac communi* opin. in his terminis non eſſet di
ſputandum ſuper rationibus, quibus etiam poſ-
ſumus commode ſatisfacere.

Et primo, quod §.cæcus, nil noui inducat,fal
31 ſum eſt,quia inducit formam,†ut alias oſtenſum
fuit,& denegat poteſtatem teſtandi,non obſer-
uata dicta forma d.l.hac cõſultiſſima.ut per Car
di.conſ.allegato 149.in prin.Fulg.conſ.90.nu.2.
& Cuma.conſ.113.ſi teſtator,nu.1.& licet pro iu
32 uenib.Imperator librum Inſtitutionum†cõpo-
poſuerit, non tamen eſt quin ille contineat ll.&
omnia ibi diſpoſita uim legum habeant, §.fin.in
proęm.illius lib.nec eſt credẽdum,ꝙ ꝑꝑ pueros
Imperator male fuerit loquutus,ut per gl.in uer.
habent,in ti.de rerum diuiſ.in prin.Inſtit.& licet
ſe remittat reſpectu exceptionis Imperator ad
d.l.hac conſultiſſima,non tñ negari poteſt, quin
per verba expreſſa illius §. negetur potẽtia actus
nõ ſeruata illa forma.nec gl.ibi negat,quin prius
facien.ſit inſtitutio quam legata relinquant,imo
id vr̃ aperte fateri ꝑmittendo iuſtitutionẽ.& cũ
ex alijs ſatis conſtet diſpoſitionem d.l.eſſe indu
ctam pro forma,quod & cõiter tenent citati ſu-
pra in 6.præmiſſo, non eſt opus controuertere,
an ex diſpoſitione huius.§.ſit inducta forma.

Ad id autem quod tepide firmat Soc. ex Bar.
in l.cũ lex, de fideiuſ.in d.l.1.reſpõdetur ex trad.
per ipſummet Bar. & alios in l.Gallus.in prin.de
33 lib.& poſth.quod verbum poteſt, ſi habet†ante

negatiuam, negat actũ & potentiam & non ua-
let actus,& lex eo caſu actui reſiſtit,ut probatur
in inficitis ll.in l.nemo poteſt,de leg.1.& l.1.in
prin.de ver.obl.ubi Rip.nu.3.in l.ſtipulatio iſta,
§.alteri.ff.eo. ubi Iaſ.dicit, ꝙ defecit excellentia
Bar.in d.l.cũ lex.& Iaſ.in d.l.Gallus,in prin.1.le
ctu.col.4.& 3.vbi dicit opi. Bar.diſting. inter tẽ
pus præſens, & futurum,eſſe truffam, & ſequun-
tur moderniores in d.locis.

Sexto non obſtat, ꝙ verba ponderata in d.l.
hac conſultiſſima,in uer.(ante latæ formę)nõ in
ducant formã,cũ verba hęc aliud poſſint impor
tare,nempe leges,ſeu normas, l.formam.ubi gl.
C.de off.præfec.præto.orien.cum alijs.de quib.
in dubijs.ſed certe licèt uerbum forma, diuerſi
mode in iure capiatur, hoc caſu pro ordine ne-
ceſſitatis,& forma, quæ eſt legis ordinata diſpo
34 ſitio, certos† habens fines,l.certa forma. C. de
iure fiſ.lib.10.& l.forma,de cenſib.& tradit Ti-
raq.d.trac. de retrac.tit.1.§.36.gl.2.nu.26.quę
omnino eſt ſeruanda,alias actus eſt nullus, ut fir
mat Dec.ponderando illa uerba, & multa alia il
lius legis,nu.9.in d.l.quam opin.tenent tot alij
ſupra citati in d.6.præmiſſo,ut nefas eſſet ab eo
rum ſententia diſcedere.

Septimo non obſt.ꝙ in teſtamentis uoluntas
dominetur.l.in condõuib. ubi Bar.ff.de cõdi.&
dem.& ꝙ finalis ratio harum ſolemnitatum ſit,
ne falſitas cõmittatur,l.fi.uer.lex etenim, C. de
fideic.Boer.d.deci.240.nu.20.& uer.d.l. hac cõ
ſultiſsima, in fi.conueniunt. Vnde uř ꝙ tuenda
ſit mẽs teſtatoris,qui duplici, & geminato teſtõ
uř uoluiſſe ſororem excludere,& hæredes inſti-
tutos admittere ad eius hæreditatem. Namque
certum eſt uolũtatem teſtatoris non ſolemnem
35 nihil poſſe† operari.niſi inter liberos,d.l.hac cõ
ſultiſs.§.ex imperfecto,C.de teſt.& teſtm̃ primũ
ſolemne,non tolli,uel rumpi, per aliud non ſo-
lemne,d.l.nolumus. C.eo.quæ loquitur etiã in
inſtituto in 2.principe,& cũ teſtamẽta poſterio-
36 ra proceſſerint non ſeruatis debitis †ſolemnita-
tibus habent ſuſpitionem falſitatis, Soci.d.cõſ.
163.2.colum.Et tanto magis hoc procedit, cũ
ipſa Domina in primo teſtamento fuerit hæres
37 inſtituta,& ſuccedebat etiam fratre† ab inteſta-
to,ut in ſimili tradit Ang.conſil.334.punctus,in
fi.Cuman.dicto conſilio 113. num.2.& Corn.
conſil.232.colum.4.poſt prin.1.uolum.Vbi di-
cit, quod quando inſtituuntur uenientes ab in-
teſtato, tunc minus vel nihil ſuſpectum eſt te-
ſtamentum.

Octauo quo ad teſtamentum penultimum ha
bens octo teſtes, cum ſuis ſubſcriptionibus, &
ſignaculis,& ſubſcriptionem not. cum ſigno ſui
Tabellionatus dubitatur, ꝙ eius ualiditas tueri
poſſit,cum ſufficiat quolibet ſigno ſignare,Bar.
in l.ad teſtium,§.ſignum, ff.de teſt.& ſufficit ad
38 euitandum falſitatem,per æquipollens † ſolem-
nitatem impleri,Brun.d.tract. tit.de implemen.
form,1.fallen.fol.75.& in caſu d.l. hac conſultiſ
ſima, Neuiz.conſil.2. num.21. & faciunt etiam
trad.per eundem conſilio 77. num.14. & Pariſ.
conſil.33.colum.penult.in 2.uolum. & ſatis ui-
detur factum, ex quo totum non eſt omiſſum
Brun.in tit.de poten.& effect.in 9. limit.

Sed certe nullo modo defendi poteſt va-
liditas huius ſecundi teſtamenti, cum ſicut
tertium non contineat quod diſpoſita in eo
ore proprio teſtatoris fuerint ordinata, & ſcri-
pta per notarium in præſentia teſtatoris, & te-
ſtium, aut quod teſtamentum prius per nota-
rium fuerit ſcriptum de commiſſione teſtatoris,
& poſtea per eum recognitum, ut dictum fuit
ſupra, & ultra obiectiones ſubtiliter factas per
Magnificum Mazzonum aduerſus ipſius præten
ſam validitatem habet morbum inſanabilem, ꝙ
non fuit ſignatum ſigillo a notario, qui de eo
fuit rogatus, ut exigit d.l. hac conſultiſſima.nec
ſufficit quòd appoſuerit ſignum Tabellionatus,
39 quia debet eſſe † ſignum habens caracterem,&
de eo intellexit Bart.in d.§.ſignum.alias dixiſſet
expreſſe contra illum text. qui requirit ſignum
40 habens † caracteres. ideſt formam inſculptam,
quod ibi tradit Ang.Imola & Aret.gl.in uerb.an
nub.& ibi Chriſtoph. Port. & Bauer.nu.5.in §.
poſſunt,Inſtitu.de teſta.& Spec.in d.§.compen-
dioſe,car.pen.ver.ipſe etiam ſic debebit.non igi
tur ſat fuit ſubſcribere ſine ſignaculo,dicta l.ad
teſtium.§.pe.ubi omnes.& licet quãdo notarius
non poteſt haberi ſufficiat adhiberi octauum te
ſtem qui pro eo ſigillet,& ſubſcribat poſtquam
teſtamentum ſcripſit, tamen nõ verſamur in eo
caſu,ex quo potuit haberi, & habitus fuit ac in-
teruenit not. qui cũ non ſigillauerit non fuit ſer
uata forma,& annullatum fuit teſtamentum.Vl
tra quòd eo caſu quo 8.teſtis loco not.adhibe-
tur, inſtrumentum teſtamenti non probat niſi
examinentur omnes teſtes qui recognoſcant te
ſtamentum, & teſtificentur de ueritate conten-
torum in eo,iux.l.publicari.C.de teſtam.vt trad.
Doc.in l.hac conſultiſſima.

Quod autem ſufficiat per æquipollens ſerua
re formam, non eſt uerum, ut ſupra oſtenſum
fuit: & licèt reſpectu expreſſionis hæredis multi
41 teneant quod ſufficiat per æquipollens,ut ſi† in-
ſtituatur ꝑſona ſingularis nominis,vt Gallo preſ
ſus,quo caſu loquitur Neuiza.d.conſ.2.& Doc.
in l.1.C.de li. & poſth.tñ in his ſubſcriptionib.
& ſignaculis requiſitis conditionaliter per abla
tiuos abſolutos, iux.not.in rub.ff.ſol.matr. & in
42 alijs locis, ordo datus nõ importat leuẽ formã,
& dẽt ſpecifice obſeruari. Iaſ.in l.2. §. prius aũt,
2.col.poſt Aret.& Alex.ff.de vulg.& pupil. Tira
quel.tracta.de retract.conuentio.§.2.glo.1. nu-
mero 13.& ſequen.& in tracta. ceſſant.can.1.li-
mitat.num.61.

Ad vltimum uero quòd ſufficiat implemen-
tum pro parte,reſpondetur ex [illegible] tradit.per Tiraq.

in tract. prædicto tit. 1. §. 1. gl. 21. num. 11. & 12.
43 Vbi † dicit formam eſſe indiuiduam, & non pro parte impleri.

Et hoc tanto magis procedit, quando agitur non de pęna euitanda tantum, ſed de præiudicio tertij, pro ut hic agitur de præiudicio huius Dominæ ſuccedentis ab inteſtato, & inſtitutę in primo teſtamento, & hoc caſu loquitur Brun. d. loco allegato Tiraquel. d. tract. tit. 2. §. 4. gl. 6. num. 39. & ſeq. Ex quibus ſublato ſunt omnia dubia Magnifici conſultoris, & clara apparet iuſtitia ipſius Dominæ agentis, ad cuius fauorem ſententia iuſte lata per Magnificum Dominum prætorem tunc Mutinę, & nunc Ferrariæ, Virum undequaque integerrimum, & diſertiſſimũ, venit confirmanda, cuius etiam auctoritas multum eſt cõſideranda. Nam & ſententia, a qua etiam eſt ap-
44 pellatum, habet † aliquam præſumptionem pro ſe. c. in præſentia, ubi I. nola, de retract. Alcia. in tracta. p ræſumpt. regula 3. præſumptione. 9. numero 8. Et cum ex ſupra deductis & ex alijs in hac cauſa copioſe allegatis luculenter appareat, bene fuiſſe & eſſe iudicatum per Magnificum iudicem a quo. & male ex aduerſo appellatum, ſuperuacuum eſſet diſſerere ſuper alio morbo teſtatoris, quo penitus propter dementiam ſuam, & furore prohibebatur teſtari. de quo multi teſtes pro hac noſtra parte teſtantur ſuper hoc quo etiam uidi abunde ſcriptum, & ſi opus erit ego quoque late ſcribam, cum ea quæ ſcripta ſunt, in dubium reuocabuntur. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

Contra conſuluit Riminaldus iunior conſilio 84.

ARGVMENTVM.

Sentẽtia eſt nulla, lata contra minorem, & per iudicem recuſatum.

Et quando ſententia nulla poſsit reformari?

Attentata quæ ſint, & quomodo ſint reuocanda?

Inſtitutio in iure patronatus, an ualeat facta non ſeruata forma capituli finalis de electione in ſexto, & quomodo ſint faciendæ citationes.

Et inſtituendus, an debeat eſſe presbiter actu, & alia ad rem iſtam non ſpernenda.

SVMMAE.

1 *Sententia lata contra pupillum non ſubſiſtit.*
2 *Statutum laicorum priuilegians aliquam probationem, debet ſeruari, etiam in foro eccleſiaſtico.*
3 *Producens aliquam ſcripturam, cenſetur omnia acceptare, & vera eſſe fateri, & quando, num. 5.*
4 *Liber, in quo mortui deſcribuntur, non facit fidem.*
6 *Procurator non conſentiens niſi in parte, & partibus, non conſentit in fauorabilibus.*
7 *Scripturam impugnatam poteſt quis acceptare & in ea ſe fundare.*
8 *Et maxime, ſi reiecta eſt impugnatio, & admiſſa ſcriptura.*
9 *Aetas probatur optime ex baptiſmo.*
10 *Probatio a communiter accidentibus, eſt concluſiua.*
11 *Baptizari cito debent infantes.*
12 *Baptizatum aliquem fuiſſe parum poſt eius natiuitatem præſumitur.*
13 *Pater præſumitur capere ſalubrius conſilium in fauorem filiorum.*
14 *Coniecturæ & indicia, probant ætatem.*
15 *Patris conſenſus nihil prodeſt filio litiganti in beneficialibus.*
16 *Minor non dicitur defenſus, qui non fuit defenſus per legitimum adminiſtratorem.*
17 *Acta poſſunt iterum fieri, et rurſus ferri ſententia, ex ſtylo Rotæ vrbis.*
18 *Secus ſi nulla eſt facta repetitio actorum, & de nullitate principaliter agitur, & ſi lis ſit in partibus, non Romæ.*
19 *Diſpoſitio, quæ non poteſt verificari in ſuo præſuppoſito, non poteſt verificari in alio caſu.*
20 *Sententia eſt nulla lata per iudicem recuſatum.*
21 *Arbitri ſunt eligendi iudice recuſato, etiam ſi id per recuſantem non petatur.*
22 *Proceſſus eſt nullus factus a iudice recuſato, ſi iam ſint electi arbitri.*
23 *Recuſatio eſt iuſtiſsima illius, qui propalauit votum.*

24 Recuſatio iudicis eſt reiicienda, ſi notorie, & euidenter conſtat de calumnia, quod in actis eſt exprimendum.

25 Recuſari poteſt iudex poſt concluſum in cã, ſi ſuperueniat de nouo cauſa recuſationis.

26 Conſultor poteſt recuſari.

27 Sententia nulla poteſt per iudicem reformari, quando proceſſus eſt validus.

28 Quod habet locum, ſi ſit petitum reformari.

29 Secus eſt, quando eſt nullus proceſſus.

30 Poſſeſſorium prius eſt cognoſcendum ſuſpenſo petitorio, & quando.

31 Sententia eſt nulla lata ſuper petitorio, quæ debebat ferri ſuper petitorio.

32 Poſſeſſorium & petitorium poteſt ſimul cognoſci ex principis commiſsione.

33 Reſcriptum, ſecundum iuris diſpoſitionem eſt interpretandum.

34 Iudex non poteſt cognoſcere de meritis, licèt ſit commiſſum, ſi eſt appellatum, & de poſſeſſorio cognoſcere debebat.

35 Dictio quatenus, cuius ſit virtutis.

36 Poſſeſſorium eſt prius iudicandum, licet ſint deducta aliqua iura concernentia petitorium.

37 Petitorium poteſt ſuſpendi in beneficialibus etiam in cauſa appellationis.

38 Sententiam nullam ex defectu iuriſdictionis Princeps poteſt confirmare.

39 Iudex deferens appellationi, non poteſt attentare.

40 Appellatio licet admiſſa, ſi & in quantum, cenſetur ſimpliciter admiſſa, ſi de iure erat admittenda.

41 Appellatio cenſetur admiſſa, licet alter arbitrorum tacuerit.

42 Attentatum vt dicatur, innouatio ſufficit.

43 Inuocatio brachii ſecularis, eſt reuocanda, quando legitime fuit appellatum a diffinitiua.

44 Poſſeſsionis traditio eſt reuocanda, ſi legitime fuit appellatum a diffinitiua.

45 Poſſeſsionis traditio probatur ex appoſitione cuſtodum.

46 Clauſula, ſine præiudicio, præiudicat in illa cauſa, ſed operatur reſpectu iurium ex alia cauſa.

47 Proteſtatio contraria facto, non releuat.

48 Poſseſsione quis non priuatur per ſequeſtrationem, vel auocationem.

49 Poſseſsio ad euitanda ſcandala, vel eſt auocanda, vel ſequeſtranda.

50 Attentatorum reuocatio poteſt ſemper peti ante concluſum in cauſa.

51 Attentata non ſunt reuocanda, quando notorie conſtat de non iure petentis.

52 Et de hoc non iure opponi poteſt in remedio reuocationis attentatorum.

53 Patronatus vocem habet integram omnium, qui habet maioris partis.

54 Inſtrumentum imperfectum mortuo notario ſaltem ſemiplenum facit probationem.

55 Inſtrumento obſeruato, licèt non ſolemni, ſtandum eſt.

56 Præſentationis poſseſsio acquiritur per vnicam præſentationem, quæ effectum ſortiatur.

57 Patronus poteſt habere duas voces, & propriam, & alterius.

58 Præſentatio prima in iure patronatus præfertur poſteriori.

59 Inſtitutio in iure patronatus facta, an valeat non ſeruata forma capitulo fina. de electio. in ſexto.

60 Et quid ceſsante conſuetudine, & in præſentatione.

61 Generalis prouiſio tantum operatur quo ad omnes, quantum ſpecialis quo ad ſpecificatos.

62 Citatio generalis per edictum valet, quando aduerſarius eſt incertus.

63 Forma inducitur per appoſitionem decreti annullatiui.

64 Inſtitutio in iure patronatus facta cum reſeruatione iurium omnium aliquo comparente, habetur pro non facta.

65 Forma poteſt per æquipollens obſeruari, ſi effectus idem habetur.

66 Immiſsio in poſſeſsionem rerum vacantium valet facta ſaluo iure omnium, &c.

67 Conceſsio cum illa clauſula, ſi non eſt ius alteri quæſitum, annullatur, aliquo docente de ſuo iure.

68 Patronis litigantibus poteſt ordinarius ſaluo iure vincentis ponere rectorem ad eccleſiam.

In-

69 *Inſtitutio in iure patronatus non fit ſine examinatione præſentendi.*

70 *Examinatio electi ad ius patronatus non eſt de forma ita vt ſine illa inſtitutio corruat.*

71 *Præſentatio in patronatu ius dat ad rem, inſtitutio vero in re.*

72 *Practicam illam non poteſt quis improbare qua vſus eſt.*

73 *Patronatum qui vult aſſequi, debet eſſe praſbiter actu, ſi ita requirat teſtator.*

74 *Poteſt tamen hoc diſpenſari accedente conſenſu patronorum, vel maioris partis.*

75 *Et an epiſcopus poſſit hoc caſu diſpenſare cũ conſenſu patroni.*

76 *Reiiciturque opinio Curtii.*

77 *Et an requiratur cauſa, vt tollatur hac voluntas teſtatoris, & quando.*

78 *Sed quid in Vicario epiſcopi?*

79 *Titulus in iure patronatus ſufficit, ſi habet quandam præſumptæ iuſtitiæ imaginem.*

80 *Titulus coloratus ſufficit, ſi de poſſeſſorio eſt iudicandum.*

81 *Patronatus collatio, quando valeat facta per Vicarium.*

82 *Beneficium ſi duobus eodem die ſit collatum, prior præfertur.*

83 *Et an poſſeſſor hoc caſu ſit præferendus?*

84 *Poſſeſſio iuſtificat titulum in collatione beneficii facta a diuerſis, vel ab eodem.*

85 *Beneficium conferens ſufficit quod ſit in poſſeſſione conferendi.*

86 *Gratia annullatur illis non expreſsis, ob quæ concedens fuiſſet difficilior.*

87 *Beneficium ſi concedatur a Papa ad preces non exprimentis de poſſeſsione alterius cũ titulo colorato, non valet conceſsio.*

88 *Papa non concedit beneficium per alium conceſſum titulo colorato.*

89 *Beneficium impetrans, debet facere mentionem ſe eſſe canonicum.*

90 *Et ſe habere alia beneficia.*

91 *Clauſula, perinde valere, retrotrahitur, & quando?*

92 *Patronatus in conceſſione magis eſt fauendum reo, poſſeſſori, & pauperiori.*

CONSILIVM LXVII.

In Domino confido:

NOn obſtantibus ſcite & ſubtiliter
adductis in dubijs copioſè exci-
tatis contra Dom. Aſcanium Dra
ghettum, ſententia tamen aduer-
ſus ipſum lata venit reuocanda,
tanquam nulla, & iniuſta: ad ipſius enim nullita-
tem conuincendam primo differendum eſt, de
iniuſtitia vero poſtea dicemus. Duo namq; per
Clariſs. Coaduocatum conſtructa fuere funda-
menta ad nullitatem ipſam oſtendendum inter
cætera, quæ ipſe eleganti ſtilo proſequutus eſt. al
terum eſt, ex quo contra pupillum lata fuit ſen-
tentia: alterum, quia per Iudicem, & conſultorẽ
1 recuſatos. primum caput † optime eſt fundatum
ex tex. in l. acta, §. fin. ff. de re iudic. & in l. non eo
minus, C. de procur. & utrobique not Docto. &
in beneficialibus eſt tex. in cap. fi. de iudi. in 6. &
trad. Sebaſt. Vant. in tracta. de nullita. & in tit. de
nullita. ex defectu inhabilita. ſeu manda. compa.
num. 27. & ſequen. & ibi, num. 38. dicit hanc ex-
ceptionem poſſe quandocunque opponi, ex re-
gula l. licet. C. de procur.
Quod autem prædictus D. Aſcanius tempore
moti iudicij eſſet impubes, ſatis conſtat ex uac-
chetta baptiſmatis producta in proceſſu per par
tem aduerſam, fol. 129. in qua conſtat, ipſum fuiſ
ſe baptizatum de anno 1546. die 18. Octobr. cui
vacchettæ omnino ſtãdum eſt, & diſpoſitionem
ſtatuti ciuitatis Mutinę ſub rubr. de probatio. in
prin. in quo dicitur idem fuiſſe ſtatutum ex con
ſuetudine Sinodali, & cum ſtatutum huiuſmodi
2 priuilegiet † hanc probationem etiam ſi ſit layco
rum, debet ſeruari in foro eccleſiaſtico, iux. trad.
per Felyn. in cap. eccleſia S. Mariæ, 8. q. num. 81.
in primo caſu, de conſtitut. tum etiam, quia cum
pars aduerſa illam produxerit, cenſetur illam, &
3 omnia in ea † contenta acceptaſſe, & uera eſſe cõ
fiteri, ut per Innoc. & alios in cap. cum venera-
bilis, de exceptio. & in ſcriptura priuata trad. Io.
de Ami. conſil. 70. num. 1. & Rui. conſil. 76. num.
2. & 3. quarto uolum. vbi uoluit id etiam proce
dere, ſi producatur in parte, & partibus &c.
quod etiam trad. Dec. in d. cap. cum venerabilis,
num. 22. Boer. deciſ. 252. num. 3. Crauet. conſil.
70. nume 6. & 7. & Paris conſil. 125. num. 21. in
1. & conſil. 179. num. 3. in 3. uolum. & Crauet. in
trac. de antiqu. temp. 1. par. in ſectione, incip. viſo
de uerbis enuntiatiuis. num. 42. & ſequentibus.
vbi vult reſpectu etiã tertij abſentis ſtandum eſ-
ſe ſcripturæ pordnctæ contra producentẽ, etiam
ſi ea ſit priuata. & non ſolemnis.
Contra hoc validum fundamentum plura in
dubijs adducũtur. primo fidem hanc ſeu vacchet
tam fidem nõ facere, ſicut fidem non facit liber,
4 in quo mortui tempore † mortis cuiuſque deſcri

bi ſolent.Imola conſil. 110.ad fi. Cran.de antiq.
temp. 1.par.num.264.aliter in ſectione incip.vi-
dimus & abunde,num.1. ſed iſta obiectio in caſu
noſtro non procedit. ſtante ſtatuto, & conſtitu-
tione ſynodali ſupra citatis & ſtante productio-
ne facta pro parte aduerſa, quæ duo non concur
rebant in caſu Imolę, & Crau.ſed & deciſio Imo.
ipſa optime nobis inſeruit, cum ipſe eo caſu re-
ſpondit mortem eſſe probatam, cum tãtum pars
aduerſa quandam mulierem tamquàm vxorem
olim Laurentij citari feciſſet, & eam partem li-
bro priuato voluit coadiuuari, quanto igitur ma
gis in caſu noſtro ex productione facta huiuſmo
di vacchettę cenſetur pars contenta in ea fateri,
& reſultat ętatis plena probatio , cum etiam ex
ſeipſa probet, ut ſupra.

Secundo obijcitur, quod cum fuerit ꝑducta
ad alium effectum, nempe ut probaretur, Dom.
Aſcanium eſſe ineptum ad ſuſcipien. ordines ,
Clemen. generalem, de ætate & qualitate, non ui
deatur poſſe diſtorqueri per alteram partem ad
alium effectum, maxime cum eam impugnauerit.
cap.ex eo.de reg.iur. in 6.Huius obiectionis fa-
cilis eſt ſolutio, nam ꝙ etiam producta ad vnum
effectum per alteram partem, ex quorum produ
ctione reſultat ipſius producentis confeſſio, poſ
ſint ad fauorem aduerſæ partis ad alium effectũ
& ad fauorem ſuum tanquam confeſſata allega-
5 ri, nemo dubitat, immo omnes ſupra allegati † ex
preſſe fatentur ſuper hoc quærentes, quod etiã
ex Crau.in allega. ſectione, incip.uiſo de verbis.
nu.37.optime comprobatur.qui poſt Ange.per
eum illic citatum uoluit contra producentẽ ſcri
pturam minus ſolemnem ſtandum eſſe, etiam in
parte ſcripta a tergo, continente ſolutionem de
biti eius, contra quem producebatur.

Quod modo fuerit impugnata huiuſmodi ꝑ-
ductio in facto, falſum eſt, ſi quidem procurator
Draghetti dixit non conſentire niſi in parte, &
6 partibus, quo caſu conſentit in partibus † ſibi
fauorabilib. propter dictionem, niſi, ſubſequen-
tem orationem negatiuam.cap.peccatum.de re
gul.iuris, in 6.l.actione.ubi Bartol.& omnes. C.
de tranſactio.

Præterea ipſam etiam reproduxit in parte, &
partibus, ut in proceſſu, quo caſu ceſſat omnis
ſcrupulus, qui etiam ex alio remoueri poteſt, qđ
poſſet reuocare ſuam impugnationẽ impugnãs,
7 & in ſcriptura † producta ſe fundare, Feli.in c.ca
pitulum.num.9.4.limit.de reſcript.Crauet.loco
præallegato.num.55.tum etiam, ex quo per ſen-
8 tentiam fuit admiſſa ſcriptura † ipſa, & reiecta im
pugnatio ſi quæ extaret, poteſt impugnans in ea
fundamentum facere, Feli.opinionem Bar.pluri
bus medijs defendens loco allegato 6.limita. &
Crau.etiam citato loco, nu.53.

Obijcitur & tertio, quòd ex dicta clauſula cõ
cludenter non probatur, Dom. Aſcanium tem-
pore moti iudicij fuiſſe minorem 14.annis, cum
potuerit parẽtes ipſius differre eius baptiſmum,
ut quandoq; fieri ſolet, uſque ad annum, & pro-
batio debet de neceſſitate concludere, capitu.in
præſentia, de probatio. Huic obiectioni reſpon-
9 demus, imo probatam eſſe † ætatem attenta com
muni conſuetudine Chriſticolarum baptizan-
tium infantes poſt eorum natiuitatem intra 15.
dies, plus minuſue, ut notum lippis & tonſorib.
eſt. Et cum habeamus intẽtionem noſtram fun-
datam in eo, quod a communiter accidentib. fie
10 ti ſolet, ſatis concluſiua † cenſetur probatio no-
ſtra, l.neque natales, C.de probat.& ita limitant
d.cap.in præſentia, Felyn.ibi, num.17. 4.limit.&
Dec.in 3.num.31.

Præterea, cum infantes propter periculũ nõ
11 debeant diu † reſeruari baptizandi, ſed ſtatim id
fieri debeat, gl.in c.venerabilis, de cõſecr.diſt.4.
& parẽtes aliter facientes peccarẽt, Ang.de Cla-
uaſ.in ſua ſumma, quam Angelicã vocant, in ver
12 bo, baptiſmus, 4.num.9.pręſumendum † eſt, Do.
Aſcanium fuiſſe baptizatum parum poſt eius na
tiuitatem ad euitandum peccatum parentum. l.
merito, ff.pro ſoc.cum alijs trad.per Alcia.in tra
cta.præſumpt.3.reg.1.pręſumptio.num.1.& quia
præſumeretur delictum, ſi teneremus alio tem-
pore, quàm ab eccleſia ordinato, puerum illum
baptizatum fuiſſe, ad euitandam hanc præſum-
ptionem actus huius baptizationis tempore cõ
gruo factus cenſetur, ut ad propoſitũ trad.Bart.
& omnes in l.non ſolum, §.ſed ut probari.ff.de
ope.noui nuncia.& Cano.in cap.auditis, de præ
ſcrip.ubi Fely.nu.29.& in duabus vlt.col.& Al
cia.d.pręſump.num.2.

Quod ex alijs duabus præſumptionibus eiuſ-
dem Alcia.1.& 2. in d.tract. 1.reg.iuuatur, quæ
habent, patres vehementer amare filios ſuos, &
plus in eis teneri, quàm in ſeipſis.l.iſti quidem.
13 ff.quod met.cauſa. & præſumuntur capere † con
ſilium ſalubrius in fauorem filiorum, l.nec in ea,
ff.ad l.Iul.de adult. quę cum ita ſint, non eſt cre-
dendum, vel præſumendum , patrem huius filij
peccando, & cum tãto periculo animæ filij tam
diutius baptiſmum ipſius diſtuliſſe. Veriſimilitu-
do itaq; iſta maxime eſt attendenda, quæ in pro-
bationibus multum põt, ut in pluribus conſilijs
proſequitur Crau. & maxime conſil.61.num.9.
& 75. num.23. & tanto magis hoc in probatio-
14 ne ætatis † concludit, in qua ſufficiunt indicia, &
coniecturæ l.cum ætate, ff.de probat.trad.Bal.&
omnes, in l.ſi minorem, C.de in integ.reſt.mino.
& in l.cum te, C.de probat.& Bal.in conſil.218.
occurrit, in fi.2.uolum. Et certe ſi ex huiuſmodi
ſcriptura baptizantis ætas non probaretur, pa-
rum prudentes fuiſſent ſtatuentes ciuitatis Muti
nę, & clerici qui cõſtitutionem illam ſynodalem
fecerunt, adhuc effectum, diſponere quòd hu-
iuſmodi ſcripturę conficerentur, tametſi hac in
re crediderim nullam iure poſſe inijci difficulta
tem, cum hic nõ agatur de modici temporis lap-
ſu,

ſu,& de anno etiam tantum,ſed de menſibus 16.
& ultra, quibus oportuiſſet Dom.Aſcanium ſi-
ne baptiſmo extitiſſe,ſi iudicare vellemus tempo
re moti iudicij fuiſſe puberem, quod quantum
abhoreat a ueriſimili, & a communi curſu om-
nium,nemo eſt qui nō uideát: forte enim nullus
inueniretur qui tandiu diſtuliſſet filiorum baptiſ
mum, quod & ſi conſtaret, tanquam ratiſſimū,
attendendum non eſſet,l.nam ad ea, ff.de legi.

Quarta etiam obiectio in dubijs facta tolli-
dote uxoris, cui fuit relictus uſusfructus. donec
dotem petierit. & eo caſu loquitur Borgn. in tra
cta. de vſufru. mulie. relicto, nu. 112. uerſ. niſi teſta
tor. Dec. uero etiam pro contrario citatus, in cō
ſil. 299. nu. 13. loquitur, quādo erat relictus vſuſ
fructus cum onere, quòd intelligeretur quieta-
ta & finita de dotib. ſuis, nam acceptando lega-
tum videtur iura dotis remiſiſſe, & idē uidetur
eo caſu tenere Borgn. in d. tract. num. 135. ſecus
vero eſſet, ſi dictum ſit in teſtamento, ſi dotem
non petierit, ut per Picum loco præallegato, &
Duran. in trac. de arte teſtan. caut. 61. tit. de leg.

Ad ſecundam difficultatem reſpōdeo, ꝙ licet
2 non poſſim concurrere † in opinionem Domini
primo ſcribentis per rationem, quam ipſe addu
cit ex Iaſ. in l. qui Romæ. §. Augerius, nu. 7. verſ.
vtranque rationem. ff. de uerb. obl, & per Ceph.
conſil. 8. & in conſ. 240. nu. 7. & ſequen. quod eo
reſpectu dicti hæredes D. Virgilij nō teneantur
rationem reddere de bonis paraphernalib. uxo
ris adminiſtratis, cum niuente D. Virgilio, num-
quam fuerit petitum per eam rationem reddi de
bere, ex quo ipſe de omnibus erat informatus,
& hæredes præſumuntur huius rei ignari, cū ſuę
cēdant in factum alterius, quia ex ea cauſa non
videntur poſſe excuſari hæredes, ut probari uide
tur in dic. §. Augerius. In cuius caſu loquitur Iaſ.
quando promiſſio per tertium erat facta ſub cō
ditione, ſi conſtitiſſet adminiſtratorem teneri,
quo caſu eo mortuo non poteſt amplius conſta
re, & maxime qñ is, cui fuit reddenda ratio, fuit
in mora recipiendi, ex quo adminiſtrator ſe ob-
tulit eam reddere, quo caſu loquitur conſil. Ce-
pha. 8. uel inter partes fuit facta diuiſio & ſepara
tim poſſederunt ultra uiginti annos, per lapſum
cuius temporis præſumitur reddita ratio, ut ex
Caſt. firmauit Ceph. d. conſil. 240. d. num. 7. & ſe
quen. attamen ego bene concurro in eius ſentē
tiam, quod non teneantur ad aliquam rationem
reddendam fructuum perceptotum horum bo-
3 norum paraphernalium uxoris: quia licet † de iu
re communi poſſet eſſe dubium per tradita per
Doct. in l. de ijs. C. de donat. inter uirum & uxo.
Alex. conſil. 144. circa primum, per totum, uolu.
5. Afflic. deciſ. 44. nume. 7. & ſeq. & inter conſil.
ultim. uolun. Luchi. de Curt. conſil. 109. num. 16.
cum tamen habeamus ſtatutum clarum & ſpeci
ficum caſum hunc decidens in ſtatutis antiquis
in rubr. quod fructus bonorum vxoris, ultra do
tem, cedāt lucro mariti, ceſſat omnis ſcrupulus,
maxime cum nō conſtet dictam vxorem aliquo
tempore proteſtatam fuiſſe uiro, ut in dicto ſta-
tuto exigitur: hoc enim caſu liberari uirum ambi
gendum non eſt, ut in hoc ſtatuto in terminis
ſcribit Pet. de Anch. conſil. 94. iſta domina. 2. co
lum. & in indiuiduo, Alex. conſ. 42. ſuper præmiſ
ſo. nu. 13. & ſeq. uerſ. 10. 1. uol.

Tertia dubitatio maiorem uidetur habere dif
ficultatem, quia uidetur quod ſit ſtandum dicto
ſimplici ſine iuramento etiam hæredum uxoris
4 vſufructuariæ, † ut per Alex. in conſi. 54. circa id,
nu. 1. & ſeq. 2. uol. & Crot. in l. nemo poteſt. nu.
59. & ſequen. ff. de legat. 1. & in iuramento hære
dis, quod nō exigatur quando eſt ſic expreſſe di-
ſpoſitum, tradit Plot. in l. ſi quando, nu. 746. uer.
ſexto fallit. C. unde ui. Verum in hoc puncto in
contrariam ſententiam proclinior ſum, quod
5 † teneantur iurare hæredes, nec ſufficiat nudum
uerbum, uel dictum ſaltem iuramento calum-
nię, ut uoluit Bald. loquens ad propoſitum, quan
do ſtandum eſt dicto, uel conſcientię alicuius, in
capit. cæterum, numero 4. de iuramen. calumn.
Iaſ. poſt alios in l. Iuſiurandum quod ex conuen-
tione, in princ. num. 6. ff. de iureiuran. Doctor. in
l. de pupillo. §. qui opus, ff. de oper. noui nuncia.
ubi Claud. num. 12. Bauer. in tract. de effect. iura-
men. nume. 88. verſ. 13. admittitur, Plot. in d. l. ſi
6 quando, numero 748. quod † tanto clarius ui-
detur procedere, ex quo ipſi hæredes non iu-
rant in cauſa quodammodo propria, ſed tam-
quàm teſtes geſtorum per uxorem defunctam,
quibus ſtandum eſſe uī iudicio teſtatoris, Alex.
conſ. 54. circa id, nu. 1. & ſeq. 2. uol. & Crot. in d.

l. ne-

l.nemo poteſt,num.61. in 3.limitat.
Cæterùm quatenus eſſet ſtandum dicto iura-
to,vel non iurato hęredum, & poſſet conſtare q̃
inique,doloſe, vel contra veritatem mobilia ip-
ſa fuiſſe conſumpta,vel alienata tempore uitæ di
7 ctę vxoris,adhuc† tale dictum vel iuramentũ poſ
ſet retractari, Alex.conſil.47.circa primum,nu.
4.& ſequen.1.volum. ubi loquitur in declaratio
ne doloſa,& Rui.conſil.54.nu.14.in 1.uolum. &
quod quando poteſt contrarium, vel ſi enormi-
ter lædatur pars ex tali declaratione, vel iniqua
ſit declaratio retractari poſsit,num.10. ubi ante
plura adducit ad propoſitum, & Plot.in dic.l.ſi
quando,num.741. Quo ſit ut ſi probaretur con-
tra declarationem,quę fieret per hæredes,quòd
multa mobilia remanſiſſent ex dicta hæreditate
D.Virgilii poſt mortem vxoris,retractaretur di-
cta declaratio, maxime quia proprietas dictorũ
mobilium non fuit relicta vxori,ſed tantum vſuſ
fructus,ex quo teſtator id expreſſe in teſtamen-
to declarauit.Soc.conſil.102.colum.penult.nu-
mero 13. in 3.vol.
8 Nec per conceſsionem licentiæ alienandi† cẽ-
ſetur propterea relicta proprietas, Socin.conſ.
131.col.fi.1.uolum.& licet pro ſuis neceſsitatib.
vſufructuaria potuiſſet uigore talis licentiæ alie
nare,vt voluit Corn.conſi.187.colum.pen.in fi.
& colum.fi.in prin.2.uol.non tamen ipſa vſufru
ctuaria potuiſſet donare,vel dilapidare in præiu
dicium proprietarii, iuxta tradita per Bart.in ex
trauag.in uer.videbitur,& Alex.conſ.58.habita,
9 col.fin.in 3.Vb dicit† quòd per quæcunque ver-
ba, generalem & liberam poteſtatem conceden
tia,cenſetur excluſus dolus & facultas dilapidã
di & donandi, ſubdens quòd ex coniecturis &
indiciis poteſt conſtare de mala fide,& dolo alie
nantis, & ſi non fuit facta alienatio in uita vſu-
fructuariæ licẽtia illa nihil operatur,vt per Alex.
in d.conſil.nu.12.nec in ultima voluntate de eis
diſponere potuit, cum eius poteſtas fuerit reſtri
cta ad eius uitam,ut probatur ex illis verbis (to-
10 to tempore uitæ ſuæ donec,&c.) dictio† enim il
la(donec)limitat facultatem conceſſam, & indu
citur ex ea conditio extinctiua diſpoſitionis prę
cedentis,Bar.in l.1.col.5.num.15.in fi.de condit.
& demon.in l.fi.§.1.ff.ad Tertul.col.2.Rui.con-
ſil.194.nu.2.in 2.& quod limitat totam diſpoſi-
tionem,Rui.conſ.47.nu.7.eod.uol.
Quib. poſtremo accedat, quòd ſi in caſu quo
alicui relinquitur proprietas bonorum,ita q̃ te-
11 neatur reſtituere id † quod ſupererit alteri, non
poteſt grauatus omnia alienare,ſed tenetur ſal-
tem quartam fideicommiſſario relinquere, au-
then.contra rogatus.C.ad Treb.not.in l.Titius.
ff.eod.tit.quanto magis vſufructuaria non debet
poſſe alienare omnia hæc mobilia ſine cauſa ne-
ceſſaria & iuſta.
Quarta,& vltima dubitatio facile diſſoluitur,
nam dubium non eſt quod finito vſufructu per
mortẽ dictæ vxoris cõſolidatus fuit vſusfructus
cum proprietate.§.finitur, Inſtit.de vſufr.& po-
12 tuerunt †. hæredes ingredi propria auctoritate
poſſeſſionem rerum, vt per illum tex.trad.Curt.
iun.conſ.14.in fi.quod voluerunt plures proce
dere etiam ſtante ſtatuto poſſeſſionem defuncti
in hærede continuante,quos citat Tiraq.in tra-
cta.le mort ſaiſit le uif.3.par.1.declar.nu.5.& ſe
quen.& licet in hoc ſtatutum noſtrum obſtaret,
negari tamen non poteſt quin agi contra occu-
patores potuerit,& teneantur,ut malę fidei poſ-
ſeſſores ad reſtitutionem bonorum una cum fru
ctib.l.certam.C.de rei vendi. cum alijs traditis
per Doctor.in c.grauis.de reſtit.ſpoli.& in locis
vulgaribus.quod tanto clarius procedit,ex quo
fuerunt in iudicio conuenti, & factus proceſſus
& examinati teſtes & conſtituti in mala fide ad
trad.in l.1.C.de iudi.& quia in hoc iura ſunt vul
garia,vlterius nõ inſiſtam. Laus Deo Opt.Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Filij poſiti in conditione,quãdo cenſean
tur uocati? Et de coniecturis, quibus
eos vocatos, uel non uocatos eſſe di-
citur?

Fideicommiſſum, quando ſit extenden-
dum,ſi caſus ſit omiſſus,& ſi prohibi-
ta ſit alienatio?

SVMMAE.

1 *Hæres poteſt ſemper excipere, hoc caſu non lo quitur ſubſtitutio.*
2 *Interpretatio ſemper eſt facienda pro hærede contra fideicommiſſarium.*
3 *Filiorum ſuperexiſtentia, ſi certo tempore requiritur, illis exiſtentibus tunc deficit conditio.*
4 *Grauatus ſi deceſſerit ſine filiis, modo decedat cum filiis, quicquid eueniat de filiis, fideicommiſſum non eſt reſtituendum.*
5 *Etiam ſi filii deinde decedant poſtea ſine aliis filiis.*
6 *Et ſufficit quòd filii momento temporis patri ſuperuiuant.*
7 *Alienationis facta probibitione cum cauſa, filii tamen poſiti in conditione non ſunt vocati.*
8 *Filii poſiti in conditione nõ ſunt vocati etiam quòd ſint vocati omnes deſcendentes.*

9 *Et ideo non poſſunt grauari.*

10 *Subſtituti ſi ſunt plures in defectum aliorum vno exiſtente, & adeunte tempore mortis teſtatoris, cæteri excluduntur.*

11 *Conditio, quæ ſemel euanuit, amplius non reuiuiſcit.*

12 *Dictio, ipſi, eſt perſonaliſsima.*

13 *Fideicommiſſum, eſt onus & grauamen.*

14 *Teſtator grauans filios, non cenſetur etiam grauare nepotes.*

15 *Extenſio de perſona ad perſonam, non eſt facienda etiam ex tacita & veriſimili mente teſtatoris.*

16 *Caſus vbi eſt omiſſus, ibi oſtenditur voluntatis defectus.*

17 *Extenſio non poteſt fieri de vno caſu ad aliũ, etiam ex maioritate rationis.*

18 *Fideicommiſſum cenſetur inductum in terminis conſil. Oldr. 21. etiam non expreſſum ob coniecturas.*

19 *Ex maxime, quando teſtator cõſiderat ſimpliciter defectum liberorum.*

20 *Coniecturę ad inducendũ fideicõmiſſum, non dẽnt eſse leues, ſed efficaces et neceſsariæ.*

21 *Debent colligi ex teſtamentò.*

22 *Et quandò ſunt æquiuocæ & plures militant in contrarium, contra ſubſtitutum & fideicommiſsarium iudicandum eſt.*

23 *Clauſula, vt ſupra, refert omnes qualitates præcedentes, & reſtringit ac limitat diſpoſitionem.*

24 *Clauſula, eo caſu, reſtringit diſpoſitionem ad caſum expreſsum.*

25 *Dictio, eos, repetit qualitatem eiuſdem caſus.*

26 *Dictio, prædicto, vel, prædictæ lineæ, repetit omnes qualitates præcedentes.*

27 *Linea liberorum regulariter initium ſumit a liberis teſtatoris.*

28 *Pars teſtamenti clara, dubiam declarat.*

29 *Linea ſumitur duobus modis, materialiter, et effectiuè.*

30 *Et ſtatur voluntati & menti teſtatoris, licet in intellectu lineæ errauerit.*

31 *Linea capitur ſubiunctiue, et contentiue, quã do ex aliis verbis deſumitur mens teſtõris.*

32 *Et maxime, quando ſumus in odioſis.*

33 *Caſus ſi eſt omiſsus, cenſetur teſtator nolle etiàm in præiudicium cauſę pię.*

34 *Alienatio ad tempus prohibita, cenſetur poſt tempus permiſſa. &*

35 *Prohibitio alienationis non extendit fideicommiſsum vltra diſpoſitionem teſtatoris.*

36 *Et eſt odioſa & ſtricte interpretanda, & facta filiis non extenditur ad nepotes.*

37 *Vocari nullus poteſt directo poſt alterius aditionem.*

38 *Fideicommiſsarius non poteſt propria authoritate rem accipere, vel poſseſsionem adipiſci non facta reſtitutione re, vel verbo.*

39 *Etiam ſi ipſo iure tranſiuerint actiones.*

40 *Nec valet licentia data fideicommiſſario adipiſcendi.*

41 *Expenſæ factæ in meliorationibus poſſunt detrahi ex fideicommiſſo.*

42 *Et pro illis datur retentio hæredi.*

43 *Exceptio detractionis melioramentorum ex fideicommiſſo poteſt opponi etiam in executione ſententiæ.*

CONSILIVM LXIX.

In Domino confido:

ILluſtris olim D. Comes Vgutionus antiquus, de Contrarijs, nobilis Ferrariæ, de an. 1448. ſuum vltimum condidit teſtamentum. In quo inter cætera in omnibus ſuis bonis inſtituit ſibi hęredes vniuerſales Comites Nicolaum & Ambroſiũ eius filios legitimos & naturales, & quoſcũq; alios ſuos filios legitimos & naturales maſculos naſcituros ex eo, & ex eius legitima uxore, vnum & plures ẽt poſthumos, & quotquot eos eſſe contigerit, quomodolibet æqualiter & æquis portionib. & cuiuſlibet ꝑmortui ex eis liberos in ſtirpem, & ſi contigerit cũ teſtatorem tpe eius mortis plures filios maſculos habere, quos oẽs, vt ſup. ſibi æqualiter hæredes vniuerſales inſtituit, & eorũ aliquis vnus aut plures decederet, ſeu decederent in pupillari ętate, aut alias qñcunq; ſine liberis legitimis & natura lib. voluit & ordinauit ipſe teſtator, ꝙ pars ſuæ hæreditatis talis ſit decedentis unius, & ſeu pluriũ perueniat & peruenire debeat ad aliũ ſuperuiuentem, ſeu ad alios ſuperuiuętes æqualiter, & ad pręmortui, ſeu præmortuorũ liberos in ſtirpem. Si aũt contingat ei teſtatori ſupereſſe tpe mortis ſuæ filias alias, aliquas voluit maritari. & dotari dote condecenti, arbitrio ſuorũ cõmiſſariorum, vt in ipſo teſtamento, voluitq; etiá ac mandauit & prohibuit expreſſe & omnino ipſe teſtator ſponte & ex certa ſcientia & animo ac propoſito deliberato bona ſuæ hæreditatis immobilia in toto, aut in parte aliqua ẽt minima.

aut

aut ex eis aliqua per & inter ipſos ſuos hæredes diuidi poſſe, aut debere, aut per eos, aut per eorum aliquem, vel eorum, vel alicuius eorum nomine vendi, vel alienari, vel diſtrahi, aut in longum tempus concedi aut obligari poſſe, vel debere, aut ſuper eis, vel eorum aliquo, vel aliqua parte cõtractum aliquem obligatorium aut alienatorium aut qui ſapiat vim, vel naruram alienationis, vel quaſi iniri, perſici aut fieri debere vſque ad æiatem vigintiquinqne annorum eius ex ipſis eius hæredibus, qui tempore mortis ſuæ fuerit minoris ætatis, caſſans eos omnes contractus & obligationes in ampliſſima forma addẽs cauſam, quoniam voluit & ſe velle dixit & affirmauit expreſſe ea omnia uſq; tamen ad tempus prædictum in unione & communione manere & in ſua hęreditate, & ad eius poſteros qui intra dictum tempus extiterint, quocunque caſu peruenire debere. Quod ſi tempore mortis ipſius teſtatoris nulli ſuperfuerint ei teſtatori liberi legitimi & naturales maſculi, vnus aut plures, aut etiam ſi ſuperfuerint & poſtea deceſſerint in pupillari ætate, aut alias quandocunque ſine liberis maſculis & deſcendentibus legitimis & naturalibus, aut naturalibus tantum maſculis legitimatis tamen in uita, aut poſt mortem ſui patris, ſi qua tamen filia ſupereſſet non marirata, tamen maritetur, dotetur, & alimentetur vſque ad ſui matrimonium, ſecundum facultatem patris ſui voluit diſpoſuit & ordinauit ipſe teſtator, quod tunc omnia caſtra, ſeu caſtella & terras, quæ & quas habebat in territorijs Mutinenſi & Regino, demptis poſſeſſionibus & introitib. earum, quæ remaneant hęredibus peruenire ad Illuſtriſſimum Dom. Leonellum Marchionem Eſtenſem, & Illuſtriſs. D. Borſium. Palatium vero poſſeſſiones & decimas de Curlo Tamaræ & Corrigiæ & omnia ſpectantia ad caſtaldariam Curli, tam quo ad proprietatem, quàm quo ad poſſeſſionem, uoluit peruenire ad Dominam Camillam eius vxorem, ſi uidua uixerit & honeſta, & poſt eius mortem, vel ea non ſeruante talem vitam, voluit peruenire ad prædictos Illuſtriſs. D. Marchionem Leonellum, & Borſium Eſtenſes. De poſſeſſionibus autem de Goltaraſia & de Stellata diſpoſuir & ordinauit ipſe teſtator; quòd finita linea ſuorum deſcendentium, ut ſupra, fructus ex eis deductis laboratura & oneribus conuerti deberent in fabricam monaſterij loci ſui de ponte lacus ſcuri, ſi completum non fuerit, & ſuſtentationem religioſorum ibidem pro tempore reſidentiam facientium, & tunc extinguatur legatum librarum cẽtum eis ea de cauſa factum: De poſſeſſionibus ſi quidem & de bonis de ponte lacus ſcuri Occhiobello, Valliuę, & pertinentijs eorum, voluit & diſpoſuit dictus teſtator, quòd deductis oneribus & deducendis omnib. eã partẽ haberet D. Ludouica eius filia, quæ uideretur ſuis commiſſarijs & habitationẽ in domibus eius, donec vixerit, & etiam alimentẽtur omnes de proſapia eius teſtatoris de Contrarijs, qui tunc ſuperfuerint, quatenus & prout egebunt & fuerit eis neceſſarium. Reſiduum autem dictorum fructuũ uoluit ipſe teſtator ad locum ſuum de ponte lacus ſcuri peruenire conuertendum in locũ ipſum per D. Epiſcopum Ferrariæ, & Priorem dicti loci & Inquiſitorem de ordine Prædicatorum ciuitatis Ferrariæ, & Do. Iudicem ſapientum ciuitatis Ferrarię, prout ipſi voluerint, deductis oneribus & omnibus deducendis quibuſcunq; & bona ipſa per eos gubernari & manuteneri voluit, quos Do. Epiſcopum priorem, inquiſitorem & iudicem ad prædicta commiſſarios gubernatores & prędictorum executores dicto caſu elegit ipſe teſtator ex certa ſcientia, & ut latius in dicto teſtamento, quo cõdito obijt teſtator relictis dictis eius filijs hæredibus vniuerſalibus inſtitutis Comitibus Nicolao & Ambroſio, qui hæreditatem patris adiuerunt & bona tenuerunt & poſſederunt uſque ad eorum morrem, quorum primus Nicolaus obijt ſine filijs maſculis, & bona ſua deductis deducendis delata fuere Comiri Ambroſio eius fratri ei ſubſtituto, vt in prædicto teſtamento paterno & ſubinde ipſe Comes Ambroſius ſuũ pariter condidit teſtamentum de anno 1493. diſpoſitionẽ paternam fere in omnibus imitatus & fere ſimilem dicto teſtamento paterno, in quo inter cætera in omnib. ſuis bonis inſtituit ſibi hæredem vniuerſalẽ Comitem Vgutionum iuniorẽ eius filium legitimũ & naturalem pupillũ, & quoſcũq; alios filios maſculos legitimos & naturales ex ipſo teſtatore, & quacũq; ſua vxore legitima naſcituros vnum vel plures, quot quot fuerint, & eſſe contigerit ad lucem peruenientes æqualiter & æquis portionibus: & ſi ipſi vnus, vel plures decederent in pupillari ætate, vel alias quandocunque ſine liberis maſculis legitimis & naturalibus, voluit & mãdauit ipſe teſtator, quòd pars talis ſit decedentis unius, vel plurium, perueniat & peruenire habeat ad alium ſuperuiuẽtem, ſeu ad alios ſuperuiuentes æqualiter & ad præmortui ſeu præmortuorum liberos maſculos legitimos & naturales in ſtirpem: ſi autem contigerit eidem teſtatori tempore mortis ſuæ ſupereſſe aliquas filias, voluit eas decenter maritari & dotari arbitrio commiſſariorum, ſecundum uires hæreditatis & conditionem illarum. prohibuit etiam in ampla forma, prout etiam fecit dictus eius pater, alienationem ſuorum bonorum fieri poſſe per dictos eius hæredes, vel aliquem ipſorũ antequàm peruenerint, ſeu peruenerit ad ætatem annorum vigintiquinq;, caſſans omnes alienationem & cõtractum addita cauſa & ratione, q a ipſe teſtator uoluit, dixit & affirmauit expreſſe dicta bona ſuæ hæreditaris & iura in hæreditate ipſa permanere & ad poſteros eius peruenire, qui infra dictum extiterint, & ſi tempore mor-

tis ipſius teſtatoris nulli ſupetfuerint ei teſtatori liberi ſui maſculi legitimi & naturales, ut ſupra, aut etiam ſi ſuperſuerint & poſt ea ipſi liberi deceſſerint in pupillari ætate, aut alias quandocunque ſine liberis & deſcendentibus maſculis legitimis & naturalibus etiam ex eis, vel aliquo ipſorum non exiſtentibus filijs maſculis legitimis & naturalibus, ſed ſuperexiſtentibus aliquibus filijs naturalibus tantum uno, vel pluribus maſculis legitimatis tamen in uita, vel poſt mortem ſui patris, vel ſuorum patrum quos ipſe teſtator, cum vel eos naturales tantum legitimatos, vt ſupra, ſi erunt bonæ & honeſtæ uitæ arbitrio & ſecūdum arbitriū dictorū ſuorū commiſſariorū inſtituit & ſubſtituit hæredes, & ſi etiam nulli maſculi naturales tantum legitimati, ut ſupra ſupereſſent, quolibet dictorum caſuum ipſe teſtator voluit, diſpoſuit, & ordinauit quod omnia caſtra ſeu caſtella & terræ, quæ & quas ipſe teſtator habebat & poſſidebat in territorio Mutinēſi & Regino, exceptis poſſeſſionibus & reditibus earum quæ remanerent hæredibus ſuis perueniant prout peruenire voluit & mandauit ad Illuſtriſ. Dominum Ducem Ferrarię & eo caſu finita linea dictorum liberorum eius maſculorum, ut ſupra, ipſe teſtator iure inſtitutionis reliquit cuilibet filiarum ſuarum ſupra nominatarū ducatos duo millia quingenta auri boni & iuſti ponderis pro qualibet ipſarum vltra dotes ſibi relictas, & præmortuæ, ſeu præmortuarū filijs & deſcēdentib.

Item dictus teſtator eodem caſu deficientiæ dictorum liberorum (ut ſupra) reliquit, iuſſit, voluit & mandauit, quod per Reuerendiſs. Dom. epiſcopum Ferrariæ, bona & iura ipſius teſtatoris, quæ ipſe teſtator habet in Trecenta & pertinentiis eius diſtribuantur & connertantur in fabricam vnius hoſpitalis per dictum Dom. Epiſcopum, & ex introitib. dictorum bonorum ibi faciendi & conſtruendi & in ſubuentionem pauperum ibi hoſpitantium & unius prioris ibi deputandi arbitrio & ſecundum arbitrium ipſius D. Epiſcopi: quæ bona tamen non ſint de iure dicti Epiſcopi, ſed ex bonis proprüs ipſius teſtatoris ibi poſiris. ſi uero prænominatis liberis maſculis legitimis, & deſcendentibus, vt ſupra, ſupereſſent aliquæ filiæ fœminæ legitimæ, & naturales, dictus teſtator reliquit iuſſit, voluit & mādauit eas condecenter & honorificè arbitrio cōmiſſariorum eius inſpecta conditione ipſius teſtatoris & dictorum ſuorum, ut ſupra, dotari.

Inſuper dictus teſtator in caſu prædicto finitæ prædictæ lineæ ſuorum maſculornm vt ſup, iure inſtitutionis & ſubſtitutionis reliquit iuſſit voluit & mandauit, ꝙ ex omnibus aliis introitibus & bonis quę ipſe teſtator habet & habebat, ſupererunt in hæreditate ſua deductis & executis omnibus ordinatis ſuperius fiat & conſtituatur arbitrio & ſecundum arbitrium dictorum commiſſariorum ſuorum unum hoſpitale in ciuitate aut burgis Ferrariæ, in quo ſemper & in perpetuum ſtare poſſint & in illo recipiantur & recipi debeant omnes de agnatione ſua de Contrarijs, qui erunt pauperes & egeni arbitrio ſuorum commiſſariorum, cui hoſpitali ipſe teſtator iure inſtitutionis & ſubſtitutionis reliquit ſemper & in perpetuum omnes & ſingulos introitus dictorum omnium aliorum bonorum ſuorum quæ ſupererunt in hæreditate ſua, in quo hoſpitali iuſſit etiam recipi omnes nobiles egenos & bonos ciues Ferrarienſes egenos & verecundos, qui ſuerint & ſint bonæ & honeſtę vitæ & ex antiquioribus ciuibus dictæ ciuitatis Ferrariæ & caſatis eiuſdem, qui in ipſo hoſpitali vellēt hoſpitari: cui hoſpitari, etiam ipſe teſtator dicto iure inſtitutionis reliquit domum habitationis ipſius teſtatoris in ciuitate Ferrariæ poſita cum omnibus mobilib. in ea extantibus, & ſi quid in annos ſupereſſet & reſtaret ultra neceſſitatem dicti hoſpitalis, iuſſit ac uoluit illud plus diſtribni in maritando pauperes domicellas per dictos eius commiſſarios eligendas, quandiu ipſi commiſſatij viuunt & poſt mortem ipſotum per Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum Ferrariæ & Dominum Iudicem duodecim ſapientum dictæ ciuitatis, qui per tempora erunt, quod hoſpitale ipſe teſtator hæredem inſtituit & ſubſtituit elegit & eſſe voluit in caſu, de quo ſupra, deficientiæ liberorum, vt ſupra.

In omnibus autem ſuis bonis mobilius & immobilibus ac ſe ſe mouentibus iuribus & actionibus, præſentibus ex futuris, vbicunque conſiſtant & reperiantur in hæreditate ſua executis omnibus ordinationibus prędictis de quibus ſupra, & vt fuſius in ipſo teſtamento continetur, defuncto ipſo Comite Ambroſio teſtatore relicto dicto filio vnico Comite Vgutiono Iuniore ipſe ſimiliter adiuit hæreditatem patris & bona omnia poſſedit vſque ad eius mortem, qui tandem obijt relictis poſt ſe viuis & ſuperſtitibus duobus filijs maſculis Comite Alfonſo & Comite Hercule, qui ſimiliter hæreditatem patris adiuerunt & poſſederunt bona uſq; ad eorum mortem, Comes Alfonſus obijt relictis quatuor filijs, duobus maſculis, & duabus fœminis, Comite Alfonſo Iuniore & Comite Hercule etiam iuniore, qui pariter hæreditatem patris adiuerunt & in ea ſe immiſiuerunt, poſſidentes bona ad ipſos ſpectantia ex hæreditate paterna obijt Comes Alfonſus Iunior ſine filijs aliquibus, & ſubinde Comes Hercules patruus etiam ſine aliquibus filijs maſculis, vel fœminis, & eis ſucceſſit dictus Illuſtris Dominus Hercules Iunior Comes & Marchio creatus, qui omnia bona tenuit & poſſedit vſque ad eius obitum: qui tandem & ipſe obijr ſine aliquibus filiis maſculis, vel fœminis relictis viuis & ſuperſtitibus Illuſtre Domina Heleonora Campegia eius matre & Illuſtre Dom. Laura vxore quondam Illuſtris

Comitis Sicini de Pepulis, & Renerenda Dom.
Diana profeſſa in monaſterio Sancti Antonij cī
uitatis Ferrariæ eius ſororibus & hæredibus &
ab inteſtato ſuccedentibus.

Quo facto ſtante inſurgunt prędicti Reueren
diſſimus Epiſcopus Ferrarię, Illuſtris D. Iudex. 12.
ſapientum, & Prior, ac Inquiſitor hæreticæ praui
tatis, ordinis Sancti Dominici, prætenſi cōmiſ-
ſarij & executores teſtamentorum prædictorū
reſpectiue, & intendunt conſequi bona dictarū
hæreditatum, quaſi uenerit caſus ſubſtitutionū
in dictis teſtamentis factarum per dictos teſta-
tores pro dicto monaſterio Sancti Dominici, &
hoſpitalibus prædictis conſtruendis, prætendē-
tes etiam propria auctoritate poſſeſſionem bo-
norum accipere poſſe, maxime cum poſſeſſio ip-
ſorum bonorum ſit auocata & ſequeſtrata per
Sereniſſimum Dom. Ducem penes Magni. DD.
eius Ducales factores.

Contra uero prætendunt ipſę Illuſtres Domi
næ & Monaſterium prædictum Sancti Antonij
minime eueniſſe caſum dictarum ſubſtitutionū,
& in ipſis liberis eas ſucceſſiſſe, bonaq. ipſa nul-
li fideicommiſſo vel oneri fuiſſe vel eſſe ſubie-
cta vel ſuppoſita: & tanto minus ipſos Dominos
commiſſarios poſſeſſionem ipſorum bonorum
appræhendere poſſe vel adipiſci, quæritur quæ
nam pars iuſtius induat arma?

Omnibus igitur maturè conſideratis, licet pri
ma facie conſultatio iſta uiſa fuerit difficilis &
periculoſa, cum de intepretanda defunctorum
voluntate agatur, quorum animus non videtur,
ut tradit Bal. in l. precibus, colum. 6. num. 23. C.
de impub. & alijs ſubſtitu. & exorditur Soci. in
conſil. 40. inter conſil. Cur. Senio. & idem fate-
tur in conſi. 62. in fi. 3. uolum. & ſequitur Craue.
ad propoſitum alia adducens in conſil. 98. in fi.
attamen penitus & medullitus omnes difficulta
tes conſiderando pedibus (quod ainnt) & mani-
bus in eam ſententiam deuenio & incurro, nul-
lum eueniſſe caſum alicuius fideicommiſſi, ad
quod dicta loca pia eſſent nocata in dictis teſta-
mentis vel altero eorum, nec ex uerbis ipſo-
rum teſtamentum, uel ex mente ipſorum te-
ſtatorum ullo modo conſtare poſſe in caſu de
ficientiæ lineæ maſculorum ipſorum de Contra
rijs per mortem dicti Dom. Marchionis Hercu
lis poſtremo loco defuncti ſine filijs abnepotis
dicti q. Comitis Vgutioni antiqui & pronepo-
tis Comitis Ambroſij loca ipſa fuiſſe vocata, qđ
facile cognoſcemus, ſi ſecundum doctrinā Bal.
in loco præcitato, nimiam ſubtilitatem, propter
quam ſæpe erramus, euitare uoluerimus, & ex
noſtro capite opiniones nō formare, ſed ex tex.
gl. ordi. & ex communibus opinionibus ſcriben
tium, qnibus omnino inhærendum eſt.

Et primo iſtæ Illuſtres Dominæ mater & ſo-
rores defuncti habent intentionem ſuam funda
tam in negatiua, quod in hoc caſu qui euenit,
non fuerint vocata vel ſubſtituta ipſa pia loca,
1 cū ſemper pro parte hæredis excipi poſſit, † hoc
caſu non loquitur ſubſtitutio, ut tradit Socin. di
cto conſil. 62. num. 4. & Crauet. conſil. 161. nu.
56. cum alijs citatis per Hiero. Zanch. in repet. §.
cum ita. l. hæredes mei. ff. ad Trebellia. num. 11.
2 Nam in dubio † ſemper facienda eſt interpreta-
tio pro hærede contra fideicommiſſarium. Soc.
conſil. 113. num. 8. vol. 1. & Corn. conſi. 304. nu.
54. in fi. 1. uolum.

Nunc uerba dictorum teſtamentorum aggre
diendo, conſidero quòd ipſi teſtatores plures
gradus ſubſtitutionum fecerūt, primo enim poſt
inſtitutionem filiorum inſtitutorū ſubſtituerunt
uni uel pluribus decedētib. in pupillari ętate aut
alias quandocunque ſine liberis legitimis & na
turalibus alium uel alios ſuperuenientes & præ
mortui ſeu præmortuorum liberos in ſtirpem, &
hic caſus non euenit niſi in Comite Nicolao,
qui deceſſit ſine filijs maſculis & illi ex ſubſtitu
tione ſucceſſit Comes Ambroſius.

Secundo fecerunt aliam ſubſtitutionem in
caſu quo tempore mortis teſtatorū nulli ſupereſ
ſent eis teſtatoribus liberi legitimi & naturales
maſculi, unus uel plures, quo caſu uocabantur di
cta loca pia monaſteriū & hoſpitalia conſtruen
da ut in teſtis, & hic caſus non euenit, quia tpe
mortis Comitis Vgutioni antiqui extiterunt ſu
perſtites Comites Nicolaus & Ambroſius, qui
hæreditatem patris adiuerunt, unde uigore hu-
ius ſubſtitutionis dicta loca pia nil habere poſ-
3 ſunt, † quia quando certo tempore exigitur ſu-
perexiſtentia filiornm, ſi illi extant, deficit con-
ditio, nec eſt ſubſtitutioni locus. l. Lucius, la. 2.
ff. de hæred. inſti. l. ex facto. §. pen. & illic omnes.
ff. ad Trebel. Soci. in l. ſolemus, num. 5. 3. conclu
ſione. ff. de condi. & demon. Durant. in tract. de
arte teſtan. tit. 5. de ſubſtitu. caute. 25. nu. 1. Dec.
in cōſ. 63. nu. 2. ad fi. & cōſ. 585. in fi. Alcia. conſ.
130. nu. 2. lib. 9. & Cardin. Alba. conſi. 56. nu. 3.

Tertiam addiderunt teſtatores conformiter
ſubſtitutionem, caſu quo ipſis teſtatoribus ſu-
perfuerint liberi legitimi & naturales maſculi
unus aut plures & poſtea deceſſerint in pupilla-
ri ætate, aut alias quandocunque ſine liberis ma
ſculis & deſcendentibus legitimis & naturalib.
& relictis naturalibus tantum legitimatis, quia
legitimatos ipſos uoluerunt admitti, ſcilicet pri
mus teſtator illos ponendo in conditionem, ſe
cundus uero illos inſtituendo & ſubſtituendo
ſi eſſent bonæ et honeſtæ uitæ arbitrio commiſ-
ſariorum. Quòd ſi etiam nulli extarent maſculi
naturales legitimati ut ſupra, tūc primus teſtōr
ſubſtituit et uocauit ad Caſtra & iuriſdictiones
Illuſtriſſimos Marchiones Leonellum & Borſiū,
uxorem & filiam ad bona expreſſa in teſtamēto
ad alimenta omnes de familia de Cōtrariis, egē-
tes & ad fructus reſidui bonorum monaſterium
conſtruendum in dicto loco lacus ſcuri ſecun-

dum

dum modum & formam ſui teſtamenti prędicti.
Alter vero & ſecundus teſtator eo caſu ad Ca-
ſtra & iuriſdictiones vocauit Illuſtriſſimum Do.
Ducem Ferrariæ, reliquit filiabus & earum libe
ris eis non extantib. legatum duorum millium
quingentorum ducatorũ auri, & ex bonis T re-
centæ conſtrui & ędificari hoſpitale in eo loco,
& ex alijs reditibus & bonis ſuis conſtrui aliud
hoſpitale in ciuitate aut burgis Ferrarię, cui reli
quit domum ſuam, & illud hæredem inſtituit &
ſubſtituit vt in teſtamento, & hic etiam caſus hu
ius ſubſtitutionis non euenit, quia filij teſtatorũ
qui ſuperfuerunt tempore mortis patrum te-
ſtatorum, reſpectiue non deceſſerunt ſine filijs
maſculis legitimis & naturalibus, cum Comes
Ambroſius reliquerit Comitem Vgutionum iu-
niorem, qui fecit deficere conditionem & ſi eſ-
ſet unicus. l. non eſt ſine liberis, ubi Alcia. ff. de
verb. ſignific. Comes vero Vgutionus iunior de
ceſſit cum duobus filijs Comite Alfonſo & Hec
cule ſenioribus, & exinde etiam Comes Alfon
ſus ſenior cum filijs Comite Alfonſo iuniore &
Marchione Hercule iuniore, quo fit ut cum non
euenerit caſus ſubſtitutionis conſideratus a te-
ſtatoribus, quia grauati extiterunt filij & deſcẽ-
dentes, qui ſucceſſerunt patribus, ceſſauerit om
nis ſubſtitutio illis facta, & non ſolum illa ſubſti
tutio, ſed quæcumque aliæ quæ fuiſſent ab ea de
pendentes, d. l. ex facto. §. penult. ubi Caſtr. in fi.
& Rip. num. 1. & ad hoc eſt uulgatum, ſed ab om
nibus receptum conſilium Oldr. 21. thema tale
eſt, quod eſt in fortiori caſu, in quo teſtator inſti
tutis fratre & nepotib. ex alijs fratrib. ſubſtituit
ſuperſtites, & eorũ hæredes dũ eſſẽt maſculi, et
ex maſculis ſecundũ rectam lineã deſcendentib.
hæredibus prędecedentibus ſine filijs, aut nepo
tibus, & deinceps deſcendentibus excluſis fę-
minis quas noluit dotari, & ſi omnes hæredes
prædicti abſque filijs, & nepotibus maſculis &
ex maſculis deſcendentibus mori contigerit bo
na ſua ad Romanam eccleſiam uoluit deuolui,
& cum unus ex nepotibus hæredibus inſtitutis
deceſſiſſet cum filijs & aliqui ex filijs ſine filiis
alius cum filia fœmina, querebatur an cohære-
des a teſtõre inſtituti uel eorũ deſcendẽtes voca
rentur uigore fideicommiſſi ad bona filiorũ ne-
potis decedentium ſine filijs maſculis, in quo ca
ſu reſpondit Oldra. tam ex mente, quàm ex uer-
bis expiraſſe ſubſtitutionem, nec locum eſſe fi-
4 deicommiſſo, † ex quo grauatus cum filijs deceſ
ſit, quicquid poſtea deueniat de filijs ipſis. Hanc
eandem ſententiam tenuit Ioan. Andr. in addit.
Specu. in tit. de teſta. in §. 1. in fi. in ult. q. ultima
quoque additione, Caſtr. conſilio 97. ne in pro-
priis, num. 3. & conſil. 359. ſupradictus Do. con
ſultor. num. 1. 2. volum. Soci. d. conſi. 62. num. 11.
Dec. d. conſil. 63. num. 2. & in conſil. 218. ubi lo
quitur in caſu fortiori, cui ſubſcripſerunt plures
excellentes Doctores illius temporis, & in aliis
conſilijs 287. in prin. 291. nu. 6. 377. nu. 1. & ſeq.
513. num. 2. 636. num. 4. Rube. Alex. conſil. 31.
num. 3. Rui. conſil. 105. in 2. & 131. num. 4. in 3.
volum. Pariſ. conſil. 14. num. 10. in 2. & clarius in
conſil. 31. & 86. in prin. & num. 27. eod. uolum.
& in plurib. alijs conſil. Soci. iun. conſi. 111. nũ.
21. et in fi. conſ. 1. uolum. et quando ſubſtitutio
eſt facta liberis et de liberis ſubſtitutorum, quod
verbum latiorem habet ſignificationem et com
pręhendit nepotes et deſcendentes. l. liberorũ.
ff. de verbor. ſignific. ubi Bar. et Alcia. Iaſ. in l. ma
ritus, num. 5. C. de procura. & Duran. d. tract. &
tit. 5. caute. 4. in fi. quo caſu etiam loquutus fuit
5 Oldr. quod † decedentibus filijs uel liberis graua
tis cum filijs expiret ſubſtitutio, licet poſtea filij
ſine filijs decedant ſequendo Oldrad. licet ſub
alio num. conſilij ſcribit Bertran. in conſil. 108.
1. uolum. 1. par. Grat. conſil. 58. num. 5. 1. uolum.
& conſil. 19. num. 24. in 2. idem tenet ad propo-
ſitum Craue. conſil. 98. in princ. & num. 4. & ſe-
quitur etiam Tiraquel. alios citans in repetit. l. ſi
unquam, in uer. ſuſceperit liberos, num. 188. &
190. C. de reuocan. donat. Duran. d. cautela 25.
6 num. 1. qui dicit, ſat eſſe ſi filij † momento tempo
ris patri ſuperuiuant, & ſecundum hanc ſenten-
tiam conſuluere Cepha. qui loquitur in fortiori
caſu, in quo uidebatur facta ſubſtitutio alijs de-
ſcendentibus, in conſil. 268. num. 8. & nume. 13.
Celſ. Vgo, conſil. 68. num. 4. & deciſiue in conſi.
75. num. 1. Menoch. conſil. 85. nu. 45. ubi totum
illud conſilium Oldra. fere ad contextum refert,
cuius ſententiam alios etiam citans ſequitur Bur
ſat. in conſil. 1. num. 1. ubi dicit, quòd non habet
diſcrepantes, & poſſem etiam alios illum ſequẽ-
tes citare, quos ſciens prætereo, quorum tamen
aliqui ad aliud comprobandum inferius citabũ
tur. Huius etiam ſententiæ licèt de Oldr. nõ me
minerit, fuit Alex. in conſil. 139. per totum. 6. uo
lum. cuius caſus maiorem uidebatur habere dif
ficultatẽ, ex quo teſtator diſpoſuerat, ut in prin.
conſ. habetur, quod bona eius remanere debe-
rent in propinquioribus teſtatoris, qui eſſent de
eius parẽtela, & ſic ſemper de gradu in gradũ, &
quòd dicta eius bona nunquam recederent de
Gambazocchis, donec aliqui maſculi eſſent in
ipſa, & idem in non diſſimili in eam ſententiã trã
ſiuit Rui. in conſilio 235. 2. uolum. in cuius caſu
erant factæ plures ſubſtitutiones, & ultimo lo-
co erat ſubſtituta pia cauſa, & aderant expreſſa
uerba teſtatoris oſtendentia eius mentem ut bo
na ſua in familia conſeruarentur, idem ſequen-
quendo Alex. tenuit Pariſ. in conſil. 44. nume. 4.
7 in 2. & quando † fuerunt factæ plures ſubſtitu-
tiones, ut etiam facta prohibitio alienandi hære
dibus inſtitutis ſimpliciter non ad tempus, ut in
caſu iſto, de quo inferius dicetur adiecta cauſa,
ut bona conſeruentur in familia, & agnatione.
Pro hac ſententia pluries cõſuluit Dec. ut in plu
ribus conſilijs ſupra citatis 218. 287. 291. in quo
ulti-

ultimo loco erat uocata cauſa pia. 377. & 636.
num.4.& idem Pariſ.in dictis conſilijs 31.44.&
86.1.colum.maxime num.5. Additur etiam Iaſ.
qui hanc partem ſequitur, licet Oldr. non citat,
in conſil. 229.in 2.volum.per totum.in cuius ca
ſu erant ſubſtituti fratres cohæredes fratri de
cedenti ſine filijs legitimis, & naturalibus, ita
ut pars prædecedentis tranſiret etiam de libe-
ris in liberos, & donec aliquis extabit accipien-
do liberos in infinitum, ſed & in caſu dubita-
biliori per dictam deciſionem Oldra. & alia,
quæ ad eius confirmationem adducit, idem Iaſ.
conſil.66.in 3.uolum.reſpondit ſubſtitutionem
factam agnato ſub eadem conditione ceſſare, ex
quo cum filio inſtitutus deceſſit, cui mater ſucceſ
ſit, & tamen in eo caſu fuerant plures aliæ ſubſti
tutiones & grauati ſubſtituti ad deferendum ar
ma teſtatoris & in ea hæreditate extabant Ca-
ſtra & iuriſdictiones in quibus unus tantum hæ
res erat ſucceſſurus, & colum.6.verſic.& iſta eſt
mera veritas, dicit, quòd ſecundum hanc ſenten
tiam ſæpe conſuluit, & ita ſemper legēdo tenuit
& plura alia adducit pro confirmatione eius ſen
tentiæ. His additur Rimi.in conſil. 29.nu.16.ubi
reſpondit ſubſtitutionem factam filijs primi gra
dus in caſu deficiētię liberorum non trahi ad ne
potes, ut ſic decedentibus filijs cum filijs, euane
ſcat ſubſtitutio. Pro iſta opinione pluries etiā in
fortiorib.caſib.ut in cōſ.268.nu.8.& ſeq. conſu
luit Ceph. ētubi deficiēte linea fructus (ut ī caſu
iſto) dēbāt erogari in pios vſus, & tñ ceſſante pri
ma ſubſtitutione, quia filius cum filijs deceſſerat
reſpondit non habere locum illam diſpoſitionē
erogationis fructuum, ut ibi, num.15.& in conſi.
ſequenti 269.num.15.& ſequen.ubi erant uoca
8 ti omnes deſcendentes, & tenet quod † intelligā
tur uulgariter uocati, & quòd debeat intelligi
de his deſcendentibus, qui extabant tempore
mortis teſtatoris, quod uoluerunt etiam Corn.
conſil. 304.num. 14.3.uolum.Socin. conſil. 73.
num.25.in 4.Ceph.17.num.9.& 10.& ſequen.
& nouiſſime conſ.379.nu.31.& ſecundum hanc
ſententiam Oldra. ſcio fuiſſe iudicatum per tres
ſententias conformes in cauſa ardua Comitum
de Seſſis cum Magnif. Dom. Paula Fontanella.
Pro quibus Comitib.conſuluerunt plures excel
lentes Doct.& præſertim Magnif.Dom.Franci-
ſcus Marzarius, qui ſua ſcriptam primi ſecit in
ſuo conſi.4.ſuorum conſiliorum, & poſtremo in
ultima inſtantia ſcripſit Crau. latiſſimum conſi-
lium, quod eſt impreſſum inter conſil. ipſius D.
Marzarii poſt conſilium 6. quo tamen non ob-
ſtante tertia ſententia fuit lata conformis illis
duabus prioribus de conſilio mei tunc præto-
rem Mutinæ agentis, & Dom. Franciſci Cornel
tunc Iudicis appellationum, & exinde conſiliarij
Ducalis, re bene inter nos diſcuſſa & digeſta, &
cum dictus Marchio Hercules iunior ultimus
deſcendens a dictis teſtatoribus, qui ſine filijs

obijt, non fuerit uocatus vel honoratus in dictis
teſtamentis, ſed nec etiam in cōditione poſitus,
quod etiam non ſufficerer ad eius uocationem,
9 † gloſ. communiter * recepta in d. l. Lucius, tra-
* dunt Moderni in l.1.C.de pac.& in l.Centurio.
ff.de vulg. & pupil.& in alijs locis vulgaribus, nō
potuiſſet etiam grauari ei ſubſtituendo dicta lo
ca pia, uulgata.l.ab eo.C.de fideicommiſ. & tra-
dunt plures ex ſupra citatis Docto. & præſertim
Cepha.d.conſ.268.num. 15.16.& conſil.ſeq.nu.
13.& num.36.

Cum enim pater Comes Alfonſus illum præ
ceſſerit, et patri Comiti Vgutiono Iuniori ſuc-
ceſſerit, ipſe non poteſt dici uocatus aliquo mò
do, cum pater viueret auo defuncto, ut per Rui.
conſilio 102. numero 5. et ſequen. 2. uolum. et
Cardi. Alba. conſilio 11.1.pagi.ubi diſtinguit in-
ter ſubſtitutionem actiuam et ſubſtitutionem
paſsiuam.

10 Quibus accedat, † quòd quando plures ſunt
ſubſtituti, vnus in defectum aliorum, ſi non ex-
tarent, uno exiſtente tempore mortis teſtatoris,
& adeunte cæteri excluduntur, Abb. in conſil.
40.in 1.dubio.1.uolum.Dec.dictis conſilijs 287.
numero 2.291.numero 5.377. numero 1.& 513.
11 numero 3.& conditio, † quæ ſemel euanuit, am-
plius non reuiuiſcit, l.cum vxor, ubi Doctor. C.
quando dies leg.ced.Caſtr. dicto conſil.97.ſub
num.3.in 2.volum.

Confirmatur hæc apertiſsima ſententia, quia
cum ſubſtitutio facta fuerit liberis teſtatoris exi
ſtentibus tempore mortis ipſorum qui ſine libe
ris deceſſerint, ut in clauſula illa, aut etiam ſi ſu-
perfuerint & poſtea ipſi liberi deceſſerint in pu
pillari ætate, aut alias quandocunque ſine libe-
ris & deſcendentibus maſculis, etc. dictio enim
12 † illa (ipſi) eſt perſonaliſsima. Ripa. in l. filiusfami
lias.§.Diui.numero 111.ff.de leg.1. Curt.iunior
conſilio 255.numero 12.Roland.a Val. conſilio
30.numero 20.4.uolumine, cum alijs tradit.per
Tiraquel.in tractatu. de retract. conuen. §. pri-
mo, glo.quinta, num.25.& ſequen.ſubſtitutio fa
cta hæredibus, non cenſetur facta hæredibus hæ
redum, ut per Caſtr.Dec.Pariſ. & Crauet. conſi-
lijs ſupra citatis, & præſertim Dec. in dicto con-
ſilio 291. numero ſexto. verſiculo, his præmiſsis.
ubi dicit quod quando eſt facta mentio hære-
dū ſuprascriptorū, uel per ſimilia uerba, non ex
tenditur ad alios, & maxime ad hæredes hære-
dum, ut per eundem, dicto conſilio 377. nume-
ro quinto. Et ꝙ quando ſubſtitutio eſt reſtricta
ad filios, uel hæredes inſtitutos, non extenda-
tur ad nepotes & alios ſucceſſores, tradit etiam
Dec. in conſilio 218. numero 9.& 15. fideicom-
13 miſſum † enim eſt onus & grauamen. l. cohære-
di.§.cum filiæ, verſic.nec fideicommiſſum.ff.de
vulg.& pupil.Caſt.Dec.& Pariſ.in dictis conſil.
14 unde teſtator † grauans filios, non cenſetur gra-
uare velle nepotes, & tanto minus pronepotes

&

& abnepotes. Dec.conſ.95.num.6.Pariſ.d.conſ.
86.num.64.& Crau.d.conſ.98.num.14.nam ex
15 tenſio de perſona † ad perſonam non eſt facien-
da, etiam ex tacita & veriſimili mente teſtatoris,
Aret.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum, colum.3.
verſ.ſecundo adde. ff.de liber.& poſthum.Dec.
Rube.Pariſ. & Crauet.dictis conſil.Iaſ.d.conſil.
228.ſecunda colum.Celſ.Vgo,d.conſi.68.num.
5.cum alijs citatis per Hieron.Zanch. in d.§.cũ
ita.num.222.& quod onus fideicommiſſi iniun
ctum filio non tranſeat ad nepotes, tenet etiam
Alcia.in d.conſ.46.nu.10.lib.9.

Concluditur itaque, quòd cum dicta loca pia
non ſint uocata in hoc caſu quo hæreditates di-
ctorum teſtatorum tranſirent per tot manus &
ad tot deſcendentes hic ſit caſus omiſſus, qui re
manet in diſpoſitione iuris. l.commodiſſime. ff.
de liber. & poſthum. & vbi eſt caſus omiſſus, il-
16 licto ſtenditur voluntatis defectus, & non admit
titur etiam pia cauſa, Dec.conſil.159.num.5. &
273.nu.1.3.& Pariſ.cóſ.74.nu.4.& 10.in 3.Car
din.Alban.conſil.26.num.7.& quòd omiſſio ca
ſus oſtendat abeſſe uoluntatem teſtatoris, tradit
Bal.in conſil.167. quidam Franciſcus.2.colum.
5.volum.& Iaſ.d.conſil.66.colum.8. verſ.ſecun-
17 do principaliter, & colum.10.ad fi. † Quinimmo
(quod eſt fortius) nonnulli uoluerunt etiam ex
maioritate rationis diſpoſitioně ad caſum omiſ-
ſum extendi non poſſe, Dec. conſil.63.num.3.&
218.nu.11.& Pariſ.73.nume.27.in 3. qui etiam
loquuntur in pia cauſa uocata ad fideicommiſ-
ſum, ut per Dec.d.conſil.218.num.16.Pariſ.con
ſil.86.num.68.in 2.& 74.num.21.& ſequen.in
3.& quod ſubſtitutio non extendatur ad caſum
non expreſſum, tradit etiam late Ceph.d.conſil.
269.nu.11.& ſeq.

18 Nec obſtat, ſi dicatur † quod a dicta opinione
Oldr. & aſſeclarum receditur propter coniectu-
ras, ex quib. conſtat mentem teſtatoris fuiſſe in
caſu non expreſſo fideicommiſſum inducere, vt
ad propoſitum uoluit Craue.in conſil.vlt.2.vol.
19 num.16.& maxime quando † teſtator confide-
rat ſimpliciter defectum liberorum, quia tũc eſt
locus ſubſtitutioni, etiam poſt mortem ipſorum
liberorum. Alex.conſil.43.in 3.alias 53.in 6.uo
lum.Soc.in d.l.ſolemus.in fi. Crau.d.nu.10.vbi
alios citat, & in propoſito verba horum teſtato
rum videntur eſſe talia. ut in clauſula (finita linea
ſuorum deſcendentium) in primo teſtaméto pri-
mi teſtatoris, & in ſecundo in clauſula (& eo ca-
ſu finita linea dictorum liberorum eius maſculo
rum) ut inferius (eodem caſu deficientiæ dicto-
rum liberorum) & in alio loco (in caſu prędi-
cto finitæ prædictæ lineæ ſuorum liberorum ma
ſculorum) & poſtremo, in clauſula inſtitutionis
dicti hoſpitalis additur (in caſu, de quo ſupra de
ficientiæ liberorum.) & quando habetur reſpe-
ctus ad deficientiam lineæ, quod fideicommiſ-
ſum debeatur, licet finem accipiat in alio gradu,
quàm in primo, Marza.in d.ſuo conſil.4.pag.34.
ante medium, verſ.quod autem nõ intelligãtur.
& quando conſtat de mente teſtatoris, opinio-
nem hanc non procedere, tradit Crau.in d.con
ſil.ult.ante fin.verſi.ſecundo principaliter, & in
verſ.ſequen.tertio concurrit. uidetur etiam face
re fundamentum in vno, quod videtur concur-
rere in caſu iſto, ſcilicet, quia teſtator in defectũ
legitimorum uocauit naturales, & quòd ex con
iecturis recedatur a dicta opinione Oldr. uoluit
etiam Marz. d.conſ.pag.27. verſ.quæ concluſio.

Quibus additur etiam ꝙ vterque teſtator fi-
lijs ſuis & omnib. deſcendentib. prohibuit alie-
nationem bonorum cum clauſulis prægnantib.
quod uidetur oſtendere clariorem mentem te
ſtatorum.

20 Namque reſpondetur, quod † coniecturæ ad
inducendum fideicommiſſum non debent eſſe
leues. ſed efficaces, neceſſarię, uel multum proba
biles, ut per Rip.in d.§.cum ita.d.l.hæredes mei.
num.17.et Pariſ.d.conſil.31.num.11. et 87.nu.
16.in 2.uolum. et debent colligi ex teſtamento,
21 † ut tradit etiam Alcia.3.lib.de uerb.ſigniſ.pag.
mihi 132.ſecundum paruam impreſſionem, So-
cin.Iun.conſil.118.in 1.nec enim (ut inquit Al-
cia.d.lib.3.pag.152.uerſ.cui non abſimile ex Bal.
per eum citato) nimis ſcrupuloſe et anxie conie
cturis, ſeu expluratis reb. utendum eſt, quia ple-
runque decipiuntur, nec eo caſu fit ſecundum,
ſed cõtra mentem teſtatoris, cuius uoluntas ſal
tem ex impropria uerborum ſignificatione com
probari debet, ut per eundem loco præallegato,
pag.133.uerſ.tertius eſt quando caſus, et in pro
poſito caſus omnino omiſſus non comprębendi
tur modo aliquo ex impropria etiam ſignifica-
tione, ſecundum Iaſ.d.conſil.228. colum.fin. in
2.Alex.d.conſil.139.nu.5. et Rui.d.conſil.203.
22 num.6.et quando coniecturæ † ſunt ęquiuocæ et
plures militant in contrarium, contra ſubſtitu-
tum et fideicommiſſum iudicandum eſt, Suc.d.
conſil.62.in fi.in 3.

Nec ſufficit dicere, teſtator ita diſpoſuiſſet, ſi
interrogatus fuiſſet, ſed oportet diſpoſuiſſe, ut ꝑ
Dec.d.conſil.287.nume.7. Pariſ.dic.conſil.31.
num.12.86.num.18.et plurib.alijs conſil. Quod
in caſu iſto tanto clarius procedit, cum teſtato-
res ipſi ſemper in totis eorum teſtamẽtis reſtrin
xerunt dictam ſubſtitutionem et uocationem di
ctorum locorum piorum ad caſum hunc, quo li
beri primi gradus, qui ſupereſſent tempore mor
tis teſtatorum, decederent ſine filijs, et linea ma
ſculorum in eis deficeret, quo caſu proprie dicta
loca uocentur, ut oſtenſum, et ponderatum fuit
ſupra. Nam in teſtamento primi teſtatoris Co-
mitis Vgutioni, cum de linea finita loqueretur
teſtator, ut oſtenderet, quòd non intẽdebat ſub
ſtitutionem monaſterij locum habere omni ca-
ſu, quo finiretur linea, addidit dictæ clauſulæ (fi-
nita linea ſuorum deſcendentium,) dictionem

ſeu

ſeu clauſulam(vt ſupra)& ita etiam ſemper fecit
ſecundus teſtator in omnibus clauſulis, in quib.
de deficientia lineæ, & liberorum fuit locutus,
23 quæ dictio ſeu clauſula†(ut ſupra)refert omnes
qualitates præcedentes, & reſtringit ac limitat
diſpoſitionem ſecundum ſuperiora, Dec.conſil.
182.num.3.& d.conſi.277.num.5.& 287.num.
10.Curt.iun.conſil.219.num.5.Pariſ.conſil.80.
num.49.in 2.Bero.conſ.67.num.13.in 2.Ceph.
d.conſil.269.num.40.& conſil.153.nume.59.&
292.num.9.Thob.Non.conſil.40.nu.12.& Ro-
lan.a Val.conſil.30.num.234.volum.& non ſo
lum dictus Comes Ambroſius teſtator vltimus
reſtrinxit ſubſtitutioné ad caſum, de quo ſupra
diſpoſuerat per dicta uerba (ut ſupra) ſed etiam
addidit alia verba reſtringétia diſpoſitionem ad
caſum expreſsũ ut ibi(& eo caſu finita linea &c.)
& inferius (Item dictus teſtator eodem caſu de-
ficientiæ dictorum liberorum) & in capitulo cō
ſtructionis dicti hoſpitalis Ferrariæ.

Inſuper dictus teſtator in caſu prædicto, fini-
tæ prædictæ lineæ ſuorum liberorum, ut ſupra,
& poſtremo loco (in caſu de quo ſupra deficien
24 tiæ liberorum ut ſupra) nam† clauſula (eo caſu)
reſtringit diſpoſitioné ad caſum expreſſum, Bal.
conſil.57. item inſtituo.num.2.in 2. Dec.dicto
conſil.28.num.10.Bero.conſil.79.nume.8.in 2.
Craue.d.conſil.98. num.5.6.Alcia. conſil.130.
num.2.lib.9.Cephal.conſil.252.num.12.& 21.
25 ſic dictio,eos,repetit qualitatem dicti caſus,Ce
pha.dicto conſ.269.num.28.prout idem impor
26 tat dictio†prædicto, & prædictæ lineæ, quæ pa
riter repetit omnes qualitates præcedentes,
Dec.dicto conſi.218.nu... Curt.iun.dicto con-
ſilio 255.num.9.& 10.Crauet.d.conſil.98.nume
ro 8.Rolan.d.conſil.30.num.21.& 34.num.31.
eodem 4.uolum.& Burſat.conſil.52.num.34.&
27 licet linea liberorum teſtatorem, † quæ a libe-
ris initium ſumere regulariter debet,ut per Caſ.
laſ.& alios in l.maritus. C.de procurat. Soci.cō
ſil.33.num.8.& 9.in 3.Dec.conſil.379. num.4.
& 5.& Rolan.a Val.conſil.33.num.28.in 4.non
videatur poſſe finire, & deficere in perſona libe
rorum primi gradus, cum non videatur poſſe di
ci linea,ut per Rui.conſil.4.in prin.in 3.Pariſ.d.
conſil.74.& Alcia.d.conſil.46.omnes in eodem
caſu conſulentes: in caſu tamen iſto non eſt cu-
randum de hoc,tum quia in ſecundo teſtamen-
to teſtator uocando dicta hoſpitalia conſtruen
da,non fuit loquutus per verba(finita linea)niſi
in uno loco,ſed per verba deficientiæ liberorũ,
& promiſcue vtens his clauſulis,intelligens alte
ram,alteram declarare, ſicut una pars teſtamen
28 ti clara,†aliam dubiam declarat.l.qui filiabus,in
prin.ff.de leg.1.Iul.Clar.in §.teſtamentum,q.76.
3.regula.tum quia linea potuiſſet verificari, & ſi
niri etiam in primo gradu liberorum exiſtentiũ
tempore mortis,& tamen eſſet lin ea,ut ſi præde
ceſſiſſent filij primi gradus, & etiam nepotes te-
ſtatoris, & tempore mortis eiuſdem alij deſcen-
dentes ſuperextarent vel nepotes vel prone-
potes, & ij decederent tandem ſine filijs, certe
verificata fuiſſet linea, quę habuiſſet principium
29 et finem.quod ex alio tollitur,quia linea† poteſt
duobus modis accipi, ut ſumatur materialiter
et effectiuè, quo caſu non comprehenditur per
ſona patris in linea liberorum altero modo ſub-
iunctiue,ſeu contentiue.vt in ea contineatur pa
ter,Bal.in cōſil.334.in quæſtione,quæ vertitur.
num.9.3.volum. quod eſt in ſertum inter conſil.
Anch.conſil.95.et Rolan.conſil.23.num.27.uo
lum.4.et hoc ultimo caſu poſſet capi linea, et ue-
rificaretur etiam eius caput et finis, licet defice-
ret in primo gradu filiorum,quia quando teſta-
tor declarat uerbum, lineam, ex alijs verbis,
ut in caſu iſto factum fuit, ut ſupra,tunc accipi-
tur contentiuè,et ſecundo modo, Cum. conſil.
30 3.colum.1.in fi. † nam ſtatur uoluntati et menti
teſtatoris, licet in intellectu lineæ errauerit, Al-
31 cia.d.conſi.46.num.10.et quod† quando ex alijs
uerbis teſtatoris conſtat de mente eius, linea ſit
capienda ſubiunctiue et contentiue,tradit Pariſ.
3 *Decimæ noualium debentur eccleſiæ parochiali, vel epiſcopo; non illi, cui fuerunt conceſſæ decimæ veterum agrorum.*

4 *Conceſſio ſemper comprehendit omnia contenta inter fines expreſſos.*

5 *Augumentum dicitur pars primi fundi, non nouum prædium.*

6 *Et eſt pars integralis.*

7 *Alluuione res, quæ confertur, eſt eiuſdem iuris, cuius eſt fundus, cui adiacet augumentum.*

8 *Alluuionis augumentum rei,non perſonæ accreſcere dicitur.*

9 *Præſertim,cum nulla induſtria hominis interceſſerit.*

10 *Futura comprahenduntur, quando eſt conceſſum aliquid,quod poteſt recipere augumentum,& diminutionem.*

11 *Et ad illa trahitur conceſsio, maxime quando augumentum verſatur circa eandem rem.*

12 *Noualia ſubiiciuntur decimæ, ſi ita eſt expreſſum.*

13 *Nouale quod ſit.*

14 *Alluuio non habet locum in priuatis ſoueis.*

15 *Agri limitati qui dabantur militibus cuius eſsent naturæ.*

16 *Decimarum regulariter laicus eſt incapax.*

CONSILIVM LXXII.

Memorabor, Domine, juſtitiæ tuæ ſolius.

CAnonici regulares Sanctæ Mariæ
de Vado, Domini ſunt nonnul-
lorum bonorum in territorio Fer
rariæ, ab Archiepiſcopo Rauen.
næ conceſſorum olim huic con-
gregationi, decimam deinde habent in eiſdem
bonis conceſſam ab Epiſcopo Ferrariæ etiam no
ualium, & hæc bona inter aggerem & flumen
Padi interiacere ſcriptum eſt in inueſtituris con
ceſſionum. euenit, quòd terra, prope quam Pa-
dus præterfluit, ampliari, & augeri admodum
cœpit, vel quia Padus aliunde paulatim, & mi-
nutatim ambeſum elementum huic ripæ laten-
ter adiecerit, vel quia ſubſidentibus aquis ſuo-
que receſſu parte etiam ſui aluei derelicti vici-
nos fundos auxerit.

Nunc in quæſtionem ac diſceptationem vo-
catur, an decima huius augumenti debeatur ca-
nonicis, an vero epiſcopatui Ferrariæ, vel alicui
alij ab ipſo epiſcopatu in uniuerſum de decimis
noualium inueſtito.

Et primo ſtatim aſpectu vtique dicendum
eſt, has decimas per alluuionem auctas deberi
epiſcopatui, per text. in l. Rutilia Polla, ff. de con
1 trahen. emptio, ubi incrementum † rei venditæ
non cedit emptori.

2 Secundo, quia angumentum † accedens non
auget bona, & terminos ſuos, maxime ſi poteſt
ſeparari, eſt text. optimus in l. in agris, ff. de acq.
rerum domi. ſcribit Bap. Aym. in trac. de alluuio.
li. 2. c. 1. in princ.

Tertio, quia conceſſis decimis veterũ agrorũ,
3 decimæ tamen noualium debentur † eccleſiæ
parochiali, vel epiſcopo, capitu. ad epiſcopum,
capitulo, quoniam, capitulo, ſuggeſtum, capitu-
lo, cum contingat, de decim. no. in capitulo, trãſ-
miſſa, & in capitulo, ad aures, de præſcrip. immo
ſunt text. aperti, quibus probatur, habentem de
cimas uel ex priuilegio, uel alio modo, non ha-
bere tamen noualium, in capitulo, cum contin-
gat, in c. tua, il primo, de deci. pulchre conſuluit
Purpura. conſ. 7. per tot.

Verum p enitius conſiderãti contrariam par
tem veriorem eſſe apparebit.

4 Primo, quia omnia inter † confines expreſſos
exiſtentia ſemper veniunt in conceſſione. l. æde
ſacra, §. primo. ff. de contrahen. emptio. l. ſi fines,
ubi Ange. C. de euictio. Pariſ. conſilio 27. nume-
ro 13. in primo, Crauet. conſilio 105. numero
primo, Nat. conſilio 501. numero 30. & cum de
tur Padus pro confine, quicquid continetur in-
tra Padum, dicitur eſſe de re confinata, Dec. con
ſilio 271. & 517. Crauet. conſilio 54. & 185. &
5 hoc augumentum dicitur pars primi fundi, non
nouum prædium, aut ſolum, & eodem iure de-
bet cenſeri, Iaſ. conſilio 126. numero 4. Nat. con
6 ſilio 286. ubi late immo partem † eſſe integra-
lem, ſcribit Bal. in l. ſi ego, §. idem ait. ff. de publi.
in rem actio. facit l. proprietati, ff. de iure do-
tium. & eſt deciſ. pulcherrima Caſſad. ſup. re-
gu. cancel. in titulo, de acquiren. rerum domi.
uni. deciſ. in fine, & hanc refert Paſcth. conſilio
16. in fine. ubi loquitur in alueo fluminis reli-
cto, & dicit, qđ ſine apprehenſione efficitur pars
fundi uicini, & loquitur in eccleſia.

Secundo illud eſt regulare in alluuione, quòd
ſemper confertur res, ut ſit eiuſdem iuris, cuius
7 eſt fundus, cui adiacet † augumentum. Itaque ſi
canonici poterant & poſſunt decimare hæc præ
dia uetera, ergo & recentia fluminis munere au-
cta eſt text. in l. id quod, in principio. ff. de peri.
& commo. rei uendi. & dicta l. ſi ego. §. idem
ait. §. cum autem, Inſtitutio. de emptio. & uendi-
tio. Menoch. conſilio 26. numero 36. Bapt.
Aym. in dicto tractatu, libro ſecundo, capitulo
16. in princip. hinc augumentum alluuionis,
8 vel natura vel fortuna † factum, iure gentium
rei non perſonæ accreſcere dicitur, l. ſi Titio,
in fine, de vſufruc. l. quod in rerum. §. ſi quis
poſt, ff. de legat. primo. §. præterea Inſtitutio. de
rerum diuiſ. præſertim cum nulla induſtria ho-
9 minis interceſſerit, † ut tradunt omnes in di-
cta l. Rutilia Polla. notat Bartol. in l. damni
infecti ſtipul. per illum tex. in §. ſi is, qui ædes. in
antepen. q. ff. de dam. infec.

Tertio ſtante priuilegio decimandi intra il-
los fines conceſſo huic congregationi, certe
comprahenduntur noualia intra illos terminos
contenta: nam quãdo conceſſum eſt aliquod ius
10 in vniuerſum, † quod poteſt recipere augumen
tum

tum & diminutionem, compræhenduntur futura, & in his terminis conceſſa decima, quòd noualia compræhendantur, conſuluit pro Illuſtribus Contrarijs contra epiſcopatum Ferrariæ Decia. reſpon. 22. nu. 25. cum ſeq. in 1.

11 Et quòd conceſſio † trahatur ad futura, ex magis communi opinione ſcribunt Decij. Pedem. 13. Nat. conſil. 160. num. 23. 26. & 340. num. 12. & 15. & quando augumẽtum verſatur circa eandem rem, tunc futura comprǽhendi, Menoch. trad. 142. num. 19. cætera deinde poſſunt deſumi ex iſtis allegatis autoribus, nam pudet me vulgata, & circunforanea adducere apud virum eruditiſſimum, & excellentiſſimum.

Sed ſilẽt omnia in caſu noſtro, in quo expreſſe dicitur, quòd capiantur decimæ noualium, vt legitur etiam in confirmatione conceſſionis: ergo fuit mens concedentis epiſcopi Ferrarienſis,
12 quod quælibet noualia canonicorum † decimæ ſubiecta eſſent. Dec. conſil. 147. diligenter conſideratis, colum. 2. ver. & pro fundamento. in hoc eodem caſu reſpondet Purpur. conſil. 319. nu-
13 me. 5. vbi alia, at nos verſari in nouali, non † eſt dubitandum, ad trad. per Doctor. in l. ſylua, in §. noualis, ff. de verb. ſign. & in c. quid per nouale, de verb. ſign.

Neque obſtat text. in l. Rutilia Polla. quia loquitur in incremento terminos lacus præfixos excedente, at in caſu noſtro loquimur de incremento facto inter aggerem & Padum, & ſic intra ipſos terminos.

Secunda eſt reſponſio, quia lacus de quo ibi erat priuatus, & qui non recipiebat alluuionem,
14 † ut inquit tex. in l. lacus, ff. de acquir. rerum domin. & in l. uicinus. §. fin. ff de aq. plu. arc. nos uero loquimur in aqua fluminis regalis, quę erat publici iuris.

Nec magis obſiſtit ſecundum contrarium, quia procedit in re limitata & particulari, nos autem loquimur in re quæ a Pado ipſo poteſt augumentum, & diminutionem accipere.

Præterea illud eſt dicendum ſpeciale in agris
15 limitatis, qui dabantur militibus, & erant † conſtituti in limite territorij Romani, & hoſtium, & ita reſpondet Decia. reſpon. 52. numero 63. in primo.

Ad ea, quæ vltimo loco cõſiderantur, reſpondetur per Purpur. & Decia. ſupra citatos, quia procedunt illa regulariter, non autem quando decima alteri eſt conceſſa ab eccleſia epiſcopali; nam ſi priuilegiũ loqueretur ſimpliciter de decima, vtique ego dubitarem, an laicus inueſtitus
16 poſſet decimam noualium habere, † cum regulariter incapax ſit, ut ſcribunt Purpu. in conſilio 7. & Dom. Riminal. iun. conſil. 169. niſi adeſſent illa, quæ ſunt in caſu Decia. conſulentis in laico: nam a uiro doctiſſimo & olim præceptore meo, & nefas, & turpe arbitrarer diſcedere, aut aberrare. Sed nos ſumus in eccleſiaſticis capacibus, illarum & in priuilegio additum eſt, etiam nouallium, & ideo nos uerſamur in caſu legis, cui nihil cauillationis, aut commentitiæ interpretationis adijci poſſe credimus. Interim Reuerendiſſimæ Dominationi veſtræ me maxime commendatum eſſe cupio. Laus Deo Opt. Max.

Claud. Bertaz. I.C.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis non poteſt alienari in præiudicium compræhenſorum.
Et quid ſtante conſuetudine? Et de conſuetudinis probatione.
Identitas terrarum, quomodo probetur?

SVMMAE.

1 *Feudum alienatum poteſt auocari per agnatos, mortuo alienatore.*
2 *Feudorum iura procedunt etiam in emphyteuſi.*
3 *Emphyteuſis ſi detur in dotem, durat penes recipientem, quatenus durat vita dantis emphyteutæ.*
4 *Emphyteuſis mortuo emphyteuta ſpectat ad hæredes comprahenſos.*
5 *Nec tenetur ſucceſſor de illa ſoluere debita defuncti.*
6 *Filius poteſt venire contra patrem alienantem emphyteuſim, ſi ſit vocatus.*
7 *Identitas rei demonſtratur per duos confines.*
8 *Et maxime, ſi concurrit nominis identitas.*
9 *Confines probantur præſumptionibus & coniecturis.*
10 *Bona præſumuntur perueniſſe ad deſcendentes ex aſcendentibus.*
11 *Identitas probatur ex poſſeſsione illius, qui rem recognoſcit pro tali.*
12 *Confinia poſſunt dari vltra viam, nulla facta mentione viæ.*
13 *Clauſula, iuxta alios ſuos plures & veriores confines, ampliat.*
14 *Emphyteuſis uidetur alienabilis conceſſa cum clauſula, ad habendum, tenendum, & quicquid voluerit faciendum.*
15 *Sed tamen ex hac, vel ſimili clauſula reſpectu domini emphyteuſis nõ poteſt alienari.*
16 *Et idem eſt reſpectu agnatorum, quibus tales*

clau-

clauſula non poſſunt praiudicare.

17 *Clauſula, ad habendum, & tenendum, non immutat naturam feudi, vel emphyteuſis.*

18 *Conſuetudo alienandi emphyteuſim non probatur per teſtem, qui emit, vel vendidit huiuſmodi terras.*

19 *Et hæc conſuetudo eſt contra diſpoſitionem iuris, & irrationabilis.*

20 *Nec poteſt induci a populo non habente auctoritatem legis condendæ.*

21 *Et hæc non probatur, niſi conſtet eueniſſe caſum contrarium legi, vel conſuetudini, quæ prius vigebat.*

22 *Emphyteuſim quam poſſidet, qui emit a primo acquirente, poterit retinere, nam*

23 *Emphyteuſis noua, vel nouum feudum, poteſt alienari per nouum acquirentem.*

24 *Conſuetudo alienandi emphyteuſim, vel feudum, non probatur, niſi exprimatur actus, ex quibus introducatur.*

25 *Et oportet probare actum nõ eueniſſe ſolum, ſed eueniſſe virtute conſuetudinis.*

26 *Et non obſtante contradictione ſubditorum, vel comprehenſorum factam fuiſſe alienationem.*

27 *Et debet probari actum fuiſſe factum animo inducendi conſuetudinem.*

28 *Conſuetudo non ſoluendi non inducitur, licet per 40. annos nõ fuerint ſoluta pęna, vel petita collecta.*

CONSILIVM LXXIII.

In Domino confido:

DOmini Guido & Antonius Marius fratres de Vecchijs de Finali agunt ad reuocationem nõnullorum bonorum emphyteuticorũ recognitorum ab epiſcopatu Mãtuæ iure emphyteuſis, ſeu liuelli perpetualis de vigintinouem annis in vigintinouem annos ad reuocandum per olim Bartholomeum de Vecchijs eorum atauum, & ſucceſſiue recognitorũ per Matthęm eorum auum paternum Bernardum eius Matthæi fratrem alienatorum per dictum quondam Bernardum pro parte & ſubinde per eius Bernardi deſcendentes pro reliquis partibus, cuius Bernardi linea deſcendentium maſculorum fuit & eſt finita per mortem Ioannini eius nepotis in pupillari ætate defuncti, ad quæ quidem bona ipſi actores uocati ſunt tanquàm proximiores agnati in dictis antiquis inueſtituris compræhenſi, & probauerunt omnia ſibi incumbentia, prout in ſua informatione abunde comprobauit D. Procurator frater meus, ad quam me remitto. quo fit ut omnino ipſi debeãt obtinere in dicta auocatione facienda a poſſeſſoribus dictorum bonorum, ſicut per agnatos po-
1 teſt auocari † feudum alienatum mortuo alienatore. c. 1. §. 1. de ſucceſ. feu. & cap. 1. de alie. feu.
2 pater. quæ iura feudorum procedunt † etiam in emphyteuſi quę eſt eiuſdem naturæ, Calc. conſilio 51. nume. 2. de quo Clar. lib. ſuo 4. ſententiarum. §. feudum. quæſt. 3. uerſ. & hęc quidem, ante fi. & ita in terminis tradit Alex. in conſil. 106. uiſo themate, in princ. 4. uol. & ibi Nat. in addi. num. 2. qui citat nonnulla conſil. Dec. Soc. qui loquitur in fortiori caſu, in conſil. 50. colum. fin. verſ. quoniam licet, 1. uolum. Corn. conſil. 320. 2. colum. in 3. Brun. conſil. 80. primo dubio. licet loquatur in feudo, Ioan. Bap. Ferret. in conſi. 78. in 2. dubio. Oſaſc. deciſ. Pedemon. 164. num. 16. & Thob. Non. conſi. 5. num. 12. Quod procedit, etiam ſi res emphyteutica data fuerit in dotem per emphyteutam, quia durat penes recipien-
3 tem eatenus, quatenus durat † ita dãtis emphyteutæ, Ioan. Andr. & alij in capit. potuit, de loca. Paris de Put. in tract. de feud. reintegra. in tit. an de rebus dotal. in dotem datis ſoluatur laudemium, num. 19. & ſequen. fol. 59. Alexan. conſil. 173. uiſo themate, num. 1. ſecundo uolum. quod admittit Rui. conſil. 165. num. 3. in 2. Cum enim ipſi agentes fuerint proximiores, ultimo decedẽti de linea D. Bernardi eorum propatrui, ad ipſos uti compræhenſos in antiquis inueſtituris res ipſæ emphyteuticæ deuoluerunt & ad eos
4 ſpectant † & pertinẽt, Bar. & alij in l. ſi mihi & Titio. ff. de uerbor. oblig. & in conſil. 58. ex themate prędicto, in 1. dubio. Bal. & Saly c. in l. 2. C. de iure emphyt. & idem Bald. in conſil. 465. hæredi habenti, num. 4. 5. uolum. Anchar. conſil. 171. caſus talis eſt, Roman. in conſil. 19. in caſu quæſtionis. & 103. uiſo propoſitæ, in fi. Corn. conſi. 100. ſecunda colum. & ſequen. in 4. Alexan. d. conſil. 106. & in conſil. ſequen. in 4. Soc. d. conſil. 50. colu. fin. Dec. in pluribus conſ. 235. nu. 6. 263. 395. in princ. & 411. Ruin. in conſil. 48. 169. & 220. num. 3. primo uolum. & And. ab Exea, ſuo lib. de pact. nume. 218. Nec hoc caſu tenetur ſucceſſor
5 de emphyteuſi † ſoluere debita defuncti, etiam ſi ſit filius, Clar. in §. feudum. q. 43. nã filius poteſt uenire contra factum patris alienantis emphy-
6 teuſim, ſi ſit uocatus † in antiquis inueſtituris, Thob. conſil. 2. num. 14. & in conſilio 15. num. 11. vbi alios citat.

Fundata itaque actione actorum operæpretiũ eſt uidere, an exceptiones oppoſitæ pro parte reorum obſtent. Et primo, an conſtet res petitas & in iudicium deductas fuiſſe compræhenſas in antiqua inueſtitura facta per epiſcopum Mu-

Mutinæ d.quon.Bartholomeo antiquo de anno
1465.& ſucceſſiue in reuocatione facta de anno
1523. In qua ſunt appoſita eademmet confinia
primæ petiæ terræ in eis deſcriptæ in his uerbis
uidelicet. In primis de una petia terræ ualliuæ &
boſchiuæ quantæcunq; ſit quantitatis poſita in
territorio Finalis *in loco detto all'olmo*,uel *alla uil*
la iuxta iura Bertolini de Nouaria, Doſſum della
Spina, iura monaſterij ſancti Petri de Mutina &
iura D.Bartholomei liuellarij pro iuribus acqui
ſitis a Gerardino Vſciuerio , Petro Berno Iaco-
bo Magno de Finali ab unò alio latere etiam iu-
ra d.Bartholomei pro iurib. epiſcopatus, & pro
iuribus acquiſitis ab illis de Barzalerijs etiã pro
iuribus dicti epiſcopatus.nam prętendit pars ad
uerſa,ſeu rei conuenti prætẽdunt, quod ex quo
flumen Panarij , quod ſecus dicta bona non fuit
datum pro confine,bona per eos poſſeſſa nõ fuiſ
ſe compræhenſa in inueſtitura.

Contrarium vero prętendit pars actorum, cũ
nõ ſint neceſſario probandi oẽs cõfines rei,quæ
petitur , ſed ſufficiat probare & verificare illius
7 identitatem†per duos confines.l.forma. ff.de cẽ
ſib.Papien. in pract.in forma libel. in cauſa uen-
ditio.in gl.cui cohæret.& in forma libel.in actio
ne reali declaratoria , in eadem gloſ.Io.de Ana.
in conſil.98.ſecunda colum. Rui.loquens in in-
ueſtitura,in conſil.50.num. 12.in 1.uolum.& in
conſil.115.num.14.5.uolum. & hic uerificantur
8 etiam ultra duos confines, & concurrit etiã†no
minis identitas , Doctor.in l.ſi quis in fundi uo-
cabulo,in princ.ff.de leg. 1. Crau.conſil. 198.nu
mero 2.uer.alibi ſcribit Bal.confines autem pro
9 bantur per coniecturas†& pręſumptiones , Do-
ctor.in cap.cum cauſam , de proba.Pariſ.conſil.
104.nu.22.& 25.primo uolum.Hieron.de Mon
te,in tract. de fini.cap.53. fere per totum,quod
in antiquis difficultatem non haber, Affli.deciſ.
23.num.4.Rimin.conſil.254.nume. 11. Syluan.
conſil.57.num.3.& ſeq.maxime,nu.9. & admit-
tit Menoch.conſil.21.nume.3.& cum appareat
ex inſtrumentis productis, quod hæc bona per-
uenerunt ad deſcendentes Bartholomei primi
inueſtiti, & inter eos fuiſſe diuiſa.& per dictum
quondam Bernardum & ſucceſſiue per eius de-
ſcendentes reſpectiue poſſeſſa & ſubinde aliena
ta, & tandem perueniſſe in reos conuentos qui
omnes illa recognouerunt ab epiſcopatu prædi
cto & ſoluerunt debitum canonem pro rata ip-
ſorum bonorum , certe non poteſt negari quin
appareat eſſe partem dictæ petiæ terræ , de qua
fuit inueſtitus dictus Dom.Bartholomæus,quia
præſumuntur bona perueniſſe ad deſcendentes
10 † ex aſcendentibus, Zaſ.in conſil.5.nu.16.& 20.
primo uolum.Craue. in rub.ff.de leg. 1.num.43.
Sylua.conſil.86.nu.8.& ſequen.& Franc.Marz.
in ſuo epito.in materiam fideicommiſ.q.59.ſed
11 & poſſeſſio eius qui rẽ recognoſcit pro†tali pro
bat illius identitatem.Afflic.d.deciſ.23.num.2.
Pariſ.d.conſil.104.num.24.Syluan.conſil.57.nu
mero 9.& Hieron.de Monte d.tract.c.22.num.
2.Ex quibus conſtat,nihil referre quod flumen
ſeu canale prædictum non fuerit datum pro con
fine dictæ petiæ terræ, quia non propterea po-
teſt dici , quod non compræhendantur res illæ
ſemper ita recognitæ pro talibus,ut ſupra,quod
maxime procedit , cum ultra canale prædictum
confinaret dictus quondam Barthol. de Noua-
ria,quo caſu poteſt dici, quod aut tunc tempo-
ris dictum canale non fluebat per dictum locũ ,
& non intermediabat rem conceſſam,& bona di
cti Bertholini , vel notarius appoſuit confinium
dicti Bertholini vltra canale tacito canali, ſicut
quandoque fit de uia, quæ intermediat & tamẽ
dantur poſſidentes bona vltra viam pro confi-
12 nibus nulla facta † mentione de uia, ut uidetur
velle gloſ.in verbo, adhærent,in §.riparum,Inſti
tu.de rerum diuiſ. & expreſſe ibi Chriſto. Port.
& Egid.Peri.cuius mentis eſt Bart.in tract.de in-
ſu.in §.ſeu uerbo,prope. Paris de Put.in d.trac.
in tit.cõceſſio facta per dictionem,juxta, vel pro
pe,&c.num.7.fol.102,& Boer.deciſ.51.num.15.
& quod ſine dubio procedit ſtante clauſula ad-
dita in dictis inueſtituris, uel iuxta alios, ſi forẽt
prædictis petijs terrarum ſiue reb. & bonis. plu
res aut ueriores confines,&c. quia clauſula hæc
13 inducta†eſt ad ampliandum diſpoſitionem con-
trahentium, ſecundum Bal. in conſil.412.ſuper
quibus.in fi.4.uolu. & quod per eam clauſulam
non reſtringatur,ſed amplietur diſpoſitio pręce
dens,tradit etiam Alex.in conſil.8. uidetur for-
taſſe,num.8. 4.uolum. & uidetur tenere Ana.d.
conſi.98.& operatur,quando apparent alia con
finia, præter expreſſa, ut in caſu iſto, Rui.conſil.
83.num.7.in 1.uol.confines redarguerentur fal
ſi.Pariſ.conſ.64.num.74.1.uol.

Secundo opponitur ex aduerſo, quòd dicta
res emphyteutica fuit & eſt alienabilis,& in quo
ſcunque etiam extraneos tranſmiſſibilis,& forte
pars aduerſa uoluit ſe fundare in clauſulis dictæ
inueſtituræ, in quibus uidetur data licentia alie-
nandi, ut ibi,ad habendum,tenendum,poſſiden
dum, & quicquid dicto liuellario,ſuis filijs & ne
potibus,ut ſupra perpetuo placuerit faciendum,
iure dicti epiſcopatus ſemper ſaluo, ſaluisq; con
ditionibus infraſcriptis, & inferius : Acto quod
ſi ullo unquam tempore in futurum prædicti li-
uellarij,aut eorum filij, vel nepotes, aut eorũ de-
ſcendentes,uoluerint uendere ipſa bona,aut par
tem aliquam eorum,vel iura ſua,quæ habẽt, vel
habuerint in ipſis bonis,teneantur prius legiti-
me denunciare agentibus legitime pro ipſo epi-
ſcopatu, & eos interpellare , & ſi emere uolue-
rint,teneantur uendere pro eo pretio, quo bo-
na huiuſmodi fuerunt ęſtimata,& ſi emere nolue
rint liceat ipſis liuellarijs uendere cuicunque
emere uolenti, pterq̃ ulli venerabili loco,maio-
ri perſonæ, ſeruo, vel ancillæ, ſed perſonæ habili
&

& ſufficienti ad ipſum annuum liuellum ſoluen-
dum & ipſas res manutenendum & defenden-
dũ, nam propter huiuſmodi clauſulas cenſeri in
ipſo initio conceſſam licentiam alienandi rem
14 emphyteuticam, nec etiam opus eſſe† alia licen-
tia ab eccleſia. multi uidentur uoluiſſe, maxime
Bal.num.3.& Saly.num.2.in l.fin. C.de iure em-
phyt. quàm opinionem dicit* communem Clar.
in d.§.emphyteuſis.q.13.ad fin.uerſ.ſed pone.&
in terminis iſtis, quod poſsit fieri alienatio in
præiudicium compræhenſorum, tradit Cur.iun.
conſil.155.nu.11.& Rui.conſil.165. per totum.
ego uero contrarium cenſeo quod dictæ clauſu
læ ſecundum iuris diſpoſitionem, & naturam cõ
tractus ueniant intelligendæ & interpretandæ,
ita quod non cenſeatur conceſſa licentia alienã
di in præiudicium Domini, ut conſenſus eius nõ
exigatur, uel in præiudicium agnatorũ compre-
15 henſorum. hanc enim ſententiam reſpectu† do-
mini, quod ita intelligatur, ut exigatur eius con-
ſenſus, tenuit Spec.& ante eum Iacob.Bernar.&
Vber. de Bob.antiqui illic citati in tit.de loca.§.
nunc aliqua, verſ.93.& ibi Io. Andr.in addit. &
Bal.in pen. pag. licet ſubdubius Ioan.Fab.in d.l.
fin. Collecta in cap.potuit.5.colum.loca. Floriã.
in l.ſi ſtipulatus.de uſur. Alber. in d.l.fi.nume.8.
Alex.in d.conſi.106.num.4.colum.2.& ſequen.
Bertran.conſil.2.num.5.ſecundo uolum.ſecun-
dæ pat.Marſ.in ſing.510.verba.Afflic.deci.307.
num.21.Dec.conſil.138.colum.2.uerſ.2.nume.
7.& conſil.395.num.1.Paris de Put.in d.trac.de
feud.reintegr.in titu.an ſi conceſſio fiat, fol.79.
num.11.& ſequen.& in tit.an ſi dominus conceſ
ſerit, fol.63.quaſi per totum, Brun.qui dicit cõ-
munem, in conſil.80.nu.3. & quod etiam tenet
in conſil.121. colum.5.uerſ.ſecundo.2.uolum.
Gozad. conſil.4.nume.29. Rub.Alex.conſil.110.
num.6.Bero.conſil.44.num.20,103.num.19.&
122.num.22. primo uol.Ioan.Bapt.Vincemal.
inter conſil.feud.plurium conſi.1.num.45.& D.
Rimin.noſter iun.conſil.176.num.33. & in ter-
minis noſtris, quod talis licentia per dicta pacta
16 & clauſulas† non præiudicet agnatis, uoluit Ale
xan.in d.conſil.106.1.& 2.colum. & illum multi
ſequuti fuere, Iaſ.in d.l.fin.num.207.in fi.Afflic.
d.deciſ.num.21. Brun.d.conſil,80.num.3. Dec.
d.conſil.395.nume.1.cuius opinionis eſt etiam
in conſil.171.num.3.uerſ.4. Gozad.d.conſil.4.nu
mero 29.Rui.ſibi contrarius, conſi.37.num.18.
& 169.num.12.in primo, Bero.in dictis conſi.44.
num.20.103.num.18.& 122.nume.22.& in d.
capit.potuit, num.20.loca. uti tenet ſententiam
hanc Alexan.licet illic non teneat illam Spec.re
ſpectu conſenſus domini, eandem etiam ſenten-
tiam tenet Crau.in conſi.pro genero, num.295.
Ioan. Bapt. Ferret. in conſil.78. ſecundo dubio,
nume.5.& 6.Ioan.Bap.Vincemal.in d.conſil.1.
num.45.& Clar.qui reſpectu domini tenet con-
trarium.hanc etiam tenet reprobans Rui.in cõ-
trarium citatum, ex quo hoc pactum cenſetur fa
ctum ad fauorem domini directi, in d.quæſt.13.
verſ.ſed quæro.Alex.etiam fuit ſequutus Tiraq.
in tract.de retract.tit.1.§.32.gloſ.1.num.3.illam
etiam tenet Oſaſcb.d.deciſ.164.nume.15.& 16.
& quod illa clauſula, ad habendum, &c. non im-
17 mutet† naturam feudi, trad. Rub.d.conſil.110.
num.5.Bellon.conſil.33.nume.5.Brun.d.conſil.
121.colum.5.verſ.ſeptimo contra.Menoch.qui
loquitur ad propoſitum verborum huius clauſu
læ, in conſil.61.nu.20.& ſequen.& Ceph.in con-
ſil.371.num.45.& 61. Ex quibus patet, hanc pro
culdubio in terminis eſſe communem Docto-
rum opinionem.

Tertio magnum ſit fundamẽtum per partem
aduerſam, quod ex conſuetudine ſit introductũ,
ut bona hæc emphyteutica recognita a dicto epi
ſcopatu ſint alienabilia in quoſcunque etiam ex
traneos in præiudicium agnatorum compræhẽ-
ſorũ, & ſuper depoſuerunt multi teſtes affirman
tes ſemper ſic fuiſſe conſuetum alienari, & num
quàm fuiſſe factam aliquam reuocationem alie-
nationum: quinimmo multi affirmant ſemel eue
niſſe ſimilem caſum, & quod nonnulli de Fraſſo
nis mouerunt iudicium contra Do. Antonium
de Auento & ſuccubuit. ſed certe (meo iudicio)
etiam hoc minime obſtat, quia omiſſo quod ferè
omnes teſtes aduerſarij habent intereſſe, quod
dicta conſuetudo uigeat, ex quo, vel emerunt,
vel uendiderunt ex huiuſmodi terris, vnde ui-
18 dentur habere intereſſe in cauſa, † quo caſu non
probant, Crauet.conſil.99.num.2.primo debue
rant probare, quod talis conſuetudo uiguit, &
fuit ſeruata per 30.annos ante vẽditiones & alie
nationes rerum controuerſarum, ex quo eſt cõ-
19 tra diſpoſitionem iuris, & uidetur † irrationabilis
excludens agnatos & filios compræhẽſos in in-
ueſtitura, ut in ſimili in feudo tradit Bal.in cap.
1.num.1.qualiter feudum alie.poſ.& uidetur gl.
in l.domini prædiorum. C.de agrico.& cenſi.li.
11.quod etiam uoluere Caſt.in l.de quibus, co-
lum.antepenul.de legi. & Iaſ.citando Bal.col.13.
verſ.ſecundo limita, Alexan.conſil.68.uiſo, col.
4.ſecundo uolum. & conſ.5. ſi uera ſunt, colum.
5.uerſ.& quod not.gloſ.5.uolum. Aret.conſilio
44.in propoſita.colum.2.admittit Cur. in c.fin.
nume.285. de conſuetud.Brun.in conſil.36.nu.
5.qui exigit etiam maioris temporis obſeruan-
tiam, ut inducatur talis conſuetudo, & Crauet.
in tracta.de antiquit.tempo.quarta par. in prin-
cip.num.ſecundo.

Quod tanto clarius procedit, ex quo populus
non habet auctoritatem legis condendæ, unde
20 non uidetur poſſe inducere† cõſuetudinem, Bar.
conſil.136.Capitaneus, in fi.Bal.in l.2.num.5.C.
quæ ſit lon.conſue. Pet.de Raue.in tract.de con
ſue.num.96. Alex.ad propoſitum, in conſi.173.
num.8.ſexto uolum.quo caſu non ſufficiunt 10.
anni, Crau.d.4.par.num.14.15.& idem Craue.
con-

conſil.96.num.6.ubi firmat,non valere conſue-
tudinem contra ius ſine ſcientia principis,& idē
quod populus, qui non habet auctoritatem le-
gis condendæ, non poſſit inducere conſuetudi-
nem, neq; valeat talis conſuetudo; tradit idem
Crau.in conſ.134.nu.25.

Secundo non probatur conſuetudo,vt tolla
21 tur lex,uel altera conſuetudo, niſi conſtet eue-
niſſe caſum contrarium legi,vel conſuetudini,vt
trad.Ioan. And.& Domi.in c.fin.de conſuetu.in
6.Abb.in cap.Ioannes,colum.fi. de cler.coniug.
Fely.in cap.cum acceſſiſſent,nu.25.in fi.de con-
ſtit.Roch.in cap.fin.num.410.de conſuetu.& in
propoſito, licet multi teſtes ex aduerſo fuerint
examinati,tamen non conſtat illos depoſuiſſe ni
ſi de vnico caſu illius Antonij de Auento,quem
etiam non conſtat fuiſſe huic noſtro omnino ſi
milem,quia potuit eſſe, quod emerit a primo ac
quirente,prout contigit etiam in caſu,in quo illi
de Fraſſonis egerunt contra quendam de Caran
22 dinis,& forte non † potuerunt obtinere,ut pro
poſſeſſore conſuluit Iacob. Emilia.conſil.11.ex
23 quo feudum nouum,uel noua emphyteuſis † po
reſt alienari per acquirentem, ut multi uoluere,
ut per Zal.in tract.feud.9.par.tit.de feud.aliena.
num.30.& Rip.in l.in quartam,nu.178.ff.ad leg.
Falcid. & unus caſus ſolus, vel obſeruantia uni-
ca non inducit conſuetudinem, Docto.in d.l.de
quibus,& in d.cap.fin.Nam licet non fuerint re-
uocata alienata,ut dicunt teſtes, non propterea
ſequitur id eueniſſe, quia non potuerunt de iu-
re reuocari, ex quo poteſt eſſe, quod alienantes
alienauerint nouam emphyteuſim, vel quod de
ſcendētes,qui poſſent auocare,fuiſſent hæredes
alienantis ſine inuentario,quo caſu tenentur ſta
re contractui prædeceſſoris. l.cum a matre. C.
de rei uendi.vel finita eſſet eorum alienantium li
nea,ut nullus ex comprehenſis ſupereſſet.igitur
conſuetudo non eſt probata, niſi actus exprima
24 tur,ex quibus introducatur † & legi derogetur,
& ad hoc faciunt tradita per Crau.in d.conſilio
134.nume. 6.& 7. melius in conſil.241.num.20.
colum.6.verſ.ſecundo reſpondeo,ubi poſt An-
char.firmat non ſufficere probare conſuetudinē
eſſe,quod fœminæ excludantur propter maſcu-
25 los,niſi id etiam probetur eueniſſe † uirtute con-
ſuetudinis,cum ex alia cauſa excludi potuerint,
& in terminis in feudo eſt deciſio Bruni in con-
ſil.36.num.5.& ſequen.qui pluribus rationibus
& auctoritatibus hanc partem tuetur,& ultra eū
ad propoſitum idem firmat Rip.in 2.lib.reſpon.
cap.25.nu.17.ubi ſtante conſuetudine,quod poſ
ſint alienare feuda, debet probari,quod aliena-
uerint inuitis ſubditis,idem Crauet.in d.conſil.
241.d.nume.20.ſexto uolum.verſ.tertio reſpon-
deo.ubi dicit,quod ad inducendum conſuetudi
nē alienandi loca inuitis ſubditis,requiritur con
tradictio ſaltem extraiudicialis ipſorum ſubdito
26 rum,& non obſtante tali contradictione fuerit
deuentum ad alienationem,quia potuit fieri alie
natio uolentib.ſubditis,quo caſu non eſſet indu
cta cōſuetudo inuitis ſubditis, vbi citat Alex. &
alios.Additur et deciſio Old.in conſ.237.quem
ſequitur Alex.in conſil.6.in quinto,& Craue.in
loco præallegato.Roch.in d.cap.fi.nu.329.Cur.
Iun.in tract.feud.quarta par.quæſt.30.& Io.Le-
cirier,in tract.de primogen.1.lib.quæſt.11.nu.10.
Quod conſuetudo diuidendo feuda inter uolen
tes & conſentientes non habet locum in caſu,
in quo aliquis diſſentiat,quia non propterea cen
ſetur derogatum legi,ultra quòd deberet proba
27 ri, quod actus † facti fuiſſent animo inducendi
conſuetudinem,ut per Roch.in dicto cap.fi.nu-
mero 364.& Grauet.dicta colum.6.& in conſi-
lio 197.num.12.

Tertio & ultimo, non uidetur etiam probata
conſuetudo,licet agnati uoluiſſent reuocare alie
nata,ſed etiam ſimplex abſtinentia,quæ inducit
conſuetudinem,ut per Domi.& Abb.& alios ſu
pra citatos in præcedenti fundamento,exempli-
ficantes in pœna impoſita damnificanti prædia
aliena: quia licet per quadraginta annos quis ab
ſtinuerit a petitione pęnæ,ad quā habebat actio
nem, non inducitur conſuetudo tollens legem,
28 & idem ſi non fuere † petitæ collectæ impoſitæ
uoluit Alex.in conſilio 136.& 196.in ſecundo,
vbi alia exempla adducuntur. Nec dicatur in ca-
ſu iſto,conſuetudinem habere contrarium vſum
vel actum contrarium legi, vel conſuetudini, ut
in exemplis, quę ponunt Doctor.illic ſucceſſio-
nis primogeniti,uel maſculorum contra ius cō-
mune a conſuetudine inductæ,quia caſus iſte ui
detur diſſimilis his,& magis ſimilis alijs,in quib.
non inducitur conſuetudo,ſi quidem ſuccedere
mulierem,vel ſecundo genitum,ſeu cum alijs ad
mitti & excludi,repugnant & ſibimet aduerſan-
tur in ipſo initio,ut non poſſit admitti primoge
nitus, uel maſculus,niſi corrigatur, uel tollatur
lex,omnes ſimul admittēs, quod in caſu noſtro
non eſt,quia uenditio vel alienatio emphyteu-
ſis ualet ab initio & reuocari nō poteſt alienan-
te uiuente,& certis alijs caſibus, licet agnatus,
vel compræhenſus in inueſtitura habeat actionē
mortuo alienante ad reuocandum,& non reuo-
cet,nec uelit uti lege,non uidetur propterea in-
ducta conſuetudo,ſicut non cenſetur inducta,ſi
quis nolit agere ad damna petere cautionem de
damno infecto, & ſimilia,ut exemplificant Do-
ctores. Ex quibus etiam ſublata eſt etiam hæc
tertia obiectio aduerſariorum, & aperte con-
ſtat actores iuſtitiam fouere. Laus Deo Opti-
mo Maximo.

Barth. Bertaz.

Fuit pro hac parte pronunciatum a iudice Il-
luſtri & uiro acutiſſimi iudicij.

AR-

ARGVMENTVM.

In eadem materia tractatur rurſus de probatione conſuetudinis alienandi emphyteuſim.

SVMMAE.

1 *Inueſtituræ renouatio ſi facta eſt virtute prima, ita deſcendentes admittuntur vigore ſecundæ, prout primæ.*
2 *Et quando noua facta eſt durante prima, tunc prima & antiqua eſt attendenda.*
3 *Clauſula, pro ſe & eorum, & cuiuslibet eorum filiis, & nepotibus, attribuit actum cuilibet inſolidum.*
4 *Et idem eſt propter verbum, in ſolidum.*
5 *Clauſula, de vno in alium cadendo, cuius virtutis?*
6 *Emphyteuſim non poteſt inueſtitus alienare ſi pluries fuerunt reuocatæ inueſtituræ, & bona nunquàm fuerunt ad eccleſiam reuerſa.*
7 *Ius decreſcendi, quando non habeat locum, & quo ad quos?*
8 *Emphyteuſim alienatam ſi cõprahenſus neglexit petere infra annum, an excludatur, & quando.*
9 *Et ſi alienatio eſt facta in extraneum, tunc agnatus non excluditur, niſi ſpatio 30. annorum.*
10 *Conſuetudo alienandi feudum, vel emphyteuſim in quoſcunque, valet.*
11 *Sed plura exiguntur in probatione huius conſuetudinis, & quæ?*
12 *Et quid in conſuetudine alienandi feuda?*
13 *Et non probatur per atteſtationes communitatis, ſed per teſtes iuratos deponentes de actibus ſingularibus.*
14 *Et formiter, et in ſpecie in caſu ſimili, de quo agitur, eſt probanda.*
15 *Et quod vigebat per triginta annos ante alienationem.*
16 *Et tria exiguntur, vſus populi, frequentia vſus, & diuturnitas temporis.*
17 *Conſuetudo hæc, an ſit introducta, & quando, ſi non contradicentib. agnatis fuerunt factæ alienationes.*
8 *Et an ſufficiat conſuetudo decem annorum?*

19 *Et quid debeat continere ſententia lata ſuper hac conſuetudine? Et alia ad rem iſtam.*

CONSILIVM LXXIIII.

In Domino confido.

EX adductis in prioribus allegationibus apparet ſolutio ferè omnium dubiorum ſubtiliter excitatorũ a Clariſſimo Domino meo Iudice huius cauſæ: licet enim prima inueſtitura ꝓducta, facta olim Bartholomęo de Vechijs fuerit facta vſque in tertiam generationem de anno 1465. quæ fuit renouata de anno 1488. Ioanni Franciſco Guidoni & cæteris filijs ipſius Bartholomæi, ut legitur in inueſtitura anni 1523. ſimiliter producta, in qua iterum ſunt renouati Matthæus auus DD. actorum, & Bernardus, de cuius portione agitur, fratres & filij quondam Antonij Mariæ nepotis ex d. Guidone antiquiore d. q. Bartholomæi primi inueſtiti cum clauſulis, de quib. in ea: Dubium tñ nõ eſt, quin ipſi actores obtinere debeãt uigore vtriuſque inueſtituræ, in quibus ipſi ſunt compræhenſi. Quia quo ad primã Bartholomæi, licet fuerit finita ſua tertia generatio in d. Bernardo, cum tamen ipſe Bernardus reuocationem acceperit antiquæ inueſtituræ cum illiſmet pactis & capitu-
1 lis, illa adhuc durãt & eius† uigore debent admitti iſti deſcenden tes, ita in indiuiduo decidit Bar. in l. ſi mihi & Titio, vltima quæſt. ad fin. num. 7.
* quem cęteri cõmuniter* ibi ſequuntur, ubi Alexand. proprie ponit hunc caſum, num. 20. Iaſ. numero 12. uerſ. tertio quæritur, & Alcia. nu 27. ff. de verb. oblig. Alex. conſil. 29. perſpectis, nu. 27. 5. uol. Dec. conſ. 53. in prin. & conſ. 445. nu. 5. & Ceph. conſ. 301. nu. 117.

Quod tanto clarius procedit, ex quo noua inueſtitura fuit facta durante prima, & fuit renouatio illius, quia eo caſu omnium conſenſu anti-
2 qua† eſt attendenda, Brun. conſil. 78. nume. 5. & ſequen. & conſ. ſequenti. ſecunda colnm. Grat. reſpon. 110. num. 46. primo uolum. & Paſet. conſil. 112. & 113. num. 3. & D. Rim. noſter iun. conſil. 32. num. 9. & ſeq.

Quo vero ad ſecũdam, & ſi eſſet noua inueſtitura, non renouatio antiquæ, quod verum non eſt, adhuc actores in ea ſunt compræhenſi propter clauſulas in ea expreſſas: fuerunt enim dicti Matthæus & Bernardus, ac cæteri alij deſcendẽtes Bartholomæi antiqui inueſtiti pro ſe & eorũ & cuiuſlibet eorum filijs & nepotib. & ab eis & quolibet eorum deſcendentibus maſculis legitimis & naturalibus uſque in eorum & cuiuſlibet eorum tertiam generationem completam inſolidum de uno ſemper in alium cadẽdo, & qua ter-

tia

tia generatione completa bona liberè reuerte-
rentur ad eccleſiam.

Quibus clauſulis ſtantibus certo certius eſt,
omnes deſcendẽtes fuiſſe compræhenſos in qua
libet portione cuiuſlibet deſcendentis durante
dicta tertia generatione, vt communiter conclu
dunt Doctor. in dicta l.ſi mihi & Titio, cum ab
initio inſolidum omnibus ſit facta conceſſio.
& per ius non decreſcendi, vel ut aliqui uolunt
3 accreſcendi, unus alteri ſuccedat: illa enim † clau
ſula, pro ſe & eorum & cuiuſlibet eorum filijs &
nepotibus, & ab eis & quolibet eorum, &c. attri
buit actum cuilibet inſolidum, vt per Iaſ. nume.
10. & Alci. num. 24. in d. l. ſi mihi & Titio, Alex.
conſil. 30. quoniam omne datum, num. 9. primo
volum. Curt. conſil. 49. num. 37. & ſequen. Dec.
conſil. 326. num. ſecundo, Pariſ. conſil. 16. nume.
2. & ſequen. quarto uolum. Sigiſmon. Lofred.
4 conſil. 15. num. quarto, & idem eſt propter † uer-
bum, inſolidum. Alex. d. nu. 9. Dec. & Sigiſmon.
dictis conſil. Alci. d. num. 27. & Crot. in repet. l.
re coniuncti. num. 142. uerſ. tertio fallit. ff. de le-
5 gat. 3. de clauſula † uero, de vno in alium caden-
do, ſcribunt Iaſ. num. 10. Alci. num. 21. 25. & 27.
in d. l. ſi mihi & Titio. Dec. conſil. 544. num. 32.
& Ruin. conſil. 43. num. 4. verſ. quo vero, primo
uolum. & poſtremo ſtante ultima clauſula, quod
completa tertia generatione ipſorum inueſtito-
rum bona reuertantur ad eccleſiam, cenſentur
omnes uocati de vno in vnum, prout ſunt proxi
miores inter ipſos, poſt Spec. & alios tradit Iaſ.
in d. l. ſi mihi & Titio, nu. 11. Alci. nu. 26.

Quibus ſtantibus, apertiſſime conſtat, ipſos
actores compræhenſos fuiſſe in utraque inueſti
tura, & poſſe ac debere ſuccedere in bonis em-
phyteuticis alienatis, non obſtantibus in du-
bijs adductis.

Et primo, quia ſtante ſecunda, & tertia reuo
catione bona numquam ad eccleſiam fuerunt
libere reuerſa, nec potuit Bernardus, vel alius ex
ſuis deſcendentib. ea bona in præiudicium com
6 præhenſorum † alienare, nec hoc caſu Alex. con
ſil. 21. in 5. vel Clar. in §. emphyteuſis. q. 42. ver.
aliquando conceſſa loquuntur.

Sicut etiam ex ea ſola Bernardi ſuccedũt, qui
nec potuit alienare, ut ſupra, & in alijs allegatio-
nibus comprobatum extitit. nec Alexan. in con
ſil. 124. nume. 8. lib. quinto, vel Nat. conſil. 475.
nu. 7. & 11. quicquã faciunt in contrarium, cum
loquãtur in primo acquiſitore emphyteuſis, nõ
in eo ſucceſſit antiquioribus, & renouationem,
ac etiam cum dictis clauſulis inueſtiturã accepit.

Et pariter ceſſat id, quod ſecũdo loco ſubiun
7 gitur in dubijs. quod † ius non decreſcendi non
haberet locum quo ad actores, ſed quo ad com-
præhenſos in generatione Bernardi, Alex. conſ.
13. nu. 14. in quinto, tum quia illa opinio Alex.
non uidetur uera, & contrarium tenent tot alij
ſupra citati loquentes in dicta clauſula, pro ſe, &
eorum, & cuiuſlibet eorum filijs, &c. & in ſpecie
reiicit Alcia. Anchar. illius opinionis contrariæ
authorem in d. num. 27.

Præterea ceſſat omnis ſcrupulus propter tot
alias clauſulas claras & apertiſſimas additas nul
lam patientibus difficultatem, vel controuer-
ſiam, in quibus non loquuntur Anch. uel Ale-
xand. nec alij.

Tollitur etiam pariter & tertium dubium, quod
agentes veniant excludendi, ex quo infra annũ
8 † neglexerunt petere hæc bona poſt alienationẽ
illorum, Roman. conſil. 70. num. 3. verſ. tertio, &
Alexan. conſil. 11. in fi. 3. volum. quia præter id,
quòd ipſi actores intra annũ egerunt poſtquàm
ſibi fuit aperta via agendi per mortem Ioannini
deſcendentis vltimi dic. Bernardi, cum ante ipſi
agere non potuiſſent, ex quo non erant proxi-
miores alienantium & a proximioribus exclude
bantur, ceſſat omnis ſcrupulus, quia text. in cap.
1. §. porro, in tit. qualiter olim feud. pote. alie. &
opinio contraria procedit, quando alienatio eſt
facta in remotiorem agnatũ: ſecus ſi ſit facta in
extraneum, quia tunc non excluduntur agnati,
9 † niſi ſpatio triginta annorum, vt late tradit Tira-
quel. in tract. de retract. tit. j. §. j. gloſ. 10. nu. 9. &
Clar. in §. feudum. q. 42. 4. pag. verſ. ſcias tamen.
ubi plures alij huius ſententiæ citantur.

Quartum autem dubium de cõſuetudine alie
nandi tollitur ex alias latiſſimè adductis in alle-
gationib. primis: licet enim verum ſit valere con
ſuetudinem alienandi emphyteuſim, vel feudum
10 † in quoſcunque, vt dicitur in dubijs ex Rolan.
conſi. 55. num. 16. in 3. & Clar. in §. emphyteuſis.
quæſt. 28. verſ. idemque & multo fortius. attamẽ
dicimus non eſſe probatam hoc caſu, quæ debet
probari ſpecialiter in caſu, de quo agitur, quan-
do ſcilicet poteſt auocari finita linea per cõpræ-
henſos in antiqua inueſtitura, vt ex multis deci-
ſionibus ad propoſitum citatis in dictis allega-
tionibus comprobaui, quibus additur Do. Rim.
noſter iunior, qui plures alios citat, in conſ. 209.
num. 61. & ſequen. Et plura exiguntur ad proba
11 tionem † conſuetudinis, ut ſex enumerant, idem
Rolan. a Val. in conſilio 13. num. 9. & ſeq. in 4. &
Menoch. nouiſſimè in conſi. 187. num. 5. 7. Ex qui
bus conſtat ex duob. actibus tantum non indu-
ci conſuetudinem, quod ex citatis per eum vo-
luit Burſ. in dubijs citatus, conſilio 50. num. 37.
cum longe plures exigantur, ut tranſeant in no-
titiam populi: licet forte ſi illi tranſiuiſſent in
eius notitiam & lapſi eſſent triginta anni, illa opi
nio poſſet defendi. & quod exigatur actuum fre
quentia, & quod fuerint adeo notorij, quòd po
tuerint tranſire in notitiam populi, & domino-
12 rum feudi, in conſuetudine alienandi † feuda, ſcri
bit Purpur. conſil. 109. nume. 12. & nu. 14. & ſeq.
ponit plures oppoſitiones contra teſtes depo-
nentes pro dicta conſuetudine, quod non pro-
bent, quæ etiam conueniunt caſui noſtro, & præ
ſer-

ſertim quando teſtes habent ſimilia bona, quæ
prætendunt poſſe alienare libere, quod tollit di-
cta plurium teſtium ex aduerſo examinatorum
& atteſtationes tam Reuerendiſ. Epiſcopi, quàm
Communitatis Finalis, quib. atteſtantur de hac
prætenſa conſuetudine, quibus minime eſt cre
dendum, cum tractent de ſuo intereſſe, ſcilicet
Reuerendiſs. Epiſcopus propter laudemia, quę
ſæpe exigit pro alienationibus, & homines Cō-
munitatis, cum fere omnes, vel maior pars ho-
minum conſilij & principaliores poſſideant ex
his bonis, quæ cœperant eſſe libera & alienabi-
lia, ultra quod tales atteſtationes nihil probant,
tum quia nihil concludunt in hoc caſu, de quo
agimus; tum quia etiam hoc modo non proba-
13 tur conſuetudo, ſed per teſtes iuratos, † qui de-
ponant de actibus ſingularibus, & de alijs, de
quibus late ſcribunt Bartol. & alij in l. de qui-
bus. ff. de legi. & Rol. & Menoch. in dictis conſil.

Nec etiam extant aliquæ ſententiæ, quas uide
rim, quæ in hoc caſu, quo auocari poſſint bona,
latæ fuerint, ſed in alijs diuerſis, in quibus pote-
rat fieri alienatio vel agnati petentes erant hære
des alienantis, adeo quod iuſte poſſumus tene-
re, conſuetudinem hanc minime eſſe probatam.

Quod autem quinto loco in dubijs tangitur
de clauſula inueſtituræ, qua datur licentia alienā
di ex Curt. iun. in conſil. 155. nu. 11. & aliquibus
alijs iam ſublatum eſt in prioribus allegationib.
in quibus oſtendi, clauſulam illam non importa
re talem licentiam, & oſtendi, communem opi-
nionem eſſe contra Curtium & alios tenentes
contrarium.

Poſtremo loco, quod non ſit probata identi-
tas rei, pariter oſtendi eſſe falſum in dictis alle-
gationibus, cum ne duo, ſed tria & plura confi-
nia ſunt verificata, & oportet partem aduerſam
reſpondere fundamentis & deciſionibus no-
ſtris, tam ſuper conſuetudine, quam ſuper iden-
titate, quibus non ſatisfit ex unico verbo, uel au
thoritate vnius Doctoris.

Qua reſolutione ſtante; dico per ſubtiles re-
plicationes Clariſſimi D. Aduocati aduerſarij,
non eſſe ſublatas reſponſiones noſtras allatas,
quin immo illas adhuc vigere & militare, & non
tantum nō eſt elidi, ſed nec etiam debilitari per
adducta per eum, demonſtrabitur.

Primo enim dico, quod erat probanda hæc
conſuetudo alienandi huiuſmodi bona emphy-
teutica in præiudicium agnatorum, ita quod fi-
nita linea alienantis agnati compræhenſi in an-
tiquis inueſtituris illius conſuetudinis uirtute
non poſſent auocare bona ipſa: quia cum potuiſ-
ſent ex alia cauſa ualere alienationes, nec poſſe
retractari, ut quia ſucceſſores uocati eſſent hære
des alienanti, aut promiſiſſent de euictione, vel
aliud quidpiam ſimile obſtaret, non cenſeretur
probata conſuetudo, quæ in ſpecie & formiter
in caſu ſimili caſui, de quo agitur, eſt probanda,
14 † ut reus obtinere poſſit, vt ex multis deciſioni-
bus ad propoſitum citatis, Brun. conſil. 36. Rip.
cap. 25. num. 17. ſecundo lib. reſp. Crauet. conſil.
241. nu. 21. & aliorum comprobatum fuit, quod
ad propoſitum firmat Curt. iun. in conſil. 26. nu.
10. & in d. conſi. 184. num. 9. Rim. ſen. conſ. 302.
num. 11. & 12. & ſequen. Nat. conſil. 600. nu. 19.
& ſequen. Crau. in pluribus conſil. ultra conſilia
alias citata. & præſertim in conſi. pro genero, nu
mero 487. & ſequen. & conſil. 373. ubi loquitur
in probanda conſuetudine alienandi feuda, qđ
& affirmat Burſ. in conſil. 127. num. 59. & in alijs
caſibus conſuetudinem in ſpecie probandam, vt
conueniat caſui, de quo agitur, ſcribit & Craue.
conſil. 462. num. 11. & ſequen. 683. numero 3.
& 960. num. 32.

Secundo debuit probari, quod tempore con
tractus alienationis factæ per Bernardum, quæ
fuit facta iam annis circiter quinquaginta ela-
15 pſis, uigebat conſuetudo allegata, † & per trigin
ta ante annos fuerat introducta & obſeruata, vt
ex Bal. Alex. Aret. Bruno & tot alijs in primis al
legationibus reſponſum fuit. quinimmo, quòd
exigatur etiam ſpatium temporis immemorabi-
lis, voluit Crauet. in dicto conſil. pro genero, nu
mero 480. Sed ex quo eſt contra ius, quod exiga
tur ſpatium quadraginta annorum, de iure ca-
nonico, late firmat Petrus Duen. regula 140.
conſuetudo.

Tertio exigitur neceſſario tria probāda, vſus
populi, frequentia vſus & actuum in ſpecie fa-
16 ctorum, & tertio diuturnitas † temporis, ut per
Cur. iun. d. conſil. 184. numero 9. ubi plures citat,
quod admittit Decian. conſil. 11. num. 165. & ſe
quen. in 2. vbi citat alios, & plura alia exigunt
Rolan. conſi. 13. num. 9. & ſeq. in 5. Menoch. con
ſil. 187. num. 57. alias citatis allegationibus, quæ
non curo aliter proſequi, cum hæc tria ſatis ſu-
perque ſufficiant.

His ſtantib. veriſſimis, corruunt omnia, quæ
ex aduerſo adducuntur: quia non tantum hæc
tria copulatiue probata non fuere, ſed nec vnū
ex eis, vt inferius oſtendam reſpondendo, & tri-
plicando replicationibus Magnif. Dom. Aduo-
cati aduerſarij.

Primo, igitur non obſtat quòd introducta ſit
conſuetudo, ex quo non contradicentib. agna-
17 tis illa fuit ſeruata, † quando fuerunt factæ alie-
nationes, ut per Soc. iun. conſil. 92. num. 14. & ſe
quen. lib. 6. contra quod conſilium ego iudicaui,
dum prætorem Mutinæ agerem: & mea ſenten-
tia fuit confirmata & ex alijs ex aduerſo citatis,
quia dupliciter tollitur: primo, quia non conſtat,
quod tempore alienationis factæ per Bernardū
uigeret iſta conſuetudo, quod neceſſarium fuiſ-
ſet probare. ut poſſet induci, immo & quod iam
fuerit introducta & præſcripta, ut ſupra. Secun-
do, quia ad actores non pertinebat contradice-
re qui adhuc non erant in rerum natura. Præte-
rea

rea ſtantibus filijs & deſcendentibus Bernardi ipſi non poterant auocare dicta bona, unde nõ contradictio, vel aſſenſus illorum nihil obeſt. de non contradictione vero aliorum agendum nõ eſt, cum præſupponamus, alienationem poſſe fieri, ſed non in præiudicium comprehenſorum, vt cum venit caſus ſucceſſionis, poſſint alienata auocare.

Quòd modo hæc conſuetudo habeat initium immemorabile, ut ex fide communitatis Finalis, & Reuerendiſſimi Epiſcopi videtur conſtare, negamus expreſſe, cum illæ atteſtationes non probent, tum quia ſunt ſuſpectæ, ex quo ipſi omnes habent intereſſe in hac cauſa, tum quia debuerunt teſtes examinari cum iuramento, tum quia eſt impoſſibile, quod attenta eorum ætate ſciuerint de tali conſuetudine tanti temporis, cum etiam quia debuiſſent exprimere actus, in quibus ſeruata fuerit talis aſſerta conſuetudo, quod neceſſarium eſt, ut ſupra, & ut alias in alijs allegationibus, & in ſpecie fuit reſponſum.

Sicut etiam ceſſat id, quod dicitur ſufficere conſuetudinem decem annorum, tum quia non eſt uera illa opinio, quando eſt contra ius: ſecus
18 ſi prætertius, ut per Duen. regula 139. & alias, & ſupra comprobatum fuit: tum quia, & ſi ſat fuiſſet præſcriptio decennalis, oportuiſſet probare, quod tempore alienationis, de qua agitur, & per 10. annos ante fuiſſet introducta, & ſeruata, quod non video alicubi probatum.

Nec eſt verũ, quod id, quod trad. in his terminis conſuetudinis alienandi feuda, ex Alexand. Bru. Grauet. & Riminal. iun. in alijs allegationibus noſtris ſit contra communem opinionem, cum adhuc non appareat alium Doctorem tenentem contrarium in his terminis fuiſſe allegatum, & illam opinionem ſequuntur tot alij ſupra citati in his terminis, ut nefas videretur contra eorum ſententiam iudicare, ſicut etiam falſum eſt, quod iſta conſuetudo ſit declaratiua cõtractuum, quia immo eſt correctoria iuris communis admittentis agnatos in inueſtituris comprehenſos ad auocandum bona alienata finita linea alienantis, ut in primis allegationibus fuit oſtenſum: & quicquid ſit, an ſit declaratiua, vel correctoria, cum illa non ſit probata, non eſt locus diſputationi, nec conſenſus domini poteſt præiudicare comprehenſis in prima inueſtitura, ut pluſquàm notorium eſt in iure.

Non obſtat etiam quod non tantum talis conſuetudo videatur probata ex actuum frequentia & ex publicis documentis & ex ſcientia directi Domini, & Communitatis Finalis; ſed & ex ſententijs & proceſſibus & præſertim ſententia inappellabili Illuſtris Conſilij Iuſtitiæ, quia fallitur pars aduerſa prætendens fuiſſe probatam aliquam conſuetudinem alienandi feuda in caſibus noſtro ſimilibus; quando ſcilicet deficit linea alienantis, vt agnati in prima inueſtitura comprehenſi, qui non ſint hæredes alienantis excludantur, nam nec teſtes, nec inſtrumenta, vel proceſſus, ſeu ſententiæ aliquæ in hoc puncto apparent, vnde talis conſuetudo non poteſt dici probata formiter in caſu, de quo agitur, vt exigunt communiter Doctores ſupra alias citati, & miror, quòd fiat fundamentum in ſentẽtia Illuſtris Conſilij Iuſtitiæ lata ad fauorem Antonij de Auento contra illos de Fraſſonis, cum nõ tantùm in proceſſu ipſo & præſertim in exceptionibus rei, ſed & in ſententia ipſa legatur, quod
19 agentes erant hæredes † alienantis, vnde tenebantur ſtare contractui defuncti. l. cum a matre. C. de rei vendi. Ioſeph Ludou. in terminis concluſio. ſua decimaſexta, verſiculo, infertur quadrageſimonono, in aliaq; ſententia lata per Illuſtre Conſilium ſignaturæ ſuper bonis Nonantulæ militant diuerſæ rationes.

Primò, fuit conceſſa diſpenſatio per Principem ſuper dicta alienatione facienda.

Præterea viuebat tunc alienans, & eius linea non erat finita, & tertio agebatur de bonis precariatis Nonantulæ, quæ habent diuerſam naturam, & conſuetudo illius curię non poteſt extendi ad bona conceſſa per epiſcopum Mutinæ, vt notiſſimum eſt in iure.

Poſtremo non uideo, quomodo has ſententias latas, primam de anno 1553. & poſteriore de anno 1570. velimus trahere ad probandum conſuetudinem, quæ debuiſſet uigere non tantùm per viginti annos & quadraginta ante, quo tempore fuit facta alienatio per Bernardum, ſed & per triginta, vel quadraginta annos ante factam alienationem, certe impoſſibile eſt magna ui etiam trahere has ſententias ad illud tempus, & propterea ſequitur quod conſuetudo huiuſmodi, etiã quod caſus eſſent ſimiles, prout ſunt omnino diſſimiles; nullo modo poteſt dici probata, & corruunt omnia fundamenta ſuper ea ex aduerſo conſtructa.

Sic etiam minus obſtat, dum reſpondetur, quòd licet ſint res inter alios actæ, ex quo ſunt eędem met inueſtituræ, & de eodem corpore, talis conſuetudo ſit attendenda, quia non facimus fundamentum tantùm quòd ſint res inter alios actæ, ſed quòd non tangunt caſum noſtro ſimilem, quod eſt neceſſarijſſimum, ut conſuetudo locum ſibi vendicet, immo dicimus non conſtare vnquam eueniſſe ſimilem caſum. Præterea conſuetudo debebat probari præſcripta ante contractum, ut ſupra.

Poſtremo, quod conſideratur de ſcandalo & periculo caſu, quo alienationes huiuſmodi reuocarentur, ultra quod hoc non eſt habendum in aliqua conſideratione, & non ſunt facienda mala, vel iniuſta, ut ueniant bona, teſte Paulo, retorquetur contra partem aduerſam, quia maius periculum eſſet ſcandali, ſi denegaretur iuſtitia, & auferretur agentibus id, quod ſibi debetur. Et

ex his ſatis ſuperque ſatisfactum eſt omnibus in hoc puncto ex aduerſo adductis, & clara apparet iuſtitia agentium: unde tantum ſupereſt, ut Clariſſimus Dominus meus tandem ſe accingat ad hanc tandiu, tam expectatam, quàm deſideratam reſolutionem pro iuſtitia. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

Et ſecundum hæc fuit iudicatum per virum illuſtrem.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum, ex quibus clauſulis inter diuidentes cenſeatur remiſſum?

Hæreditatem qui adiuit, quando poſſit tamen detrahere ex fideicommiſſo, tanquam teſtamentum non approbauerit.

Remittens ſe in aduerſarium, in quibus poſſit grauari ab illo?

Litteræ, quatenus contineant obligationem ſcribentis?

SVMMAE.

1 *Fideicommiſſum regulariter non cenſetur remiſſum ex diuiſione inter cohæredes per clauſulas generales.*

2 *Contrarium tamen eſt concurrente ſcientia fideicommiſſi, & verbis amplis & prægnantibus.*

3 *Et ex quibus amplis clauſulis, & prægnantibus cenſeatur remiſſum?*

4 *Remittitur autem inter ſcientes per clauſulam, & dederunt, ceſſerunt, &c.*

5 *Quod de plano procedit, ſi nullum aliud ius competebat cedentibus.*

6 *Item remittitur per conſtitutionem procuratoris in rem ſuam ex clauſula, ponentesq. ſeſe, &c.*

7 *Et per hanc clauſulam conceditur licentia alienandi, etiam inter ignorantes, & eſt tutus emptor.*

8 *Remittitur etiam per clauſulam, ſimiliterq. promiſerunt litem, aut controuerſiam non mouere.*

9 *Item per clauſulam, de non contraueniendo aliqua ratione, vel cauſa.*

10 *Idem ſi facta mentione teſtamenti eo non obſtante partes voluerunt deuenire ad diuiſionem.*

11 *Iuramentum multum attenditur in materia remiſſionis fideicommiſſi.*

12 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*

13 *Debita poſſunt detrahi a filio ex fideicommiſſo.*

14 *Alienari poteſt fideicommiſſum pro detractione debitorum.*

15 *Dos materna poteſt detrahi filio ex fideicommiſſo.*

16 *Quod procedit, etiam non confecto inuentario.*

17 *Legitima poteſt detrahi ex fideicommiſſo.*

18 *Trebellianica a filio ex fideicommiſſo eſt detrahenda.*

19 *Secus eſt, ſi ipſe approbauit teſtamentum, illam prohibens.*

20 *Et approbatio requiritur expreſſa, non tacita, per aditionem.*

21 *Quod habet locum, maxime in trebellianica.*

22 *Aditio, vel immiſtio ſimplex non obligat filios, niſi ſecundum leges ad obſeruationem teſtamenti.*

23 *Legitima poteſt detrahi ex feudo acquiſito per patrem.*

24 *Omne enim in illam venit, quod alienari poteſt.*

25 *Idem eſt, ſi feudum ex conſuetudine ſit alienabile, vt Mantuæ.*

26 *Alienata debent imputari in legitimã & Trebellianicam.*

27 *Excipiendi ius etiam ſine clauſula ceſſionis, tranſit in habentem cauſam a grauato.*

28 *Hypothecam habens ſpecialem, poteſt tamen agere contra alia bona propter clauſulam, ita tamen quod generalitas ſpecialitati non obſit.*

29 *Metu omne quod geſtum eſt, annullari debet.*

30 *Metus an ſit probatus, iudicis arbitrio relinquitur.*

31 *Et ex circunſtantiis, & coniecturis probatur.*

32 *Et maxime probatur, ſi de illo fiat proteſtatio.*

33 *Litteræ commendatoriæ obligant, ſi certum quid contineant.*

Do-

34 *Donatio non deſumitur ex litteris exhortatoriis, niſi ſimus in ſanguine coniunctis.*

35 *Donationis omiſſa coniectura, alia qualibet eſt capienda.*

36 *Remiſsio & compromiſſum poteſt fieri in aduerſarium, tamquàm in arbitratorem.*

37 *Compromitti poteſt in partem tamquam in arbitratorem.*

38 *Remiſsio poteſt fieri in partem, vel vnum ex contrahentibus.*

39 *Et hic tenetur intra 60. dies declarare, an velit rem pro ſe.*

40 *Conditio poſita in arbitrium alicuius, illo non declarante debet haberi, vel pro purificata, vel pro defecta.*

41 *Remittens ſe in alium, non debet ab illo grauari, niſi in his, quæ iuſta & honeſta ſunt.*

42 *Frater fratrem non poteſt obligare, & contrahens de re illius eſt in mala fide.*

43 *Litteras credentiales, qui habet, non poteſt tamen facere contractum, vel donationem de rebus ſcribentis.*

44 *Donare tamen non poteſt, qui habet mandatum ad faciendum quicquid voluerit.*

45 *Referens quid diuerſum à litteris, quas gerit, non obligat ſcribentem.*

46 *Veriſimile quod non eſt, imaginem habet falſitatis.*

47 *Inſinuatio requiritur in donatione, quæ prouenit ex remiſsione.*

48 *Et etiam in donatione ob cauſam, quatenus excedit merita donatarii.*

CONSILIVM LXXV.

In Domino confido.

Proponuntur plura dubia pro parte Magnificorum DD. Vincentij & fratrum de Piperarijs de Mantua. In cauſa reuiſionis ſententiarum latarum per Magnificos olim Auditores Rotæ Mantuæ contra ipſos fratres, ad fauorem olim Illuſtriſſimi Domini Sigiſmundi Gonzagæ a burgo nuncupati, quæ nunc agitur ex commiſſione & reſcripto Sereniſſimi Domini Ducis Mantuæ coram Illuſtr Senatu & conſilio ipſius Sereniſſimi Domini. In qua quidem cauſa ad fauorem ipſius Illuſtriſſimi Domini Sigiſmundi egregie & copioſe ſcripſerunt duo ex primarijs noſtris Iureconſultis Ferrarienſibus, quondam Excellentiſſimus Dominus Cephalus, & Excellentiſſimus Dominus Riminaldus iunior, quorum conſilia nunc habentur impreſſa, vt in ſecundo uolum. Dominus Cepha. conſilio 272. & in primo, Dominus Riminal. conſilio nono, requiſitusq́ue ac etiam iuſſus, ut omnibus maturè conſideratis ſcribere deberem, quid pro veritate & iuſtitia ſentirem, non potui munus hoc detrectare. Vnde uiſis, & omni qua potui diligentia, ruminatis & digeſtis omnib. dubijs excitatis ac ſcripturis & proceſſibus exhibitis, in eam ſententiam deueni, vt parum iuſtè parumq́ue æquè fuerit conſultum & ſubinde iudicatum contra ipſos DD. fratres de Piperarijs, ad fauorē ipſius quōdam Illuſtriſ. Domini Sigiſmundi & per conſequens ſententias ipſas retractandas, & in melius reformādas.

Namque omiſſo primo dubio inualiditatis teſtamenti Illuſtriſſimi olim Domini Ioannis Gonzagæ aui paterni ipſius Illuſtriſſimi Domini Sigiſmundi, ſuper qua multa ſcribere potuiſſem, & omiſſo etiam ſecundo dubio, an ex eo fuerit inductum validum fideicommiſſum inter ſuos deſcendentes, cuius vigore fuerit grauatus Illuſtriſſimus quōdam Dominus Galeatius eius filius, ſuper quibus abunde fuit ſcriptum pro parte ipſorum dominorum fratrum, & admiſſa ipſius teſtamenti ualiditate, ac etiam admiſſa inductione dicti fideicommiſſi etiam ſimplicis, nedum in caſu alienationis prohibitæ, ſed etiam mortis, (conabor enim ea pūcta & capita defendere, quæ meo iudicio, nullam, vel modicam uidentur habere difficultatem) dico & propono, minus iuſtè fuiſſe indicatum ad fauorem dicti Illuſtriſſimi Domini Sigiſmundi contra dictos fratres vigore dicti teſtamenti & fideicommiſſi in eo contenti, duplici fundamento.

Primo, quia per diuiſionem factam de anno 1524. per olim Illuſtriſſimum Dominum Sigiſmundum antiquum patrem ipſius Illuſtriſſimi Domini Sigiſmundi Moderni, cui ipſe ſucceſſit hæres, & Illuſtriſſimum Dominum Galeatium eius fratrem, ac Illuſtriſſimum Dominum Alexandrum etiam eorum fratrem, in proceſſu regiſtrata, fol. 28. & ſequen. & clauſulas prægnantes & amplas in ea appoſitas, cenſetur per ipſos Illuſtres fratres fuiſſe renunciatum dicto fideicommiſſo, & illud ſibi inuicem remiſſum. Licet enim regulariter ex diuiſione cohæredum non cenſea-
1 tur remiſſum † fideicommiſſum per generales clauſulas, ut late tradunt Doctores poſt Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres, ff. de verborum obligationibus, ibi, concurrentibus tamen ſcientia fideicommiſſi, quòd fideicommiſſum ſit reciprocum & quòd uerba ſint ampla & præ-

2 gnantia, quæ poſſint † importare ceſſionem, vel nunciationem iuris de futuro, & tunc communi * Doctor. conſenſu, in dicto §. duo fratres, fideicommiſſum cenſetur remiſſum, & quod admittit Bened. Capra conſilio 89. numero decimoquinto, & firmat Dec. conſilio 287. numero decimoquinto, Socinus inıor, late conſilio 116. numero 50. primo uolumine, Ceph. conſil. 253. numero nono, & decimo, & idem tradit Proſper Paſet. conſilio 152. numero ſeptimo, & nouiſſime Guid. Pancirol. conſilio 59. numero 83. & 84. Et in propoſito in hac diuiſione multæ ſunt appoſitæ clauſulæ, ex quibus neceſſario comprobatur fuiſſe remiſſum dictum fideicommiſſum.

Et primo clauſula, qua ipſi fratres (uocauerunt ſe tacitos & contentos & quilibet eorum tacitum & contentum de omni eo, quod petere poſſent, unus ab alio, & alius ab alio, quantum eſt pro ſupradictis bonis communibus ſic, ut ſupra, diuiſis) & ſubinde addiderunt aliam clauſulam in his uerbis (& ſolenniter prælibati Illuſtriſ. fratres per ſe & hæredes ſuos ex cauſa diuiſionis prædictæ fecerunt & faciunt ſibi ipſis ad inuicem & uiciſſim præſentibus ſtipulantibus & recipientibus pro ſe & cuiuſlibet hæredibus finem, quietationem, remiſſionem, liberationem & pactum perpetuum de vlterius aliquid non petendo pro omni eo, & toto quod una pars alteri & econtra petere poſſet pro ipſis rebus, ut ſupra, diuiſis & earum occaſione: propter enim has clauſulas prægnantes & verba ampla

3 & generalia † remiſſum cenſeri fideicommiſſum voluit Ioan. Andr. in additio. ad Specula. §. in primis, verſic. quod ſi duobus, quem plures ſequuti fuere ex ſcribentibus in dicto §. duo fratres, maxime Crot. numero 45. idem tenuerunt Cur. iunior conſilio 49. numero duodecimo, Ruin. conſilio 119. columna finali, ſecundo volum. Anton. Gabr. libro quarto ſuarum commun. concluſionum, titulo de fideicommiſ. concluſione prima. limitatione prima, numero 20. Cepha. dicto conſilio 253. numero undecimo, Bero. conſilijs 130. numero vigeſimoſecundo, & 131. numero ſexto, ſecundo volumine, Franciſc. Marzar. qui dicit ita vidiſſe iudicari in ſuo epito. in materiam fideicommiſſariam, quæſtio. 59. quam ſententiam tenet etiam Celſ. Hug. conſilio uigeſimoſecundo, numero primo, Domin. Burſat. late conſilio 85. numero duodecimo, & ſequen. Pancirol. dicto conſilio 59. numero 82. & nouiſsime Aym. Crauet. conſilio 637. numero decimoquarto.

2. Secundo ſubſequitur alia clauſula, quæ eundem effectum remiſsionis importat, uidelicet (& dederunt, ceſſerunt, tranſtulerunt & mandauerunt ſibi inuicem omnia iura & actiones reales ac perſonales utiles & directas ueras mixtas tacitas & expreſſas anormalas & conuentionales ac generis & maneri ei cuiuſcunque, quas quales & quantas quilibet eorum fratrum habet, vel habere poteſt, ſeu poſſet, quomodolibet in futurum in dictis, pro dictis, & ſuper dictis bonis ſic, ut ſupra, unicuique eorum obuentis, ſingula ſingulis ſemper congrue referendo, contra & aduerſus quaſcunque perſonas, commune, collegium & uniuerſitatem. Quod autem propter iſtam clauſulam, qua ceſſum fuit omne ius etiam futurun, cenſeatur remiſſum fideicommiſſum in

4 ter † ſcientes, tradit Bartol. in dicto §. duo fratres, quinta quæſtio. numero 18. ubi etiam alij, Dec. dicto conſilio 287. numero decimoquinto, Curt. iunior dicto conſilio 59. numero duodecimo, & ſequen. Ruin. dicto conſilio 119. numero 18. & conſilijs 144. numero decimonono, & 152. numero octauo, & ſequen. dicto ſecundo uolum. & numero decimo, ſcribit quando ſunt addita verba vniuerſalia (quouis modo) ut hic eſt additum uerbum, quomodolibet, idem tenet Socin. iunior dicto conſilio 116. numero 52. Pariſ. ad propoſitum in dicto conſilio 71. numero decimoquarto, tertio uolumine, quod conſilium commendat Marzar. tamquam accuratiſsimum & optimum in hac materia, in dicta quæſtio. 59. Cephal. conſilio quadrageſimotertio, numero 48. & ſequen. Thob. Non. qui etiam ſequitur Pariſ. conſilio 40. numero decimoquarto, & conſilio 41. numero ſeptimo, Pancirol. dicto conſilio 59. numero 79. Proſp. Paſet. conſilio 53. numero decimoſexto, Menoch. qui ſcienter hanc quæſt. late diſputat in conſilio 87. numero uigeſimoſeptimo. & Domin. Burſat. qui in cauſa coram hoc Illuſtr. Senatu contra conſilium Domi. Franciſ. Bec. 111. eleganter ſcripſit conſilio 174. numero primo, & ſequen.

5 Quæ ſententia de plano † procedit, ſi nullum aliud ius competebat cedentibus, ut per Bartol. in dicto §. ſexta queſtio. numero 19. quod debet probari per negantem fuiſſe remiſſum fideicommiſſum, Rui. dictis conſil. proxime citatis, & Crauet. dicto conſil. 638. numero 9. uerſ. ſecundo, & num. 12. & 13.

6 Tertio, cenſetur remiſſum fideicōmiſſum per conſtitutionem † procuratorum in rem ſuam in hæc uerba (ponentesq. ſeſe & quemlibet eorum in locum ſuum, vel in rem propriam, ſingula ſinlis referendo; ita q̃ de cætero quilibet ipſorum ſuo proprio nomine utiliter & directe dictis & pro dictis bonis ſibi in portione obuentis, actionibusque & iuribus, vt ſupra ceſsis, ſic valeat agere petere cauſari & experiri, excipere, proſequi litem mouere, & ſe dicta bona tueri, & omnia & ſingula alia facere & exercere, quæ quilibet verus dominus de re propria facere & exercere poſſet & poterat, & quæ ipſi omnes Illuſtr. fratres inſimul facere poterant ante præſentem diuiſionem) per hanc enim clauſulam, Bartol. in dicto §. duo fratres, queſtio. 8. numero 21. quem cæteri illic ſequuntur, voluit cenſeri conceſſam

licen-

licentiam alienandi etiam per ignorantes fidei-
7 commiſſum,ita vt facta† alienatione ſit tutus em
ptor,quem ſequitur etiam Alexan.in conſil.189.
viſo & maturè,num. 10.in 2.8. viſo themate ſu-
praſcripto,num.6.in 5.& conſil.62.num.4.ſepti
mo volum.Ruin.dic.conſil.119.num.20.& 144.
num. 19.ac 152.numero 10.verſ.ſecundo.vbi lo
quitur ad propoſitum huius clauſulæ, & in co-
lum.fin. reſpondet obiectionibus, quæ pro alte-
ra parte fiebant,& conſil. 133.num.2.eod.ſecun
do volum. idem in terminis huius clauſulæ, &
verborum illius firmat Pariſ.conſil.46.num.23.
ſecundo volum.& quam ſententiam admittit So
cin.conſil.43.nu.19.quarto uolum. Iacob.Alb.
conſil.29.num.15.Gabr.d concluſ.prima,3.fall.
num.29.& 13.num.44.& ſequen.quam etiam te
nent Neuiz.conſil.31.num.14.Rolan.a Val.con
ſil.55.num.13.& num.42. 3.uolum.Thob.Non.
d.conſilijs 40.num.14.& 41.nu. 1. & illum Beci.
admittit conſil.88.num.11.& nume.24. & eius
mentis uidetur in conſil.38.nu.3.& ſequen.Bur
ſat.conſilijs 64.num.29.& 30.& 86.nu.14.quam
etiam ſententiam admittit Alcia. in conſil.102.
num.9.& ſequen.lib.9. & tenet Menoch.conſil.
88.num.1.& in fortiori caſu Pancirola dicto con
ſilio 59.num.79.

Quarto accedat clauſula promiſſionis de eui
ctione in hæc verba(ſimiliterq́; promiſerunt per
ſe & hæredes ſuos ſibi ad inuicē & uiciſſim præ
ſentibus ſtipulantibus & acceptantibus pro ſe
& hæredibus ſuis in dictis & pro dictis portioni
bus,ut ſupra,cuilibet eorum ſpectantib.& obuē
tis,ut ſupra,litem,cauſam,quæſtionem, vel con-
trouerſiam ſibi ipſis ad inuicem nō inferre, nec
inferenti,ſeu inferre uolenti conſentire.ſed illas
portiones vnicuique eorum obuētas & earum
quamlibet partium perpetuo legitime defende
re,auctorizare & expedire in iudicio & extra ex
penſis communib.& ſumptib.proprijs ipſorum
hæredum,ſiue euicta fuerint in totum,vel in par
te, ſiue non,tam in proprietate, quàm in poſſeſ-
8 ſione)per hanc clauſulam cenſeri † remiſſum fi-
deicommiſſum uoluerunt Bertran.conſil. 88.nu.
2.primo uolum.ſecundæ par.Cur.iun.dicto con
ſilio 49.num.11.Socin.iun.dicto conſil.116.nu
mero 61.verſ.quę concluſio. Ruin.dictis conſil.
133.num.13.& 152.colum.fin.poſt med. Pariſ.
d.conſil.71.numero 9. Dom.Burſa.d.conſil.64.
numero 32. & 86. numero 16.& Oſaſ. deciſio.
Pedemont.112.num.17. in fine cuius dicit ſena
tum illum pro hac parte iudicaſſe,Gabr. d. con-
cluſio.prima.8.limitatione, num.39. Celſ.Hug.
dicto conſilio 22.numero primo, Menoc.dicto
conſil.87.numero 34.& Thob.Non.dicto conſi
lio 41.numero 6.

Quinto ſubſequitur clauſula (& præſentem
diuiſionem cum omnibus & ſingulis in præ-
ſenti inſtrumento contentis perpetuo firmam
ratam & gratam habere,tenere,attendere & ob
ſeruare)& inferius additur (& in aliquo non cō
trafacere,uel contrauenire per ſe,uel alium, ſeu
dictis nominibus aliqua ratione, vel cauſa, mo-
do, vel ingenio, de iure, vel de facto) propter
quam clauſulam data ſcientia fideicommiſſi, ut
9 ſupra,remiſſum † cenſeri fideicommiſſum uolue-
runt in terminis plures ex ſupra citatis,Socin.iu
nior,dicto conſilio 116.numero 51.Cepha.dictis
conſilijs 253.numero 11.& 430.num.51.Thob.
Non.dicto conſil.41.num.5. d.deciſ.Pedemont.
112.num.16.Burſa.dictis conſil.64.num.28. &
ſequen.maxime num.33.& 86.num.17.Menoc.
dicto conſil.87.num.33.& Panciro. dicto con-
ſil.59. num.82.

Sexto additur clauſula,ex qua apertiſſime cō
ſtat de mente ipſorum diuidentium, uolenti um
remittere dictum fideicommiſſum (non ob-
ſtantibus aliquibus teſtamentis, ſeu vltimis vo-
luntatibus factis & celebratis per Illuſt.q.Dom.
Ioannem eorum fratrum genitorem, maxime
teſtamento & codicillis per ipſum conditis &
rogatis per me not. infraſcriptum, de quibus
ipſi Illuſt. fratres dixerunt & confeſſi fuerunt ſe
ſe habere notitiam plenam & cognitionem, nec
oportere aliter in præſentiarum illas diſpoſitio-
nes legi)quando enim eſt facta mentio teſtamen
ti paterni & eo non obſtante pares uoluerunt
10 diuiſionem locū habere, cenſeri† remiſſum fidei
commiſſum,trad.Bart.in d §.duo fratres.4.& 5.
q. ubi alij,quod admittit Imo.in 2.q. & admittit
etiam Franc.Bec.d.conſil.111. nu.28.in fi.& trad.
Decian.conſil.116.nu.2.& ſeq.3.vol.
11 Poſtremo loco additum fuit† iuramentum cū
clauſula generali de obſeruando & non contra
ueniendo,quod multum attenditur in hac ma-
teria,ut per Curt.in d.§.nu.62.in fi.Gab.d.con-
cluſio.nu.12.Cur.iun.d.cōſil.49.nu.12. Thob.
d.conſil.41.nume.20.& Oſaſ.d.deciſio.112.nu.
21.Ex quibus concluditur in hoc primo capite
in caſu iſto ſtantibus tot fundamentis & deci-
ſionibus in terminis,cenſeri fuiſſe remiſſum di-
ctum fideicommiſſum & liberum fuiſſe dicto Il
luſtriſs.Dom.Galeatio poſſe alienare bona hære
ditaria,de quib.agitur,quondam D.Hiero. Pipe
rario, nec uigore fideicommiſſi prædictum Illu-
ſtriſſimum Dominum Sigiſmūdum potuiſſe mo
leſtare dictum emptorem vel eius filios & hære-
12 des, ex quo contra factum† ſui patris,cuius fuit
hæres, venire non poterat.l.cum a matre. C.de
rei vendi.Gabr.in tit.de regu.iur.concluſio. 11.
in princ. lib.6.

Alterum & ſecundum eſt fundamentum, ꝙ
admiſſo ſine præiudicio veritatis, quod adhuc
viguiſſet fideicommiſſum:attamen cum ipſe Illu-
ſtriſs.Dom.Galeatius eſſet creditor in bonis pa-
ternis pro dote materna,& pro ſua legitima, ac
etiam pro parte legitimæ & dotis maternæ Illu-
ſtr. & Reuerendi Dom. Federici eius fratris illi
donatę pro eius parte, ut in inſtrumento ipſius

donationis,potuit alienare bona hęreditaria ex
cauſis prædictis.filius enim grauatus fideicom-
13 miſſo†poteſt detrahere,quod ſibi in bonis teſta
toris debetur,etiam quod eſſent legata per eum
ſoluta,Fulgoſ.conſilio 81.factum ſuper quo. nu-
mero ſecundo,Pariſ.conſilio 55.num.27.in ter-
tio,Crauet.conſilio 316.ſub num.4.& Nat.con-
14 ſilio 255.numero 9. Et propterea poteſt†aliena
re bona etiam alienari prohibita, ut per Docto.
in l.filiusfamilias.§.Diui.ff.de legat.primo, & Pa
riſ.conſilio 43.nume.29.in tertio. Et quod poſ-
15 ſit detrahere dotem maternam, †ſcribi Caſtr.
conſilio 77.uiſa facti,in princip.ſecundo uolum.
quem ſequuntur Socin.numero 9.& Dec.num.
5.in l.debitori.C.de pac.Nat.dicto conſ.255.nu
mero 7.& Crauet. dicto conſil. nume.4. vbi fir-
16 mant,id procedere, etiam non†confecto inuen
tario.nec enim dos uxoris teſtatoris poteſt ue-
nire in fideicommiſſum, Alcia.conſilio 172.lib.
9.& Franciſc. Manti.in ſuo tracta. de coniectu.
vltimarum uolun,lib.8.titulo 7.nume.13.quod
admittunt dic.DD.Conſulentes aduerſarij.Re-
ſpectu vero legitimæ, de qua omne onus reiici-
tur.l.quoniam in prioribus. C.de inofficio.teſta
17 men.nullum eſt dubium,† ut admittunt omnes
in dicto §. Diui. vbi Curt. numero 14.& tradit
Aret.in conſilio 19.numero 4.& ſequen. Nat.di
cto conſilio 255. numero 8. & 323. numero ſe-
cundo,& Grammat.deciſio.105.numero 46. ac
Marc.Anton.Cuch.in tracta.de legitima.in titu.
quibus in rebus conſtitui poſ. legitima. ver. ex
ſubſtantia,numero 79.& ſequen.Et idem eſt di-
18 cendum de trebellianica† debita ipſi quondam
Illuſtriſsimo Domino Galeatio,quam etiam ad-
mittunt ipſi Clariſs. Conſulentes aduerſarii poſ
ſe deduci, quod latiſſime defendit Magnificus
Riminaldus ſuper octauo dubio, numero 113.
cum pluribus ſequent. & ultra adducta per eos
quod poſſit fieri alienatio per grauatum pro legi
tima & trebellianica,dicit eſſe opinionem com-
muniſſimã,**(ut uerbis eius utar)Ioſeph Ludo.
in deciſio.63.Rot.Lucen.numero 17.& ſequen.
maxime, num.21.

Supereſt tantummodo uidere, an reſponſio-
nes, quæ huic poſtremo fundamento (quia de
primo in eorum conſiliis nullum eſt factum uer
bum) adferuntur per ipſos exiſtentes conſulen-
tes; tollant hoc noſtrum fundamentum, uel il-
lud eneruent.Et certe arbitror quod non.Nam-
que d.Cepha.ſuper 10.argumento,numeo 142.
præſupponit, quod propter prohibitionem alie
nationis generalem fuerit etiam prohibita ne-
dum detractio trebellianicæ,ſed etiam legitimæ
per ea quæ illic adducit. Et cum Illuſtriſſimus
Dom.Galeatius adiuerit hæreditatem ſimplici-
ter,nec repugnauerit voluntati paternæ,nec un
quàm dixerit velle ſuam legitimam & Trebellia
nicam detrahere, & curiam ceſſerit prædicto Il-
luſtriſſimo Dom. Sigiſmundo, cenſetur appro-
baſſe teſtamentum & uoluntatem paternam, &
idem fundamentum quo ad detractionem tre-
19 bellianicæ†approbationis teſtamenti adducen-
do.Ancharan.conſilio 152.& quamplures alios
relatos per Rolan.a Val. conſil.78.nu.13. in pri
mo,facit D.Rimin.in d.ſuo conſil.num.142.& ſe
quen.fundando ſe in dicta approbatione teſta-
menti paterni. Sed certe reſponſio hæc, nec in
iure vera eſt, nec defendi iuſte poteſt : quia & ſi
verum ſit quod in teſtamento prædictus Dom.
teſtator expreſſe prohibuerit detractionem legi
timæ & trebellianicæ, non eſt tamen uerum, ꝙ
ſufficiat ſimplex aditio hæreditatis & quodam-
modo tacita approbatio teſtamenti,ſed exigitur
20 expreſſa ratificatio & approbatio † teſtamenti
paterni,ut declarat Franciſ.Marzar. in dicto ſuo
tracta.quęſtio.50.& 52.ubi agit,quando eſt pro
hibita legitima,& Franciſ.Manti. dicto tract.lib.
7. titulo nono, numero 11. Et idem eſt dicen-
21 dum de trebellianica, quia exigitur expreſſa†ap-
probatio & non ſufficit tacita, & hoc caſu pro-
prie loquitur Anchar. dicto conſil.colum.3.ver
ſi.ſed quia in furto.ubi in diuiſione facta per hæ
redes fuerit dictum, quod ipſi approbauerũt &
affirmauerunt teſtamenta patris in qualibet par
te ipſius in omnib. & per omnia, & eo caſu eius
deciſio optime defendi poteſt, ut declarant &
Rol.& alij illum ſequentes,& declarat Mantica.
in dicto lib.7.tit.11.nu.10.aditio, vel immixtio
22 igitur † ſimplex non obligauit filios niſi ſecun-
dum legis diſpoſitionem, Bal.in l.fin.in princip.
prima colum. C.de iure deliber.& in l.fin. C.ad
l.Falci.ubi eſt text.ad propoſitum,ubi etiam alij.
Curt.ſen.conſil.75. Dom.Ludouicus. colum.7.
num.46.Ioan.de Anan.conſil.99.colum.fin.Pa-
riſ.conſil.43.num.32.& ſequen.in 4.& in conſi.
vltimar.uolunta. Cont.de Peruſ. conſil.32. per
totum.Quod modo interuenerit expreſſa appro
batio, quam præſupponit uterque ipſorum DD.
Conſulentium,non uideo ubi probetur,quinim
mo uideo conſtare contrarium in multis locis
proceſſus.

Et primo ex cõuentione & cõcordio facto in
ter ipſos DD.fratres ante mortem D.teſtatoris
de anno 1523.in proceſſu,fol.35.ubi ipſi conclu
dunt quicquid contineret teſtamentum pater-
num, nolle illi ſtare, ſed velle ſeruare conuentio
nem tunc inter illos initam. In inſtrumento ve-
ro diuiſionis factæ anno ſequenti, de qua in pro
ceſſu,fol.33. expreſſe recedunt a teſtamento ip-
ſo, & eo non obſtante uoluerunt diſpoſita per
eos in dicto inſtrumento diuiſionis locum habe
re. Idque etiam conſtat ex inſtrumento tranſa-
ctionis & donationis factæ de anno 1537. inter
ipſos Illuſt.fratres D. Galeatium, & Dom.Fede-
ricum, in quo apparet quod ipſe Dominus Fe-
dericus intendebat petere ſuam legitimam, ut
in proceſſu, fol.36. Et quod ipſe Illuſtriſſimus
Dominus Galeatius expreſſe declarauerit uelle
ſuam

ſuam legitimam & trebellianicam apparet ex in
ſtrumento venditionis ipſius curiæ factæ d.Hie-
ronymo Piperario. In quo elegit illam pro ſua
legitima & trebellianica, vt in proceſſu, fol. 17.
& cum non ſemel ipſe Illuſt. Dom.Galeatius de
clarauerit ſe nolle ſtare teſtamento paterno, ſed
pluries, vt ſupra, & fuerit ius quæſitum empto-
ri, non potuit poſtea cedendo iura fideicommiſ
ſi Illuſt.Dom. Sigiſmondo recedere ab eo quod
ſemel placuit.cap.quod ſemel, de regu.iur.in ſex
to, nec auferre ius quæſitum parti non conſen-
tienti, contra regulam. l.id quod noſtrum. ff.de
regulis iuris.

Addit Dom.Riminal.alias reſponſiones, pri-
mo, quod legitima & trebellianica non poteſt
detrahi ex reb.feudalibus, vt per eum in ſuo con
ſilio 137. Sed & hæc reſponſio non eſt in hoc
caſu vera, tum quia feudũ hoc, ut audio, fuit quæ
ſitum per patrem teſtatorem & non erat anti-
23 quum, quo caſu † uenit in legitimam, vt multi ex
citatis per eum admittunt, maxime Alex.in l.ſi
patroni, num.5.& ſeq.ad Trebel.& in conſi. 29.
in quinto, & cum veniat ex ſubſtantia patris, &
24 quod poteſt alienari, debet † comprahendi in le
gitima. Bal.Saly.& Caſt.in l.omnimodo.§.impu
tari.C.de inoffic.teſtamen.Alexan.conſil.19.ſu-
per eo, num.21.& 27.uideretur, nume.3.quinto
volum.Rip.in l.in quartam, num.177.& ſequen.
vbi Cæſar Fiumag. numero 456. ad l.Falcid. &
Iul.Clar.in §.feudum.quæſt.46.ac Marc.Antoni
Cuch.d.tract.de legiti.in titu.quæ ſint imputan-
da in legitimam, nume.6. tum quia id tanto cla-
rius procedit ſtante conſuetudine Mantuæ, qua
paſſim alienantur feuda, nec denegatur licentia
alienandi, quo caſu cenſentur eſſe quodammo-
25 do alienabilia, & † veniunt in legitimam. Cuch.lo
co præcitato, num.7.quod etiam tenet D.Burſa.
conſil.4.numero 16.49.num.24.& 132.numero
14.42.& 47.

Secunda eſt reſponſio, quod nõ potuit Illuſt.
Dom. Galeatius eligere hanc rem pro ſua legiti-
ma & trebellianica, quaſi quod fuerit de melio-
ribus & fuerit fraudolenta, ut per eum ibi, nume
ro 138. & ſequen. Sed & hoc non eſt etiam ve-
rum, quia non uideo vbi probetur, qđ hoc ſit de
melioribus bonis hęreditatis, niſi uellemus tene
re quòd res feudalis propter eam conditionem
poſſit dici melior, & cum ſimus in alienatione
26 iam facta, alienata † debent imputari in legitimã
& trebellianicam.l.Marcellus.§.res quæ, vbi Bar
tol.& alij.ff.ad Trebel.trad.omnes in d.l.in quar
tam, vbi Fiumag.num.286.& in fi.lecturæ, nume
ro 513. Cepha.conſilijs 189.numero 19.& 397.
numero 8. Hieron. Gabr.conſilio 45.nume.45.
& 46.& Dom.Burſat.conſil.13.nume.45.& 49.
& conſilio 71.numero 19. Nec etiam probatur
quòd fuerit facta fraus in alienatione ipſa, qua-
ſi fuerit vendita minori precio quàm ualeret tẽ
pore diuiſionis, quia hoc non concludit ad frau
dem, cum in rei veritate potuiſſet eſſe diminutæ
precio aliqua de cauſa, vel pluris quam iuſtum
eſſet ęſtimata tempore diuiſionis, quod erat pro
bandum, iuxta trad.in l.ſecunda, C.de reſcinden
da venditio. Quod autem additur, per Cepha.
num.144.& ſequen. quod dicta curia fuit vendi
ta cum pacto recuperandi, vel de retrouenden-
do, non uideo vbi probetur, quia nõ legitur hoc
pactum in dicto inſtrumento venditionis.

De recuperatione facta per Illuſtr. Dom. Ga-
leatium dictæ curiæ, in qua uterque Dom. Con-
ſultor vim facit, non eſt opus uerba facere, quia
in hoc ſtat quæſtio noſtra. an potuerit poſt uen
ditionem illam auferre a Piperarijs, & tantum-
modo nunc diſputatur de iuribus partium in
petitorio.

Quo vero ad dotem maternam reſpondet
Dom.Riminal.in nono, & ultimo dubio, quòd il
la non potuit detrahi ex dicta curia, ex quo feu-
dum non venit in obligatione pro reſtitutione
dotis, maxime ſine conſenſu domini: tum quia
cum fuerit expreſſe hypothecatum ius prouiſio
nis annuæ quod habebat Illuſt.Domin. Ioannes
cum Illuſtriſſimo Dom.Marchione pro illius re
ſtitutione, non poterat agi contra alia bona, niſi
prius acto contra rem ſpecialiter hypothecatã,
l.ſecunda, vbi eſt caſus. C.de pigno. & per iura
quæ ipſe dic.conſulens abunde ſcribit in d. eius
conſil.col.fi. Pro quorum ſolutione animaduer-
tendum eſt, quod hic non tractatur de exigenda
dote ſuper bonis feudalibus, quæ pro eius reſti-
tutione non poſſunt obligari ſaltem ſine licentia
domini, vel ſuper alia re non expreſſe, ſed gene-
raliter hypothecata, quia obiectiones hoc caſu
ex aduerſo factæ poſſent procedere, ſed verſa-
mur in alienatione facta rei feudalis, quæ tamen
erat de bonis hæreditarijs, alienatæ cum licen-
tia domini per hæredem, qui emptori ceſſit iu-
ra ſua, ut in inſtrumento, quo caſu poſito quod
euenerit caſus reſtitutionis fideicommiſſi, quod
adhuc viguiſſet, nec fuiſſet ſublatum per remiſ-
ſionem & renuntiationem, certe ſi ſubſtituti
vellent petere hæc bona feudalia, tamquam ſu-
biecta fideicommiſſo, pro ut fuiſſe ſubiecta uter-
que conſulens defendere nixus fuit in dictis eo-
rũ conſilijs nõ uideo quare non potuiſſent hære
des grauati, vel habentes cauſam ab eis allegare,
quod ex precio dictæ rei uenditæ, uel ex tanta
parte illius rei deberet detrahi ſua pars dotis ma
ternæ & precium illud pro rata retineri, tametſi
res uendita fuerit feudalis, ſicut etiam poſſent
ſubſtituti, ſi per hæredes grauati peteretur dicta
pars dotis ſuper alijs bonis teſtatoris allegare &
opponere ſatisfactionẽ ex ꝓcio ꝑcepto ex dicta
re feudali. igitur Piperarij habentes iura ceſſa a gra
uato poſſunt hoc opponere uigore clauſulæ ceſ-
ſionis iurium, de qua in dicto inſtrumento, de
qua ſcribit Bartol. & alii in l.prima, C.de actio.
& obligatio. licet etiam ſine illa clauſula ceſſio-

27 nis † ius excipiendi in eos tranſiuerit. l.reſcri-
ptum.§.finali,vbi omnes.ff.de pact.l.ſicut. §.pri-
mo, ubi Bartol. ff. quibus modis pign. vel hy-
pothe. ſolui. Bartol. in l.ſi tertius.§.primo, co-
lum.finali,ff.de aqua plu.arcen.Rip.in l.prima,
in principio, numero 10.ff.ad Trebel.Crauet.in
conſil.148.in princ.& Tiraq.in tract.de retract.
tit.1.§.1.glo.9.nu.129.

Quæ autem dicuntur de l.ſecunda, C.de pi-
gno. tolluntur ex eo quòd diſpoſitio illius l. non
28 procedit quando in inſtrumento eſt † appoſita
illa clauſula(ita tamen quòd ſpecialitas genera-
litati non deroget,nec econtra) prout in hoc in
ſtrumento dotis fuit addita,ut in proceſſu, fol.
77. ut late probat multos in id citans Rol.a Val.
in conſilio 36.numero 8 quarto volum.Ex qui-
bus(ni fallor)apertiſſime conſtat,nullum iuridi-
cum fundamentum fieri potuiſſe pro parte præ
dicti Illuſtriſs.Dom.Sigiſmundi in fideicommiſ
ſo eius aui paterni.

Nunc ſupereſt alius punctus eſſentialis huius
cauſæ diſcutiendus,in quo Magn. auditores Ro
tæ ſe fundarunt in ſuis ſententijs, literarum ſci-
licet ſcriptarum per fratres de Piperarijs præ-
dicto Illuſtriſſimo Domino Sigiſmundo & re-
lationis olim eidem earum uigore factæ per
olim Magnificum Dominum Traianum Delphi
num nominibus ipſorum fratrum. Quo diſcuſſo
reſolutio huius cauſæ liquida & aperta appare-
bit. Videndum igitur primo eſt de validitate ip
ſarum literarum. Secundo, quid & quantum il-
læ continerent & importarent. Tertio, an rela-
tio facta per Dom.Traianum ualida fuerit & le-
gitima ita quòd obligauerit Piperarios. Quarto
& ultimo, an rationes ex aduerſo adductæ per
dictos DD. Conſulentes in dictis ſuis conſilijs
fundamentum in dictis literis facientes ſint ve-
ræ, vel ſubſiſtant,nec ne?

Quo igitur ad primum prætenditur per di-
ctos fratres non valere aſſertam obligationem
factam in dictis literis tanquam metu factam,
& id probaſſe ex informationibus datis in exe-
cutione commiſſionis illius Sereniſſimi Princi-
pis,quas cum uidere non potuerim non poſſum
etiam ſcribere, an talis metus fuerit probatus,
nec ne? Igitur neceſſe erit me remittere ad pro
bationes ipſas, quibus præſuppoſitis, ſi tenea-
mus metum fuiſſe probatum,non erit dubitan-
de inualiditate ipſarum literarum & obligatio-
ne ex eis reſultante,cum nullum ſit & inualidũ,
vel ſaltem annullandum & inualidandum,quod
29 metu†geſtum eſt.l.prima,ff.quod metus cau. in
ſufflauit enim Deus Spiritumſanctum in os præ-
toris,ut illa uerba proferret, quod metus cauſa
geſtum erit,ratum non habebo, ut poſt Bald.tra
dit Neuizan.conſilio 52.numero 46.Pariſ.conſi
lio 53.numero 48. Didac.Couaru.in ſuo epito.
in quartum decret.capit.tertio,§.4.numero pri
mo, & Menoch.in tracta.de arbitr.iudic.lib.ſe-
cundo, centur.ſecunda, caſu 135.in principio.
30 Nec dubium eſt, quin†arbitrio iudicis relinqua
tur,an metus probatus ſit,Didac. dicto capit.§.
quinto,numero 10. & an ſit talis, quod cadat in
conſtantem virum,ut in dicto §.quarto,numero
31 octauo. Ex coniecturis autem†& circunſtantijs
probari,omnes admittere videntur,Pariſ.conſi-
lio 60.numero 21.& ſequen. & 139.numero 8.
& 11.quarto uolum.Didac.dicto §.quinto.ad fi
nem,& Menoch.caſ.137.numero ſecundo,& nu
mero 6.dicit quod eſt probabilis coniectura me
tus, cum quis cum eo contrahit, quem in ſu-
periorem recognoſcit & cui aduerſari non aude
32 ret,qui tanto magis†probatur,ſi per partem fiat
proteſtatio de metu,prout in caſu iſto facta fuit,
ut in proceſſu, fol.84. Didac.dicto §.5.numero
12.quæ fieri potuit etiam metu, vel timore ceſ
ſante,Pariſ.conſilio 65.numero 18. in 3. & ſatis
probatur metus, quando venditur, uel remitti-
tur id, quod non eſt veriſimile ſponte vendi.
Bal.in l.interpoſitas.C.de tranſact.& Pariſ.conſ.
139.nu.18. & ſeq.in 4.

Cęterum admiſſa ipſarum literarum & obliga
tionũ ipſarum validitate,ſine tamẽ ueritatis præ
iudicio,uidendum eſt quid & quantum dediſſe,
vel ceſſiſſe cenſentur ipſi fratres eidem Illuſtriſ.
Sigiſmundo. In quo puncto uideo præſupponi
ex aduerſo per dictos DD. Conſulẽtes fuiſſe ceſ
ſum & donatum uniuerſum ius, quod haberent
Piperarij in dicta curia dicto Illuſtriſs. Dom.Si-
giſmundo,quod & verbis expreſſis dictarum li-
terarum & menti ſcribẽtium repugnare uideo,
ſed tantum uideo id inferri poſſe ex relatione fa
cta per d.Traianum d.Illuſtriſs. Domino.de qua
in proceſſu,fo.92.In hoc puncto igitur eius ſum
ſententiæ, vt nulla cenſeatur facta donatio do-
minii eis quæſiti huius curiæ, vel precii ſoluti &
aliorum,de quibus in eis literis,licet enim literę
33 etiam commendatario præiudicent†ſcribenti,
quã certum continent,ut per Bart.in l.Lucius.in
princip.nume.1. ff.de fideiuſ. tamen quando ſu-
mus etiam in literis exhortatoriis (ut potius vi-
dentur hæc,de quibus agimus) non præſumitur
34 donatio, niſi ſimus in ſanguine†coniunctis,quo
caſu poſſunt donationẽ inducere,ut in caſu quo
reſpondit Soc.conſ.291.colum.7.2.volum.ita di
ſtinguẽdo declarat Crau.dicens in dubio dona-
tionem non præſumi.l.Campanus. ff.de oper. li-
ber.in tract.de antiq.tempo. §.uidimus & abun
de.num.44.& ſequitur Benue.Sirach.in trac.de
adiect.glo.11.num.27. quo fit ut cum literæ ipſę,
ſiue eſſent commendatoriæ, ſiue exhortatoriæ,
non contineant donationem certam, ut ſtatim
oſtendam, ſed remiſſionem in prædictum Illu-
ſtriſſimum Domin.Sigiſmundum, nullo modo
poteſt dici,maxime cum non ſimus inter coniun
ctos, eos uoluiſſe donare dictam curiam & ius
ſuum ipſi Illuſtriſ. Domino.

Secundo quod verba ipſarum literarum nul-

lo

lo modo inferant fuiſſe factam donationem.pro
batur:ſunt enim talia(*ſupplichiamo a voſtra Signo
ria Illuſtriſsima noi infraſcritti fratelli humili ſer
uitori ſuoi che la ſi degni d'hauer la protettione no
ſtra,che oltre che noi le ſeremo ſempre ſeruitori &
ſchiaui, ſi contentaremo che l'Illuſtriſſimo Signor
Galeazzo ouer lei come piu le piacerà,habbi la corte
del doſſo dell'inferno gia venduta per detto Signor
a noſtro padre et della reſtitutione delli danari cha
hauuti eſſo Signor Illuſtriſsimo & delli meglioramenti
inſieme & liberatione del feudo, la rimettemo in petto di voſtra Signoria Illuſtriſſima confidandoſi, che quella non ſia per abbandonarne.*)

Quæ verba tantummodo remiſſionem in dictum Illuſtriſſimum dominum tam ſuper acceptatione & renuntiatione dictæ curię eidē faciēda vel Illuſtriſſimo d.Galeatio, quàm ſuper reſtitutione pretij melioramentorum & aliorum de quibus in dictis literis fuiſſet factum oſtendunt non donationem, quia vbicunque ſumi poteſt
35 alia coniectura quàm donationis,illa † ſumenda
eſt,d.l.campanus,& l. ſi cùm aurum ff. de ſolut.
& potius præſumenda eſt fatuitas quàm donatio,Crau.conſil.77.num.14.& 142.num.26.&
late Menoch.de arbit.Iu.d.l.2.caſu 88. in princ.
vbi fuſiſſime tractat quia donatio præſumatur.
36 In propoſito autem potuit fieri remiſſio † & com
promiſſum in eum,licet eſſet pars, tamquam in
arbitratorem. c.Quintauallis,vbi Abb.nu.10. de
iureiur.Bal.in c.1.§.ſi autem inter pares,num.3.
de lege Corra.in vſi. feu. vbi loquitur ad propo
ſitum quando quis ſe ponit in manibus aduerſa
rij quod valet in vim pacti.& ſequitur ibi Afflic.
nu. 14. dicens quòd tamen debet percipere id
37 quod ſit iuſtum & quod poſſit † compromitti in
partem tanquam in arbitratorem, voluit etiam
Lanfran.de arbitr.2.par.4.q.num. 18. & Camil.
Borel.in commētar ſuis in pragmat. regis Ferd.
§.2.gl.4.num.58.
38 Et quòd poſſit fieri † remiſſio in partē vel vnū
ex contrahentib.in contractu probatur in l.hæc
venditio. ff. de contrahen. emp. in l.ſi in lege,in
princ. ff.loca. & tunc arbitrio boni viri res deci
denda eſt,ut in dictis ll.& in l.in perſonam. §.ge
neraliter,vbi Doct.ff.de reg.iu.& trad.Bar.num.
2.quem alij ibi ſequuntur in l.ſi quis arbitratu.
ff. de verbo. oblig.

Tertio dicta remiſſio operabatur quod infra
60.dies tenebatur ipſe Illuſtriſsimus Dom.Sigiſ
39 mundus declarare an uellet dictam rem † pro ſe
vel quod dretur Illuſtriſsimo d.Galeatio, ut eſt
text. in l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil.
edic. vbi Cepol.Bar.quem alij communiter* ſequuntur in d.l.ſi quis arbitratu, nu. 8. præterea
eo etiam non arbitrante ſuper ſolutoine pretij
melioramentorum & aliorum huiuſmodi, quæ
remiſſa erant in pectore ipſius domini, ex quo
per eum ſtetit, potuiſſet recurri ad arbitrium
boni viri, qui deberet taxare quid & quantum
eſſet reſtituen. vel ſi magis placebat ipſis fratrib.
remittentibus recedere a contractu,ex quo con
40 ditio ad eorum arbitrium debebat † haberi vel
pro purificata, vel pro defecta, prout eis vtilius
erat.l.iure ciuili, ubi gloſ. pri. & Soci.num.6. ff.
de condit.& demonſtr.quod ſatis uidetur velle
Bar.in d.l.ſi quis arbitratu,num.2. quem alij ſequūtur, maxime Iaſ.num.18.& Alcia. num.21.&
quod in odium non declarantis conditio deficiat Alcia.in l.ſequen.& ideo,num.5.& 6.

Ex quibus apertiſsime conſtat quod hæc remiſsio facta per Piperarios nullo modo poteſt
importare remiſsionem & donationem iurium
ſuorum,cùm arbitrio boni viri id eſſet declarandum, & non poterat Illuſtriſsimus Domi. Sigiſmundus totum retinere ſuo arbitrio,ut præſupponunt d.dd.conſulentes:nec enim propter talem remiſsionem habebat abſolutum arbitrium
vt Ang.trad.in l.ſi cui.num.2. ff. de ſerui. Vbi dicit quod ſi quis ſe remittat gratiæ & miſericordiæ alicuius,vel uoluntati,non hēt abſolutum arbitrium,ſed debet benigne uerſari, & de eo qui
poſuit ſe in manibus aduerſarij vel compromit
41 tit † in illum, quod non poſsit percipere niſi id
quod iuſtum eſt,tradit.Afflic.in d. §.ſi autē inter
pares, nu. 14. poſt Bal. tantum enim abeſt quòd
ex verbis ipſarrū literarum iure poſsit tradi ſenſus quod dicti fratres uoluerint iura ſua donare ipſi Illuſtriſsimo Dom.Sigiſmundo.

Solum unus ſupereſt ſcrupulus a quo velut tenui filo pendet omnis machina dominorum cōſulentium,arbitrantium propterea donationem
liberā omnium iurium probari fuiſſe factam per
Piperarios. ipſi Illuſtriſsimo Dom. Sigiſmundo,
ſcilicet relatio vel atteſtatio prędic.Magnifici D.
Traiani, quam ipſe fecit in proceſſu,d. fol.92.in
his verbis *Io fui pregato con molta inſtanza dal
Magnifico M. Lelio Piperato ch'io portaſſe la lettera prodotta nella cauſa che vertiſſe tra l'Illuſtriſſimo Signor Sigiſmondo Gonzaga dal Borgo & detti
M.Lelio & fratelli a eſſo Illuſtriſſimo Signor Sigiſmondo con commiſſione de dirgli a nome ſuo & di
fratelli,che venendo la ſentenza in fauor di loro tre
fratelli che li ſuoi beni non foſſero venduti all'incanto che oltra che ſſi fratelli voleuano che la corte
del doſſo dell'inferno foſſe di ſua Signoria Illuſtriſſima di quelle coſe le quali remettono nella detta lettera in petto del detto Illuſtriſsimo Signor cioè delli danari hauuti per l'Illuſtriſſimo Signor Galeazzo Gonzaga & delli miglioramenti fatti ſopra detta corte & della liberatione del feudo. Et coſi preſentai la detta lettera all'Illuſtriſſimo Signor Sigiſmōdo ſopradetto,riferendogli quanto ſopra. Et ſua
Signoria Illuſtriſſima accetto quanto conteneua
la detta lettera & da mi gli fu riferto,& s'eſſibi di
non mancar.*)In hoc igitur tertio pūcto arbitror
nullam cenſeri probatam donationem ex trib.

Primo quia ipſe Dom.Traianus non habui
commiſsionem vel mandatum ab omnibus ipſis

ſis frattibus ad referendum talia verba nomi-
nibus illorum d.Illuſtriſs.Dom.Sigiſmundo,ſed
a Domi. Lelio tantum,qui nullum habebat iüs
in dicta curia.nec poterat cęteros obligare vltra
verba litterarum ipſarum, nam pater fratrem
non poteſt obligare ſine eius mandato vel con
ſenſu , immo contrahens cum eo ſuper re fra-
42 tris eſt in mala† fide, Craue.conſi.146.in princ.
& alibi ſæpe Docto.

Secundo cũ ſimus in literis credentialib.iſtę li
43 terę non obligant ſcribentes, vt is cui eſt† credẽ
dum, poſſit facere donationem vel contractum
de rebus ſcribentis,nec enim creditur eidem ad
ſpoliandum dominum,vt Bal. trad.in Rub.C.de
conſt.pecu.nu.13.& ſequitur Benuenut.Strach.
in d.tract.de adiect.d.glo. 11.num.38. ad fin.

Quinimmo etiam quòd dominus dederit in
illis literis credentialibus mandatum ut poſſet
facere quicquid voluerit,tamen non poſſet do-
44 nare, quia in eo mandato non venit† caſus dona
tionis,vt Bald.tradit in terminis in l.fin. nume-
ro 7.C.quod cum eo.& ſequitur Strach. d.glo.
num.36.in fine.

Tertio cum in literis huiuſmodi credẽtię,vel
fidei eſſet expreſſum non quod vallent donare
curiam uel omnia iura ſua Illuſtriſs. Dom. Sigiſ-
mundo, ſed illam tantummodo eidem dare vel
Illuſtr. Domi. Galeatio remittere in pectus ſuũ
reſtitutionem pecuniarum melioramentorum
& aliorum huiuſmodi , confiſi quod non eſſet
eos de relicturus, quę verba nullam poterant cõ
præhendere vel continere donationem , ut ſu-
pra comprobatum eſt,& circa hoc ſe remiſerint
prædicto Dom. Traiano relatori in reliquo:cer-
te ipſe Domi. Traianus nil poterat referre con-
tra ea , quæ expreſſa fuere in dictis literis, prout
hic feciſſet,ſi retuliſſet fratres ipſos uelle omnia
donare,vel relinquere d.Ill.D.Sigiſmundo, quia
45 in hoc nihil operatur auctoritas illi † data in il-
lis literis, vt declarat Pariſ. ſcribens etiam pro
dd.Piperarijs in alia cauſa,in conſi.47.num.73.
80.& ſeq. 1.uolum. Nec eſt ueriſimile quòd di-
cti fratres unum ſcripſiſſent in literis & aliud uo
ce ordinaſſent : & minus eſt ueriſimile quòd ne
bona ſua ſubhaſtarentur,ſed accipierẽtur pro iu
ſta ęſtimatione uellẽt donare tot millia aureorũ
quot expendiderunt eius pater & ipſi in dicta
46 curia,& quod non eſt uериſimile,† imaginem ha
bet ſalſitatis, Marſ. poſt Bal.per eum citatum in
ſingulari 298. remotum,& 343.ueriſimilitudo.
& in rubr.de probat. num.109. & ſeq. & plura
de ueriſimilitudine ſcribit Craue. conſil.61.nu.
9.& 75.num.4. & ſæpe Doct.in alijs locis.

Et tanto minus eſt ueriſimile quod Dom.Le
lius dederit commiſſionem talem Dom. Traia-
no, cum conſtet ex ſua proteſtatione illinc ad
paucos dies facta cum omnibus ſuis fratribus,&
ex alia reuocatione dictarum literarũ facta po
ailquot menſes per eos,quod non intendebãt

obligari ad ea,quæ continebant litterę ipſæ, ne-
dum ut uellẽt,uel uoluiſſent facere donationem
omnium iurium ſuorum quæ in dicta curia ha-
berent & omnium pecuniarum eis debenda-
rum , & ſoluendarum , prout ipſe Illuſtriſsimus
D.Sigiſmundus erat declaraturus,) ut in dictis
literis & ſupra deductum fuit . ſed quia uideo
quod Rota in ſuis ſententijs non admiſit ſic fa-
ctam fuiſſe donationem per d. fratres ut refert
Dom.Traianus retuliſſe , ideo ſuper hoc non eſt
inſiſtendum.

Illud autem omitten. non eſſe cenſui, quod ẽt
fuit tactum per Clariſsimum Dom. Aduocatum
ipſorum fratrum,& diſputatum in dicta cauſa, ꝙ
ſi eſſet agendum de donatione ex dicta remiſsio
ne facta, illa non valuiſſet ſine inſinuatione ultra
quingentos aureos,nam talis remiſsio eſſet uera
47 donatio & exigit omnes ſolemnitates quę in do
nationibus requiruntur, ut per Calcan. conſ.24.
col.5.& ſeq.Boer.deci.143.col.4.Alci.in l.2.nu.
16.ff.de uerbo.obli. Tiraquel.in l.ſi unquam,in
uerb.donatione largitus, num.3.C.de reuocan.
dona. Clar.li.4.ſuarum ſententia. §.donatio. q.
16.uer.Item quarto;cum duobus ſequen.& Pet.
Duen.in regula 224. 1.ampliatione.Et licet hæc
uideretur donatio ob cauſam,quatenus tamẽ ex
ceſsiſſet merita ipſius Illuſtriſs.d.Sigiſmundi re-
48 maneret donatio pura,† & exigeretur inſinua-
tio, ut per Tiraq.citatũ in d. uerb. donatione lar
gitus,nu.80.& ſequen.& late plures citant trad.
Ant.Gabr.l.3.tit. de donat.num.63.

Et cum non uideatur conſtare de aliqui-
bus meritis uel ſeruitijs impenſis, ceſſare uidetur
cauſa ipſa.

Reſtat poſtremo loco ſatisfacere reſponſio-
nibus prædictorum DD.conſulentium in dictis
ſuis conſilijs. Quibus cum ex ſupra deductis uir
tualiter ſatisfactum ſit ſolum quo ad primum cõ
cernens pũctum remiſsionis ex dictis literis qđ
ex aduerſo deducitur ꝙ ex quo ipſi fratres ſe re
miſerunt relationi faciendæ per d. Traianum in
ſuis literis, quod licet d. Lelius ſolus ea retule-
rit d.Traiano quæ ipſe affirmauit ſibi retuliſſe, il
li ſtandum eſſet : replicatur quod cum præter &
ultra tenorem literarum fuerit relatum aliud
diuerſum,totam ſummam rerum importans, nõ
ualuit talis relatio nec ei ſtandũ eſt, prout in hoc
Rota acquieuit,& tantum ſe fundauit in conten
tis in literis. unde amplius non eſt diſputan. de
donatione aliqua,ſed de importantia literarum,
quę ut ſupra comprobatum extitit, non poſſunt
importare donationem. Et quando fuiſſet dona
tio eguiſſet inſinuatione,ut ſupra. Et quia fere
oĩa fundamenta noſtra ſunt diuerſa ab his, quæ
fuerãt diſputata in ea cã,ex quo admiſſa ualidita
te literarum dicimus eas non importare dona-
tionem, ſed tantum remiſsionem in d. Sigiſmon
dum, tum quia in bonum virum qui tenebatur de
clarare an uellet pro ſe dictam curiam uel pro Il
lu-

luſtriſſimo d. Galeatio eius patruo daretur. & pariter quid & quantum eſſet reſtituendum Piperarijs infra 60. dies, quod non fecit nedum in d. tẽpore, ſed nec vnquam viuens, immo often dit ſe nolle dictam curiam in vim rex cauſa dictarum literarum, cum illam petierit iudicialiter virtute fideicommiſſi auiti & ut in proceſſu, & agitur etiam de reuiſione ſententiarum ipſarum latarum ſuper petitorio, non eſt opus deducere in cõ trouerſiam ea quæ in d. cõſ. fuere diſputata, & quæ per ſententias ſopita ſunt, ſed tantũ in his duobus inſiſtẽdum eſt, in quibus Rota ſe fundauit primo in fideicommiſſo d. Ioannis, cuius vigore dominium & proprietatem curiæ alienatę aſsignauit Illuſtriſs. d. Sigiſmundo quod facere non poterat ſtantibus duobus primis fundamentis ſupra conſtitutis. ſecundo an remiſsio facta in dictis literis negotium aliquod fecerit ſcribentibus ex quo non fuit facta illorum aeeeptatio eo modo quo continebant, ſed mortalis ex alia cauſa, nec unquam facta declaratio neceſſaria, ut ſupra deductum fuit, quo caſu Illuſtriſsimus d. Sigiſmundus non poterat in illis ſe fundare, ne e illarum vigore Rota aſsignare curiam ipſam uel eam partem quæ illi aſsignauit. Hæc ſunt quæ ob breuitatem temporis & occupationes infinitorum propemodum negotiorum cõſiderare & ſcribere potui. quæ vera & iuridica eſſe cenſeo, illa ſubijcien tamen cenſuræ illius Illuſtr. & excellentis ſenatus, humanitati, cuius multum me debere fateor. Laus Deo Optimo Max.

Barth. Bertaz.

Contra hæc extat conſilium Cepha. 272. & Rim. iun. conſil. 9. pro hac parte conſuluit etiam Burſat. conſil. 78.

ARGVMENTVM.

Si inſtitutus quis ſit pure, & adempta ſit hæreditas ſub conditione, an ex facto tertij poſsit auferri hæc hæreditas.
Præceptũ teſtatoris, quãdo poſsit ſperni?
Pœna, quando ſit adiecta a teſtatore, vel conditio?

S V M M AE

1 *Actio ad dotem conſequendam competit genero.*

2 *Legatum de dote ſoluenda non valet, ſi ob illud differatur ſolutio pluſquam ius poſtulet.*

3 *Teſtatoris voluntas præſumitur eſſe, vt eſſe debet.*

4 *Pœnæ a teſtatoribus impoſitæ, ſunt reſtringendæ, non extendendæ.*

5 *Teſtamentum ſi quis probibeat infringi ſuum intelligitur circa partes validas.*

6 *Præceptum teſtatoris iniuſtum impune poteſt ſperni.*

7 *Alienatio poteſt fieri ex cauſa neceſsitatis ſpreto præcepto teſtatoris de non alienando.*

8 *Teſtator prohibens teſtamentum ſuum infringi per Principem intelligere præſumitur de authoritate ſuprema ipſius Principis.*

9 *Diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio, vel correctio.*

10 *Precibus fruſtra impetratur, quod a iure com muni conceditur.*

11 *Solemnitas non neceſſaria, non vitiat.*

12 *Teſtatoris præceptum ex iuſta cauſa ſpernens, nullam pœnam incurrit.*

13 *Et ſi tertius ſperneret inſtitutus vel ſubſtitutus, non incurrit pœnam.*

14 *Inſtitutus ſi quis eſt ſub conditione, ſubſtitutus cenſetur inſtitutus ſub contraria conditione.*

15 *Vocatus ſub conditione, debet admitti illa purificata.*

16 *Inſtitutus ſub conditione illa pendente, an ſit hæres vel adminiſtratur. Et ſi inſtitutus ſit a principio, etiam facto tertii non impleta conditione, non poteſt eſſe hæres.*

17 *Secus autem, ſi quis purè inſtituatur & adimatur hæreditas ſub conditione, quia tunc factum tertii alteri non obeſt.*

18 *Teſtator ſine cauſa poteſt in eodem teſtamento adimplere hæreditatem.*

19 *Secus autem ſi ſit addita cauſa.*

20 *Conditio in dubio cenſetur addita nomine pœnæ.*

21 *Pœna dicitur illud quod additur a teſtatore mandante aliquid fieri vel non fieri.*

22 *Verba, vllo vnquam tempore, comprehendant omne tempus futurum, tam ante quam poſt aditam hæreditatem.*

23 *Filia, cui aliquid eſt relictum nomine inſtitutionis, poteſt adire hæreditatem non adeunte nouerca hærede inſtituta.*

24 *Conditione purificata ſi non egit vocatus, nec illius hæres potuit agere.*

Pœ-

25 *Pœna irrogatio, vel comminatio poteſt fieri a teſtatore.*

26 *Sententia in iudicatum tranſacta nocet etiã ſingularibus ſucceſſoribus.*

27 *Confeſsio nocet ſingularibus ſucceſſoribus.*

28 *Hæres qui ſemel eſt, non poteſt deſinere eſſe hæres.*

29 *Inſtantia tranſit in hæredes.*

30 *Illos tamen eſſe tales ante omnia eſt probandum.*

31 *Conditione non purificata ſubſtituti debent excludi.*

32 *Soror ſuccedit in legitima fratris.*

33 *Legitima eſt deducenda ex fideicommiſſo.*

34 *Teſtator quod inſtituat aliquos ſub conditione, vel inſtituat pure & adimat hæreditatem ſub conditione, multum intereſt, & de notabili differentia.*

35 *Pœna in dubio eſt excludenda.*

36 *Verborum ſignificationi ſtandum eſt, nec ab illis eſt recedendum.*

37 *Teſtator quicquid addit cum aliquid mandat fieri pœna eſt.*

38 *Interpretatio quod ſit facienda pro validitate actus, multis modis fallit.*

39 *Verba demonſtrant mentem.*

40 *Et ſi verba non poſſunt habere, niſi vnum ſenſum, tunc eſt ille accipiendus, & ſi actus redderetur nullus.*

41 *Animus diſponentis non videtur.*

42 *Clauſula, vllo vnquam tempore, comprehendit omne tempus.*

43 *Pater non præſumitur in teſtamento ſcribere nociua filiis.*

44 *Clauſula, omni meliori modo, vt magis in uim purificatæ conditionis quam pœnæ commiſſionis hæreditas debeatur.*

45 *Et hæc clauſula nõ ſemper operatur, ut actus tranſeat de vna ſpecie in aliam.*

46 *Et non operatur niſi reſpectu modi apti & poſsibilis.*

47 *Hæreditate quis non priuatur facto alterius ſiue teſtator mandet aliquid fieri affirmatiue, ſiue prohibeat negatiue.*

48 *Et quomodo procedat & intelligatur. l. pater familias. ff. de hæredib. inſtituend.*

49 *Vxor eſt domina dotis conſtante matrimonio.*

50 *Filius nec facto patris incurrit in pœnam amiſsionis hæreditatis.*

51 *Teſtator poteſt tamen prohibere ereditori ne petat ereditum ſub pœna amiſsionis, licet non poſsit prohibere ſimpliciter.*

52 *Verba, aut alius, intelliguntur id eſt ſimilis.*

53 *Inſtitutus ſub conditione ſi tale quid factum, vel non factum fuerit, etiam facto tertii purificata conditione ſubſtitutus admittitur.*

54 *Exhæredatio, & ademptio poteſt fieri ſine cauſa.*

55 *Inſtitutus ſi quis ſit pure, & adempta ſit hæreditas ſub conditione ſine cauſa, tunc valet ademptio.*

56 *Si vero addita ſit cauſa, quia conditio pendeat a facto hæredis, ſi cauſa iuſta eſt, valet ademptio.*

57 *Secus ſi euentus conditionis dependeat a facto tertii, quia ademptio non valet.*

58 *Filius non poteſt priuari, ſi mater non obſeruat voluntatem teſtatoris.*

59 *Pœna ſeparatur a conditione ex voluntate teſtatoris.*

60 *Additum quicquid eſt poſt præceptum teſtatoris, pœna cenſetur.*

61 *Pater non poteſt filio præiudicare quo ad pœnam incurrendam.*

62 *Maritus non poteſt nocere vxori quo ad pœnam incurrendam.*

CONSILIVM LXXVI.

In Domino confido.

PLures ſunt rationes, quibus conſtat Magn. coniuges de Ziraldis, & prætẽſos hæredes Ludouici de Bardellis, nullo mõ poſſe obtinere contra hos pupillos de Bellais.

Primo, quia non conſtat fuiſſe contrauentum diſpoſitioni teſtatoris, nec teſtamentum ipſius fuiſſe immutatum, vel infractum auctoritate Sereniſs. Ducis, & propterea non fuiſſe purificatam conditionẽ, ſub qua prætẽdunt aduerſarij eorũ prædeceſſores fuiſſe uocatos. Namq; certum eſt, Marcum teſtatorem non reliquiſſe Putino eius genero, ſed legauit Pariſinæ eius filiæ illas libras quinque mille, quas ipſe promiſerat pro dote genero ad præſentiam principis,
1 cum actio ad dotem conſequendam † competeret genero, l. ſi pater, C. de dot. promiſ. Cor. conſil. 318. prima colum. in 3. & 93. 2. col. in 4. non
2 valuiſſet etiam legatum, & ſi illi eas † reliquiſſet

ſub longiori dilatione.l.ſi creditori, cum l.ſeq.
ff.de lega.1.§.ſi quis debitore, Inſtit.de lega.&
quia cum ius quæſitum genero ex promiſſione
non poſſet teſtator ſine facto ipſius ab eo aufer
re,l.id quod noſtrum,cum ibi not. ff.de reg.iur.
& ex quo illum in aliquo non honorauerat, &
onerare non poterat,l.ab eo. C.de fideicomm.
ideo teſtator nihil diſpoſuit,grauando generum
ad non petendum, & ad dotem pro parte poſt
eius mortem promiſſam ex fructibus bonorum
hæreditatis percipiendam, ſed tantummodo ip
ſum rogauit, vt id facere vellet ex gratia, beni-
gne cum vxore, & hærede agendo, quo fit, ut
cum d. Putinus gener noluerit in hoc morem
gerere ſocero defuncto, non poteſt dici pro-
pterea fuiſſe immutatum uel infractum teſtamẽ
tum,cum ſuper hoc nihil teſtator diſpoſuiſſe cẽ
ſeatur.cuius volũtas eſſe†præſumitur ut eſſe dẽt,
Afflict.deciſ.44.nu.20. nec præſumitur uoluiſſe
diſponere quę facere nõ põt,ad trad.per Bar.in
l.ſi quis ſub condione, de condit. inſtit.& tradit
Nat. conſil. 145. num.7. cum cenſeatur ſe con-
formare cũ iuris communis diſpoſitione, ad no-
ta.per Bar.& alios in l.hæredes mei §. cum ita ff.
ad Trebel. Bal.in l.ſi duo ff. de acqui.hæredit.&
Dec.conſil.280.num.3. & quod teſtator prohi-
bendo immutationem teſtamenti & diſpoſitio-
nis ſuæ non cenſeatur intellexiſſe de hac parte
ſatis etiam comprobatur argumentando a com
muniter accidentibus l. neque natales. C. de
probat. nam ſi voluiſſet prohibere omnino ge-
nerum vel filiam petere poſſe hoc legatum ali-
ter quàm ipſe capiebat,priuaſſet filiam legato ſi
bi facto ob eius inobedientiam.ut communiter
ſolent facere teſtatores, quod non tantum non
fecit teſtator, ſed potius contrarium diſpoſuit,
quia voluit omni caſu,& euentu cõditionis quo
immutaretur teſtamẽtum ſuum per Principem
ſalua eſſe relicta facta filiabus, quod eſt manife-
ſtum ſignum,teſtatorem non intellexiſſe de im-
mutatione quæ contingeret reſpectu conſequu
tionis dotis aliter quàm caperet teſtator.Igitur
ad hunc caſum non eſt facienda extenſio pri-
uationis hæreditatis,ex quo de eo non cenſetur
teſtator intellexiſſe ut ſupra, quia in his pœnis
ſtricte eſt procedendum, & reſtringendæ non
†extendendæ ſunt,Dec.conſil.273.num.3.290.
4 num.2.& Alb.conſ.97.num.41.

Secundo poſito quòd teſtator diſpoſuiſſet ex
preſſe,generum non poſſe conſequi dotem, niſi
cum illis terminis & dilationibus,ut ex fructib.
bonorum.non ex eorum alienatione,ſolutio fie
ret, certum eſt, quod talis diſpoſitio fuiſſet nul-
la, & inualida, ut ſupra dictum eſt,ac contra le-
ges,quas non poterat prohibere ne in ſuo teſta
mento locum haberent,l.nemo poteſt.ff.de leg.
1.prohibitio igitur facta de immutatione & in-
fractione teſtamenti & diſpoſitionis ſuæ debet
neceſſario intelligi de illis capitulis & partibus

5 †validis,non de inualidis,& nullis,quia illa non
eſt diſpoſitio,nec teſtamentum.l.non putauit,§.
non quæuis. ff.de bon.poſ. contra tab. Inſtitut.
de hædita. quæ ab inteſta.defer. in princ.cum
alijs trad.per Rip.in l.4.§.condemnatum, num.
3.& 4.ff.de re iudi.ſed nec etiam pœna poteſt ſi
bi locum vendicare,quando præceptum eſt in-
6 iuſtum,immo id poteſt ſperni†impune,ut tradit
ad propoſitum Bart.& Imo.in l.paterfam. ff.de
hæred.inſtitut.Bal.in l.uni.5.oppoſ.numero 10.
C.de his quæ pę.nom.Socin.in l.1. 2.not. ff.eo.
tit. & Didac. Couar.in c.Raynaldus. §.1.nume.
7. de teſtam.

Tertio cõſiderãdũ eſt,quod alienatio hoc ca
ſu fuit facta ex iuſta cauſa,nẽpe ob ſoluendũ de
bitum teſtatoris, quo caſu etiam ſi oppoſitum
prohibuiſſet teſtator adijciendo pœnam po-
7 tuiſſet†ſpręto præcepto fieri alienatio,ut eſt tex.
in l.peto,§.prędium,ff.de leg.2. trad. Alexand.
conſil.206.num.4.in 5. Cur.conſil.64.num.69.
& Nat.d.conſ.145.num.22.

Quarto etiam animaduertendum eſt, quòd
non euenit caſus cõſideratus, & prohibitus per
teſtatorem immutationis vel fractionis teſtamẽ
ti per Principem, ſi quidem teſtator proculdu-
8 bio†intellexit de illa immutatione quæ fieret au
ctoritate ſuprema,de qua habetur in c.quę in ec
cleſiarum,de conſti. & alibi per Doct. quia ſi fie
ret ſecundum leges iuſte fuiſſet factum, & non
poſſet teſtator conqueri vt ſupra dictum fuit, ꝙ
etiam videtur dicendum ex quo verba ad prin-
cipem referuntur & ſecundum eius qualitatem
ſunt intelligẽda,l.plenum, §.equitij, ff.de vſu,&
9 habit. & ſic per viam diſpenſationis† quæ iuris
communis eſt relaxatio, vel correctio. Specu.in
tit.de diſpenſat.in princ.& Rip.in l.ſi conſtante,
num.60. ff. ſolu. matrim. ſed in propoſito prin-
ceps non diſpenſauit, uel aliquid conceſſit ſu-
pra, vel ultra leges, ſed ſecundum leges, cum de
iure potuerit fieri illa datio in ſolutum genero
citra aliquam diſpenſationem uel reſcriptum
principis.ideo non poteſt dici principem volun
tatem teſtatoris immutaſſe,cum non neceſſaria
fuerit impetratio illius reſcripti uel diſpenſatio-
nis potius ad cautelam, & ad tollendum vanum
timorem eorum, qui timebant emere bona hæ-
reditaria obtenta,quam ꝙ ea opus eſſet: fruſtra
10 enim precibus impetratur† quod a iure commu
ni conceditur,l.1. C.de theſaur.lib.10. Bertran.
conſ.154.nu.14.2.uol.2.impreſſorum.abundãs
igitur illa cautela,non debuit obeſſe.l.teſtamen-
tum C.de teſtam.& l.non ſolent.ff.de reg.iur. ſi-
11 cut etiam ſolemnitas nõ neceſſaria†non uitiat.
gloſ. & doct.in l.uinum,ff.ſi cert.peta.latè Marſ.
in l.unius,§.cuſtodiæ,num.5.& ſeq.ff. de quæſt.
& tanto magis, quia Princeps motus fuit ex iu-
ſta,& non ex iniuſta cauſa, ut dicitur ex aduer-
ſo,cum in rei ueritate fuerit promiſſa dos gene-
ro coram eo, ut ipſe teſtator fatetur in d.ſuo te-

ſtamento & etiam atteſtatur princeps in ſuó re-
ſcripto cui credcn.eſt clem.1.de probat.& præ
12 ceptum teſtatoris ex iuſta cauſa † poteſt ſperoi
impune,Caſtr.conſ.125.dubitatur.7.dub.1.uol.
num.5.Alb.conſ.41.num.6.& qui ex iuſta cau-
ſa illum contemnit, non incurrit pœnam, Bert.
conſ.92.nu.4.d.2.uol.

Quiorò etſi princeps etiam de ſuprema ſua
poteſtate immutaſſet teſtamentum prędictum
in quo teſtator ipſe de hoc caſu diſpoſuiſſet,pro
ut oon immutauit,nec diſpoſitum fuit,ut ſupra:
certè D.Ambroſina prima hæres,nec D.Batth.
ſubſtituta potuiſſet priuari ex facto tertij abſq;
13 earum culpa uel facto,nec admitti hoc caſu†po-
tuiſsēt dicti Bardelij inſtituti per tex.ſingularem
in l.paterfamilias,præallegata, ubi Bar.& alij, ꝙ
procedit, etiam ſi facto patris filius priuaretur,
ut per Bald.in d.l.unica,2.oppoſitione,uel facto
matris, Bertran. conſ.113.nu.2. 3.uol. d.2. im-
preſſorum,quam ſententiam tenent plures cita-
ti per Didac.in d.c.Raynaldus,§.1. nu.7. & alij
etiam inferius citandi.

Nec fundamentum hoc elidunt ea, quæ ex
aduerſo Magnifici Aduocati aduerſarij in me-
diū adducebāt,& maxime quòd illi de Bardelijs
fuerunt inſtituti ſub conditione ſi immutatum
14 fuerit teſtamentum, quo caſu ſub contraria† cō
ditione Dom.Ambroſina uxor cenſetur inſtitu
ta, l.ſi purè legatum & l.legata inutiliter, ff.de
adim.lega.l.aliquando.ff.de condit.& demonſtr,
cum ſimil. Et propterea illa videtur fuiſſe non
hæres.ſed adminiſtratrix hæredita. ut per Co-
men.poſt Bar.in l.ſi quis ita ſcripſerit, ff.de hæ-
redi.inſtitu.

Nec hoc caſu tractatur de pęna, quo caſu pro-
cedit diſpoſitio dictæ l.paterfam. cum ibi not.
ſed de conditione & hoc caſu ceſſante eius di-
15 ſpoſitione debent admitti vocati † in caſu con-
ditionis per trad.per Aret.in l.Titia.in princip.
colum.3.ff.de uerb.oblig.& Rui.conſ.150.3.uo
lum.Et quia teſtator ſic diſpoſuit non eſt curan
dum, ſi odio unius alter priuetur, maxime,quia
odium non eſt irrationabile, Soci.iun.conſ.129.
nu.18.& ſeq.3.volum.

Namque primo animaduertendum eſt, nos
non verſari in illa diſputatione quā ponūt gl. &
Do.in d.l.ſi quis ita ſcripſerit,in l.2. ff.ſi pars hæ
red.peta.per Bar.& omnes in l.plane, §.ſi coniū
ctim.ff.de leg.1.an inſtitutus ſub conditione in-
16 terim†pendente conditione ſit hæres, uel tan-
tum adminiſtrator, quia illa procedunt quando
a principio quis inſtituitur ſub conditione, quo
caſu ea non impleta etiam facto tertij, non po-
teſt eſſe hæres, & factum vnius nocet alteri. l. ſi
ita fuerit,in prin.ff.de manu.teſta.de quo Bar.&
alij opponunt in d.l.paterfam.ſed ſumus in caſu
quo teſtator pure inſtituit uxorem,& ei ademit
hæreditatem ſub conditione caſu quo ſuum te-
ſtamentum immutaretur per Principem, quo ca
17 ſu factum vnius alteri obeſſet non poteſt, ad ex-
cludendum hæredem pure inſtitutum,d.l.pater
familias,& iſta eſt communis opioio, quam ita
diſtinguendo tenuerunt Bar.num.2. Ang.num.
2. & uidetur adhærere Comen.1. colum. nu.1.
Imo.colum.2.nu.6.in d.l.paterfamilias.& Ruin.
vt refert Bertran.qui etiam illam ſequitur in d.
conſil.113.num.2. & quam etiam admittit Rui.
d.cōnſil.150.num.11. & declarant Soci. qui lo-
quitur etiam in fortiori caſu in conſil.21.nume-
ro 20.3.uolum.Durant.in tracta.de arte teſtan.
titulo 3.caut.4.numero 2.& Didac.dicto §.pri-
mo,oumero 7.
18 Et licet teſtator ſine cauſa†poſſit adimere hæ
reditatem inſtituto in eodem teſtamento,ut ad-
uerſus Bart.uoluit Ange.in d.l. paterfam per l.ſi
ita ſcriptum §.regula.ff.de lib.& poſt hum. & ſe-
quitur Imo.ibi 2.colum.num.7.Caſtren.in l.Se
ius,& Augerius, ante fi. ff. ad l.falc. Alexan.in l.
hæreditas,in fi.C.de his quib.ut indign. Didac.
in d.num.7. quo caſu non haberet locum d.l.pa
terfamilias. & poſſet procedere opinio aduerſa
riorum,ſecus tamē eſt ſi eſt addita cauſa ſub qua
ſeu cuius intuitu teſtator priuat hæredem hære
19 ditate: hoc enim caſu † proprie eius diſpoſitio
procedit ut trad. omnes in dictis locis, & hoc
procedit etiam ſi priuatio reſultat ex facto ter-
tij,ut ibi.& tradit.Bal.in d.5.oppoſitione, Rom.
ſingulari 111.& Corſet. ſingulari in uer. teſta-
20 tor.& in dubio conditio†cenſetur addita nomi
ne pœnæ quando in alium transfertur hæredi-
tas,Socin.d.conſil.21.num.21. Didac.d.num.7.

Et cum teſtator mandat aliquid fieri,uel non
fieri,&aliquid vlterius addit,illud additum uide
tur pœna,Pariſ.poſt Dyn.& Alber.per eum cita
tos in conſil.19.num.138.2.uolum.

Nec huic diſtinct. contradicit Aret. oec Rui.
in dictis locis, qui Rui.loquitur in caſo ualde di
uerſo, & mouetur pluribus rationibus quæ in
caſu noſtro nō concurrunt,& præſertim ſi in il-
lo caſu præceſſerit prohibitio de non moleſtan-
do vxorem ſub pœna priuationis, & ſubſequuta
fuit inſtitutio ſimplex quæ eo caſu cenſetur fa-
cta ſub conditione ut per eum ibi.num.6.cuius
oppoſitum eſt in caſu iſto, & in caſu etiam illo
poterat hæres inſtitutus ſub conditione præſti-
ta cautione Mutiana hæreditatem habere.l.Mu-
tianę.ff.de condit.& demonſtra. ut per eum ibi,
num.18. quæ in caſu iſto non potuiſſet habere
locum.d.l.Mutianæ,cum ibi not.& hoc caſu etiā
loquitur Durant.d.caut.num.2.Nec Soc.iun.in
allegato conſil. loquitur io caſu noſtro ſimili.,
ſed in caſu quo eſt excluſa mater contraueniens
quo caſu eius cōtrauentio excludit ēt eius filios
ei ſubſtitutos, ſecus quando tractamus de exclu
ſione principalis hæredis ob factū alterius, quo
caſu proprie ſumus in diſpoſitione d. l. pater-
fam.cuius vigore nec pater,nec mater filio poſ-
ſunt præiudicare,ut ex Bal.& Bertr.ſupra oſten-
ſum

ſum eſt,& tanto clarius hæc ſententia procedit
cum aperte conſtet teſtatorem intellexiſſe vxo-
rem hæredem,& non adminiſtratricem,& poſſe
adire hæreditatem, quo caſu voluntas ipſa ſatis
declarat an cenſeatur appoſita conditio, poena,
vel translatio,ut dicit tex.in l. 2. ff.de his quæ pę
næ no.id enim ex tribus, (vt dicebã voce) proba
tur.Primo,qnia voluit teſtator ipſam eius hære-
dem ſtatim eo defuncto infra ſeptimam diem fa
cere inuentarinm omnium bonorum ſuorum.
præterea,& ſecundo appoſuit illam conditionẽ
inſtitutionis Bardelliorum per illa verba (ullo
22 vnquam tempore)quæ compręhendunt† omne
tempus futurũ,tam ante aditam,quàm poſt adi-
tam hæreditatem, vt ad propoſitum trad. Ruin.
conſil.77.num.13.2.volum. & 3. uoluit eſſe ſal-
ua relicta,& inſtitutiones filiarum,quę potuiſsẽt
adire hæreditatem,ſi nouerca illa hæres inſtitu-
23 ta† non adiuiſſet,l. 1.§.ſi ex fundo,ff.de hæredi.
inſtitu.Alex.in l.quoties. C.eod.titu.& Durant.
d.tract.titulo 6.caut.2. num. ſecundo. Ex qui-
bus ſunt ſublata omnia quæ in contrarium face
re videntur.

Sexto ex quo iſti de Bardelijs, uiuente domi
na Ambroſina prima hęrede,quo tempore(ſecũ
dum eos) purificata fuit conditio, non egerunt
contra eum,non videntur etiam ſucceſſores eo
rum poſſe agere contra hos pupillos, & ſuc-
24 ceſſores in dictis bonis,ut ad propoſitum tradit
Crau.conſil.59.ad fi. per trad.per Abb. conſil.
3.9.q.2.volum.

Septimo ſciendum eſt,quod Marcus teſtator
in dicto ſuo teſtamento prohibuit dictos de Bar
delijs tunc viuentes contrauenire,& quouis mo
do ſe opponere contra eius teſtamentum & vo
luntatem,alias ipſos priuauit omnib.bonis eius
hæreditatis,& legatis,& ſubſtitutionibus de eis
factis per latiſſima,& prægnantiſſima uerba, ut
in dicto teſtamento, & tamen ea prohibitio-
ne non attenta non aequieuerunt, ſed præ-
textu cuiuſdam fideicommiſſi antiqui moue-
runt iudicinm contra Dom. Barthol. & ſenten
tiam contrariam reportauerunt ut in proceſſu,
quo fit, ut a iure ſuccedendi vigore dicti teſta-
mẽti omnino fuerint excluſi,& priuati, propter
eorum cõtrauentionem: dubium autem non eſt
25 quin valuerit† poenæ ipſius irrogatio,ſeu com-
minatio a teſtatore facta, d.l. uni. C. de his quæ
pęno. Alex.conſ.52.viſo teſtamento, per tot 2.
volumine,Felyn.in capitu.cauſam quæ.col.ante
pen.nu.25.de reſcriptis,Dec.conſ.613.num.35.
& ſeq.1.uolum.& Didac.d.§.1.num.8. Et id tan
to clarius procedit,cum ex euentu ipſo apparue
rit ipſos motos fuiſſe iniuſte:exitus. n. acta pro-
bat.l.rem non nouam,in fi. C.de iudi. Soc.conſ.
127.num. 11.2.uolum.

Octano de anno 1493. illi de Bardellis anti-
qui,quorum iſti nunc agentes prętendunt ſe ſuc
ceſſores in lite mota contra Dominam Bartho.
ſententiam contrariam reportauerint ipſam
fuiſſe & eſſe hæredem patris pro dimidia, ſen-
tentia illa quæ in iudicatum tranſiuit & pro-
veritate habetur. l. ingenuum. ff.de ſtatu homi.
& l.res iudica. ff.de regu.iur.& facit de albo ni-
grum, & de nigro album, ut ex Bal.tradit Curt.
iun.conſilio 177.numero 16.nocet his ſucceſſo
26 ribus † etiam ſingularibus,Rui. conſi.128.num.
16.2.uol. quo fit, nt in hoc iudicio contrarium
allegare non poſſint.

Nono idem dicendum eſt de confeſſione fa-
cta per ipſos antiquos de Bardelijs in alio iudi-
cio moto de anno 1497. in quo contra ipſam
tamquàm contra hæredem egerunt, nam & illa
27 confeſſio etiam d.ſucceſſorib.† præiudicat,Rui.
d.nu.16.& conſil.32.nu.9.& 40.nu.13.in 1. Cra.
conſ.125.nu.2.& in tract.de antiq. temp.1.par.
§.ampliatur nunc,num.22.

Decimo eſt etiam conſiderandũ, ipſos agen-
tes, malè,& ineptè egiſſe,cum, & ſi agere potuiſ
ſent,ius tantum ad petendum hæreditatem ex fi
deicommiſſo habuiſſe quia illa conditio euenit
poſt aditam hæreditatem, & quando ſemel eſt
28 hæres non poteſt deſinere † eſſe hæres,l. ei qui
ſolnendo, ff.de hæred.inſtit.tradit Bart. & alij in
d.l.paterfam.Saly. Caſtr.& Iaſ. in d.l.uni. Caſtr.
conſil.337.uiſo teſtamento,2. colum. in 1.372.
in fine,in 2.& in alijs conſilijs Bert. conſil. 246.
num.5.1.par.primo impreſſorum,& conſil.152.
num.7.& ſequen.2.par. eorundem conſiliorum
& eſt communis opinio,ut per Craue. conſil. 1.
2.dub.num.6.& Didac.d. §.1.num 7.unde cum
egerint tumquam hęredes ad poſſeſſionem,non
videntur poſſe obtinere,Caſtr.d.conſ.372.in fi.
& Bertr.d.conſ.152.num.9.

Vndecimo& ultimo egerunt actores contra
Dominum Alexandrum patrem iſtorum pupil-
lorum,qui pendente iudicio obijt, & nunc pro-
proſequuntur iudicium contra eius filios,& ta-
29 men debebat† probari,eos eſſe hæredes,quia &
ſi inſtantia tranſeat in hæredes, l. ſi eum homi-
nem,ubi Bar.& alij,ff. de fideiuſ.Cano.in capitu
lo,quia V.de iudi. tamen in primis conſtaręde-
bet,quòd ſint tales,ut trad. Bald.loquens de in-
ſtrumento executioni mandando† contra hære
des in l.per diuerſas,10.quæſt.C.mand.Caſtr.et
Alex.num.5.in l.poſtulante,ff.ad Trebel.Cagn.
in l.hæredem.num.5.de reg.iur.

Et idem dicendum eſt, ex quo mortuus eſt
Ludon.unus ex actoribus pendente iudicio,rel
ictis aſſerta matre, & ſorore, quas non conſtat eſ-
ſe tales,quales ſe aſſerunt. Nec reſponſio, quam
dedit excellens Paſet. ſoluit difficultatem, dum
reſpondebat inſtantiam tranſire in occupato-
res,quia non uideo,ubi ſit probatum,nec de oc
cupatione nec de poſſeſſione horum pupillo-
rum,ſicut etiam non bene conſtat ipſos agentes
legitime ſucceſſiſſe d.de Bardellis antiquis,quod
erat neceſſarium.

Ex

Ex quibus apparet,omuino agentes ſuccum-
bere debere, tum quia agunt ſine actione ex plu
ribus rationib. ſupra adductis,& pręſertim quia
non venit caſus inſtitutionis dictorum de Bar-
31 delijs antiquorum,& con ditio ipſa non fuit† pu
rificata, l.cedere diem,de verborum ſignifi.cum
alijs trad.per Pariſ.d.conſil.19.num.48.& ſeq.2.
uolum.& agens ſine actione venit repellendus,l.
ſi pupilli.§.videamus,ff.de neg.geſt.tum quia nõ
probauerunt iu reliquis intentionem eorum, &
ſic ſunt excludendi ex vulgatiſsima reg.l.qui ac-
cnſare,C.de eden.& c.cum eccleſia.in fi.de cau
ſa poſſeſſ.& propr.

Quibus ſtantibus non eſt opus diſputare ali-
ter ſuper deductionibus quæ venirent fiendæ ex
d.hęreditate caſu quo poſſet eſſe locus petitioni
32 actorum & maxime legitimæ Marci † filij teſta-
toris,cui ſorores ſucceſſerunt,ut per Imo.in d.l.
paterfamilias.num.9.Bertran.d.conſi.246.num.
5.in 1.par.& conſil.191.num.2.ſecundo uolum.
ſecundo impreſſorum qua non potuiſſet frauda
ri a teſtatore,& aliorum ſolutorum in ſatisfactio
nem æris alieni. quæ abſorbent totam hæredita
tem ipſam , & eius uires penitus exhauriunt &
33 quæ eſſe deducenda†non eſt ambigendum,l.cũ
hęreditas, l.cum hæres,& l.ita tamen,in fi.ff.ad
Trebel.Fulg.conſil.81.factum ſuper quo, num.1.
Pariſ.conſil.55.num.27.& ſequen. in tantum, vt
ſyndici pauperum,qui egerunt contra Dom.Bar
tholomeam de anno 1513.pro conſequendo le
gato lib.300.annuarum,ut in teſtamento,cum vi
derint hæreditatẽ eſſe exhauſtam acquieuerint,
& litem ipſam proſequi non curauerint, ſed vt
dixi non eſt opus aggredi has difficultates, cum
ex tot,& tantis fundamentis ſupra adductis vl-
tra alia in hac cauſa per alios egregie,& copioſe
ſcripta ſatis & ſuper cõſtet actores iniuſte agere.

Ex his facilis eſt reſolutio dubiorum alioqui
ſubtiliter excitatorum. Nam quo ad primum du
bium,quòd magis in uim purificatæ conditio-
nis ſub qua erant inſtituti illi de Bardeliis hære
ditas quondam Marci Bardelij in ſuos agnatos
fuerit tranſlata, quàm per uiam pęnę, in caſu iſto
iure defendi non poteſt, quandoquidem multũ
34 intereſt, quòd teſtator inſtituat† aliquos ſub cõ
ditione ſi per omnes hæredes aliqnid factum ,
vel non factum fuerit,ut in caſu l. ſi ita fuerit ſer-
uus,in princ. ff.de manumiſ.teſt. an inſtituat eos
pure, & adimat hæreditatem, vel eos exhæredet
ſub aliqua conditione ſi quidpiam factũ,vel non
factnm fuerit,cum primo caſu purificata condi-
tione ſuccedant ſimpliciter uocati in uim ipſius
purificatę conditionis,ut dicitur in dubijs. ſecũ
do caſu qui eſt caſus noſter uocãtur,quia contra
uentũ fuit uoluntati teſtatoris.& ſic magis,quia
locus eſt pœnæ & eo caſu habet locum diſpoſi-
tio l. paterfam.cum ibi not.ff.de hæred.inſti.pro
ut hanc diſtinctionem faciunt ibi Barto.Ang.&
Imo.Soc.conſil.21.nu.20.in 3.& uidetur etiam
eſſe de mente Caſtr.in conſil.300.videtur dicen
dum,1.colum.1.uolum.trad.idem Durant.in tra
cta. de arte teſtan.ti.3.caut.4.num.2.Bertran.in
conſil.113.nu.2.tertio uol.ſecundo loco impreſ
ſorum,& Didac.Couar.in repe.cap.Raynaldus.
§.1.nu.7. de teſtam.cum qua opin.tranſit etiam
Ruin.in allegato conſil.150.num.11.in 3.in quo
ipſe alijs motus , ſed diuerſis rationibus contra-
rium conſuluit,& cum habeamus deciſiones ſpe
cificas,& in indiuiduo loquentes, non eſt argu-
mentis,vel coniecturis diſputandũ in præſumen
da mente teſtantis, quæ etiam argumenta in du-
bijs facta,vel facillimè diluuntur.

Nam primo , quod nõ cenſeantur Bardeli in
35 pœna uocati,quia pœna† in dubio eſt excluden
da,l.interpretatione. ff.de pęn.& diſpoſitio pœ-
nalis uti odioſa eſt reſtringenda,auth.quas actio
nes.C.de ſacroſan.eccl.cum ibi not.& in l.ſi con
ſtante,ſolu.matrim.ex eo tollitur, quia præter id
quod hic nõ agimus de excludenda pœna,quo
caſu dicta iura loquuntur, ſed de irroganda ma-
iori pęna hæredibus qui ſucceſſerunt teſtanti,vt
ſine eorum facto,& culpa fuerint priuati hæredi
tate ipſa,quæ opinio iniqua eſſet,& minime con
ſona veritati teſtatoris, ut inferius dicetur,etiã
quod ageretur de pęna irrogãda,& de caſu odio
ſo, & ſtrictiſsime interpretando, ex quo tamen
verborum proprietas hanc admittit interpreta-
36 tionem ſtandum eſt uerborum † ipſorum ſignifi-
cationi, nec ab ea eſt recedendum , Dec.in l.fa-
ctum.§.in pęnalib.nu.12.ff.de reg.iur.poſt Aret.
in l.cum in lege,per illum tex.ff.de teſta.Alcia.in
tract.præſump.3.reg.præſump.ult.nu.7.& Crau.
conſ.118.num.12.

Nec eſt dubitandum,quin pęnam appoſuerit
teſtator in caſu, quo contrauentum auctoritate
principali ſuæ diſpoſitioni fuiſſet, quia cum teſta
tor mandat aliquid fieri,uel non fieri, & ulterius
37 aliquid addit, illud additum eſt pęna,† ut alias ẽt
dixit Pariſ.conſi.19.num.138.ſecundo uolum.&
in dubio præſumitur id fieri nomine pęnæ,Soc.
d.conſil.21.num.21.& Didac. d.§.primo,nume.
7. quando igitur ex cauſa adimitur hæreditas in
pęnam cenſetur adempta & diſpoſitio,d.l.pater
fam. ſibi locum vendicat ſecus eſſe poſſet ſi ſine
aliqua cauſa in eodem teſtamento adimeretur ,
& antequam eſſet quæſita hæreditas,ut declarat
etiam Didac.in d.§.1.d.nu.7.Cum itaque uerſe-
mur in re clara ceſſant argumenta,coniecturę.&
cauillationes aduocatorum, ut ex Bald. dicebat
Crau.in conſil.47.num.2.

Sic etiam tollitur aliud , quod in dubiis dici-
tur, quod ſi interpretemur in pęnam fuiſſe adem
ptam hæreditatem,uoluntas teſtatoris effectum
non haberet, per trad.in l.paterfam.& in dubio
interpretatio illa eſt ſumenda pro actus ualidi-
tate,l.quoties in ſtipulationibus.ff.de verborum
oblig.l.quoties idem ſermo,ff.de reg.iur.& cen-
ſetur teſtator ita diſponere, ut ualeat ſua diſpoſi

tio

tio.l. 3.ff.de teſtam. mil. Namque ptimo hæ poſ
ſent procedere quando interpretando volunta-
tem teſtatoris, pro ut iuſte interpreramur, actus
redderetur nullus, & inualidus, & ſic noluntas ip
ſius teſtatoris locum habere nō poſſet, & hoc ca
ſu dubium procedere poteſt: ſecus vero quando
actus remanet etiam ualidus, & ſecundum eum
diſpoſitio teſtatoris locū obtinet, vt in caſu iſto.
Cum enim valuerit ademptio hæreditatis facta
in pœnam immutationis teſtamenti & volunta
tis teſtatoris, & eo caſu quo fuerit contrauentū
per hæredes, & earum culpa, vel facto ipſi pœnæ
poſſit eſſe locus, non eſt trahenda eius diſpoſitio
quæ (ut dixi) habere poteſt effectum ad alium ca
ſum. ex quo non conſtat q̃ de illo loquutus fue-
rit teſtator, ut ſup. oſtenſum eſt, quod etiam ex
alio ſecundo loco tollitur, quia illa præſumptio
q̃ interpretatio ſit facienda pro validitate actus
38 patitur † multas limitationes, & declarationes,
quas late proſequitur Alci. in d. 3. reg præſump.
34. quarum plures caſui noſtro conueniunt, &
maxime q̃ attenditur natura actus, qui ſi non ha
bet omnia requiſita corruit, & non eſt receden-
dum a ꝓprietate ſermonis, & forma ac qualitas
actus præponderat. Vnde cū ex natura actus hu
iuſmodi non poſſit dici, in vim purificatæ condi
tionis, ſed in pœnam, fuiſſe ademptam hęredita
tē, & uocatos Bardelios, & actus ipſe non habue
rit ſua requiſita ac formam, & eas qualitates quę
exiguntur, ut ex ſupra citatis Doctor. conſtat, &
verba hoc importent, nullum poteſt fieri funda-
mentum in regula, vel præſumptione ipſa. Quod
autem ita fuerit teſtatoris uoluntas, ut ex aduer-
ſo prætenditur & in dubijs ſupponitur, nullo iu-
39 re probatur, imo contraria apparet ex verbis † ip
ſis quæ uoluntatem hominis declarant. l. Labeo.
ff. de ſuppllec. lega. conſiſtit. n. uoluntas in verbis
ſicut facies in ſpeculo, Bal. conſ. 102. omnis pote
ſtas, nu. 6. in ſi. 3. uol. & Crau. conſ. 35. nu. 6. Nec
præſumitur uoluntas a verbis aliena, ut per eun-
dem Crau. conſ. 20. nu. 2. & in teſtamētis pręſer-
tim uerba ſunt cōſiderāda, §. uos igitur, in Auct.
de reſti. fideic. cum alijs trad. per Tiraq. in l. ſi un
quā, in ver. libertis, nu. 10. C. de reuoc. don. quia
uoluntas in mente retenta non eſt attendenda,
vt per eundem ibi. nu. 20. Et q̃ quādo verba ſunt
clara, & mens ambigua verbis ſit inhærendum,
trad. idem Tira. ibi. nu. 69. & 70. concluditur ita-
que q̃ cum verba non patiantur hunc intellectū
aduerſariorum ēt ſi eſſet præſumptio contrariæ
voluntatis teſtatoris ipſam non eſſe attendendā
ut ex Bal. trad. Crau. conſ. 161. nu. 13. & cum ver
ba niſi unum ſenſum habere nequeant, ille omni
40 no ſit accipiēdus, & ſi actus redderetur † nullus,
quia eo caſu diſpoſitio. l. quoties, in dubijs citata
non procedit, Rui. conſ. 7. nu. 12. in 3. vol. quāto
magis ſi non reſultat ēt inualiditas actus, quia va
let, ſed alio modo, ut ſup. ſtandū igitur eſt certo,
& ſuper incerto nō eſt diſputandum, quia homi-
nes ſępe errant in coniecturanda mēte tacita ꝓp
41 nimiam ſubtilitatē, ex quo diſponentis † animus
non uidetur, Bal. in l. precib. col. 7. C. de impub.
& alijs ſubſtit. Tiraq. d. uer. libertis, nu. 23. Sed q̃
imo teſtator ipſe noluerit priuare vxorē, & filias
ſuas hæreditate niſi in pęnam, ſed eas poſſe adire
ſuam hæreditatem, nec eam ſtare in ſuſpenſo, ſa-
tis conſtat ex teſtō ipſo, ut ēt ponderabam ſup.
quia uoluit vxorem eius hæredem intra ſeptimā
diem facere inuentarium omnium bonorum hę
reditariorum, & appoſuit cōditionem inſtitutio
ni Bardeliorū ſub illis verbis (vllo vnquàm tp̄e)
42 † quæ compræhendunt omne tp̄s futurum, tam
ante, quam poſt aditam hæreditatem, Rui. conſ.
77. nu. 13. in 2. quo fit, ut uideatur eius mentis
fuiſſe, ut eius hæreditas poſſet adiri, quæ hoc ca-
ſu ēt potuiſſet aditi per filias in re certa hæredes
inſtitutas & ſi neuerca nō potuiſſet, l. j. §. ſi ex fun
do, ff. de hæred. inſtit. Duran. d. trac. tit. 6. caut. 2.
nu. 2. & hanc noſtrā, quam defendimus interpre
tationem æquiſſimam DD. VV. ſequi debent, cū
altera contineat iniquitatem, ut filiæ priuentur
patris hęreditate abſq; vlla earum culpa, quæ in-
terpretatio eſt omnino reijcienda, Craue. plures
citans, conſ. 186. nu. 14. cum maxime, in dub. non
43 præſumatˀ † pater ſcribere nociua filijs, vel filiab.
Paril. conſ. 67. nu. 68. & ſeq. 3. uol. propter maxi-
mum amorē, quo erga eos afficitur, ad trad. per
Alci. in trac. prædicto 1. reg. præſump. 1. & 2.

Ceſſat etiam conſideratio, quæ fit de clauſula
(omni meliori modo) quæ hoc caſu vr̄ hunc effe
44 ctum operari, ut magis in uim † purificatæ condi
tionis q̄ pęnę commiſſionis hęreditas debeatur,
iux. trad. per Dec. cōſ. 18. col. pen. 13. & 177. & in
terminis Rui. d. conſ. 150. col. 5. verſ. & alia rōne.

Namq; primo clauſula illa nō eſt appoſita in
hoc teſtō, de quo agimus, ut ſerat in caſu Rui.
póſt inſtitutionē factma ſub conditione vocato
rum vt in caſu illo contingebat, in quo Rui. potiſ
ſimū uim facit, & ceſſante illa rōne ceſſat eius de
ciſio. c. cū ceſſante, de appel. ubi late Dec. l. q̄d di
ctū. ff. de pac. Et licet ī clauſula codicillari iux. ſo
litū dicatˀ q̃ teſtator voluit teſtm̄ valere, vel iure
codicillorū, vel iure cuiuſcū q; alterius ultimę vo
luntatis, quo melius, & efficacius, de iure valere
poteſt, tamen hæc non eſt illa clauſula in eo loco
ad effectum de quo agitur appoſita, quæ etiam ſi
hoc poſtremo loco eſſet appoſita aliud importa
ret, vt per Nat. conſ. 402. num. 37.

Præterea clauſula illa (omni meliori modo)
45 non ſemper operatur, † ut actus tranſeat de vna
ſpecie in aliam, & de una in aliā formam, ut per
Moder. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. & præ-
ſertim non ꝓcedit, qū modus ineptus eſt expreſ
ſus, & aptus nullatenus cōdeſcendit ex eo, Fely.
in c. cum ſuper, nu. 12. de offic. deleg. & idem qū
ignoratur, quem actū quis facere voluerit, quia
in dubio interpretabitur pro ſuſtentatione actus
illū facere uoluiſſe, qui valuit. Alcia. in d. §. ſi quis

ita,nume. 23. & idem quando oſtenditur mens
agentis,ut fieret in caſu iſto,per prædicta,ut per
Rip. ibi. numero 30. igitur cum potuerit uale-
re actus adempt ionis hæreditatis in uim pœnæ
non in vim conditionis,etiam clauſula prædicta
quæ addita fuiſſet non operaretur, niſi reſpectu
46 modi apti,& poſſibilis,† vt ſupra,ut trad.Pariſ.ēt
conſil.54. num.28. in 3.tanto magis quia volun
pra dictū fuit concurrit pro hac parte vehen-
tas teſtatoris, & ita euacuatum eſt funditus pri-
mum dubium.

Quod etiam tollitur ex pluribus fundamen-
tis adductis ſupra, & præſertim ex eo, quia etſi
verum eſſet,(ut falſum eſt) Dominam Ambroſi
nam primam hæredem fuiſſe inſtitutam ſub con
ditione, & non purè, quia tamen non venit ca-
ſus inſtitutionis vel ſubſtitutionis ipſorum de
Bardelijs,cum ex ſuprema principis poteſtate te
ſtm̄ non fuerit ruptum, vel ei contrauentum,vt
dixi in 4. fundō,cum opus non eſſet eo caſu di-
ſpenſatione aliqua,ipſi de Bardelijs non poſſunt
ad dictam hæreditatem vllo modo aſpirare,im-
mo,& quod prætendunt aduerſarij fuiſſe per te
ſtatorem prohibitū,nō conſtat prohibitū fuiſſe,
nec de hoc caſu ſenſiſſe teſtatorem, vt aperte in
primo fundamento ipſarum allegationum com
probaui, quib. non vidi ſufficienter reſponſum.

Secundo dubitatur ꝙ etiam poſito ꝙ in vim
pœnæ vocati eſſent Bardelij , valuit tamen pœ-
næ comminatio & ei locus eſſe potuit, l. 1. C.de
his quæ pęnæ nom. nec l.paterfam. prœallega-
ta,vr̄ filiabus opem ferre, cum ilie tex. loquatur
caſu,quo effectus per teſtatorem ordinatus fue
rit ſubſequutus,nimirum igitur ſi vnus ex facto
alterius non implentis,nō debet puniri, cum ex
ſua parte impleuerit id quod per teſtatorem fue
rit factum per omnes hæredes modo, quo fue-
rat ordinatum,ſat eſt ꝙ in effectu factum fuerit,
ꝙ ſufficit,ne alter qui impleuit excludatur,ut ꝓ-
batur ēt in d.l.ſi ita fuerit ſeruis,in prin. ff.de ma
numis.teſta.niſi aliud de voluntate teſtatoris ap
pareat,vt ibi. ſed certè hoc non obſtat victoriæ
pupillorum noſtrorum,ſi quidem etſi pœnæ prę
dictæ ex multis alijs adductis locus eſſe non poſ
ſit,ex eo tamen pręſertim tollitur omnis difficul
tas ꝙ pœna comminata a teſtatore ſibi locū uen
dicare non poteſt contra non contrauenientē,
& non immerentem, per text. in d.l.paterfam,
quem Doct.dicunt eſſe ad hoc ſingularem in il-
la ratione in tex.ipſo relata,neminem ex alterius
facto,neque hæreditati alligari,neq;exhæredari
poſſe, quæ ratio cum ſit generalis decidit non
ſolum caſum illius tex. ſed omnes ſimiles, quia
exempla non reſtringunt regulam,l.regula.§.fi.
ff.de iur.& facti ignor.cum alijs trad.ad propoſi
tum per Euerard.in ſua topica legali,in loco a ra
tione l.larga,ampla,&c.in prin.Et propterea ge
neraliter ex illo tex.inferunt Doct.ad deciſ. plu
rium caſuum noſtro ſimilium,ꝙ ſiue teſtator mā
47 det†aliquid fieri affirmatiuè,ut in caſu illius l. ſi
ita fuerit ſeruis,& pariter d.l.paterfam. ſiue pro
hibeat fieri negatiue,ut in caſu noſtro,ſub pœna
amiſſionis hæreditatis,vel ſimili,& tunc non pri
uatur vnus facto alterius ,vt uoluit omnes in d.
l.Bal.& poſt eum alij in d.l.uni.5.oppoſ.Ro.alle
gato.ſingulari 111.& Cremen.ſingulari incip.te
ſtator,Bertr.d.conſ.113.& ſequitur Didac.alios
citans,d.num.5.

Neq; quicquam facit quòd in caſu d.l.pater-
48 fam. fuerit ſatisfactū voluntati†teſtatoris,quia
in hoc non facit uim I.C.ſed in illa rōne genera
li,quæ militat in caſibus,in quib. ob factum uel
non factum alterius,quis nō pōt vel alligari hæ
reditati,uel exhæredari,nam nec in eo caſu erat
ēt ſatisfactum, cum conditio in forma ſpecifica
nō fuiſſet adimpleta,l.Meuius, ff.de cōd.& dem.
& licet tex.in fi.d.l.paterfam.ibi,ſed uti quiſque
conditionē impleſſet, innuat ſatis eſſe per unū
impleri,nō tñ obligat illū ad implendū pro parte
alterius deficientis,ſed ad implendū quantū eſt
in ſe, quod ipſe facere poteſt , cum factum eſt
affirmatiuum , non autem negatiuum , ut in ca-
ſu noſtro.

Nec tex.in d. l.ſi ita fuerit , obeſt huic inter-
pretationi, cum in eo caſu ſatis eſſet conditionē
per unū impleri,ex quo aliter non conſtabat ſen
ſiſſe teſtōrem,cuius contrariū erat in caſu d.l.pr̄
fam.ſed quicquid ſit,ratio iſta generalis,in qua
Doc.iure fundm̄ faciūt, tollit oēs ambages,quo
fit,ut cum in caſu iſto altera hæres D.Bartholo-
męa non contrauenerit,immo nec etiam ſoror
de plano deciſ.Doct.procedunt & oſtendunt in
iuſtitiam petitionis aduerſariorum.

Non obſt.ēt quòd altera ex his filiab.nō poſ
ſit dici abſolute priuata ex facto alterius,ex quo
exactio eius dotis ſibi vtilitatem attulerit , cum
ſit eius patrimonium,ad not.in l.3. ff. de minor.
94 & eſt eius domina † conſtante matrimonio , l.
in reb. C.de iu.dot.& optime probatur in l.Ti-
tio centum. §. Titio genero. de conditio.& de-
monſtratio. Nam quicquid ſit de dicta Pariſina
uxore illius Putini , quæ etiam facto mariti non
potuit incidere in pœnam,ut in Rubr. & Nigro,
C.ne uxor pro marito.& in caſu fortiori , quod
50 etiam filius ex facto patris pœnam † non incur-
rat,tradit Bald.in dicta 5.oppoſitione,nec ex fa-
cto matris,Bertran.dicto conſilio 113. numero
2.reſpectu Domi. Bartholomeæ, cuius nomine
vel ex cauſa cuius dotis nulla fuit facta ſupplica
tio, uel diſpenſatio,ceſſat omnis difficultas,ultra
quod parum uidetur interfuiſſe uxoris , quod
maritus exegiſſet dotem ante tempus in teſtamē
to præfixum, cum dominium rerum dotalium
ad ipſum pertineret,ut in l.doce ancillam, C. de
rei uendic.licet in caſu inopiæ uiri , etiam uxori
utilis rei uendicatio detur d.l.in reb.& quia pro
onerib.matrimonij intereſt uiri habere dotem,
l.pro onerib.C.de iu.dot.& l.q̄uis.ff.e.ti.Tertio
di-

dicitur in dubijs.quòd licet non potuerit teſta-
tor prohibere creditori,ne ſuum creditum pete
ret,potuit tamen addere conditionem , quòd ſi
peteret , amitteret hæreditatem , quia in re ſua,
&c.l.in re mandata . C. manda. & poteſt de ſua
51 hæreditate † ſuo arbitrio diſponere , §. diſpo-
nat, in Auth. de nupt. & l. prima, C. de ſacro-
ſan. eccleſ. & reſpicit ad id publicam vtilitatem,
l.vel negare,ff. quemadm.teſta.aper. licet etiam
reſpectu Domi. Pariſinæ non etiam Domi. Bar-
tho.promiſſio facta fuerit.Sed poſito quòd in iu
re hoc eſſet verum , tamen in facto non ſumus
concordes. ſi enim fuiſſet inſtitutus hæres cre-
ditor , & grauatus ad non petendum ſub pœna
amiſſionis hæreditatis , motiuum poſſet proce-
dere, at hic non eſt caſus noſter , dotes fue-
runt promiſſæ maritis , legata vero facta fue-
runt filiabus earundem dotium promiſſarum, al
ter ex uiris virtute promiſſionis egit, certe cum
filia non petierit , nec contrauenerit hæreditati
paternæ, non potuit priuari hæreditate, & tan-
to minus D.Barth.ſoror illius: mutatione igitur
facti, ius mutatur, quia ex ipſo facto oritur. l. ſi ex
plagis, §. in cliuo, & ibi Alberi. ff.ad l. Aquil. &
Dec. in l. precibus, numero. 3. C. de impube. &
alijs ſubſtitut.

Quarto dubitatur in reſponſione ſeu funda-
mēto pro parte noſtra facto in clauſula illa teſta
menti , firmis manentibus inſtitutionibus , &c.
ſuper quo nihil ſcribam , cum ad ſaturitatem
per alios Clariſſimos Dominos Aduocatos ſcri
ptum fuerit .

Sed ad illud, quod poſtremo loco deducitur
in dubijs,conſtare ex proceſſu antiquo quòd no
mine etiam Dominæ Bartho1.& pro ſatisfactio
ne eius dotis fuerit facta eius ſocero datio in
ſolutum aliquorum bonorum immobilium hæ-
reditatis, & ſic fuerit contrauentum uoluntati
teſtatoris , reſpondetur hoc Domi. Bartholo-
meæ non obeſſe, quia Bardelij non ſunt uocati,
niſi caſu quo auctoritate Principis teſtamentū
fuiſſet factum , uel irritata teſtatoris voluntas ,
non auctoritate ſimplicis iudicis ordinarij iuſti-
52 tiam creditori reddētis, quod probant † illa uer
ba(aut alius)ſcilicet ſimilis. l. ſi fugitiui, cum glo.
& ibi Bald. Angel. & Paul. de Caſt. C. de ſeruis
fugit. Ruin. conſilio tertio numero quinto, ubi
dicit non uenire maiora expreſſis, tertio uolu-
mine , & in conſilio 92. numero 22. eodem ter-
tio volumine.

Secundo, quia cum D.Barth.nihil petierit, vel
receperit, ſed ſocer, qui erat creditor ex promiſ-
ſione non potuit ſibi fieri per alium præiudiciū,
dicta l.paterfam.& trad. Bald. Bertran.& alij ſu
pra allegati .

Pro habenda itaq, veritate deciſionis huius
cauſæ, diſtinguendi ſunt plures caſus, ex quorū
diſtinct. clara , & apertiſſima apparebit reſolu-
tio omnium difficultatum, & omnium ſcrupulo
rum, qui poſſint in ea fieri .

Primus eſt caſus, quando teſtator inſtituit hæ
redem, puta Titium ſub conditione, ſi tale quid
factum, vel non factū fuerit, qua conditione nō
eueniente inſtituit alium, puta Seium, & tunc du
bio procul ſiue facto tertij, ſiue non , conditio
53 purificetur, † Titius hæres admittitur, l. ſi ita fue
rit ſeruis, in princ. ff. de manu. teſta. quia trad. Bart.
& omnes in l. paterfam. teſtō, ff. de hære. inſtit. &
hoc caſu poteſt procedere deciſ. Rui. conſi. 150.
num. 3. qui modus eſt neceſſarius quando teſta-
tor intendit. vt etiam facto tertij hęres priuetur
ut trad. Durant. in trac. de arte teſtan. tit. 3. cau.
4. num. 2. Seius uero interim erit adminiſtrator,
Comen. poſt Bar. in l. ſi quis ita ſcripſerit, de hæ
redi. inſtituen.

Secundus eſt caſus, qn̄ teſtator purè inſtituit
hæredē, & in eodē teſtō ſine cā ipſum exhæreda
uit, uel hæreditatē ademit, & in hoc sūt opinio-
nes. tex. l. ſi certarū. §. ſi eodē, ff. de teſt. milit. ubi
eſt litera negatiua, quam aliqui text. habent af-
** firmatiuam, & in hoc uidetur eſſe communior**
opinio contra Bart. ibi, & in d. l. paterfam. quòd
54 exhęredatio, & ademptio fieri poſſit † ſine cauſa,
vt per Caſtr. in l. Seius, & Augerius, ad fi. ff. ad l.
falci. Alex. in l. hæreditatis, etiam in fi. C. de his,
quibus ut indign, & Didac. in c. Raynaldus, §. 1.
num. 7. de teſtam.

Tertius eſt cauſs , qui conuenit caſui noſtro,
cum ſcilicet teſtator purè aliquem inſtituit , &
hæreditatem ei adimit ſub conditione, & in hoc
ſubdiſtinguendū eſt, quia aliquando adimitur hę
reditas ſub conditione caſuali, & ſine alia cauſa,
aliquando ſub conditione cum cauſa, ſi hęres ali
quid fecerit , uel non fecerit, aliquando & ter-
tio ſi per tertium aliquid factum uel non fa-
ctum fuerit .

55 Primo caſu valet ademptio, & cenſetur † tunc
teſtator in contrariam conditionem inſtituere.
l. aliquādo. ff. de cond. & dem. & hoc caſu loqui
tur Bar. in d. l. paterfam. in 1. q. nu. 4. pro ut ita illā
intelligit Paul. de Caſt. in conſ. 77. viſis, & conſi-
deratis, nu. 1. ver. in contrarium facit, 1. uol. dup.
conſ. 302. eo. uol. idem tenet Cuma. in d. l. pater
fam. nume. 1. in fi. quia enim ſic placet teſtatori
adimere hæreditatem dicta conditione euenien
te dicendum eſt ualere illam ademptionem , ſi-
cut ualet quando ſine aliqua cauſa in eodem te-
ſtamento adimit, ut dicunt Angel. & Imola, pri-
mus numero 2. & 25. numero 6. in fi. in dicta l.
paterfam. Socin. in conſilio 21. numero ter-
tio , tertio uolumine , & alij citati ſupra præce-
denti caſu .

Secundo uero caſu, quando conditio depen
det a facto hæredis, quo caſu ademptio eſt cum
cauſa, & tunc ſi cauſa eſt iuſta, quia † præceptum
teſtatoris non eſt impoſſibile probroſum , uel
alias legibus introductum, ualet quidem adem-
ptio, ut in §. ſi. Inſtitut. de lega. l. 1. cum ibi nota.

ff. de his, quæ pęnæ nom. ſed an tunc inſtitutio
ſit conditionalis, vel reſoluatur in vim fideicom
miſſi, quod primum videtur voluiſſe Cuma. in di
cto numero primo, & ſecundum tenet Caſtr. in
dicto conſilio, ambigendum eſt propter Doct.
** varietatem, licèt communior ** videatur opi-
nio pro Caſtr. ut per Dida. dicto §. primo, nume
ro 7. & Alcia. in conſilio 97. numero 2. libro 9.
ſuper quo alias abunde ſupraſcripſi in decimo
fundamento.

Tertio, & vlt. caſu, qui proprie eſt caſus no-
ſter, quando euentus conditionis dependet a fa
cto tertij, certe non tantum inſtitutio non cenſe
tur conditionalis vel facta in euentum conditio
57 nis, ſed ademptio non valet, † cum facta ſit con
tra l. diſpoſitionem, quæ aliquem facto alterius
hæreditati obligari, vel exhæredari non admit-
tit, vt eſt reat. in dicta l. paterfamilias, & ibi om-
nes, & ita hoc caſu loquitur Bald. in dicta l. vni-
ca, quinta oppoſitione, in teſtatore exhæredan-
te inſtitutum propter culpam tertij, vt ſi pater
moleſtauerit filium, filius inſtitutus priuetur, vel
ſi executores non extruxerint capellam, hæres
mille ſoluat, & idem hoc caſu loquuntur Roma.
ſingulari 111. & Corſet. ſingulari teſtator. &
Rui. pulchre conſilio 122. numero 91. & ſeq. 2.
volum. uerſiculo, quis non poteſt, idem de ma-
58 tre non obſeruante † voluntatē teſtatoris, quòd
non poſſit filius priuari, trad. Bertran. conſilio
113. numero 2. 3. volum. 2. impreſſorum, & ita
etiam declarant Caſtr. in dicta l. Seius & Auge-
rius, ad fi: Alexand. in dicta l. hæreditatis, Socin.
in d. conſilio 21. numero 2. & numero 20. & Di
dac. dicto numero 7. qui omnes concludunt, q
ſi ademptio ſit facta ſub conditione non poteſt
inſtitutus priuari ſine propria culpa, licet ſecus
eſſet ſi ſine aliqua cauſa priuaretur, vt ſupra in
2. caſu principali & etiam in primo huius ter-
tij. & cum diſtinctio iſta omnes opiniones con-
ciliet, ei ſtandum eſt, l. ſi finita, §. illud, ff. de dam.
infecto. Saly. in l. filiæ cuius, col. 3. ver. expeditis,
C. fam. ercis. & late Neuiza. in Sylua. nup. libro
5. numero 32.

Nec obſtant ea, quæ adijciebantur per clariſ
ſimos Dominos meos, quòd hic ſcilicet non po
terat agi, niſi de conditione, non aūt de pœna,
cum de ea nullum verbum in teſtamenro factū
videatur, ſed nec etiam conſtabar de præcepto
teſtatoris, quo caſu non videtur loqui diſpoſi-
tio d. l. paterfam. Quia negari non poteſt, quin
conſtet de tacito pręcepto teſtatoris, quòd non
immutaretur ſuum teſtamentum, uel contra ip-
ſum diſpenſaretur per Principem, & pariter de
pœna, ex quo in caſu talis immutationis, vel in-
fractionis priuatur hæres hæreditate, & uocan-
tur, uel inſtituuntur Bardelij diſpoſitio enim eſt
pœnalis & ſi non incipiat a præcepto. & ſat eſt
quòd poſſit colligi ex uerbis teſtatoris, uolun-
59 tas cuius omnia facit, † & pœnam a conditione
ſeparat, ut eſt tex. in l. 2. ff. de his, quæ pęnę nom.
& ibi gloſ. ad propoſitum, & Soci. in princ. & ita
in indiuiduo reſpondet ad propoſitum Soci. di-
cto conſilio 21. numero 20. & pariter, quando
eſt diſpoſitum aliquid fieri, uel non fieri, etiam
60 quòd non dicatur de pœna, † ſed aliquid adda-
tur, id quod additur cenſetur additum pro pœ
na, ut trad. Dyn. & Alber. in d. l. 2. ſequitur Iaſ.
in l. talis ſcriptura, in pen. colum. uerſicu. 2. di-
co, ff. de leg. 1. & Pariſ. conſil. 19. num. 138. 2. uo-
lum. & quando ſumus in dubio ademptio ſem-
per cenſetur, & præſumitur facta nomine pęnæ,
ut in terminis dicit Didac. d. num. 7. 2. colum.
quo fit, ut cum teſtator in caſu immutationis,
uel infractionis ſuæ uoluntatis, & teſtamenti
ademerit ab hærede hæreditatem, dubium non
eſt, quin tacitum colligatur præceptum de non
immutando, uel infringendo, quod non expreſ
ſit, cum eſſet inconueniens, quòd ipſe præcipe-
ret principibus, ſicut etiam apparet expreſſe de
impoſitione pœnæ, nempe priuationis hæredi-
tatis, quæ cum ex cauſa iniuſta dependente a fa-
cto tertij ſine culpa hęredis fuerit appoſita, pro-
culdubio non ualuit, ut ſupra clariſſime com-
probatum eſt.

Qua concluſione ſtante ſequitur, quòd ſicut
61 pater † non poteſt filio hoc caſu pręiudicare,
ut ex Bal. & alijs ſupracitatis conſtat. & tradit
Alcia. ad propoſitum in dicto conſilio 97. nu-
mero decimo, nec mater filio, Bertran. dicto
conſilio 113. numero ſecundo, & tanto minus
potuit ſororius obeſſe Domi. Bartholomeæ, uel
ſocer nurui, cum etiam maritus uxori minime
62 † nocere potuiſſet, ut probatur ex tex. in l. ob
maritorum, C. ne uxor pro marito, & in fortio-
ri caſu in l. res uxoris. C. de donatio. inter uir
& uxor.

Nihil etiam facit, quod tradit Areti. in l. Ti-
ria, in princ. colum. 3. ff. de uerborum obligatio.
quia non loquitur in his terminis, quando inſti
tutio eſt facta purè & adempta hæreditas ſub cō
ditione dependente a facto tertij, quia eo caſu
non ualet. dicta l. paterfa. & tenendo ſecundum
eum, quòd pœnalis adiectio, quę reſoluat ius pu
rum, et quæſitum, hoc non poteſt procedere, ni
ſi in caſu quo ualeat additio pęnæ, qui non eſt ca
ſus noſter, ſed alius, de quo ſupra dictum fuit in
2. caſu tertij. Ceſſāt igitur omnes amaritudines,
et omnes difficultates, et limpidiſſima apparet iu
ſtitia horum pupillorum in hac tam antiqua cau
ſa, ut merito tandem ſint abſoluendi, quod etſi
caſus eſſet dubius, faciendum eſſet tum quia
rei. l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. cum ibi not. §.
commodum, inſtit. de interdict. tum quia pupil-
li, pro quibus in dubio eſt iudicandum, Neuiza.
in Syl. Nupr. 6. lib. num. 27. Vltra tot alia funda-
menta ad eorum fauorem ſuperius adducta.
Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

Con-

Contra conſuluit Cepha.conſilio 52.Paſeth. conſilio 89.90.91. & Riminald.iun.conſil.116. Sed non ſatis ſiderunt aduerſarij uirorum præſtantiſſimorum conſultationibus,qui nedum ad ſententiam accedere non voluerunt,ſed ne & ſalarij iacturam facerent illud penes campſorem depoſitum abſtulerunt.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis ſi conceſſa ſit cum pacto, quod mortuo inueſtito redeat ad eccleſiam, an hæres inueſtiti poſsit petere inueſtituram, ſtante Bulla Bonifacij.

SVMMAE.

1 *Inueſtitura accepta cum pacto quod mortuo inueſtito bona redeant ad eccleſiam inueſtiti hæredes excluduntur.*

2 *Bulla Bonifaciana comprehendit inueſtituras omnes tam veteres quàm nouas.*

3 *Et annullat quicquid contra illius formam factum erit.*

4 *Forma idem eſt quod regula.*

5 *Et inducitur per decretum annullatiuum.*

6 *Emphyteutica bona fiunt allodialia & patrimonialia propter Bullam Bonifacii.*

7 *Et veniunt etiam in fideicommiſſum.*

8 *Et poteſt inueſtitus in teſtamento de his diſponere.*

9 *Bulla Bonifaciana eſt ſeruanda Ferrariæ cum ſuis interpretationibus.*

10 *Auctoritas Doctor.qui alias contrarium conſuluit,non magnifacienda.*

11 *Emphyteuſim virtute Bullæ Bonifacianæ quando ita poſsint habere agnati ſicuti extranei.*

12 *Et ſi eſt accepta pro ſe & filiis,non poteſt extraneus excluſis filiis ſuccedere.*

13 *Inueſtituræ quare plerumque apponatur pactum,quod decedente inueſtito reuertatur res ad eccleſiam.*

CONSILIVM LXXVII.

Memorabor, Domine, iuſtitiæ tuæ ſolius.

FVit inueſtitus ab Epiſcopatu Ferrariæ Ioannes Spagnolus anno 1512. in vita ſua tantum de quodam iure decimandi olim etiam conceſſo in feudum Paſetho de Paſethis pro ſe,& ſuis filijs maſculis,conceſſo tamen anteceſſoribus ſuis pro ſe & in uita tantum: rurſus de eodem iure mortuo Spagnolo fuit inueſtita Domina Ludouica eius filia, pacto in calce inueſtituræ appoſito, quòd poſt mortem illius ius reuerteretur ad Epiſcopatum, & in principio vtriuſq; inueſtituræ tam Spagnoli quàm filiæ dictum eſt fieri con ceſſionem obſeruando gratiam & beneficium Bullæ conceſſæ a Bonifacio ſummo Pontifice anno 1392.

Cum hæc Domina Ludouica deceſſerit quibuſdam hæredibus inſtitutis ſtante tenore dictæ Bullæ & pactis appoſitis in inueſtituris quæſtio eſt an iſti hæredes iure petant ſe inueſtiri de dicto iure decimandi?

Dubitatur contra iſtos hæredes propter pa-
1 ctum ſupra expoſitum † iuncta doctrina Anchara. in conſilio 427. circa finem, ver. in quo dico,ubi expreſſe ait quod bona iſta uirtute Bullæ fiunt inſtar allodialium,niſi obſtet ſtipulatio ſub qua ſunt conceſſa, ergo hoc pactum etiam debet obſtare, & mortua Domina Ludouica omne ius extinctum eſt,ita ut non poſſint hæredes inueſtituram petere.

Hoc non obſtante tamen ego iudico contrarium eſſe uerius,immo nulli locum eſſe controuerſiæ,namque illud certum eſt nos verſari in terminis Bullæ Bonifacianæ.

Primo, quia iſta bona, ſeu iura decimæ fuerant conceſſa in feudum etiam anteceſſoribus de Paſethis, & ultimo loco Paſetho de Paſethis anno 1393.& Bulla emiſſa fuit anno 1392. ergo inueſtitura facta illis anteceſſoribus eſt longe antiquior ipſa Bulla, ſicque ab illa comprehenditur ob uerba Pontificis dicentis velli illam habere locum in rebus quibuſcumque recogni tis. Præterea, etiam ſi eſſet noua inueſtitura,
2 attamen in illa bulla haberet † locum propter verſiculum dictæ Bullæ,De cætero &cæt. & tenet Alexand.conſilio 91.numero 13.verſic.non obſtat,in primo.

Vltimo illud etiam in confeſſo eſſe arbitror prælatum non poſſe ultra Bullam, vel contra inueſtire,cum in ca adſit decretum irritans & di-
3 ſponens non ualere quicquid ſub alia forma factum fuerit, Ancharan. conſilio 171. caſus eſt talis, numero quarto, verſicu.nec forte ſub alia

potuiſſet. ſequitur Excellentiſſimus Dom.& prę
ceptor meus, Dom.Rim.iun.conſil.44.num.24.
& conſil. 165. num. 3. & ita etiam interpretan-
tur ſapientes.

Secundo conſidero quòd in vtraque Inueſti
tura tam Spagnoli quàm Dom. Ludouicæ fuit
dictum fieri inueſtituram ſecundum formam lit
4 terarum apoſtolicarum,† hoc eſt ſecundum regu
lam:forma enim regula eſt l.forma. ff.de cenſib.
Rebuf.in l.mulieris. §.res abeſſe.ff.de verborum
ſignificatio. quæ forma in Bulla inducta eſt per
5 †decretum annullatiuum, Bald.in l.1.ff.de liberis
& poſthu. Fely.in capitulo,cum acceſſiſſent,co-
lumna 4.verſiculo 3.declaratio. de conſtitut.&
in capitulo,cum dilecta,colum. 7.verſiculo,quin
tum ſignum,de reſcript. & adeo fuit mens inue
ſtientium illam ſeruare,ut perpetuo ſeruauerint.
hinc in inueſtitura Domi. Ludouicæ fuerunt
adiecti decem ſolidi ferrarini virtute additionis
conceſſæ ex Bulla.& expreſſe eſt dictum ſucceſ-
ſores ſingulos debere petere ſe inueſtiri iuxta
Bullam.neque etiam illud pactum finale eſt con
tra Bullam,quia ut infra oſtendam,multum ope
ratur ſecundum Bullam.

Ex his ſequitur quod iſta iura effecta ſunt al-
6 lodialia† & patrimonialia. Ancha. conſilio alle-
gato 171. & admittit conſilio 427. circa princ.
Rui.conſilio 117.numero 19.in tertio, conſilio
56.numero 12. in quarto. & 23. numero 33. in
7 quinto. Hinc uenire etiam † in fideicommiſſo
ſcribit Domi. Rimin.iun. conſilio 138. numero
12.& quòd teſtamento poſſit inueſtitus de his
8 diſponere abunde cauetur† eodem diplomate,&
ſcribit Rui. in tribus conſilijs ſupra adductis, &
Aret.conſilio 53.num.4. Bullam autem eſſe ſer-
9 uandam cum interpretationibus† ſuis ſcribit Pa
ſet. conſilio 56. numero tertio. his poſitis non
obſtat Anchar.

Primo,quia ſi intelligeretur eius dictum ut ſu
pra inductum eſt,non eſſet tamen magnifacien-
dum,cum palinodiam cecinerit Anchar. ut po-
10 te, qui † prius conſil. 171. contrarium aſſe-
ruit,& illum eſt ſequutus uir grauiſſimus. Se-
cundum uero dictum omni prorſus probatore
deſtituitur.

11 Sed ut Anch.defendamus, † ſciēdum quòd il
le non loquitur in noſtris terminis, & ſibi non
eſt contrarius: erat enim apud eum quæſtio an
ī bonis emphyteuticis uti allodialib.uirtute Bul
læ ſuccederēt ita extranei pro ut agnati, & dicit
ꝙ ſic,limitat tñ niſi aliter ſe hēat ſtipulatio cōceſ
ſionis,hoc eſt ſi inueſtitura accepta eſt pro ſe &
filijs,non poteſt extraneus excluſis filiis ſucce-
12 dere,quia obſtat† ſtipulatio qua ius filijs quæſi-
tum eſt, & hæc fuit etiam doctri. Corn.in conſ.
165.in 2.& Dom.Rim.iun.cōſ.320.nu.20.cū ſe-
quen. & Ange. Areti. conſilio 124. numero 18.
patet ergo quomodo ſit intelligendus Anchar.
& nobis non officiat.

13 Poſtremo aduertēndum quod† illud pactum
operatur, & nō eſt contra Bullam,nam nō ideo
fuit oppoſitum,ut extincta Dom. Ludouica poſ
ſet eccleſia inueſtire quēcunq;, ſed inueſtiendo
ſucceſſorem non compræhenſum ut lucraretur
capſoldum,ut diſponitur in d. Bulla, uerſicu.alij
uero non inueſtiti, & ſic eſt uerus ſenſus ſic q̃
ſumus in apertiſſimis, cui adſtipulatur† pactum
de quo ſupra, quod alioqui nihil operaretur ut
ſupra.Laus Deiparæ Vergini.

Claud.Bertaz.I.C.

ARGVMENTVM.

Diſputatur circa diſpoſitionem. l. cum auus, ff & de conditio. demonſtrat.& l.cum acutiſsimi, C. de fideicommiſſ. & an illæ habeant locum, & quando ad excluſionem piæ cauſæ?

SVMMÆ.

1 *Fideicommiſſum iniunctum filiis maſculis, vel fœminis, deficere cenſetur, ſi illi deficiant cum filiis, ex l.cum auus, ff de cond. & demonſtrat.*

2 *Quod habet locum etiam ad excluſionem piæ cauſæ.*

3 *Etiam ſi pro exoneratione conſcientiæ vocata ſit pia cauſa.*

4 *Etiam quod filius grauatus, ſit inſtitutus, vel ſubſtitutus in vita ſua tantum, et poſt mortem ſit inſtituta pia cauſa.*

5 *Secus autem euenit, ſi nepotes erant nati tempore mortis teſtatoris.*

6 *Et coniecturis oſtenditur, nepotes non excludere ſubſtitutum.*

7 *Et ſubſtitutus admittitur, quando eſt cogitatum de naſcituris, & ſunt illi honorati re aliqua.*

8 *Idem ſi de filiis vnius ex grauatis facta eſt mentio, licet de filiis alterius omiſſum ſit.*

9 *Et idem, quando facta eſt ſubſtitutio filio extraneo.*

10 *Nepotes non excludunt ſubſtitutum, ſi vnus ex nepotibus ſit ſubſtitutus filio.*

11 *Teſtatoris deſcendentes, ex vera opinione debent habere fideicommiſſum extraneo reſtituendum, etiam ſi ſit pia cauſa.*

Te-

12 *Teſtator præſumitur velle ſeruare æqualitatem inter ſuos deſcendentes.*

13 *Et quando præſumatur de nepotibus non cogitaſſe.*

14 *Diſpoſitio l.cum auus, ff. de conditio.& demonſtratio. in quibus caſibus locum habeat?*

15 *Et quòd non ſufficiat facere mentionem de nepotibus vnius filii, niſi fiat alterius.*

CONSILIVM LXXVIII.

In Domino confido.

Difficilis & periculoſa viſa fuit pri-
ma facie conſultatio iſta, in qua
de hæreditate q. D.Io. Franciſci
Sfortiæ agitur inter eius nepotes
vel pronepotes ex filia ex una &
loca pia ſubſtituta D. Dianæ eorum pronepotũ
auiæ paternæ ex altera, cum hinc inde perſpexe
rim rationes & auctoritates militare. Verũ om-
nibus diligenter & maturè diſcuſſis, in eam par-
tem, quæ deſcendentibus teſtatoris fauet, pro-
** cliuior ſum, quæ mihi uerior & receptior ** eſſe
viſa eſt. Et quæ fundatam hebet intẽtionem, ex
tex. in l.cum auus. ff. de condit. & demonſtrat.
Vbi ſi filius, vel deſcendens teſtatoris eſt graua-
tus reſtituere etiam alteri fratri poſt eius mortẽ
hæreditatem coniectura pietatis cenſetur fidei-
commiſſum defeciſſe, ſi cum filijs deceſſerit, ut
minus ſcriptum, q̃ dictum præſumatur. quod ex
tenſum exinde fuit per Imperatorem ad ſubſti-
tutionem factam filijs tantum naturalibus, tam
maſculis quàm fœminis, cum aliquibus deſcen-
dentibus decedentibus, ad legata & fideicom-
miſſa ſpecialia, ut in l.generaliter. §.cum autẽ.C.
de inſti. & ſubſti. & poſtremo addidit Iuſtinian.
in l.cum acutiſſimi. C. de fideic. ut diſpoſitio hæc
locum ſibi vendicet etiam in filiabus neptib. &
cœteris deſcendentibus grauatis, ut cenſeantur
grauatæ, ſi ſine ſobole deceſſerint, ne videatur te-
1 ſtator† alienas ſucceſſiones proprijs antepone-
re, & late ſcribunt Doc. in dictis ll. quam ſenten
tiam pluribus auctoritatibus fulcit Ant. Gab. il
lam pluribus modis ampliando, lib. 4. ſuarum cõ
cluſionum, tit. de fideicommiſ. concluſ. 2. nu. 1. &
ſeq. & latiſſime Franc. Manti. inſignis inter Mo-
der. in tracta. de coniectur. ult. uolunt. lib. 10. tit.
7. Et quarũ diſpoſitionem procedere etiam in
maioratu late comprobat Fernand. Vaſq. in tra
cta. de ſucceſſio. creatio. §. 27. num. 5. 7. & ſeq. &
ad propoſitum etiam ſcribit Soci. conſ. 126. nu.
54. & ſeq. 1. uolum.

Quæ concluſio procedit etiam ad excluſionẽ
2 piæ cauſæ, tametſi illa plura a iure † habeat pri-
uilegia, Bal. num. 4. & Caſtr. num. 7. poſt Richar.
Mal. in d. l. cum acutiſſimi. Alex. conſi. 226. num.
3. in 6. Socin. ſen. in conſil. 23. ver. 18. 1. uolum.
Caſtr. conſil. 14. ſi contingat. nu. 1. uer. circa pri
mum 1. uolum. Seuer. & Dec. num. 7. d. §. cum au
tem, Feli. in c. in præſentia, num. 1. de probat. ſe
cundum quam dicit fuiſſe conſultum fere per
omnes Docto. Italiæ, Socin. in repetit. d. l. cum
auus, num. 42. & illam num. ſeq. defendit, quam
tenuit Rui. in conſilijs 182. num. 8. & 185. num.
4. in 2. 121. nu. 4. & 131. num. 10. 2. colum. in 3.
* quam dicit communem * Soci. iun. conſil. 125.
num. 11. 1 uolum. & nonnullos alios etiam citat
Gabr. d. 2. concluſione, in 16. ampliatione. nume
ro 14. & num. 15. extendit etiam ſi pro exonera
3 tione cõſcientiæ vocata † ſit cauſa pia. quam ſen
tentiam tenet etiam Dec. conſil. 391. ad fi. & an
te eum Soci. conſil. 96. nu. 4. in 3. uolum. Guliel.
de Bened. in repet. cap. Raynutius, de teſtam. in
ver. ſi abſque liberis moreretur, il primo. nu. 23.
& ſequen. Didac. Couar. in capit. Raynaldus, in
princ. num. 3. eo. tit. Ari. Pinel. in l. 3. C. de bon.
mater. Decian. conſil. 1. nu. 23. 2. uolum. & Cra-
ue. conſi. 731. num. 2. quam ſententiam uti com
munem tenet etiam Mant. l. d. tit. 7. num. 3. & ſe-
quen. ubi latiſsime diſcutit hunc articu. Et quæ
ſententia procedit etiam ꝙ filius grauatus ſit in-
4 ſtitutus vel ſubſtitutus in uita ſua † tantum, &
poſt mortem ſit inſtituta pia cauſa, ut euenit in
caſu Soci. d. conſ. 23. & tenet etiam Bart. Soci.
eius filius in d. l. cum auus, nu. 25. & ſeq. quod
tenent plures alij ſequentes Soci. in d. conſil. ſu-
pra citati & inferius citandi.

Cœterum hæc ſententia de plano procede-
ret, ſi nepotes vel pronepotes teſtatoris nati
fuiſſent poſt mortem ipſius teſtatoris, quia ſe-
cus uidetur ſi prius nati erant, & de eis noti-
tiam teſtator habebat ac de eis teſtator veriſimi
liter cogitauerit, ut referendo ſententiam Papi.
ſatis innuere uidetur Imperator in d. §. cum au-
tem, ibi, intelligentem non eſſe ueriſimile pa-
trem, ſi de nepotibus cogitauerit, talem fuiſſe
ſubſtitutionem humanitatis intuitu. hoc enim
5 caſu † ceſſare diſpoſitionem dictarum legum, quę
in pręſumptione cenſentur fundatę, uidentur te
nere plures citati per Gabr. in dicta 2. concluſio
ne 1. limitatione, num. 37. & Tiraq. in repetitio-
ne l. ſi unquam. in uerſ. filios non habẽs, num. 15.
C. de reuo. donat. certum eſt autem ꝙ in hac ma
teria proceditur per coniecturas, quæ ſi ſunt po
tentes ad oſtendendum mentem teſtatoris fuiſ-
ſe, ut nepotes uel pronepotes † non excluderent
ſubſtitutum, non excludunt, ut per Anchar. con-
ſil. 46. prima facie, Roma. conſilio 370. & alios,
quos citant Gabr. d. 2. concluſ. 9. limit. num. 56.
& Mantica. d. libro 10. titulo octauo, nume-
ro 16. verſic. undecimo, ac Menoch. in conſilio
95. numero 26.

Et quæ ſententia tanto fortius procedere vi-
detur, quando nepotes, qui poſſunt facere defi-
cere cōditionē, ſunt honorati a teſtatore, ut hic
euenit in d. Eleonora filia D. Heliſabeth in teſtō,
& primis ac ſecūdis codicillis dotata, & in aliis
filijs naſcituris ex ea. D. Heliſabeth. quibus in d.
primis codicillis reliquit libras mille pro quo-
7 libet hoc. n. caſu † ſubſtitutū admitti prçter Rom.
in d. conſil. tenuit Soci. in conſil. 191. ferè per
totū, 2. uol. & maxime 4. col. ver. ſed in caſu no-
ſtro, & in d. l. cū auus, nu. 38. dicit ſe pro hac par
te conſuluiſſe & fuiſſe iudicatum per duas ſnīas
conformes, & idem reſpondit Cur. iu. conſ. 33.
nu. 7. quam ſententiam, vt veram, hoc caſu admit
tit Corn. conſ. 904. num. 11.

Quod de plano procedit, teſte Soc. in d. l. cū
auus, nu. 79. ſi relictum fuit factum nepotib. tem
pore mortis parentis grauati. Et licet de filijs vel
deſcendentibus D. Dianæ nullam mentionem
fecerit teſtator, ſatis tn̄ vr̄ eſſe ꝙ ſit facta de filijs
d. Heliſabeth, ex quo oſtendi ſatis videtur teſta-
torem mentem ſuam expreſſiſſe, ꝙ nepotes non
excluderent cauſam piam, vt in hac materia vo-
8 lunt Doc. qn̄ de filijs vnius ex grauatis facta † eſt
mentio & de filijs alterius omiſsū eſt, ut per Soc.
inter conſil. Curt. ſenior. conſ. 2. nu. 1. Soci. iun.
cōſ. 128. nu. 33. & 53. in 2. citato per Gabr. in d.
1. limi. & Manti. in d. 8. ti. nu. 9. & nu. 11. Et idē vr̄
dicendum, qn̄ eſt facta ſubſtitutio filio & extra-
neo, quia cum non ſubintelligatur illa conditio
9 in extraneo, † ita pariter nec in filio, vt per Soci.
d. cōſ. 191. col. 5. & Gabr. d. 2. cōcl. 3. limi. nu. 62.
Et poſtremo contra facere vr̄, qđ trad. Caſtr.
10 in d. l. cum acutiſſimi, nu. 6. ꝙ ſi vnus ex nepotib.
ſit ſubſtitutus filio, alij nepotes nati non exclu-
dunt ſubſtitutum, de quo late ſcribit Soc. in d. l.
cum auus, 5. q. nu. 90. & Gabr. d. concl. nu. 22. &
hęc ſunt, quæ valde aduerſus hos deſcendentes
mihi vrgere viſa ſunt.

11 Quib. nō attētis, adhuc pro deſcendentib. † te
ſtatoris de iure iudicandum ēt cenſeo, prout ſic
cum hic caſus vel ſimilis eueniſſet, oſtendit Soc.
antiquior in d. conſ. 23. pro cuius ſententia con-
ſuluerunt & ſubſcripſerunt ferè oēs Doc. famo-
ſiſſimi totius Italiæ, ut refert Soci. eius filius, in
l. 2. nu. 26. ff. de vulga. & pup. de qua q. etiam me
minit Corn. in §. cum autem, col. 2. & 3. Vbi di-
cit pro hac parte conſuliſſe. & quam ſententiam
ante eos tenuit Cuma. in d. l. cum auus. & ſecū-
dum eam cōſuluit idem Corn. in conſ. 197. col.
5. 3. uol. & idem tenuerunt Lancel. Dec. & Seue.
in d. §. cum autem. Vbi Iaſ. col. 2. & 3. in hāc ſen
tentiam vr̄ inclinare, dicens tn̄ egere deci. Cæ-
ſarea. hanc etiam ſententiam tenuit Ruin. in con
ſil. 77 nu. 14. 2. uol. & in d. conſil. 131. nu. 10. 2.
col. in fi. & in princ. ſeq. & Soc. iun. fortè melius
ſentiens in conſ. 113. nu. 24. & ſeq. 1. uol. hanc
ſententiam tenet Decian. in conſ. 107. col. pe. &
fi. 2. vol. & in cuius puncto & caſu oſtendit etiā
Ceph. in cōſ. 391. & illic plura citāt ad propoſitū
& poſtremo hanc ſnīam tenet Franc. Manti. in
d. tit. 7. nu. 16. & in ti. ſeq. nu. 22. ver. 15. Vbi poſt
Decian. & Rui. declarat, qūo teſtator cenſeatur
de nepotibus cogitaſſe, ut ſ. exigatur cogitatio
in ſubſtitutione facienda grauato, vt per eū ibi.
Et certe hæc opi. & para maiorem habet ęqui-
tatē, ēt cōtra piā cauſam, ut in ſimili uult Didac.
qui Soc. ſequitur in d. cōſ. 23. in d. c. Raynāl. §. 1.
num. 3. quod tāto magis procedit, ex quo caſus
hic noſter longe diſtat a caſib. in quib. Doc. pro
contraria parte citati rn̄derunt, & præſertim in
hoc, quia his nepotib. vel pronepotib. ex filia D.
Dianæ nihil penitus fuit relictum, prout fuit fi-
lijs D. Heliſabeth, & tn̄ veriſimile eſt ꝙ teſtator
12 † voluerit æqualitatem ſeruare inter deſcenden
tes ſuos, ut illū hortatur lex. §. illud quoq;, circa
fi. ti. in auth. de nupt. vbi Ang. Bar. in l. pater filiā,
nu. 2. ff. de collat. dot. late Manti. d. trac. de con-
iectu. ulti. uolun. li. 6. ti. 2. nu. 5. & ſeq. quo caſu li
cet filij alterius filiæ honorati in caſu ſubſtitutio
nis non poſſent excludere ſubſtitutū, non idē eſt
dicendū de his deſcēdētib. quib. nil penitus reli-
ctū fuit, nec præſumitur de eis cogitaſſe teſtōrē,
qđ de eis nullū verbū, nec diſpoſitiuè, nec enun
tiatiue fecit in teſtō vel codicillis, ac ſi non eſſēt
in rerum natura, & qui eo tempore habitabant
cum patre extra ciuitatem & ultimus ex eis ēt
natus fuit (ut audio) poſt mortem teſtatoris, quo
13 caſu in eo militaret † diſpoſitio d. §. cum aūt. &
qn̄ aliqui nati fuere poſt teſtm̄ vel poſt mortem
admittatur, ſcribit ēt Rui. d. conſil. 77. nu. 14. &
Soc. iun. d. cōſ. 113. Et cum ipſi Doc. aduerſantes
loquātur in diuerſis caſibus diuerſam rationem
habentib. eorū auct. facile euitari poſſunt, quia
ceſſante ratione qua mouētur, ceſſat dec. l. quod
dictum. ff. de pact. & ex diuerſis non infertur. l.
Papinianus exuli. ff. de mino. l. fi. ff. de calum. Nā-
que in caſu Rom. in d. conſil. 370. & pariter Ber-
14 tran. 212. in 3. uolum. 2. par. nu. 5. omnib. nepti-
bus fuerat † factum relictum. Socin. in d. conſil.
191. fatetur ſe oſtendere in caſu diuerſo ab eo,
in quo reſpōdit pro hac noſtra parte Maria. eius
pater, nempe in fideicommiſſo particulari, non
in uniuerſali, & omnes nepotes fuere honorati
poſt mortem in certis reb. unde a cęteris bonis
cenſebantur excluſi, & in hoc iuſta erat eius opi
nio, ut ipſe ēt ſcribit in d. l. 2. nu. 27. In caſu Dec.
conſ. 581. contrariū cōſuluerūt Rui. d. cōſ. 77. &
Soc. iun. d. cōſ. 113. et in eo cauſa extabat ſtatutū
pro agnatis ſubſtitutis excludēs fœminas & eius
deſcendentes, erat legatum particulare & alia di
uerſa concurrebant, de quibus in eo. Socin. iun.
dicto conſilio 129. habet in eo caſu contradi-
ctòrem Rui. d. conſil. 131.

Prꝫterea in eo conſtabat de mente teſtato-
ris quod in primo gradu nolebat illam condi-
tionem adiectam cēſeri, & loquitur etiam in do-
natione, et eſt in multis caſus diuerſus, ſicut ēt di

uer-

uerſus eſt caſus Pariſ.in d.conſil. 19.in 2.cum in eo vocabatur primogenitus & aliæ ſubſtitutiones habebant expreſſam conditionem, & poterant verificari in vita grauati. Sed in longè diuerſo loquitur Curt.iun.d.conſil. 33. in cuius caſu reſponderunt Dec.conſil.416.Ruin.conſil. 106. in 2.& Soc.iun. conſil. 100.in 1. nempe quando ſecundus grauatus, qui filios reliquerat prædeceſſerat, & fideicommiſſum effectum fuerat caducum, & primo grauatus vltimo loco decedēs filios non habebat, quo caſu diſpoſitio dictarum ll.non poterat locum habere, & ita ipſe Cur. reſpondendo conſil. Aret.155. quod per Ceph.& Decia.in dictis conſil. pro hac noſtra parte citatur, & illud admittendo in ſuo caſu.reſpondet in ſexto fundamento, num.9.d.conſil. Grat.conſil. 9.penul.colum.in 2. loquitur, quando unica tantum erat neptis grauati, cui teſtator reliquit libras 300. pro ſuo matrimonio, & ſic eſt caſus diuerſus.nam omnes deciſiones horum Doct.tendunt ad excluſionem eorum nepotum, quibus quidpiam relictum fuit, cum cenſeantur in reliquo excluſi, prout arguunt Socin. & alij, ſed non conueniunt eis, quibus nihil fuit relictum, ut nō poſſint matri ſuccedere grauatæ, cum non poſſit dici de eis fuiſſe cogitatum, & tāto minus, quando non ſtabat cum teſtatore, vt conſiderat Soc. iun.d.conſi.113.d.nu.25.& quando aliqui etiam nati fuere poſt teſtamentum & mortem teſtatoris, vt ſupra. Non omitto etiam quòd Tiraq. non videtur tenere opinionem contrariam, ex quo noſtram vltimo loco refert, vt per gloſ.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Treb.Feli.& Dec.in cap.1. de conſtit.in fi.Menoch.vero in d.conſi.96. probat teſtatorem intellexiſſe de maſculis, non de fœminis in conditione ponendis ex multis illic citatis, quæ caſui noſtro non conueniunt, & poſtremo Cranet.huic noſtræ parti potius videtur accedere, cum ſe reſtringere in ſuis verbis videatur ad eos filios, quibus aliquid teſtator ſimpliciter reliquit.

Quæ autem alij dicunt de coniecturis, ex quibus conſtare poſſit de mente teſtatoris nolentis deſcendentes ſubſtitutum excludere, tolluntur ex lectura ipſorummet caſuum, in quibus Doctores ipſi ſcripſerunt, quæ huic noſtro minimè conueniunt.

Nec obſtat, quòd fuerit facta mētio filiorum unius ex dictis filiabus grauatis, quia non ſequitur, ergo teſtator idem intellexit de deſcendentibus alterius filiæ, quib. nihil relictum fuit, cum nec ſufficiat facere mentionē de nepotib. vnius,
15 niſi etiam fiat alterius, vt ſatis ad ꝓpoſitum voluit Aret.d.conſil. 155.num.4.ver.ex his infert. ut ad propoſitum inducit Ruin. qui reprobat in ſpecie, dictum conſil.2. Soc.in d.conſil. 131.nu. 12.in 3.& hoc conſiliū Aret.commendat Claud. de Seiſſel.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus, il 1.nu. 3.ff.ad Treb.Ceph.& Decia.in dictis conſi.Sicut etiam non eſt vera illa opinio, quod quando grauatus eſt filius & extraneus, ceſſare videntur ipſæ ll.cum æqualis determinatio fieri non poſſit, vbi eſt diuerſa ratio, vt ad propoſitum trad.Corn.d. conſil.197.colum fin. & Manti.d.tit.8.num.7.& ſeq. & eo caſu etiam contrarium tenet Gabr. d. 13.limit.nu.62.verſ.contrarium.

Poſtremo non obſtat vltimum de opinione Caſtr.in d.cum acutiſſimi, quia potius facit pro hac parte, cum non fuerit ſubſtitutus vniuerſaliter aliquis ex nepotibus, qui faciunt deficere conditionem, ſed cauſa pia, & ita reſpondet Soci.in d.conſil.23.in fi.lib. 1. Ex quibus ſatisfactū eſt omnibus contrarijs, & aperta remanet concluſio pro dictis deſcendentibus. Laus Deo Optimo Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Ex fideicommiſſo, quòd poſſit detrahi Trebellianica a filio primi gradus, licet non confecerit inuentarium.
Item & dos, nec illa computetur cum fructibus.
Item & meliorationes, & quomodo illarum ſit habenda ratio?
Nec minus licet detrahere quartam, ex auth præterea, C. unde uir & vx.

SVMMAE.

1 *Trebellianica an poſſit prohiberi a teſtatore filius?*
2 *Et communior eſt ſententia, quòd non poſſit prohiberi filiis primi gradus.*
3 *Doctoris ponentis fundamentum pro ornatu conſilii, non eſt multum facienda auctoritas.*
4 *Agnationis conſeruandæ non eſt habita ratio, ſi cognati prius, et eorum filii in infinitum ſunt vocati.*
5 *Trebellianica prohibita non amittitur tamen a filio primi gradus, licet non conficiat inuentarium.*
6 *Aditio ſimplex non inducit approbationem teſtamenti.*
7 *Et ob hanc non præiudicat ſibi filius in Trebellianica, licet prohibita.*
8 *Trebellianica prohibita non amittitur tamen a filio, licet adeat hereditatem.*
9 *Dos, an ſit imputanda in fructibus deſumptis*

ptis ex fideicommiſſo.

10 *Et dos et illius fructus debentur, quando dos erat debita.*

11 *Fructus non ſunt imputandi in vtrum debitum heredis,*

12 *Secus, ſi hæres expreſſe eſt grauatus reſtituere etiam rem ſuam.*

13 *Dos in primis eſt deducenda ex bonis teſtatoris, etiam ſi non ſit confectum inuentarium.*

14 *Meliorationes probantur ex ſcriptura hominis probata vitæ.*

15 *Et illarum eſt habenda conſideratio tempore reſtitutionis fideicommiſsi.*

16 *Et tunc eſt facienda æſtimatio per peritos, licet de illis nihil eſſet probatum.*

17 *Meliorationes tunc ſunt deducendæ ex fidei commiſſo, quanddo per illas res ſunt effectæ pretioſiores & meliores,*

18 *Meliorationum expenſæ, an ſint compenſandæ cum fructibus?*

19 *Et regulariter hæres non tenetur compenſare fructus.*

20 *Namque in caſu reſtitutionis has meliorationes ſuas facit.*

21 *Quod procedit, etiam ſi verbis vniuerſalibus ſit mandata reſtitutio.*

22 *Quid ſi meliorationes ſint factæ in ædificiis combuſtis.*

23 *Et non præſumatur combuſtionem eueniſſe culpa habitantium.*

24 *Caſus potius præſumitur, quam determinati hominis culpa.*

25 *Quarta ex auth. præterea. C. vnde vir & vxor, quibus probatis debeatur.*

26 *Et non debetur, ſi a marito vxor fuit inſtituta hæres cum aliis.*

27 *Et debetur, etiam ſi vxor habeat dotem, modo paruam.*

28 *Et proprietas illius debetur matri, ſi filii præ decedant.*

29 *Fideicommiſſum non comprehendit bona acquiſita etiam per contractum confirmatum morte teſtatoris.*

30 *Quarta ex auth. præterea, debetur vxori, licet vſufructuaria & heredi toto tempore vitæ ſuæ.*

31 *Et illam teſtator non poteſt prohibere.*

32 *Debita ſunt detrahenda a grauato ex fideicommiſſo, licet fructus perceperit.*

33 *Viſitatio loci eſt omnino facienda.*

34 *Euidentia facti, teſtis eſt, qui non poteſt ſubornari.*

35 *Euictionis promiſſor non tenetur, ſi euictio ſine facto ſuo euenit.*

36 *Euincere non poteſt a poſſeſſoribus fideicommiſſum, qui dedit licentiam alienandi.*

37 *Idem in emphyteuſi, & ob quas clauſulas hoc fiat?*

CONSILIVM LXXIX.

In Domino confido.

MOtiua ſubtiliter excitata aduerſus Magn. Do. Luciam de Valenguis, licet prima facie multum uideantur obſtare eis, tamen recte conſideratis minime videtur obeſſe victoriæ ipſius Dominæ. & ſequendo ordinem ipſorum dubiorum, quo ad primum de Trebellianica debita quondam Dominæ Eleonoræ, teſtatoris filiæ detrahenda ex bonis teſtatoris per hæredes ſuos, licet in teſtõ patris uideaĩ prohibita,
1 q̃†prohibitio uideĩ fieri potuiſſe, Paril. conſ. 21. num. 33. & 53. nu. 52. tertio uolum. & Nat. conſil. 321. nu. 7. 8. 9. cum maxime ipſa fauore agnationis fuerat grauata, dubium non eſt quin falſa,
** & magis communiter ** reprobata ſit illa opinio, cum certiſsimum ſit non potuiſſe teſtatorem il
2 lam prohibere, cum eſſet filia†primi gradus, l. iubemus, C. ad Trebel. ut per Soc. iun. alias etiam citatum in conſil. 127. num. 7. in 128. nu. 2. in 2. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum apud Veronam, eo conſulente, & conſil. 112. num. 3. tertio uolum. & late Cagnol. in l. Papinianus, §. meminiſſe, nu. 12. ff. de inoffic. teſtamen. Alb. conſil. 7. nume. 6. Rub. Alex. conſil. 143. num. 6. Rui. conſil. 163. numero 14. in ſecundo, & 21. nume. 8. in 3. uolum. Rip. & Alcia. poſt alios in l. nemo poteſt, primus num. 52. ſecundus, nu. 31. ff. de leg. 1. idem tenet Pariſ. ſibi parum conſtans, in conſil. 47. num. 13. in 2. uolum. & Soc. iun. præter conſilia primo loco citata, in conſil. 132. in prin. 1. uol. idem Nat. rectius ſentiens, in conſil. 146. nu. 23. ultra conſilium alias citatum, a 20. num. 1. Didac. Couar. in repet. cap. Raynutius, de teſtam. §. 11. nume. 7. & 9. & Bapt. Villalob. in ſuis commu. opin. in verbo, teſtator, num. 78. qui omnes affirmant, hanc eſſe communiorem, & æquiorem opinionem, & plures ex eis dicunt illam obſeruari de conſuetudine, quo fit, ut ab ea temere nõ ſit recedendum: & tanto minus cum etiam Nat. in loco ex aduerſo citato non loquatur, vel conſuluerit in filio primi gradus, quia forte non conſuluiſſet contra diuer-

diuerſam, quam alias tenuit ſententiam, tametſi ex abundanti addiderit illud fundamentum ꝙ quando eſt grauatus filius reſtituere agnatis, poteſt prohiberi. Nam licet quandoque Docto. ex ſuperabundanti conſilijs ſuis addant aliquam rationem non veram pro ornatu conſilij, tamen in
3 eorum auctoritate † non eſt uis facienda, vt per Soc. conſil. 35. colum. fi. in 3. & Gozad. conſilio 96. numero 9.

Nec limitatio Dec. relata per ipſum Nat. procedit in caſu iſto, tum quia indiſtincte tenetur illa ſententia, quòd non poſſit prohiberi, etiam ſi filius ſit grauatus pro conſeruatione agnationis, tum quia hic non agebatur de agnatis, ſed de cognatis filijs ipſius filiæ, vt in teſtamento. & licet cognatis fuerint agnati ſubſtituti, tamen nõ ſunt habendi in conſideratione, cum de illo caſu non agatur, & primo uocati cenſentur magis dilecti, l. Publius, §. 1. ff. de condi. & demonſt. & cum uocantur prius cognati, & eorum filij in infinitum, non poteſt dici quod fuerit habita cõ
4 ſideratio agnationis † conſeruandæ, ad trad. per Soc. in l. Gallus, §. nunc de lege, ad fin. ff. de lib. & poſth. & Cran. conſ. 250. col. 1.

Secundo non obſt. ꝙ ex quo ipſa filia non cõ
5 fecerit † inuentarium, trebellianicam ipſam amiſerit, ſecundum opinionem, quam communiorem dicit Villalob. in d. tract. in verb. filius, num. 66. & veriorem, Didac. d. §. 11. nu. 10. nã vt etiam alias in alijs reſolutionibus reſponſum fuit, opi-
* nio contraria eſt magis vera, & cõmunis, * ut per Crauet. in allegato conſil. 17. Cagnol. in d. §. memíniſſe, num. 15. Nat. d. conſi. 220. num. 2. & 323. num. 1. Alcia. in l. debitori, pen. pag. C. de pact. in rubr. ff. ad l. Falcid. num. 7. & in conſil. 393. num.
** 5. vbi dicit, quòd eſt verior. & communior, ** & quod in iſtis dubijs non eſt recedendũ a verticibus legum, vt fuere Ioan. Andr. Bart. & Alexan. quam etiam reſpondendo omnibus fundamentis contrarijs, tenet Franc. Porcel. in tract. de inuent. cap. 6. per tot. Ruin. conſil. 112. num. 16. in ſecundo, & 135. nu. 9. in 3. volum. & quam etiam dicit ſeruari de conſuetudine, Soc. iun. in conſil. 136. num. 9. primo volum. & hanc opinionem latiſſime diſcutit, & pulcherrime examinat Rolan. a Val. in conſil. 27. per tot. ubi ſecundum eam reſpondit, & num. 14. dicit eſſe magis æquam, magis piam, magis communem, & conſuetudine approbatam, quod etiam dicit in fi. conſil. & ita ego ſemper uidi ſecundum hanc iudicari, & iudicaui Regij in cauſa illorum de Zobollis cum D. Ludonico Rugerio, in qua etiam agebatur de approbatione teſtamenti, de qua infra, & fuit confirmata mea ſententia per Magn. Conſil. Iuſtitiæ, nec aliter crediderim vnquàm prudentem iudicem ab ea receſſurum.

Tertio, nihil facit prætenſa approbatio teſtamenti facta per hæredes inſtitutos, quæ tollit hanc deductionem, Pariſ. conſil. 17. nu. 18. in 2. quia primò de approbatione matris, & ſic filiæ
6 inſtitutæ non conſtat, & ſimplex aditio † non inducit approbationem quo ad hunc effectum. Pariſ. aliter tenens quàm in conſilio prædicto, ſecũdum opinionem Cur. & Dec. per eum citatos, in conſil. 43. numc. 32. & ſequen. 3. uolum. & cum pater non poſſit prohibere trebellianicam, vt ſu
7 pra, filia adeundo † ſibi non præiudicauit, ut in legitima, Curt. ſen. conſil. 75. colum. 7. num. 45. Et quòd hæres adeundo non obligetur, niſi ſecundum legis diſpoſitionem, trad. Bal. in l. fin. in princip. colum. 1. C. de iure delib. & in l. fin. C. ad l. Falcid. ubi promittens ſoluere omnia legata, cenſetur promittere ſoluere eatenus, quatenus tenetur ſaluo legis beneficio & ſi per aditionem induceretur approbatio teſtamenti ad finem amiſſionis Trebellianicæ prohibitæ, iam eſſet inuẽta via per indirectum illam prohibendi, quia ſi ſponte
8 adiret hæres illam † amitteret, & idem ſi coactè. l. quia poterat. l. accuſare, & l. nã quod. §. qui cõpulſus, ff. ad Trebel. & propterea, tam Pariſ. in d. conſil. in dubijs citato, quàm Anchar. per eum citatus, & alij, qui tenent per approbationem teſtamẽti præiudicari filio in huiuſmodi detractione intelligunt de approbatione expreſſa, non inducta per aditionem. Et cum ipſa tantum ſibi potuiſſet præiudicare, nec id fecerit, fruſtra diſputandum eſt de filijs, & hæredibus ipſius Dominæ Eleonoræ, tum quia non conſtat eos etiam expreſſe approbaſſe teſtamentũ prædictum, tum quia oporteret illam feciſſe, ut hæredes matris, & fortè etiam non ſatis fuiſſet, quia fuiſſet opus renuntiatione, vel pacto, iuxt. l. 1. cum ibi not. C. de pac. ſuper quo aliter tẽpus non conteram, ex quo de aliqua, ut dixi, approbatione nõ conſtat.

Secũdo principaliter dubitatur, ꝙ dos ſcutorum mille ipſius Do. Eleonoræ ueniat imputanda in fructibus perceptis per ipſam hæredem diu
9 ex bonis hæreditarijs, † vel fructus ipſi in dictam dotem, iux. trad. per Boer. deciſ. 44. num. 15. Soc. iun. conſil. 57. num. 13. in 3. & Bertran. conſil. 181. quarta par. & maxime, quia grauando teſtator hæredes ad reſtituendum totam hæreditatẽ cenſetur ſaltem tacite uoluiſſe eos grauare ad compenſandum fructus medio tempore perceptos. Sed certe in caſu iſto nulla eſt probabilis dubitatio ex pluribus.

Et primo, quia cum conſtet ex proceſſu, & cõfeſſione partis in ſuis exceptionibus in proceſſu liquidationis, quòd Dom. Eleonora parum uixit poſt mortem patris, non eſt tranctandum de fructibus per eum perceptis, cum nullos, vel modicos fructus perceperit.

Secundo, cum ipſe deberet habere dotem & fructus dotis, quæ dos ſuccedit loco legitimæ, ad trad. in l. in quartam, ff. ad l. Falc. & in alijs locis. & in dote, quod fructus etiam ipſius debean
10 tur, † quando erat debita, quodque cenſeatur a principio illam deduxiſſe, trad. Pau. de Caſt. in l.

pe-

peculium,la 2.in prin.ff.de pecul.& Soc.iun.con
ſi.170. primo dub.nu.6.ſecundo volum.& legiti
ma debeatur cum fructibus,auth.nouiſſima. C.
de inoff. teſtamen. & quæ quidem legitima erat
triens,vt ibi,cum eſſet unica filia,& tamen in ſex
ta tantũ parte fuit inſtituta hæres,ut in teſtamen
to,proculdubio nulla poteſt haberi cõſideratio
fructuũ,etiam per eam longiſſimo tempore per-
ceptorum ad extenuationem ſui crediti.

Tertio,opinio illa,quòd fructus ſint imputan
di in verum debitum hæredis, non eſt commu-
11 niter†recepta,ut per Rui.in terminis in conſil.
112.num.18.ſecundo uolum.& procedit,quan
do expreſſe hæres grauatus eſt reſtituere ẽt rem
12 ſuam,† ut per eum ibi,quod uidetur ſentire So-
cin.iun.in d.conſil.57.nu.16.& ſequen.& huius
mentis eſt Alcia.in l.centurio,num.14.ff.de vul-
ga.& pupil.ſecunda colum.& in caſu iſto hoc
non fuit expreſſum tam geminatis,& prægnanti
bus verbis,& clauſulis,ut in illo caſu.nec ſat eſt
quod fuerit facta ſubſtitutio in tota hæreditate,
vel prohibitum detrahi aliquam partem de bo-
nis ſuæ hæreditatis,quia nõ propterea tollitur,
quin ſit deducendum id,quod debetur hæredi,
ut latè trad.ad propoſitum Crau. in conſil.144.
num.5.& pluribus ſeq.& Caſt.in d.l.peculium.
& Soc.d.conſ.180.num.9. loquuntur, quando
vxor erat grauata poſt mortẽ ſuam dare omnia
bona ſua,& quicquid ſupereſſet de fructib. ſuæ
hæreditatis pauperibus, & tamen decidunt,&
dotem,& fructus dotis eſſe deducendos.

13 Dos igitur iſta venit deducenda†ante omnia
ex bonis teſtatoris, ut alias etiam dixi, citando
Caſtr.conſil.164.uiſa facti,in antiquis,aliàs 77.
in 2.uolum.Soc.& Dec.in l.debitori.C.de pact.
Crau.conſil.316.num.4.& Nat.conſi.255.num.
9.quod tenent in dote, Rui.& Soc.iun.etiam in
dictis conſil.qui loquuntur,etiam ſi non ſit con
fectum inuentarium per hæredem, & in alio de-
bito teſtatoris,trad.etiam Ruin.d.conſil.nu.19.
& conſil.110.num.11.d.2.uolum.& Crau.d.con
ſil.144.num.5.ubi alios citat,ſuper quo ulterius
non inſiſtam,cũ & res ſit in ſe clariſſima,& pars
met aduerſa non neget faciendam eſſe hanc de-
ductionem,ut in ſua ſcriptura exceptionum.

Tertio principaliter dubitatur ſuper meliora
mentis factis in reb.reſtituendis,& primo,quod
non fuerint plene probata, & in hoc puto ſatis
fuiſſe probata omnia probanda,nam ædificatio-
nes domorum,fenilium,ſeu tegetum,& aliæ fa-
bricationes & refectiones,plantationes arborũ,
& uitiũ,foſſiones & cõſtructiones puteorũ, foſ-
ſiones foſſatorũ, & cõſtructiones aggerũ ad per-
petuam rerũ utilitatem,conſtructio,& plantatio
viridarij,& alia huiuſmodi pleniſsime ſunt pro-
bata,ut ex lectura teſtium primi, ſecundi,quarti,
ſexti,ſeptimi, noni,vndecimi, duodecimi, deci-
miſexti.cum quatuor ſequentibus,aperte cõſtat,
14 quod etiam ex ſcriptura † manu Dom.Andreæ,
qui fuit homo probatæ uitæ,ſatis conſtat, cui ui-
detur credendum,iux.not.in l.admonendi,ff.de
iureiur.& Craue.conſil.158.maxime,num.7.Eſt
verum,quod pretia,& ualor horum melioramẽ-
torum,non ſunt forte plene probata,vel proba-
tus,ſed tamen hoc non officit detractioni facien
15 dæ:quia cum ratio,& conſideratio†ſit habenda
tempore reſtitutionis,ut per omnes in l.domos,
ff.de leg.1.Bertran.conſi.324.num.4.prima par.
priorum.379.num.9.ea.par.& 271.num.2. in 3.
par.eorundem, quod admittit Boer.d.deciſ.44.
num.12.& ſequen.& trad.Ruin.conſil.117.num.
1.& 135.num.13.tertio volum.& Pariſ.conſil.55.
nu.22.in 3. uolum.& latiſsime Rolan.a Val.con
ſil.28.num.14.& in conſil.30.num.6.ubi plures
citat,primo uolum.Bero.conſil.79.num.60.& ſe
quen.in 2.& 176.num.88.in 1.Ceph.conſil.188.
num.37.Put.conſilijs 95.num.105.38.nume.9.
& ſeq.& 9.num.12.& ſequen.certe æſtimatio ip
16 ſorum melioramẽtorum † nunc eſt facienda per
peritos,& ſi de ea nihil probatum eſſet,iux.trad.
per Alex.& alios in l.pretia rerum,2.colum.ff.ad
leg.Falcid.per Abba.& Aret.col.5.in capit.cum
cauſam, de teſti.& fuit not.dictum Barto.in l.ſi
quod ex Pamphila,in fi.ff.de leg.ſecundo.& tra
dit Cagnol.in l.unica,C.de ſenten. quæ pro eo,
quod inter.profer.num.143.& ibi Petr.Rebuff.
in repet. in gloſ.ſubtilitatem, numero 15.& ſeq.
vbi loquitur de huiuſmodi electione peritorũ.

Quod autem huiuſmodi meliorationes dedu
cendæ ſint,ambigendum non eſt, cum ex eis fue
17 rint effectæ meliores,& precioſiores,† Caſt.con
ſil.377.num.1.primo uolum.Alexand.conſ.160.
num.1.in 7.uolum.& Boer.d.deciſione, num.6.
& de expenſis ędificiorum, domorum, colono-
rum,foſſatorum,aggerum & ſimilium, trad.Rui.
conſil.157.num.71.in 1.& 135.num.13.ſupra al
legato,Rolan.a Val.d.conſil.28.num.13.17.24.
& 26.& dicuntur facta ad perpetuam utilitatẽ,
quando qualitas rei eſt mutata,& bonitas aucta,
ut ex Bal.trad.Nat.conſ.601.num.2.

Secundo obiicitur in dubiis, quod expenſæ
18 harum meliorationum uidentur†compenſandæ
in fructibus perceptis, per not.in l.ſi is qui qua-
dringenta,ff.ad Trebel.Rip.in l.ſi fideicommiſſa-
riam,num.18.& 34.ff.eodem tit.Boer.d.deciſio.
num.15.& maxime, quia teſtator grauando hæ-
redes reſtituerę totam hæreditatem,videtur ſal
tem tacite compenſari uoluiſſe fructus in iſtas
expenſas,vt per Rip.ibi,num.15.& Ceph.con-
ſil.37.num.18.

Pro ſolutione huius obiectionis primo præ-
ſupponendum eſt,quòd hæres regulariter nõ te
19 netur†compenſare fructus in iſtas expenſas me
liorationum, ut trad.Caſtr.in conſil.17.in cauſa
quę vertitur Parmæ,colum.fin.in antiquis,Alex.
conſil.123.diſcuſſis.colum.fin.in 1.Bertran.con
ſilijs 124.num.5.283.num.5.& 354.num.5.pri
ma par.priorum,& conſ.271.numero 2.& 379.

num.

num.9.in 3.par.priorum, Rui.conſil.38.colum.
fin.1.uolum.& dictis conſil.117. colum. r. & 135.
colum.pen.in 3.& conſil.84.colum.fin.eod.lib.
quod admittit Nat.d.conſil. 321. num. 11.& te-
net Rolan.a Val.d.conſil. 28.nu.17. & dicit com
* munem*d.conſil. 30.num. 3.Nam cum hæres ſit
dominus,& expendat in re ſua,licet reſtitutioni
20 ſubiecta in euentum alicuius † conditionis ſibi
hæç melioramenta quærit, ut per Neguſ.in trac.
de pignor.quinta par.4.membro,num.12.Cagn.
in l. 2.nume. 212. C.de pact.inter empt.& uend.
& Tiraq.in l.ſi umquàm.in ver.reuertatur.num.
289. C.de reuocan.donat. ex quo prçſuppoſito
tollitur illa deciſ.Boer.in dubijs citata,quod im-
putandi ſint fructus in huiuſmodi expenſas, vel
expreſſe in fructus ipſos, cum ipſi fructus debeã
tur hæredi tanquam domino, ut per Doctor. in
dictis locis.& Pariſ.conſil.83.num.19.& ſequen.
2.volum.& Rolan. a Val.d.conſil.30.num.2. Et
hanc etiam opinionem, quod fructus pertineant
ad hætedes, nec computentur in huiuſmodi ex-
penſis, niſi ita demum in caſib.in quib. & ipſi ve
niant reſtituendi cum hæreditate, declarat Rip.
in l.ubi purè,§.qui in diſtrahendis,in fi.ff.ad Tre
bel.adde Bero.conſil.79.nu.63.ſecundo volum.
Tota igitur difficultas in eo reſidet, an conſtet
de uoluntate reſtatoris expreſſe, vel tacite, quod
fructus iſti uenirent reſtiruendi, quia quod dicit
Rip.allegatus in d.l.in fideicommiſſariam,nu.18.
& 24. non facit ad caſum harum expenſarum, niſi
ſi reſpectu rerum deperditarum, vel perempta-
rum, de quo inferius dicetur.

At in propoſito non uideo, quomodo poſſit
conſtare de mente teſtatoris, quod hi fructus ve
niant reſtituẽdi, vel imputandi, cum tantummo-
do ſit dictum in teſtamenro, quod uoluit bona
omnia & ſingula ſuæ hæreditatis peruenire ad
fratres inſtituros & eorum deſcendentes: nec.n.
21 ſufficiunt verba uniuerſalia, † ut uerbum, quic-
quid, Alcia.in d.l.centurio, citatus per Ceph.in
d.conſil. & Rip.in d.nu.15. ſecus ſi eſſet dictum,
quantamcunque pecuniũ, ut in l.Baliſta, ad Tre-
bel.& per eos ibi,& tunc uis etiam eſt in uer.pe-
cuniam, ut per Rip.in d.num.15. qui firmat am-
pliationem regulæ, ut procedat, etiam ſi uerba
vniuerſalia ſint addita, & idem ſecũdum eos ibi,
ſi dictum ſit, quicquid ſuperfuerit, vt etiam trad.
ultra Rip.& Cepb. in dictis locis Alb.conſil.79.
nu.12. ubi plura ad propoſitum dicit huius q. quę
cum non interuenerint in caſu iſto, non uideo
quomodo poſſit eſſe dubium ſuper huiuſmodi
detractionibus faciendis ex cauſa harum im-
penſarum.

Dum autem tertio loco ſubiũgitur in dubijs,
quod harum expenſarum aliquæ uoluptatis cau
ſa factæ cenſeantur, & aliquæ culpa ipſorum, ut
refectione ædificiorum combuſtorum, cum
22 incendium † ſine culpa inhabitantium nõ ſoleat
euenire, l.3. ff.de offic. præfe.uig. & in l.domos,
prææallegata, de leg.1. & de voluptarijs expenſis
trad. Boer.d.deciſ. & oportet res fieri precioſio-
res, Alcia.in l.impenſę,ff.de verborum ſign. Re-
ſpondetur quod ſi uerum eſt (ut nonnulli ex teſti
bus affirmant) quod expenſæ huiuſmodi fuerint
utiles,& neceſſariæ, ceſſat omnis difficultas. Sed
cum proculdubio res ipſas reddiderint precio-
ſiores, & maioris ualoris, etiam per uiridarij, ſeu
pomerij plantationem, & conſtructionem, non
eſt dubitandum, quin ueniant reſtituendæ, ut ex
Caſt.& alijs ſupra citatis dictum fuit. Quod pro-
cedit etiam reſpectu domorum combuſtarum
23 incendio, † ut in terminis trad. Rolan. a Val. d.
conſil. 28.num.13.& 17. Et licet culpa inhabitan
tium præſumatur eueniſſe incendium, cum tamẽ
hęredes illic non habitauerint, ſed ruſtici, eis nõ
eſt imputandum, & magis eſt præſumendus ca-
24 ſus fortuitus, cum determinati hominis † culpa
non arguatur. Gozad.conſil.63.num.12.& ſeq.
& cum in pari culpa eſſet aduerſarius, non poſ-
ſet hæc obijcere, quia paria delicta mutua com-
penſatione tolluntur, l.uiro, atque vxore, ff.ſolu.
matrim. Vltra quod poſito quod pro huiuſmodi
incendio hæredes principales tenerentur, quod
falſum eſt, eſſet habenda ratio illorum veterum
ędificiorum combuſtorum, quę erant modici va
loris, cum hæc noua ſint magni valoris.

Quartum dubium continet quartam, quæ prę
tenditur deberi q. D.Laſiæ antiquæ vxori teſta-
toris, iux. diſpoſitionem auth.præterea, C.unde
25 uir.& vxor. In quo obijcitur, † non eſſe probata
neceſſaria requiſita, ut per Cur.iu.ibi. Secundo,
quia exiſtentibus filijs tantum vſufructus eidem
debebatur, idem Curt.ibi num.27. quem vſum-
fructum ipſa uiuens habuit, tum quia fuit inſtitu
ta cum alijs hæres,& adiuit hæreditatem, quo ca
ſu cenſetur approbaſſe contenta in teſtamento,
maxime, quia illa pars relinquitur legis benefi-
26 cio, ne inopia laboret. & ſatis fuit † hoc caſu eſſe
prouiſum. Cur.ibi, num.25.& cum longo tempo
re poſſederit fructus, in eam partem compenſan
tur, Boer.dic.deciſiõ.44. numero 24. & poſtre-
mo fuit prohibita talis detractio, & ipſa ut hæ-
res acquieuit.

Quibus obiectionibus non obſtantibus non
videtur iniuſta petitio noſtra: nam præſupponi-
mus ſatis conſtare ex teſtibus pro hac parte exa
minatis, prædictam q. Laſiam fuiſſe pauperem,
ſaltem reſpectu D. Ioannis eius uiri diuitis inſpe
cta conditione utriuſque, ut ſignanter dicit vnde
cimus teſtis, fol.58.& ex eo etiam conſtat, quod
nunquàm fuit repertum, ipſam unquam aliquam
dotem habuiſſe: quæ ſi extitiſſet, ueniret detra-
henda, vel forte habuit minimam, & omnes ſcri
bentes in d.authen.admittunt etiam paruam do
27 tem hoc beneficium † uxori prębere, ut per Dec.
ibi, num.3.& 4. Pep. colum.5. & Cur.iun.num.5.
ac Barb.conſil. 74.in 4.Corn.conſil.249.ſecun-
da colum. 3.uolum. in princ. & 324. in princ.4.
vol.

vol. & Durant.in tract.de arte teſtan.tit.6.caut.
70.in prin. de matrimonio pars fatetur & teſta-
mentum expreſſim loquitur.

Præſuppoſito igitur quod hæc neceſſaria fue
rint probata,facile tollũtur cæteræ obiectiones,
nam quod proprietas quartę ad filios pertineat,
non negamus, ſed bene dicimus q aut illa quar-
ta etiam quo ad proprietatem debebatur matri,
28 †ex quo filia prædeceſſit,ut per Bartol. cum quo
* alii communiter* tranſeunt in d.auth.licet exti-
terint nepotes ex ea,ſecundum opinionem An-
ge.de Aret.relatam per Cur.iun.ibi,num.27.aut
quod proprietas iſta tranſiuit ad nepotes iſtos,
vti a lege uocatos,& hoc caſu non venit in fidei
commiſſum, cum eam non habeant a teſtatore,
ſed ex legis diſpoſitione. Nam bona acquiſita,
29 etiam per contractum confirmatum morte te-
ſtatoris,non ueniunt in fideicommiſſum,Corn.
conſil.228.colum.3.in 4.de quo etiam per Cra-
uet.conſil.præallegato 144.nu.4.ubi late trad. q
non venit in fideicommiſſum id,quod habet hæ
res aliunde, quàm ex teſtamento, pro ut in caſu
iſto ex teſtamento ipſo non habent.

Sicut etiam nihil facit, quod fuerit inſtituta
hæres in teſtamento uiri in ſeptima par. hæredi-
tatis toto tempore uitæ ſuæ, quia non obſtante
teſtamento illa quarta debetur, ſecundum gloſ.
* & communiter * omnes in d.auth. quicquid ibi
30 tenuerit † Ang. Corn.d.conſil.4. Soc.in conſil.
108.1.& 2.col.in 1.& Durant.d.caut.20.

Nec ſufficit, quod ex illa parte relicta uiuere
potuiſſet,cum omnino debeatur,ſi minus ſit reli
ctum, nec prohibitio facta quod non poſſit de-
trahi aliqua pars obeſt, cum teſtator illam prohi
31 bere non potuerit,† ſecundum communem opi
nionem * Doctor.in d.authen.aduerſus Saly.&
Durant.d.caut.num.2.Et cum quarta ipſa,& fru
ctus quartæ deberentur eidem, & fructus tan-
tummodo ſeptimæ partis habuerit, non uideo
quomodo fructus per eam percepti ueniant in
eam computandi, ſed nec Boer.loco in dubijs ci
tato hoc caſu,vel alio ſimili loquitur.

Quintum dubium de impenſa funeris,& ſolu
tione legatorum,tollitur ex reſponſionibus da-
tis ſupra ad ſecundum,& tertium dub. vbi oſten
ſum fuit,nec in uerum debitum, nec in meliora-
tiones, ſeu expenſas meliorationum fructus ad
hæredes pertinentes poſſe imputari,non obſtan
te dicta deciſio. Boer. ſæpius citata, & idem eſt
32 de aliis debitis,& legatis etiam ex fructibus† ſo-
lutis, ut per Fulg.alias allegatum, conſil.81.nu.
ſecundo,Rui.d.conſil.135.in 3.Pariſ.conſil.55.
num.27.in 3.Crau.d.conſil.316.num.4.& Nar.
conſ.255.nu.9.& de impenſa funeris trad.Pariſ.
conſil.94.num.23.ſecundo uolum. Nam poteſt
hoc caſu hæres etiam bona alienare prohibita
alienari. ut per omnes in l.filiusfamilias. §.diui,
de legat.primo,& Pariſ.conſ.43.nu.29.in 3.uol.

Sextum dubiũ de domo magna ciuitatis Fer-
rariæ omittitur, ex quo ſuper eo alias abunde
fuit ſcriptum, & cum Magnif.Iudex polliceatur
ſe hoc dubium diſcuſſurum alio tempore, expe-
ctabimus talem diſcuſſionem, & deciſionem,
ut ſperamus fauorabilem:interim erimus parati,
ſi opus erit,latius rem pertractare,& diligentius
etiam ac maturius cogitare.

Septimo,quo ad terras deducendas,quas prę
tendimus non eſſe ſuppoſitas fideicommiſſo, ſu-
per quo fuerunt quamplures teſtes recepti ad
probandum identitatem, & confinium uerifica-
tionem, cum intendamus quod Magn.Dom.Iu-
dex in rem præſentem ſe conferat,& loca iſta ac
res ipſas uiſitet & ſuper locis ipſis poſſit conſta-
re de veritate identitatis,& confinium,ſuper his
non ſcribam aliqua, ſed reſeruabo omnia in ip-
ſum tempus.Interim tamen dicam hanc loci vi-
33 ſitationem† omnino eſſe faciẽdam ad hunc effe-
ctum,l.ſi irruptione.ff.fin.regun.tradit Pariſ. ad
propoſitum, conſil.67. colum.fi.in fi.in 1.& Soc.
34 iun.conſi.61.num. 1.tertio uolum.Nam hæc† eui
dentia facti,eſt teſtis,qui non poteſt ſubornari,
& admittitur etiam poſt publicationem teſtium,
Ruin.conſil.149.num.5.in 4. & Plot.in repet.l.
ſi quando,C.unde ui.num.777.& 808.Sed quod
ſit reſeruatio parti aduerſæ prætendenti ius ha-
bere in illis terris uigore alterius fideicommiſſi
Polyphemi, neſcio cur ſit neceſſarium. cum ſen-
tentia lata in hac cauſa non pariat exceptionem
rei iudicatæ in altera,l.cum quæritur,cum ſequ.
ff.de exceptio.rei iudic.

Vltimum dubium, quod aduerſarius qui te-
netur de euictione propter conuentionẽ,de qua
in inſtrumento diuiſionis, & qui non eſt audien
dus, vel refundere teneatur tot alia bona libe-
ra,ut ipſe habuit, ſecũdum intentionem noſtrã,
non uideatur iure teneri,ex quo præter eius cul
pam facto rerum ſuppoſitarum fideicommiſſo
35 †euictio contingat,iux.not.per gloſ.& Doct. in
l.ſi familiæ, C.fam.erciſc.& per Doctor.in l.qui
Romę,§.duo fratres,ff.de verbor.oblig.tollitur,
quod ſi attendatur quod ipſe in dicta diuiſione
conceſſit licentiam fratribus bona ipſa alienan-
36 di,† quo caſu ipſe a poſſeſſorib.non poteſt euin-
cere,ut per Cur.ſen. in alias citato conſil.64.an
tiquiſſima,num.62.& ſequen.& Soc.iun.conſil.
116.num.60.& ſequen.in 1. & num.77.& hoc ca
ſu diuidens videtur habere titulum a diuidente,
& cenſetur propter illas clauſulas alterata natu-
ra rei,ut in indiuiduo reſpondet Crau.in conſil.
24. in ſi. & in emphyteuſi quando in diuiſione
ſunt appoſitę tales clauſulę,quod etiam ſecundũ
37 naturam rei non poſſit diuidens † euincere,vel
contrauenire,qui eſt caſus omnino noſtro ſimi-
lis, & eiſdem rationibus deciditur, pulcherri-
me pluribus rationibus, & auctoritatibus com-
probat Alcia.in conſil.138.per totum, ubi dicit
quod gloſ.in dic.l.ſi familiæ, non habet locum,
quando extant dictę clauſula in diuiſione.& idẽ,
quan-

quando manifeſta læſio inducitur, uel ſuadeat æquitas, ne alter alterum decipiat, vel quando apparet tacite, vel expreſſe inter partes aliter actum eſſe, quam opinionem tenet idem Alciat. etiam in conſil. 133.nu.5. & quia audiui per Magnific. Dom. Iudicem poſt ſententiam fuiſſe obiectum, quod oportebat probari bona, de quibus in dicta diuiſione fuiſſe illamet, de quibus nunc agitur, quod motiuum nunquam fuit factum, & ex proceſſu met poteſt reſolui: tamen ſi ea ratione motus fuerit ad non admittendum illud fundamentum, quod fiebat in hac licentia conceſſa uirtute harum clauſularum, ſecundum communem opinionem alias citatam, nunc ex euidentia facti, & loci viſitatione poterit eius conſcientia ad ſaturitatem informari, & veritatem habere, quam Iudex omni conatu quærere debet. c. iudicantem, 30. quæſt. 5. Ex quibus (ni fallor) omnia dubia ſunt penitus ſublata, & euacuata. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum quod nõ ſubſiſtat, ſi non adeſt neceſſarius numerus teſtium, & hæredis clara & diſtincta inſtitutio.
Quid ſi dicatur teſtamentũ factum fuiſſe iure militari?
Et error in nomine, vel cognomine, quo modo illud vitiet?

SVMMAE.

1 *Cognati proximiores ſuccedunt defuncto.*
2 *Teſtamentum, ut validum ſit, ſeptem requiruntur teſtes.*
3 *Et iſta eſt forma ſubſtantialis omnino ſeruanda.*
4 *Et hic numerus maxime exigitur in terris nõ ſubiectis eccleſiæ.*
5 *Teſtes ſunt deſcribendi in teſtamento & illorum nomina proprie, & clare cum duabus qualitatibus.*
6 *Et illorum nomina propria tantum non ſufficit ſcribere etiam in codicillis.*
7 *Teſtatoris nomen eſt exprimendum a notario ſaltem cum duabus demonſtrationibus.*
8 *Et in nomine notarii idem procedit.*
9 *Maxime, quando in loco probatum eſt eſſe plures homines eiuſdem nominis.*
10 *Inſtitutione hæredis deficiente, teſtamentum nullum eſt.*
11 *Et illa coniecturis fieri non poteſt.*
12 *Donatio cauſa mortis non valet, non facta præſenti, vel pro præſenti acceptante.*
13 *Verbum, donare, non conuenit hæreditati.*
14 *Donatio hæreditatis non valet.*
15 *Inſtitutio hæredis debet eſſe certa & clara.*
16 *Conſuetudinem contra ius per triginta annos præſcriptam eſſe, probandum eſt.*
17 *Militis priuilegium ceſſat in teſtando, ſi non eſſe in expeditione conſtat & in dubio iure paganorum teſtari præſumitur.*
18 *Verbum, dono, in teſtamento, an poſſit importare fideicommiſſum?*
19 *Fideicommiſſarius apprehendens propria authoritate fideicommiſſum, priuatur iure ſuo.*
20 *Error in nomine patris, vel matris diſponentis, eſt conſiderabilis quo ad validitatem actus.*
21 *Capitula negata non poteſt quis adducere pro ſuo fundamento.*
22 *Confeſſio non nocet, niſi ſit iudicialis, & inter partes facta.*
23 *Et quando poſſit reprobari per teſtes?*
24 *Identitas hominis probatur per indicia & coniecturas.*
25 *Error ſcribentis, quando ueritati nõ officiat.*
26 *Et error in nomine, vel cognomine, non vitiat, ſi de corpore conſtet.*
27 *Nominis conformitas arguit perſonæ identitatem.*
28 *Teſtator præſumitur velle ſe conformare diſpoſitioni iuris ſuæ ciuitatis.*
29 *Hæredem quem eſſe approbaſti, non potes negare eſſe talem.*
30 *Dictio, dummodo, requirit, ut de neceſſitate exiſtat illud, cui adiicitur.*
31 *Clauſula in fine poſita, refertur ad omnia præcedentia.*
32 *Hæres quod quis ſit, vel non, prouenit a iure, non autem ex confeſſione alterius.*
33 *Approbatio non officit, quando non pendet a uoluntate alicuius poſſe aliquem approbari pro tali.*
34 *Præſumptio, quæ eſt pro contractu contra contrahentem tollitur, ſi contrarium probetur.*
35 *Hæredem qui fatetur aliquem conſtito de veritate, non læditur iſta confeſſione.*

Poſ-

36 Poſſeſſor obtinet, ſi non conſtat de iure agen tis ad hæreditatem.

CONSILIVM LXXX.

In Domino confido.

FRatres iſti de Donellinis appellantes habent intentionem fun datam de iure communi,ex quo ex perſona matris ab inteſtato ſucceſſerunt Bernardino Saxoguidano eorum auunculo, vna cum alia ſorore ipſius defuncti tanquàm proxi-
1 miores†cognati. §.ſi igitur defunctus,cum §.ſequen.in Anth.de hęred.ab inteſta.venien.colla. 9.& tranſumptiue in auth. ceſſante, C.de legit. hæredi.ſunt enim in tertio gradu coniuncti defuncto.§.tertio gradu,Inſti.de gradi.Et quæ pro ximitas probata eſt in pro ceſſu cauſæ principalis per nonnullos teſtes pro parte examinatos, & maxime per primum, & ſecundum teſtes, in proceſ.fol.96.& 102. nec credo ꝙ pars aduerſa hoc neget, ipſos ſcilicet tanquàm proximiores ab inteſtato illi ſuccedere.

Sed tota difficultas in eo reſidere uidet̃,quia (vt prætenditur ex aduerſo) ipſe Bernardinus fecit teſtamẽtum & inſtituit Paulum ab Area eius hæredem,quo caſu ceſſat cauſa inteſtati. Vnde uidendum eſt de validitate dicti teſtamenti, vel eius nullitate,ſuper quo fuſiſſime dubitauit Magnif.D.Iudex. Ego autem cenſeo,ipſum teſtamẽ tum fuiſſe, & eſſe nullum ex pluribus.

Et primo, quia non fuerunt adhibiti ſeptem teſtes illius confectioni & publicationi,qui exi-
2 guntur,†ut validum ſit teſtamentum.§.fin.Inſtit.
3 de teſta.ordi.& iſta eſt forma†ſubſtantialis, quæ omnino eſt ſeruanda, Iul.Clar.in §.teſtamẽtum. quęſ.56.lib.ſuo 4.ſenten.qui numerus exigitur,
4 †maxime in terris non ſubiectis eccleſiæ,in qui bus ius cano.ſeruandum,Durant.in trac.de arte teſtan.tit.2.caut.2.num.1.& Didac.Couar.in c. cum eſſes,in princ.& num.7.& 16.de teſtam.& Iul.Clar.in d.§.q.56.& hi teſtes debebant etiam eſſe rogati, l.hæredes.§.in teſtamentis, & l.hac conſultiſſima,in princ.C.de teſta.Duran.d.tit.2. caut.8.in princ.

Secundo,nomina ipſorum teſtium erant deſcribenda clare,& certitudinarie monſtrando ip ſos per nomina propria, cum duabus qualitati-
5 bus,† ſeu accidentibus,vel demonſtrationibus, d.l.hac conſultiſſima,in princ.& trad.Barto.in l. demonſtratio falſa,in princ.7.quæſt.num.14. & in terminis Alexan.in conſil.153.uidetur prima conſideratione, 1.colum.ad fi.2.volum.ubi probat,teſtamentum propterea eſſe nullum,& in ca ſu ſuo teſtes etiam erant deſcripti uerbis clario ribus,quàm in hoc caſu noſtro, in quo fuerunt
6 ſcripti duo ex eis per nomina † tantum propria (Ioannes Ioannes)&(Ioannes Dominicus)ſequi tur Durant.in d.tit.2.caut.1.in fi.& quod etiam in codicillis locum habet,late Soc.iun.in conſil. 64.nu.7.& 8. 4.uol.

Tertio ex teſtamento de ſcriptura aſſerti teſtamenti producta ex aduerſo non videtur pro batum, quod ipſe Bernardinus, de cuius hæreditate agitur,fuerit ille, qui illud condiderit teſtamentum, cum nõ fuerit aliter expreſſum eius cognomen,ſed tantummodo dictum (*Bernardi-*
7 *no da Modena*) cum nomina propria†ſint exprimenda ſaltem cum duabus demonſtrationibus, ut ſupra de teſtibus dictum fuit,& trad.Bar.in 1. conſtit.ſſorum.num.8.Dec.in d.l.hac conſultiſſi
8 ma.num.15.& in nomine†notarij ſcribit Afflic, deciſ.245.num.6.& quod procedit in his nominibus ſanctorum, quæ frequentantur, Corn.in conſi.136.ſecunda colum.poſt med.3.uolum.&
* Dec.in conſi.13.nu.9.& hanc eſſe communem* opinionem firmant Pariſ.in c.auditis,nume.26. de præſcr. & Cagnol.in procem. ſſorum. nume. 185.Quod ſine dubio procedit, quando eſt pro-
9 batum in eo loco eſſe plures homines † eiuſdem nominis,pro ut fuit in proceſſu probatum in ciuitate Mutinæ plures homines extitiſſe,qui hoc nomine uocabantur,Ruin.conſ.11.nu.15.& 16. 3.uol.& quam ſentẽtiam etiam vltra prædictos tenet Crau.in conſ.169.nu.4.

10 Quarto teſtamentum non valet,†ſi in eo deficit hæredis inſtitutio, quæ eſt caput teſtamenti. §.ante hæredis inſtitutionem, Inſtit.de lega.Iul. Clar.in d.§.teſtamentum.q.35. & Ferran.Vaſq. in tract.de ſucceſſ.crea.§.15.num.54.& in hæredis inſtitutione illud peculiare eſt, ut coniectu-
11 ris fieri non poſſit.l.iubemus.C.de teſtam.Emanuel a Coſt.in repet.l.Gallus,§.& quid ſi tantũ, num.21. & Vaſq.d.§.15.nu.53.& ſequen.

At in propoſito non uideo quod in teſtamen to fuerit appoſitum uerbum aliquod importans hæredis inſtitutionem, ſed magis donationẽ bonorũ, vel hæreditatis, quæ donatio etiam quòd fuiſſet cauſa mortis, ex quo non fuit facta pręſen
12 ti,uel alteri†acceptanti,fuit inualida, Durant.d. tract.tit.1.caut.1.num.4.& Didac.in rubr.de teſtamentis. in 3.par.nume.13. & quod verbum,
13 † donare, non conueniat hæreditati,facit l.hære ditas, C.de pact.conuen. & trad.Dec.in l.ſicet, num.10.& in l.fin.num.35. vbi Cagnol.nu.277. C.de pact. Et ſicut non valet donatio hæredita
14 tis,†ſecundum magis**communem opinionẽ, in d.l.fin.Clar.in §.donatio,q.19.d.lib.4.ſuarum ſententiarum,& Vaſq.in trac.de ſucceſ.progreſ. lib.1.§.3.num.33.ita verbum,dono,non poteſt facere valere teſtamentum tamquàm importet inſtitutionẽ.Et quando in teſtamento deficiunt verba,hæres eſto, vel ſimilia importantia inſtitu tionem,quod teſtamẽtum ſit nullum,trad.Vin-

cen.

cen. de Paleot. in conſ. 135. inter conſilia vlt. vo
lunt. num. 19. & ſeq. Cum teſtamentum deficit
propter defectum hæredis inſtitutionis, non va-
let etiam in uia codicillorum, maxime non addi
ta clauſula codicillari, Vaſq. d. tracta. de ſucceſ.
curat. lib. 2. §. 16. nu. 21. verſ. intellige tamen.

Quinto, & vltimo, cum fuerit facta donatio
Paulo Simonis dell'Hero, non ab Area, cuius co
gnominis eſt iſte aduerſarius, inſtitutio etiã cer-
15 ta non uidetur, quæ certa & clara eſſe debet, vt
valeat. l. quoties, §. hæres, ff. de hæred. inſtitu. &
Clar. in d. §. teſtamentum, q. 36.

Nec obſt. ſi reſponderetur, quòd tales ſolem-
nitates non exiguntur de ſtilo, vel de conſuetu-
dine loci, in quo, vt dicitur, factum fuit teſtamẽ-
tum ipſum, ſcilicet inſulæ Melitæ, ſeu Maltæ,
cum tales Milites ibi militantes teſtatur, quia ſat
eſt ſeruare formam per dictum teſtatorem ſerua
tam, vt videntur deponere nonnulli teſtes exa-
minati ꝑ parte aduerſa in cauſa principali. Quia
ego dico, quod talis conſuetudo eſt cõtra diſpo
ſitionẽ iuris communis, ut ſupra, vnde debebat
probari extitiſſe tempore dicti conditi teſtamẽ-
16 ti & ante † per triginta annos, in eo loco, vt eſſet
præſcripta, iux. trad. per Bal. in cap. 1. num. 1. in ti.
qualiter feud. alie. poſ. & Crau. in tract. de antiq.
temp. 4. par. in princ. num. 12. de quo trad. abun-
de Doctor. in l. de quibus, ff. de legi. Alex. in con
ſil. 5. ſi vera ſunt, colum. 4. verſ. & quod not. quin
to uolum. Curt. in repet. cap. fin. aliàs in tracta.
de conſuetu. num. 285. & quod conſuetudo de-
beat eſſe præſcripta, trad. idem Cur. ibi, numero
245. Nec ſat fuit quod teſtes dixerint fuiſſe ſoli-
tum, milites teſtari eo modo, quo cõditum fuit
hoc teſtamentum. quia non propterea poteſt di
ci probata conſuetudo, & maxime reſpectu tem
poris teſtamenti, de quo nullus eorum loquitur,
& erat neceſſarium, ut per Petr. de Rane. in tra-
cta. de conſuetu. nume. 151. & latiſſime modum
illam probandi, trad. Curt. in d. cap. fin. numero
589. cum pluribus ſequen. per tres colum. ubi
abunde diſſerit, quæ ſint neceſſaria ab illius pro
batione, de quo etiam per ſcribentes in dicta
l. de quibus.

Sicut etiam non obſtaret, ſi diceretur quod te
ſtamentum illud fuerit factum iure militari, ex
quo ipſi milites, qui ſunt in ea inſula, uidentur
eſſe quodammodo in expeditione propter peri
culum hoſtium, ut nonnulli ex teſtibus ipſis de
ponere nixi ſunt: quia cum illud teſtamentum le
gatur factum in ciuitate, & in hoſpitali, ac in lo-
co ab expeditione remoto, ceſſat omne priuile-
17 gium † militare, §. primo, Inſtitu. de milit. teſta-
mento. & in dubio etiam miles cenſetur teſtari
ſecundum iuris communis diſpoſitionem, Rol.
de Cur. in conſil. 123. numero 32. inter conſilia
vltim. uolunt.

Pariter etiam ceſſaret, ſi diceretur quod licet
verbum, dono, in teſtamento non importet in-
ſtitutionem hæredis, uidetur tamen, ſecundum
18 opinionem aliquorum, † importare fideicom-
miſſum, Corn. conſil. 254. prima, & ſecunda co-
lum. in tertio, cum alijs, de quibus per Crau. con
ſilio 139. numero 11. quia & ſi illa opinio eſſet
admittenda (quam pro nunc non diſcutio) atta-
men illa non poteſt uictoriæ agentium obſtare,
cum hæres debeat habere poſſeſſionem bono-
rum hæreditariorum, & fideicommiſſarius ante
reſtitutionem non poſſit habere ius in re, l. fa-
cta, & l. reſtituta, ff. ad Trebel. quinimo cum pro
19 pria auctoritate hic aduerſarius † poſſeſſionem
ipſam apprehendiſſet, debet priuari iure ſuo, l.
non eſt dubium. C. de lega. Dec. late in conſilio
438. numero 15. & latius proſequitur Durant.
in dicto tracta. titulo quinto, cautela 32. in
principio.

Et his ſtantibus fundamentis facile ſoluun-
tur dubia ſubtiliter excitata, quæ non tangunt
omnia iſta fundamenta, ſed aliqua tantummo-
do ex eis.

Nam ad primum, quod perſona teſtatoris cer
tificari videatur, ex quo nomen matris & vxo-
ris conuenit illi teſtatori, & conuenit etiam ex-
preſſio ſuorum bonorum poſſeſſionis in monti-
bus domus, & ſtabuli Mutinæ, ad tradi. per Cra-
uet. conſilio 162. numero quarto, reſpondeo
quod non poſſum negare, quin anceps ſim ſuper
certificatione perſonę huius teſtatoris, quæ erat
notarius & ſciebat conficere teſtamenta, ut pro
bant omnes fere teſtes examinati in hoc proceſ
ſu appellationis, & tamen ignorauit, vel non ex-
preſſit eius cognomen, nec cognomen uxoris, &
addidit cognomen matri, Ghiſaræ, omnibus
ignotiſſimum.

Præterea exprimit de domo una, cum in rei
veritate eſſent duæ, & pro duabus per eum ante
eius receſſum habitis, tentis, locatis, & habita-
tis, ut teſtes ipſi in eodem proceſſu affirmant, &
uix illę terrę, quas poſſidebat in montib. poterãt
haberi pro poſſeſſione, ut ex eiſdem teſtibus ſa-
tis uidetur comprobatum. ſed & ille error in co
gnomie matris uidetur ſatis conſiderabile, ſicut
20 in nomine † patris, per trad. per Rom. in conſil.
179. ampliſſime. colum. 2. Et cum ex probationi
bus factis appareat contrarium eius, quod in po
ſitionibus actorum fuit narratum, uidetur ſubla-
ta illa confeſſio, quæ inducebatur ex poſitionib.
quę etiam ex alio ceſſat, quia pars aduerſa in illis
21 non poteſt facere † fundamentum, ex quo illas
negauit. cap. ex eo, de reg. iur. in 6. & in terminis
Bartol. in l. poſt legatum, num. 11. ff. de his qui-
bus ut indig.

Quod autem hic Bernardinus acceſſerit ad di
ctam inſulam Melitæ, & ibi obierit, non ſatis ui-
detur probatum, niſi ex auditu, qui teſtes de au-
ditu deponentes non uidentur probare, c. licet
ex quadam, de teſti.

Et licet unus ex teſtibus productis in hac cau

ſa in proceſſu principali examinatus, tamen in
alia cauſa & inter alias perſonas deponat de vi-
ſu ipſius Bernardini viui,& mortui in dicta inſu-
la,non tamen in hac cauſa facit fidem, ſicut nec
alij teſtes producti, & in alia examinati, ut per
Doctor.in capit.cauſam quæ,de teſtibus,& in l.
ſecunda,C.de eden.ſicut etiam prætenſa confeſ-
ſio ipſorum de Bonelhinis facta in inſtrumento
compoſitionis cum matre ipſius Bernardini (ſi
qua tamen expreſſa, & per verba diſpoſitiua nõ
enunciatiua facta intelligatur) illis etiam non
obeſt,cum res ſit inter alios acta. & in confeſſio-
22 ne quòd niſi ſit iudicialis,& inter † partes facta
non noceat confitenti,trad.Doctor.in d.l.ſecun
da,vbi Alcia.col.uel pag.fin. & cum confeſſio ip
ſa non obſit confitenti ad fauorem tertij,ſumus
extra caſum l.primæ.ff.de confeſſ. & l.generali-
ter,C.de non numer.pecun.in cuius caſu ſpecia
li licet cõfeſſio nõ poſſit reprobari per teſtes,ſed
23 per ſcripturã,ex quo illa eſt facta in ſcriptis,†ſe-
cus tamen eſt in alijs inſtrumentis, non in ſcri-
ptis celebratis,ut per Batt.ibi,num.9. cuius opi-
* nio communis*eſt,ſecundum Salyc.ibi,num.5.
Et licet atteſtatio illa infirmariæ illius hoſpitalis
inſulæ prædictæ de morte dicti Bernardini te-
ſtantis loquatur, tamen de hoc, de quo contro-
uertitur,non loquitur,& pluralitas ſimilium no-
minum rem dubiam facere videtur.

Quod autem dicitur in dubijs,per indicia,&
24 præſumptiones ac coniecturas†probari identi-
tatem huius hominis, ex trad.in l.in tempus,§.
1.ff.de hæred.inſtit. & Pariſ.in conſil.3.num.12.
& ſeq.3. uolum.tollitur ex uerbiſmet Doct.in d.
§.1.& ex tex.ibi,qui exigit apertiſſimas probatio
nes,& Doctor.loquuntur in indiciis ex præſum
ptionibus iuris,& quę a iure approbentur,cuiuſ
modi non uidentur eſſe ea quæ in caſu iſto exi-
ſtere videntur.

Obijcitur etiam in dubiis cõtra ultimum fun
damentum pro parte noſtra ſupra cõſtructum,
quod imo conſtare uideatur hunc Paulũ aduer-
ſariũ fuiſſe illum,qui fuit uocatus in dicto teſta-
mento,licet ſit ab Area,& non de Hero, propter
pronunciam linguæ Gallicæ,ſecundum quã fuit
ſcriptum dictum teſtamentum.ſed talis obiectio
non eſt probata ex aduerſo,licet fuerit articula-
ta, & cum longe diſtent inter ſe cognomina iſta
ab Area, & de Hero, non videtur ſatisfactum
incertitudini.

25 Dum autem dicitur, errorem ſcribentis†veri
tati non officere debere,l.ſi librarius.ff.de regu-
lis iuris,& Socin. iunior in conſilio 135. nume-
ro primo,in ſecundo,admittimus id uerum eſſe,
modo de tali errore aliter conſtaret ex teſtibus
vel aliis probationib. extra teſtamentum, ut per
Doct.in l.error.C.de teſtam.

26 Et licet ſciam quod error † in nomine pro-
prio,vel cognomine non uitiet, quando de cor-
pore conſtat, l.ſi in nomine, C.de teſta. & §. ſi
quis in nomine, Inſtitu.de lega. & per Rip. late
in l.ſi quis in fundi uocabulo,in principio, ff.de
legat. primo, tamen opus eſt aliter de corpore
conſtare,& hoc eſt id,de quo quærimus,cum ne
gemus de hoc fuiſſe intellectum. Et ſi uera eſt
doctrina illa ſupra citata, quod in inſtitutione
hæredis certificanda,uel inducenda, coniectu-
ræ non ſufficiant,quam tenent Emanuel, & Fer-
nan.Vaſqui. ſupra citati,ceſſarent multæ & fere
omnes conſiderationes factæ in dubiis. Et cum
pars aduerſa in dicto teſtamento cum aliis con-
fecto nullum poſſit facere fundamentum, ut ſu-
pra comprobatum extitit, ceſſat etiam id quod
in dubiis dicitur, eos non poſſe reprobare id,
quod ſemel approbauerunt, ut per Gozadin. in
conſilio tertio, numero decimonono qui non
loquitur in contractu facto cum aliis perſonis,
ſed cum eiſdem, præter id quod quando ex iu-
ſta ignorantia motus fuit quis ad aliquid appro
bandum,cognita veritate, poteſt illud reproba-
re,ut inferius dicetur ſuper inſtrumento ceſſio-
nis. Et licet nullus alius adhuc comparuerit ad
petendum hanc hæreditatem,id mirum non eſt,
cum incertus ſit hæres, & incertus teſtator &
coniuncti proximiores ab inteſtato huic ſucce-
dere debent, quo caſu nec Iaſ.in dubijs citatus
in conſilio 304.columna tertia, ad finem,& co-
lumna quarta,in principio,nec Crauet.in conſi-
lio 269.numero quinto, loquuntur, ſed in aliis
penitus diuerſis caſibus diuerſam rationem ha-
bentibus:unde eorum opinio non facit ad ca-
ſum noſtrum,ex quo ex diuerſis non infertur,
l.finali, ff.de calum.l.Papinianus exuli. ff.de mi-
no. & id quod dicit Crauet.ibi, numero tertio,
ex Bald. in conſilio 70. in quarto, quod ubi eſt
27 nominis conformitas, illic præſumitur† corpo-
ris identitas, etiam in caſu iſto ceſſat, pro-
pter diſſormitatem cognominis. nec hoc ca-
ſu etiam loquitur Bald. qui etiam admittit non
ſufficere identitatem nominis, probata plurali-
tate nominum.

Coniunctio enim ſanguinis dicti Pauli non ui
detur multum ponderanda, cum fuerit in gra-
du ualde remoto, nec eſt ueriſimile quod ipſe
Bernardinus uoluerit ſorores excludere ſibi cõ-
iunctas in ſecundo gradu, ut admitteret remo-
tos in quinto, vel remotiore gradu: & tanto
magis cum illę ab inteſtato ei ſuccederent, &
tamen præſumitur ſe velle conformare diſpo-
28 ſitioni † iuris ſuæ ciuitatis,ut per Bartol. & alios
in l.hæredes mei. §.cum ita, ff.ad Trebell. quæ
præſumptio iunctis aliis, tanto magis reddit in-
certum dictum aſſertum teſtamentum, præter
id, quod Crauet.in dicto numero tertio,loqui-
tur in auia,quam teſtator hæredem inſtituere in
aliquo tenebatur, qui non eſt caſus noſter, ſi-
cut etiam Dec. in conſilio 120.numero quarto,
& Socin.iun.in conſilio 134. numero 79.in ter-
tio uolum. non loquuntur in hoc caſu, uel huic

ſimi-

ſimili, & eorum dictum magis videtur facere
pro iſta parte, cum extarent proximiores, & con
iunctiores perſonæ teſtatoris, quas veriſimiliter
inſtituiſſet. ſed quicquid ſit reſpectu incertitudi
nis teſtatoris, & dicti Pauli, cum teſtamentum ip
ſum ex alijs capitibus fuerit nullum, cum in eo
non interfuerit debitus numerus teſtium, nec ij
fuerint deſcripti cum ſuis debitis demonſtratio
nibus, & caruerit hæredis inſtitutione, negari nõ
poteſt, quin fuerit nullum, & inualidum & quin
ipſi agentes debeant obtinere.

Non obſtat etiam inſtrumentum conuentio-
nis, & compoſitionis factæ inter Donellinos, &
dictum Paulum ac Peregrinum ſubſtitutum etiã
in dicto teſtamento cui videtur ſtandum, l. 1. in
29 princ. ff. de pact. ex quo illarum perſonas † appro
barunt, quod nunc negare nequeunt, l. ſi propo-
nas, vbi Bal. ff. de inoffic. teſtamen. Dec. in conſil.
665. num. 2. & Rimin. in conſil. 408. in princip.
quia primo iſta obiectio ceſſat reſpectu Do. Ber-
nardini, qui non interuenit in dicto contractu,
& illud inſtrumentum ſibi non officit, ex quo
cum eis non contraxit, vnde quo ad eum liberas
ædes habemus.

Secundo, reſpectu vtriuſque dicitur, quod &
ſi ambo feciſſent dictum contractum compoſi-
tionis & conuentionis, cum tamẽ illud fecerint
caſu, quo ipſi ab Area eſſent legitimi hæredes, vt
in eo inſtrumento (& dummodo ſint legitimi hæ
redes) & ex ſupraſcriptis apparet, quod nõ ſunt
legitimi hæredes dicti Bernardini. illa conuen-
tio non eſt attendenda, nam illa dictio, dummo-
do, requirit quòd de neceſſitate exiſtat illud, cui
30 adijcitur, † ut actus poſſit effectum ſortiri, Ioan.
Andr. in c. ex tuarum, de aucto. & uſu pal. Ruin.
conſil. 202. num. 4. in 1. & 12. num. 37. in 3. vol.
nec eſt verum, ut dicitur in dubijs, quod illa clau
ſula alio tendat, nempe ut tãtummodo reſpiciat
ſolutionem pecuniarum, quia regula eſt in con-
31 trarium, qua clauſula in fine † poſita, refertur
ad omnia præcedentia. l. talis ſcriptura, §. fin. ff.
de leg. primo, cap. inquiſitioni, in fi. de appellat.
& cap. ſecundo requiris. ubi Dec. eodem ti. cum
alijs citatis per Port. Imo. concluſione 38. ſecun
do lib. ſuarum concluſionum. nec uideo, quo ſen
ſu poſſit referri ad ſolutionem pecuniarum, cum
ſi verum eſt, ut in dubijs pungitur, quod fuerit
contractum cum legitimis hæredibus, illi omni
no tenebãtur, iux. tenorem pacti abſque illa clau
ſula, cum contraxiſſent tamquam hæredes, nec
poſſent ſe hæredes negare, ideo propter hunc re
ſpectum illa clauſula fuiſſet ineptiſſime & inſulſiſ
ſime appoſita, niſi traheretur ad alia ſuperiora.

Tertio, cum non ſit in poteſtate tertij facere
per ſuam confeſſionem, quod quis ſit alterius le
gitimus hæres, ſed ſit iuris, an ſit, vel non ſit, con
32 feſſio contrahentis † nihil ſibi officit, Angelus
conſilio 22. pro deciſione, ad fin. & 404. forma-
ta fuit, numero primo, Roman. conſil. 113. pro
deciſione, numero quarto, & 160. in propoſito,
numero 4. Crauet. conſilijs 29. num. ſecundo, &
48. numero 7. 93. numero primo, & 262. nume-
ro 4. quod uoluit etiam Grammat. deciſione 81.
numero 6. Et quod quando non dependet a vo
33 luntate alicuius poſſe aliquem approbare, † pro
tali approbatio non officiat, trad. Abb. in capit.
2. numero 7. de exceptio. & Gram. conſil. ciuili
161. num. 2. & ſeq.

Quarto, licet in dubio ſtandum ſit cõtractui,
qui facit præſumptionem contra cõtrahentem,
& confitentem omnia, quæ in eo leguntur, l. opti
mam. C. de contr. & committen. ſtipul. ſi tamen
34 contrarium probetur, † tollitur præſumptio, quæ
erat contra contrahentem, ut in dicta l. & ibi no.
Doctor. & ad propoſitum trad. Bald. in l. fina.
numero 18. ad finem. l. C. ſi a non competen. iu
di. & clarius Felin. in capit. cum cauſam, numero
ſexto, de probationibus. & Alcia. in tracta. præ-
ſumptio. ſecunda reg. præſumptione 15. numero
ſecundo. quod ſi quis contrahat tamquam Ti-
tius de Papia, non poteſt dicere ſe erraſſe, niſi
probetur contrarium. Et quòd contrahens cum
aliquo, quem credebat eſſe hæredem & teſtamẽ
tum erat nullum ex capite inſtitutionis hæredis
in eo deficientis, propterea conſtito de veritate,
35 † illud ſibi non officit, tradit Vincen. Paleo. in di
cto conſil. 135. in fi. & ibi nume. 41. reſpondet ad
obiectum de acceptatione, pro ut etiam facit An
gelus in dicta l. ſi proponas, §. primo. quod illud
procedit, quo ad effectum, ut excludatur a que-
rela inofficioſi teſtamenti, ſecus quo ad excluſio
nem ne poſſit dici teſtamentum nullum, vt non
omittam quod cum quis approbet contrahen-
tem pro tali, iuſta, & probabili ignorantia motus
excuſatur, ut late per Cagnol. in l. qui cum alio,
nu. 15. ff. de reg. iur.

Poſtremo non obſtat, quod ipſi agentes ius
36 habere non uideantur, unde poſſeſſor † videtur
obtinere, l. fi. ff. de rei uendi. l. loci corpus, §. com
petit, ff. ſi ſeru. uendi. & Roman. conſil. 374. co
lum. 1. quia immo ius ſuum ex proceſſu funda-
tum eſt, ut ſupra in princip. oſtenſum eſt, & cum
ſint nepotes defuncti ex ſorore, & propinquio-
res in gradu ab inteſtato ipſi defuncto ſucceſſe-
runt, ut ſupra. Ex quibus ſublata ſunt omnia ac-
curate adducta in dubijs, & clara remanet con-
cluſio. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Ex diſpoſitione. l. hac edictali, C. de ſe-
cund. nup. quando filia primi matri-
monij poſſit auocare illud, quod plus
eſt relictum nouercæ.

Et quid, ſi filia iſta ſit a ſtatuto excluſa.

S V M M AE.

1 *Filia a ſtatuto excluſa, non habet beneficium l. hac edictali.*

2 *Proprietas ſeparata ab uſufructu, eſt æſtimanda peritorum iudicio.*

3 *Nouerca vſufructuaria, quando non poſsit moleſtari ex l. hac edictali, propter proprietatem relictam priuignis.*

4 *Vſufructuaria ſolum eſt vxor, etiam nullo dato cohærede, inſpecta mente teſtatoris.*

5 *Nouerca ex l. hac edictali, debet ſaltem habere tantum, quantum eſt legitima priuigni.*

6 *Filii primi matrimonii non poſſunt reuocare in totum relicta nouercæ, ſed ad æqualitatem omnia reducere.*

7 *Et tantumdem debet habere nouerca, etiam ſi aliquid præter legitimam eſſet relictum filio.*

8 *Legatum pro dote eſt conditionale, et dilatum in tempus nuptiarum.*

9 *Legatum illud dicitur conditionale, quod ex ſtatuto non tranſmittitur ad hæredes.*

10 *Legatum in diem, & habens dilationem, eſt minoris valoris.*

11 *Et minus eſt aſtimandum propter onus annexum, & qualitatem conditionis.*

12 *Interuſurii medii temporis habetur ratio in legatis conditionalibus.*

13 *Vſufructuariæ vniuerſali nullo dato cohære de cenſentur ſubſtituti filii teſtatoris per fideicommiſſum.*

14 *Nouerca, an plus ſit relictum quam filiis, vt cognoſcatur, attenditur tempus mortis teſtatoris.*

15 *Vſusfructus taxatur a lege pro annis quinquagintaquinque.*

16 *Filiis primi matrimonii, non ſecundi, applicatur omne id, quod plus eſt relictum nouercæ.*

17 *Fœmina excluſa a ſtatuto non excluditur tamen a lucro l. hac edictali.*

18 *Opinio vltimo loco citata, videtur teneri.*

19 *Iure accreſcendi defertur cohæredi vniuerſali, vel inſtituto in aliqua re illud, quod petere prohibetur alteri.*

20 *Vxor, cui plus eſt relictum quàm filiis primi matrimonii, non poteſt habere tantum, quantum eſt legitima illorum, & quando?*

CONSILIVM LXXXI.

Memorabor, Domine, iuſtit iæ tuæ ſolius.

PRæſentis conſultationis huiuſmodi mihi proponitur thema. Dominus Sigiſmundus Roſſetus ſuum condidit teſtamentum, in quo iure legati, & omni meliori &c. reliquit Dominæ Lauræ eius filiæ ex primo matrimonio aureos mille perſoluẽdos tempore, quo nubet præter mobilia, quæ tunc habere reperietur, declarans tamen quod ipſa nubere non poſſit, niſi expleto uigeſimo anno, iubens & mandans ſtare tacitam, &c. Et caſu, quo vellet monaſterium ingredi, reliquit ſolum libras mille, & quingentas computata ſupellectili, & fulcimentis, quæ requiruntur, mox idem teſtator poſt relictas dotes, & ratione auctionis libras quatuor centum & veſtes omnes Dominæ Hieronymæ ab Epiſcopo, eius ſecundæ vxori eandem inſtituit & reliquit hæredem uniuerſalem uſufructuariam omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, immobilium, feudalium, allodialium, iurium, actionum, pecuniarũ, beſtiarum, & omnium tandem, quæ ab eo Ferrariæ, vel alibi poſſeſſa fuerunt, declarans huiuſmodi relictum non alimenta tantum, ſed integrum, & uerum vſumfructum omnium importare, donec ipſa ſeruauerit, &cæt. detracto tamen vſufructu legitimæ portionis maſculorum filiorum, quos inſtituit tres natos, & omnes naſcituros æqualiter eos inuicem ſubſtituendo, vt latius apparet in teſtamento, abſoluit præterea Dominam vſufructuariam ab inuentarij confectione & fideiuſſoris præſtatione, dando illi poteſtatem abſque his dictum vſumfructum capiendi propria auctoritate, & grauauit illius filios ad fideiubendum pro ea, caſu quo vellent ei circa hanc rem moleſtiam inferre.

His enarratis mihi, conſultus fui, an de iure poſſet aliquo modo impediri huiuſmodi vſusfructus perceptio. reſpondeo poſſe, & hoc per diſpoſitionem l. hac edictali, in principio, C. de ſecundis nuptijs, & per §. optime, Authentica, de nupt. collatione quarta, nam cum dicta Laura filia ex primo matrimonio poſſit tantum conſequi mille aureos nubendo & libras mille & quatuor centum monaſterium in-

ingrediendo, vtique plus eſt relictum eius no-
uercæ, quæ ex diſpoſitione illius patris eſt
vſufructuaria opulentiſſimæ hæreditatis, diffici-
lis ſane & laborioſa erit hęc conſultatio ob opi-
nionum varietatem, & ſcriptorum multitudi-
nem, extat in hac re reſponſum Rolan. a Val. 29.
in quarto.

Ego, præter illum, aliqua addam, non vt cum
nobiliſſimo Iu. conſ. pedem conferam, ſed vt ve-
ritatem patefaciam, & honeſtiſſimis conſulentis
petitionibus ſatisfaciam.

Prima itaque facie dubitare poterat, non eſ-
ſe locum diſpoſitioni l. hac edictali. quia hæc fi-
lia patri non ſuccedebat ab inteſtato, cum exta-
rent fratres, a quibus excludebatur per ſtatu-
tum noſtrum ſub rubrica. de ſucceſſio. ab inteſta
to, quo fit, ut ſua non interſit quod nouerca fue-
rit inſtituta, cum alioqui ipſa non ſucceſſiſſet, ſed
1 fratres, & quòd hoc caſu filiæ non poſſint †reme
dium illius l. habere, firmat Ange. in dicto §. opti
me, Bertah. in repertorio, in uerbo, pater teſta-
tor, verſic. pater poteſt relinquere, Brun. in tra-
cta. quod ſtan. maſcu. &c. 10. articulo, quæſtione
tertia, numero 13. in fi. & in 12. articulo, quæſt.
9. in fi. & 13. articu. quæſtio. quinta, in fi. Idem te-
net Iaſ. conſilio 68. colum. fin. tertio uolum. ſe-
quitur Franciſ. Marc. quæſt. 25. numero 2. ſecun
da par. Tiraqu. in l. ſi unquam, in verbo, ſuſcepe-
rit liberos, num. 107. in fi. C. de reuocan. donat. il
lud etiam firmat Rip. in l. fœminæ. q. 8. nu. 10. C.
de ſecun. nupt.

Secundo, nõ uidetur ꝙ plus ſit relictum vxo-
ri, quàm filiæ: nam cum filia habeat mille aureos,
& filij maſculi ſint inſtituti in proprietate om-
nium bonorum, & vſufructu legitimæ, ipſa uero
nouerca habeat vſumfructum reſidui, non plus
fortaſſe habebit nouerca: neque enim dubium
2 eſt quod dicta proprietas venit †æſtimanda pe-
ritorum iudicio, Bald. conſil. 103. quęritur quali-
ter, primo volum. quem ſequitur Rip. in l. natu-
raliter, §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſſ.
numero 9. & quòd hoc caſu ſit æſtimandum to-
tum patrimonium, & nouerca defendẽda in ſuo
3 †relicto, tradit in indiuiduo, Bald. dicta l. hac
edictali, in princip. prima lectu. colum. in fi. num.
10. ubi Alber. num. 2. & Bertran. in d. l. ver. ita ta
men, numero 5.

Nec dicatur quod ipſa Domina fuerit etiam
in proprietate inſtituta, ex quo nullus eſt datus
cohęres ea uiuẽte in ipſa proprietate. quia inſpe-
4 cta †mente teſtatoris, non uidetur niſi vſufructua
ria, ut per Imol. Aret. & Alexand. in l. filius a pa-
tre, vbi Imo. num. 6. Alexan. num. 3. & Aret. co-
lum. penult. ff. de liber. & poſthum. cum qua opi-
nione uidetur tranſire Ang. Aret. in §. hæres. ſe-
cunda colum. Inſtit. de hæred. inſtit. & ibi firmat
Vigl. quam late comprobat Pic. in repet. l. Titia
teſtamento. §. Titia, quæſtio. 26. numero 102. &
103. de leg. ſecundo, & loquitur dicto num. 103.
quando filij ſunt inſtituti, Bald. conſilio 84. uiſo
puncto, nume. 2. in 4. Ruin. conſil. 51. num. 15. ſe-
cundo uolum. 53. per totum, & conſi. ultimo, nu
mero 22. eodem uolum. Didac. idem firmat lib.
2. reſolut. cap. 2. num. 5. & huius mentis uidetur
eſſe Ceph. conſil. 37. in fi. in primo uolum. Bero.
qui dicit ueriorem & communem, conſil. 58. nu
mero 5. & ſequen. in ſecundo volum. & tanto
magis id videtur procedere, cum ipſa fuerit inſti
tuta, donec uitam uidualem, & honeſtam ſerua-
uerit, quo caſu annuum videtur legatum, ut per
Ruin. d. conſ. 51. nu. 17.

Tertio, & ſi poſſet dici caſum iſtum admittere
diſpoſitionem d. l. hac edictali, uideretur ſaltem
tenendum, ut ipſa D. Hieronyma deberet tantũ
5 habere & conſequi, quantum †eſt legitima ipſius
D. Laura, quæ eſt tertia eius partis, quam fuiſſet
habitura ab inteſtato, auth. nouiſſima, C. de inof
ficio. teſtam. etiam quod fuerit minus legitima
illi relictũ, ut tenent quàmplures citati per Cra-
uet. conſil. 142. num. 5. & Bertrand. conſil. 10. pri-
ma par. primo impreſſorum, & conſil. 286. num.
7. in 2. par. ubi loquitur, etiam ſi ſit prohibitum,
ne filia plus petere poſſit, Bero. conſ. 60. numero
56. ſecundo uolum.

Quarto, & ultimo uidetur quod reuocatio fa
6 cienda per filiam non poſſit fieri †in totum, ſed
vt ſit æqualis cum nouerca, ut uoluerunt Petr.
& Cyn. in 4. quæſt. & Bald. num. 24. in 1. lectu. in
d. l. hac edictali, in princip. hinc ſi fuiſſet etiam re
lictum filiæ ultra legitimam, tantumdem uide-
7 tur nouercam †conſequi debere, Bertran. conſil.
102. num. 2. & 3. in 3. par. priorum.

His minime obſiſtẽtibus, contrariam ſequor
ſententiam, & arbitror locum eſſe diſpoſitioni
dictæ l. hac edictali, & dicti §. optime. quibus di-
ſponitur, nõ poſſe plus relinqui nouercæ, quam
uni filio, uel filię primi matrimonij, cui minus re
lictum ſit. hinc fit vt cõſiderando quod legatum
factum ſcutorum mille Dominę Lauræ continet
etiam ſuam partem dotis maternæ, & ſic non re
manet ſcutorum mille, tantumdem poteſt con-
ſequi Dom. Hieronyma eius nouerca & non am
plius aliquid.

Nec omitto, quod non uidetur ſatis clarum,
legatum factum Dominæ Laurę aſcendere ad ta
lem ſummam; quia eſt conditionale, & dilatum
8 †in tempus nuptiarum, iux. trad. per Bar. & Caſt.
& alios in l. Titio centum. §. Titio. ff. de condit.
& demonſtr. & per Bart. conſil. 200. quæritur. de
legatis, & de hoc non eſt dubium ſtante ſtatuto
noſtro ſub rubrica. infra quantum tempus frater
vel deſcendens, &c. fol. 86. diſponentem filiam
decedentem ante ætatem annor. 18. non tranſ-
mittere dotem ad ſuos hæredes, quo caſu lega-
9 tum †omnino conditionale eſt, vt per Lau. de Pa
lat. in tract. quod ſtan. maſcu. num. 235. & ſeq. &
latius per Brun. in eo. tract. 11. art. quæſt. 3. num.
20. cum ſequen. neque enim ambiget aliquis, mi

nus relictum illi,cui ſub conditione relictum eſt,
quàm cui purè : ſicut longe minus eſt legatum,
10 quod† in diem ſit,& dilationem temporis habet.
l.circa legem, ff.ad l.Falcid.l.in quantitate. §.in
diem, ff.eod.tit.cum alijs locis citatis per Tiraq.
in tract.de retract.tit. 1.§. 1.glo. 18.num.34.& ſe
quen. & certius eſt deberi legatū in diem quàm
ſub conditione, l.cedere diem. ff.de verborum
ſignificat.quo fit ut in re noſtra minus æſtiman-
11 dum ſit legatum† propter qualitatem huius con
ditionis,& onus annexum,ad trad.per Rip.poſt
Bar.& alios in l.prima,§.ſi hæres,nume.25.cum
ſequen. ff.ad Trebell. & Cagnol.in l.2. C.de re-
ſcinden. uendi.nu.233.ſecunda colum. & quòd
12 in legatis conditionalibus debeat † haberi ratio
interuſurij medij temporis,probatur in d.l.circa
legem,& in l.in lege Falcidia,& in l.qui quadrin
genta.§.fin.ff.ad l.Falcid.quod quidem interuſu
rium medij temporis poteſt excedere alimenta,
quæ illi debentur, & accedit quod hoc legatum
eſt nedum conditionale,ſed in diem,nam vſque
ad uigeſimum annum erit in diem,cum ipſa non
poſſit filia citius nubere, ulterius vero conditio-
nale, poſſemus etiam conſiderare caſum ingreſ-
ſus monaſterij, & tunc Domina Hieronyma poſ
ſet tm̄ mille,& quatuorcentum libras conſequi.

Iam vero quod longe amplius fuerit relictum
Dominę Hieronymę nouercæ non eſt dubitan-
dum,cum iure tenēdum ſit,illam nedum in vſu-
fructu , ſed in proprietate fuiſſe inſtitutam , &
inſtitutionem vſusfructus trahere ad ſe proprie-
tatem ipſam,cum in ea nullus fuerit datus cohæ
res ea uiuente, quo caſu filij teſtatoris cēſentur
13 eidem † ſubſtituti per fideicommiſſum, l. pri-
ma,§.ſi ex fundo,ff.de hæred.inſtitu.& trad.Bal.
in l.id quod pauperibus,quæſtio.14.numero 27.
C.de epiſcop.& cleric.Salyc.in l.extraneum, ul-
tima quæſtio.num.8.C.de hæredib.inſtitu.Caſt.
in dicto.§.ſi ex fundo,Alexand.conſil.162.circa
primum dubium, 2.dub.ſecundo uolum. Iaſ.in
d.l.extraneum,colum.fin.3.limitatio.Dec.conſi
lio 278.num.ſecundo, Duran.de arte teſtan.tit.
5.caut.39.num.2.Bellon.conſil.7.nume.5.Pariſ.
conſil.69.num.11.2.uolum.Ruin.conſil.36.nu-
mero 3.in 2. quam ſententiam admittit Soc. iu.
conſil.84.num.7.in primo,& 183.num.45.in ſe-
cundo,quam & tenet Nat.conſil.459. nume.12.
& Crot.conſil.79.num.9. & ſequen.in 1.Bero.
conſil.42.num.35.37.& ſequen.1.uolum.& con
ſil.35.num.20.& ſequen.in 2.in quibus locis ple
rique ex ipſis moderniores fatentur, hanc eſſe
* communem*opinionem, & alios huius ſenten-
tiæ adducam auctores, cum opus erit.

Sed neque cōtraria ſententia,licet uera eſſet,
nobis officeret,nam qui contrarium tenent, di-
cunt inſpiciendum eſſe euentum,ut appareat an
fuerit relicta proprietas,necne:nam præmorien
tibus,vel non adeuntibus hæredib. uocatis poſt
mortem fructuariæ,uxor cenſetur in proprieta-
te & uſufructu inſtituta,ſecus ſi adirent,& eſſent
hæredes.at in propoſito noſtro attendēdum eſt
14 tempus mortis teſtatoris ad cognoſcendū, † an
plus ſit relictum nouercæ quàm filijs, ut eſt tex.
in §.quia uero,in d. Auth.de nupt. \ trad.gloſ.&
omnes in d.l.hac edictali, in prin.& ſic magis cē
ſenda eſt relicta proprietas nouercæ,quam filijs,
quibus repugnante expreſſa teſtatoris mente,ut
dicam infra, acquiri non poteſt.

Sed concedamus quod hæc proprietas ſtare
poſſet in pendenti,uel in aere, ut dicunt Docto.
negari tamen non poterit,quin habendo vſum-
fructum omnium bonorū teſtatoris,longe plus
habeat quam Do.Laura, quia conſiderandus eſt
vſusfructus inſpecto tempore, quo ipſa ueriſimi
liter uiuere poſſet, eſt enim iuuenis, & debet ta-
15 xari,& conſiderari uſusfructus†pro annis 55.ut
eſt tex.in l.hęreditatum,poſt princ.ff.ad l.Falcid.
& quòd hoc caſu ita ſit conſiderandus & taxan
dus vſusfructus,in indiuiduo trad. Bertran.in d.
l.hac edictali,ver.ita tamen,num.4. & ſeq.Bero.
conſil.40.num.16. & 17.in ſecundo, Ruin.con-
ſil.53.numero 22.in ſecundo, Neuiz.conſil.84.
circa finem.

Concludo itaque,omnino locum eſſe diſpoſi
tioni prędictæ,& ipſos filios auocare poſſe illud
ſuperfluum, quod relictum fuit dictæ eorum no
16 uercę,quod ſibi applicatur,†nō filijs ſecundi ma
trimonij,authen.ad ſolos.C.de ſecun.nupt.& in
corpore vnde ſumitur,Bal.in d.l.hac edictali, in
fi.prin.nu.25.Bertr.d.conſ.63.nu.1.1.par.& 28.
nu.18.1.uol.2.impreſſorum, & 124.nu.3.in 3.uo
lum.eorundem,Cran.conſ.193.nu.13.& 194.nu.
5 Franc.Marc.q.1.13.nu.5. 2.par.Bero.conſ.39.
3.dub.nu.7. & ſeq. 2.uol.

Non obſtant modo quæ ſupra in cōtrarium
adducebamus,& primo, quòd filia excluſa a ſuc
ceſſione ex forma ſtatuti propter agnatos pari-
ter excludatur a remedio & lucro huius legis:nā
17 †opinio iſta eſt falſa,& contraria uerior & com
* munior*eſt, ſecundum quam conſuluit Caſtr.in
conſil.quod non reperitur in impreſſis, incipien
te,Franciſcus habuit uxorem,cui ſubſcripſerunt
Ant.de Roſel.Ioan.de Imola,& Florian.ut refert
Corn.qui hanc opinionem ſequitur in conſ.97.
in fi.1.uol.& in conſ.82.4.col.3.uol.ubi tamen in
illo caſu Cor.aliter reſpōdit,quia ſtatutū expreſ
ſe excludebat fęminas & uocabat filium ſecundi
matrimonij,idem tenet ipſemet Cor.conſ.309.
3.col. 3.uol.ubi plurib. rationib. hanc opinionē
defendit,& prętæteris idem tenet Soc.conſ.35.
nu.12.& 15.in 4.Dec.conſ.396.in fi.ubi reproba
tur Ang.in d.§.optime, idē tenet ſequendo Cor.
d.conſ.309. Bru.ſibi contrarius in d.tract.8.art.
quæſtio. 29. numero 144. quam late defendit
ab omnibus Bertrand. in dicta l.hac edictali, in
ultima colum.quem uidetur ſequi Boer.deciſio.
201.numero quinto,in fi. ubi ultimo loco citat
ipſum Bertrand. & ſic uidetur illius opinionem
pro-

18 probare,† iux.gloſ. ult.in l.qui filium,§.Sabinus, ff.ad Trebel.Aret.in §.item precium, Inſtitu.de empt.& uend.Dec.poſt Felyn.in capit.primo,in fi.de conſtit.eandem etiam opinionem tenet Socin.iun.conſil.103.num.43.primo uolum.& illi cenſetur adhærere Zanch. in l.hæredes mei. §.cum ita, num. 1181.in princ. & in fi.& nu.1183. 2.colum.ver.contra tamen. ff.ad Treb.eiuſdem etiam eſt ſententiæ Crauet.conſil.242. num.7. ver.tertio reſpondeo.& idem tenet Rol.ſequendo Crau.conſ.95.nu.42. 1.uol.

Secundo non obſtat, quod proprietas fuerit relicta dictis filiabus, quia imo contrarium verius eſt,ut ſupra,cum imo accreuerit vſufructui, in quo ipſa fuit inſtituta,ut ſupra,quod tanto magis dicendum eſt, cum ipſe teſtator prohibuerit filium plus petere poſſe in bonis teſtatoris ultra ſummā illi relictam,quo caſu reliquum accreſcit
19 cohæredi uniuerſali,uel inſtituto in aliqua re† ſine prohibitione aliqua & manifeſta teſtatoris mente.l.quoties, C.de hæredib.inſtitu.& l.quoties,§.ſi duo,ubi Bart.nu.6. ff.eodem tit.& idem eſt in filio,quod in extraneo,ut eidem poſſit prohiberi ius accreſcendi in legitimam,ut per Caſt. in d.§.ſi duo. in fi.

Tertio non obſtat,quod ipſa Dom.Hieronyma poſſet habere tantum.quantum eſt legitima unius ex dictis filijs,etiam quod minus legitima eis fuerit relictum:quia licet hæc quæſtio ſit controuerſa,tamen quando teſtator prohibuit filios plus petere,quàm eis reliquit,& tunc licet illud ſuppleatur a lege, attamen quia id eſt contra uo-
20 luntatem teſtatoris,ceſſat controuerſia,† & non debetur vxori. ita trad.Bertran.in conſilio 124. nume.13.tertio volum.2.impreſſorum, & in d.l. hac edictali,ver.ita tamē.2.quęſt.ubi late diſcutit hanc q.Nicol.Arleta.in reſponſo ſuo 2.num.11. reſponſorum ſuorum impreſſorum in dic.tracta. de ſecundis nupt.Ruin.conſil. 18.num.10.5.volum.Boer.d.deciſ.101.num.12.& 6.Crau.d.conſil.193.num.12. & licet etiam filia prohibita, ut ſupra,acceptaret legatum,tamen etiam dicta lucra petere poteſt, Bal.in d.l.hac edictali,in prin. nu.15.Et hęc ſufficiant hoc tempore,alia addam poſtea, ſi circa hanc cauſſam, quæ diximus apud aliquem dubia eſſe continget. Laus ſanctiſſimæ Virgini.

Claud.Bertaz.I.C

ARGVMENTVM.

In eadem cauſa diſputatur de opinione Ang.in §.optime,in Authen. de nupt. collat. 4. oſtendendo filiam a ſtatuto excluſam habere beneficium l. hac edictali.

S V M M Æ.

1 *Nouercæ quod plus eſt relictum quam filiis primi matrimonii,habetur pro non ſcripto.*
2 *Filia ingrata non ſuccedit in exceſſu ex beneficio l.hac edictali.*
3 *Nuptias ſecundas contrahens, cenſetur exhonorare filios primi matrimonii.*
4 *Pœna l.hac edictali, irrogatur propter tranſitum ad ſecundas nuptias.*
5 *Lucrum ex l.hac edictali. debetur filiis primi matrimonii, etiam quod non ſint hæredes patris, vel matris.*
6 *Filia a ſtatuto excluſa habet tamen lucrum ex l.hac edictali.*
7 *Sicuti non excluditur a cæteris lucris debitis propter tranſitum parentis ad ſecundas nuptias.*
8 *Filia excluſa ab hæreditate parentum propter renunciationem, habet tamen lucra l. hac edictali.*
9 *Lucrum ex l.hac edictali,debetur filiæ excluſa a ſtatuto contra opinionem Ang.*
10 *Filia a ſtatuto excluſa, non habetur pro ingrata, quia ſine culpa ſua a ſtatuto excluditur.*
11 *Filia ingrata non eſt a patre, vel eius hæredibus dotanda.*
12 *Filia a ſtatuto excluſa, eſt dotanda, & ex iure municipali & ex iure communi.*
13 *Et ſi non penitus excluditur, ſed reſeruatur legitima, vel dos non minor legitima, non habetur pro mortua, vel exhæredata aut extranea.*
14 *Et in caſu teſtati non ita excluditur, ut non poſſit petere legitimam, vel illius ſupplementum.*
15 *Pater non videtur facere aliquam iniuriam filiæ inſtituendo venientes ab inteſtato.*
16 *Filia ſtatuto non obſtante poteſt agere, quando extranei ſunt inſtituti a patre.*
17 *Filia a ſtatuto excluſa, non habetur pro mortua, nec deſinit eſſe ſua.*
18 *Nec poteſt præteriri, quando ſunt inſtituti extranei.*
19 *Et an illa ita habeat lucrum, l.hac edictali, prout l.fœmina?*
20 *Pœna tam l.fœminæ, quam l.hac edictali, C.*

de ſecund. nupt. plectuntur binubi propter ſecundas nuptias.

21 *Beneficium l. hac edictali, diſtat a ſucceſſione ab inteſtato, ſicut diſtat a beneficio legis filio legitimam concedentis.*

22 *Lucrũ. l. hac edictali, alio iure debetur quam legitima.*

CONSILIVM LXXXII.

Memorabor, Domine, iuſtitiæ tuæ ſolius.

PRopoſitum ſupra fuit in facto, D. Sigiſmundum Roſſetum in ſuo vltimo teſtamento plura legata feciſſe Dominæ Hieronymæ ab Epiſcopo eius ſecundę uxori longè excedentia legatum factum Dom. Lauræ eius filiæ ex prima uxore, & propterea prætendit ipſa D. Laura id, quod fuit nouercæ ſuum legatum excedens haberi pro non ſcripto & ſibi fuiſſe applica
1 tum † ex diſpoſitione. l. hac edictali, in princ. ubi Bar. Bal. & alij. C. de ſecund. nupt. & in §. optime, in Auth. de nup coll. 4. cum alijs traditis per Bertrand. in conſil. 63. nume. 1. 1. uolum. primæ par. Crau. conſi. 193. nu. 13. & 194. nu. 5. & Beio. conſil. 39. 3. dubio, nume. 7. & ſeq. & conſil. ſequen. num. 7. ſecundo vol.

Pro parte uero nouercæ prætenditur, diſpoſitionem dictorum iurium hoc caſu non procedere poſſe: quia cum ipſa filia ſit excluſa a ſucceſſione ab inteſtato ex diſpoſitione ſtatuti noſtri a fratribus maſculis inſtitutis in teſtamẽto patris, ſicut filia ingrata non poteſt patri Innito in hoc
2 exceſſu ſuccedere, † ut in terminis decidit Ange. in d §. optime, quem multi retulerunt & ſequuti fuere, vt Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore, nu. 290. ff. de vſucap. & in conſil. 63. in 3. uolum. Brun. in tract. ſuper ſtat. quod ſtanti. maſcu. fęmi. non ſucced. 10. artic. quæſt. 3. num. 13. in 12. artic. q. 9. in fi. num. 159. & 13. artic. quæſt. 5. in fi. num. 76. & videtur ſequi etiam Franc. Marc. q. 25. num. 2. ſecunda par. Tiraq. in l. ſi umquam, in ver. ſuſceperit liberos. nume. 107. in fi. C. de reuocan. donat. quam etiam in terminis d. l. hac edictali. diſputãdo firmat Rip. in repet. l. fęminæ. 8. quæſt. nu. 10. C. de ſecund. nup. cui opinioni uidetur adhærere illam poſtremo loco referendo Anton. Gabr. lib. 3. ſuarum concluſ. d. tit. de ſecund. nupt. concluſ. 4. num. 40. uerſ. contrarium. quam uidetur etiam ſequi Hierony. Zanch. in repet. l. hæredes mei. §. cum ita, num. 1182. ff. ad Trebell. & quam ſententiam tenuit Excellens D. Rim. iun. in conſilio 47. num. 40. qui etiam idem in ſpecie in hac cauſa conſuluit ad fauorem nouercę pluribus rationib. hanc opinionem ſuam comprobans. Ego vero ſemper fui & nunc magis ſum contrariæ ** ſententiæ, quæ communior ** & verior (mea ſententia) eſt, & pro qua ſupra ſcripſi & alias iudicatum uidi, quod diſpoſitio d. l. hac edictali, locum habeat etiam in filia primi matrimonij, alioqui per maſculos a ſtatuto excluſa.

Et principio præmitto, quod pater, uel mater
3 tranſiens ad ſecundas nuptias † cenſeatur exhonorare, ut dicunt noſtri Doctor. filios primi matrimonij, ut in Auth. de nupt. §. ſi vero expectet. verſ. ſi uero ſit ſoboles, colla. 4. & illis fit ex talibus nuptijs iniuria, ut in Auth. de non eligen. ſecun. nuben. §. proſpexit, collat. 1. Bal. poſt Iacob. Butri. in d. l. hac edictali. nu. 25. Floria. de ſancto Pet. in diſputatione ſua 1. nu. 13. Dec. conſ. 206. num. 4. & 396. nume. 2. & propterea lex plures pęnas illis irrogat in beneficium ipſorum filiorum, ut in gloſ. 1. in d. lege applicando lucra, quę habuit maritus, uel uxor, ex primo matrimonio filijs ipſius matrimonij, ut in l. fęminæ, & alijs ſequen. C. eodem tit. & priuando binubum relinquendi, uel dandi facultatem ſecundo uiro, uel uxori ultra datum uel relictum uni ex filijs primi matrimonij, ut in d. l. hac edictali, & ita illic firmant Pet. de Bellaper. Cyn. & Bald. in princip. & quod propter tranſitũ ad ſecundas nuptias hæc pœna. l. hac edictali, binubis irrogetur, expreſſe
4 † tenuere Azo in ſumma in d. Auth. de nupt. nume. 7. uerſ. ſecundo, & Soc. in conſ. 35. num. 15. 4. uol. & Io. de Garo. in rubr. de ſecun. nup. 1. par. nu. 10. uerſ. ſecunda pęna.

Secundo præmitto, quod lucra huiuſmodi debentur filijs primi matrimonij, etiam quod non
5 ſint hæredes † patris, uel matris. §. & ſuper ijs, in dicta Authen. de nupt. auth. hæres. C. de ſecun. nup. Caſtr. conſil. 150. uiſo caſu, & allegationib. colum. 2. in princ. 2. uolum. Dec. in rub. C. de ſecund. nupt. num. 7. & in conſil. 396. nu. 3 & plures citat Rip. in d. l. fœminæ, num. 10. 8. quęſt. & in terminis in dic. l. hac edictali, Bertran. in repet. ipſius. l. in §. ſi uero plus, num. 20. ubi alios citat.

His præmiſſis deuenio ad reſolutionem puncti, & primo comprobo hanc ſententiam auctoritate, & ſubinde confutabo contrariam Ang. ratione. Primo enim, quod fœmina excluſa a ſtatu
6 to hoc lucrum debeat † cõſequi, tenuerunt Pau. de Caſtro in conſil. quod creditur non impreſſum, incip. Franciſcus habuit uxorem, Anton. de Roſel. Imola & Floria. ſubſcribẽtes, prout refert Cor. conſil. 97. in 1 uolum. vbi tenet hanc ſententiam, quam in effectu tenet in conſil. 82. 4. colu. in 3. & in conſil. 309. 3. colum. eod. uolum. Soc. in d. conſil. 35. nu. 12. & ſequen. 4. uolum. & opinionem Ang. etiam reprobat Dec. in conſil. præallegato 396. ad fi. uer. non obſtant allegata. Bru. melius ſibi conſcius in d. tract. ſuper ſtatu. quod ſtanti. maſcu. 8. artic. quæſt. 29. ubi ſequitur Cor. in d. conſil. 309. hanc etiam ſententiam, articulũ plene diſcutiens. firmat oſtendens opinionem Ang. omni iure falſam in d. l. hac edictali. in fi. in

vlti-

vltimis colum. quem ſequitur Boer. deciſ. 201.
num.5.in fi.quam tenet etiam Soci. iun. conſil.
103.num.43.1.uolum.& huic magis accedit Hie
ro.Zanch.in d. §.cum ita.ex quo ultimo loco re
fert hanc opinionem Bertran.& ad eam ſe remit
tit ſecundum gl.vltimam in l.qui filium. §.Sabi-
nus.ff.ad Trebelli.Areti.in §.item pretium,Inſt.
de empt.& uend.Dec.poſt Fely.in c.fi.de conſt.
ad idem facit deciſio alterius q. quæ cum præ-
ſenti noſtra fraternizat, & omnino eiſdem ra-
tionibus deciditur, quam ponit Saly. in d.l. fœ-
minæ, §.illud,nume.3. in filia excluſa a ſtatuto
7 † propter maſculos, quæ tamen non excluditur
a conſecutione lucrorum ſibi debitorum pro-
pter tranſitum parentis ad ſecundas nuptias, &
dicit ita per eum fuiſſe obtentum, quam ſenten
tiam tenent etiam Soci.in d. conſil.35.in 2. du-
bio,Dec.d.conſil.396.Rui.conſil.58.nu. 3.5.uo
lum.& Pariſ.conſil.10.nu.78.3.volum.& quam
• opinionem Saly.dicit communem * Rol. a Val.
conſ.95.nu.41.1.volum.

Huic etiam concinit reſolutio alterius ſimi-
lis quæſtionis,an filia quæ renuntiauit & quieta
uit bona parentum, poſſit hæc lucra petere non
obſtante renũtiatione ab hæreditate†parentum
8 ſit excluſa,quam ponit Oldr.conſil.194. Guid.
Pap.q.228.& ſequen. Dec.conſil.231.col.pen.
& d.conſi.396.colum.2.ac in d. Rubr.num.7.ac
Didac.Couar.in repe.c.quamuis.3.par.relectio
nis.§.3.num.1.& Bertran.in d.l.hac edictali,ver
ſic.ultimo,num.8.& ſeq. concludentes minime
a dictis lucris excludi, & in lucro debito ex d.l.
hac edictali,in quo pari paſſu proceditur, qđ re
nũtiatio nõ obeſt, tradit Craue.in conſ.242.nu.
7.verſiculo 3. & illum ſequitur Rolan. d. conſil.
95.numero 41.

Ex quibus in hac ſententia reſideo opinio-
nem hanc contra Ang veram & communem eſ
ſe, ſecundum quam ſcio fuiſſe iudicatũ per duas
ſententias conformes, meo aduocante patre in
hæreditate q.Magiſtri Simonis Frignani de Sa-
xolo ad fauorem Domi.Heliſabeth filiæ Domi.
Herculis Manetæ, quarum altera lata fuit cum
conſilio Magnifici Prætoris Ferrariæ, & altera
cum conſilio olim Magnifici Dom.Iulij Scarlati
ni,Iuriſconſulti excellentis, aduocante pro alte-
ra parte Illuſtri D. Landerchio Imolenſi.

Et cuius noſtræ ſententiæ iuſtitia tanto cla-
rior apparebit, ſi oſtendero rationes, quibus mo
uentur Doctores ad tenendum contrarium,nõ
eſſe ueras & in caſu iſto non procedere.Opinio
9 †igitur Ange.fundatur in tex.& gloſ.in d. §.opti
me,in quo ab iſtis lucris excluduntur filij ingra-
ti,& propterea infert ad filiam excluſam a ſtatu
to,quę illatio non eſt bona,quia filia excluſa per
10 ſtatutum†non habetur pro ingrata,cum ſine cul
aliter quam fuerit intellectum per Rotam, ceſ-
55 ſant eius rationes ſuper eo fundatæ, quia † ſubla
to fundamento ædificata corruunt, l.egi, in prin
cip.ff.de excep.rei iud. 1.q. 1.c.cum Paulus. Quo
fit ut licet teſtator in ſubſtitutione gñali facta
poſt inſtitutionẽ inter ipſos inſtitutos uocauerit
ſuperſtitẽ, ſeu ſuperſtites illorũ, caſu quos unus
ex hęredib.uel plures obierint ſine filijs, non tñ
ſic uocauit ſuperſtites ad legata Dominæ Vincẽ
tiæ relicta, poſt eius mortem, ſed omnes hęredes
uocauit per modum pro ut erant nocati in inſti
tutione generali, licet etiam hoc non obeſſet ſi
uocaſſet, Zanch.in d.§.cum ita, num. 217. 219. &
341. Vnde cum in inſtitutione generali nũquam
unus in parte alterius prædecedẽtis fuerit uoca
tus niſi in duobus caſibus, ſcilicet ſi prædecedẽs
non fuerit hæres, nel poſt aditam hæreditatem
obierit ſine filijs, & neuter horum caſuum eue-
nerit, ita pariter non cenſetur in parte iſtorum
bonorum illos uocaſſe teſtator.

Præterea modicũ etiam poſſet fieri fundamẽ-
tum in uerb. ſuperſtites, cum nõ propterea cen
ſeatur reſtricta ſubſtitutio ut ad filios non tranſ
mittatur, cum talis exceſſio nihil operetur, quan
doquidem nullus poſſit ſubſtitui niſi ſit ſuper-
ſtes, uel ſuperuiuat, † ut ad propoſitum trad.Iaſ.
56 in d.conſil.154.colnm.fi.in 4. Dec. conſilio 369.
num. 1.& 515. num. 1.ad fi.Craue.conſil.106.nu
mero 3.& in d.l.cum filiofam.2.par. num. 261.
& 355. ac Hieronym.Zanch.in d. §.cum ita.nu-
mero 219. ſic etiam tollitur illa opinio, quòd filij
poſiti in conditione non cenſeantur uocati, ſe-
* cundum gloſ.communiter* recepam in d.l. Lu-
cius. quia hic non agimus de uocatione uel ſub-
ſtitutione, ſed de trãſmiſſione quæ minori fit diſ
ficultate eo facilius admittitur ut ſupra.

Non obſtant etiam quæ adducta fuere ſupra
quòd fideicõmiſſum hoc particulare, uel legatũ
fuerit effectum caducum propter prædeceden-
tis Dom.Ioãnis mortem, quia primo d.D.Vinc.
vr̃ inſtituta in illis bonis in uita ſua tm̃, ſeu natu-
raliuita ſua durante, quo caſu ea decedente bo-
na ipſa ad hæreditatem redierunt, & ſic non tm̃
ad hæredes, ſed ad hęredũ hr̃des, ꝑ ea quę ſupra
dicta fuere. Secũdò ex cõiecturis ſupra deductis
cõſtat teſtatorem noluiſſe ſuam partẽ dictorum
bonorũ deuenire ad filios ipſorũ inſtitutorũ per
ſupra allegatas præſumptiones, & coniecturas.

Et licet non verſemur in caſu Soci.in d. §.cũ
ita, cũ hic nõ tractemus de excluſione extranei
ſubſtituti, nihilom. non eſt ſpernenda coniectu-
ra filiorum poſitorum in cõditione, quæ & ſi ſo
la forte nõ ſufficeret, quam tñ ſat eſſe multi quos
ſupra citaui uoluerunt concurrentib. tot alijs, nõ
ur̃ dubitandum quin conſtet de uoluntate teſtã
tis tranſmiſſionem fuiſſe faciendam. Nec eſt ue-
rum, vt dicũt Dñi de Rota in d.deciſ.ꝙ ſi D.Ant.
ſuccederet in partẽ patris, ꝙ teſtõr decederet ꝓ
parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quia cum
pater eius adiuerit hęred. pro eius quota, & pars
iſta horũ bonorũ trãſmiſſa fuerit ad eius filiũ, cẽ-
ſetur in o b.teſtõr teſtatus deceſſiſſe. & maxime
quia D.Ant.admittir̃ ex perſona pr̃is, & ut eius
hæres, ut per Craue.in d.l.d. 2.par.num.340.

57 Dum aũt ipſi Dñi de Rota † rñdent ad conſil.
Comen. 13. ſupra citatum ꝙ in eo caſu ipſe non
tm̃ fundat ſuam deciſ.in poſit. filiorum in condi
tio. ſed quia erant uocati ſuperſtites in nu.plura
li, qui in uno uerificari non poterat, ꝓpea cenſe
batur teſtator uoluiſſe uocare filios inſtituti: Rñ
ſio iſta nedum nobis nõ obeſt, ſed prodeſt, ut ſu
pra oſtẽdi, quia cũ teſtator uoluerit ordine ſuc-
ceſſiuo in his bonis legatis hr̃des inſtitutos ſuc-
cedere, & non põt uerificari ſucceſſio niſi etiam
fiat tranſmiſſio ad filios, hoc conſilium decidit
hunc caſum ad fauorem Dom. Ant.

Conſil. ẽt Fulg. 15. allegatum fuit pro iſta par
te, quia ipſe fundat conſultat. ſuam ẽt in eo, quia
filij fuerunt poſiti in cõdit. licet ẽt in eo caſu mo
ueatur, quia ꝑ mutationẽ pũcti poſſet cõſtare de
clara mẽte teſtatoris. et ad hoc allegar̃ per q̃ plu
rimos ex ſupracitatis, uerũ quia hic interueniũt
aliæ coniecturæ de uoluntate clara ipſius teſtan
tis quæ plus importat quam pnncti mutatio, il-
lud conſilium etiam facit ad propoſitum, quic
quid reſpondeant dicti DD. de Rota.

Cur.Sen.conſ.75. facit pro iſta parte ẽt ꝙ fun
det ſe in coniectura conſeruationis agnationis,
cũ in caſu nr̃o teſtator pariter cenſeatur motus
eadem rõne inſtituẽ. maſculos agnatos remotio
res, & excludendo fęminas proximiores. Dec. ẽt
cõſ. 397. hãc opin. firmat, licet alio tendat cõſul
tatio ſua, ſed ultra cũ illã tenẽt tot alij, ut ſaltẽ ac
cedẽte aliqua vel leui cõiectura nefas videar̃ ab
illa recedere, ſed ne dũ leuis, & unica, in caſu nr̃o
cõcurrit, ſed plures, et graues, et ex ſupra alle. cõ-
ſtat, & ꝑpea ſnia Rotę, q̃ ad illa nõ aĩaduertit ve
nit reuocãda. & ex his tollunr̃ rõnes ipſius Rotę.

Quod aũt ſupra dicebar̃ ꝓ diuerſa parte filios
58 poſitos in cõdit. ẽt reſpũ legatorũ nõ cẽſeri tuo
catos nõ eſt ſine dubio, cũ multi, & magnę aucto
ritatis teneãt cõtrariam ſn [illegible] am relati ꝑ Didac. &
Zanch.in d.locis, quib. additur Bernard. Diaz. in
ſuis reg.iur.in reg.738. teſtator 1. fallen. Et nega
ri non poteſt quin tales in conditione cenſean-
59 tur ſaltem largo † modo uocati, ut trad. Craue.

d.l.cùm filiofam.d.2. par. num.341.& habeant
qualemqualē uoluntatem teſtantis, ut per Pa-
riſ.d.conſil.5.num.33.in 3.& Ceph. in conſ.ſu-
pra citatis,& in cōſ.17.nu.13.& cū in 4.par. hř-
ditatis,in qua fuit inſtitutus D. Ioan. teſtōr illū
p̄dilexerit,& filios ſuos cęteris cohřdib. dicēdū
60 eſt ꝙ ēt in 4.par.† relictorum D.Vinc. pariter d.
eius filios p̄dilexetit,iux.trad.4.pRub.cōſ.26.n.
4.& Rui.cōſ.178.nu.8.2.vol.& trad.Soc.ſupra ci
tatus ad propoſitum, d.conſ.102. num.15.in 3.
Non obſt.modo ea quæ ſupta in cōtrariū ad-
ducta fuere,cōtra fundīn nřm,ꝙ legatū factū D.
Vinc.fuerit tp̄ale,& primo, ꝙ cū fuerit inſtituta
ſimpliciter,& grauata poſt mortē nō tranſeat ad
hřdē hřdis tamq̄ conditionale per diſtinctionē
Pau.de Caſ. ſupra citatā,quia verius uř ꝙ legatū
fuerit tp̄ale,nō conditionale, cū teſtator in alia
parte teſtī declaret ſe relinquere durāte vita natu
61 rali illius & ſufficit† id in aliqua parte teſtī eſſe de
claratū,nt ad propoſitū per Soci. d.cōſ.102.nu.
13.& aliud eſt ꝙ relinquatur alicui,& poſt eius
mortē aliquis uocet̄, quia tūc eſt relictū tp̄ale,&
aliud ꝙ alius ei ſubſtituatur ſi deceſſerit ſine filijs,
62 quia tūc† eſt cōditionale & ita loquitur d. §.Pō
ponius,ita declarāt Rip. in d. §.cū ita,nu.68. Al-
ci.d.l.1.nu.18.de leg.1.Craue.in d.2.par.d.l.cū
filiofam.nn.259.cum quib.trāſit Hiero. Zanch.
in d.§.cum ita, nu.174.Nec differunt quòd quis
63 inſtituatur in uita† ſua tm̄, vel ei relin quatur in
uita tm̄, uel qđ grauetur poſt mortē reſtituere,
quicquid aliter dixerit Caſtr.ut per Soci.in l.cū
auus,col.10.nu.27.ver.itē in cōtrariū adducit.ff.
de cōdi.& dem.& clarius Soc.ipſe d.cōſ.102.nu.
14.ubi dicit, ꝙ ſi ſit dictū qđ poſt mortē vxoris
bona remaneant hæredi, habet ētlocum deciſ.
Bar.& cęterorū in d.§.Titia. cum d.verba cenſe-
rentur ineſſe et appoſita, eſſent ſuperflua. cen-
ſeaturq; addita cauſa dubitationis tollēdę,ſequi
tur Pariſ.d.conſ.21.num.44.Craue.idem etiam
velle uidetur in d.2. par. num.259.& idem late
tenet Hier.Zanch.in d. §.cum ita,nnm.167.2.co
lum.ver. cęterum, & colum.ſeq. ubi dicit idem
procedere,etiam facta ſubſtitutione, quia ſubſti
tutio non debet obeſſe hæredi, & hoc caſu etiā
loquitur Cepha.d.conſ.158.& tanto c larius cō
ſtat de mente teſtatoris, cum diſtinxerit le-
64 gata facta ipſi D. Vincentiæ,volens† aliqua illā
habere libere,& pleno iure,ideſt ſine d iminutio
ne,Alex.conſ.176.num.5. in 7.nolum. alia uero
de qnibus eſt controuerſia,durante eius uita na
turali & ea defuncta deuenire ad eius hæredes,
quo ſit, ut forte iure poſſet defendi vſumfructū
tantummodo Ipſorum bonorum fuiſſe relictum
ipſi D.Vincent. quod oſtendi poſſet ex prohibi-
tionib.teſtatoris factis hęredib.de illā nō mole-
ſtā.uel grauādo ad fideiubēdū de cōſeruādo bo
65 na,& reſtituē.poſt mortē,ut arguit Dec.in cōſil.
278.col.3.nu3.ver.4.cū duob.ſeq. nec hoc caſu
oberit,qnod ei fuerit ſubſtitutum, cum poſſit ēt
ſubſtitui vſufructuariæ,nt p Pariſ.d.cōſ.21.nu.41.
Nec etiā obſt.quòd clauſula, ad infraſcriptos
eius nepotes,& hæredes infraſcriptos, & ut in-
fra inſtitutos uocatoſq;, impediat quòd trāſmiſ
66 ſio† nō potuerit fieri ad filium,ut in contrarijs,
quia opin.illa eſt dubia, ut per Iaſ.in d.l.ſi quis fi
lium §.fi.& in l.fi.C.de hæred.inſtit.& non uide
tur reſtringere legatū temporale,ut uidetur uel
le Rip.in d.§.cum ita,num.68.& hoc caſu ſtat de
67 monſtratiue,†non limitatiue,ut per Pariſ.d.con
ſil.21.nu.47.2. nec cenſetur teſtator p̄pea lega-
tum reſtrinxiſſe, qui ideo verba illa cenſetur ap-
poſuiſſe, quia putabat hæredem tunc tp̄is, mor-
tis,ſ.legatarij uicturum,& cum certior ſit uolnn
tas quòd legatum non duret, ex quo eſt tempo
68 rale,ad hæredes † tranſmittitur,ita declarat Cra
uc.latiſs.in d.2.par.d.nu.261.& ſequitur Hiero.
Zāch.in d.§.nu.169.Dec.& Cagn.in l.q p ſucceſ
ſionē.nu.6.ff.de reg.iur.Alcia.in l.hæredis appe.
in prin.ff.de uer.ſign.& in his terminis Cepha.d.
conſ.158.nu.44.& ſeq.& Burſat.cōſ.86. nu.28.
& ſeq. & cum in caſuiſto teſtator addiderit alia
verba,ex quib.neceſſario oōſtat eius mētis fuiſſe
ꝙ hæc pars deberet̄.D.Io.& eius filijs, ſicut dēba
tur hæreditas,in qna illum pro ſua,4. parte inſti
tuerat, & quòd in iſta ſuccederent coh ęredes, ſi
cut in illa per ſubſtitutio.uulgarē vel fideicōmiſ-
ſam debebant admitti,quod non erat in d. caſu
Ale.in d.cōſ.173.in 5. ut ex ſupra deductis liqui
do cōſtat,cōcurruntq.alię cōiecturę pro hac in
terpretatione,concludo ſn̄iam ipſam oīno ut in-
iuſtam fuiſſe reuocandam. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Ad idem Rim.in conſ.181.

ARGVMENTVM.

An donō poſsit fieri in teſtamento,& an valeat & pura ſit & irreuocabilis facta cum clauſula ſiue reuocauerit, ſiue nō reuocauerit

Donatio qn̄ poſsit reuocari prætextu ingtatitudinis,& de illius probatione?

SVMMAE.

1 *Donatio pura,et valida,in teſtamēto fieri pōt.*
2 *Et hoc caſu talis donatio eſt irreuocabilis.*
3 *Donatio omnium bonorum valet,ſi teſtar poteſt donator,quia ſibi aliquid reſeruauerit.*
4 *Donō pura facta in teſtō valet,ſecus ſi ſit condōnalis et facta in fraudē mutationis teſtī.*
5 *Donatio eſt pura,et ſimplex facta in teſtamento cum clauſula, ſiue teſtator reuocauerit, ſiue non reuocauerit.*
6 *Donatio facta ſub contrariis conditionibus habetur pro pura,*

Con-

7 *Conditio ſi eſt omnino extitura, contractus, vel obligatio non dicitur conditionalis.*

8 *Et conditio illa non dicitur proprie conditio, & habetur pro pura.*

9 *Donatio propter clauſulam conſtituti dicitur confirmata, & perfecta, & translatum dominium.*

10 *Conſtitutum operatur rei traditionem, & dominii translationem in donatione facta in teſtamento.*

11 *Donatio facta in teſtamento cum clauſula, ſiue reuocauerit, quibus Doctorum auctoritatibus probetur valere.*

12 *Doctoris auctoritas ſibi contrarii, & male conſulentis, non eſt magnifacienda.*

13 *Donatio, per quam impeditur libera voluntas reuocandi teſtamentum, eſt captioſa, et in fraudem, & contra bonos mores.*

14 *Quod procedit, ſi ſit dictum, ſi mutauero, dono; vel, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure donationis.*

15 *Et quomodo loquantur Doct. in hac re.*

16 *Et an hæc obligatio ſit in diem ex ſententia Caſtr. vel conditionalis.*

17 *Conſtitutum, an in contractu conditionali faciat tranſire dominium.*

18 *Et ſi conditio eſt omnino extitura, conſtitutum operatur traditionem.*

19 *Idem eſt, ſi contractus, licet non perfectus, non ſit tamen omnino nullus, ut in donatione inter virum & vxorem.*

20 *Legatum non eſt conditionale, nec tranſmittitur, ſi conditio omnino in vita legatarij eſt extitura.*

21 *Donatio facto teſtamento, non facta mentione illius, cenſetur confirmata, non reuocata.*

22 *Donationem fieri alicuius rei, vel omnium bonorum, cum reſeruatione bonorum pro teſtamento paria ſunt, modo non fiat in pœnam mutati teſtamenti.*

23 *Et an talis donatio ſit ſuſpecta de fraude.*

24 *Tractatus de donando, declarat maiorem deliberationem donare volentis.*

25 *Tractatus arguit fraudem, quando non ſecundum illum ſit contractus.*

26 *Actus non vitiatur ex ſuperabundantibus.*

27 *Ratio ſi vna eſt vera, licet alia ſit falſa, diſpoſitio ſuſtinetur.*

28 *Donatio vnita cum inſtitutione in teſtamento, an poſſit ſicut inſtitutio reuocari.*

29 *Donatio pura facta in teſtamento, remanet irreuocabilis, vt eſt ſua natura.*

30 *Et quomodo in hac re falſus ſit Ruin. conſulendo.*

31 *Et quando donatio in teſtamento ſurrogetur in loco inſtitutionis?*

32 *Surrogatum non habet naturam rei, in cuius locum ſurrogatur, quando adeſt diuerſa qualitas in ſurrogato, & plus, vel minus reperitur diſpoſitum.*

33 *Donatio quando, & ex quibus coniecturis dicatur ſuſpecta.*

34 *Donatio quandoque præſumitur ex ſanguinis coniunctione.*

35 *Et ex magna dilectione.*

36 *Caſus fortuitus non præſumitur.*

37 *Donatarius, an teneatur alere donatorem, & ſaltem eſt certiorandus de illius neceſſitate.*

38 *Ingratitudinis in probatione iuramentum non defertur in ſupplementum, ſed probatio debet eſſe neceſſario concludens.*

39 *Nec poteſt illa opponi, ſi in donatione ſit dictum, quòd non poſſit prætextu ingratitudinis.*

40 *Contractus quando ſint correſpectiui.*

41 *Donatorem ſi non apparet fuiſſe motum ex illa cauſa, licet illa non interueniat, donatio non reſcinditur.*

42 *Mora, die non præfixa, nunquam incurritur.*

43 *Indemnem conſeruare qui promiſit, ad quid teneatur.*

44 *Tranſactionem qui non obſeruat, illius amittit commodum.*

CONSILIVM LXXXIIII.

In Domino confido.

ABundè fuit ſcriptum in hac cauſa Magnif. Dom. Nicolæ Biſii cum Lauczollo ppea breuitate vtar, & compendioſe attingam, quę uoce comprobabam. Dico itaque duo veriſſima eſſe ſupponenda, alterum quod in teſta

1 mēto donatio† pura, & valida fieri poteſt, ut Bal. trad. cū quo cæteri tranſeunt, in l. cū antiquitas,

2 nu. 4. C. de teſtam. & hoc caſu talis donatio† eſt

irreuocabilis, Caſt.cōſ.330.ſuper 1.quæſito.in
prin.& 381.primò viden.in 1.dub.1.uol.nouiſſi-
morum,Abb.cōſ.95.quędam Dom. in princ.2.
uolum.ſate Roma.cōſ.171. pro deciſio. colum.
penult.& fi.& cum alijs citatis per Dec.conſilio
293. 2.colum.de quo etiam per Boer.deci.353.
2.colum. Brun.in tract.de ſorm.in tit.ex quibus
conſiſtant forma, & ſolemnitas,colum.46.alias
in totum, fol.31. colum.1. Cagnol. in l.vinum,
num.35.ff.ſi certum petat.Bauer.Inſtit.de teſta-
men. in prin.nu.58.Tiraq.in trac.de cōſt.1.par.
num.23.& 2.par.23.ampliatione in princ. & in
tract.de legi.connubia.glo.3.num.101, Didac.
Couar. in rubrica, de teſtamen.2.par.in fi.Alb.
conſilio 4.nume.38. & conſil.57.numero 17.&
hic contractus donationis in teſtamento factus
retinet propriam naturam,ſicut cęteri contra-
ctus.Abb.conſ.42.nu.6.

3 Alterum eſt,quod valet donatio†omnium bo
norum,quando maxime donator ſibi aliqua re-
ſeruauit, de quibus poſſit teſtari, ut in caſu iſto
fuit reſeruatus vſusfructus , & fuere reſeruata
mobilia,& iura,ut communiter*admittunt Do
ctor.in l.fin. C.de pact.& in l.ſtipulatio iſta hoc
modo concepta,ff.de verb.obligat. Soci.regula
108.donatio,in pluribus fallen. Durant.in trac.
de arte teſta.tit.10.caut.2.num.2.Nat.in conſil.
146.4.dub.num.11. & alij, quos citare poſſem,
quos tamen omitto, ex quo in puncto nulla ſit
difficultas ,

His ſtantib. præſuppoſitis diſcutiendum eſt ,
nunquid donatio facta per Dom.Romanum D.
Nicolæ fuerit pura vel conditionalis & facta in
fraudem mutationis & reuocationis teſtamenti
vt prætenditur ex aduerſo, quia primo loco ua-
4 let,ſecundo aut nō valet,aut fuit reuocata†cum
teſtamento,vt Bald.diſtinguit in dicta l.cum an-
tiquitas,& ſequitur Iaſ.conſil.169.nu.7.in 4.

Et breuiter omnino tenendum eſt,ipſam do
nationem fuiſſe puram, & ſimplicem, pro ut in
his terminis quando fuit facta poſt teſtamentū
addita hac clauſula(et ſiue teſtator reuocauerit,
& ſiue non reuocauerit , vel in teſtamento ipſo
5 tenent†tot patres citati,Bald.in c.1. §.ſi quis.ad
fi.num.3.de feu.da.in vicem leg. commiſ. & ibi
Afflict.ſequitur,num.77.& cum eo tranſit Alex.
qui dicit Bald.poſuiſſe,not.q.ad ipſum ſe remit-
tendo in l.ſtipul.hoc modo, pręallegata.num.3.
in fi. dictum etiam Bal. dicit ſingulare Areti. in
l.hæredes palam,§.fi.colum.fi.de teſtam. & late
ſecundum eam conſuluit Rui.in conſil.181.nu.
10. 1.uol. in quo caſu etiā conſuluit pariter Iaſ.
in d.conſ.169.num.7. quam etiam tenet Nat.in
auth.hoc inter liberos,num.68. C.de teſtam. &
Andr.Beſſetus in repet.l.primæ.num.197.C.de
ſacroſan. eccleſ.

Et hæc Bal. & cęterorum ſententia, ut dice-
bam , ratione comprobari poteſt , quia ex quo
donatio facta fuit ſub contrarijs conditioni-
6 bus habetur †.pro pura, & contractus pro per-
fecto, ut probatur in l. Iulianus , uerſiculo ſimi-
lemque eſſe . ff. de condic.indeb. ubi promiſſio
facta ſiue nauis & Aſia venerit,ſiue non uenerit,
valet,& naſcitur obligatio, nec ſolutum repeti-
tur.& quòd habeatur pro pura,trad. ibi gloſ. &
Fulg.4. not. idem probatur in l. neceſſario, §.ſi
ita res, ff. de peric.& com. rei uendi. ubi ualet
venditio,ſi dictum ſit,eſto ſeruus ille emptus,ſi-
ue nauis ex Aſia uenerit.ubi gloſ.dicit q eſt qua
ſi pura,& ibi idem Fulg.quòd habeatur pro pura
ex quo ſolutū nō poteſt repeti.l.quod ſi ea cōdi
tione,ubi etiam gl.dicit haberi pro pura,& eam
eſſe puram in effectu dicit ibi Fulg ff.de condic.
inde.quod etiā probatur in l.ſi pupillus, §.quid
ſub conditione.ff.de donat.

Secundo, quia quando conditio eſt omnino
7 † extitura, ut hoc caſu,obligatio uel contractus
nō dicitur cōditionalis,Bal.in d.l.Iulianus,3. &
4.not.Fulg.in d.l.quod ſi ea cōditione,& nō ha-
betur pro cōditione,ſeu nō eſt proprie cōditio,
8 †& habetur pro pura,Alcia.in l. cedere diem, in
fi.de uerbor.ſignificat. Cagnol.in l. in omnibus
obligationib.nu.24. ff.de reg.iur. & plures citat
Didac.in ſuo epito.in 4.decreta. 2.par.c.3. §.2.
nu.10.& dicit Cagnol. d.nu.24. quod hoc caſu
eſt nata actio,& obligatio.

Tertio & ſi dici poſſet,donationem hanc fuiſ
ſe conditionalem , quod falſum eſt , ex quo ta-
men ſubſequuta fuit traditio per conſtitutum ,
l.quod meo,ff.de acquiren.poſſeſſ. & per reſer-
uationem vſusfructus,l.quiſquis.C.de dona.cer
9 te fuit confirmata†& perfecta, & trāslatum fuit
dominium,ita Tiraq. qui citat d.l.neceſſario, §.
ſi ita res,& ſic loquitur in cōtractu ſimili.& etiā
in alijs cōditionalibus.in trac.de retrac.Lignag.
§.1.gl.2.nu.26.& 28.& in tract.de conſtit.1.par.
10 in fi.& quod cōſtitutum operetur† traditionem
rerum,& dominij trāslationem, in donatione fa
cta in teſtō, quo caſu primus donator pręferatr ,
trad.Alber.in rub.C.de don.col.1.Iaſ.in l.quo-
ties,4.col.C.de rei uendi.Tiraq.d.1.par.nu.23.
& in 2.par.23.amplia.in prin,ultra Bald.in d.§.ſi
quis.num.3.

Contra hanc noſtram clariſsi. concluſionem
& rationibus,& auctoritatib.ut ſupra munitam,
plura ex aduerſo per Excellentiſsi. Aduocatos
obijciebantur,quę ſigillatim diſcutiemus,& exa
minabimus,vt veritas reſolutionis cauſę hēatur.

Et primo ſuper auctoritatib.pro parte noſtra
11 citatis† fuit facta non leuis difficultas, q nō ſint
proprie in terminis noſtræ q.ſed in remotiorib.
terminis loquātur , quo caſu cum pars aduerſa
ſecūdum eā habeat,Rui.in cōſ.129.in 2.in termi-
nis proprijs,& in indiuiduo loquētem, ei ſtādū
eſt,etſi in alijs terminis haberemus communem
opin.ut per Neuiza. in ſylua nup. lib.5.num.22.

Sed certe hæc 1.difficultas tollit ex lectura &
inſpectione mei ipſorū Doc.allegato. q proprie
lo-

loquuntur,& in indiniduo,quando fuit facta do
natio in teſtamento,cum iſta clauſula,ſiue reuo
cauerit,ſiue non reuocauerit. Nec Rui. in dicto
conſil.129. ſi bene inſpiciatur, conſuluit in ca-
ſu noſtro ſimili,ſed penitus diuerſo,ſi quidem in
caſu ſuo non fuerat appoſita hæc clauſula.ut ex
facto narrato in princ.ipſius conſilij aperte con
ſtat, ubi apparet,teſtatorem inſtituiſſe illos hære
des in bonis immobilibus ſubiungens,& non tā
tum ipſos, ſed quemlibet eorum hæredes inſti-
tuit in dictis bonis immobilibus,ſed ipſis,& cui
libet ipſorum in ſtirpes dedit,ceſſit,tranſtulit,at
que donauit pure & ſimpliciter, ex quib. verbis
conſtat quod caſus ille a noſtro multum diſta-
bat,cum in illo poſſet dubitari,an donatio illa eſ
ſet facta in pœna mutationis teſtamenti,ex quo
non erat facta,& in caſu non reuocationis,ut in
caſu iſto.

Præterea non fuit facta poſt inſtitutionem &
in fine teſtamenti vt in caſu noſtro, ſed inſerta,
& vnita in inſtitutione ipſa, quo caſu negari nō
poteſt, quin caſus Rui. a noſtro diſtet;& melius
conueniat caſus illius alterius conſ.182. in quo
donatio in continenti fuit facta poſt teſtamen-
tum, & cum clauſula illa,ſiue contigerit mutari
teſtamentum ſiue non,ut ibi.nu.10. ſed & ſi ipſe
fuiſſet conſultus in his terminis reſpondiſſet ſe
cundum opinionem aduerſariorum,tamen eius
auctoritas non eſſet magnifacienda,tum quia eſ
12 ſet † ſibi contrarius,l.qui falſo. ff. de teſti.Crau.
conſ.16.ante fi. tum quia conuincitur male con
ſuluiſſe,vt inferius conſtabit.

Secundo obijciebatur donationē hanc, quia
erat contra ſubſtantiam actus, quia per eam ter
rebatur teſtator,ne poſſet teſtamentum reuocā
re,quia captioſa,& in fraudem, & pœnam reuo-
13 cationis teſtamenti facta.& contra bonos† mo-
res,& alia huiuſmodi, de quibus in l.cum preca
rium. ff.de precar.& in l.ubi ita donatur,de do
nat. inter uir. & uxor. in dicta l. ſtipulatio hoc
modo concepta,per Alex.in conſilio 156.in 8.
Bald.in l.ex teſtamento,C.de fideicommiſ.om-
nes in dicta l.cum antiquitas, Craue.in rubrica,
de leg.1.num.137.Didac.in 2.par.rub.de teſta-
men. num.17. & in alijs locis tunc citatis per ip
ſos Magnificos Aduocatos, & præſertim Ruin.
dicto conſil.129. num.4. ſed hæc omnia ceſſant
in caſu iſto,in quo conſtat donationem fuiſſe pu
ram,ſeu haberi pro pura,& ſimplici, & non fuit
facta in pœnam uel in fraudem mutationis te-
ſtamenti,ut ſupra probatum eſt.Contraria uero
loquuntur, quando donatio erat in pœnam vel
14 in fraudem,ut ſi erat dictum,ſi mutauero † do-
no; uel ſi non ualet iure teſtamenti, ualeat iure
donationis inter uiuos, & ex nunc dono, & in
alijs ſimilibus caſibus per Doct. relatis,qui non
conueniunt caſui noſtro, nec ſunt ei ſimiles, &
propterea cum deciſiones illæ ſint fundatæ in
alijs rationibus, quæ ceſſant in caſu iſto, ceſſant
& pariter deciſiones ipſæ, l. quod dictum, ff. de
pac.& ex diuerſis non infertur.l.Papinianus exu
li,ff.de minor.

Tertio dicebatur ex aduerſo, quod Bald. an-
teſignanus huius noſtræ, quam defendimus ſen
tentiæ, male fuit loquutus, & quòd præterea
eius deciſio non conuenit caſui noſtro,& multa
fuerunt dicta de eius opinione imprudenter, &
quo ad ueritatem ipſius deciſionis, uel falſita-
tem, duo adducebantur. Primo, quia donatio
non erat præſens & pura. Secundo,quia loquu
tus fuit in quæſtione mariti & vxoris, & dona-
tione inter eos facta in teſtamento, & tamen
cenſuit illam per teſtamentum non fuiſſe re-
15 uocatam, & † contra primum ductum eſt de-
ciſio Barto.& aliorum in dicta l.Iulianus, & con
tra ſecundum,text.in l.cum hic ſtatus, in princ.
ff.de donatio.inter uirum & uxorem,& in §. pri
mo illius l.ego uero non dubito, quin Bald. in
utroq; bene loquutus fuerit,& quia modico ne
gotio eius deciſio defendi poſſit, qui certe non
ſomniauit,quando illa ſcripſit. nam quo ad pri-
mum iam ſupra probauit quod contractus fa-
ctus ſub conditionibus contrarijs, uel ſub con-
ditione omnino extitura,qui uterque caſus con
uenit caſui noſtro, habetur pro puro, non au-
tem pro conditionali, & conditio habetur pro
non conditione. Et quod etiam facta tradi-
tione per conſtitutum vel reſeruationem vſuſ-
fructus, & ſi contractus fuiſſet conditionalis,
perficeretur, & tranſlatum fuiſſet dominium.

Nec obeſt,quod Caſtr.in dicta l. Iulianus,co
lumna penultima,autumauerit hoc caſu obliga-
16 tionem eſſe in diem, † non conditionalem,quia
etſi ſtandum eſſet ſuæ ſententiæ,nobis non obeſ
ſet,cum ſecundum eum,quando obligatio eſt in
diem quando, non in diem an, non poſſit dici
conditionalis, & ſic perfecta eſt & nata obliga-
tio, licet tunc non poſſit agi. cuius etiam con-
trarium uoluit Cagnol.in d.l.in omnibus obliga
tionibus, numero 24. ſed quando conditio eſt
omnino extitura,ceſſat ſcrupulus,ut dixi, & idē
facta traditione.

Nec etiam obſtat, dum dicebatur, nihil ta-
men allegando, quod illa opinio, quod conſti-
17 tutum in contractu conditionali † faciat tran-
ſire dominium, non ſit uera, cum ſequatur na-
turam principalis contractus, ut per Tiraquel.
late in tractatu de conſtitu. ſecunda parte, ſepti-
ma limitatione, numero decimatertio,cum plu-
ribus ſequen.

Quia ultra quod deciſiones uidentur claræ,
ut ſupra, etſi hoc pateretur controuerſiam, ſu-
mus extra difficultatem ex alio, quia quicquid
ſit in propira conditione & conditionali con-
tractu, cum uerſemur in conditione omnino
18 extitura, conſtitutum † operatur traditionem:
ſi enim, quando contractus non eſt perfectus,
tamen non eſt omnino nullus, ſed eſt ſpes re-

conualeſcentiæ, nt in donatione inter virum
& uxorem, quæ morte donantis confirmatur
l. Papinianus. ff. de donat. inter virum & vxo-
19 rem. conſtitutum † operatur effectum tradi-
tionis, ut trad. Bal. met in additio. in d. §. ſi quis,
in fi. quem in his ter minis ſequitur Ioan. Lop. in
repet. rub. de donat. inter uir. & uxor. §. 76. verſ.
aduerte nunc, nume. 7. cum trad. per Tiraquel. in
d. 7. limitatione, nume. 20. & ſequen. trad. Soci.
Iaſ. & Alcia. in l. 1. §. uir uxori, ff. de acquir. poſſ.
quanto magis debet operari, ubi certum eſt con
ditionem extituram, & natam eſſe obligationē,
& haberi pro pura, non autem pro conditiona-
li, ut ſupra.

His accedat, ut dixi, quod trad. Bart. commu
* niter * receptus (ut Iaſ. ibi colum. pen. teſtatur)
in d. l. Iulianus, quòd etiam in vltimis voluntati
bus, quando certum eſt conditionem omnino
in vita legatarij extituram, legatum non habetur
20 † pro conditionali, & ad hæredes tranſmitti-
tur, ut in exemplo per eos ibi. ex quibus con-
ſtat, deciſionem Bal. in eo quod dixit dona-
tionem præſentem, & puram, optimo iure de-
fendi poſſe

Quo ad ſecundum, ſi non oſcitanter Bald. le-
gatur in dicta l. ſi quis, utique conſtabit ipſum ſa
ne legaliter fuiſſe loquutum, & non ſine lege &
ratione, ut antumantur dicti aduerſarij, vel alter
ex eis, namque Bal. & ſi quo ad principalem quę
ſtionem de oppoſitione l. ſtipulatio hoc modo
concepta, ſoluat quæſtio. ad fauorem noſtrum,
& hoc ſatis eſſet nobis, tamen quo ad quæſtio-
nem de donatione inter virum & uxorem opti
me fuit loquutus, quia licet poſſit donator dona
tionem reuocare, ſi velit, ſecus tamen eſt, ſi ex-
preſsè non reuocat, ſed tantum teſtamentum cō
dit non facta mentione donationis, quo caſu cē
21 ſetur confirmata, non reuocata † donatio, d. l. cū
hic ſtatus, in princ. & §. 1. & trad. Ioan. Lop. in d.
Rub. §. 69. numero 3. & propterea Bal. loquutus
fuit cum miſterio, quòd maritus mutauit teſta
mentum nulla facta mentione de donatione in-
ter uiuos, & ſic conſtat quòd Bald. fuit optime
etiam hoc caſu loquutus, & eius deciſio tanto
magis facit ad caſum noſtrum, quia ſi valuit do-
natio, quæ ex ſpeciali iuris gratia poteſt renoca
ri, nel morte tantum confirmatur, etiam reuo-
cato teſtamento, tanto magis valet illa, quæ nul
lo modo reuocari poteſt, argum. anthen. multo
magis, C. de ſacroſan. eccleſ. cum alijs trad. per
Euerard. in ſua topica leg. in loco, a minori, ſeu
inferiori, loco 65. quod tollit etiam argumentū
Rui. in d. cōſil. 129. nu. 6. verſic. nec etiam obſt.
vltra, quod apparet, quod Bald. nel cauſa exem-
pli, vel quia ſic ca ſus contingebat, loquutus fuit
de donatione facta uxori, & exempla nō reſtrin
gunt regulam, l. damni infecti, la 2. in fine. ff. de
damno infec. & ſat eſt nobis, quod deciderit di-
ctam clauſulam non facere donationem condi-
tionalem, nel non cenſeri factam donationem
in pœnam mutati teſtamēti, pro ut tenuit idem
Rui. in d. conſil. 182. num. 10. rectius ſentiens, &
veritati adhærens.

Dum autem reſpondebatur, Bal. deciſionem
caſui noſtro non conuenire, cum ipſe loquatur
quando donata fuerat certa pars, nō autem om
nia bona, uel maior pars bonorum, ut in caſu
iſto, replicatur omnino immo conuenire & ip-
ſum caſum decidere, cum ſecundum veriorem
22 ſententiam. paria ſint facere † donationem alicu
ius rei, uel omnium bonorum, facta tamen reſer
uatione, vel aliqua ſumma pro teſtamento faciē
do, modo non fiat in pœnam mutati teſtamen-
ti, ut per Cagnol. in d. l. ſi. nume. 22. C. de pact. &
hoc argumentum quod etiam fuit Rui. in d. con
ſilio 129. colum. 4. verſi. præterea Bal. ceſſat tum
ex prædictis, tum quia Rui. idem aliter, & melius
tenet, ſequendo Bald. & eius deciſionem intelli
gen. etiam in donatione facta de omnibus im-
mobilibus facta reſeruatione de aliqua parte, ut
ſupra in dicto conſil. 183. nume. 11. & ex uerbis
met Bal. conſtat, quod non fuit motus ex eo
quod donatio non erat niſi de una re, uel mo-
dica parte, ſed quia erat pura & præſens, & non
facta in pœnam mutationis teſtamenti.

23 Sed ad id, quod † obijcebatur ed auctoritate
Are. in d. §. ſi. colum. ſi. quòd talis donatio eſt ſu
ſpecta de fraude, & Afflic. quod mouetur etiam
falſa ratione, nempe illa, quod non dicitur quis
priuatus facultate teſtandi, & ſi unam rem tan-
tum donet, ut in caſu Bal. reſpondetur quod im
mo Aret. uidetur ſequi Bald. nec eſt uerum,
quod præſumatur fraus, ex quo non impeditur
factio teſtamenti, ut per Rui. in d. num. 10. in ſi. &
tanto minus in caſu iſto, ex quo prius fuerat tra
ctatum inſtrumento tranſactionis de faciendo
nedum teſtamento, ſed etiam donatione ipſi
Do. Nicolæ, cum reſeruatione expreſſa, ut in ip
ſo inſtrumento, qui quidem tractatus præcedēs
declarat maiorem declarationem donare uolen
24 tis, & pariter † declarat actum ſubſequutum, l. Ti
tia. §. 1. ubi Aret. ff. de uerborum obligatio. cum
alijs trad. per Tiraquel. in tracta. de retract. con-
uentio. in fine, numero 21. & ſequen. ſicut enim
25 tractatus quandoque † arguit fraudem, quando
non ſecundū tractatū ſit cōtractus, iuxta ea quæ
tradit Cepol. in tracta. de ſimul. contract. in pri-
ma præſumptione, numero 15. pariter, ut contra
riorum ſit eadem diſciplina, Inſtitutio. de his, qui
ſunt ſui uel alie. iur. in fine princ. ſi tracta. præceſ
ſit de donando. & ſecundum ipſum fuit facta do
natio, tractatus ipſe cenſetur excludere frau-
dem, & tanto magis, cum dicatur in ipſo inſtru-
mento quon. Domi. Roman. ad ipſam donatio
rionem accedere intendebat ob ſingularem di-
lectionem, qua afficiebatur erga dictum eius
nepotem, & propter ſanguinis coniunctionem,
de quo etiam inferius dicetur.

Af-

Afflicti uero opin. non propterea eſt reijcien
da, & ſi addiderit rationem aliqualiter dubiam,
quia etiam quod fuiſſet falſa, nihil obeſt, ex quo
26 illam ex ſuperabundanti deduxit, & ea quæ † ſu-
perabundant, non uitiant. l. teſtamentum. C. de
teſtam. l. non ſolent. ff. de reg. iur. tum quia ſuffi-
cit, quod una ratio ſit uera, licet alia ſit falſa, ut
27 diſpoſitio † ſuſtineatur. §. affinitatis, Inſti. de nup.
Alcia. regu. 1. præſumptione 24. num. tertio, tra-
cta. præſumpt.

Quarto obijciebatur, quod donatio ipſa, ex
28 quo fuerat † unita cum inſtitutione potuerat re-
uocari, ut per Ruin. in d. conſil. 129. nume. 8. nec
in alio eius conſilio loquatur, quando erat facta
in eodem teſtamento, ſed poſt. Sed & hæc obie-
ctio facile tollitur primo ex inſpectione facti ip-
ſius, quia in caſu Rui. erat unita donatio cum in-
ſtitutione, ut ſupra dictum fuit, quo caſu poſſet
dubitari, an eſſet appoſita in pœnam mutationis
teſtamenti, ex quo non fuit dictum, ut haberet
locum etiam non mutato teſtamento. at in caſu
noſtro eſt omnino ſeparata, cum illam interme-
dient clauſulæ, & hoc eſt ſuum ultimum teſtam.
& caſſans, & erat finitum teſtamentum, ut tan
tummodo tempus, locus. & teſtes uenirēt appo
nendi, quo caſu magis conuenit caſus iſte alteri,
Ruin. in alio conſilio 182. ubi fuit facta in conti
nenti poſt teſtamentum eodem tempore, loco,
& teſtibus, quo caſu habetur ac ſi in eo. teſtamen
to facta fuiſſet, ut admittunt Iaſ. & Ruin. dictis
conſil. & illa clauſula, ſiue reuocauerit, ſiue non
reuocauerit, de qua toties meminit Ruin. d. nu.
10. oſtendit quod fuit addita in calce teſtamen-
ti & facta donatio quaſi in eodem teſtamento.

Secundo, quia licet in teſtamento ſit facta do
natio, nō tamen eſt verum quod poſsit una cum
teſtamento reuocari, ut uoluit Ruin. dic. conſil.
129. quando eſt pura, non autem in pœnam mu
tationis teſtamenti, ut uolunt Bal. & alij tot cita-
ti ſupra, loquentes in donatione pura facta in te
29 ſtamēto, quæ efficitur † irreuocabilis, cum actus
inter uiuos in teſtamento factus, ſortiatur & re-
tineat ſuam propriam naturam, non autem te-
ſtamenti, ut per Alb. d. conſil. 42. num. 6. & Tira
quel. d. tract. de conſtit. d. 2. par. d. 23. ampliat. in
fi. numeri primi.

30 Duæ alię reſponſiones adducuntur † per Rui.
d. conſil. 129. quas uoluit etiam oſtendere falſas
eſſe, ut tanto magis appareat (& ſi extra caſum
noſtro ſimilem reddiderit) ipſum cauſæ inſerui-
uiſſe, & magis pecuniæ quam ueritati conſuluiſ-
ſe. Altera eſt, quod donatio poteſt reuocari, ſicut
poteſt donatio cauſa mortis, quæ in donationē
inter uiuos tranſiuerit. l. ubi ita donator, ff. de do
nat. cau. mor. per conſilium Ang. per eum cita-
tum, modo ſiat reuocatio teſtamenti totius, non
ſolius donationis: quæ ratio eſt falſa, cum talis
donatio reuocari non poſsit, ut per Alexand. in
addit. ad Bar. in l. ſi alienam. §. 1. ff. de donat. cau.
mor. & Didac. Iare in rubr. de teſta. ſecunda par.
num. 13. Altera eſt, quod ex quo donatarius pa
riterque hæres habet electionem conſequendi
bona ex inſtitutione, uel donatione, ſi eligat do-
nationē, donatio ſurrogatur loco inſtitutionis,
ideo quo ad eius reuocabilitatem debet eius na
turam ſapere, ut probatur in l. generale, §. hære-
dis, vbi Bartol. ff. de vſufr. lega. ſed certe etiam in
hoc Rui. tam in facto, quam in iure, non uidetur
bene dicere &c.

In facto, quia non eſt uerum quod electa do-
natione ipſa ſurrogetur loco inſtitutionis, quia
31 hoc eſſet, quando non † poſſet vtranque conſe-
qui, ut erat in caſu d. §. hæredis, in quo aut 10. an
nua legatarius poterat habere, aut prædia eiuſdē
redditus. at in caſu iſto ſecus eſt, quia acceptata
donatione D. Nicolas non habuiſſet omnia bo-
na, ſed bene per inſtitutionem poſtea potuiſſet
habere bona reſeruata, quo caſu non eſt uerum
in facto, & minus procedit in iure, quod una ſur
rogetur loco alterius, & per hoc tollitur id, q̃d
Magn. Paſetus tam valide inferebat, quod dona
tio erat ſuſpecta: quia ſi uolebat teſtari non de-
bebat donare: & ſi uolebat donare, nō erat opus
teſtamento, cum utrunque effectum poteſt ope-
rari & unum nō tollit aliud tanquam diuerſum.

Quod autem dicitur de ſurrogatione etiam
de iure, hoc caſu non procedit, cum regula ſur-
rogationis recipiat plures limitationes, & pręſer
tim duas, quæ huic quæſtioni conueniunt, quan
do ſcilicet eſt diuerſa qualitas in ſurrogato, &
32 quando plus, uel minus reperitur † diſpoſitum,
ut plene eas proſequitur Gomeſ. in §. fuerat, 5.
& 6. limit. nu. 13. Inſtit. de actio. Ex his itaque lu
ce clarius (ni fallor) conſtat Rui. in hoc conſilio
129. male conſuluiſſe, caſu quo vellemus applica
care terminos illius conſil. ad terminos noſtros
quod etiam fieri non poteſt, ut ſupra.

Quinto loco etiam adducebantur aliquot cō
iecturæ, ex quibus uidebatur ſuſpecta iſta dona
tio: ſed certè ſi uideantur deciſiones ad hoc alle
gatæ, clare conſtabit eas non facere ad propoſi-
tum, cum loquantur in materia ſuſpecta, vt eſt in
33 venditione cum † pacto de retronendendo. cap.
illa uos, de pignor. cap. ad noſtram, de emptio. &
vendi. & his caſibus loquuntur Cepol. Corn. &
alij ad hoc ex aduerſo allegati: nam quod nulla
extaret cauſa donandi, quæ ſit liberalitate ipſa, l.
1. in princ. de donat. neſcio quid faciat, & idem
quod clauſula hæc fuerit inſolita, & in continen
ti fuerit facta donatio poſt tranſactionem, cum
conſtet ex trad. per Doct. id etiam quandoque
alias factum fuiſſe, & neſcio ubi probetur, quòd
ex quo nihil unquàm in aliquo caſu fuerit practi
catum, ex quo tamen eſt iuridicum, fieri nō poſ
ſit, & quare præſumatur fraus, cum uerſemur in
materia nō ſuſpecta, vltra q̃d illæ p̃ſumptiones
vel coniecturæ tendant ad oſtendendum dona-
tionem non fuiſſe factam, de quo tamen nunc
non

non diſputamus, quia ſumus certi quod fuit facta, ſed ſolum dubitatur, an valuerit: nam de uoluntate nihil eſt ambigendum, vltra quod præſumptiones fortiores concurrunt ad præſumendum, quòd Do. Rom. uellet illam facere, ex quo in inſtrumēto tranſactionis id fuit dilucide proteſtatus, & tractauit cum ipſo D. Nicola de modo, & de reſeruationibus, & de plurib. alijs, quæ non inſerebant ad teſtamentum tantum, ſed & ad donationem ipſam inter uiuos faciendam, & vltra tractatum ipſum executioni ſtatim deman-
34 datum, concurrebat ſanguinis† coniunctio, quæ quandoque facit præſumi donationem, vbi non apparet facta, l. Procula, de probat. l. quæ dotis, cum ibi not. ff. ſolu. matr. Alcia. in tract. præſump. reg. 1. præſumpt. 26. nu. 4. Et dilectio magna, quę etiam operatur, ut quis cenſeatur dare, vel lega-
35 re † id, quod alioqui non eſſet daturus, vel relicturus, iuxta trad. per Alexandrum & Iaſ. in l. cū alienam, 2. colum. 3. limitatio. C. de lega. erat q́ue de patruo benemeritus, cui etiam ille plura debebat propter ſuorum bonorum adminiſtrationem, quæ merita ſæpe cauſant donationes. l. nec adiecit, cum ibi not. ff. pro ſoc. ut omittam, quod ipſe erat ei ut proximior agnatus ſucceſſurus ab inteſtato, ut mirum non ſit ſi præſumendum eſſet caſu quo de aperta donatione non conſtaret ipſum voluiſſe omnino donare.

Sexto loco duo alia adducebantur ex aduerſo ad annullationem, vel reuocationem donationis: alterum quod D. Nicolas non aluit donatorem, & ſic fuit ingratus: alterum, quod nō obſeruauerit conuenta in tranſactione, cum teſtamentum & contractus donationis uideantur correſpectiue facti, & factum, ad Bald. & alios in l. petens. C. de pactis, & in alijs locis citati.

Quo ad primum dicitur quod reſpectu alimētorum non tenebatur ex pacto, niſi in caſu, quo
36 ipſe Dom. Romanus ob caſus† fortuitos amitteret fructus ſuos, ut in inſtrumento, qui caſus nō ſunt probati eueniſſe, nec præſumuntur. l. ſi creditor, ubi omnes. C. de pigno. actio. & pacta rum punt leges, dicunt vulgares, gloſ. in reg. contractus, de reg. iur. in 6. Cagnol. in l. contractus, nu. 97. ff. eo. ti. ultra quod non eſt expeditum, quod teneretur etiam citra conuentionem pacti, Cagnol. in l. in condemnatione. num. ſecundo, ff. de
37 reg. iur. & ſaltem erat† certiorandus de neceſſitate, de qua etiam non conſtat, Rip. in l. ſi. numero 165. C. de reuocan. dona. Et debuit probari hoc caſu ex aduerſo per eū ſteti ſſe, Rip. ibi q. 55. nu. 187. tum ēt, quia & ſi fuiſſet probatum aliquid p aliquem ex teſtibus aduerſarij, tollitur ex depoſitionibus teſtium D. Nicolæ deponentium ipſum nunquam defuiſſe in ſuccurrendo dicto eius patruo, & in alendo ipſum, & alia ſibi neceſſaria ſubminiſtrando. & quatenus aliquid remanſiſſet nō ſublatum, uel purgatum (quod certe non remanſit) adhuc non poſſet pars aduerſa obtinere, cum
38 in hac cauſa probatio debeat eſſe neceſſario† cōcludens, Rip. in d. l. fin. q. 57. num. 189. ubi quod iuramentum in ſupplementum non poteſt deferri, ſuper quo aliter non inſiſtam, cum nihil pemtus ex aduerſo fuerit probatum in tantum, ut Magn. Aduocati aduerſarij ingenue faſſi fuerint, ſe nullum uelle facere fundamentum in teſtimonijs ſuorum teſtium.

Sed unum tamē non omittam, quod cū in donatione ſit clauſula illa, quod non poſſit prætextu ingratitudinis reuocari, & de hac ingratitudi
39 ne fuit cogitatum, ut† in tranſactione, nō poteſt de ea opponi, ut per Rip. in d. l. ſi. nu. 182.

Quo ad ſecundum licet iure poſſit negari, contractus hos fuiſſe correſpectiuos, tum quia primus non poteſt referri ad teſtamentum, tum ēt quia non interuenit d. Nicolas donationi, quo caſu non uidentur concurrere ea, quæ de con-
40 tractibus† correſpectiuis loquuntur Doctor. ut per Claud. in d. l. petens, in fi. & Cagn. in l. lecta, num. 110. ff. ſi cer. pet. quicquid tamen ſit, ceſſat omnis ſcrupulus huius inobſeruantiæ.

Primo, quia non conſtat hac de cauſa fuiſſe
41 †motum donatorem ad donandum, ut fuit motus ad tranſigendum, ut ipſe econtra obſeruaret promiſſa, ut per Rip. in dicta l. fin. quæſtio. 34. numero 118.

Secundo Do. Nicolas nihil ſoluere promiſit Do. Rom. ſed alijs pro eo, & cum non eſſet præ-
42 fixa dies aliqua† ſolutioni, nunquàm fuit conſtitutus in mora l. mora, de vſur. not. in l. magnam, C. de contrahen. & commit. ſtip. & in alijs locis.

Tertio uidetur conſtare de mente partium, quod non teneretur in continenti ſoluere, cum promiſerit ipſum conſeruare indemnem ipſe D. Nico. quod importat, quod teneretur caſu, quo
43 moleſtaretur† ſuſcipere iudicium, & eum defendere, l. pater, ubi Bar. ff. de dote prælég. & Rui. cōſil. 187. num. 2. primo uolum. quod etiam expreſſe promiſſum fuit in inſtrumento. eſſet igitur illa clauſula ſuperflua, ſi non ſic partes ſenſiſſent, cōtra l. ſi quando, de legat. 1. & trad. per Bald. in rubri. C. de contrahen. emptio. 9. quæſtio. Vnde dici non poteſt, quod ipſe non obſernauerit conuenta.

Vltimo, cum Dominus Romanus prius non
44 obſeruaſſet conuenta † in tranſactione vendendo res donatas Zaninellis amiſit commodum contractus, l. ſi quis maior, C. de tranſact. l. cum proponas, la ſeconda, C. de pactis. Laus Deo Optimo Maximo.

Contra Cepha. conſil. 272. & Paſcth. conſilio 118. 119. 120. 121. 122. pro hac parte, pro qua fuit iudicatum, Crauet. conſilio 769. Riminald. iun. conſil. 234.

A R-

ARGVMENTVM.

Quid in conſultatione habeatur, primo intuitu in principio illius ſtatim deprehendes: ſex enim capita totius diſputationis proponuntur.

SVMMAE.

1 *Ciuis vere efficitur, & ciuilitatem conſequitur, qui priuilegium impetrat.*
2 *Et pro originario, qui eſt habendus, non differt ab aliis originariis.*
3 *Nepos ex filia, comprehenditur in inueſtitura ſuſcepta pro ſe, filiis, hæredibus, ac ſuc ceſſoribus.*
4 *Nepos ex filia de propria ſignificatione comprehenditur in materia tranſitoria ad quoſcunque.*
5 *Inueſtitura eſt interpretanda iuxta conſuetudinem loci, in quo fit.*
6 *Inueſtituræ natura non poteſt alterari per aliam, ſub alia forma factam.*
7 *Alioqui præſumitur illam recipiens coactus per impreſsionem recipere.*
8 *Inueſtituram recipiens carens ſobole & ſpe habendi, non eſt veriſimile intellexiſſe de filiis ſuis maſculis, vel de nepotibus ex filio maſculo.*
9 *Reſtitutio datur hæredi ex perſona defuncti, ex clauſula, ſi qua mihi, &c.*
10 *Ciuis nouellus præſumitur ignoraro formam inueſtiturarum factarum aliis.*
11 *Emphyteuſi finita per generationem tenetur Epiſcopus, uel alius Dominus inueſtire pro ximiores agnatos.*
12 *Et quod idem ſit in cognatis, & nepote ex filiabus.*
13 *Ex in filiabus ipſis.*
14 *Et in fœminis etiam deſcendentibus.*
15 *Et in cognatis etiam tranſuerſalibus.*
16 *Quod non habet dubium, quando ſumus in deſcendentibus primi inueſtiti.*
17 *Inueſtituræ renouatio eſt facienda agnatis.*
18 *Et proximiore non petente poteſt minus proximus petere.*
19 *Agnatus non inſtitutus hæres a defuncto, nō poteſt petere renouationem inueſtituræ.*
20 *Quæ opinio nō procedit, quando emphyteuſis non eſt conceſſa pro ſe, & filiis et hæredib.*
21 *Inueſtituræ renouationem poteſt petere agnatus, licet non ſit hæres primi inueſtiti.*
22 *Et ſi habet ab alio proximiore ceſsionem non validam poteſt lapſo anno nomine proprio petere.*
23 *Emphyteuſis Dominus, vt Prælatus, vel Eccleſia, poteſt retinere pro ſe res alias conceſſas, ex ſententia Panormitani Abba.*
24 *Sed illius opinio non eſt vera, & contra tenent plures.*
25 *Feudi dominus tenetur alium inueſtire Baronem etiam in caſu, quo vaſallus feudo erat priuandus.*
26 *Prælatus, vel alius dans emphyteuſim, non poteſt illam pro re retinere.*
27 *Et quid ſi dicatur, eccleſiam eſſe in neceſsitate conſtitutam.*
28 *Inueſtitura cum agnato conceditur, an poſsit concedi ſub ea conditione et pacto, ſub qua extraneus illam acciperet?*
29 *Agnatus proximior, an ſit præferendus ad inueſtituram cum eiſdem pactis, et precio, quibus extraneus illam aceiperet.*
30 *Melioramenta non perdit inueſtitus per generationem finitam, ſed ad ſuos hæredes tranſeunt.*
31 *Laudemium debetur, quando alienatio eſt facta in non comprehenſum.*
32 *Laudemium, eſt quinquageſima.*
33 *Mutatio iuris maxima ſequitur ex modica mutatione facti.*
34 *Emphyteuta non eſt priuandus ob alienationem, ſi eo viuente per dominum emphyteuſis nulla fuit facta querela.*
35 *Et idem eſt, ſi ex aliis cauſis potuiſſet ceciſſe a iuribus ſuis.*

CONSILIVM LXXXV.

In Domino confido.

Ex facto narrato plura ſunt diſcutienda & diſſoluenda dubia, ſuper quib. abunde ſcripſerunt Excellentes Doctores ad fauorem Reuerend. D. Epiſcopi Imolenſis.

Primum erit, nunquid in inueſtitura recepta per olim ſpectab. D. Iacobum Fogaciam fuerit, & ſit comprahenſus, vel comprahendi debeat pect.

ſpect.D.Hier. Ferrinus, eius nepos ex filia?

Secundo,poſito quod non, an ex eius perſo-
na potuerit petere renouationem inueſtituræ,&
eam facere eidem teneatur ipſe Reuerendiſ.Do
minus Epiſcopus?

Tertio,& ſi ex ſua perſona non eſſet admitten
dus, tamen ut ceſſionarius D. Melchioris Foga-
ciæ,olim nepotis ex fratre Domini Iacobi inue-
ſtiti debeat admitti, vel ſaltem ipſe Melchior ſit
admittendus.

Quarto,num ipſe Reuerendiſs.Dominus Epi
ſcopus poſſit dictam inueſtituram denegare eo
prætextu,quod velit rem ipſam pro ſe, & eccle-
ſia ſua retinere?

Quinto,quid,& quantum ſit ſoluendum pro
inueſtitura ipſa pro laudemio,uel an teneatur in
ueſtituram accipiens totum id ſoluere, quod a
quolibet extraneo pro inueſtitura ipſa conſequi
poſſet ipſe Reuerendiſs.Epiſcopus.

Sexto,& vltimo, nunquid per alienationem
factã per D. Coſmum Paſetum, auctorem ipſius
quondam D. Iacobi poſſit eſſe locus caducitati
in præiudicium dic.quondam Dom.Iaco.& ſuc
ceſſiue D.Hieron. eius nepotis,& hæredis?

Capio igitur primum dubium, in quo non ne
gauerim me valde ſubſtitiſſe,tum propter ratio-
nes per Magnif.Dominos ex aduerſo conſulen-
tes adductas, & præſertim decisionem Caſtr. &
aliorum in l.Gallus,§.nunc de lege,ff.de liber.&
poſthum.tum per multa alia,quę uiderim in hac
materia: Attamen ulterius cogitando, arbitror
iure optimo defendi poſſe,ipſum D.Hieron.ne-
potem ex filia debere compræhendi in dicta in-
ueſtitura. Et in primis præmitto quòd prædi-
ctus quondam D.Iacobus tempore,quo recepit
primam inueſtituram ab Epiſcopo Imolenſi de
anno 1556. & de menſe Octobris,& tanto ma-
gis tempore ſecundæ inueſtituræ anni 1560.fue
rat creatus ciuis,& municeps Terræ Conſilicis,
prout in eius priuilegio ciuilitatis late conſtat,
ex quo dubium † non eſt ciuilitatem ipſam fuiſſe
1 conſequutum,& verum ciuem fuiſſe effectum, l.
ciues,vbi Bar.C.de incol.lib.10.Bart.in l.1.num.
17.ff.ad municip.& in l.ſi is,qui pro emptore, &
ibi communiter omnes, ubi Crot.latiſſimè,nu.
45.& ſequen.ff.de vſuca. Alex.conſil.148. num.
7.in 6.& 41.num.4.in 7.uolum.Dec.conſ.289.
num.10.Pariſ.conſil.71.in primo, & Boer.deciſ.
260.num.23.& ſtantibus clauſulis ipſius decreti
ciuilitatis quòd habeatur,& ſit ciuis ipſius Terrę
originarius, & ut alij ciues originarij tractetur.
& omnia poſſit facere quæ ipſi poſſunt,& gaude
re omnibus priuilegijs, &c. nulla erat facienda
differentia ab eo, & alijs ciuibus originarijs ip-
2 ſius Terrę,ſed per omnia pro originario erat ha
bendus, ut Bald.trad.in l.omnes populi,colum.
pen.ſub num.23.uerſ.ſed pone, quod ſtatuto ca
uetur.ff.de iuſt.& iure, Anchar.in cap.canonum
ſtatuta.de conſtit.in repet.colum.95.uerſ.pone,
ſtatuto, & ſequuntur Moder. in d.l.ſi is, qui pro
emptore,ubi Iaſ.colum.65. uerſ.ſeptimo, Crot.
nu.48.& idem Crot.in d.l.omnes populi, etiam
num.48.Dec.d.conſil.num.10. Rui.conſ.227.co
lum.3.verſ.ſed his non obſtantib.1.uol. & Pariſ.
d.conſ.71.num.7.

Quo ſtante ſequitur, quod in inueſtitura fa-
cta ipſi D.Iacobo, ipſe non ſecus erat tractandus
quàm cæteri homines,& ciues ipſius Terræ Con
ſilicis, qui ſunt inueſtiti ab epiſcopatu prædicto
a trecẽtis annis & ultra citra,pro ſe & ſuis filijs,
hæredib. ac ſucceſſoribus.& cum pacto expreſ-
ſo alienandi, & relinquendi in ultima uoluntate
alijs,ut in ipſis inueſtituris.Quod cum factũ non
fuerit expreſſe, ſed fuerit facta inueſtitura pro ip
ſo Domino Iacobo,& ſuis filijs ac nepotibus ma
ſculis legitimè deſcendentibus,duo iuſte inferri
poſſe uidentur:alterum, & primum,quod cum
d.Hieron. ſit nepos Dom.Iac.primi inueſtiti, &
3 ſit † maſculus, comprehendatur in dicta inueſti-
tura,& ſi ſit ex filia natus, cap.1.de eo qui ſibi, &
hęre.maſcu.in uſib.feud.l.1.vbi gloſ.& Doct.C.
de cond.inſer. nec hoc caſu deciſio Specul.in §.
nunc aliqua, in tit.de loca.uerſ.146. nec Doct.
in d.§.nunc de lege poteſt ſibi locum uendicare,
quia loquuntur quando emphyteuſis de ſui na-
tura nõ tranſit ad fœminas, vel extraneos,ſecus
4 in materia tranſitoria † ad quoſcunque,quia de
ſui propria ſignificatione compræhenditur ne-
pos ex filia,ut trad.Caſt.in d.l.1.ſecunda colum.
& ſequitur Veronen.in conſil.7. punctus,col.pe
nul.in ciuilibus.& late confirmat Soc.Iun.conſ.
2.nume.17.in 3.uolum,In quo quidem conſilio
plura ponit facientia ad propoſitum noſtrum,
ut etiam facit Rui.in conſil. 120.num.8.& ſequ.
1.uolum. Et hoc caſu inueſtitura accepta per D.
Iacobum veniret interpretanda,iuxta conſuetu
dinem ipſius Terræ Cõſilicis, & inueſtituram fa
5 ctam hominibus ipſius † Terræ Conſilicis,ut ad
propoſitum trad.Bar.in l.ut iuriſiurandi, ſecun-
da colum.num.5. ff.de oper.liber.& late per Al-
ber.Bru.qui plures citat, in tract.ſtanti.maſc.fœ
mi. non ſuccedant.art.8. 22.q.col.2.num.106.
& idem trad.Georg.Nat.in ſimili tract.2.quæſt.
principali. nu.78. vbi poſt Imo. dicit quod licet
fœminæ non cõpræhendãtur in inueſtitura em-
phyteuſis facta pro ſe,& filijs,ſecus tamen eſt,ſi
ex conſuetudine, uel ſtatuto loci aliter diſpona-
tur, quæ tanto magis procedunt, cum ipſe Do.
Hieron.pariter fuerit creatus ciuis ipſius Terræ
Cõſilicis.& dẽ eius priuilegijs gaudere, & frui.

Alterum, & ſecũdum,quod infertur ex dicto
priuilegio ciuilitatis eſt, quod cum inueſtituræ
antiquæ,& etiam modernæ dictorũ hominum
Terræ Conſilicis compræhendant etiam fœmi
nas,& deſcendentes ex fœminis,& earum uigo-
re inueſtiti poſſint bona alienare, & in ultima
uoluntate relinquere,ut ſupra,nõ potuit eorum
6 natura alienari † per inueſtituram ſub alia forma
fa-

factam,ipſi Domino Iac.per ea,quæ ad propoſi-
tnm trad. Bal.in conſil.a 15. proponitur 1.dub.
2.uolum. Brun.conſilio 1.numero 83. & conſil.
78.num.6.Pariſ.conſil.22.num.63.& ſequen.&
conſil.22.præcedenti,nu.8.& ſequen.1.uolum.
Lauren. Sylua. in tracta. de ſeu.recognit. q.38.
Ferret.conſi.40.num.6.& 119.num.4.& ſequen.
cum alijs trad.per Tiraq.in tract.de retract.tit.1.
§.32.glo.uni.num.39.concludentes formam an
tiquarum inueſtiturarum non eſſe mutandam,
& præiudicinm nullũ fieri his, qui in eis poſſunt
facere fundamentum:immo ſi inueſtitura fiat ali
ter quàm facienda ſit,præſumuntur partes erraſ
ſe,uel inueſtitum ab epiſcopo,vel domino Inue-
ſtiente per impreſſionem coactum ea forma†in
7 ueſtituram recipere, ut Bal.trad.d.conſil.colum.
2.uerſ.& in dubio, & idem trad.Caſtr. in conſil.
63.uidetur dicendum,2.colnm.in antiquis,aliàs
142.num.3.ſecundo nolum. in nouis.ubi admo-
net partes recedentes ab inueſtituris antiquis,
uel aliter debitam & conſuetam formam mutan
tes, ut faciant mentionem de eis, & earum anti-
qua forma,& quod eis non obſtantibus licet ali
ter deberet fieri inueſtitura,tamen partes ab illis
recedũt,& alterant,ſeu mutant earum formam,
& Caſtr.in d.conſil. ſequitur Dec.in conſil.193.
num.4.& 263.nume.3.Ex his igitur conſtat aut
omnino ſecundum tenorem inueſtiturarum fa-
ctarum dictis hominib.Conſilicis,ut ſupra,hanc
noſtram de qua agimus inueſtituram eſſe inter-
pretãdam,quod veriſſimum eſſe cenſeo etiam in-
ſpecta mente Dom.Iacobi inueſtiti,qui cum ma
ſculina careret ſobole, & eſſet iam ſexagenarius
vxoremq; haberet ſenem, & nulla ſibi eſſet ſpes
habendi filios maſculos, non eſt ueriſimile, nec
creden. quod intellexerit de filijs ſuis maſculis,
8 vel de nepotibus†ex filio maſculo, ſicuti ad pro-
poſitum trad.Bal.in cap.1.§.ſimiliter,ad fin.qui-
bus mod.feud.amit. Salyc.Roman. Iaſ.co.pe. &
Dec.num.11.C.de ſucceſſ.edicto. Quod licet fi-
lius fratris non ueniat de ſui propria ſignificatio
ne appellatione nepotis, ſed tantum filius ex fi-
lio,vel filia:ſecus tamen eſt,ſi inueſtitus pro ſe,&
nepotibus non habebat, niſi filios ex fratre, nec
ſperabat habere,ut in caſu iſto.tunc enim ex præ
ſumpta mente de illis cenſetur intellexiſſe.Vnde
tanto magis cenſendum,& præſumendnm eſt in
tellexiſſe de hoc nepote, qui eſt vere nepos, &
eſt maſculus, licet ex filia per prædicta. Aut qua-
tenus ex verbis ipſius inueſtituræ aliter dicendũ
eſſet,ſaltem ſuccurrendum erit huic nepoti hære
di D.Iacobi ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta
9 cauſa,& c.qua datur reſtitutio † hæredi ex perſo-
na defuncti,Bar.& Caſtr.ac alij in l.Pantonius.ff.
de acquir. hæred.Rub.Alex.conſil.56.num.2.&
Io. Durant.in tract.de arte teſtan.tit.11.caut.1.
num.4.Dubium autem non eſt ipſum Dom.Iac.
propter ignorantiam ſub tali forma talem rece-
10 piſſe inueſtituram,quia cum eſſet ciuis†nouellus

præſumendum eſt, quod ignorauerit formam in
ueſtiturarum factarum dictis hominib. ſicut ſta-
tuta illius loci ignoraſſe præſumitur,ut poſt Bal.
Rom. & alios trad.Marſ.in l.qui ignorans,num.
17.& in l.qui falſam,nu.75.ff.ad l.Corn.de falſ.
Concludo igitur in hoc primo dub. dictum Hie
ron. cenſeri compræhenſum in dicta inueſtitura
aut ſaltem per reſtitutionem ſibi eſſe ſuccurren-
dum, vt ſupra.

Deuenio modo ad ſecundum dubium, quod
modicam uidetur habere difficultatem, ſi quidẽ
* *illa eſt communis & receptiſſima** ſententia
Doctor. quod finita emphyteuſi per generatio-
nem teneatur epiſcopus,vel quilibet alius Do-
11 minus directus inueſtire†proximiores agnatos,
vel cognatos inueſtiti,ut uoluit Bart.in pluribus
locis in l.1.in fi.ff.de priuil.credi.in l.1.§.permit-
titur,ad fin.ff.de aqua quotid.& æſti.& in l.ſi mi-
hi,& Titio, in princ.colum.pen. ff.de verborum
oblig.Bald.in cap.in præſentia.num.20. de pro-
bat.Ang.in conſil.184. ex facto.colum.fin. Imo.
conſil.68.in caſu præmiſſo,2. colum.Caſtr.con-
ſil.417. ſuper primo,2.volum. Aret. & Alex.in
d.l.ſi mihi, & Titio,Alex.conſil.80.viſo 2.dub.1.
volum.& 93.in fi.ſecundo volum. Dec.conſilijs
78.131.& 328.1.colum.nume.3.Iaſ.conſil.227.
colum.6.verſ.4. 2.uolum.cum alijs trad.per Ti-
raquel.in tracta.de retract.titu.1.in præfatione,
num.41.Ruin.conſil.12.num.17.45.num.8.151.
num.16.155.num.14.primo volum.& conſil.47.
num.6. 3.uolum.& Io.Bat.Ferret.conſil.87.nu.
16.Nec dubitandum eſt quin hæc ſit communis
opinio,ut etiam de plano admittunt Magnifi.ex
aduerſo conſulentes,qui nituntur uelle iura Re-
uerendiſſ.Epiſcopi tutari,ſub prætextu quòd ea
non procedat.in aliquo caſu limitationũ ad eam
traditarum per Doctor.Nec in caſu quo extent
agnati non hæredes, ſed & hoc beneficium co-
gnatis competere aliqui ex eis negant,& de hoc
vltimo nunc tractand.eſt,de alijs in diſcuſſione
aliorum dubiorum ſuo loco dicetur.Dico igitur
opinionem hanc Bar. & communem ſibi locum
vendicare in prædicto D.Hieron.ex filia nepote
& ſic cognato d.quondam Do.Iacobi,& cogna-
12 tis†proprie loquitur Bart.in d.l.1.in fi. de priui.
cred. & in filia trad.Mart.Lauden. & Card.Ale-
xand.in tit.quem.ad fil.perti.& in nepotibus ex
filia Anchar.conſil.171. caſus talis eſt 3.colum.
primo dub.& idem Imo.qui proprie loquitur in
bonis epiſcopatus Imo. ſuppoſitis & ab eo reco-
gnitis,in conſil.27.uiſo quodam inſtrumento,&
13 †in filiabus Caſt.conſil.159.punctus,colum.fin.
num.3.ſecundo volum.& in filia trad.etiam Ful-
goſ.in conſil.4.ad id,de quo quæritur,colum.1.
14 in fi.cum princ.ſeq.& in fœminis†etiam deſcen
dentibus,conſi.220.nobiles de Fortiate,colum.
fin.& in fœmina proximiore,Roman.conſil.22.
propoſitæ,ultimo dub. col.fin. & in matre trad.
Imo. in conſil.38. in caſu præmiſſo, colum.2. &
quòd

quòd nulla ſit differẽtia inter cognatos,& agna-
tos,trad.Dec.in d. conſil. 131.colum.fin.& in co
15 gnatis†etiam tranſuerſalibus conſuluit Ruin.d.
conſi.151.num.18.& in muliere,quod etiam feu
dum per lineam finitam ad Dominum reuerſum
ſit ei renouandum,trad.Ferret.conſil.108.& cũ
hac opinione tranſit etiam Rip.in d.l.prima. nu.
6.& num.8.ff.de priuil.cred.& Tiraq.d.num.41.
16 & cum ſimus in deſcendentibus†primi inueſti-
ti,non eſt aliquo modo dubitan.ut trad. Cur.ſe-
nior conſil.48.ſuper controuerſia. colum.3.nu.
8.& Pariſ.conſi.108.nu.55.in primo,qui quidem
deſcẽdens eſt etiam hæres primi inueſtiti, quòd
multi exigunt,ut renouatio peti poſſit citati per
dictos Magn.D.Conſulentes, de quo tamen di-
cetur in ſeq.dub.Ex quib. tolluntur ea,quę con
tra hanc reſolutionem adducunt prædicti Mag.
D.Conſulentes:nam cum habeamus tot,& tan-
tas in indiuiduo deciſiones,quod cognati etiam
fœminæ poſſint renouationem petere,& obtine
re in caſu finitæ emphyteuſis per generationem,
ut ſupra.non eſt quærendum,an poſſit renouari
his, qui in priori conceſſione non compræhen-
derẽtur,cum certum ſit,quod ſic, per prædicta,
quia ſi fuiſſent compręhenſi nõn eſſet opus reno
uatione.& licet fœminæ, uel eius deſcendentes
forte non potuiſſent compræhendi expreſſe,nõ
eſt tamen inconueniens quod eis ſtipulantibus
& recipientib. pro maſculis renouatio fiat, quia
primo caſu omnes fœminæ paſſim ſuccederent
hic uero prima tantum inueſtita.

Præterea primo caſu ex ſucceſſione fœminæ
eccleſia non lucraretur laudemium,ſed ex reno
uatione ſic,ut dicetur in 5.dub. Quod etiam ceſ
ſat inſpecta conſuetudine & inueſtitura hominũ
dictæ Terræ Conſilicis, qua in dictis bonis ſuc-
cedunt fœminæ & alij quicunque hæredes ex-
tranei,& idem tenendo quòd D. Melchior agna
tus ex fratre nepos d.Iaco.inueſtiti poſſit petere
renouationem,ut in ſequenti dubio dicetur,ceſ-
ſat hæc difficultas, cum nulla extet etiam in hoc
reſpectu maſculorum conſuetudo,quia ipſi com
pręhendantur, ut ẽt in ſucceſſiuo dubio dicetur.

Succeſsiue igitur deſcendo ad tertium dubiũ,
in quo concludo quòd quatenus inueſtitura prę
dicta non eſſet renouanda prædicto D. Hieron.
ſaltem eſſet renouanda dic.D.Melchiori agnato
per dictam communem concluſionem Barto.&
aliorum citatorum in præcedẽti dubio. & quòd
agnatis ſit facienda renouatio tenent quàmplu-
17 res†ex ſupra allegatis expreſſe in agnatis loquẽ-
tes,ut Cur.ſen.conſil.48.2.& 3.colum.Dec.con
ſil.131.4.colum.Ruin.12.num.18. 151.num.17.
vbi dicit hoc ſaltem procedere non exiſtentibus
deſcendentibus,& 155.num.14.& hoc non ha-
bet difficultatem,quia ſi remedium & priuilegiũ
hoc datur cognatis & fœminis proximioribus,
ut ſupra oſtenſum fuit, quanto magis debet da-
ri agnatis maſculis. ſi igitur competebat hoc ius
petendi hanc renouationem ipſi Do.Melchiori
tanquàm agnato,videtur etiam iuridicum quòd
huiuſmodi priuilegium potuerit cedere Dom.
Hieron.cum ſaltem D.Hieron.non exiſtente di
18 cto agnato potuiſſet†renouationem huiuſmodi
petere, caſu quo ante eum non admitteretur,
iux.trad.per Rui.conſ.47.nu.7.in 4.& Tiraquel.
in tract. prædicto de retract.§.26.gloſ.2.nume-
ro 1.& ſequen.

Nec obſtant aliqua,quæ per dictos Mag.Con
ſulentes obijciuntur,& primo quod cũ iſte agna
tus non ſit hæres inſtitutus a prædicto quondã
D.Iacobo, & ſic perſonam defuncti non repræ-
19 ſentet, non poſſit hanc†renouationem petere,
ſecundum Alexand. in d.l.ſi mihi & Titio, & in
conſil.10.colum.fin. in 3.& Rimin.conſil.323.
numero 13.ſecundo volum. & alios quoſdam.
Quia hæc opinio non procedit,quando emphy
teuſis non eſt conceſſa pro ſe, & filijs,& hæredi-
bus,quo caſu loquitur Alex.in d.l.ſi mihi, & Ti-
20 tio,num.19.& ita declarat†late Dec.conſil.præ
allegato 88.per totum,Rip.in d.l.1.num.8.ff.de
priuil.cred.Ruin.dictis conſil.12.num.21. 151.
num.21.& 161.nu.35. Et quod non ſit opus ali
21 ter agnatum petentem†renouationem eſſe hæ-
redem primi inueſtiti, tenuit etiam Imo. in in-
diuiduo in emphyteuſi dicti epiſcopatus in dic.
conſil.27.& Cur.ſen.in addit.ad dictum conſil.
49.num.17.& Alexand.d.conſil.93. colum.fin.
in 3. uolum.

Secundo non obſtat,quod non potuerint ce
dere iura ſua, ex quo non poſſet alienare ſi fuiſ-
ſet inueſtitus,quia hic non agimus de alienatio-
ne rei facienda,cum adhuc nõ ſit inueſtitus, ſed
de ceſſione iurium quæ non uidetur prohibita,
& maxime cum non interſit eccleſiæ magis inue
ſtire unum quàm alterum,licet caſu quo nõ va-
luerit ceſſio, poſſet de nouo D. Melchior nomi-
22 ne proprio petere†renouationem dictæ inueſti-
turæ etiam lapſo anno,ut per Rui.conſ.prealle-
gato 151.nu.19.& late plures citat Tiraq.in d.
tract.§.1.gloſ.10.num.9.

Succedit quartum dubium,in quo veriſimili-
ter inſiſtunt omnes ipſi Excellentes Conſulẽtes
concludentes, Reuerendiſs.D.Epiſcopum præ-
dictum poſſe retinere pro ſe, & eccleſia ſua rem
prædictam,ſeu res controuerſas, nec hoc caſu
23 †opinio.communi locum eſſe per trad.per Abb.
hoc in terminis decidentem in cap.bonæ, il 2.
num.28.de poſtu.præla.& ſequitur Rip.in d.l.1.
num.10.de priuil.cred. Ego uero in hoc dubio
ſto cum alia opinione tenentium contrarium,
& primo negari nõ poteſt,quin ſi uera eſſet hæc
limitatio,communis opinio de qua ſupra in duo
bus præcedentibus dubijs, ſeruiret de uento, ut
dicebat Dec.in conſilijs ſtatim allegandis, cum
ſemper prælatus poſſet dicere ſe uelle pro ſe re-
tinere, & eludere proximiores inueſtiendos, &
propterea quod hæc limitatio non ſit uera, nec
defe-

24 deferendum ſit † auctoritati ipſius Abb. tenent
quamplures Doctor.maximę auctoritatis, & pri
mo Dec. qui in ſpecie eam reprobat in dictis
conſilijs 131.nume.3. & conſil.328. colum.fin.
verſ.3.& Ruin.conſilijs prædictis 12.nume.22,
151.numero 20.& 155. numero decimoquarto,
Et quòd Dominus non poſſit pro ſe rem reti-
nere, ſed teneatur alium inueſtire in caſu dictæ
communis opinionis, tenent quamplures alij
& maxime Bald.in cap.t. §.ſi vero. qualiter olim
feud. alien.pot. & licet nimis generaliter fuerit
loquutus, ut ſcilicet etiam in caſu quo vaſallus
25 debeat†priuari feudo, teneatur Dominus alium
inueſtire Baronem, quod etiam uoluere And.de
Baru. & Io.de Platea in l.mutileguli.C.de murile
gul. gyneci. lib.11. tamen opinionem ſuam re-
ſtringit Aret.ad terminos d.q.Bar.& communis
opinionis ſupradictæ,ut per ipſum Aret.in d.l.ſi
mihi,& Titio, colum.pen.in ſi.primæ q.opinio-
nem autem Bal.reſtringendo eam etiam ad ter-
minos noſtros, & ſic in effectu contra opinioně
Abb.tenet Cur.iun.in trac.feud.in ſecunda par.
quæſt.15.colum.fin.de feud.eccleſ.eandem opi
nionem]quod non poſſit prælatus, uel alius dans
26 rem pro ſe retinere, ſed inueſtire†teneatur pro-
ximiores,tenent Alcia.& Card.Alex.in d.cap.1.
qualiter feud.alie.pote.ad ſi.prin.Ex quibus con
ſtat hanc opinionem tanquam communem om
nino eſſe tenendam, quam etiam tenet Rip. me-
lius cogitans in tract.de peſte, in ult.par.in titu.
de præſerua.remed.num.263.ubi no.diſtinguit,
quod aut emphyteuta habuit rem fertilem a Do
mino,& tunc quia parum amittit,procedit opi-
nio Abb.ſi uero ſterilem, & fecit multas expen-
ſas pro reducēdo eam ad fertilitatem, & opinio
contraria procedit, & hic eſt caſus noſter, cum
D.Iacobus emerit tot millib.libr.meliorationes
ſuorum auctorum,unde eſſet iniquum,quod eas
amitteret. Et tanto magis hæc opinio procedit,
cum Eccleſia Imolen.ſemper fuerit ſolita conce
dere huiuſmodi bona tam hominibus dictæ Ter
ræ Conſilicis quam exteris, & numquam pro ſe
retinere, & quia cum hæ terrena ad meliorem
culturam & uberiorem ſint etiam redigenda
& reducenda, & ſic non ceſſat cauſa prima, qua
mota fuit eccleſia ad concedendum quod in ſpe
cie conſiderat Abb. in loco præallegato, ſicut &
non eſt uerum, quod eccleſia ipſa in neceſſitate
27 ſit† conſtituta, quæ ratio etiam mouit Abb.ad te
nendum dictam limitationem, cum certum ſit,
omnes reditus eccleſiarum fuiſſe auctos etiam
in duplum & ultra, ceſſat dicta opinio Abb.ceſ-
ſantibus eius rationibus, quibus mouetur ad eā
tenendam. l.quod dictum, ff.de pact.capit.cum
ceſſante, ubi late Dec. de appel.tum & ultimo,
quia ut dicitur in ſequenti dubio meliorationes
eſſent ſoluendæ & reficiendæ ipſi Dom.Hieron.
nec eccleſia deberet eas lucrari, cum in eis etiā
ſuccedat hæres extraneus, quo caſu non loqui-
tur Abb. & ita ceſſant omnia quæ ex aduerſo
adducuntur.

Subſequitur modo quintum dubium, in quo
Magn.vltimus Conſultor magnam uim facit te-
nendo, quod non teneatur Reuerendiſs. D.Epi-
ſcopus inueſtire D.Hieronymum, niſi oblata ea
conditione & ſub eadem mercede, & canone,
quib. poſſet alteri extraneo ipſe Dom.concede
28 re, † quod uoluit Imo.in conſil.38.ſecunda col.
& Rom.allegato conſil.22.quos ad aliud propo
ſitum citat alius ex Dominis conſulentib. quam
opinionem tenet Rip.in d.l.1.nume.13.Quo fit
vt parum uideatur poſſe lucrari Dom.Hierony-
mus, ſi pari conditione oblata veniat tantum ex
traneo præferendus.

Ego autem in iſto puncto etiam ſum contra-
riæ ſententiæ, primo p eandem met deciſio.Rip.
qui plenius cæteris hanc q. declarat in loco in
cōtrarium citato,& q. ſoluit ad fauorem noſtri ſi
(licet forte inaduertenter) allegetur tenere con
trarium.poſtquam enim Rip.in d.l.1.poſuit 5.li-
mitationem, ſeu intelligentiam ad ſupradictam
communem opinionem, quod præferendus ſit
29 proximior†pro eodem precio, & cū eiſdem pa-
ctis, quibus extranei petunt rem ipſam. Aliam q.
noſtræ ſimilem, vel potius eandem cum noſtra
adijcit, quando ſcilicet a principio fundus ſteri
lis fuerit datus in emphyteuſim, & cultura ac im
pēſa defunctorum cognatorum ad fertilitatem
fuerit redactus, an pro prima penſione teneatur
dominus rem cōcedere huic proximiori.& poſt
multas allegationes concludit quod ſic, quia nō
eſt æquum quod eccleſia, vel prælatus lucretur
labores & impenſas primorum inueſtitorū, quæ
deciſio pariter caſum noſtrum decidit, nam licet
Dominus Iacobus a principio non reduxerit ter
ras has a ſterilitate ad fertilitatem, emit tamen
labores,& impenſas anteriorum emphyteutarū
qui ſuis impenſis & laborib. meliorarunt dictas
terras, & ad eam, in qua nunc ſunt, fertilitatem
reduxerunt libris decem octo millibus plus mi-
nusve. Vnde ego neſcio qua inueſtitura quave
æquitate teneretur D.Hieron.hæres Do. Iacobi
tantumdem ſoluere, quantū quilibet extraneus
ſoluere vellet, qui nihil in emptione melioratio
num ipſorum erogauerit, certe id eſſet ipſa ini-
quitate iniquius.ut igitur iniquitas ceſſet, cōclu
dendum eſt, opinionem tenentium petentem re
nouationem illam pari conditione debere reci-
pere, ut tantummodo extraneo præferatur, non
ut minus ſoluat, ſibi locum non vendicare, quo-
ties fuit meliorata res impenſis & laborib. prio-
rum emphyteutarū, quia meliorationes ſuæ ſunt
detrahendę,& exinde poſtea pari cōditione pro
poſita poſſet illa opinio contraria procedere, ut
ita demum proximior admittatur, ſi tantum ſol-
uat, vel faciat quantum ſoluere & facere paratus
eſt extraneus,& hanc partem optime confirmat
deciſio alterius quæſtionis, quod ſi emphyteuſis
redit

redit ad dominum abſque culpa emphyteutæ;
ut in caſu iſto per generationem finitam, nõ per-
30 dit † inueſtitus ſua melioramenta, ſed tranſeunt
ad ſuos hæredes, ut per Comen. conſil. 57. mo-
naſterium. Iaſ. plures citans, in l. ſecunda, colum.
* 7. quæſtio. 7. C. de iu. emphyt. & eſt communis*
opinio, ut trad. Dec. in conſil. 518. & Baptiſta a
Villaboſ. in ſuis communibus opin. in uerb. em-
phyteuſi finita, num. 52. quæ deciſio aut confun
dit opinionem cõtrariam, aut eam declarat, & re
ſtringit, ut procedat ita demum nullis exiſtenti-
bus meliorationibus factis per ipſum ultimum
inueſtitum, vel alios, a quo ipſe cauſam & ius ha-
bet, pro ut in caſu iſto, in quo tam maximis pecu
niarum ſummis meliorationes huiuſmodi em-
ptæ fuere: immo & aliæ notabiles expenſæ factæ
in ipſis terris, quo fit, ut omnino reijcienda ex-
plodendaque ſit opinio Magnificorum contra-
rium conſulentium, & concludendum ſit in hoc
dubio cum Ripa in d. l. 1. num. 16. Dom. Hierony
mum inueſtiendum non teneri plus ſoluere pro
canone & cenſu annuo, quam teneretur D. Iaco
bus. Reſpectu uero laudemij, quatenus tenere-
mus eam opinionem, ſecundum quam conclu-
ſi in primo dub. quod D. Hieron. poſſit dici com
præhenſus in prima inueſtitura, vel deberet me-
dio reſtitutionis in integrum compræhẽdi, quia
eo caſu non eſſet opus noua inueſtitura huius
comprehenſi, nulla ſolutio eſſet facienda. ſi vero
de nouo eſſet inueſtiendus, & tunc quia aliena-
tio cenſeretur facta in non compræhenſum, lau-
31 demium † deberetur, Saly. in 7. colum. & Iaſ. 10.
2. quæſt. in l. fi. C. de iure emphyt. quod quidem
32 laudemium † eſt quinquageſima, ut in d. l. fin. li-
cet de conſuetudine forte, vel ex conuentione
facta in inueſtitura communis Conſilicis aliud
ſoluendum ſit.

Supereſt ſextum, & ultimum dubium diſſol-
uendum, in quo pariter & tanto magis conclu-
dendum eſt pro D. Hieron. quanto clarior appa
ret ueritas & iuſtitia pro eo. In hoc enim dubio
prædicti Magn. Domini Conſulentes aduerſarij
non leuem vim faciunt, ex eo quòd (ut ipſi affir
mant) D. Iacobus alienauit Cameræ Ducali par-
tem harum rerũ pro lib. octomillib. vel alia ſum
ma, quo caſu cecidit ob alienationem factam in
conſulto domino a iurib. ſuis, tum ex diſpoſitio-
ne pacti in inſtrumento contenti, tum de iure cõ
muni, d. l. fi. & c. fin. loca. Sed certe poteſt dici ip
ſos Excellentes Dominos Conſultores fuiſſe pa
rũ de facto edoctos, vel informatos, propterea
non mirum eſſe, ſi iura per eos adducta non cõ-
ueniant reſolutioni huius dubij: ex facto enim
ius oritur, l. ſi ex plagis, §. in cliuo. ff. ad l. Aquil.
33 ubi dicit Alber. quod modica facta † mutatione
facti, totum ius mutari neceſſe eſt, & vbi factum
incertum eſt, non poteſt cauſa certo iure diffini
ri l. quamdiu. C. qui admitti. cum alijs tradit. per
Dec. in l. precibus, nume. 3. C. de impub. & alijs
ſubſtit. factum itaque diuerſum eſt: nam D. Iaco-
bus nullam alienationem fecit de aliqua parte re
rum, de quibus inueſtitus fuit, ſed Dominus Coſ
mus Paſetus eius auctor, cum eſſet debitor du-
calis Cameræ vendidit ipſi Ducali Cameræ par
tem ipſarum terrarum, ſeu inſolutum dedit pro
lib. octomillibus, & ſubinde a Camera ipſa con-
duxit ad vſum ſoluendo eidem lib. quadringen-
tas, m. ſingulis annis, ut conſtat in inſtrumen-
to ſuperinde celebrato, & poſtea iura ſua uendi-
dit dicto Iacobo, quibus ſtantibus ceſſant om-
nia, quæ ex aduerſo adducuntur ad caducitatem
Do. Iacobi ceſſante cauſa, & ratione deciſionum
allegatarum, d. capit. cum ceſſante, de appellat. &
d. l. quod dictum, ff. de pact. & pœna non debet
egredi ſuos auctores, l. ſancimus. C. de pœn. Et
cum Reuerendiſſ. Epiſcopus Imolenſis nullam
vmquam fecerit de hac contrauentione quere-
lam, ſed inueſtiuerit D. Iacobum emptorem, vel
ſucceſſorem Dom. Coſmi, non uideo quomodo
nunc ad aliud propoſitum hoc obijciatur D. Hie
ronymo prætendenti ſe fuiſſe compræhenſum
in dicta inueſtitura, vel debere renouari emphy
teuſim, ſi non ſit compræhenſus in eius perſona.

Quinimmo & ſi dictus Do. Iacobus deliquiſ-
ſet, & fuiſſet alienator, id ſucceſſori ſuo obeſſe
non poſſet, cum eo uiuente nulla per ipſum Re-
uerendiſſimum Domin. Epiſcopum facta fuerit
34 † querela, Comenſ. conſil. 164. prælatus, & in in-
diuiduo Ruin. conſil. 128. num. 8. & 168. nume.
20. primo volum. Et idem eſt, ſi ex alijs cauſis
35 † potuiſſet cecidiſſe a iuribus ſuis, vt per eundem
Ruin. in conſi. 46. num. 12. & 169. eod. 1. uolum.
& Caſſad. in titu. de loca. deciſ. 2. nume. 2. & de-
ciſio. 3. in princ. Et per hæc eſt expeditum ſex-
tum, & ultimum dubium, & ſublatis omnib. dif-
ficultatibus clara apparet iuſtitia ipſius D. Hier.
Laus Deo Opt. Max.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum nuncupatiuum, quomodo valeat ſine ſcriptis, & ſi non ſit publicatum?

Et teſtes in teſtamento, an ſint rogandi, & a quo, & quomodo?

SVMMAE.

1 *Teſtamentum nuncupatiuum eſt de iure perfectiſsimum inſtituto hærede per verba diſpoſitiua.*

2 *Nec vlla eſt neceſſaria ſcriptura, vel lectura, aut publicatio.*

3 *Idem eſt, ſi teſtator dictaſſet notario, qui non*

po-

potuit legere, modo per teſtes probetur ita eſſe diſpoſitum.

4 *Secus, ſi fuiſſet imperſectum ratione volunta tis non expreſſa.*

5 *Teſtamentum non publicatum per notarium, an valeat & quando?*

6 *Præſumitur nemo plus habere in corde, quàm ore expreſſerit.*

7 *Teſtamentum valet, licet non ſint ſcriptæ conditiones illæ, ſub quibus dixit teſtator inſtituere hæredem.*

8 *Teſtamento perfecto, ſi teſtator dicat notario ut die craſtina redeat, pōt tamen notarius perficere rogitum abſq; falſi pœna.nu.ſeq.*

10 *Teſtamentum perfectum valet, licet teſtator moriatur antequàm notarius illud publicet.*

11 *Mulier adhibita teſtis teſtamento non neceſſaria, non vitiat actum.*

12 *Ciues præſumuntur habitare ſuam ciuitatē.*

13 *Solemnitas ſtatuti poteſt omitti neceſsitatis gratia.*

14 *Teſtes in teſtamento non ſunt rogandi.*

15 *Sufficit quod uocati accedant, non caſu, aut fortuna.*

16 *Rogitus teſtium non eſt neceſſarius in teſtamento nuncupatiuo.*

17 *Vel ſaltem a quocunque poſſunt rogari.*

18 *Et hæres ipſe poterit illos rogare & ſtatim poſt teſtamentum.*

19 *Teſtes duo probant tenorem & ſolemnitatem teſtamenti, & quod in eo interuenerunt ſeptem teſtes.*

20 *Teſtes cognoſcere teſtatorem non eſt neceſſarium.*

21 *Et ſufficit quòd viderint, & audiuerint, quòd non cognouerint.*

22 *Et etiam in caſu neceſsitatis ſolemnitas viſus remittitur.*

23 *Teſtes ſufficit concordare in eundem rei finem circa teſtamentum.*

24 *Nec refert, quod diſcordent in formalitate verborum, quando ad illam pars non ſe reſtringit.*

25 *Teſtator præſumitur inſtituiſſe hæredem hominem illi obſequioſum.*

26 *Teſtamenti pro validitate in dubio eſt pronunciandum.*

CONSILIVM LXXXVI.

In Domino confido.

Viſo proceſſu & dubijs ſubtiliter excitatis in cauſa D.Iacobi Albertini, cum Magn.D.Delia de Bardellonis de Mantua, & omnibus maturè conſideratis, arbitror ipſum D.Iac.iuſtitiam fouere, & hæreditatem olim D. Iſabellæ Collebandæ eidem tanquam eius hæredi inſtituto deberi, non obſtantibus dubitationib. propoſitis. Pro quarum diſſolutione primo uidendum eſt, an teſtamentum quod per teſtes ſeptem probatum eſt fuiſſe factum p dictam D. Iſabellam in articulo eius mortis, licet per Notar.non fuerit publicatum, valuerit necne?

In quo puncto cenſeo veriorem eſſe hanc ſententiam, quod dictum teſtamentum valuerit, ex quo adhibitis ſeptem teſtibus ipſa Do. Iſabella per verba diſpoſitiua inſtituit eius hæredem vniuerſalem ipſum D.Iacobum tam ſuę poſſeſſionis quàm etiam ſuorum aliorum bonorū: tale enim teſtamentum nuncupatiuum perfectiſſimum eſ
1 ſe iure ciuili firmumque † conſtitutum ſanciuit Iuſtinia.in §.fin.& illic omnes ſcribentes, Inſtitu. de teſta.& probatur in l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem.ubi Docto.de teſta.quod plerique Docto.affirmant veriſſimum eſſe, Aret.in §. ex eo, in fi.Inſtit.quibus mod.teſta.infir.Alexan. conſil.105.viſo ac diligenter, num.5.4.uolum. Durant.in tracta.de arte teſtan.titu.2.caut.1.numero 2.Bertran.conſil.171.num.4.ſecundo volum. ſecundæ par.

Et licet Notarius qui de eo debebat rogari, non legerit, vel publicauerit teſtamētum ipſum: cum interim dum ſcriberetur mors obuenerit teſtatrici, hoc non infringit, vel annullat teſtamentum iam perfectum & inualidum, ad cuius vali-
2 ditatem nulla † erat neceſſaria ſcriptura, Cor.conſil.77.colum.fin.4.uolum.Socin.iun.conſi.144. num.27.& ſequen.ſecundo uolum. Feder.Scot. conſil.primo, numero 31.lib.2.to.1.conſiliorum ſuorum, & Bertran.d.conſil.171.vbi expreſſe firmat nullam Notarij recitationem exigi eo caſu ad teſtamenti validitatem.

Et quod hoc caſu ualeat teſtamentum factū per teſtatorem Nota.dictatum, licet per Notariū non ſcriptum, vel publicatum, ex quo obierit te
3 ſtator, modo probetur per teſtes, † qui illi fuerunt adhibiti, quod ſic fuit conditum, non autem per illam ſcripturam imperfectam, eſt tex.expreſſus in l.Lucius, in princ. & ibi optime. declarat Bald. quem alij ſequuntur.ff.de teſtam milita.& illic reſpondet Bald. ad l.ſi quis.alias, ſi is qui.ff.de teſta.ubi deciditur, non valere teſta-
4 mentum imperfectum ratione † uoluntatis teſtatoris, qui antequam totam ſuam uoluntatem

expreſſiſſet obierat, & ad l.fideicommiſſa.§.pri-
mo,ff.de legat.tertio, quas Bartol.in dicta l.Lu-
cius, in fi.uidetur allegare pro concordantibus,
vt procedant, quando teſtator dictabat teſtamē
tum, non autem dictauerat, & ſic teſtamentum
erat in fieri,non in facto eſſe,quo ad officium te
ſtatricis, prout erat in caſu dic. l.Lucius.firmās,
quod licet ſcriptura ſit imperfecta, poteſt proba
ri per teſtes, & idem tenet illic Alber. firmans
quod illa dictatio,eſt teſtamentum,ſi poteſt pro
bari per teſtes, cum quibus tranſeunt Angel. &
Cuman.in d.l.Lucius.

Eandem ſententiam, quod quando teſtator
totam eius uoluntatem expreſſit circa inſtitu-
tionem hæredis,& non conſtet quod aliquid vl
tra uoluiſſet diſponere, valeat teſtamentum, te-
nuit Bartol.in dicta l.ſi is,qui,in princip.& num.
ſecundo,ubi dicit,quod ſufficit teſtamentum eſ-
ſe perfectum ratione voluntatis, quia nolebat
aliud facere,& quod teſtamētum eſt perfectum,
quando tota uoluntas fuit declarata & teſtator
habuit totam ſuam uoluntatem pro declarata,&
idem uidetur uelle illic Alber.quod Bal.ibi opti
me declarat poſt ſummarium illius l.ſubdens,
quod forma eſſentialis teſtamenti conſiſtit in
puncto indiuiſibili,unde in vltima concluſiua te
ſtamenti inducit in teſtamento forma teſtamen-
ti,ut eſt in baptiſmate & alijs ſacramentis, quam
Bal. ſententiam ſequuntur ibi Imola in ſumma-
rio,& num.ſecundo,Aret.nume.1.& Conſtant.
Roger. numero 4.

Et licet non me lateat reperiri aliquas aucto-
ritates Docto.ſentientium teſtamentum non di-
5 ci perfectum,quoties † non fuit publicatum per
notarium,& præſertim Caſtr. in dicta l.ſi is,qui;
ſecundum quam aliquando reſpondit Rui. ut in
conſilijs,primo,numero 8.9.& ſequen.in tertio,
7.numero ſeptimo, & ſequen.in tertio uolum,
& 137. in quinto uolum. & aliqui alij in alijs re-
ſponſis. Attamen mouentur,quia in illis caſibus
conſtabat teſtatorem non perfecte declaraſſe
ſuam uoluntatem, ſed alia addere uoluiſſe, quæ
morte præuentus addere non potuerit. alioqui
eorum opiniones ſuſtineri non poſſunt & ſunt
contra deciſionem dicti tex. in dicta l.Lucius, &
* contra communem * omnium ſententiam tam
ſupracitatorum, quam inferius citandorum Do-
ctor.tenentium,quod quando per teſtes eſt pro
batum teſtatorem totam ſuam uoluntatem co-
ram teſtib. expreſſiſſe, teſtamentum dicatur per-
fectum, niſi conſtet quod eo tempore teſtator
aliud diſponere uoluiſſet,quod utique eſt probā
dum pro parte impugnantis teſtamētum,ex quo
actus nō pręſumitur imperfectus, niſi probetur,
6 quia nemo præſumitur habere in corde † pluſ-
quàm ore expreſſerit, ut declarat Bald. in his ter
minis in dicta l.ſi is,qui.in tertio not.ubi ſequun
tur Imo. eodem tertio not. commen. numero
primo,& Conſtant.Roge.num.2.

Et pro iſta ſententia facit text.in l.penult. C.
de inſtitu. & ſubſtitu. ubi ſi teſtator inſtituat hæ-
redē ſecundū conditiones infraſcriptas,ualet te
7 ſtamentum, & ſi nullæ aliæ conditiones † ſint ex-
preſſæ, vel ſcriptæ, & idem probatur ex tex. in l.
ſecunda, ff.de hæred.inſtituend. ubi valet teſta-
mentum, in quo hæredem teſtator inſtituit ex
partibus,quas adſcripſerit,vel ſi ei partes adſcri-
pſerit,licet nullæ partes fuerint adſcriptę:ſufficit
enim quod teſtator habeat teſtamentum pro ab
8 ſoluto † tunc temporis, ut Aret.trad.in d. l.pen.
numero ſecundo, quem ſequitur Ruin.conſilio
215.nume.9.primo uolum. Sicut etiam valet te
ſtamentum illius,qui poſt eius perfectionem di-
xit notario & teſtib. ut die ſequenti redirent, &
9 interim nihil fieret uſque ad craſtinam diem
& eo caſu notarium potuiſſe perficere rogitum,
9 nec teneri † poſſe de falſo,inter conſilia Alexan.
reſpondit Anto.de Prato vete.in primo uolum.
conſilio 73.non puto,& Alexand.in conſilio ſe-
quenti. numero 7. & ſequen. ubi multa ad pro-
poſitum adducuntur, quas ſequitur nouiſſime
Dom.Simon de Præt.in ſuo tracta. de interpre-
tatio.vltimarum volunt.lib.ſecundo, interpreta
tione 1.dubitatio.ſecunda. ſolutione prima,nu-
mero 41. fol.113.

Et quòd valeat teſtamentum,licet antequam
notarius illud publicaret, teſtator obierit, ex
quo fuerat perfectum,ſi ſit probatum per teſtes
10 illi adhibitos,ad propoſitum tenuit † Caſtren.re
ctius ſentiens,in conſil.307. ad primum quæſi-
tum,in ſecundo dub.num.3.& in fi.conſil.1.vol.
idem uoluit Anton.Roſel. inter conſilia Calca.
conſil.91.ſecunda colum. Corn.d.conſil.87.co-
lum.fin.& idem tenet Ang.Aret.in conſil.91. nu
mero 32.& ſequen.ubi citat tex.in l.Lucius,& ſe
quitur Bald.ibi,& ſecundum hanc ſententiam re
ſpondit Ruin.melius ſibi conſcius, in conſil. 12.
maxime,nu.15.& ſequen. 2.uolum.quam tenuit
Ceph. conſil.294.nume.16.17.& illam etiam te-
net Didac.in cap.relatum,il 1.num.12.uerſ.tertia
concluſio.de teſtamen.idem etiam conſuluit D.
Simon de Præt.in conſil.85.num.9.& ſequen.&
in eadem cauſa, conſ.164.ſecundum cuius ſentē
tiā dicit fuiſſe iudicatum in d.ſuo tract.loco præ
citato,nu.49.fol.114.cui opin.uidetur etiam ad
hęrere Ant.Gabr.lib.4.ſuarum concluſ.tit.de te
ſta.concl.9.nu.9.& ſeq.& huic etiam uidetur ad
hærere Rui.in d.conſ.137.ad fi.in contrarium ci
tati, ubi admittit teſtm̄ ualere,ſi poteſt conſtare
de ueritate ex depoſitionib. teſtiū examinatorū.

Ex quibus apertiſſime conſtat,ſententiā hanc
** tam ueriſſimam, quam frequentiſſimam ** eſſe,
quod teſtamentum ipſum ualuerit, tametſi non
fuerit de eo facta ſcriptura aliqua & non fuerit
lecta coram teſtatrice, quod non erat neceſ-
ſarium, ut ſupra, nec minus habet uirium te-
ſtamentum ſine ſcripto, vel differt ab eo, quod
eſt in ſcriptura redactum, niſi circa executio-

nem

nem illius, ut trad.Ioann. de Anan.conſilio 57.
viſis, in fi. vel ex eo quòd potuerit teſtatrix ali-
qua alia addere teſtamento, vel mutare, ex quo
id non præſumitur, ut ſupra, & ſatis ex verbis cla
ris teſtium conſtat, quòd nihil aliud volebat
diſponere.

Nec obſtant alia quæ ex aduerſo in dubijs ad
ducuntur ſecundo loco, quod teſtes, qui inter-
fuerunt teſtamento non fuerint legitimi, ex quo
vna mulier etiam examinata interuenit, quę pro.
hibetur eſſe teſtis in teſtamento: quia cum prę-
11 ter illam interuenerint † ſeptem teſtes, computa
to not. qui eſt hoc caſu vti teſtis examinatus, ceſ
ſat omnis ſcrupulus. d.§.fi.Inſtit. de teſta.

Quod modo (ut obijcitur tertio loco) nō con
ſtet, teſtes ipſos eſſe ciues Mantuæ, prout exigi-
tur a ſtatuto Mantuæ, non videtur etiam obeſſe
illius validitate: quia cum non conſtet de contra
rio, ex quo Mantuæ habitabar, pſumuntur ciues
12 illius ciuitatis, quia ciuis præſumitur † habitare
ſuam ciuitatem, Bart.in l.is poteſt, colum.6.ff.de
acquiren.hæred. Alcia. in tract.pręſumpt. regu-
la 2. præſumpt.15. in princ. Boſſ.in titu.de rapi.
num.26.& in titu. de princ.& eius priuil.num.
369.Ronchegal. in l.3.§.vbi duo, num.186.& ſe-
quen.ff.de duobus reis, & Ceph.conſ.223.nu.2.

Præterea cum opus eſſet celeritate ob mor-
tem teſtatricis in extremis laborantis, vt euen-
tus ipſe oſtendit, licuit eo caſu adhibere teſtes
non ciues, cum ſtatutum ipſum non intelligatur
13 loqui, vel limitetur, non procedere † in caſu ne-
ceſſitatis, ut in terminis trad. Rolan. a Val. conſil.
30.numero 13.& ſequen.3.uolum. & D.Burſat.
conſil.55.num.11.

Et licet ipſa teſtatrix nihil reliquerit hoſpitali
magno, vt dicitur in dubijs, non tamen propte-
rea putauerim annullari teſtamentum, maxime
factum ſine ſcriptura & rogitu notarij, ſed quia
non fuit copia illius ſtatuti tranſmiſſa, nec potui
illud uidere, me remittam in hoc ad Clariſſimos
DD. Iudices.

Succeſſiue non obſtat quod teſtes nō fuerint
14 † rogati a teſtatrice, d.§.fin. vbi gloſ. adhibitis. &
ibi Doctor. de teſta.& l.hęredes, §.pen. vbi Bart.
& alij. ff.eodem tit.& qui id allegat, debet proba
re, Spec.in tit.de teſte.§.primo, ſub nu.93.& ſe-
quen, Quia cum omnes teſtes fuerint expreſſe
uocati, ut interuenirent dicto teſta. a dicto Do.
Iac. ut ipſi omnes deponunt, & ſic non fortuiti,
vel tranſeuntes illuc acceſſerunt, quo caſu nō ad
mitterētur, ut in authen.niſi rogati, C.de teſti.&
in corpore unde ſumitur, nō uidetur neceſſarius
alius rogitus & hoc caſu ſufficere quod caſu, vel
15 fortuna illic † nō acceſſerint, reſpondit Bellame
ra conſil.42.numero 15.& conſil. ſequen. nume.
10. cuius mentis uidetur Manti.in tracta. de con
iectur. vltimar. uolunta. lib. ſecundo, titu.11.nu-
mero 13. uerſicu. ſecundo conſidero. præter id
quod multi in teſtamento nuncupatiuo uolue-
16 runt talem rogitum † nō eſſe neceſſarium, quam
opinion. dicit benigniorem Boer. deciſione 34.
numero ſeptimo. Et ſaltem eſt admittendum,
17 quod a quocunque potuerint † rogari, ut per gl.
primam in dicta authen. rogati. Socin. in l.ſi quis
ita, numero tertio, ubi dicit multum fuiſſe dubi-
tatū ſuper hoc, & ita fuiſſe cōſultum per oēs Do
ctor. Italiæ, & in conſilio 229. prima colum. poſt
princip. Durant. in tit. de arte teſtan. titu. ſecun-
do, caut. octaua, in princ. & hæc opinio eſt com-
* munis, * ſecundum Clar. in dic.§.teſtamentum,
quæſtio.58. uerſ. ſcias tamen. quam tenet etiam
Alcia. conſilio 111. numero 10. lib.9. Manti. dic.
tit.11. numero quarto, Ioſeph Ludou. concluſio.
ne ſua 63. ver. declaratur primo, & Dom. Simon
de Præt. dic. tracta. lib. ſecundo, interpretatione
prima, dubitatione 2. ſolutione 8. nume.40. & ſe
18 quen. fol.121. Et quod ipſemet hæres poſſit † te
ſtes rogare, uoluit Riminal. conſil.254. num.18.
& ſequen. Alcia. dicto conſil.111. numero 10. &
Manti. d. tit. num.4.

Sicut etiam ſufficit quod incontinenti poſt te
ſtamentum rogentur, ut ex Bal. trad. Ludou. di-
cta concluſ.63. uerſi. non habet locum. Quo fit
ut cū teſtes dicant quod ipſe hæres ſtatim facta
diſpoſitione per ipſam Dominam rogauerit te-
ſtes, ut animaduerteret & eſſent teſtes illi teſta-
mento, ut fere omnes ex eis deponunt, quibus
ſtandum eſt, ut per Doctor. in l. Diuus. ff. de mili
ta. teſt. & D. Simon dic. tract. loco præcitato, nu.
42. ſatis rogitus ipſe videtur probatus.

Et licet non omnes teſtes id deponant tamē
ſatis eſt ſi duo ex eis id deponerent, quia duo te
ſtes probant tenorem & ſolemnitatem teſtamē-
19 ti, & quod interuenerunt † in eo ſeptem teſtes,
Bal. in l.2. ſecunda colum. C. de bono. poſ. ſecun
dum tabul. conſ.42. num.2. primo uolum. Affli.
deciſio. 14. numero 5. Durant. de arte teſtan. tit.
ſecundo, caut.2. num.6. ubi dicit ſufficere etiam
ſi alij teſtes non poſſent examinari, Ꝓlot. conſil.
5, numero 4. & in terminis ad proban. rogitum
teſtium, quod duo teſtes ſufficiant, trad. Dom. Si
mon loco præcitato, num.43. quo fit ut cum ex
tent quatuor teſtes, qui deponunt de dicto rogi
tu facto ſtatim propalata uoluntate ipſius teſta-
tricis coram teſtib. primus, ſecundus, ſeptimus,
& octauus, non eſt dubitandum quin ſit proba-
tus rogitus ipſe debito tempore factus, nec ui-
deo quod aliqui extent teſtes, qui negent fuiſſe
rogatos ab aliquo. & licet id deponant, quia for-
te non fuerint interrogati, vel etiam non memi
nerint, non propterea alijs contradicunt.

Sicut etiā ceſſat id, quod quarto loco in mo-
tiuis adducitur, quod aliqui ex teſtibus depo-
nant non cognouiſſe dictam teſtatricem, quam
20 tamen debebant † cognoſcere omnes, Iaſ. conſil.
97. colum. prima, in quarto. Quia nullo iure pro
batur quod teſtes teneantur cognoſcere teſtato
rē, nec l. iubemus, in qua ſe fundat Iaſ. C. de teſta.

hoc dicit, licet verum ſit quòd debent videre te
ſtatorem & audire illum loquentem, ut in l. ſi nõ
ſpecialiter. C. de teſta. & quod non uideatur ne-
ceſſarium cognoſcere teſtatorẽ per teſtes, ſicut
etiam partes, trad. Spec. in tit. de teſte. §. primo,
ver. item quod non nouit perſonas, & trad. Do-
ctor. poſt gloſ. in ver. cognoſcat, in l. fin. in prin.
C. de iure deliber. Boer. deciſio. 118, nume. 4. &
ita exigunt Doctores hanc materiam tractantes
21 quòd ſcilicet viderint & audiuerint † teſtes, nõ
autem quòd cognouerint perſonam, vt tradit
Durant. d. tract. tit. 2, caut. 8. num. 3. & Clar. in §.
teſtamentum. quæſtio. 59. vbi ponit exemplum
cuiuſdam facti, ex quo apparet non eſſe neceſſa-
riam talem cognitionem. quod procedit, niſi per
ſtatutum aliud ſit diſpoſitum, vt eſt in dominio
Mediolani, ut ſcribit Boſſ. in tit. de falſ. num. 3. de
quo etiam meminit Rolan. a Val. d. conſil. 33. nu
mero 6, quod ſuperfluo a ſtatuto ſanciretur, ſi de
iure communi diſpoſitum fuiſſet.

Præterea, cum in hoc caſu tempus inſtaret
propter maximam infirmitatẽ teſtatricis, eo ca-
ſu neceſſitatis potuiſſent admitti teſtes illam nõ
cognoſcentes, ſicut etiam admittuntur in caſu
alterius neceſſitatis, quando non poſſunt teſtes
22 uidere teſtatorem, quia talis ſolemnitas † eo ca-
ſu remittitur, ut per Pariſ. conſil. 33. num. ſecun
do, & 7. ſecundo uolum. & Rolan. a Val. d. conſi-
lio 30. num. 20.

Poſtremo loco non obſtat, quòd teſtes videã-
tur inter ſe varij, & diſcordes in aliquibus, & ma
xime circa formalitatem verborum teſtatricis;
de quibus ipſi debent deponere, alias non pro-
bant teſtamentum, ut per Bart. & Abb. in cap. ni
hil, de uerb. ſignif. Barb. conſil. 32, colum. penul.
23 in 1. Quia ſufficit quòd teſtes † concordent in
eundem rei finem, ut ad propoſitum trad. Bene-
dic. Capra in conſil. 75. num. 14. Alexan. conſil.
105. num. 22. in 3. & Hier. Gabr. conſil. 42. nume.
3. Nec importat, quod diſcordarent in formalita
tẽ verborum, quando ad illam pars ſe nõ reſtrin
xit, quo caſu non loquuntur allegati in contra-
24 rium, & ita † declarat Corn. in conſi. 172. colum.
7. ſecundo uol. ubi reſpondet But. & Abb. quod
in eorum caſibus uis erat in verbis, & in conſil.
148. col. fin. in 3. ubi dicit But. ſe declaraſſe. idem
tenent Dec. in conſil. 163. ſub num. 10. ante fin.
& Hieron. Gabr. dic. conſil. 43. nu. 3. Et idem eſt
quãdo eſt articulatum de formalitate verborũ:
tunc enim teſtes debent deponere de eis & in il
lis concordare, alias non, ut declarat etiam Rip.
in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, nu. 69. de cau. poſ.
& propri. & Rolan. conſil. 33. numero 20. & ſe-
quen. 2. uolum.

Ex quibus apertiſſime conſtat (ni fallor) ſubla
ta eſſe omnia dubia, & de aperta iuſtitia ipſius
Dom. Iacobi optimo iure conſtare, quod tanto
clarius eſt attendendum, ex quo per multos te-
ſtes eſt probatum de mente & voluntate ipſius
dictę teſtatricis inſtituendi eius hærẽdem dictũ
25 D. Iac. a quo multa obſequia † receperat, quod ad
propoſitum conſiderat Capra dicto conſil. 75.
26 num. 15. Et cum in dubio † pronuntiandum ſit
pro ualiditate teſtamenti, Rip. in tract. de peſte,
in titu. de priuileg. ultimarum uolunta. numero
decimotertio, & Menoch. conſilio 224. numero
32. tanto magis inclinare debent Illuſtres Iudi-
ces ad fauendum uoluntati ipſius teſtatricis.
Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quæ hic tractãtur, ſub initium eiuſdem
conſultationis ſtatim leges.

SVMMAE.

1 *Filius intrat in locum patris indiſtincte in fi-
deicommiſſo.*

2 *Sed diſtinguendum, aut fideicommiſſum reli-
ctum eſt ab aſcendenti, aut a collaterali:
primo caſu intrat, ſecundo vero nõ intrat.*

3 *Alimenta interim non ſunt danda ei, qui ſe
dicit filium, & dicit alendum.*

4 *Nec illi, qui dicit iniuſtum teſtamentum pa-
ternum, niſi prius habeat ſententiam fa-
uorabilem.*

5 *Et quatuor requiruntur, vt alimenta interim
præſtentur:*

6 *Alere filium tenetur mater de æquitate ca-
nonica.*

7 *Pauper non eſt, qui poteſt famulando victum
quærere.*

8 *Pater ſi negat agentem eſſe filium, ante om-
nia de hoc eſt agendum.*

9 *Alendus interim eſt filius, ſi vxor eſt in poſ-
ſeſſione matrimonii.*

10 *Contra autem ſi non adſit aliqua poſſeſſio,
non debet ali niſi præcedente aliqua co-
gnitione.*

11 *Idem ſi filio obiiciuntur alia præterquàm,
quòd non ſit filius.*

12 *Domus legatum, an comprahendat apothe-
cam domui cohærentem ad quam ex via
patet aditus.*

13 *Apotheca cenſetur ſeparata a domo, ſi aliun-
de ad eam ſit aditus.*

14 *Neque poteſt dici domus, cum habeat nomen
ſeparatum, & diuerſum.*

15 *Secus ſi haberet aditus per domum.*

16 *Teſtator ſi aliquid expreſsit, & aliquid reſeruauit noluit venire niſi expreſſa.*

17 *Interpretatio eſt ſacienda pro hærede potius quàm pro legatario.*

18 *Apotheca quibus caſibus veniat in mentione domus.*

19 *Cauſa pia in dubio debet habere iudicium fauorabile.*

20 *Alexandri conſulentis authoritas non eſt magnifacienda, vt ſit vulgo.*

21 *Fructus relicti in fideicommiſſo, an ſint reſtituendi, ſi conſumpti ſint?*

22 *Et certum eſt iſtos uenire in fideicommiſſum.*

23 *Et ſi ſunt venditi per grauatum, precium eſt reſtituendum: idem ſi ſunt permutati, vel alio modo alienati, & quib. caſibus?*

24 *Pecunia relicta in fideicommiſſo eſt reſtituenda.*

25 *Idem etiam eſt, ſi conſumpta ſit.*

26 *Pater adminiſtrans bona filii non tenetur reddere rationem de fructibus.*

27 *Secus ſi proprietas conſiſtat in pecunia, quia illam dilapidando priuatur adminiſtratione.*

CONSILIVM LXXXVII.

Memorabor, Domine, iuſtitiæ tuæ ſolius.

QVatuor ſunt, de quibus a nobis eſt reſpondendum, & breuiter, & celeriter.

Primo q̃ritur, an nepos ſuccedat cũ patruo in fideicõmiſſo aui?

Secundo, an alimenta ſint interim præſtanda filio naturali, qui agit ad alimenta & quando?

Tertio eſt uidendum, an legatum de domo compræhendat apothecam domui cohærẽtem?

Quarto, an fructus percepti viuente teſtatore, & relicti in hæreditate, reſtituendi ſint fideicommiſſario ab hærede grauato.

Ad primum, vulgaris eſt, & nota hęc quæſtio, difficilis tamen, & undique Interpretum reſponſis, & rebus iudicatis firmata: in qua quid ego ſentiam, breuiter referam, allegando tantũ auctores affirmatiuæ opinionis, quam veriorem eſſe indico, & æquiorem, poterit deinde iudicaturus de hac re rationes ex illis petere, quibus fulcitur noſtra hæc ſententia.

Sedes huius tractationis eſt in l. cum ita, in §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. ubi gloſ. tenuit indi-
1 ſtincte in fideicommiſſo filium ſubintrare † in locum patris, & ibi illam ſequitur Imo. ea ratione, nam teſtator uidetur in dubio uoluiſſe, illos de familia nocari, eo ordine quo ſucceſſuri eſſent ab inteſtato, de iure cõmuni, ut no. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & poſthum. & per Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Senatuſconſul. Trebell. Verum quia Bald. in dicto §. in fideicommiſſo, contra tenuit, nonnulla allegando. hinc Imola omnibus Bal. rationibus ſatisfacit, ſed & Bald. quem deinde alij conſulendo magis pecuniæ quàm veritati ſequuti ſunt, ſibi contrarius fuit, ut infra oſtendam.

At ueto hanc noſtram opinionem tenuerunt in dic. §. in fideicommiſſo, Imo. ſupra adductus, Caſtr. & Angel. & Iacob. Pute. Imola in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liberis & poſthum. Caſt. & Corn. in l. fin. C. de verborum ſignificatio. Soci. in l. ſi cognatis, in ſi. ff. de rebus dub. & in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. & conſulendo plerique idem ſcripſerunt, & idem Bald. contrariæ ſententiæ anteſignanus, conſilio 488. in tertio, gloſ. opinionem probauit, de qua re multa egregie diſſerit Menoc. infra citandus, Aret. conſilio 162. diligenter, colum. ultima, Corn. conſil. 97. num. 22. in primo, 22. numero 14. in ſecundo, 24. numero 31. 115. num. 32. eodem uolum. Socin. ſen. conſilio 252. num. 17. verſic. ad ſecundam rationem. num. ſecundo, 86. num. 12. uerſic. confirmatur, in tertio, 51. nume. 19. in quarto, Alexan. conſil. 88. in princip. in primo, 26. num. 11. uerſic. præterea, in 3. & mihi ſatis eſt hos allegare, ſicuti ſufficit hoc dicere hãc opinionem ve-
* ram eſſe, & communiorem, * & in iudicando ſequendam.

Et licet habeã & ego priuatam meã allegationũ ſyluã, attamen cũ uiderim recẽtiores tractantes, & conſulentes omnes, qui adduci, & excogitari poſſunt, coaceruaſſe noſtra poſtbabita perexigua ſupellectili, aliorum non grauate utemur inſtructiſſima pœnu, hos refert Marza. in epito. fideicom. 2. par. q. 81. Gabr. lib. concluſio. 4. titu. de fideicommiſ. concluſ. 3. Menoch. conſil. 124. num. 81. Decia. conſil. 28. nume. 6. in 1. Manti. de coniectur. ulti. nolunt. lib. 8. tit. 9. per tot.

Verum quia ſupra adducti loquũtur generaliter admodum, hinc notabilis eſt diſtinſtio Dec. in conſ. 1. aut fideicommiſſum relictũ eſt ab aſcendente patruo, auunculo, vel matertera, vel relictũ
2 † eſt ab alio tranſuerſali, ſecundo caſu poteſt eſſe vera opin. Bal. primo vero procedit ſententia Accurſij. Nam cum de iure communi filius ſuccedat in locum patris defuncti, quoties agitur de hæreditate aſcendentis. §. cum filius, Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſtato deferuntur, ergo idem debet eſſe ex coniecturata uoluntate teſtatoris, qui in dubio iuri communi ſe conformare præſumitur, ex allega. Barto. in l. hæredes mei. §. cum ita, ff. ad Trebellian. Hæc diſtin-

ctio placuit Curt.iunior conſilio 57. nnmeto 8.
58.numero 1.2, & 128.num. 11.& 154.numero
7.Et hanc magis communem teſtatur,in conſil.
161.num.primo,& ita etiam declarat Rub. conſi.
82.ad fin.Pariſ.conſilio 9.num.20. in ſecundo ,
Crau.conſil.67.num.5.Didac.pract.quæſtio. ca-
pit.38.num.5.uerſi. 10.Alcia.in d.§.in fideicom
miſſo.num. 11.Cepha.conſil.294.nume.62.Sed
eadem opinio habet etiam antiquiores autores
nempe Corn.in l.fin.num.9.C.de verborum ſi-
gnific.Iaſ.in l.ſecunda, num.4. C.de ſucceſſorio
edic. & Marza.dicit ita conſuluiſſe,& pro eo fuiſ
ſe iudicatum,eandem pluribus comprobat Ro-
lan.conſil.68,nume.33.in primo. Bero.conſilio
68.numero 33.& 93.nume.35.in primo. Erpro
ea ſæpe conſuluiſſe refert Decia.d.conſil.28.nu-
me. 10.& hanc probant Gabr.Menoc. & Manti.
ſupra adducti; pluribus non laboro hanc uerita-
tem defendere,cum ex his ſatis ſuperque defen
ſam ac demonſtratam eſſe arbitrer .

Quo ad ſecundũ caput minime arbitror alen
dum eſſe hunc filium, qui ſe perhibet naturalem
3 olim D. N. Nam cum hoc ipſum quæratur, † an
aliquid debeatur ſine ratione , eſt illius poſtula-
tio,petentis interim aliquid miniſtrari, ita Iutiſ-
conſult. in l. imperatores , ff. de tut. & ratio.
diſtrahen.

Verum quia alio in loco Idem Vlpianus con
trariũ rñdit in l.ſi inſtituta.§.de inoſſicioſo.ff.de
inoff. teſtam. hinc uariæ fluxerunt Interpretum
opiniones . Cæterum ueritati ſtudẽdo fatemur
& nos cum Doctorib.deberi alimenta,ſi illa con
currant,quæ in caſu Vlpiani aderant, nam ibi fi-
lius agens querela inoſſicioſi contra teſtamentũ
4 paternum,non debet ali,niſi prius † habeat ſentẽ
tiam fauorabilem, ita Bologn.in interpretationi
bus ad illum tex.Barto.in d.l.imperatores.Bald.
Ang.& Caſtr.in d.§.de inoſſicioſo.Caſtr.in l.qui
de inoſſicioſo,in fi.ff.eo.Boſ.in tit.de alimen.præ
ſtan.vxo.&c.num. 2.& Caſtr.in d.§.de inoſſicio-
ſo.dicit quod quatuor requiruntur, quod ſit fi-
lius,pupillus, inops.& primam habuerit ſenten-
5 tentiam,† de his late Port.conſi. 160.per totum,
& eſt deciſio Fran. Marz. 364. in princ.ſecunda
par.Cepha.conſil. 126.nu. 3.Rimin.iun.conſilio
329. numero tertio,Paſeth.conſilio 116.nume-
ro primo .

At nihil horum in eo adeſt , nam cum filium
eſſe negamus,& pupillum nõ eſſe conſtat, inops
autem non poteſt dici,quia habet matrem diui-
6 tẽm,quæ illum tenetur alere † de æquitate cano-
* nica , & hoc probant communiter * relati per
Gabriel.lib.ſexto,de alimen.concluſ. 1. ſecunda
ampliat.num.4.

7 Prętereanon eſt pauper,cum poſſit † inſeruien
do,ut alias fecit,uictum ſibi quærere. Et hoc ca-
ſu non poteſt teneri pater illegitimum alere ,
ut per Gabriel.loco allegato,ſecunda limitatio,
numero 21.Didac.in capitu.8.§.6.numero 9.ſe-
cundæ par.epito.in quartum decretal. de com-
** muniori* * teſtatur Burſat. conſilio 88. nume-
ro ſecundo, & 8.

Sed hac omiſſa paulo latiori,& remotiori di-
ſputatione,propius punctum attingendo,aduer
tendum quod quicquid ſit in petitione hæredi-
tatis, vel in querela inoſſicioſi , in petitione ali-
8 mentorum res eſt clara:nam ſi pater neget † agen
tem eſſe filium,hoc in primis examinandum eſt,
l.fi.C.de alim.lib.& paren. & debet conſtare,li-
cet ſummatim agentem eſſe filium, vel parentem
reum,vt ali debeat,& ſi non conſtar, non decer-
nuntur alimenta,l.ſi quis a liberis,§.ſi uel parẽs,
ff.de liber.agnoſcen. Verum obſtat gloſ.quæ in-
terim alendum eſſe filium ſcribit in dicto §.ſi vel
parens, per tex.in l.ſi neget,eodem titu. idem te
net gloſ.in dicta l.fin.quæ ait , quod ſummatim
eſt cognoſcendum de filiatione , & interim eſt
alendus filius.Sed utraque gloſ.fallitur,quia tex.
in dicta l.ſi neget, loquitur in alio caſu, quando
erat uxor in poſſeſſione matrimonij,& allegaba
tur eſſe ancillam,vnde filij interim ſunt alendi,
9 merito ergo † omnes illam reprobant , ex anti-
quioribus Iaco. de Are. qui in dicta l. finali di-
cit,quod nulla lex hoc habet,Petrus de Bellape,
Cyn.Albe.Ioan.Fab.& ſecundum hanc fuit de-
ciſum in Capel.Tholoſa. deciſione 77. Angelus
In dicta l.finali,qui inquit quod prius debet præ
cedere ſummaria cognitio, quòd ſit filius, qua
pendente non debet ali, ſic etiam ſentit Cyn. &
deciſionem illam Tholoſ. ſequitur Paſet.conſil.
116.numero primo.Barto.autem in dicta l.ſi ne
get,diſtinguit, an ſit in poſſeſſione filiationis , &
tunc opinio gloſ. procedit , alias poſſet agere
unus ribaldus contra hominem diuitem, & ha-
bere alimenta,ſed ſi non eſt in quaſi poſſeſſione,
10 non debet ali, niſi præcedente † aliqua cognitio
ne,& illic Albe. quod ſaltem exigitur ſemiplena
probatio.idem Salyc.in dicta l.finali, numero ſe
cundo,quia alias ſi ſummatim non conſtat, non
eſt alendus, & idem Stepha.Aufr.in additio.ad
dictam deciſio.77.Tholoſ.idem ſequitur Petrus
Duen.reg.365.filio. 1.fallen.& quod debeat ſal-
tem ſemiplene conſtare, Hieron.Gabr.conſilio
25.numero 14.

Iam vero licet filius diceret , ſe eſſe in quaſi
poſſeſſione filiationis, quia in domo diu alitus
eſt, nihil refert, quia uti famulum alitum fuiſſe
probaturi ſumus , & iam examinantur teſtes
ſuper hoc.

Neceſſe eſt ergo antequàm alimenta pro inte
rim decernantur alterum ex duobus fiat,vel pro
betur ab eo quaſi poſſeſſio filiationis,vel ſumma-
tim doceatur de filiatione, quod non aliter fie-
ri poteſt ,quàm hincinde maturè conſideratis
probationibus, & ita loquuntur, nemine quod
viderim contradicente, Doct.ſupra adducti .

Poſtremo non omitto pulcherrimam deciſio
nem Gabr.d.conſ.25.nu. 15.dicentis,ꝙ quando
alia

11 alia obijciuntur prætetquàm quòd † non ſit fi-
lius, nempe quod poſſit de ſuis laboribus ſe ale-
re, vel habeat proximiorem qui teneatur alere,
vt in caſu noſtro, tunc neque interim debentur
alimenta, & ita undiq; ab hac pręſtatione alimen
torum tutos nos eſſe cenſeo.

Nunc tertia ſuccedit difficultas, an ſcilicet le-
gatum factum de domo, compræhendat apo-
thecam domui cohærentem, quæ a teſtatore lo-
12 cabatur, & ad quam † ex uia patet aditus. in qua
re, quicquid dixerit Alexand. conſilio 223. nu-
mero tertio, in ſecundo, & conſil. 204. numero
quarto, in ſexto, & ante eum Anchar. 291. ſuper
pluribus, in primo dub. arbitror minime deberi
hanc apothecam, nam illa non venit appellatio
ne domus, licet ſit ſub habitatione, quando ad
13 habitationem non erat acceſſus † per apothecã;
ſed aliunde ex publico, & cẽſetur ſepar. ita, Pau.
de Caſtro conſilio 211. uiſo puncto, ante finem,
verſicu. ſi autem dicta taberna, in primo, Corn.
conſilio 203. prima colum. in primo, qui loqui-
tur, etiam ſi ſit illi admodum contigua, Pariſ. con
ſilio 80. numero 21. in ſecundo, Crauet. con-
ſilio 234. numero ſecundo, qui loquitur in da-
tione in ſolutum, Petr. Pech. de Teſt. coniu. lib.
quinto, cap. 11. qui ſequitur Pariſ. & qui loqui-
tur, quando ad apothecam dabatur aditus per
domum, & certe numquam apotheca erit do-
14 mus, cum habeat nomen † ſeparatum, & diuer-
ſum, ut arguebat Caſtr. dicto conſil. & quod dif-
ferat a domo, ſcribit Ruin. conſil. 179. nume. 4. in
primo. Itaq; cũ ex propria uocis ſignificatione
non contineatur hæc apotheca, certandum eſt
hinc inde coniecturis, & videndum, an ex præ-
ſumpta teſtatoris uoluntate accedat. Cæterum
Iuriſconſul. in l. fin. in princ. ff. de ſerui. urba. præ-
dio. reſpondit, relicta domus habitatione, etiam
uenire hortum, ſi per domũ in illum dabatur adi
tus. At in caſu noſtro, qui domi inhabitant ac-
ceſſuri ad apothecam non aliò tendunt quam
per uiam ad oſtium apothecæ, & ita ſactitabat ip
ſa teſtatrix, quę illam locauerat, ergo ſumus in
re clara. & licet conductor apothecę pręcipuum
habeat oſtiolum, quo recluſo cuiuſdam putei
aquæ hauſtu utatur, hoc tamen nihil refert, quia
ſtatim peſſulum oſtio obdit, & ex interiori par-
te domus ad apothecam non per illud da-
tur acceſſus.

Secundo eſt text. in l. predijs, in §. balneas, cũ
duobus ſequent. ff. de legat. tertio, hic multum
conſert caſui noſtro, hunc rogo perlegant Illu-
ſtres Domini: ita enim non ex fœculentis Inter-
pretum riuulis, ſed ex purioribus iuriſprudentiæ
fontibus controuerſiam omnem terminabunt.
15 at quod attendatur † maxime, quando habetur
aditus per domum, vel non, multa ſcribit Bero.
conſilio 160. in primo, in pluribus locis, additur
quod autore Alexand. dicto conſil. 204. num. 7.
16 quando teſtator † reſeruauit, vel expreſſit ali-
quid, tunc arguitur, quod noluit venire niſi ex-
preſſa: ſed Dom. Teſtatrix legatam relinquendo
domum Tragheti, expreſſit columbarium, hor-
tum, cortile, ergo & hic apothecam non ſubti-
cuiſſet, ſi eam legato cedere uoluiſſet.

Poſtremo interpretaturi mentẽ huius Domi
nę, quæ ratio ſuadet, ut apothecam locatam ui-
duæ habitationi neceſſariam eſſe iudicemus? Et
17 cum pro hærede ſit facienda † interpretatio,
Corn. d. conſil. 203. in fi. & cum ſtricta ſit facien
da in legatis, Nat. conſi. 240. num. 27. & maxime
quando paritet dilectus eſt cohęres, Burſa. conſ.
5. num. 5. & ſeq.

Neque obſiſtit Alex. ſupra adductus, quem ſe
quitur Rub. conſil. 95. num. 10. 11. & Nat. conſil.
118. num. 3. Nec Anchar. ante hos, quia ille mo-
uetur ex multis ceſſantibus in caſu noſtro. Pri-
18 mo. quia donator † emerat domum cum apothe
ca. Secundo, uſi ſemper fuerant domini commu
niter eiſdem, erat ſub eadem contignatione, te-
cto, & ſundamento: erat intra confines, & acceſ-
ſoria erat iuncta per copulam, demumque in do
natione erat facienda lata interpretatio. Alex.
vero in conſil. 223. num. 3. in ſecundo, vbi idem
uult eſſe in legato, ſubdubitat, nec ponit pro con
ſtanti: dicit tamen quòd compræhendebatur
camera ſuperior, qua utebatur teſtator cum do-
mo: at in conſil. 204. num. 4. in 6. habebatur adi-
tus per domum in apothecam, licet, nume. 5. te-
neat etiam ſi aliunde pateat aditus.

Præterea in alio legato appellatio domus il-
lam compræhenderat, reliquerat etiam teſtator
cum oſcuilijs quæ erant in apotheca, & non po
terant verificari in domo, vt dicto numero quin
to, & plura alia concurrebanr, ut quia agebatur
19 de cauſa pia, pro qua † in dubio, &c. Iaſ. in l. fin.
num. 12. ff. de conſtit. princ. Crot. in cap. Raynu-
tius, 3. not. de teſtibus. Non eſt ergo tanti, immo
20 multi ſacienda † autoritas Alexand. conſulentis,
vt refert Alcia. erudititiſſimus, c. fi. lib. 12. Parerg.
cui nunc tanquàm mortuo Leoni uellit barbam
Tiberius Decian. in Apologia, poſt illius re-
ſponſa emiſſa.

Quarta, & ultima ſuccedit difficultas, nũquid
fructus percepti a teſtatore, & relicti in hæredi-
tate, reſtituendi ſint fideicommiſſario ab hære-
de grauato?

Et primo, aſpectu quis pronunciare poſſet
21 non eſſe reſtituendos, ex quo † ſunt conſumpti
& uidetur tenere Pariſ. conſil. 55. numero 60.
in tertio, & Angel. in l. centurio, numero ſecun-
do, ff. de vulga. ſubſtitu. colligit Bartol. fuiſſe hu
ius ſententiæ ibi numero octauo, & Pariſ. conſi-
lio 25. colum. fin. in ſecundo, fortius uoluit non
teneri hæredem reſtituere pecuniam hæredita-
riam, ex quo non extat, ſed fuit conſumpta, & ibi
inter alia allegat ad propoſitum deciſionẽ Cor.
conſilio 105. colum. penultima, in tertio, quòd
pater non tenetur reddere rationem filio de

pecunijs aduentitijs, nec eas reſtituere.
Sed in hoc aliter reſpondēdum eſſe puto: Nã
clarum eſt quòd fructus percepti ante mortem
22 teſtatoris, ſicut cætera bona hęreditaria † ueniũt
in reſtitutione fideicommiſsi, l. in fideicommiſ-
ſariam, §. 1, cum gloſ. accepto, ubi Alexan. in l.
ita tamen, §. primo, & ibi Doctor. ff. ad Trebel.
* trad. idem Alexand. & communiter * cæteri, in l.
centurio, ſuper verbo, inuentis, Ang. num. ſecun
do, Caſt. num. 6. Alexan. numero 40. Aret. ſecun
da columna, uerſicu. unde. Galiau. numero 29.
Iaſ. num. 15. Rip. num. 11. & hoc expreſsit gloſ. t.
in l. quod his uerbis, in princ. ff. de legat. 3. Iaſ. &
Dec. in l. in teſtamento. C. de teſtamento milita-
ri, Bertran. conſil. 75. 2. colum. 2. uolum. poſte-
riorum impreſſorum duplicato conſil. 184. eod.
uolum. & conſil. 92. nu. 9. eo. 2. uolum. Alcia. con
ſil. 155. num. 3. lib. 9. Crau. conſi. 295. in fi. uerſic.
nono dubitatur, Gabr. conſ. 121. nu. 58. Rim. ſen.
conſ. 633. nu. 12. Meno ch. conſ. 88. nu. 25. Ceph.
conſ. 215. nu. 48. & 399. nu. 24. 613. nu. 55. Bur-
ſat. conſil. 71. num. 25. Marza. de fideicommiſ. ſe
cunda par. quæſt. 5. Borgn. de vſufruc. mul. relic.
nu. 92. & egregie Manti. de coniectu. ulti. uolun.
lib. 7. tit. 10. in princ.
Nec mihi negotium facerer, ſi aduerſa pars al
legaret non extare hos fructus, quia aut fuerũt
23 uenditi † per grauatum, & tunc precium debet
reſtitui, ut trad. Bertran. dicto conſil. 92. num. 3.
ubi indiſtincte tenet eos uenire in reſtitutionẽ,
& idem eſt ſi fuerunt permutati, uel ex eorum
precio aliquid fuerit acquiſitum, quia tunc non
cenſentur conſumpti, ut in ſimili dicit Bertran.
conſil. 257. nume. 4. prima par. nouiſ. bona enim
empta ex tali precio ſubrogantur, & intrant in
locum bonorum uenditorum & in fideicommiſ
ſi reſtitutionem ueniunt. Pariſ. conſil. 25. nume-
ro 45. in tertio. Immo hanc alienationem hæres
facere debebat, alias culpa poſſet eis imputari,
quia nullus eſt ita fatuus qui neſciat huiuſmodi
fructus perpetuo durare non poſſe, ſed trib. ſal-
tem annis deuaſtari, & corrumpi, & ſic de hoc ra
tionem reddere tenetur hæres, l. mulier. §. ſed
enim, uerſicu. ſed & ſi cum diſtrahere deberet. ff.
ad Trebellian.
Conſilia Pariſ. & Bart. in contrarium adducta
non obſtant, nam quod attinet ad Barto. ille cor
ruptus legitur, ut ex aliorum ſententia oſtendit
Mantica ſupra citatus, Paris. uero in d. conſil. 55.
non loquitur quando certum erat quòd fructus
veniãt in reſtitutione fideicommiſsi, ex eo quòd
uiuo teſtatore fuerant percepti, licet ex contra-
ctu defuncti, & in conſi. 25. ubi loquitur de pecu
nia, quæ non debet ſecundum eum reſtitui, ſi eſſ
24 conſumpta, † non uidetur recte loqui, nec iura p
eum allegata quidquam facere uidentur, nam di
ctus §. ſed enim, & d. §. ante diẽ, loquuntur, quan
do ſine culpa hæredum aliquo caſu pereunt res
hæreditariæ, ſed ſecus eſt in pecunia, quæ non
perit, niſi hæres expendendo eam ſe abdicet. &
conſilium Dec. 81. per eum allegatum loquitur
in alijs terminis, quando animalia diuino indi-
cio pereunt: maximum enim abſurdum ſequere
tur, ſi de pecunia hæres grauatus non teneretur
reddere rationem, nam totam hæreditatem pe-
cunijs, & fructibus conſiſtentem poſſet hæres
abſumere ſuaque ſpe fruſtrare fideicommiſſa-
rium, contra text. in l. fin. §. ſed & ſi quis, C. com-
25 mun. de lega. Sed & quòd pecunia † ueniat in re
ſtitutione fideicommiſſi etiam conſumpta, con-
tra Pariſ. admittit Alexand. conſil. 40. colum. pe
nult. perſpectis, in tertio, Ruin. conſil. 97. in quin
to, ante hos Bald. conſilio 135. Pater caſſans, in
primo, & alij poſſent adduci innumeri.
Non obſtat etiam quòd de patre adminiſtrã-
te bona filij, trad. Corn. conſil. 105, tum quia il-
lud non bene firmat, tum etiam quia termini nõ
26 ſunt pares: in illius enim caſu pater † non tene-
tur reddere rationem, niſi de dolo, vt per eum
ibi. non etiam de culpa, ut tradit etiam Sociu.
34. colum. fin. & Neguſan. de pignor. ſecunda
par. quarto memb. nume. 54. Sed in caſu noſtro
hæres tenetur de culpa, ut ſupra dictum fuit, &
propterea ex diuerſis non infertur, l. fin. ff de ca-
lumn. cum ſimil.
Præterea non videtur etiam verum, quòd pa
ter poſsit pecunias filij, ſeu proprietatem in pe-
cunia conſiſtentem alienare, & conſumere, im-
27 mo priuatur † adminiſtratione, ut not. Doctor.
poſt Bart. in l. ſi conſtante, in princ. 9. quæſt. ff. ſo
luto matrimon. Et cogitur hæreditatem reſtitue
re filio, ſi eam diſsipat. l. imperatores. ubi not.
ff. ad Treb. His ergo conſtat quam procul a ueri-
tate aberrauerit Pariſ. & ita nominatim reſpon-
det Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. 2. par. numero
41. & ſequen.
Itaque, ſicut mihi ſupponitur mobilia, quorũ
extitit hæres grauatus Magn. D. N. erant ſegetes
& fructus, utique non uideo, quo iure dubitari
poſsit debere reſtitui, & de eis rationes redden
das eſſe, per ea quæ ſupra adduxi, & hanc ſenten
tiam conſulendo amplexus eſt triginta ab hinc
annis Excellentiſsimus Pater meus, quo abſen-
te illius munia obeundo (vtinam feliciter, ut la-
borioſè) hæc, ut opinor, iuri & æquitati conſen-
tanea dictaui. Laus ſanctiſsimę Virgini.

Claud. Bertaz. I. C.

ARGVMENTVM.

Stante ſtatuto, quod ſenes ſine certa ſo-
lemnitate non poſsint contrahere, an
qui contraxit iuri teneatur ad ſolem-
nitatem.

Habitare quis dicatur in ciuitate, licet
foris exiſtat ex cauſa.

Con-

Contractus, quando non ſubſiſtat, neque vt tranſactio, neque vt donatio iuramento non obſtante?

SVMMAE.

1 *Habitare vt quis dicatur in aliquo loco, opus eſt vt habitet maiore parte anni, &*
2 *Habitare dicitur, qui vt plurimum habitat.*
3 *Et proficiſcens, peregrinari videtur; rediensque peregrinari deſiit.*
4 *Nam domus habitationis dicitur, domus manſionis, non peregrinationis.*
5 *Domo legata, non venit domus comitatus, ſed ciuitatis.*
6 *Habitationem non faciunt ſingula momenta, ſed animi reſidentia.*
7 *Etiam ſi quis fugiat ad comitatum cauſa peſtis cum vxore & familia, & ibi focum conſtituat.*
8 *Animus efficit, vt quis dicatur eſſe in loco, qui eſt rediturus, & non eſſe in loco, qui eſt diſceſſurus.*
9 *Et non dicitur habitare, qui habet animum recedendi.*
10 *Ruſtici facti ciues, ſemper dicuntur habitaſſe in ciuitate, ſi propter neceſſitatem pro maiori parte fuerunt in comitatu.*
11 *Aetas decrepita, eſt difficilis probationis.*
12 *Confeſſio per verbum, credit, probat contra confitentem.*
13 *Probatum illud dicitur, quod eſt probatum per coniecturas.*
14 *Aetas probatur ex datione decreti in contractu, & maxime inter partes contrahentes.*
15 *Contractus valet factus extra territorium ſine ſolemnitate ſtatuti.*
16 *Statutum ligat ciuem contrahentem extra territorium cum ciue.*
17 *Habitare, nihil aliud eſt, quam frequenter ſe habere.*
18 *Et per quod tempus quis dicatur in iure habitare, vel non.*
19 *Et quæ ſint propria habitationes.*
20 *Et habitatorem facit etiam frequens actus habitandi animo.*
21 *Et contra ſolus animus ſine frequentia.*
22 *Habitatio maioris partis anni attenditur, vt quis ſtatuti beneficio potiatur.*
23 *Habitantes perpetuo ſoli, ligantur lege ciuilitatis.*
24 *Habitationes duas & duo domicilia, quis poteſt habere eodem tempore.*
25 *Quod eſt verum, quando domicilia ſunt æqualia.*
26 *Alioqui venit in diſpoſitione illud, quod eſt principalius & frequentius pro maiori parte.*
27 *Et illud, quod eſt in loco originis, & vbi bona ſunt ſita.*
28 *Citatio poteſt fieri ad vtramque domum, vel habitationem, ſi lex loquitur in tempore præſenti, vbi degit.*
29 *Secus ſi loquatur in præterito vel in ſolita habitatione.*
30 *Nec debet fieri ad domum ruſticam, ad quam quis recepit ſe cauſa colligendi fructus.*
31 *Sed eſt facienda ad domum, quam quis pro maiori parte habitabat.*
32 *Domus etiam dicitur illa, quæ eſt in villa, vel in hortis.*
33 *Sed de hac non intelligit ſtatutum.*
34 *Et eſt improprie domus, vel habitatio.*
35 *Habitans ad tempus, dicitur tamen habitare.*
36 *Modo non habeat alibi aliam habitationem.*
37 *Monachus vbi moratur, ibi habitat.*
38 *Scholaris non gaudet priuilegio habitantium, quia præſumitur habere animum recedendi.*
39 *Habitare quis dicitur continue in loco, a quo abeſt ex iuſta cauſa.*
40 *Inſinuatio debet fieri ad domum, vbi frequentius habitatur.*
41 *Actus ſi deficiat in forma, non poteſt ſuſtineri.*
32 *Neceſſitatis gratia ceſſat ſtatutum circa ſolemnitates.*
43 *Ratio finalis colligitur ex proœmio.*
44 *Exceptio oriens ex ſtatuto de indemnitatibus mulierum, & minorum, eſt fauorabilis.*
45 *Nepos non intrat in locum patris, ſi agatur de hereditate aſcendentis, vel patrui.*
46 *Diuiſio non valet, in qua quis admittit alium*

alium ad ſucceſsionem , non ſuccedentem .

47 *Admittens aliquem ad ſucceſsionem indebite, repetere poteſt .*

48 *Diuiſio erronea eſt retractanda .*

49 *Ignorantia iuris non nocet in fideicommiſſo .*

50 *Tranſactio non valet facta ſuper re clara .*

51 *Læſio ſi adeſt, non prodeſt cautela quòd contractus ſit factus per viam tranſactionis , quia*

52 *Tranſactio propter læſionem vltra dimidiam poteſt reſcindi .*

53 *Donatio ex falſa cauſa poteſt reuocari .*

54 *Inſinuatio requiritur in contractu habente effectum donationis .*

55 *Nec poteſt amplius fieri ſi res eſt in iudicium deducta .*

56 *Decretum iudicis interpoſitum ex falſa cauſa, eſt nullum .*

57 *Etiam quòd cauſa eſſet ex parte vera & ex parte falſa .*

58 *Inſinuatio non poteſt fieri in loco contractus, ſi ibi non ſunt ſita bona .*

59 *Inſinuationem non operatur decretum iudicis interpoſitum ex alia cauſa .*

60 *Iuramentum confirmat contractum imperfectum propter omiſſam ſolemnitatem , non obſtante ſtatuto .*

61 *Contraria tamen opinio eſt verior, quando ſtatutum fingit iuramentum dolo & metu extortum .*

62 *Et in hoc ſunt contrarii Doct.*

63 *Sed difficultas ceſſat, ſi in loco ſtatuti ſit ſolitum, fieri deceptiones, & fraudes .*

64 *Statutũ exigens certam ſolemnitatem in contractu , an habeat locum in contractu reciproco .*

65 *Quid ſi loquatur per verba generalia , quouis modo .*

76 *Et quid ſi contractus fiat inter coniunctos .*

67 *Actus inualiditas etiam inter coniunctos potius præſumitur quam donatio .*

68 *Contractus licet fiat inter coniunctos , eſt tamen ſeruanda ſolemnitas ſtatuti .*

69 *Cauſa falſa ſi tamen non obligatoria ſi vera eſſet, non reſcindit contractum .*

70 *Et quomodo procedat l.damus , & l. in ſumma, ff. ſi cert.pet.*

71 *Et quando ſit cauſa impulſiua , vel finalis .*

72 *Cauſa falſa non obeſt, ſi interuenit certa ſcientia .*

73 *Error iuris non excuſat, niſi quando tractatur de damno uitando, & de iure quæſito, & radicato .*

74 *Ius quæſitum cenſetur habere , qui eſt vocatus ad fideicommiſſum ex teſtamento aliquo, mortuo teſtatore .*

75 *Cauſa falſitatis , ſi non ſit finalis , an noceat .*

CONSILIVM LXXXVIII.

Memorabor, Domine , iuſtitiæ tuæ ſolius .

MVlta fuerunt hincinde ſcripta in cauſa illorum de Maſettis, ſicuti hincinde a iudicibus contrariæ exortæ ſunt ſententiæ : nos vero arbitramur, ſecundum iudicẽ longe rectius iudicaſſe, ſi quidem multis modis infringi poteſt obligatio Dom. Iulij, quod ut demonſtrem , prius refero uerba ſtatuti Mutinenſis , quæ ſunt.

Addentes inſuper & ſtatuentes ad euitandas multorum fraudes qui ſimulationibus & blanditijs ſenes circunueniunt, quod nullus maior annis 70. poſſit quoquomodo contrahere vel quaſi contrahere vel ſe obligare ſine decreto, & authoritate unius ex iudicibus aduocatorum communis Mutinę vel iudicibus loci, in quo habitaret, extra diſtrictũ Mutinæ, & quicquid fuerit contrafactum , ſit ipſo iure nullum , etiam ſi iuramentum &c.

Cum ex proceſſu conſtet, Domi. Iulium colligendorum fructum gratia Soleriæ aliquo tempore anni morari ſolitum , non relicta tamen continua & ordinaria habitatione ciuitatis Mutinæ, utique eſt dicendum illius contractum eſſe nullum non interpoſita authoritate vnius ex iudicibus aduocatorum communis Mutinę: nec prodeſt interpoſitam fuiſſe authoritatem iudicis loci, quia illa eſt interponenda, quando quis habitabat in loco, non quando quis permanet ad tempus delectationis vel neceſſitatis cauſa , ad ciuitatem ſuam reuerſurus, in qua illi eſt familiæ permanſuræ conſtitutio.

Tota igitur difficultas in hoc uerſatur, an D. Iulius poſſet dici tũc habitare Solerię, & dato q̃ habitaret, hoc eſt moraretur per illud tempus . an iſta habitatio conſideretur a ſtatuto, an uero illa , quæ compræhendit maius tempus anni , & coniunctam habet foci ac domicilii conſtitutionem?

Quo

Quo ad primum non dubito, Do. Iulium non
poſſe dici habitaſſe Soletiæ: nam vt quis dicatur
habitare in aliquo loco, opus eſt quòd ipſe ibi
1 habitet pro maiori parte anni,† per id quod ha-
betur in l. cum de lanionis. §. Sabinus, ff. de fun.
inſtructo. ubi expreſſe Bar. ait, quòd ſtante ſtatu
to ciuitatis, quòd quicumq; habitauerit per tot
annos in ciuitate, ſit ciuis, videtur habitare ille
qui maiori parte anni habitat, & cauſa manendi
ibi habitat, & Alex. ſequitur Bar. in additio. Ber-
tran. conſ. 77. num. 6. 2. volum. primæ par. Rom.
ſingu. 676. Communiter. Pariſ. conſil. 41. num.
35. in 1. Bero. conſil. 11. num. 10. in 3. Soci. in l. ſi
quis ita, num. 5. ff. de conditio. & demonſtr. ubi
2 quòd ille dicitur habitare† in loco, qui pro maio
ri parte habitat, ut eſt caſus in d. §. Sabinus, Cro.
in l. 1. colum. fi. num. 119. ff. ſoluto matrim. Petr.
Rebuf. in l. in lege cenſoria. §. uel uerſicu. igitur
quæri ſolet, 2. pagi. ver. ſequitur in tex. Gram. de
ciſ. 87. num. 5. Afflict. deciſ. 384. nu. 2. Tiraquel.
in tract. de retract. tit. 1. §. 9. gloſ. 2. num. 29. Ce-
ph. conſ. 528. nu. 13. & ſeq. at in caſu noſtro pro-
batum eſt, Dom. Iulium continue, ut faciunt alij
ciues, habitare Mutinæ, ibique larem ac fami-
liam omniumque ſuarum fortunarum ſummam
retinere, aliquo tamen tempore anni per unum
atque alterum menſem extra diſtrictum ad præ-
dium gratia fructuum ſe recipere ſolere.

Secundo, ſicuti ex actu exteriori modicæ mo
ræ non probatur, Dom. Iulium ruri habitaſſe, ita
ex animo idem poteſt colligi: namque habitare
cum quis dicatur in eo loco, ubi larem rerumq;
ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, un-
de rurſus non ſit receſſurus, et ſi profectus† pere
3 grinari uidetur, & rediens peregrinari deſiit, l.
ciues, C. de incol. lib. 11. & trad. Bar. in l. 1. §. habi
tare, ff. de his, qui deiec. uel effude. & Gram. de-
ciſ. 87. num. 2. & Menoch. conſil. 285. nume. 11.
certe nulla habitatio poteſt conſiderari in Do.
Iulio, qui neceſſitate ductus ruri detinebatur q̃
primum domum reuerſurus: domus enim habi-
tationis, dicitur domus manſionis, †non domus
4 peregrinationis, Bal. in l. ea quæ, in fi. C. quomo.
& quan. iud. Hinc ſi quis exiſtat ruri, t. pe peſtis, &
donet alicui ſuas domos, quas inhabitabat, non
uenit domus† illa comitatus, d. §. habitare, quia
5 uerbũ habitatio, eſt frequẽtatiuũ & ideo de ra-
ra, & momentanea habitatione nõ eſt intelligen
dũ: non. n. ſingula momẽta habitationem† faciũt
ſed animi reſidentia, Bal. in l. 1. ſub num. 1. uerſic.
pone, dico dono. ff. de ſtatu homi. Bertran. dicto
conſil. 75. num. 1. 2. & num. 6. extendit etiam ſi
fugiens ad comitatum, confugiſſet cum uxore,
7 & familia, & focum feciſſet† in domo inibi exi-
ſtente, & hoc operatur uoluntas ſeu animus bre
ui, hoc eſt ceſſante peſte, recedendi & a comita-
tu & dicta domo, & redeundi ad ciuitatem, & in
conſil. 157. num. 12. in 3. uolum. ſecundæ par. Fe
ly. in c. quoniam, num. 2. ff. de offic. ordi. Aret. in
cap. repellantur, colum. fi. de accuſat. ubi ait cre-
dere opinionem hanc eſſe veriſſimam. Gram. d.
deciſ. 87. num. 5. & in hac materia tanti faciunt
animum hunc Doctor. ut quandoque dicant il-
8 lum non eſſe† in loco, qui ibi eſt ad tempus, & il-
linc eſt receſſurus, ut late per Cepha. d. conſilio
528. num. 17. & ſeq. quandoque dicant, illum eſ-
ſe in loco, qui licet ſit abſens, habet tamen ani-
mum redeundi, Soci. in d. l. ſi quis ita, num. 7. &
quod qui habet animum recedendi, non dica-
9 tur † habitare, trad. Cæſ. Vrſill. in additio. ad de-
ciſio. Affl. 384. nu. 2. poſt Barb. quẽ citat. Imò ẽt
quòd quis ſtet pro maiori parte anni in comita
tu, & plus quam ſoleant ſtare ciues cœteri, ta-
men ſemper cẽſetur habitaſſe in ciuitate, & por
rigitur iſta deciſio ad comitatinos aſſumptos ad
ciuilitatem, qui ex aliqua neceſſitate prementi
habitauerint pro maiori parte in comitatu, quia
10 ſemper dicuntur † habitaſſe in ciuitate, Ang. in
l. 1. §. 1. ff. de flum. Fely. in procem. Rex pacificus,
num. 4. & in c. quoniam, num. 2. ff. de offic. ordin.
ubi ait, quòd qui tribus menſibus ruratur, dici-
tur habitare in ciuitate.

Hæc omnia licet in ſe uera ſint, ac planè in-
dubitata: attamen ſunt etiam diligentius exami
nanda, quia Doct. in uarijs caſibus uarie loquun
tur, ideo neceſſe eſt unumquemque proprio ca-
ſui accommodare, & oſtendere noſtrum effuge-
re multas dubitationes, ſed præcipue illas, quas
ſubtiliter & acutiſſime emiſit Illuſtre Conſi-
lium Iuſtitiæ, hoc ut faciam capio illam par-
tem dubitationum, quæ ad hanc pertinet di-
ſputationem.

Et primò dum dubitatur non fuiſſe bene pro
batam ætatem annorum 70. ex teſtibus, quæ eſt
11 difficilis† probationis, ut ex Alex. in terminis hu
ius ſtatuti conſil. 29. in 7. reſpondetur hoc pate
re ex confeſſione aduerſarij facta poſitionibus,
ut in proceſſu, fol. 33. 2. fac. ubi fatetur ipſum eſ
12 ſe ætatis annorum 71. quæ cõfeſſio facta† per ver
bum (credit) quod eſt ueritatis expreſſiuum, pro
bat contra confitentem, Corn. conſ. 186. colum.
1. in 3. Maranta in tracta. de ordi. iudi. 2. par. ſex-
tæ princip. 4. act. num. 14. Præterea ſatis dicitur
13 probata, ex quo probatur per coniecturas, Doc.
in l. cum te, C. de probatio. late diximus in con-
ſil. 102. lit. 2. in 1. crimin. ubi oſtendimus, quomo
do ad euitandum torturam poſſit probari ætas
decrepita, quæ alioqui eſt difficilis probationis,
ex Alex. d. conſil. 29. Vltimò, cum interuenerit
decretum iudicis in cõtractu tamq̃ ipſe eſſet ſep
tuagenarius, talis præſumitur, ut eſt in minore,
cui datur curator in contractu, vel interponitur
14 decretum in contractu, Bal. in d. l. 2. col. uerſ. in-
terdũ ætas, & Ang. in fi. Fely. in c. cũ inter, nu. 11.
ver. cum iſtis, de exceptio. quod non habet diffi-
cultatem inter partes ipſas contrahentes, Alex.
conſ. 21. in 1. Alcia. de præſump. reg. 2. præſumpt.
14. nu. 8. & Ruin. conſil. 200. nu. 1. in 1.

Se-

Secundo, aliud vti dubium tangitur in princi-
pio, & eſt quod contractus videtur valere factus
15 extra territoriū ſine ſolemnitate † huius ſtatuti,
vt per Ruin. conſil. 53. num. 13. in ſecundo. Sed
hoc non obſtat, quia vltra quod poſſet teneri cō
traria opinio, quæ fuit Bar. & teneant illam Cur.
iun. conſil. 9. num. 2. & alij de quibus per Tiraq.
in tract. de leg. connubia. ult. l. glo. 8. num. 209. &
ſequ. ceſſat diſputatio, ex quo ſtatutum noſtrum
in ver. quę omnia, &c. ſoluit omnem difficultatē.
& in caſu Rui. contractus non erat factus cum
16 alio ciue, ut hic: & ſtatutum ligat ciuem † con-
trahentem extra territorium, ſi cōtrahat cum ci
ue, ſecus ſi cum forenſe, ut per Ruin. d. nume. 13.
& hoc quando ſtatutum expreſſit, idem Rui. con
ſil. 160. num. 3. in 4. Bertran. conſil. 9. num. 5. in 3.
uolum. primæ par.

Tertio plura adducuntur, quæ tangunt certe
neruum huius cauſæ, ex quibus probatur ſtatu-
tum intelligere etiam de iſta habitatione, quę vt
diſſoluamus, & omnes prorſus radicitus erua-
mus dubitationes, neceſſe eſt diligenter a primis
fontibus ordiri, & ſingulas partes huius tracta-
ctionis diſtinguere, quod eo libētius facio, cum
uideam Doctores è re nata in ſuis tantum caſi-
bus de re iſta reſpondiſſe, non autem ut ueritatis
indagatores decet, vniuerſam materiam in ſua
capita & ſedes diſtribuiſſe.

Habitare cum nihil aliud ſit, quàm frequēter
17 † ſe habere: eſt etiam frequentatiuum verbum,
notæ ſignificationis, deſumptum ex verbo, ha-
beo. itaq; ſi propriam reſpicimus uocis ſignifica
tionem, in eo loco quis dicetur habitare, in quo
frequentius ſe habet. verū quia & apud noſtros
Doct. & apud Latinos authores, habitatio quan
doque ſumitur pro minus frequenti actu habi-
tandi, hinc neceſſe eſt ad hanc deſcendere tem-
porum diſtinctionem, de quibus apud Doctor.
licet indiſtinctè.

Primo itaque quandoque quis ſe habet in
aliquo loco & moram trahit per triduum, vel
18 quatriduum, & † hoc tempus, modicum, vel mo-
mentum appellatur, ut ex Bal. in l. 1. in pen. col.
ff. de ſtatu homi. & ex Aret. in capit. repellantur,
in fi. de accuſ.

Secundo, quandoque quis ſe habet ruri, vel
in alio loco per duos, vel tres menſes, & hæc mo
ra dicitur ad tempus, & non modici temporis.

Tertio, interdum quis frequentius ſe habet
& maiore parte anni in aliquo loco, & nemo du
bitat hanc proprie dici habitationem.

19 Si reſpicimus uocis † proprietatem, & Latini
ſermonis nunditiam, duæ primę improprie dicū
tur habitationes, & Cicero linguę parens, primo
modo hominem in loco eſſe, ſecundo commora
ri, tertio habitare dicit. de primo ita loquitur 4.
actio. in Ver. cum apud eum non modo thermis
ſæpenumero fuiſſet, ſed etiam habitaſſet. de ſe-
cundo ita lib. de Senect. commorandi enim natu
ra diuerſorium nobis, nō habitandi dedit. de ter
tio in 4. Academ. qui mecum viuit tot annos, qui
habitat apud me.

In iure noſtro non ita fit, quia & prima & ſe-
cunda in multis caſibus, habitationis nomine ve
nit, & iure optimo, quod vt demonſtremus, eſt
aduertendum, duo requiri ad cōſtituendum per
fectā habitationē, frequēs actus habitationis, &
animus habitandi. hinc ut oſtenderem D. Iulium
proprie non habitaſſe, immo nullo modo, addu-
xi illum neque ruri, vt plurimum habitaſſe, neq;
habuiſſe animum illic habitandi. Si alterum ex
his deficiat, ut mox oſtendam, etiam eſt habita-
tio, licet minus propria fortaſſe & perfecta. hinc
ſine frequentia & modico tempore animus ſo-
lus habitandi continue facit habitatorem, & ſi-
ne animo ſola frequens habitatio eundē demon
20 ſtrat, ea ratione, quia licet non adſit animus, † ex
frequenti tamen habitatione lex colligit adeſſe,
nam quod adſit, uel non, intus latet: at lex huma
na, quæ ſolum curat exteriora, modo videat cre-
bram habitationem, vel in coniecturam venit ad
eſſe animum habitandi, vel legi diuinæ relinquit
penitiora humanæ mētis ſenſa penitius introſpi
cere, quod ſatis declarat Iuſtinia. in §. pauonum,
Inſtit. de rerum diuiſ. dum ait, ex iuris regula cer
uos deſinere habere animum reuertendi tunc,
cum reuertendi conſuetudinem deſeruerint. Ex
his colligitur, habitationem, quæ neque frequēs
ſit, neq; habeat animum, nullo modo dici poſſe
habitationem: frequentia autem demonſtratur
ex cōparatione alterius habitationis minus fre-
quentis, & ſic quando de illa diſputatur, ſemper
eſt dandum duas adeſſe habitationes.

Demonſtremus modo, quæ ita diffuſe retuli-
mus iuri eſſe conſentanea, & caſu noſtro & cau
ſæ ualde accommodata. Sed quod attinet ad ter
tium caput noſtræ diſtinctionis, nihil eſt dicen-
dum, ſi quidem nemo inficiabitur, certam illam
eſſe ac fixam habitationem. de primo autem il-
lud ſolum dicemus etiam momento temporis
accedente animo poſſe aliquem dici habitatorē
21 † & comptæhendi ſtatuto loquente de habitan
tibus, ut probat Alcia. in l. cum filiusfam. in uer-
bo, viaticum, 1. pag. ff. ſi cer. pet. ubi tenet in be-
neficio ſtatuti ſatis eſſe ad tempus habitaſſe, hoc
eſt cum animo continuo habitandi, neque loqui
tur in eo, qui haberet animum recedēdi, vel aliā
haberet certam ſedem, in qua degeret pro maio
re parte tēporis, nam hoc eſſet arguere ſtultitiæ
uirum in noſtro iure conſultiſſimum, quia atten
ditur habitatio maioris partis anni, ut quis ſtatu
22 ti beneficio potiatur, † ut poſt alios Burſ. conſil.
36. num. 16. ſicuti ſolum perpetuo habitantes li
23 gantur † lege ciuilitatis, Archi. in c. Romana de
ſenten. excommun. in 6. Gram. d. deciſ. 87. nu. 6.
Affſic. deciſ. 384. nu. 12.

Vis uniuerſa conſtat in ſecundo capite & ſic
in caſu noſtro, in quo adſtruo hanc firmiſſimam

con-

conclusionem, moram huiuſmodi factam ruri
de alibi per duos menſes uel tres ab eo, qui ali-
bi habeat focum & ſummam fortunarum & ani
mum primoquoque tempore recedēdi, qui ani
mus non fuiſſe præſumitur, ſi receſſerit ex regu-
la ſuperius dicta, nullo modo poſſe dici habita
tionem, aut compræhendi ſtatuto.

Obſtat huic cōclusioni primò, quòd quis po-
teſt habere duas habitationes, & duo domicilia
24 † ſimul: vnum, in quo magis, aliud, in quo minus
conuerſetur, ex Bal. conſil. 234. num. 2. in 1. ubi
dicit, quòd poterit citari ad vtramque domum,
tamquàm ad domum habitationis, clement. cau
ſam, de electio.

25 Reſpondetur, hoc eſſe verum, † quod etiam
voluit Bar. in l. aſſumptio. §. pen. ff. ad municipal.
Sed hoc habet locum, quando domicilia ſunt
æqualia, vt pulcherrime loquitur tex. in d. §. peu.
& Rui. conſil. 58. num. 8. in 3. & conſilio ſeq. &
Tiraq. de quo ſupra, num. 26. Itaque, quando ha
bitatio vna eſt principalior altera, ut quia maio
26 ri parte temporis illic habitetur, tunc † illa atten
ditur in diſpoſitione legis, uel ſtatuti, vt per Rui.
ibi, & idem Cagnol. in l. exigere, num. 19. ff. de iu
dic. & de domicilio potentiori attendendo, So-
ci. in c. fi. num. 21. de foro compet. immo quan-
do agitur de aſſidua conuerſatione, illa attendi-
tur, in qua pro maiori parte temporis aſſiduè
quis conuerſatur.

Sed in caſu noſtro tanto magis eſt attenden-
da habitatio Mutinæ certa & præcipua, quia eſt
27 in loco originis, & bona ſunt etiam † in eo loco,
Dec. licet loquatur in domicilio, conſil. 283. nu.
11. & ſeq. Cagn. d. num. 19.

Quod autem deducitur de citatione, quæ po
teſt fieri ad vtramque habitationem, habet ſuam
ſingularem rationem, nam procedit, quia lex lo
28 quitur † in tempore præſenti (ubi degit) ut in l.
4. §. prętor ait, ff. de dam. infecto. & propterea eo
caſu attenditur ſimplex habitatio de pręſenti, ut
habeatur facilius notitia citationum, & ideo ſe-
29 cus ſi lex loqueretur † in tempore præterito, vel
in ſolita habitatione, Ang. nu. 3. in d. §. & quòd
illa ſit ratio citationis, ſcribit Cuma. conſ. 146. Si
mon Helias, num. 2. & Tiraquel. in tracta. de re-
tract. tit. 1. §. 9. glo. 2. num. 24. Abb. in c. cauſam,
num. 13. de dolo, & contuma. & ex his deſumitur
intellectus ad §. primum l. 1. ff. de lib. agnoſc. qui
loquitur in denuntiatione mulierem eſſe præ-
gnantē, quæ ut facilius habeatur ſcientia ad do-
mum, vbi larem matrimonio collocauerant in
villa vel municipio poteſt fieri. & ſtante ſtatuto
diſponente, citationem debere fieri ad domum
habitationis, ſi quis venit in uillam cauſa forte
30 vindemiam † colligendi. non cauſa habitandi, q
non debeat ibi citari, tenet Ang. in l. lex Corne-
lia, in §. domū, nu. 8. uer. ſequit in tex. Et in actu
practico quotidiano vſu nota eſt & probata opi
nio Ioann. Andr. in d. clement. cauſam, quòd ci-
31 tatio ſit faciēda ad domum, in qua quis pro † ma
iori parte temporis habitat, Ferrar. in pract. in
forma. reſponſ. rei conuen. in gloſ. in termino,
num. 9. Bertach. in trac. de epiſco. nu. 22, lib. 1. 3.
par. Frāc. poſt Anch. in c. ſtatutum, §. cum vero,
pen. colum. num. 13. de reſcript. in 6. Albet. ma-
gnus practicus, in d. l. 1. §. Prætor ait, num. 5. poſt
Guid. de Suza.

Præterea in caſu Bal. in d. conſil. non poterat
negari, quin ille aromatarius cenſeretur habita-
re domum eo tempore, in qua ſingulis diebus
propter apothecam uerſabatur & retinebat etiā
tempore noctis partem familiæ, & idem reſpon
detur ad Bal. adductum in dubiis in c. dilectus,
il ſecondo, num. 3. de reſcrip. quia licet quis poſ
ſit habere duo domicilia eodem tempore, uel in
æſtate & hieme, quia debet attendi frequen-
tius, ut ſupra.

Secundo obijcitur tex. in l. lex Cornelia. §. do
mum, ff. de iniur. ubi gloſ. & Bart. qui probat, do
32 mum etiā † accipi, licet quis habitet in uilla, aut
in hortis, & ideo pro iniuria domino compete-
re actionem ex l. Cornelia. Reſpondetur illſi tex.
non facere ad propoſitum, cum de domo loqua
tur, & de iniuria facta domui alicuius, nam eo ca
ſu iniuria dicitur facta perſonę introeundo eius
domum: nam cum tex. ille diſponat eo caſu acci
pi domum, in eo erit ſeruāda lex illa, ſecus quan
do quis habet duas habitationes, vnam maioris
temporis, alteram modici, & Bart. non intelligit
33 ſtatutum compræhendere † talē habitationē, &
ita in terminis declarat ibi Ang. num. 6. verſic. ſe
quitur in tex. quod ſi quis in uilla, ubi dicit il-
lud ſufficere ad l. Corneliam, non quantum ad
ſtatutum, per dict. l. primam. §. 1. ff. de liber.
agnoſcend.

34 Præterea † tex. in d. §. domum, loquitur de im
propria habitatione, Saly. & Alexan. in dicta l.
cum filiusfami, Mandoſ. in additio. ad conſi-
lium Roma. 264. Vt is Nurſinus, verſiculo, 3.
quæro, in fine.

Tertio obſiſtit authoritas Aret. in c. repellan-
tur, colum. fi. de accuſat. & rationes, quibus ni-
titur probare habitantem ad tempus, dici ta-
35 men habitare, † & exemplificat in ſcholari &
in morante ruri, ſed bene perpenſus Aretin.
non obſiſtit.

Primo quia contra eum tenet Felyn. ibid. &
Io. de Ana. Fely. num. 2. uerſic. text. loquitur, ubi
intelligit de cohabitatione continuata per lon-
gum tempus, non duorum menſium, & idem di
cit Ioan. de Ana. quòd non habet locum in mo-
dico tempore, & ſic uidetur tenere contra opi-
nionem Aret.

36 Secūdo Aret. nō loquitur, † qñ iſte habitator
habebat aliam habitationem, in qua habitabat
pro maiori parte anni, ſed tātum tenet quòd ha-
bitare dicatur, qui ad tempus habitat, licet mo-
dico tempore habitet, & non contrahat domi-
cilium,

cilium,& huius rei eſt argumentum, quia loqui-
tur in terminis c.pen.de verb.ſign.in 6.ubi quæ
ritur de commorantibus.

Tertio Aret.ſe fundat in doctri.Archi. & Io.
Andr.in d.c.pen.de verb.ſign.qui dicunt,quòd
habitantes dicuntur ij,qui ad tempus habitant,
quia illud eſt, quia ibi habitantes capiuntur pro
reſidentes, vt ibi Archidia.declarat. & in eo ca
ſu non conſtat, illos habere aliam habitatio-
nẽ maioris temporis,& quòd illuc irent ex cau-
ſa neceſſaria.

Præterea ex tex. loquuntur illi in monachis,
37 †qui cum non habeant,nec familiam,nec focũ,
vbi morantur,ibi habitant.

Vltimo in caſu d.c.pen. ex hac interpretatio-
ne acquiritur priuilegium,at in noſtro amittitur
illud priuilegium, qđ deeſt ſtatutũ ciuib.illis,qui
ętatis uitio & aliorum machinationibus in dam
num filiorum ac proprium temere bona iure de
bita effundunt.

Quarto non obſtat tex.in d.§.domum,ut ſu-
pra,& Bald.in d.l.1.in pen.colum. ff.de ſtatu ho
mi.facit pro nobis.Illud autem,quod ibi dicitur
de ſcholari,eſt intelligendum,ut ſupra declara-
uimus,& ut intelligunt omnes in dicta l.cum fi-
liusfami. concludentes non habere beneficium
ſtatuti conceſſum venientibus ad habitandum,
38 cum cenſeatur† habere animum recedendi.

Nec Bald.in conſil.198. in ſecundo,me mo-
uet, quia fateor, habitare illum,qui habitat cum
ſua familia, ſed non compræhenditur in ſtatuto
quando pro maiori parte temporis habitat in
ciuitate, & ruri eſt ex cauſa colligendorum fru-
ctuum,habens animum redeundi,nam hic dici-
tur continue habitare in loco, a quo abeſt ex iu-
39 ſta cauſa,ut ex ſupra citatis† patet,quibus addo
Roman.conſil.263.num.3.& ibi Mandoſ.in ad
ditio.uerſic.circa ſecundũ.& addo etiam Corn.
qui appoſitiſſime dicit,conſil.244. colum. pen.
circa med.in 2.non cenſeri habitare, qui habet
originem, & domicilium alibi, licet ad tempus
ſtet in loco,uel cauſa mercandi, vel negotiandi.
& certè hoc eſt ſolidiſſimum fundamentum, ſi
ſtatutum requirit hanc ſolemnitatem in fauo-
rem ſenis, & eſt beneficiũ,ut in iure conſtat,&
poſſem nullo negotio probare, quare debet ille
ob modicam iuſtam & neceſſariam abſentiam
priuari? retinet cœtera ciuium priuilegia, hoc
autem cęteris præſtantius amittit?

Quinto uideo nobis opponi Cardi. Zabar. in
clem.cauſam.§.quod ſi forſan.4.q.

Sed primò mihi videtur tenere opinionem il
40 lorum,qui uolũt intimationem debere fieri† ad
domicilium,vel habitationem,ubi magis habita
re conſueuit.

Ad id, quòd plura domicilia habeantur pro
uno quo ad ea,quæ concernunt perſonalem, ſe-
cus quo ad alios effectus,reſpõdetur ultra quod
id iure non probatur in caſu iſto, cum iura ue-
lint,habitantem compræhendi ſtatutis in loco,
in quo habitat maiore parte anni, & ad quem
ſemper habet animum redeundi, non autem in
alio,qui ex cauſa & per modicum tempus alibi
habitans eſt rediturus ad ſolitam frequentem
habitationem,ceſſare dubium,quicquid ſit quo
ad cœtera perſonalia.

Præterea hic non tractatur tantum de perſo-
nalib.ſed etiam de reb.& alienatione bonorum,
vel renunciatione iurium in bonis exiſtentib.in
territorio ſtatuentium.

Vltimo demus quòd plura domicilia habeã-
tur pro uno,ergo ruri erit ſolemnitas,quæ Mu-
tinæ eſt ſeruanda,aut Mutinæ illa, quam ſuffice-
re ruri contendunt aduerſarij, hinc apparet ꝙ
vnum eſt conſiderandum domicilium certum
& fixum,& ſi adeſſet aliud minus frequens, con-
funderetur cum hoc.

Neque eſt ab hac ſententia comprobata tot
rationibus & authoritatibus recedendum ex le-
ui pręſumptione,quòd pręſumatur pro actus va
41 liditate,†& cum actus deficiat in forma a ſtatu-
to diſpoſita,non poteſt ſuſtineri.Alcia.in tracta.
præſump.reg.3.pręſump.34. nu.10.rurſus cum
hic agatur de contractu, in quo hic decrepitus
fuit enormiſſime læſus, & deceptus, tanto mi-
nus præſumptio ualiditatis actus uenit ample-
ctenda,ut per Alcia.d.præſumpt.nu.11.ubi quan
do promiſſio eſt multum oneroſa.

Vltimo tollitur conſideratio abſurdi in ca-
ſu neceſſitatis,quia eo caſu fatemur ceſſare poſ-
42 ſe†diſpoſitionem ſtatuti,Bald.& alij, in l.turpia.
§.1.ff.de legat.1.& in caſu peſtis,Io.Steph. Lam
berteng.in tract.de contract.in ſi.90.& ult.quæ
ſtio.ubi plura.

Quibus omnibus adſtipulatur hoc ſtatutum
Mutinenſe factum fuiſſe ad euitandas fraudes
multorum, qui ſimulationibus & blanditijs ſe-
nes circunueniunt,ut in ſtatuto in uer.addentes
inſuper, quæ ratio appoſita in procemio huius
43 ſtatuti cenſetur † ratio finalis.l.1.ff.ad Macedo.
l.fi. ff.de hæred.inſtituen.ubi Doctor.& ad pro-
poſitum ſimilis ſtatuti ſcribit Bald. conſil. 201.
In prouincia.num.2.in 1.Alex.conſil.189.num.
2.in 7.& Dec.conſil.308.num.6.unde ſtatutum
eſt fauorabile & extẽdendum,ſicut actio,uel ex
44 ceptio oriens† ex eo eſt fauorabilis, ut in ſtatu-
to de indemnitatibus mulierum, & aliis eiuſmo
di trad.Bar. & alii in l.qui exceptionem.in prin-
cip.numero 4.ff.de condic.indeb.Bald. conſilio
60.quædam ſoror,in quinto,Aretin. conſilio 2.
columna 6.circa medium.& Tiraquel. de legib.
connub. ulti. lege. gloſ.8. quæſtio.25. numero
214.& ſequen.

Sed iam tẽpus eſt, ut accedamus ad alia fun-
damenta,& reliquas diluamus dubitationes,ut
appareat, quot nominib.iniuſtus ſit contractus
iſte,& principio illud enuntio, ex indubitata iu-
ris opinione, Dom. Hieronymum aduerſarium
non

non intrare locum patris in hoc fideicommiſſo,
45 ex quo † non agebatur de hæreditate aſcendē
tis, vel patrui. §. ſinautem defuncto. verſic. huiuſ
modi, in Auth. de hæredi. ab inteſta. venient.
colla. 9. & pluries reſpondit Dec. maxime conſi.
1. & 217. num. 2. Didac. in c. 28. pract. qq. num.
4. pag. 3. & ſeq. late Ant. Gabriel. qui alioa citat,
lib. 4. tit. de fideicommiſſ. concluſ. 3. num. 11. ſe-
cundum quam dicit pluries fuiſſe deciſum Fran
ciſ. Marzar. in ſuo epitom. fideicommiſſ. q. 18. &
in conſi. 3. nu. 3. quam ſententiam tenent etiam
Burſat. conſil. 1. num. 25. Menoch. conſi. 124. D.
Rimi. Iunior, conſil. 75. num. 18. & Manti. in tra
cta. de coniectu. ultim. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 3.
& ſeq. & nouiſſime trad. etiam Domi. Simon de
Præt. in tract. de interpretat. ultimarum uolunt.
lib. 3. interpretat. 3. dubitat. 4. ſoluo 3. & ult. nu.
21. fol. 338.

Hoc ſtante, cum apertiſſime conſtet Dom. Iu
lium deceptum fuiſſe prætendentem (ut dicitur
in inſtrumento) Dom. Hieronymum eius nepo-
tem poſſe ſuccedere una cum ipſo, mihi facile
erit oſtendere illius obligationem nullam eſſe,
ſiue illam dicamus eſſe admiſſionem ad diuiſio
nem, ſiue tranſactionem, ſiue donationem.

Primo itaque ſi quis credat aliū cum eo ſuc-
46 cedere illum admittat per errorem † ad ſucceſ-
ſionem, non valet diuiſio, & para data condici-
tur, l. cum putarem, ff. fam. erciſcun. & in l. ſi ſo-
ror, C. de collat. & idem eſt, ſi uigore teſtamenti
non veri diuiſit. l. ſi poſt diuiſionem, C. de iur. &
facti igno. & Docto. poſt gloſ. in dictis locis. Et
quando quis errat in iure, ut quia eſt frater vtrin
que coniunctus, & credit alterum fratrem con-
ſanguineum tantum ſuccedere, illumq́ue admit
47 tit ad ſucceſſionem indebitam, † quòd poſſit re-
petere, tenet Caſtr. in l. ſi. §. idem quæſiuit, num.
2. ff. de condi. indeb. per illum tex. & doctrinam
Barto. ibi, & ibi dicit ſe ita conſuluiſſe, & ſequi-
tur Iaſ. ibi, colum. 3. num. 4. & ibi de clauſula, ex
certa ſcientia, & quòd poteſt probari contrariū
& ante eos idem uoluit Bald. conſil. 386. Propo
nitur, in 1. ubi dicit, talem diuiſionem eſſe nullā,
& impoſſibilem, ac irrationabilem. & propterea
48 retractandam, ne vulpina † ſimplicitas comedat
pecus, idem Alex. in conſil. 168. ponderatis, in
prin. in 5. licet ibi loquatur in errore facti, Dec.
in terminis patrui. & nepotis in fideicommiſſo,
conſil. 408. in princ. ubi quod confeſſio per par-
tem facta non præiudicat, ſiue ſit error iuris, ſi-
ue facti, etiam ex certa ſcientia, & in fideicom-
49 miſſo firmat, quòd ignorantia † iuris non nocet
per l. qui fideicommiſſum, ff. de leg. 2. & ibi ſtan
te iuramento, idem conſil. 475. num. 29. & ſeq.
525. num. 5. 600. num. 8. & ſeq. Socin. conſil. 25.
num. 3. & ſeq. in 4. Nat. conſ. 103. num. 5. & ſeq.
& 501. num. 60. Manti. conſil. 60. nu. 9. in 2. Crā
uet. qui citat alios, in conſil. 26. num. 10. Menoc.
conſil. 91. num. 26. & ſeq. ubi latiſſime iuribus, &

authoritatibus conſulit Mutinæ, & nu. 45. oſtē
dit, falſam cauſam vitiare tranſactionem, iura-
mentum, & alia illic expreſſa, & maxime confeſ
ſionem, num. 58. & ſeq. & conſil. 105. num. 22.
& ſeq. in 3. Rui. conſil. 167. num. 19. in 2. ubi in fi
deicommiſſo, ſiue ſit dubium iuris, ſiue facti, So
ci. iun. conſil. 128. num. 120. in 1. Burſ. in termi-
nis de confeſſione fideicommiſſi conſil. 171. nu.
54. & ſeq. & propter errorem iuris, num. 56. Si
mon de Præt. conſil. 3. num. 3. & ſeq.

Secundo ſi uolumus eſſe tranſactionem, nec
50 valebit, † cum ſit facta ſuper re clara. l. in ſumma
& l. eleganter, cum ibi not. ff. de condic. indeb.
quia præſumitur calumnioſa, Abb. ad propoſi-
tum, conſil. 85. ante fi. verſ. nam tranſactio, in 2.
Rom. conſil. 517. in caſu propoſitæ, num. 17. &
ſeq. Alb. conſil. 89. num. 1. & ſeq. Crauet. conſil.
152. num. 10. Zaſ. conſil. 18. in 1. & 2. dub. in 1. &
maxime num. 14. & ſeq. & cum enormiſſimè eſt
læſus, renuncians vel cedens, nihil facit caute-
51 la quòd contractus fiat per modum † & viā tran
ſactionis, Caſtr. conſil. 174. contra ſuperius, col.
2. in fi. in 1. accedat, quòd quando quis eſt læſus
52 ultra dimidiam, etiam tranſactionem † multi uo
lunt poſſe reſcindi, Zaſ. d. conſil. 18. in 3. dubio
Gram. deciſ. 102. num. 104. Socin. conſil. 129. nu
mero 48. in 1. 98. num. 17. & ſeq. in 2. ubi dicit,
fuiſſe ita iudicatum. Cepha. conſil. 83. & 208. in
prin. & 210. num. 77. & ſeq. & ita fuit iudicatum,
aduocante patre meo, per duas ſententias con-
formes in ſimili caſu, in quo hæredes admiſe-
runt agnatum remotiorem non ſuccedentem
ad hæreditatem ex cauſa tranſactionis inter par
tes factæ.

Tertio ſi dicimus hanc eſſe donationem, nec
magis ſuſtinetur, nam primo, ut omittam, quòd
53 cum ſit ex falſa cauſa, † poteſt reuocari ex trad.
per Decia. conſil. 32. num. 33. in 3. erat inſinuan
54 da talis donatio, ſi ualuiſſet ut talis admiſſio † iſta
vel renuntiatio, ut in ſtatuto Mutinæ, Rub. 117.
pagi. 52. & ſcribit Tiraquel. in l. ſi unquam, ver.
donatione largitus, num. 196. C. de reuocan. do
nat. quando res erat certa, & indubitata. & idem
eſt, quando ſoluatur indebitum, ut hic, utroque
ſciente, uel in præſumpta donatione, Gabriel. de
donatio. concluſ. 1. num. 11. & ſequen. lib. 3. & Io
ſeph Ludo. concluſ. 17. pag. pen. verſi. an autem.
Nec poteſt nunc amplius inſinuatio fieri, ex quo
55 † res eſt in iudicium deducta, Becci. conſil. 66.
num. 30. Ioſeph Ludo. d. concluſ. 17. ver. limita-
tur primo, ubi alios citat.

Nec proderit huic obiectioni decretum il-
lius Poteſtatis, & primo, quia fuit nullum tam-
56 quàm interpoſitum † ex falſa cauſa. Fely. in c. 1.
colum. pen. num. 16. de ſenten. & re iudica. Cor.
conſil. 98. col. fi. in 1. Pariſ. conſil. 89. nu. 59. in 1.
12. num. 63. in 2. & 85. num. 4. in 3. Alcia. 3. reg.
præſumpt. 10. num. 11. Duen. reg. 185. Decretum.
& hoc etiam procedit, licet cauſa eſſet ex parte
uera,

57 uera, † & ex parte falſa, ut præter Pariſ. Alcia.
Ducn.tenent Dec.conſil.403. Afflict.deciſ.218.
Nat.conſil.162.

58 Secundo non poterat fieri inſinuatio† in lo-
co contractus, cum in eodem loco non ſint bo-
na ſita, Franc.Becci.conſi.62.num.22. Menoch.
conſil.54.num.50.

Vltimo hoc caſu iudex, qui interpoſuit decre-
tum ex alia cauſa, nec potuiſſet ex ſuo decreto
59 authoritatem† præſtitiſſe inſinuationi. Areti.in
l. ſi ſibi pecuniam, in fine. ff. ſi certum petatur.
Riminal.iun.in §.1.Inſtitutio.de donatio.nume-
ro 406.& ſequen.

Primo his omnibus obſtat ex dubitationibus
propoſitis iuramentum interpoſitum in contra
ctu, quod uidetur ſupplere omnem defectum, &
licet ſtatutum annullet actum, præſumendo iu-
** ramentum, ui, & dolo extortum, communior**
60 tamen† uidetur opinio, ut non eo minus contra-
ctus ualeat, ſecundum Ruin.conſil.51.in 1.& 60.
in 4.Crau.conſil.902. in princ. & quatenus an-
nullaretur, cogi tamen poſſet pars ad eius obſer
uantiam, Crau.d.conſil.902.& 852.num.5.& di
cit Pariſ.conſil.96.num.101.in 2. ex communi,
quod iuramentum ſupplet ſolemnitates ſtatuti.

Reſpondetur, contrariam opinionem eſſe ue-
** riorem, ** quod contractus non teneat, & iura-
61 mentum non liget, † ita Bar.in l.omnes populi.2.
q.3.q.princip.num.25.ff.de iuſt.& iure, ubi dicit
ita uidiſſe iudicari, & ipſum ſequuntur Bal.Saly.
& Fulg.commendantes hanc cautelam, in auth.
ſacramẽ.pube. C.ſi aduerſ.uenditio.Butr.Card.
Imo.in c.cum contingat, de iureiur.Bald.conſil.
483.conſiderandus, in 3. Rom.conſ.12. licet in
caſu ſuo ſtatuta eſſent confirmata a Pontifice,
Caſt.in l.ſi.ff.qui ſatiſda.cogan.Bal.in l.nec patro
nus, ante ſi. C.de bon.liberto. Ancha.in repet.c.
canonum ſtatuta, col.17.in ſi.de conſtit.& in con
ſil.330.niſi facti.5.col. Corn.conſ.135.3.col.in
1.& 121. 3.& 4.col.in 2.& eſt communis, ut Alex.
oſtendit in conſi.196.nu.5.in 6.& conſ.151.nu.
3.& nu.9.in 7. & eandem dicit communem Iaſ.
in d.auth.ſacramenta puber.pen.col.& cum hac
uidetur tranſire Fely. poſt Abb.in c.eccleſia S.
Mariæ.num.65.66.de conſtit.quam etiam tenet
Soc.conſil.66. 5.col. & etiam dicit communem
Pariſ.conſil.99. num.23.in 1.97.nu.4.eo.53.nu.
93.eo.Rui.conſ.135.nu.14.in 1.Curt.iun.conſil.
118.nu.6.idem Rui.conſil.95.num.9.in quinto,
Cagno.qui dicit communem, in l.ſi librarius, nu
mero 45.ff.de reg.iur.Soc.iun.conſi.3.num.35.
in 2.Alb.conſ.70.nu.7.Villalob.in commu.opi.
uer.iuramenti effectus, nume.152. late diſputat,
& pro hac concludit Hieron.Gabr.conſil.13.&
defendit hanc communem, 2.& 3.colum. nu.5.
cum ſequen.eandem admittit Thob. Non.conſi
lio 88.num.15.& 20. poſt conſil.200.num.4. &
ſequen.Rimin.iun.conſil.5.nume.143.Didac.in
repetitio.cap.quamuis, de pact.in 6.in 1.par.§.3.
num.8.uer.primum, & 2.par.§.3.nume.8.Crot.
conſil.195.num.5.

His demonſtratur, quanti ſit facienda opinio
Rui.& Pariſ.de quibus in dubijs, cum Rui.fue-
62 rit† ſibi contrarius, ut in conſil.135.num.14.in 1.
vbi reſpondit contra conſilium Pariſ. in dubijs
citatum, 96. in 2. ſicut etiam fuit contrarius Pa-
riſ.tenendo hanc ſententiam, d.conſ.99. nu.28.
in 1.& 97.nu.4.eo.& 53.nu.33.eo.

Sed nos effugimus omnes difficultates pro-
pter verba ſtatuti noſtri, quæ ſunt (quod iuramẽ
tum in omnibus prædictis caſibus præſumatur
ui, & dolo extortum, prout docente experientia
ſæpiſſime & communiter accidiſſe compertum
eſt. Addentes inſuper & ſtatuentes ad euitandas
multorum fraudes, qui ſimulationibus & blandi
tijs ſenes circumueniunt, quod nullus, &c.) quæ
verba demonſtrant in loco ſtatuti ſolitum fuiſſe
decipi minores & ſenes in contractibus, quo ca
63 ſu tunc ſupradicta opinio non patitur† difficul-
tatem, in qua tertia opinione fuit Caſtr. in d.au
then.ſacramenta puberum, 11.col.quam ubique
tenuit Abb.in d.cap. cum contingat. nume.12.&
ſequen.& in conſil.71.quinque dubia.num.7.in
ſi.1.uolum. & in q.ſua 2. ſtante ſtatuto condito
in Italia.7.& 8.colum.num.12.& in effectu uide
tur cum eo concordare Butr.in d.c.cum contin
gat, & cum eo tranſire Fely.d.cap.eccleſia. & in
cap.2.de maio.& obedien.num.6. & Soc.d.con
ſil.66. quinta colum. & Corn. ſequitur expreſſe
in repet. d.authen.ſacramenta puberum, fol.13.
colum.3.uerſic.ſecundo fallit.& in dictis conſil.
135.& 121.quam etiam tenet Caccialup.in repe.
l.omnes populi, col.37.& ibi Crot.num.47.con
cluſ.12.uer.limita. cum quibus videtur concor-
dare Pariſ.d.conſ.53.nu.33.in 1.& Rui.d.conſil.
194.num.9.in 1.& conſ.51.& 135.& 137.

Secundo obijcitur, quòd ſtatutum hoc non
64 habet locum† in contractu reciproco, ex Ceph.
conſil.396.num.38.

Sed hoc tollitur primo ex facto, quia in inſtrõ
nullam lego obligationem D.Hiero. aduerſarij,
ſed tantum D.Iulij promittentis diuidere æqua
liter expenſis communib. omne id, & quicquid
obuenerit & peruenerit ex dictis bonis.

Ex iure tollitur, quia illa opinio non eſt uera,
ſtãte generalitate ſtatuti, quod ſenes nõ poſſint quo
65 quomodo contrahere, vel ſe obligare, quæ† uer
ba important reciprocã obligationem, l.Labeo,
vbi no.ff.de verb.ſign.& de quo etiam per Bal.in
rubr.C.de pac.nu.2.ubi etiam Alci.& de hoc ne
mo dubitabit, qui nõ fateatur ridiculam eſſe ſta-
tuti diſpoſitionem: eſſet.n.fraudibus aperta am-
pliſſima feneſtra, ex qua in maximum quoduis
damnum delaberentur circumuenti ſenes.

Tertio nõ obeſt hmõi ſtatuto, quod cõtractus fa
66 ctus fuerit cum perſona† coniuncta, ex Rom.cõ
ſil.277.& Ceph.conſ.13.nu.41. quia loquuntur
illi in donatione facta inter patrẽ & ſilios, uel
de-

deſcendentes, quia non præſumitur ꝙ voluerint
inter ſe fraudare, ſed inter cœteros etiam con-
iunctos ſanguine potius præſumitur error, & in-
67 ualiditas† actus, q̃ donatio. Nat.cõſ.500.nu.61.
accedat ꝙ illa opinio non eſt communiter rece-
68 pta,† & contrarium tenuit Gomes. in §.omniũ,
num.29.Inſtit.de actio.propter formam a ſtatu
to datam, & Tiraquel.in d.l.ult.gloſ.5. nu.34.&
ſeq.Vltimo oppoſitio non procedit, quando ap
paret contractum factum fuiſſe in utilitatẽ con-
iuncti, ex Alcia.in l.præſes. C.de tranſact.

Nunc me confero ad diluenda dubia, quæ ad
feruntur circa falſitatem cauſæ.

Primum hoc eſt argumẽtũ: cauſa uel de præte-
rito, uel de præſenti, ſi eſt falſa, non tamen obli-
69 gatoria, ſi uera eſſet, non† reſcindit contractum,
l.damus.l.in ſumma, ff.de cõdic.indeb.u bi Doc.
ſed hic expreſſa eſt cauſa, quia D.Iulius præten-
debat D.Hieronymum ſuccedere, quæ licet fal
ſa, non erat tamen obligans, nã ſuum prętende-
re uel non prætendere, non erat obligatorium.

Reſoluitur facile, etiam ſi nõ reſoluatur a no
bis, quia non facit ad rem noſtrã, quia prætende
re non eſt cauſa, ſed error: cauſa autem eſt ſucce
dere, ſicuti in l.damus, cauſa eſt factum uel datũ
eſſe, error autẽ ipſa credulitas. itaq. cauſa in no-
ſtro caſu, ſi uera fuiſſet, haud dubie obligatoria
fuiſſet, quia D.Iulius illum coactus fuiſſet admit-
tere ad ſucceſſionẽ, unde poteſt repetere, Caſt.
in d.l.damus, 1.col.

Addo ſecundum rñſum, quod illa iura proce
70 dunt, qñ ſoluens vel promittens† non errat, ſed
intendit donare, ẽt ꝙ cauſa eſſet falſa, ita gl. ma-
gna, Bar.& communiter omnes in d.l.damus.

Tertium accedit reſponſum, non quia ſupe-
riora non ſint vera, & ſufficiant, ſed quia dele-
ctor in hac cã ẽt quãlibet minimã dubitationis
anſã eripere. procedunt ergo illa iura, qñ eſt cã
71 impulſiua,† ſed in caſu nr̃o cã eſt finalis. ꝙ aũt
ſit finalis, demonſtrat Bal.in d.l.damus. vbi etiã
Caſtr.qui Bald.dicit eſſe finalem, ſi quis dat ali-
cui, quia hęres eſt, vel quia aliàs quis non erat
daturus.

Secũ dus eſt obex, ꝙ ex quo interuenit certa
72 ſcientia D.Iulij, falſa cã † nihil operatur, Bal.in
Rub.C.de cõſtit.pec.& in l.fi.ad fi. ff.de fal.cau.
adiec.leg.Crau.cõſ.81.nu.2.ſed tollitur, quia ex
verbis ipſis inſtr̃i conſtat, ꝙ errauit in falſa cã,
& illa motus fuit, & nolebat donare, vt in caſu
Crau.d.nu. 2. nec clauſula, ex certa ſcientia, rele
uat, cum de ignorantia apparet, ut ex plurib. ſu
pra in hoc puncto deductis.

Obiicitur tertio loco, ꝙ error iuris non excu
ſat, niſi qñ tractatur de damno vitando, & de iu
73 re iam quæſito† & radicato, ut not.in l.ſi poſt di
uiſionem, C.de iur.& facti igno. & hic non erat
mortuus D.Camillus, de cuius hæreditate con-
trahebatur.

Rñdetur in facto non conſtare, illũ eo tp̃e ui
xiſſe. Vlterius ẽt, ꝙ in facto ſubſiſteret argm̃ in
iure, tñ ceſſat ex eo, q.a vocatus ad fideicõmiſsũ
74 in aliquo teſtõ mortuo teſtatore cenſetur† hr̃e
ius quęſitũ, ut per Gomes.in reg.de non tollen.
ius quæſitũ, q.4.nu.8.& ſeq.& nu.14.uer.ſecun
dus caſus, & ſeq. Soc.iun.conſ.95.nu.34.in 3.&
admittere ad ſucceſſionẽ, qui nõ ſuccedebat, eſt
amittere lucrũ radicatũ, vt trad.Bal.cõſ.386.ĩ 1.
75 Quarto, dum obiicitur, ꝙ cauſæ falſitas,† ſi nõ
ſit finalis, nõ nocet. Rui. conſ.101.nu.6.in 5.rñde
tur, imo eſſe finalem, vt per Bal.in d.l.damus, &
in terminis, in fideicõmiſſo qñ admittitur is, qui
non eſt uocatus, ꝙ non ualeat obligatio, uel con
tractus, ſupra plures citati fuere, & certum eſt ꝙ
D.Iulius non erat alias facturus, ideo Rol.a Val.
conſ.44.nu.24. in 4.facit pro hac parte.

Nec teſtes illi ſuper eo quod eſſet aliàs factu-
rus quicquam faciunt, cum appareat contrariũ
ex lite, & iudicio ſtatim ſubſequuto. & licet D.Iu
lius protuliſſet dicta uerba, quæ ipſi referunt, cũ
ea non fuerint prolata tempore contractus, nõ
officiunt, nec probant eius uolũtatem illius tem-
poris, & tanto minus, quia illa confeſſio non va
luit ſine decreto, & ſolemnitate ſtatuti.

Denique conſil.Do.Mar.Anguil.2.nume.37.
eſt valde remotũ a terminis terminantibus, quia
proprie loquitur in tranſactione. Præterea in eo
caſu non conſtabat de errore, & ſeruata fuerãt
iura fideicommiſſi, vnde ex diuerſo nõ infertur,
l.Papinianus exuli.ff.de mino. Et in tranſactione
ꝙ etiam reſcindatur ex falſa cauſa, & quando ſit
ſuper re clara, ſupra comprobatum eſt, & ſecun-
dum eam partem fuit iudicatum, ut ſupra dixi.

Supereſt, ut Illuſtre Conſilium Iuſtitiæ cõtra-
ctum hunc tot nominibus iniuſtum pronunciet,
ſicque tutam reddat cadentem illam ætatem a
iuniorum technis: vix.n.fieri poſſe credo, ut illis
bona adimat, quibus ætas ademit ingenium, &
lex contrahendi libertatem.

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Feudum, quando ſit ex pacto & proui-
dentia, vel hæreditarium, aut mixtum
& de natura horum.

Primogenitura, quando non poſſit erigi
in præiudicium cõpræhenſorum etiã
ſtante aſſenſu Cæſareo?

Molendina, quando ſint feudalia?

S V M M AE.

1 *Feudum conceſſum pro legitimis hæredibus, vi
detur feudum hęreditarium, non autem ex
pacto & prouidentia.*

2 *Et de illo licet diſponere inter comprahenſos & facere pactum de primogenitura.*
3 *Et inuentarium in hoc feudo non prodeſt.*
4 *Hæres etiam cum beneficio inuentarii, quando feudum eſt hæreditarium, non poteſt contrauenire facto defuncti.*
5 *Hæres vltimi decedentis ſuccedit in feudo hæreditario.*
6 *Primogenitura in ſucceſsione poteſt conſtitui in præiudicium aliorum agnatorum.*
7 *Et maxime interueniente conſenſu Principis ſupremi Domini feudi.*
8 *Et ſi adiiciantur clauſulæ, quib. Princeps videatur velle tertio præiudicare.*
9 *Frater fratri in feudo paterno ſuccedit.*
10 *Feudi eſt ſucceſſor, qui eſt defuncto proximior.*
11 *Feudum ex pacto et prouidētia, dicitur etiam familiare.*
12 *Feudi natura vt intelligatur, perſcrutandus eſt tenor inueſtituræ.*
13 *Inueſtituræ tenor naturam feudi conſtituit.*
14 *Inueſtituræ ſi plures extant, ſtandum eſt antiquis non nouis.*
15 *Niſi partes ex certa ſcientia conſulto a primis voluerunt recedere.*
16 *Feudum eſt ex pacto, & prouidentia & clauſula, pro ſe & filiis poſteris ſuis legitimis.*
17 *Inueſtituræ nouæ declarantur per antiquam, cum ſecundum illam præſumantur factæ.*
18 *Feudum conceſſum de anno aſſumit omnes qualitates antiqui, ſi conceſſum eſt iure antiqui feudi.*
19 *Feudum non fit hæreditarium, licet in inueſtitura obiter fiat mentio hæredum.*
20 *Et eſt ex pacto & prouidentia, non hæreditarium, ſi conceſsio facta ſit pro ſe & legitimis hæredibus.*
21 *Hæredum mentione in materia feudali intelligitur de deſcendentibus vel filiis.*
22 *Feudum mixtum quod ſit, & cuius naturæ.*
23 *Et de hoc non poteſt diſponere inueſtitus in præiudicium agnati comprahenſi.*
24 *Et in hoc pater non poteſt filio præiudicare maxime ſi ſit hæres cum beneficio inuentarii.*
25 *Feudum prælegare non poteſt pater vni filiorum & aliis præiudicare.*
26 *Nec valet alienatio facta vni ex agnatis aliis non conſentientibus.*
27 *Primogenituram non poteſt erigere pater, & præiudicare ſecundo genitis.*
28 *Et maxime ſi hoc fiat poſt natiuitatem aliorum, qui in feudo ſuccedere debent.*
29 *Feudi naturam non poteſt alterare dominus feudi in præiudicium comprahenſorum.*
30 *Iuriſdictionem quod antiquior gubernet non poteſt fieri pactum inter fratres.*
31 *Feudum hæreditarium vt quis conſequatur ſufficit eſſe hæredem primi inueſtiti.*
32 *Et ſufficit eſſe hæredem vnius ex ſucceſſoribus.*
33 *Etiam ſi non poſſet eſſe hæres primi inueſtiti quia alius ſit inſtitutus.*
34 *Primogenitura poteſt erigi a vaſallo in feudo nouo.*
35 *Confirmatio facta a Principe citra præiudicium, parum prodeſt.*
36 *Papæ creditur atteſtanti talem fuiſſe mentem & voluntatem ſui deceſſoris.*
37 *Princeps qua facilitate confirmationem concedit, eadem apponere clauſulas prægnantes præſumitur.*
38 *Confirmare non poteſt Princeps actum in præiudicium comprahenſorum in feudo.*
39 *Et præſumitur facta confirmatio ſine praiudicio tertii.*
40 *Clauſulæ licet plures interueniant, ius tertii non lædunt.*
41 *Et mortuo Principe concedente non operantur licet eſſent factæ parte citata.*
42 *Clauſula, ex certa ſcientia, non præiudicat ignoratis per Principem.*
43 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis, non operatur quando fuit proceſſum ſine cauſæ cognitione.*
44 *Clauſula, accedente ſano conſilio & aſſenſu, cuius ſit virtutis.*
45 *Clauſula, non obſtante, non tollit ius quæſitum tertio ex contractu.*
46 *Molendina caſtri cenſentur feudalia quando caſtrum conceditur cum omnibus ſuis iuribus & iuriſdictionibus.*
47 *Et veniunt acceſſorie in conceſsione caſtri, niſi ſint priuatarum perſonarum.*

CON-

CONSILIVM LXXXIX.

In Domino confido.

ILluſtres & nobiles Marchiones
Federicus & Azzo de Malaſpinis
fuerunt inueſtiti a Carolo Quar-
to Romanorum Rege pro ſe ip-
ſis & quolibet eorum & pro fi-
lijs & poſteris ſuis legitimis de Villa Franca &
multis alijs Terris & caſtris in inueſtitura nomi
natis & de alijs feudis, Terris & caſtris per eos
iuſte poſſeſſis cum mero & mixto imperio &
gladij poteſtate & ut latc in priuilegio ipſo. de
anno 1355.

Subinde de anno 1523. Illuſtris Marchio Ioā
nes Spinetæ filius fuit inueſtitus a Carolo Quin
to Romanorum electo Imperatore pro ſe & eius
legitimis hæredibus de multis etiam caſtris, Ter
ris & uillis in inueſtitura expreſſis, & præſertim.
Terra rubea & Baſtilia, quæ recognoſcebātur in
feudum per eum a Romano Imperio & quæ ad
eum & præceſſores ſuos hæreditario iure uene
rant. Et quæ inueſtitura fuit etiam renouata &
confirmata per Ferdinandum Romanorum Im
peratorem de anno 1559. & ſucceſſiue per Ma-
ximilianum etiam Roman. Imperatorem, Illu-
ſtribus Floromonte Morello & cœteris fratri-
bus ac nepotibus ex fratre Marchionibus prædi
ctis, prout in inueſtituris præinſertis de anno
1567. & ut in dictæ confirmationis & inueſtitu
ræ priuilegio apparet.

Mortuo d. Illuſtre Marchione Floromonte re
lictis ſex filijs ſuperſtitibus Illuſtribus DD. Ca-
millo, Corado, Hectore, Fabritio, Aſcanio, & Iu-
lio ſuccedentib. in feudis ad eorum patrem per
uentis & præſertim dictorum caſtrorum Baſtilię
& Terræ rubeæ, quatuor ex eis, uidelicet Illuſt.
Camillus, Coradus, Hector & Aſcanius, iniue-
rūt inter ſe pactū & conuentionē primogenitu-
ræ, cuius uirtute Illuſtris Dom. Camillus primo-
genitus ſuccederet in omnib. bonis eorum feu
dalibus & allodialibus, reſeruatis introitibus &
redditibus eorum ipſis fratribus reſpectiue &
eo prædecedente ſine filijs maſculis Illuſtris Do
mi. Coradus ſuccederet & ſic gradatim alii in di
cta primogenitura, & ut late in inſtrumento ſu-
perinde confecto. cui conuentioni Illuſtris Mar
chio Fabritius minime uoluit aſſenſum ſuū præ-
ſtare, ſicut nec aſſenſit Domi. Iulius in pupillari
tunc ætate conſtitutus. Et quæ quidem conuen
tio & pactum primogeniturę & ſucceſſionis fuit
confirmata per ſereniſſimum Imperatorem Ma
ximilianum inſerto illius tenore & cum clauſu-
lis prægnantib. & ampliſſimis ex certa ſcientia
de plenitudine poteſtatis ſupplendo omnes de-
fectus & cum derogatione omnib. in contrariū
facientibus, ſicut etiam fuit iterum confirmata
per Sereniſſimum pręſentem Imperatorem Ro
dulphum cum clauſula tamen, ſaluis ſuis & alio-
rum iuribus.

Quibus intellectis per d. Illuſtr. Domi. Fabri-
tium ſupplicauit Maieſtati ſuæ & obtinuit ab ea
decretum non fuiſſe mentis inuictiſſimi Maxi-
miliani patris ſui uel eius maieſtatis per dictam
confirmationem in aliquo præiudicare iuribus
ipſius Illuſtris Dom. Fabritij, ſed iura ſua ſibi ſal-
ua fore non obſtante dicta conuentione & pri-
mogenitura.

His ſtantib. accidit mors d. Illuſtris D. Camil
li primogeniti ſine filiis, cū eſſet in bello in par-
tib. Flādriæ ſine filijs cui prædictus Marchio Co
radus ſecundo genitus ſecūdum formam dictæ
conuentionis primogenituræ ſuccedere prætē-
dit excluſis cæteris fratribus. Contra uero præ-
tendit ipſe Illuſtris Marchio Fabritius, quod im
mo ſibi ſua pars debeatur bonorum feudalium
dicti Dom. Camilli, quorum reſpectu dicta con-
uentio primogenituræ minime ualuerit ſaltem
in ſui pręiudicium, ſuper quo inter partes fuit
in arbitros factum compromiſſum. quæritur ita
que quæ eſſe debeant partes DD. arbitrorum in
deciſione huius cauſæ.

Et prima quidem facie multa vrgere viden-
tur pro validitate dictæ primogenituræ & con-
uentionis illius: & primo quod feudum prædi-
1 ctum conceſſum pro legitimis hæredibus † uide-
tur eſſe feudum hæreditarium, non autem ex pa
cto & prouidentia, ut ad propoſitum reſpondit
Pariſ. conſil. 16. num. 12. in 1. & 65. num. 7. in 3.
volum. & uidetur uelle Nat. conſil. 128. num. 3.
2. colum. circa medium, & firmat Alcia. in pluri
bus conſilijs in conſil. 1. num. 19. 15. num. 6. 17.
num. 4. & 20. num. 7. 3. libro. & nonnullos etiam
citat Anto. Gabr. libro 6. ſuarum concluſionum
tit. de uerborum ſignificatio. concluſio. 3. nume
ro 16. & Ioan. Thom. Marin. in tract. feud. in titu
lo de feud. hæredi. num. 26. quo fit ut licuiſſe ui-
deatur dictis fratribus inter ſe conuentionem
eā facere de ſuccedēdo per modū primogenitu
ræ inter ipſos compræhenſos ſicut etiam in eos
uidentur poſſe alienare ſuam partem feudi, nec
2 alij fratres uidentur poſſe † contrauenire, ut per
Alcia. d. conſilio primo, numero 29. Anton. Ga
br. dicto libro 6. titulo de regu. iur. concluſio.
12. numero 20. & ſequen. Ioan. Thom. Marin. in
d. tit. de feu. hæred. numero 28. & ſequen. uſque
3 ad fi. ubi hoc caſu † inuentarium dicit in hoc feu
do non prodeſſe. idem tenet Mari. Frec. in tract.
de ſubfeudis Baronum &c. libro tertio, in pluri-
bus differentijs, quas conſtituit inter feudum
hæreditarium & aliud ex pacto & prouidentia,
& maxime ſecundo 5. 6. & 7. & pluribus alijs ſe
quentibus. Cardin. Alban. conſilio tertio, ter-
tio dubio, numero decimotertio, Roland. a
Valle, conſilio 44. numero ſeptimo, & ſequen.
tertio uolum. & in pluribus alijs conſilijs, & in

trac.de inuenta.in §.nunquid hæres, num.28.&
ſeq.uſque in fi.fol.153.& in terminis Burſat.cõ
ſil.3.nu.37.& ſeq.& conſ.3.1.& 2.col.& idẽ ui
detur tenere in conſ.89.nu.32.idem quod quan
do feudum eſt hæreditarium non poſſit ſucceſ-
4 ſor contrauenire † facto defuncti etiam ſi ſit hæ-
res cum beneficio inuentarij, uoluit Alc. in con
ſil.19.ſuper eo, fere per totum. 5. uol. & Didac.
Couar.in capit.18.num.4.ver.8.in fi.lib.2.varia-
rum reſolutio.

Quibus accedat quod quando ſumus in feu-
do hæreditario non poteſt quis ſuccedere in eo
5 niſi ſit hæres † vltimi decedentis, vt per Io. Tho.
Mari.d.tit.de feu.hæred.num.34.& titu.de feu.
hære.antiquo ſiue paterno.num.2.& Mari.Frec.
d.3.lib.10. differẽtia.& videtur uelle Didac.d.c.
18.uerſic.ſexta concluſio,& Cur.iun.conſ.138.
* num.24.ubi dicit communem,* & Bur. d.conſ.
2.num.43.Igitur non poteſt illius factum impu
gnare.l.cum a matre.C.rei uendi.

Et quòd in feudo poſſit uaſallus inueſtitus
6 conſtituere primogenituram † in ſucceſſione in
præiudicium aliorum agnatorum, uoluit Caſtr.
in conſil.179.in cauſa quam Magnificus, colum.
3.1.volum.Alex.conſil.12.perſpectis. 5.uolum.
Iaſ.conſil.236.per totum, 2.uolum.& conſ.107.
num.1.in 4.uol.Brun.115.num.17.& 18.Nat.con
ſil.475.num.9.& 505.numero 33.Rolan. a Val.
conſ.10.1.colum.& per totum, 1.dub. 3.uolum.
Ceph.conſ.12.nu.22. & ſeq. & Menoch.conſil.
191.nu.5.Quod proculdubio videtur procede-
7 re interueniente conſenſu † principis ſupremi et
domini feudi, ut interuenit in caſu iſto. ut per
Iaſ.in dictis conſilijs, Rui.conſ.11.nu.1.& ſeq.lib.
4.Ceph.in cõſ.12. num.8. & ſeq.Pariſ.cõſ.106.
in 1.uolum.Rol.d.conſ.10.1.& 2.colum.Burſa.
d.conſ.2.& 3.& Menoch.cõſ.158.nu.65.& ſeq.
ac Franc.Bec.conſ.56.& maxime additis clauſu
8 lis † prædictis, ex quib. uidetur Princeps uelle ter
tio præiudicare, ut per Rol.late conſ.3.nu.129.
1.uolum. & quod nihil poſſit opponi aduerſus
confirmationem, idem Rol.conſil.71.nu.46.2.
uolum.& conſ.100.nu.53.4.uol.

His tamen minime obſtantib. contrariam ſen
tentiam, immo ipſum Illuſtr. Domi. Marchionẽ
Fabritium ſuccedere in partem bonorum feuda-
liũ fratris præmortui, non obſtante dicta conuẽ
tione primogenituræ, veriorem eſſe cenſeo: ha-
bet enim ipſe Dom. Fabritius intentionem ſuã
9 fundatam, quòd frater † fratri in feudo paterno
ſuccedit.c.1.de ſucceſ.fratr.uel gradu ſucceſſ.ubi
Doct.maxime Afflic.nu.19.ſicut ſuccedit qui eſt
10 defuncto † proximior.c.1.de natu.ſucceſ.feud.
ubi Afflic.nu.1.citat plures alios contextus, Bal.
cõſ.214.1.dicam, in prin.2.vol.Soci.conſ.86.co-
lum.penult.in fi.3.uolum. Zaſ.in tract. de feud.
par.8.tit.de feud.ſucceſ.3.concluſione, num.5.
Tiraq.in tract.de retract.tit.1.§.10.gl.2. num.19.
Iul.Clar.in §.feudum.q.79.& Ioan. Thom. Ma-
rin.in d.tracta. de feud. ex pacto & prouidentia
antiq.ſiue pater.num.16.& 18.

Et pro pleniori diſcuſſione huius quæſtionis
in primis uidẽdum eſt, quale ſit feudum de quo
11 agimus, an ex pacto † & prouidentia ut aiunt,
quod familiare uocat Ari.Pinel.in repetit.l.1.C.
de bon.mater.in 3.par.num.84.in fi.& num.ſe-
quen. uel hæreditarium, de quo loquuntur Do-
ctores ſupra in contrarium citati, aut mixtum in
12 quo in primis perſcrutandus † eſt tenor inueſti
turæ, quæ hoc caſu attendi debet.cap.1. de duo-
bus fratri.a capit.inueſti.ubi Bal. & idem Bald.
in conſilio 207.quæſtio eſt, numero 2.uolum.2.
Afflic.in cap.primo, quid ſit inueſtitura, numero
13 19.& eſt una maxima in feudis, tenorem † inue-
ſtituræ eſſe inſpiciendum feudi. Iaſ. poſt Marti.
Laud.in conſil.114. numero 4.1. uolum. & 236.
numero 2.quarto uolum. & Grat.conſilio 2.nu
mero 62. primo uolum. & alijs locis, & primo
præſupponendum eſt, quòd quándo extant plu
14 res † inueſtituræ, ſtandum eſt antiquis nõ nouis,
Bald.conſil.215.proponitur, num.4.ſecundo uo
lum.Brun.conſil.1.num.193.& 68.num.6.Dec.
ad propoſitum, conſil.185. num.3. 208. colum.
penult.368.num.23.Curt.iun.conſil.231.nume
ro 35.36.tertio uolum.& in tract.de feud.7.quæ
ſtio.ſecundæ part.num.42.Pariſ.conſi.22.nu.8.
& 23.num.63.& ſeq.1.uolum.Rip.in c.1.nu.48.
1.libro reſpon.Tiraq.in tract.de retract.tit.1.§.
32.gl.uni.nu.36.Celſ.Hug.cõſ.26.num.24. uer-
ſic.hinc eſt.& 163.num.9.Io.Bapt. Ferret.conſ.
40.num.6.Lauren.Syluan.in tracta. de feu.reco
gni.q.38.Menoch.conſil.1.num.124. & 181. nu-
mero 42.& Dom.Rimi.noſter Iun.in conſ.1.nu
mero 52.& 5.num.43. & ad propoſitum noſtrũ
in conſil.18. num.95. quod procedit niſi partes
15 ex certa ſcientia † & conſulto noluiſſent recede
re a primis inueſtituris & earum naturam altera
re, Paul.de Caſt.conſilio 142.uidetur dicendum
numero 3.ſecundo uolum. Dec. conſilio 193.nu
mero 4 & 263.numero 3. & Zaſ.dicto tracta.6.
par. qualiter feud. conſtitua. numero 23. & 12.
ulti.par.16.concluſione, num.41.quod admittit
Rolan.a Val.conſilio 67. numero 5. primo uol.
& firmat in conſi.11.nu.41.& 50.nu.6.& ſeq.3.
volum.Quo præſuppoſito ſtãte, cum prima inue
ueſtitura Caroli Quarti fuerit conceſſa illis anti
quioribus Marchionibus Federico & Azoni
pro ſe & filijs & poſteris ſuis legitimis, quæ clau
* ſula communi omnium * conſenſu † inducit feu
16 dum eſſe familiare ſeu ex pacto & prouidentia
vt per Pinel.in dicta 3.par.num.84.2.pag.& nu.
90.2.pag.verſ.inſertur etiam ſexto, & Clar.in d.
§.feudum.q.9.uerſi.quandoque uero & 2.& alij
plures inferius citandi, & fuerit inſerta in con-
firmationibus & renouationibus factis per alios
Imperatores Carolum Quintum Ferdinandum
& Maximilianum, licet in poſterioribus inueſti-
turis dicatur, pro ſe & legitimis hæredibus in-
ueſti-

17 veſtituræ nouæ declarãtur per† antiquam, cum
præſumantur factæ ſecundum qualitates & con
ditiones prioris, Curt.iun.d.tract.poſt Caſtr.in
2.par.nu.44.Rui.187.nu.1. 1.uol. & Pariſ. conſ.
23.num.63.& ſeq.1.uolum.ſicut enim ſi conce
ditur feudum nouum ſub commemoratione an
tiquarum inueſtiturarum,non cenſetur feudum
nouum,Brun.poſt alios,quos citat in conſil.78.
num.8.& 79. num.5. tanto magis, ſi antiquum
inſerto teneant primæ inueſtituræ,illi ſtandũ eſt,
etſi feudum cõceſſum de nouo, iure antiqui feu
18 di aſſumi omnes† qualitates antiqui, Alex.conſi.
30.quoniam,num.6. 1.uol. Iaſ.conſ.136.col.3.
uer.moueor,ad fi.num.primi,& num.ſeq.4.uol.
Clar.qui atteſtatur de communi in §.feudum,q.
8.uerſ.ſed ſed hic occurrit.Rolan.a Val. conſil.
60.nu.16.& ſeq.& nu.38.& 46.1.uol.& cõſ.16.
nu.20. in 3.uol. quanto magis antiquum debet
retinere naturam & formã antiqui, licet aliqua
uerba dubia in poſterioribus inueſtituris addita
fuerint, & maxime quia illud verbum, hæredi-
bus.in poſterioribus inueſtituris additum, po-
teſt intelligi de hæredibus ſanguinis, ex quo uer
ſamur in materia non tranſmiſſibili ad omnes,
ſed ad deſcendentes tantum,unde non compræ
hendit extraneos.Anton.Gabr.dicto tit.de ver-
borum ſignificatio. concluſione 2.ſecunda limi-
tatione, num.5.

Nec me mouet clauſula illa appoſita in illa pri
ma inueſtitura, ac uobis & hæredibus veſtris,
uniuerſa & ſingula priuilegia per Imperatores
& reges prædictos veſtris progenitoribus, & uo
bis ſuper quibuſcunque Caſtris Terris &c.ratifi
camus,approbamus, &c.quia cum verba diſpoſi
tiua conceſſionis feudi loquantur de filijs & po
ſteris legitimis, iſta mentio hæredum incidenter
facta non poteſt mutare naturam feudi & face-
19 re† illud hæreditarium. ut reſpondit Iaſ.in conſi
lio 56.colum.pen.uerſ.ſecundo,in fi.lib.3.Andr.
ab Exea,lib.de pact.nume.220.& ſequen.Pinel.
d.3.par. num.85. 5.& 6.pag. Celſ.Hugo conſil.
26.num.55. Anton.Gabr.d.tit.de verborum ſi-
gnific.concluſ.3.num.12.& Octaui.Oſaſc.in de-
ciſ.Pedemon.161.num.2.& 3.vltra quod confir
matio illorum priuilegiorum & priuilegia ipſa
poſſent compræhendere hæredes,licet feudum
nõ eſſet hæreditariũ & ad hæredes nõ tranſiret.

Sicut etiam nullum negotium facit alia clau-
ſula in inueſtitura & renouatione Caroli Quin-
ti addita de qua ſupra (& quæ ad eum & ſuis
prædeceſſorib. hæreditario iure venerant) quia
ſi propter antiquiorem inueſtituram in verbis
diſpoſitiuis defendimus hãc nouam ſecundum
illam interpretari & reſtringi ac intelligi debe-
re, vt ſupra, quanto magis id dicendum eſt ſi in
alijs verbis enuntiatiuis,vel executiuis de hære-
dibus,vel titulo hæreditario ſit facta mẽtio. Præ
terea licet verum eſſet quod non ex ſucceſſione
per deſcendentiam legitimam,ſed iure hæredita
rio dicta feuda peruenerint ad Marchionẽ Ioan
nem,propter hoc non ſequitur quod feudum eſ
ſet hæreditarium, quia potuiſſet inueſtitus cum
conſenſu Domini, & ſic Cæſaris, relinquere feu
dum dicto D.Ioanni in inueſtitura non compræ
henſo finita linea primi inueſtiti,ſed non propte
rea infertur neceſſaaio quod feudum ſit hæredi
tarium.ex quib.reſideo in hoc primo fundamen
to, quod feudum hoc ſit ex pacto & prouidẽtia
non autem hæreditarium inſpecta prima inueſti
tura & hoc mihi uidetur tutiſſimum fundamen-
tum & indubitatum.

Secundo & ſi ſtandum eſſet poſterioribus in-
ueſtituris & cõceſſio feudi eſſet facta pro ſe & le
gitimis hæredib. nõ propterea iuſte dici poteſt
eſſe feudum hæreditarium, ſed familiare, vel ex
20 pacto & prouidentia, cum eo caſu cenſeatur† fa
cta pro filijs,vel deſcendentibus, ut eſt tex.in c.
1.§.cum uero,cum §.ſequen.in tit.1.in uſibus feu
do.qui eſt titu.de his qui feu.date poſ.vbi Iſern.
& Afflic.in §.& quia.nu.12.& in terminis in hac
clauſula tenent Gozad.conſil.26.nume.30.Soc.
iun.conſil.112.nu.7.et 8.ſecundo uol.Bero.con
ſil.68. num.74.et ſequen.et 70.num.37.et ſequ.
1.uol.Rolan.a Val.conſi.67.num.29.1.uol.et in
d.tract.de inuenta.d.§.nunquid hæres.num.18.
fol.150.Ant.Gabr.in concluſ.3.ſupra in contra-
rium citatus, d.nu.16. verſ.contrarium.& huius
ſententiæ videtur Phanut. contra Alcia.in tract.
de inuent.in 6.par.nume.25.et D.Rimin.iun.d.
conſil.18.num.56.et quod verbum hæredibus,
in materia feudali debeat intelligi de deſcen-
21 dentibus,† vel filijs, tradunt plures Doctores in
pluribus locis,et præſertim Bal.in l.qui ſe patris,
nu.11.C.de bonor.poſſeſſio.unde libe. et in tit.
de aliena.feudi.§.ſi clientulus,octauo not.nu.6.
et Fran.Bec.cõſ.101.nu.17.et Nat.qui plura trad.
ad propoſitum in fortiori caſu, volens, quod feu
dum receptum pro ſe et hæredibus,ſit ex pacto
et prouidentia, in conſil.680.nu.4. et ſeq.et con
ſil.ſequenti.nu.2.et ſeq.

Tertio,et ſi pertinaciter vellemus tenere feu
dum hoc pp verbum,hæredibus, eſſe hæredita-
rium et non ſimplex ex pacto et prouidentia,qđ
nullo iure admittimus per prædicta:verumtamẽ
non erit ſimpliciter et abſolute hæreditariũ pro
ut eſt feudum,quod tranſit ad quoſcunque hære
des etiam extraneos, ſed mixtum participãs de
vtroque, et erit hæreditarium ex pacto et proui-
dentia et ad maſculos tantum deſcẽdentes tran
ſibit,licet oporteat ꝙ ſuccedens ſit hæres primi,
22 vel ultimi acquiſitoris, et de hoc feudo † huius
mixtæ naturæ ſcribit Afflic.in c.1.an agna. vel fil.
defun.nu.13.Bru.conſ.122.2.col.2.uol.Dec.cõ
ſil.185.nu.3.Crau.cõſ.pro genero,nu.481. & cla
re declarat Pinel.poſt relationem pluriũ Docto.
ſibimet aduerſantium in dic.l.1. 3.par.numero
91. ubi dicit quod habetur pro feudo familiæ
ſaltem poſt mortem acquirentis & ꝙ poſſit per

agnatum ſuccedente in eo impugnare factum
defuncti ſi inuentarium fecerit, tradit idem Pi-
nel. ibi. num. 94. & nu. ſequen. extendit ut etiam
non exigatur confectio inuentarij, idem quòd
inueſtitus non poſſit de hoc feudo diſponere in
23 præiudicium agnati in inueſtitura † compræhen
ſi, tradit And. ab Exea, d. lib. de pact. num. 228.
& hanc etiam diſtinctionem facit Clar. in d. §.
feudum. q. 9. uerſic. quandoque & 3. & uerſicu-
lo, nunc proſequendo, & q 40. uerſic. aut uero
& 2. & q. 42. ad fi. & q. ſequenti. de feudo etiam
mixto plura ſcribit Oſaſc. d. deciſ. 161. fere per to
tam, & deciſ. ſequen. num. 9. & deciſ. 180. nu. 11.
& ſequen. ubi firmat patrem hoc caſu in tali feu
24 do † non poſſe filio præiudicare, maxime ſi ſit hę
res cum beneficio inuentarij, & ibi dicit ita fuiſ-
ſe iudicatum in eo ſenatu & eam ſententiam te
net etiam late Phanut. d. tracta. de inuenta. d. 6.
par. num. 15. 6. & ſeq. Franciſ. Bec. conſil. 88. nu-
mero 8. & ſeq. Menoch. conſil. 104. num. 15. &
ſeq. & conſil. 181. num. 61. & ſeq. & Dom. Rimi.
Iun. d. conſil. 18. fere per totum, maxime nume-
ro 61. & quod agnatus inueſtitus de tali feu-
do non poſſit alienando præiudicare alijs com-
pręhenſis uoluit etiam Dec. conſilio 268. co-
lumna penultima. numero undecimo. & Cra-
uet. conſilio 197. numero 3. & maxime ſi ſit anti
quum feudum ut ſupra. And. ab Exea d. lib. de
pact. nu. 218.

His ſic diſcuſſis, præſuppoſito quòd feudum
hoc ſit ex pacto & prouidẽtia ſimpliciter (quod
uerius putamus) uel ex pacto & prouidẽtia mix
tim. ut ſupra, & certum eſt, quòd dicti nobiles
Marchiones non potuerunt faciendo dictã con
uentionem primogenituræ præiudiciũ aliquod
adferre alijs fratribus non conſentientib. quia
25 ſi pater non poteſt præiudicare † filijs pręlegan
do uni feudum, Corn. conſil. 199. colum. penul.
uer. 3. 1. uolum. Tiraq. in tract. de retract. tit. 1. §.
32. glo. unica, num. 2. & Iul. Clar. in d. q. 40. uerſ.
ſecundo infertur, tanto minus poterit præiudi-
care frater. Nec alienatio facta in unum ex agna
tis non conſentientibus nocet, unde poſſunt re-
26 uocare alienationem † ipſam, Ioann. de Ligna. in
conſilio 77. nume. 3. 4. inter conſil. Bru. ubi lo-
quitur quòd alienatio fuit facta in exiſtẽtem in
pari gradu. Pariſ. conſil. 65. num. 29. in 3. & ante
eos Bal. in conſilio 38. Dom. Thomas. 1. uolum.
& conſil. 309. cum eſſent, eod. uolum. Rui. conſi.
8. num. 6. 1. uolum. Zaſ. in d. tract. de feud. 9. par.
de feudi aliena. num. 25. Tiraquel. d. trac. retrac.
tit. 1. §. 11. glo. 6. num. 2. & gl. ſeq. nu. 1. Syl. Van.
late conſilio 15. per totum, Clar. in d. quæſt. 40.
per tot. ubi idem tenet etiam ſi interuenerit cõ
ſenſus domini. Curt. in conſil. 207. numero 42. &
43. & conſil. 415. num. 6. ubi loquitur in feudo
conceſſo pro ſe & hæredibus, & in ſpecie quod
uaſallus inueſtitus non poſſit alterare naturam
27 feudi & facere † primogenituram excludendo
ſecundogenitos in eodem gradu exiſtentes uo-
luit Brun. poſt Marti. Lauden. per eum citatum
in conſil. 180. 2. col. uerſic. breuiter, 2. uolumine
Iacob. de Sancto Georg. in tract. feud. in uerſi. &
cum pacto quod de ipſo feudo, nume. 13. & ſeq.
quod uidetur admittere Rub. Alex. conſil. 133.
1. & 2. columna licet alijs rationibus in ſuo ca-
ſu contrarium conſuluerit, quam ſententiam
uidetur amplecti etiam Tiraquel. in tracta. de iu
re primogen. quęſtio. 77. ubi dicit reſolutionem
huius quæſtio. pendere a reſolutione alterius q.
an pariter poſſit diſponere de feudo in fauorem
unius, ſine conſenſu aliorum filiorum uel agna-
torum. eandem etiam ſententiam tenet Rui. ubi
expreſſe reiicit Caſtr. in conſil. in contrarium ci
tato, in conſil. 25. num. 13. & ſequen. primo uo-
lum. & illum ſequitur Clar. in dicto §. feudum.
quæſtio. 40. uerſiculo, ſecundo infertur, in fi. &
verſiculo ſequen. ubi ſequitur Soci. iun. ſtatim
citandum. hanc eandem ſententiam tenet Soci.
iun. in allegato conſil. 160. numero 39. & ſeq. 2.
uolum. & in eadem cauſa Dom. Rimi. iun. d. con
ſilio 18. per tot. ubi reſpondet conſiliis Pariſ. &
Burſa. qui in conſiliis contrariis pro aduerſa par
te reſponderunt. & idem tenet aduerſus Bec. cõ-
trarium reſpondentẽ ut ſupra Ceph. conſ. 302.
per totum, maxime, num. 51. & ſequen. & huius
ſententiæ uidetur etiam Celſ. Vgo in conſilio
26. num. 25. & ſeq.

Quæ ſententia tanto clarius procedit quan-
28 do primogenitura † fuit facta poſt natiuitatem
aliorum qui in feudo ſuccedere debent & qui-
bus ius quæſitum eſt, ut per Ceph. dicto conſi-
lio 147. & loquuntur plures ex ſupra citatis Do
cto. & maxime Socin. iun. Rimi. & Cepha. quan-
do interuenit decretum Imperatoris, quod hoc
29 caſu non ualet, cum princeps dominus † feudi
non poſſit alterare naturam feudi in præiudi-
cium compræhenſorum, ut per Gozad. cõſ. 26.
nu. 40. & ſeq. & Clar. d. q. 42. & Menoch. late d.
cõſ. 181. nu. 42. ubi alios citat & ſicut non poſſet
tollere ius quæſitum primogenito ex antiqua in
ueſtitura, ut per Marti. Lauden. conſil. 56. primo
dubio, ubi Plot. in addit. ita e contra non poteſt
præiudicare ſecundogenitis uocatis, quib. adſti
pulatur deciſ. Alex. in conſ. 18. uiſis capitulis. 2.
uol. maxime, num. 7. ubi deciſiue reſpondit non
30 † ualere pactum inter fratres quòd antiquior gu
bernet feudum iuriſdictionis in perpetuum, nec
poſſit diuidi & eius ſententiæ fuit Soci. in conſ.
278. col. 4. verſ. ſed præmiſſis. 2. uol. & Tiraq. in
d. tract. de iure primoge. q. 78. num. 1. & ſeq. & in
6. q. num. 16. & ſeq.

Non obſtant modo ea quæ ex aduerſo pro
contraria parte obijciuntur. & primo quòd hoc
feudum ſit hæreditariũ, ex quo de hæredib. eſt
facta mentio, tum quia inſpecta prima inueſtitu
ta, cui ſtandum, eſt ut ſup. facta pro filijs & poſte
ris legitimis, feudum hoc eſt ex pacto & proui-
dentia

dentia antiqnnm,nõ antem hæreditarium,& idẽ
eſt etiam inſpectis poſterioribus inueſtituris
pro legitimis hæredib. quia hoc caſu ẽt eſt feu-
dum eiuſdem naturæ,& in hoc puncto habemus
plures & meliores auctoritates pro hac noſtra
ſententia, vt ſupra deductum fuit,nec citati per
Gabr. in d. concluſione 3.nume.16. loquuntur
proprie in iſtis terminis,præter Pariſ.ſed in alijs
diuerſis & ipſemet Gabr. ibi ſequitur hanc no-
ſtram ſententiam,quam ex Gozad.affirmat com
* munem * Præterea & tertio, etſi feudum eſſet
mixtæ naturæ, ſcilicet hæreditarium & ex pacto
& prouidentia adhuc uerior & frequentior eſt
ſententia,cum ſimus in feudo antiquo,non ua-
luiſſe nec valere conuentionem ipſam primoge
nituræ,nec potuiſſe uaſallos contrahere in præ-
iudicio compræhenſorum in eodem gradu,ut ſu
pra late oſtenſum extitit, nec dubium eſt quin
agnatus ſuccedens poſſit contrauenire facto de
functi,cum non exigatur neceſſario quòd ſit hę
res vltimi decedentis, quicquid tenuerint alij
in contrarium citati,ſed ſufficit quod quis ſit hę
31 res † primi inueſtiti in effectu,ut per Dec.conſi
lio 208.colum.fin.Pariſ.conſil.2.num.25.1.uolu
mine,& conſil.65.numero 31. in tertio.Brun.la-
te in conſilio 18.numero 14.& ſequen.Iul.Cla.
in dicta quæſtio.9.uerſicu. ſed quæro.ubi dicit,
quod ita ſenatus Mediolani iudicauit.idem te-
net Sylua.conſ.30.num.14.& 20. nbi firmat ſuf
ficere quòd mediate uel immediate ſit hæres
uel in totum uel in parte.idem tenuit Pinel.in di
cta 3.par.numero 91.2.pagi. Oſaſc. dicta deciſ.
Pedemon.ibi in fi.& deciſ.ſequenti,numero 9.
32 colum.2.ubi dicit ſufficere eſſe heredem † unius
ex ſucceſſoribus,Soci.Iun.in conſilio 72.nume-
ro 29.in 1.Roland.a Val.conſil.2.ante fi.num.
177.1.uolum.conſil.28.num.2.in 3.& 3.nume-
ro 21.in 4.uolum. And.ab Exea, d.lib. de pact.
num.218.Rip.in conſil.3.num.29.& Ioan.Bapt.
Vincemal.in conſil.1.num.74.& ſequen.in ulti-
mo uolum.conſiliorũ feudi diuerſorũ,Menoch
conſil.104.numero 17.& 158.numero 19.Rimi.
iun.dicto conſil.18.nume.60. & ſequen.& Pha-
nut.dicta 6.par.numero 17.quod etiam admittit
Burſat.conſilio 76. num. 2. & 92. nume. 28. &
quando ſumus in agnato minor eſt difficultas,
quia poteſt repudiata hæreditate habere feudũ
ut per Rolan.dicto conſilio 2.numero 177. & di
cto conſil.28. numero 12. & Ioan. Vincemal.d.
conſi.1.numero 89.ſicut etiam ſuccederet in feu
33 do,licet non poſſet eſſe hęres primi inueſtiti † vel
ſucceſſoris illius, ex quo alius fuiſſet inſtitutus
Dec. d. conſilio 208. colum. fin. Roland.a Val.
conſilio 57.num.77.in 3.48.numero 50.& 90.
num.46.4.uolum.

Nec etiam obſtant auctoritates in contrariũ
adductæ,quod uaſallus poteſt in feudo cõſtitue
re primogenituram, quia plures ex eis poſſent
34 procedere † in feudo nouo,in quo loquitur Ale.
d.conſ.12.uel franco in quo loquitur Caſtr.qui
tamẽ expreſſe etiam in hoc reprobatur a multis
& ita reſpondet Ceph.in d.conſ.302.,oſtendens
in feudo antiquo illã opinionem procedere nõ
poſſe,& propterea Franc.Bec.qui conſuluit con
trarium in eo caſu in d.conſ.56 nixus fuit proba
re feudum in eo caſu eſſe nouum,alii conſulue-
runt in feudo hæreditario ſimpliciter,ut per Ro
lanp.d. conſil.10.in 3.uel in eo quod ipſi habue-
runt pro hęreditario,licet haberet mixtam natu
ram,quo caſu agnatus non poteſt de eo diſpo-
nere etiam cõſtituendo primogeniturã,ut omit-
tam quod multi ex Docto.aduerſantibus funda
runt conſultationes ſuas in alijs rationibus,qui
bus magis moti fuere ad conſulendum,ut quia
agnati uel filii erant hęredes patris uel defuncti,
& non poterant contrauenire eorum diſpoſitio
ni,ut per Burſat.dictis conſ.& quicquid ſit de eo
** rum opinionib.hæc eſt uerior & communior**
ſententia,quod uaſallus in feudo antiquo auito
uel paterno non poteſt in pręiudicium aliorum
compræhenſorum primogenituram inſtituere,
quę cum ſit diſpoſitio irrationabilis & odioſa,ſe
cundum Bero.conſil.71.numero 32. & ſequen.
1.uolum.& ante eum Aret.in conſil.163.diligen
ter. colum.4. uerſicu. confirmatur. tanto magis
eſt reijcienda.

Quæ autem in contrarium adducuntur de cõ
firmatione Principis & Imperatoris tolluntur
primo ex declaratione facta per Sereniſſimum
Imperatorem præſentem,quòd dicta confirma-
tio proceſſerit citra præiudicium d. Illuſtris Do.
35 Fabritij,quo caſu † confirmatio ipſa non eſt ma
gnifacienda,& ita loquitur Rimi.d.conſil.18.nu.
175. ſicut enim creditur Papæ atteſtanti talẽ fuiſ
36 ſe mentem † & uoluntatem ſui prædeceſſoris,ut
per Ant.Gabr.in tit.de proba.conclu.2.num.2.
& ſequen.& in tit.de reg.iur.conclu.3.num.85.
& 86. ita pariter dicendum eſt de atteſtatione
Imperatoris.

Quod uero clauſulæ appoſitæ in confirmatio
ne ipſa non iuuent ualiditatem d. conuentionis
eſt etiam tenendum, ex quo princeps ea facilita
37 te qua † mouetur ad confirmandum,ita ad po-
nendum eas clauſulas in confirmatione,Socin.
iun.conſilio 77.nu.99.1.uolum.& cum princeps
non poteſt actum facere in præiudicium com-
præhenſorum in feudo,ita etiam non poteſt illũ
38 † confirmare,Brun.conſilio 87.num.19.& tradit
Ceph.in d.conſ.302.nu.58.& ſeq.& nu.148. Vl
tra quod d. cõfirmatio debet cenſeri facta cum
39 clauſula ſine præiudicio tertij,Alex.conſ.125.ui
ſo.nu.4.2.uol.Guliel.de Perno in trac.de princ.
nume.28.29.Neuiza.inter conſil. Bru.conſil.12.
num.136.& Pariſ.conſ.5.nu.29.1.uol.ſic ẽt clau-
40 ſulæ † ipſę, & ſi omnes interueniant ſimul ius
tertij non lædunt,Neuiz. dicto conſil. num.140.
in fi.& ſequen. Oſaſ. deciſ.Pedemon.136.nu.19.
Rimi.iun. dicto conſil.18. num. 115.& ſequen.

& conſil.45. num.33. & mortuo principe clau-
41 ſulæ ipſæ non operantur, etiam ſi fuiſſet † proceſ
ſum parte citata, Rimi. dicto conſil. 116.

Præterea clauſula (ex certa ſcientia) non præ-
42 iudicat in ignoratis per principem, & quę † in iu
re non conſiſtunt, Dec. conſil.407. num.23. &
410. numero 21. Gabr. tit. de clauſul. concluſ. 1.
nume.46. & nume. ſequen. firmat non præſumi
ſcientiam, & Ceph. d. conſil. 302. num. 150. & ſe-
quen. ſicut etiam clauſula, de plenitudine pote-
ſtatis, non operatur quando fuit proceſſum ſine
43 † cauſæ cognitione, Dec. dictis conſi. & Io. Galli.
in d. poſtremo uolum. conſiliorum feudal. con-
ſil. 11. num. 141. Nec tollit ius quæſitum parti ut
per eum ibi. num.68. & Ioann. Iaco. Leonar. in-
ter conſil. Brun. conſil. 317. num. 107. & ſequen.
& Gabr. d. concluſ. 1. num.51. De clauſula uero,
44 † accedente ſano conſilio & aſſenſu, reſcribit
Ioan. Galli. d. conſ. 11. num. 114. & ſequen. ut cen
ſeatur appoſita pro forma, & quòd non obeſt
ſi iniuſtum fuit datum principi conſilium. Et po
ſtremo illa clauſula (non obſtante) non tollit ius
45 quæſitum † tertio ex contractu, ut per Rim. iun.
d. conſil.45. nume.36. & ſequen. & de clauſulis
iſtis quod non noceant iuri tertio quæſito, late
tradit Menoch. conſil. 181. num.62. & 63.

Cœterum alia proponitur difficultas, admiſ-
ſo quod dictus Illuſtris Domi. Fabritius ſucce-
dat pro ſua parte in dictis bonis feudalibus fra
tris, an ſcilicet molendina & torcularia exiſten-
tia in dicta iuriſdictione dictorum caſtrorū olim
poſſeſſa per dictum quond. Illuſtr. Domi. Flora
montem, patrem & ſucceſſiue per eius filios cen
ſeantur eſſe feudalia & maxime, cum ſubditi
teneantur accedere ad molendum & torquen-
dum grana & oliuas reſpectiuè ſoluendo cer-
tam partem grani uel olei. In qua eius ſum
ſententiæ quòd cum hæc caſtra & Terræ fue-
rint conceſſa cum omnibus ſuis iuribus & iu-
riſdictionibus & ut talia fuerint poſſeſſa cenſeā-
46 tur † eſſe feudalia per deciſionem Bald. com-
muniter receptam in c.1. nu.2. de capit. qui cur.
uend. ubi uoluit quod ſi concedatur caſtrum cū
ſuis iuribus & pertinentijs, ueniant molendina
47 acceſſorie, † niſi ſint priuatarū perſonarum, & il-
lum ſequitur Afflic. ibi. nu.52. Aret. in conſil.15.
Reuerendiſſime. 2. colum. Corn. conſil. 321. col.
pen. 4. uolum. Dec. conſil. 516. num.29. Iacob. de
Sanc. Georg. in tracta. Feudo. in uer. de Caſtro,
num.7. Iaſ. in l. quo minus, num.120. & Rip. num.
130. ff. de flumi. Fabi. de Monte in tract. de empt.
& uendi. 6. q. 3. memb. num.10. Bero. conſilio 51.
num.7. 2. volum. & Rimi. iun. conſil. 19. num.45.
46. & cum aqua fluminis ſit de regalijs. uer. flu-
mina, in tit. quæ ſint regalia, etiam molendinum
ſuper ea conſtructum uidetur ad regalia pertine
re, Bero. conſilio 145. numero 2. 2. uolum. de tor
cularibus ſcribit Iaſ. in conſilio 161. colum. 3. &
cum poſſint cogi ſubditi ad molendum, & tor-
quendum ibi, quod ad iuriſdictionem omnino
pertinet, nō uidetur iure dici poſſe eſſe bona pri
uata & allodialia, ſed feudalia & cum caſtro re-
cognita. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Contra Ceph. conſil. 694.

ARGVMENTVM.

Feudum, quādo ſit ex pacto, & prouidentia, & quando mixtum.

Feudum mixtum, quòd non poſsit alienari, etiam inter compræhenſos, in præiudicium aliorum compræhenſorū.

SVMMAE.

1 *Inueſtiturę tenor ante omnia eſt attendendus, vt cognoſcatur feudum.*

2 *Feudi recti, quæ ſit natura.*

3 *Et non habet ſeruitia determinata, & exigit adeptionem poſſeſsionis præcedente licentia domini.*

4 *Nec poteſt alienari ſine domini, & agnatorum conſenſu.*

5 *Inueſtitura comprahendens deſcendentes, non alteratur ex mentione hæredum.*

6 *Inueſtitura conceſſa pro hæredibus vtriuſque ſexus, potius reſpicit filios, & deſcendentes, quam heredes & ſucceſſores.*

7 *Feudum eſt ex pacto & prouidentia, ſi conceſſum eſt pro hæredibus maſculis.*

8 *Et idem eſt, ſi ſit conceſſum, & pro ſe, & legitimis hæredibus.*

9 *Verbum, hæredes, in materia feudali, & non tranſitoria ad hæredes, accipitur pro filiis.*

10 *Feudum ex pacto & prouidentia, dicitur familiare.*

11 *Frater ſuccedit fratri, in feudo ex pacto & prouidentia.*

12 *Nec poteſt frater vni fratri relinquere, & alium excludere.*

13 *Feudum mixtum non eſt alienabile, etiam inter comprahenſos in præiudicium aliorum comprahenſorum.*

14 *Et in hoc agnatus agnato præiudicare non poteſt.*

15 *Et hoc maxime procedit, quando feudum eſt antiquum.*

Et

16 *Et ſufficit, aliquem eſſe hæredem, vel primi inueſtiti, vel vnius ex ſucceſſoribus.*

17 *Etiam ſi agnatus ſuccedens fuiſſet exhæredatus, vel non inſtitutus.*

18 *Feudum venit in fideicommiſſum factum inter comprahenſos.*

19 *Feudum an pertineat ad hæredem vltimi inueſtiti, an vero ad hæredem primi, & vltimi.*

CONSILIVM XC.

In Domino confido.

QVoniam ſubtiliter & abunde fuit ſcriptum ad fauorem Illuſtris Co. Federici de Mirolio, diſpoſitionẽ factam per Illuſtrem eius fratrem prædefunctum in eius ultima uoluntate de feudo recognito a Sereniſs. Do. Duce Mantuæ & Marchione Montis Ferrati in aliũ eorum fratrem, non ualuiſſe, nec fieri potuiſſe in præiudicium ipſius Illuſt. Com. Federici, & materia hæc propter controuerſas Doct. opiniones habet plura capita & plures opiniones controuerſas. Vt apertius reſolutio huius q̃ſtionis habeatur, & ueritas euidenter appareat, ad duo dubia rem deducendam eſſe arbitratus ſum, quibus diſcuſſis & ſolutis, de iuſtitia partium optime conſtabit.

Primum itaque erit dubium, an feudum conceſſum per Illuſtriſs. illum Marchionem Montis ferrati nobilibus de Mirolio de anno 1245. fuerit, & ſit feudum ex pacto & pronidentia, quod aliqui familiare uocãt, aut hæreditarium mixtũ?

Secundo, admiſſo quod ſit hæreditarium mixtum, an licuerit prædicto Illuſtri fratri prædefuncto de eo diſponere in ultima uoluntate, id uni fratri relinquendo, alium fratrem in eodem gradu exiſtentem, & in eo pariter ſuccedentem excludendo.

Quo ad primum dubium, eius ſum ſententiæ, ut feudum ipſum fuerit & ſit ex pacto & prouidentia: ſi enim tenorẽ inueſtituræ inſpiciamus,
1 qui in primis † attendendus eſt, cap. 1. de duo. fratri. a capita. inueſti. vbi Bald. & idem trad. Bal. in conſil. 207. quæſtio eſt, num. 2. primo uolum. Afflic. in cap. 1. quid ſit inueſtitura, nume. 19. & eſt vna maxima in feudis, ut tenor inueſtituræ inſpiciatur, Iaſ. poſt Marti. Lauden. in conſil. 114. nu. 4. primo volum. & omnes admittunt, proculdubio conſtabit ex inueſtitura ipſa d. Illuſtriſs. Marchionẽ inueſtiuiſſe illos nobiles de Mirolio per gẽtile & legale fendum & rectum de Monte ceſtuo cũ poteſtate fabricandi in eo Caſtrum, cum omnibus pertinentijs illius Caſtri a prædicto Domino Marchione nomine gentilis feudi, & ut in inſtrumento.

2 Stante itaq; natura huius † recti feudi, de qua
habetur in capit. 1. de conſue. recti feudi, & de
quo tractant Aluaro. in prælud. in 12. diuiſione
Franc. Cur. conſil. 50. in narratione caſus, & numero 211. & 219. Cur. iun. in tract. feud. 1. par. 8. q. nu. 18. ver. 3. ſub hac prima. & Petr. Rebuf. in declaratione arboris feudalis, 13. & 14. diuiſio. feudum iſtud non habet ſeruitia determinata,
3 † & exigit adeptionem poſſeſſionis præcedente
licentia domini, pręſente & aſſiſtente curia, &
eſt perpetuum & non reuocabile, & eſt ex pacto
& prouidẽtia, ut per Thom. Mari. in trac. de feu.
4 tit. 1. nume. 54. & ſequen. nec poteſt alienari † ſine
domini & agnatorum conſenſu, ut declarat Zaſ. in tract. feud. par. 12. de feudis, a recti feudi natura degenerantibus, num. 1. de quo feudo recto etiam meminit Octa. Oſaſ. deciſione Pedemont. pro aduerſa parte citata, 161. ante num. 1.

Et cum nulla in iſta feudi conceſſione & diſpoſitione facta ſit mentio hæredum, ſed ſimpliciter fuerit conceſſum feudum abſque eo quòd fuerit receptum pro filijs, vel deſcendentibus, vel pro hæredibus, proculdubio feudum cenſetur ex pacto & prouidentia, non hæreditarium, vel mixtum, ut ex multis rationibus & auctoritatibus fuiſſe concluſum in ſenatu Pedemontano, refert Oſaſ. d. deciſ. in fi. Et licet in dicta inueſtitura ante medium, ſit addita illa clauſula (& facere per ſe & ſuos hæredes utriuſque ſexus, quicquid eis utile fuerit & uoluerint, &c.) illa tamen mentio hæredum facta incidenter ad alium finẽ & potius ad executionem diſpoſitionis, non alterat naturam inueſtituræ, quæ comprahende-
5 bat † deſcendentes & non hæredes, ut ad propoſi
tum reſpondit Iaſ. in conſi. 56. colum. penul. verſic. 2. in fi. 3. uolum. Andr. ab Exea, lib. ſuo de pactis. num. 220. & ſequen. Arius Pinel. in l. prima, C. de bonis mater. 3. par. nu. 85. 5. & 6. pag. Ant. Gabr. in tit. de uerb. ſign. concl. 3. num. 12. Celſ. Hug. in conſ. 26. nu. 55. quibus adhæret Oſaſ. d. deciſ. 161. num. 2. & 3.

Alia uero pars ipſius inueſtituræ, qua ipſe Illuſtriſs. D. Marchio inueſtiuit dictos nobiles de Mirolio nomine gentilis & legalis ac recti feudi, & hæredes eorũ utriuſq; ſexus, de denarijs duobus in pedagio, ut in dicta inueſtitura, aliquam difficultatem habere uidetur, ex quo de hæredibus utriuſque ſexus mentio facta eſt. Sed certe cum præmiſſum fuerit, quod etiam huiuſmodi pedagium, vel vectigal concedebatur in feudum rectum, quod importat ex facto & prouidentia, in quo deſcendentes ſuccedunt, tametſi nec primi, vel ulterioris ſucceſſoris ſint hæredes, certe illa additio illius clauſulæ, etiam reſpectu huius partis inueſtituræ, non mutat, vel alterat naturã feudi, nec facit feudum ex pacto & prouidentia mixtum, ex quo maxime non eſt facta ſimplici-

ter

ter conceſſio pro hæredibus,ſed cum hac quali-
tate,utriuſque ſexus, quæ potius reſpicit filios
6 & deſcendentes,quam hæredes,uel ſucceſſores,
ut ad propoſitum declarat Afflict.in capit. 1. an
agna.vel fil.defun.poſ.feu.retine.nu.13.& ſecun-
dum hanc ſententiam reſpondit Soc. iun. conſ.
42.num.6. & 7.tertio uolum. & huius ſententiæ
eſt etiam Dec.conſil.208.num. 11.uerſ.ſecundo
hoc,& 395.col.2.& 3.& Rol.a Val.citatus a Do
mino primo ſcribente,conſ.67.nu.30.32.in 1.

Et idem eſt, ſi ſit facta conceſſio pro hæredi-
bus maſculis, licet multi reclament,nam cenſe-
7 tur feudum ex pacto† & prouidentia:& uerbum,
hæredibus,intelligitur de filijs,cap.1.§.& ſi clien
tulus.de aliena.feu. Iaſ.poſt Bal.in prælud.num.
128.Dec.conſil. 185.num.3.Durant.in tract.de
arte teſtan.tit.ultimo,caut.10.num.2.in fi.Pinel.
in d.3.par.num.88. Rolan.d.conſil. 67.num.21.
& in tract.de inuent.in §.nunquid hæres,nume.
17.fol.150. ubi alios citat, oſtendens hanc eſſe
* communem*opinionem,quam tenuit etiam D.
Rim.iun.conſ.18.nu.56.

Et idem etiam eſt,ſi feudum ſit cōceſſum pro
8 ſe & legitimis†hæredibus,quia debet intelligi in
hac materia pro filijs.text.eſt in capitu.1.§.cùm
uero, cum §.ſequen. ubi Iſern. & Afflict. in §.&
quia,num.12.in tit.omnium 1.in uſibus feud.&
in cap.1.§.& ſi clientulus. de aliena.feu.Gozad.
conſil.26.num.31.Soc.iun.conſi.112.nu.7.2.uol.
Bero.conſil.68.num.74.& ſequen.& conſil.70.
num.37.& ſequen.1.uolum. Rolan.a Val.d.con-
ſil.67.num.29.& in d.tract. de inuent.loco præ-
citato,num.18.

9 Et quod uerbum, hæredes,in materia†feuda-
li & non tranſitoria ad hæredes, intelligatur de
* *filijs & deſcendentibus,eſt magis communis **
opinio,ut per Gabr.in dicto tit.de verb.ſignific.
concluſ.2.ſecunda limitat.num.15.quam defen-
dit Phanut.de Phanutijs in tract.de inuent.ſexta
par.numero 20.

Ex quibus cōcludo in hoc primo dubio,hoc
feudum fuiſſe & eſſe ex facto & prouidentia, qđ
10 familiare†Bald.uocauit, & Iaſ.qui illum citat in
d.prælud.num.128. ac Pinel.in d.3.par.7.num.
84.in fi.non autem hęreditarium,vel mixtum,&
propterea in eo citra omnem dubitationem fra-
11 ter ſuccedit†fratri.capit.1.de ſucceſſio.fratr.vel
grad.ſucceſſio.ubi Afflic.num.19.& Iul.Clar.lib.
4.ſententia.§.feudum,quæſtio.79.verſ.ſi uero.

Nec potuit frater,qui hanc partem feudi poſ
Cæterum ultra numerum Doct.qui, ut oſtenſum eſt, exceedunt tenentes contrariam partem & illos ẽt ſuperant auctoritate & pondere, aliquæ regulæ in hoc puncto iudicandi pro cõi opinione ſunt conſiderandæ.ut in eis attentis ẽt ꝙ poſſet dici opinionem cõtrariam tenentiũ huic noſtrę ſententiæ pręponderare(quod uere certe non eſt admittendũ)adhuc tamen omnino huic parti eſſet adhærendum.

Conſiderant enim Doctor. in his controuerſis & dubijs opinionibus quod quando ignoratur,uel dubitatur,quæ ſit cõis opin. illi ſententiæ ſit adhærendũ, quæ utraſq; opiniones con-
4 ciliat & diſtinguit,†nam Doct.diſtinguentib.magis creditur tanꝙ magis appropinquantib.ueritati.l.apud antiquos, C.de fur.Saly.in l.filiæ cuius,col.3.nu. 7.C.fam.erciſc.Neuiz.late d.lib.5. nu.32.at in ꝓpoſito inter opiniones quę tenent indiſtincte Comitem imperialẽ poſſe legitimare in terris eeeleſiæ & econtra,& alias quæ tenent contrarium,multi ſunt Doct.diſtinguentes.

Et primo,ut opin.contraria procedat, ut ualeat legitimatio quo ad reſtitutionẽ famæ,honoris & dignitatis,ſecus uero quo ad ſucceſſionem bonorum,inquib.ſuccederent alij conſanguinei
5 † uel fiſcus,ut diſtinxit Inn.quẽ multi ſequnntur in d.c.per uenerabilem.nu.2. Vnde concludunt ꝙ interueniente conſenſu expreſſo uenientiũ ab inteſtato,de quorum præiudicio agitur & principis,in cuius iuriſdictione fit legitimatio,illa ualeat & opi.contraria procedat,ut admittit etiam Alexand.in conſilio 11.num.11.in 7.uolum.& plures alij ex alias citatis.

Quinimo aliqui ex tenentib.contrariam opinionẽ diſtinxerunt ẽt,ut illa procedat ita demũ,
6 ſi pater & filius expreſſe,non tacitè†prorogauerũt iuriſdictionem uoluntariam Comitis Palatini in legitimatione faciẽda,ut uoluit Crot.in al- leg.§.& quid ſi tantũ.col.fi.ubi tamen dicit hanc noſtram opin.ueriorem,licet dubitet contrariã eſſe communem, in quo ipſe fallitur, ut ſupra, & alias oſtenſum fuit, & idem uoluit in conſilio 296. numero 36. & Pariſ. conſil.3. numero 23. ſecundo uolum.

Secundo conſiderandũ eſt ꝙ licet inter Doc. ſint ẽt opin.quib.magis ſit creden.an conſulenti
7 bus,uel legentib.†ſeu tractantib.qũ ſunt ſibimet contrarij,ut per Neuiz.d.lib.nu.26.& ſeq.& per Coratium d.trac.lib.1.tit.6.nu.44.& ſeq. tamen verius videtur quòd opin.Doct.tractantium qõ nem in tractatib.ſuis,ſit ſolidior, ut per Corat.il lic. numero 62.

Sic etiam ſtandum eſſe ijs, qui in pluribus locis vnam opinionẽ tenuerunt, vel copioſius & latius examinauerunt,habetur per Neuiz.d.li.5. nu.29.& Corat.nu.66.Et idẽ eſt qñ pro una par
8 te†habemus deciſ.Rotæ,vel curiarum,ſeu parlamẽtorum.nam tunc ei parti ſtandum eſſe,trad. Neuiz.d. lib.5.nu.62.

Et cum in propoſito omnes Doctores tractantes hanc q. in ſuis tractatibus ſequantur hanc opi.illis ſtandũ eſt, vt Lud.à Sard.Mart. de Laud. Ant.Roſel.Io. de Ligna.Ferrat.Barth. Caſſe.Petr.Rebuff.Sylua.Boſt.Viui.Vaſqui.Reſtaur. Kircho.& Mantica.qui autem fuere ſibimet contrarij in hoc puncto,Bar.Bald.& Caſtr.ſunt pro hac noſtra parte adſcribendi, cum illã tenuerint in plurib.locis,vbi magis & plenius rem diſcuſſerunt, nam Bar.in conſ.75.in fi.refert tantummodo opiniones contrarias & neutrãm approbare vẽ;ſed in lecturis in duob.locis tenet contrarium,ut in authent.ex complexu, in fine, & in l. qui in prouincia. §.primo, ff.de ritu nupr. Bald. etiam in pluribus locis legendo & conſulendo tenuit hanc ſententiam,& idem de Caſtr.dicendum eſt,qui hanc ſententiam tenuit in pluribus conſilijs quàm tenuerit alteram contrariam, hanc etiam partem tenuit Rot.urbis,ut in deciſione prima,qui fil.ſint legit.alias eſt 200.in nouis,& Put.d.ſua deciſione duodecima, & ſecun-
9 dum iſtam partem diſtinguendo inter†ſubditos proprios & alienos conſuluit ultra Petr. de Peruſ. collegium Bononien. euius conſilij fuit auctor Saly c.ut refert Corn.in allegato conſil.nono,colum.fin.In principio, in quarto uolum.& hane etiam tenet Afflict. deciſio. allegata 128. & latius diſcutit in capit.naturales,ſecundo no. nu.4.& ſeq.ſi de feudo fue.contro.inter dom.& agna.vaſal.vbi contra Calder. pro hac parte firmat eſſe cõmunem*opin. canoniſtarum & legi-

ſta-

* * ſtatum, quam ēt & cōem, & magis cōem, ** a
qua in iudicando non eſt receden. ſcribunt plu
res ex alijs allegatis in allegationib. & pręſertim
inſignis moder. D. Fran. Mantica in allegato tra-
cta. de coniect. ult. uolunt. lib. 11. tit. 10. num. 43.
quā ēt cōem fatentur multi, qui tenent contra
riā opi. ut Cagn. in l. fi. ff. de iuriſd. om. iu. nu. 26.
Quibus ſtantibus, cum nunc agamus de iudi-
cando in palatio, in quo opiniones cōes ſunt at-
tendendę, non in ſcholis, in quib. fiunt diſputa-
tiones, & negantur auctoritates, non eſſet opus
diſcutere rationes Doct. tenentium magis unam
quàm alteram ſententiam & conterere tps in
longa diſputatione, ſed eſſet acquieſcendum au
ctoritati tantorum patrum, nihilominus, ut Ma-
gnif. D. Iudex paternæ ſpeculationis & ſubtilita-
tis hæres, cognoſcat ꝙ hæc noſtra ſciētia in iure
eſt ēt uerißima & optime defendi pōt, & ꝙ D. Iu
dex a quo ſententiando longe a ſcopo aberrāue
rit, tametſi infinitis propemodum occupatus ne
gotijs prouinciam hanc ſatisfaciēdi ſubtilißimis
dubitationibus ſuis aggredi non detrectaui.
Non obſtat igitur ꝙ quando opiniones Doc.
ſunt variæ, ut uix dignoſci, vel affirmari poſſit, ꝑ
qua parte ſit magis cōis opin. illa opin. ſequenda
10 ſit, quæ melioribus † rationib. innitatur, ex Dec.
conſ. 456. nu. 9. & Pariſ. conſ. 73. nu. 33. in 1. Quia
negamus nos uerſari in caſu, quo non appareat,
quæ ſit communis, vel magis cōis opin. nam hęc
quæſtio eſt facti, ut dicebat Dec. in conſ. 259. in
prin. arbitror. n. quòd tenentes hanc noſtrā par-
tem longe ſuperent tenentes contrariam. unde
non eſt opus deuenire ad diſcuſſionem rationū,
& tanto minus ſtantib. alijs ſupra deductis Do-
ctor. conſiderationibus in iudicando magis pro
unaq; pro altera opin. Igitur præſuppoſito quòd
cōis opin. extet pro hac noſtra parte, illi ſtandū
eſt, maxime ex quo non conuincitur eſſe falſum
per caſum legis, vel rationem concludentem, ut
prætendebant Dec. & Pariſ. conuinci in caſibus
ſuis. Neuiz. d. lib. 5. nu. 67. Quinimmo opinio hęc
noſtra fundatur in tex. expreſſo, qui non eſt ali-
bi, ſecundum But. ibi, col. 10. in fi. ſæpe allegato c.
per uenerabilem. uer. inſuper cum rex, cum uer.
ſeq. rationibus igitur his inducti, ut etiam tetigi
in prioribus ſcriptis, qui text. eſt ineuitabilis ad
proban. quòd qui ſuperiorē alium recognoſcit
nō poteſt prorogare iuriſdictionem etiam Pon-
tificis, ut eius filij ab eo legitimentur.
Nec obſtant tex. in l. 2. ff. de offic. proconſ. &
lega. & ibi Bald. qui intelligit ēt illum tex. in non
ſubdito, & in l. emancipati, 2. reſpon. ff. de adopt.
quos tex. citat glo. in l. fi. ff. de iur. om. iud. & cū le
gitimatio ſit uoluntariæ iuriſdictionis. §. genera-
liter. in Auth. quib. mod. natu. effi. ſui. uř ꝙ fieri
poſſit per Principem, cui quis nō ſit ſuppoſitus.
11 & idem uř probari in l. apud proconſulem, ff. de
manu. uindi. Nanq; rńdēt primo Anch. in alleg.
conſ. 320. in 1. dub. ꝙ hæc iura procedunt in uno
præſide, qui exercet iuriſdictionē uoluntariam
in homines alterius præſidis, cum ſint oēs ſub eo
dem dño, ſecus ſi iuriſdictiones ſunt diſtinctę, ut
Papę & Imperatoris: ſecundo iuriſdiō etiam uo-
lūtaria pertinet pleniſſime ad Pontificē per text.
in clem. Romani. §. porro, de iure iur. & cū ſimus
12 in reſeruatis principi, ad quē pertinet † reſtitutio
natalium & legitimandi ius, l. 1, ubi Bal. & Ang.
ff. de iure annul. aure. talis iuriſdictio nō pōt pro
rogari in pręiudicium Principis & aliorū, de quo
rum pręiudicio agitur. & ſubdit Bal. in d. l. 1. ꝙ im
13 perator in terris eccleſiæ † non poteſt tutorē da-
re, nec interponere decretū arrogationis in alio
territorio, & ſequūtur Dec. in d. cōſ. 150. n. 7. &
Rol. qui late omnib. contrarijs ſatisfacit in d. cō
ſil. 88. nu. 15. & ſeq. quib. etiam rńdent Butr. col.
11. & 12. & Abb. nu. 11. & 23. in d. c. per venera-
bilem. cōcludentes iuriſdictionē uoluntariam
non poſſe exerceri, uel prorogari in his, quę ſunt
reſeruata principi in ſignum priuilegij ſpecialis;
& cum tractetur de pręiudicio tertij. qui non cō
ſentit. Iura autem contraria præallegata poſſunt
procedere inter proprios ſubditos & inter eos
qui poſſunt proprio conſenſu iuriſdictionē pro-
rogare, & quo ad bona intra territ. exiſtentia, vt
Didac. trad. in alleg. §. 8. c. 8. nu. 14. 2. par. epit. in
4. decret. quib. etiam rationib. contrarijs rńdet
Syluest. Ald. in alleg. conſ. 717. num. 16. & 17. in
ter conſilia Rimin.
Non ob. ēt, ꝙ contraria opin. uř probari in d.
c. per venerabilē. in d. ver. rōnib. igitur his. iunc.
gl. in ver. certis cauſis, vbi gl. inquit, cum requiri
tur. & ſic in iuriſdictione volūtaria, quę pōt exer
ceri in nō ſubditos, quia id intelligitur retentis
terminis illius tex. ſ. qn̄ requiritur ab his, qui ſu-
periorē non recognoſcunt, ut erat Rex Gallorū:
nam nō in omnib. cauſis ſe intromittit ſum. Pon
tif. & certe nō video, qūo poſſit ſenſus illius tex.
trahi vt ꝓbet cōtrariū eius, qđ ad literā firmat.
Et licet Pontifex multis aliis rationib. legiti-
mationē denegauerit, vt conſideratē in dubijs &
præſertim, quia filij nati erāt ex damnato coitu,
& lege tā diuinaq̃ canonica & ciuili repelleban-
tur, cui vltimę rationi uř ſum. Pont. inhærere, nō
tñ eſt quin illa rō, ꝙ erat alteri ſubiectus petens
legitimationem, & ꝑpea Papa non poſſet in eū
iuriſdictionē uoluntariam exercere, militaret, &
maxime quia expreſſe Pont. fatetur rationib. ex-
preſſis motū fuiſſe ad legitimationē filiorum Re
gis. Nec poteſt dici ꝙ ꝑꝑ verbum, præſertim, ra-
tio hæc non fuerit finalis, vt dicitur in dubijs: tū
q̀a illa dictio fuit poſita in narratione facta pro
parte partis ſupplicantis & petentis, quæ nō fuit
admiſſa a Pontifice, & non ſunt verba ipſius Pon
tificis, ſed partis, tum quia eo caſu ſtat pro tan-
tum, ut per glo. ibi ſuper eo verbo.
Quod aūt Pontif. magis inhęſerit rōni ꝙ leges
abhorrēt hos ſpurios, vel illegitimos, nō facit q n
ēt declarauerit ſe nō hr̄e auctoritatē legitimādi

in territ.alieno,niſi in certis caſib.ut ex eo text.
not.Doctor.præſertim But.co.24.4.no.nec erat
opus ꝙ Pontifex exprimetet in concluſione nõ
poſſe legitimare, cum ſatis ſupra id expreſſerit,
ſed ſatis fuit quòd oſtenderit motum fuiſſe pro-
pter ll.ſic diſponentes, ut tales illegitimi non ad
mittantur ad ſucceſſionem patris, ad non con-
cedend.legitimationem,quæ ex alijs rationibus
ſupra expreſſis non erat concedenda, ſic vide-
mus quòd ſæpe in decretalibus Pontificum mul
tæ rationes ponuntur, ex quibus colliguntur de
ciſiones, & tamen in fine illarum conſtat quòd
unica tantum ratione, vel etiam diuerſa ab ex-
preſſis mouetur Pont.ad decidendum q.ut poſ-
ſet videri in cap.inter dilectos,de fide inſtru. &
in pluribus alijs decret. ſed tamen non propte-
rea dici põt quin ex tex.ipſo probẽtur alia,quæ
præter rationem expreſſam in deciſione ſunt in
decret. narrata etiam incidenter & per modum
narrationis facti.

Nec video quod tex.ipſe innuat id,quod dici
tur in dubijs concludere,ſcilicet ſummũ Pontifi
cem poſſe legitimare, præſertim non recogno-
ſcentem ſuperiorem alium, quo caſu neceſſario
cõtineretur caſus etiam quando recognoſceret,
quia habere iuriſdictionẽ in ſpiritualibus vbiq;
& alia poſſe facere, de quib.in tex.non inferunt
quod poſſit legitimare ſuppoſitos alienæ iuriſdi
ctioni,vt expreſſe declarat glo.in uer.habeat.ibi,
ſicut etiam uerba illa (id autẽ in patrimonio bea
ti Petri libere põt apoſtolica ſedes efficere &c.)
non poſſunt inferre id, quod dicitur in dubijs,
quod vbi Pontifex utitur principis poteſtate,nõ
eſt opus rationibus,quia certum eſt libere poſ-
ſe,& propterea uideãtur probare Papam in alie
na iuriſdictione legitimare poſſe,nam licet Papa
libere in terris ſuis poſſit legitimare,nõ ſequitur
ergo in alienis etiam ſubditos alienos. Vltra ꝙ
ſunt verba partis,quæ tolluntur ex verbis deciſi
uis Papæ in d.§.inſuper.cum ſequen. & diſputa-
re,ubi ſunt exppreſſa uerba ſubtilizando nimis,
ſuperfluum ſemper mihi viſum fuit, ſciens quòd
14 ſub auctoritate iuris ſciẽtiæ propter nimiã † ſub
tilitatem quandoque pernicioſe erratur. l.ſi ſer-
uum.§.ſequitur, ubi Iaſ.ff.de verb.oblig.& con-
tra nimis ſubtilizantes plura ſcribit Neuiz.d.lib.
5.nu.67.pag.5.& ſeq.

Neque etiam obſtat quod Princeps noſter ſa
tis videatur conſenſiſſe huiuſmodi legitimatio-
nibus ex proclamate,ſeu conſtitutione facta ſu-
per huiuſmodi legitimationibus,ex qua ſcientia
illius & conſenſus videtur probari. & ſatis uide-
tur quod ſciuerit & paſſus fuerit, ut inter conſi-
lia Rimin.ſen. trad. Iac.Cagnati.conſil.726. nu
15 me.6.7.Et ſtante conſuetudine huius † ciuitatis,
qua paſſim admittũtur tales legitimationes,ſecũ
dũ quam iudicandã eſſe aſſerit ipſe conſulens, ꝙ
etiam affirmauit Pariſ.conſ.1.nu.15.uol.2. a qui
bus non diſcrepat Menoc.q.71.nu.11.de arbit.
iud.& Decia.conſil.124.num.16.in 3.

Nec reſpõſio noſtra uidetur ſatiſfacere, quia
potius videtur verbalis quàm realis: ſi quidem
tale proclama in probando legitimationes quo
ad feuda & fideicõmiſſa, in cæteris illas videtur
approbare.l.cum prætor.ff.de iud.cum ſim. Et
16 ꝙ ex hoc ſatis dicatur probatum de ſcientia † &
conſenſu Principis,trad.Crau.conſ.271.ſub nu.
9.ver.7.agens.& plura citat. Et cum præiudiciũ
Principis, quod poteſt conſiderari, ſemper vi-
deat̃ idẽ ac uniforme videlicet circa eius iuriſdi
ctionẽ,ſufficit ꝙ ſimpliciter & in gñre ſciuerit ta
17 les legitimationes fieri, vt in ſimili videmus,† ꝙ
cum conſuetudo ſit in ſpecie probanda, Alex.
conſ.5.in 6.Cur.iun.conſi.26.col.pen.ſufficit ta
men eam ſimpliciter & in genere probari de ta
li re fieri ſolita non nominatim & in indiuiduo,
cũ ſit uniformis,Crau.conſ.96.nu.4.5.

Namq; reſpondetur nullibi conſtare de ſcien
tia & patientia principis quòd fiant tales legiti-
mationes in ciuitate Ferrariæ per Comites Pa-
latinos Imperiales:licet enim ex proclamate,vel
conſtitutione prædicta poſſit dici conſtare de
ſcientia legitimationum factarum,non tamẽ ſe-
quitur quod ſciuerit Comites imperiales legiti-
mare in ciuitate Ferrariæ & id paſſus fuerit, cũ
potuerit credere ꝙ in ſtatu eccleſiaſtico Comi-
tes eccleſiaſtici. & in imperiali imperiales legiti
ma uerint, quod minorem uĩ habere difficulta-
tem,ſecundum Abb.in d.c.per venerabilem.nu.
26.& Manti.d.ti.nu.44.& ſeq.& in hoc verſatur
maius præiudicium,in tantum ꝙ Caſt.in conſil.
343.in 2. 2.col.alias allegato voluit legitimatio
18 nem factam in hac ciuitate † per Comitem Impe
rialem non valere etiam ſi probaretur extare
conſuetudinem,quod poſſent fieri,ex quo reſul
tat præiudicium ſedis apoſtolicæ. Et cum actus
19 ſit interpretandus ſecundum iuris † communis
diſpoſitionem.l.ſi duo,vbi Bal.ff.de acquir.hær.
Craue.conſ.91.nu.8.intelligen.eſt proclama ip-
ſum de illis legitimationibus,qui alioqui fieri po
tuiſſent,ſ.per apoſtolicos in terris eccleſiæ & im
periales imperij,& hoc eſt,quod alias reſponde
bam ad hanc prouiſionem,ſeu proclama,ex quo
inferebatur ſcientia: nam nõ ſequitur,Princeps
ſciebat Comites Palatinos legitimare in ſtatu
ſuo,ergo ſciuit imperiales legitimare Ferrarię,vl
20 tra ꝙ cum exigatur etiam conſenſus eorũ, † qui
ab inteſtato ſuccedere poſſent,ut Bal.trad.in d.
l.1.C.de iure annul.aure.But.Abb.Dec.& plures
alij ex ſupra & alias citatis,non ſat eſt conſtare
de ſcientia & patientia ipſius Principis, vt va-
leat legitimatio.

Nec uideo vbi ſit probata cõſuetudo huius ci
uitatis in admittendo tales legitimationes, quæ
21 cũ ſit facti,non præſumitur,ſed † eſt probanda.l.
de quibus,cum ibi no.ff.de legi.& quæ eſt diffici
lis probationis,Hoſt.Io.And.& alij in c.fi.de cõ
ſuc.& Roch.de Cur.illic in repet.6.q.num.571.

Qui-

Quinimmo etiam ſi eſſet ſtylus, ex quo con-
22 cernit de ciſionem cauſæ, plenè erat †probãdus,
nec de eo poſſunt ſumi informationes in came-
ra. Socin. conſil. 36. num. 11. & conſil. 39. numė.
28. in 4. Dec. conſi. 42. num. 12. & 483. num. 28.
& in conſuetudine Ant. Gabr. in tit. de citatio-
nibus, concluſio. 1. num. 339. lib. 2. Nec hoc caſu
etiam creditur Doctori atteſtanti de ea, ut per
Cagn. in l. unica, in princ. num. 20. ff. ſi quis iuſdi.
non obtempe. cum alijs citatis per Gabr. in titu.
de probatio. concluſ. 4. numero primo, ver. con-
trarium. Et tanto minus eſt creden. Doctori con
ſulenti id atteſtãti pro ſua parte, pro qua ſcribit,
Pariſ. uero atteſtatur de conſuetudine Veneto-
rum, quæ nihil facit ad caſum noſtrum: ſicut et
Menoch. & Decian. citati loquuntur in alijs ter
minis. Nec ſufficeret etiam quòd conſuetudo
fuiſſet probata in genere, vt tangitur in dubijs,
ex quo præiudicium Principis cenſetur unum &
idem ac vniforme: quia immo eſſet probanda in
23 hoc caſu, & eſſent probandi actus, †ex quib. fuiſ
ſet introducta ut legi derogaretur, Crau. conſil.
241. nu. 20. colum. 6. uerſ. ſecundo reſpondeo,
Brun. conſ. 36. nu. 5. & ſequen. Rip. 2. lib. reſpon
ſorum. cap. 25. num. 17. & D. Rimin. noſter iun.
conſil. 209. nume. 61. & ſequen. nec aliter tenet
Crau. d. conſil. 96. Et cum differat præiudicium,
quod fit Principi per dominũ legitimantem in
terris ab eo recognitis, quod proculdubio mi-
noris eſt ponderis, ab eo quod fit per aliũ, a quo
non recognoſcitur ciuitas, vel caſtrum, non poſ-
ſumus iure fateri eſſe uniforme, ſed diuerſum, &
propterea ſuper hoc erat probandum extare cõ
ſuetudinem, & quidem præſcriptam, ad cuius
24 †probationem multa exiguntur, ut per Rolan. a
Val. conſi. 13. num. 9. & ſequen. in 4. & Menoch.
conſ. 187. num. 57.

Ad illud autem, quod etiam excitatur in du-
bijs, an in priuilegio Comitis Palatini compræ-
henderentur fœminæ legitimandæ, cum non
ſit fundamentum meum, ſed aliorum, nihil ſcri-
bam: tum etiam quia ſuperfluum eſt, ſtantibus
prædictis reſponſionibus & ſolutionibus, iudi-
cio meo clariſſimis. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Si teſtator relinquat bona ſua filijs natis ex fratre, & eius uxore Franciſca, an debeantur natis ex alia uxore?

Conditio, quando dicatur repetita.

SVMMAE.

1 *Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis euanuit mortuo hærede natis liberis.*

2 *Verbum nullum, nec ſyllaba debet eſſe ſuperflua.*

3 *Participium eſt reſoluendum in relatiuum, & verbum ſui temporis.*

4 *Punctus ſtat pro copula, vel loco copulæ.*

5 *Relatiuum cum copula ſtat augmentatiue.*

6 *Excluſus ab inſtitutione præſumitur etiam excluſus a ſubſtitutione.*

7 *Filii tam primi quàm ſecundi matrimonii æqualiter ſuccedunt in hæreditate in quã eſt ſubſtitutus pater.*

8 *Conditio appoſita in vno capitulo teſtamenti non cenſetur repetita in alio.*

9 *Et appoſita in diſpoſitione habente orationem perfectam non extenditur ad aliam diſpoſitionem diuerſam.*

10 *Et appoſita in vno gradu ſubſtitutionis non cenſetur repetita in alio gradu.*

11 *Et eiuſdem nunquã fit interpretatio quando adeſt diuerſitas perſonarum, vel rerum, vel orationes ſunt diuerſæ & ſeparatæ.*

12 *Vocati præſumuntur copulatiue, non ordine, ſucceſſiuo illi qui ex neceſſitate non erant inſtituendi.*

13 *Filiis uocatis cum patre, vnuſquiſque habet dimidiam.*

14 *Et etiam non nati partem faciunt cum naſcuntur.*

15 *Conditionis repetitio non poteſt fieri quando ſecunda ſubſtitutio habet aliam diuerſam rationem.*

16 *Qualitas non cenſetur repetita quando odioſa eſt, & inducit onus.*

17 *Repetitio tacita quomodo fiat, & qua ratione cognoſcatur quando conditio, vel qualitas ſit repetita.*

18 *Et impeditur quando eſt diuerſa ratio inter vnam & alteram repetitionem.*

19 *Conditio non cenſetur repetita quando conſtat de mente, & voluntate teſtatoris.*

20 *Qualitas filiorum maſculorum in teſtamento expreſſa non cenſetur repetita, & maxime in alia oratione, & capitulo penitus diſtincto. num. 22.*

21 *Verba, tunc, & eo caſu, ſtant reſtrictiue, & non extenduntur ad alium caſum.*

CONSILIVM XCIIII.

In Domino confido.

DOminus Paulus de Blancolis de
Cotignola ſuum ultimum condi
dit teſtamentum, in quo ſuum hæ
redem vniuerſalem inſtituit Ioan.
Franciſcum eius filium pupillum,
& ventrem vxoris prægnantem, ſi maſculus na-
ſceretur unus, vel plures, æqualiter & æquis por
tionibus, ſi uero pareret filiam uoluit eam dota
ri dotibus taxandis per Bart. eius fratrem cum
nupſerit, ſi uero ſupradictus Io. Franciſ. hæres, ut
ſupra, decederet in pupillari ætate, vel quando-
cunque ſine filijs maſculis & naturalibus, & ſimi
liter unus, vel plures, poſthumus, vel poſthumi
decederent, ut ſupra, & ſeu in lucem non uenirēt
(quod Deus auertat) tunc & eo caſu dictus teſta
tor eiſdem ſuis hæredibus inſtitnit & ſubſtituit
Bart. prædictum eius fratrem, & filios maſculos
naſcituros ex ipſo & eius uxore, videlicet Dom.
Franciſca, ex legitimo matrimonio procreādos,
ſi uero dictus Bartholomeus eius frater & hęres
ut ſupra decederet ſine filijs maſculis legitimis
& naturalibus, quod (ut dixit) Deus auertat, tunc
& eo caſu eidem Bartholomeo eius fratri inſti-
tuit & ſubſtituit Ioannem eius nepotem ex fra-
tre, uidelicet ſer Alexan. & alios nepotes naſcitu
ros ex ſuis fratribus, videlicet dicto ſer Alexan-
dro & Domino Hieronymo vulgariter, pupilla-
riter & per fideicommiſſum. Mortuo teſtatore
relicto filio Ioan. Franciſco pupillo, ipſe filius
fuit effectus hæres, & ſucceſſit patri. Qui etiam
in pupillari ætate deceſſit, cui ſucceſſit ipſe Bar-
tholomeus patruus ſubſtitutus, qui tunc tempo
ris nullus habebat filios, nec etiā poſtea habuit
ex dicta Domina Franciſca. Qua defuncta aliam
duxit uxorem, ex qua tres filios maſculos ſuſce-
pit Dom. Paulum Ioan. Franciſcum & Conſtan-
tium, & ſubinde eis ſuperſtitibus obijt. Quo fa-
cto ſtante inſurgunt Dom. Ioannes prædictus fi-
lius ſer Alexandri & Galeatius filius dicti Domi
ni Hieronymi de Blancolis, petentes bona hære
ditatis dicti quondam Pauli teſtatoris antiquio
ris, quaſi euenerit caſus fideicommiſſi in perſona
ipſius Bartholomei decedentis ſine filijs maſcu-
lis ex ſe & dicta Domina Franciſca eius prima
uxore. Quęritur an recte agant, cum pręten dant
filij prædicti Domini Bartholomei ſe fuiſſe poſi-
ſitos in conditione ad excluſionem ſubſtituto-
rum & ſic non eueniſſe caſum fideicommiſſi.

In hoc igitur puncto matnre omnibus conſi-
deratis eius ſum ſententiæ, ipſos de Blancolis
agentes agere ſine actione, cū non uenerit caſus
fideicommiſſi ad quod ipſi fuerint uocati, unde
non ſunt admittendi. l. ſi pupilli. §. uideamus. ff.
de neg. geſt. Cum enim d. Bartholomeus deceſſe
rit cum filijs maſculis, legitimis & naturalib. pro-
1 culdubio euanuit conditio ſub qua fuerant uoca-
ti filij fratrum teſtatoris. l. ex facto. §. penult. ubi
Caſtr. in fi. & Rip. numero primo, ff. ad Trebell.
nam exiſtentia filiorum facit deficere fideicom-
miſſum, quicquid poſtea de eis eueniat, Oldrad.
conſilio 21. Thema. Ruin. conſilio 153. numero
quinto, ſecundo uolum. Pariſ. conſilio 31. nume
ro ſecundo, ſecundo volum. Celſ. Hugo conſilio
68. numero quarto, & 75. numero primo, & late
Rolan. a Val. conſilio 34. numero 68. quarto uo
lum. filij autē ipſi ab inteſtato patri ſucceſſerunt.
gloſ. in l. Lucius. la prima, ff. de hæredibus inſti-
tuendis, Pariſ. conſilio 86. numero 29. ſecundo
uolum. & Doctor. paſſim in alijs locis: habent
enim filij ipſi poſſeſſores bonorum intentionem
fundatam, cum agentes debeant oſtendere eue-
niſſe caſum fideicommiſſi, cum ſemper dici poſ-
ſit, hoc caſu non loquitur ſubſtitutio, Socin. con
ſilio 62. numero quarto, in tertio, & Craue. con
ſil. 162. numero decimotertio. Et in dubio de-
bet fieri interpretatio contra fideicommiſſariū,
Soc. conſil. 113. colum. fin. ver. unde ex præmiſ-
ſis, 1. uolum. & Corn. conſil. 308. colum. 10. poſt
med. 3. uolum.

Sed tota difficultas in eo conſiſtit, quia fue-
runt uocati filij Domini Bartholomei ex Domi-
na Franciſca eius uxore, qui uidentur a teſtato-
re prædilecti, igitur uidetur quod illi met etiam
fuerint poſiti in conditione ad excluſionem fi-
liorum aliorum fratrum, quo caſu cum deceſſe-
rit ſine filijs ex dicta uxore, uidetur eueniſſe ca-
ſum fideicommiſſi. Super hoc puncto igitur dili-
genter agendum eſt, & diſcutiendum, primo, an
filij dicti Bartholomei ex dicta Domina Franci-
ſca fuerint tātummodo uocati ad ſucceſſionem
teſtatoris defuncto inſtituto, cum patre, uel poſt
eius mortem. Et poſito quod ſic, an illa qualitas
eorundem filiorum ex dicta uxore cenſeatur re
petita in ſubſtitutione facta Do. Bart. deceden-
te ſine filijs maſculis, ut illi tantum & non alij
cenſeantur poſiti in conditione ad excluſionem
fideicommiſſaroirum. Quo igitur ad primū pun-
ctum mihi uidetur quod iuſte teneri poſſit fuiſſe
uocatos non tantum filios naſcituros ex dic. Do
mina Franciſca & Bart. ſed etiam ex quacunque
alia uxore, ex quo teſtator poſt illa uerba, & eius
uxore uidelicet Domina Franciſca, addidit (ex le
gitimo matrimonio procreandos) quæ uerba
non poſſuot intelligi de filijs ex dicta Franciſca
uxore, quia ſi erat uxor, erant de legitimo matri
monio, unde uerba ſequentia remanerent ſuper
2 flua † & ſine aliquo effectu operandi, quod eſſe
non debet. l. ſi quando, in princip. ff. de legat. pri
mo, ubi not. Oſaſc. late deciſione Pedemont. 141.
numero quarto, nam nec ſyllaba quidem debet
eſſe ſuperflua. Curtius iunior conſilio 85. nume-
ro quarto, Rolan. a Val. conſil. 64. nu. 14. & ſeq.
4. uol. Et potius improprie accipiuntur ne ſint
ſu-

ſuperflua,ut latiſſime proſequitur Franc.Manti.
in trac.de coniec.ultimarum uoluntatum,lib.3.
titu.6.in princ. & num.ſeq. ſi igitur reſoluamus
3 participium,†procreandos,in relatiuum & uer-
bum eius temporis,iuxta doctri.gl.in clem.1.de
præben.in ver.dignitatibus,Alex.conſil.119. ui-
ſo proceſſu 3.colum.1.uolum. Bertr.conſil.25,
num.11. 1.uolum. primæ part. & Rip. reſponſo
26.num.23.2.lib.reſponſorum, & præſuppona-
4 mus non ſtare pro copula,†ſeu loco copulæ.l.cũ
duobus.§.ſi in coeunda,vbi Bart.& Bald. ff. pro
ſoc.& Alci.in l. ſæpe.uer. cum uero dicimus,in
fi. ff. de verb. ſignific. & deciſ. Pedemont. 110.
5 num.2.& nu.9.certe relatiuum cum copula† ſta
bit augmentatiue.l.ea tamẽ adiectio.ff.de leg.3.
habetur in l.cunctos,populos,vbi Bar. num.1.&
Iaſ.num.1.2.lect. C.de ſum.trin.& fide cathol.&
ſic compræhendentur omnes filii ex quacunq;
uxo.Et cum teſtator filios Bart.dilexerit in inſti
tutione, cenſetur eos dilexiſſe in ſubſtitutione,ſi
6 cut quos excluſit†ab inſtitutione cenſetur exclu
ſiſſe a ſubſtitutione.l.fin. C. de impube.& aliis
ſubſti.Curt.iun.conſ.91.num.8.Rub.Alex.conſ.
72.ad fi.Clar.in §.teſtam.q.77.7.regula,& Fran.
Manti.d.tract. de coniect. ultimarum uoluntat.
lib.5.tit.1.num.20.Et cum ageretur de hæredita
te in qua pater fuerat ſubſtitutus, cui filii etiam
7 ex pluribus matrimoniis† ſuccedebãt æqualiter
Rom.conſi.447.in quæſtione, num.2. Dec.con
ſi.236.num.3.3.dub.& Manti.d.trac.lib.7.tit.7.
nu.130.uериſimile eſt quod teſtator uoluerit om
nes filios indiſtincte admitti.

Secundus punctus clarior etiã uidetur quòd
conditio vel qualitas horum filiorum naſcituro
rum ex Do. Franciſca non cenſeatur repetita in
conditione in qua poſiti fuere dicti filii Bartho-
lomei ad excluſionem uocatorum multis & ef-
ficaciſſimis quidem rationibus. Prima eſt quia
8 in dubio conditio appoſita † in uno capitulo te-
ſtamenti non cenſetur repetita in alio,Nat. con
ſilio 459.num.8. & idem eſt de qualitate,ut per
Card.Alb.conſil.19.num.21. ubi plura adducit
ad propoſitum buius quæſtionis, & quòd hoc
caſu debeat attendi regula negatiua, uoluit De-
cian.conſil. 17.num.39.uerſic.6.1.uolum.

9 Secundo quando conditio vel qualitas † eſt
appoſita in diſpoſitione habente orationem per
fectam.non poteſt etiam extendi ad aliam diſpo
ſitionem diuerſam, nec in ea cenſetur repetita,
etiam ſi interuenerit copula,Bar.in l.Seiæ.§.Ca-
io,num.1.& ſeq.ff.de fun.inſtruc.& inſtrum.leg.
per l.in repetendis.ff.de leg.3.vbi idem Bar.Alc.
conſ.66.viſo teſtamento,2.colum.num.6.3.uo-
lum.Socin.conſ.22.num.4.3.uolum. Curt.ſen.
conſi.64.antiqua.colum.11.num.28.& ſequen.
ubi plura adducit ad propoſitum,Rui.conſ.176.
num.5.& ſequen.2.uolum.Pariſ. qui etiam ad
rem multa adducit conſil.87.num.41. & ſeq.&
num.44. firmat in fideicommiſſo uniuerſali non
cenſeri repetitam.2.uolum. Socin.iun.in pluri-
bus conſilijs maxime 128.nume. 98. & ſeq.in 1.
& 144.numero 1.in 3.Alcia.conſil.3.num.25.&
26.lib.8.Celſ.Hug.conſil. 120. num. 52. & ſeq.
Menoch.conſil.86.num.45. Decia.d.conſil.17.
num.34.& Franc.Manti.in d.lib.10.tit.6.nume-
ro 33. Certum eſt autem orationem tam pri-
mæ quàm ſecundæ ſubſtitutionis fuiſſe perfe-
ctam,ut ex uerbis teſtĩ apertè conſtat,igitur nul
la repetitio pręcedentis qualitatis vel conditio-
nis venit facienda. & ad propoſitum quòd con
ditio vel qualitas appoſita in vno gradu, ſub-
10 ſtitutionis † non cenſeatur repetita in alio gra-
du. probatur in l. quæ conditio , in princip. vbi
Bar. Caſ.& Soci. ff.de condit. & demonſt.tradit
Afflic.deciſione 248.num.12. Pariſ.d. conſ.87.
num.46.Socin.iun.conſil.77.num.18. & ſeq.3.
uol. Card.Alb.d.conſil.19. nu.23.ver.3.& Man
ti.d.tit.6.in prin.& idem eſt,ſi eſt appoſita in in-
ſtitutione, quòd nõ cenſeatur repetita in ſubſti-
ſtitutione,Dec.conſ.599.num.6.Alcia. conſilio
87.num.10.li.9.& Gomes.tomo primo ſuorum
tracta.c.ult.num.80.

Tertia eſt ratio quòd quoties eſt diuerſitas
perſonarum vel rerum & orationes ſint diuer-
ſæ & ſeparatæ,nunquàm fit repetitio qualitatis
11 †vel conditionis præcedentis,Bar.in d.l.in repe
tendis,col.1.& 3.Pariſ.d.conſ.nu.48. & ſeq.Rui.
d.conſ.176.nu.5.6.Soc.iu. d.cõſ.77.nu.17. Me
noch.d.conſ.86.nu.51. Manti.d. tit.6. nu.33.&
34.& Decian.d.conſ.17.nu.30. atqui in caſu iſto
pręter orationes diſtinctas ſeparatas & perfe-
ctas concurrit diuerſitas rerum & perſonarum
in ſecunda ſubſtitutione a prima diſtantes. ergo
repeti non põt prior cõditio,uel qualitas. In pri
ma enim ſubſtitutione filio in pupillari ætate
decedenti fuerunt vocati filij ex d. Franciſca
cum patre, quo caſu copulatiue cenſebãtur vo-
12 cati,non ordini ſucceſſiuo, ex quo nulla † erat
neceſſitas illos inſtituendi, d.l.fi.C.de impub.&
alijs ſubſtitutio. ubi omnes, & c. Raynutius, ubi
Didac.§.2.in prin.de teſtam.& nume.ſeq. Bald.
conſil. 168.proponitur,in fi.5.uolum. Alex.con
ſil.13.num.8.& 14.num.10.in 4.Dec.conſil.205.
num.2.Rui.conſil.168.num.9. 2.uol. Fernand.
Vaſq.in tract.de ſucceſſio.creat. §.20.num.120.
& Iul.Clar.in §. teſtamentum,q.80. & hoc caſu
13 filij cenſebãtur†uocati ad dimidiam partẽ hęre
ditatis, & pater in aliã dimidiã.d.l.fi. Alb.in l.ſi
quis Titio.ff.de uſufru.accreſcen.Dec.cõſ.220.
num.6.& 382. in princ. & in eo caſu Rui.conſ.
91.num.9.in 3. licet alij videantur aliter debere
ſuccedere, ut in l.quidam relegatus.§.fi. cum.ll.
ſeq. ff. de reb.dub. & licet non eſſent nati tem-
pore euenientis conditionis fideicommiſsi. ta-
14 men cum nati fuiſſent†partem feciſſent,ut in d.
l.quidam relegatus.§.fina. & l.utrum,in princ.
ff.de reb.dub.ubi Doc.Caſtr.& Iaſ.in 2.fallen.&
Iaco.de Sancto Georgio,nu.7.in d.l.fi. quod ad
mittit

mittit Rui.conſil.164.num.1.2.uolum.& ſequi
tur Galiau.in l.Gallus. §.1.num.23. ff.de libe.&
poſthu.in ſecunda ſubſtitutione facta Bartho.pa
tri ſine filijs maſculis legitimis & naturalib.dece
dēti in parte,quæ perueniſſet ad Bar.quæ potuiſ
ſet eſſe pars dimidia uel minima,ſecundum alio-
rum opinionem,fuerunt ſubſtituti alij filii alio-
rum fratrum & ſic fuit diuerſitas tam rerum q̃
perſonarum.

Quarta eſt ratio quòd conditio vel copula
non poteſt repeti quando una qualitas uel con
ditio eſt appoſita ad qualificandum vnam ſub-
ſtitutionem,ut hic factum fuit in prima ſubſtitu
tione facta filio, tenendo opinionem partis ad-
uerſæ quòd tantum fuerint vocati filij d.Franci-
ſcæ cum patre,ita declarat Soci. iun.d. conſilio
77.num.16. & tanto minus quando ſecunda ſub
15 ſtitutio † habet aliam diuerſam conditionem a
prima Alex.d.conſil.66. num.3. 3.Ioan.de Ana.
conſil.8. in fi. Cuman. conſil.112. ciuis quidam
2.colum.ante fi. Soci.d.conſ.122.num.5.in 3.Al
ban.d.conſil.19. num.26. & Inter conſilia Soci.
iun.3.uol.conſ.144.nu.21.& ſeq.D.Gerar. Maz-
zol.nã in prima ſubſtitutione conditio fuit appo
ſita in morte filij, in ſecũda in morte fratris Bar.
quę ſunt diuerſæ conditiones, Rui.conſi.92.nu.
11.Mazzol.d.conſ.144.num.13.& Manti.d.tit.
6.nnmero 3.uerſic.8.

Quinto quando qualitas eſt odioſa ut quia
inducit fideicommiſſum ut hic, & tunc condi-
16 tio vel qualitas non cenſetur repetita ita Dec.
conſil.567.num.6.Soci.iun.conſil.13.nume.30.
in 3.Bero.conſil.120.num.69.verſi.2. volum.2.
Cepha.conſil.68.nume.17. & ſequen. Decia.d.
conſil.17.num.39.& Manti.d.tract.libro 6. tit.
13.numero 9.

Sexto Bal. in conſil. 153. quidam teſtator, 2.
dub. num2.5.uolum. dat pulcherrimam doctri-
nam ad agnoſcen.quando conditio, uel qualitas
cenſeatur repetita. Dicens quod omnis tacita
17 † repetitio fit aut ratione copulæ vel cõiunctio
nis, ut quia ſunt plura legata copulata per di-
ctionem,&,vel per dictionem item, uel per alias
dictiones coniunctiuas vel connexiuas:aut quia
reguntur ab eodem verbo & terminetur ab eo
dem actu uerbi determinantis regentis totam
orationem, autper identitatis rationem quan-
do.ſubeſt aliqua ratio repetendę antecedētiæ in
ſequentibus,& ſimiliter ecõuerſo tres ſunt cau-
ſæ, quæ tacitā repetitionem excludũt. prima eſt
aduerſatio orationis, ut q̃a eſt ibi dictio ſed, uel
ſecus,& ſimilia. Item ſeparatio diſpoſitionum &
temporum.Item aduerſatio rationis non haben
tis aduerſatiuam rationem,his caſibus habent in
ter ſe tacitam repetitionē.Quod Bal. reſponſum
ſequitur Manti. d.tit.6. num.25. at in propoſi-
to in hac ſecunda ſubſtitutione ſunt verba ad
uerſatiua quæ impediunt repetitionem, ut ibi, ſi
vero dictus Bartholomeus, vt voluit etiam Pa-
riſ.d.conſilio 87.num.43. quod ſine dubio pro-
cedit, quando apponitur poſt aliam orationem
perfectam,ut declarat Ruin. dicto conſilio 176.
numero 8.
18 Præterea eſt diuerſa † ratio inter unam & alte
rã,vt inferius etiam oſtendetur, quæ etiam im-
pedit repetitionem, Soci. iun.dicto conſil. 128.
num.98.in 1.& 77.num.26.in tertio & Decian.
d.conſil.17.num.35.in primo.

Septimo & ultimo quando conſtat de men-
te & uoluntate teſtatoris, quòd non cenſeatur
19 repetita † conditio,ceſſat omnis difficultas.l.in
conditionibus,in prin.& §.1. ff.de cond.& dem.
Manti. d.tit.6.num.15. ſed in propoſito ſatis cla
re teſtator intellexit ponere in conditionē om
nes filios Bart.ad excluſionem ſubſtituorum,li-
cet non fuerint nati ex d. D.Franciſca ex multis
coniecturis, quæ ex uerbis teſtamenti colligun-
tur. Et primo,quia ſi intellexiſſet repetere illam
qualitatem,non erat opus adderet in poſitione
in conditionem qualitatem maſculinitatis legi-
timorum & naturalium, quia ſatis fuiſſet dice-
re,ſi deceſſerit ſine filijs, quia de illis de quibus
ſupra dixerat,& quos cum patre uocauerat,fuiſ-
ſet intellectũ.& illi erant legitimi & naturales.igi
tur ſi non intellexiſſet de alijs,hæc clauſula rema
neret ſuperflua & ſine actu operandi contra d.l.
ſi quando & alia ſupra in prin.adducta.

Præterea ſi intellexiſſet de illis filijs ex prima
uxore qui fuerunt uocati ad ſucceſſionem cum
patre ut ſupra.nõ iniunxiſſet fideicommiſſum tã
tum in parte patris nihil de filijs diſponendo,&
partes ſuas liberas eiſdem relinquendo ſine ul-
lo onere,quia ſic magis grauaſſet fratrem magis
dilectum quam filios naſcituros ſibi ignotos qđ
non eſt uериſimile, ad trad.per Manti.in d.tract.
lib.6.tit.11.maxime,nu.13. igitur teſtator cenſe
tur potius cogitaſſe de hoc caſu quo hēditas to-
ta ad Bart.perueniſſet, & exinde decederet ſine
aliquibus filijs, quo caſu nepotes ex alijs fratri-
bus cenſetur uocaſſe. Et cum teſtator ab inſtitu
tione excluſerit alios filios fratrum,cenſetur ẽt
eos excluſiſſe a ſubſtitutione extantib. filijs Bar,
prædilecti ut ſupra.& maxime quia ex uerbis te-
ſtamẽti cõſtat quòd teſtator ęgreferebat quòd
dictus eius frater deceſſiſſet ſine filijs legitimis
& naturalibus, quod patet ex illis verbis (quod
ut dixit Deus auertat)nec.n. teſtõris intererat q
magis ex una quam ex alia uxore filios ſuſcepiſ-
ſet,qui agnationem conſeruabant ſicut alij.Et ſi
uoluiſſet intelligere in ultima ſubſtitutione de
dictis filijs D.Franciſcæ, fuiſſet facile illud expri
mere.l.unica.§.ſi autem ad deficientis,in fi.C.de
cadu.tol.& ita arguunt multi Doct. ad propoſi
tum,quòd qualitas filiorum maſculorum in te-
20 ſtamento expreſſa non cenſeatur † repetita in
alio capitulo,in quo omiſſa fuit,ut per Cur.ſenio
rem d.conſil.64.& quando de filiis maſculis ali-
cuius mulieris ſupra fuit expreſſum reſpondit &
Anch.

Anch.conſil.120.pro declaratione,ante fi.& Menoch.conſil.97.num. 152. Quod etiam conſtat ex quo teſtaror ſubſtituit dictos filios aliorum fratrum per uerba reſtrictiua ad eum caſum expreſſum,ſi Barth. deceſſiſſet ſine fil i,ſs legitimis
21 & naturalibus,addendo ea uerba(tunc & eo caſu) quæ ſtãt reſtrictiue, & non extẽdũtur ad aliũ caſum,Dec.conſil.63.num. 2.& 3.277.num. 12. Crau.conſ.98.num.5.& ſeq. Rui.conſi.31.num. 10.in 3. Grar. conſil. 124.num.37.in 1.& 18. nu. 32.in 2.Pariſ.cõſ.86.nu. 34.& d.87.nu. 11.in 2. alii quos cõſulto omitto.Ex quib.apertiſſime cõſtar mentem & uoluntatem teſtatoris fuiſſe, ut filij Bar. indiſtincte excluderent alios filios aliorum fratrum,maxime cum generaliter & ſine aliqua qualirate illos poſuerir in conditione,aliter non diſtinguendo.l.de pretio, ff. de public.in rẽ actio. Et quia licet teſtator prædilexerit filios ex D. Franciſca in inſtitutione cum patre, ſatis eius prædilectio operata fuiſſet ſi fuiſſent nati, quia fuiſſent admiſſi cum patre, quod in aliis nõ eueniſſet,ſi teneremus,quod propter illam clauſulam,ex legitimo matrimonio procreãdos, alij non fuiſſent uocati,ut ſupra tactum fuit. Er licet una pars teſtamenti aliam declaret,l.qui filiabus in princip.ff.de lega.primo.illa regula non procedit niſi in declaratione uerbi dubij,non quòd qualitas cenſeatur repetita in alia oratione uel capitulo penitus diſtincto & claro,quod orationem habet perfectam, nec a ſuperioribus vel in
22 ferioribus † pendentem,ut poſt Pariſ. declarat Manti.d.titu. 13.num.10.& Menoch.conſil.46. numero 49.

In hoc igitur ſecundo puncto concludo,omnes filios d. Barthol. indiſtincte ex quacumque natos in conditionem poſitos fuiſſe ad excluſionem ſubſtirutorũ,& per conſequens non eueniſſe caſum fideicommiſſi. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Si ſtatutum diſponat quòd filia fœmina non ſuccedat cum fratribus, neccum filiis maſculis fratrum, an illa excludat fratres teſtatoris, an uero excludatur ab illis.

Fratres, qui dicantur in diſpoſitione ſtatuti.

SVMMAE.

1 *Statutum caſtri ſi rem decidit non eſt recurrendum ad ſtatutum ciuitatis.*

2 *Argumentum a contrario ſenſu in ſtatutis eſt validiſsimum.*

3 *Statutum excluſiuum fœminarum eſt odioſum,et ſtricte interpretandum*

4 *Frater ſi excludit ſororem ex ſtat. filius fratris non excludit amitam.*

5 *Filia non excluditur ab hereditate patris, licet ſtatutum dicat quòd non ſuccedat cum fratribus vel filiis fratrum.*

6 *Frater patris,an comprahendatur in ſtatuto loquente de fratre,ex Roma.*

7 *Sed illius opinio non eſt vera & communiter reprobatur.*

8 *Et maxime quando ſtatutum ponit verba que non poſſunt aptari patruis, ſed ſolum fratribus.*

9 *Et ſtatutum eſt intelligendum de fratribus carnalibus non patruelibus & ſic proprie & in potiori ſignificatu.*

10 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, intelligitur in eo, qui eſt in pari gradu cum fœmina, non autem in remotiori.*

11 *Frater patruelis uenit appellatione fratri in ſtatuto,ſi agitur de concurſu cum ſorore patrueli.*

12 *Statutum fœminarum excluſiuum non eſt fauorabile & extendendum, quando ratio non eſt in eo expreſſa.*

13 *Et nunquam excludit fœminas niſi propter perſonas in eo ſpecificatas.*

14 *Agnatio per fœminas non conſeruatur ſed in illis finitur.*

15 *Soror agnata admittitur ad excluſionem remotiorum, ſi ex ſtatuto admittebatur matre exiſtente, vel auia.*

16 *Filia fœmina agnata eſt, & in illa durat agnatio.*

17 *Illaque non excluditur excluſa matre et linea materna.*

18 *Soror non excluditur, licet mater excludatut propter patruum vel alium agnatum.*

19 *Statutum ſpeciale attenditur quando ſtatuta ſunt contraria.*

CON-

CONSILIVM XCV.

In Domino confido.

DOminus Hippolytus de Corteſijs
de Bagnacaballo deceſſit inteſta-
tus, relicta tantummodo filia De-
ianira infantula, & relictis Dom.
Bernardino & fratribus eius teſta
toris fratribus. Quæritur ſtante ſtatuto Bagnaca
balli de ſucceſſionibus ab inteſtato, & ſtatuto
Ferrariæ ſub eadem rubrica, ad quod in defe-
ctnm ſtatuti Bagnacaballi recurrendum eſt, an
filia ipſa ſucceſſerit patri, vel per dictos eorũ pa-
truos ſit ab eis excluſa. In quo puncto arbitror
non eſſe recurrendum ad dictum ſtatutum Fer-
1 rariæ, ex quo hic caſus eſt expreſſe deciſus† per
ſtatutum Bagnacaballi, ad trad. per Soci. con-
ſilio 7. colum. 3. ver. præterea. 1. volum. & pro-
pius ad caſum noſtrum in conſil. 128. colum. 2.
verſic. 4. num. 6. & ſeq. 3. uolum. Quod autem ca
ſus iſte ſit expreſſe deciſus ex dicto ſtatuto Ba-
gnacaballi, apparet ex uer. Item addendo. vbi di
ſponitur quòd filiæ fœminæ non ſuccedant cũ
fratrib. nec cum filijs maſculis fratrũ, ſed tm̃ de-
beãt dotari ſecundũ qualitatem perſonarũ &c.
Cum enim hoc caſu excludantur filiæ quando
extant fratres uel filii maſculi fratrum ab hære-
ditate paterna, proculdubio admittũtur, eis non
extantibus a contrario ſenſu, quod argumentũ
2 in ſtatutis† optime procedit, Doc. in l. 1. ff. de off.
eius, cui mãd. eſt iuris. vbi Iaſ. nu. 50. & qđ qñ cer
to caſu excluditur filia in aliis admittaĩ, late pro-
bãt Brun. in tracta. ſuper ſtatut. quòd ſtanti. ma-
ſcu. fœminę non ſucced. 7 arti. 2. q. num. 9. & ſe
quen. quod & tradit Rui. ad propoſitum in con
ſil. 19. num. 6. & 169. num. 5. & 6. 3. uol. Et cum
per exiſtentiam fratris vel filiorum maſculorum
fratris filia excludatur, ſequitur quòd non ex-
cluditur per patruos vel alios non expreſſos in
3 ſtatuto, quod cum ſit† correctorium, l. maximũ
vitium. C. de liber. præteri. & odioſum ſecun-
dum multorum ſententiam, ſtricte eſt interpre
tandum, Dec. conſi. 589. num. 3. & Rolan. a Val.
conſ. 55. num. 13. & ſequen. 1. uolum. & propte-
rea non egreditur perſonas inter expreſſas, vn-
de ſi frater excludit ſororem, filius fratris non
4 excludet† vnicam, ut Bald. declarat, in l. ſed mili-
tes. ff. de excuſat. tuto. Dec. conſilijs 451. num. 9.
10. 461. num. 2. 589. num. 6. 625. num. 2. & 684.
in prin. vbi proprie loquitur in excluſione patrui
& idem Dec. 688. nu. 2. Idem etiam in terminis
noſtris tenet Rub. Alex. in conſil. 118. num. 2.
Ant. Gabr. lib. 6. ſuarum concluſionum, tit. de ſta
tutis, concluſione 7. in prin. Tyber. Decian. re-
ſponſo 60. num. 36. 3. uolum. & in indiuiduo in
5 hoc ſtatuto Bagnacaballi quòd filia† nõ excluda
tur ab hæreditate patris per alias perſonas tra-
dit Cepha. conſ. 22. num. 24. & 44.

Nec dicatur quòd ſtatutum hoc loquens de
fratre & filijs fratris debeat intelligi de fratre pa
6 tris defuncti† & filijs eius, ut uoluit Rom. in con
ſi. 16. viſo themate, colum. fi. verſ. tertium, autem
quem ſequutus fuit Iaſ. in conſilio 24. 1. uolum.
poſt conſilium aliorum illic ſub eo numero im-
preſſum contrarium tenentium, & quem etiam
aliqui recentiores ſequuti fuere, vel de fratribus
patruelibus. Et maxime quia ſtatutum hoc vide
tur fauorabile & extendendum ſecundum opi-
nionem multorum fauore agnationis conſer-
uandæ. Quia primo opinio Rom. non eſt vera &
* communiter * reijcitur cum ſtatutũ ſit intelligẽ
7 dum de fratribus ipſius filiæ † non teſtatoris &
in potiori ſignificatu, ut in terminis contra Ro
ma. tenet Iaſ. rectius ſentiens in l. 1. colum. 2. &
3. C. de ſucceſ. edic. & in effectu ſequitur ibi
Dec. num. 4. Idem tenet Rub. Alexan. conſil. 94.
num. 6. & d. conſil. 118. nume. 4. quem ſequitur
Gabr. d. concluſio. 7. num. 15. Brun. in d. trac. per
quod ſtanti. maſ. 12. art. 17. q. num. 236. Dec. d.
conſ. 684. in prin. & conſil. 346. in fi. Rim. conſ.
223. num. 67. & ſequen. ubi reprobat Rom. Pa-
riſ. conſil. 110. num. 7. & ſeq. 3. uolum. & hanc
eſſe meliorem opinionem, tradit Orat. Mandoſ.
in nonis addit. ad dictum conſiliũ Rom. ſub lite-
ra g. & contra illud conſilium reſpondit Rolan.
a Val. plentiſs. conſil. rationibus & auctoritatib.
illud refellens d. conſil. 55. num. 11. & ſequen. 1.
uolum. & in hoc ſtatuto noſtro Cephal. d. conſ.
22. num. 25. & ſeq.

Præterea vltra quòd opinio Rom. communi
ter reprobatur ut ſupra: illa etiam non procedit
in caſu iſto a ſuo multum diuerſo, nã in illo ſtatu
tum loquebatur in hæreditate paterna a qua fi-
liam a fratre excludi diſponebat. Vnde ſecundo
loquendo de fratribus, ne verba eſſent ſuperflua
de fratribus teſtatoris videbatur intelligen. non
de fratribus filij de quibus iam fuerat diſpoſi-
8 tum. At in caſu noſtro ſtatutum † Bagnacaballi
non fuit loquutum ſupra de fratribus, ſed loqui
tur in hoc capitulo per verba quæ non conue-
niunt patruis, quo caſu ceſſat deci. opinio. Rom.
Dec. d. conſ. 346. in fi. & Rub. Alex. d. conſil. 118.
num. 3. primo enim diſponit quòd filiæ fœminæ
non ſuccedant cum fratribus nec cum filijs ma-
ſculis fratrum, qui modus loquendi conuenit
tantũ his qui ſunt in pari gradu, non eis qui ſunt
in diſpari, ut patruus qui nunquàm concurrit cũ
filia, hoc modo loquitur lex, ut in Auct. de hære.
ab inteſta. veni. maxime in §. ſi igitur. in fine, & in
princ. §. ſeq. & in aucten. ceſſante. & auct. poſt fra
tres. la prima, C. de legi. hære.

Præterea additur in ſtatuto quòd debeant eſ
ſe contentæ dote, & non poſſint fratres maſcu-
los aut filios maſculos inquietare deinceps, quæ
verba male conueniunt patruis, ſed maxime fra
tribus carnalibus. Et ita in ſimili ſtatuto Miran-
du-

dulæ, cõſului iam ſunt anni 35. elapſi. in caſu for
tiori ad excluſionem patrui pro ſorore in hære-
ditate fratris, & fuit cõſultum deciſiue qui cum
Cephalum ad fauorem ſororis contra patruum,
licet alij conſuluiſſent contrarium propter illud
ſtatutum, quod habebat maiorem difficultatem
propter alia uerba in eo appoſita.

Nec poteſt etiam intelligi dictum ſtatutũ de
9 fratribus patruelibus filiorum, quia † imo debet
intelligi de carnalibus & proprie ac in potiori ſi
gnificatu, Bar. in l. Lucius. §. quæſitum. ff. de leg. 3.
cum alijs adductis per Alex. in d. l. 1. C. de ſucceſ.
edic. ubi etiam alij & in l. ſi dotali. ff. ſolu. matr.
in conſil. 97. uiſo themate, 2. colum. 2. uolum. &
conſil. 89. num. 23. in 6. Soc. conſil. 9. num. 9. in
3. Dec. dictis conſilijs 461. in princ. 569. num. 1.
& 688. num. 2. & Rub. d. conſi. 94. Grat. reſpon-
ſo 38. num. 21. 1. uolum. Ant. Gabr. d. concluſio
ne 7. num. 11. & ſeq. & Decian. conſ. 16. num. 56.
& ſequen. 1. uolum. & conſilio 60. num. 37. & ſe
quen. in 3. quam ſententiam tenet etiam Brun.
in d. tract. 12. artic. quæſt. 16. num. 207. & ſeq.
Curt. iun. conſil. 5. num. 31. & Pariſ. d. conſil. 110.
numero 14.

Et quæ ſententia ratione optima confirma-
tur. Quia ſtatutum excludens fœminam propter
maſculos collaterales, debet intelligi de eo qui
10 eſt † in pari gradu cum fœmina, non autem in
remotiori, ut tradit Corn. conſilio 90. 4. colum.
3. uolum. Brun. d. art. 11. q. 17. num. 239. & Cur.
iun. conſil. 7. nume. 9. quod & uoluit Cephal. in
conſil. 243. num. 10. Vnde ſi ageretur de concur
11 ſu fratris patruelis cum ſorore patruele † poſſet
eſſe dubium, ut per Alex. & Curt. in dictis locis
& per Gabr. in dicta concluſione, num. 12. & ſe-
quen. tametſi Brun. aliter ſentiat d. q. 16. 2. col. ſe
cus ſi agatur de excludenda ſorore carnali per
fratrem patruelem vel patruum.

Sicut non obſtat quòd ſtatutum hoc ſit extẽ
dendum tamquàm fauorabile agnationi conſer
12 uandæ, quia vltra quòd multi tenent † contrariũ
quando ratio non eſt in ſtatuto expreſſa, ut per
Corn. conſil. 271. 3. colum. 4. uolum. & Dec. d. cõ
ſil. 461. in princ. illa eſt ueriſſima opinio quòd
13 nunquam excludit fœminas, † niſi propter per-
ſonas in eo ſpecificatas, ut ultra ſupra citatos in
his terminis tenent Soci. conſil. 30. colum. 7. &
150. colum. 12. in prin. 1. uolum. Corn. conſilio
82. 3. & 4. col. & 271. 3. col. 4. uolum. Brun. d.
tracta. 6. artic. 2. memb. q. 2. colum. fi. num. 79. et
ſeq. & ſupra in 3. artic. num. 19. & latius in 8. art.
19. quæſt. num. 81. & ſequ. Pariſ. conſil. 47. nu-
mero 77. & ſequen. & conſilio 49. numero 72.
3. uolumine.

Præterea in hoc ſtatuto non uidetur conſidẽ
rata ratio agnationis conſeruandæ, ex quo in
principio ipſius ſtatuti exiſtente matre vel auia
illa admittitur ad legitimam filij, & in reliquo
admittuntur agnati maſculi & fœminæ proxi-
miores defuncto, ut in ipſo ſtatuto, quo caſu
cum fœminæ admittantur, non cenſetur conſi
derare agnationem, ex quo ipſa non conſerua-
tur per matrem vel auiam quæ non ſunt agna-
14 tæ, nec per alias † fœminas etiam agnatas in qui-
bus finitur agnatio, l. pronunciatio, ff. de verbor.
ſignificat. ut per Soci. ita declarantem d. conſil.
30. columna 5. & conſilio 9. ad fi. in 3. Bologn.
conſil. 60. colum. fi. Dec. conſilijs 466. 563. nu-
mero 7. & 569. in fi. Pariſ. conſilio 23. numero
29. 2. uol. & Brun. d. art. 3. in fi.

Et quod quidem ſtatutum admittens fœmi-
nas proximiores defuncto in caſu exiſtentiæ
matris vel auiæ, iuuat etiam intentionem no-
ſtram, ut admittatur ſoror proximior quæ eſt
15 agnata ad excluſionem agnatorum † remotio-
rum, etiam non extante matre vel auia, ex quo
unum capitulum ſtatuti declarat aliud. l. qui filia
bus, in princ. ubi Doct. præſertim Iaſ. ff. de leg. 1.
Socin. d. conſil. 9. num. 8. 3. uolum. Corn. conſil.
183. litera b. 2. uolum. & conſil. 181. litera d. in 3.
Curt. iun. conſil. 7. num. 3. & Pariſ. d. conſil. 110.
16 num. 17. & num. 34. Dubium autem non eſt † fi
liam fœminam eſſe agnatam. l. ſunt autem. ff. de
legiti. tuto. & §. 1. Inſtit. de legiti. agnat. tute. &
l. lege 12. tabul. C. de legi. hære. & text. eſt etiam
clarus in §. cœterum, ver. quare etenim. Inſtit. de
agnat. ſucceſ. Alex. conſil. 89. num. 31. 6. uolum.
ubi dicit quòd durat agnatio in fœmina ex ma-
ſculo deſcendente, Craue. conſil. 67. nume. 3. &
latiſſime Pariſ. conſilio 47. num. 41. & ſequen. ubi
per plures colum. probat fœminam ex maſculo
deſcendentem eſſe agnatam & de agnatione, et
ſi ſit nupta, & compræhendi appellatione cippi
generationis & progeniei, unde excluſa matre
17 & linea materna non cẽſetur ſoror † excluſa vel
alia fœmina agnata, Soc. conſi. 207. 4. & 5. colum.
2. uolum. Rui. conſil. 15. num. 23. & 44. num. 5. 3.
uolum. & conſilio 205. num. 4. in 2. & latiſſime
Pariſ. dicto conſil. 47. num. 69. & ſeq.

Nec hoc caſu nõ exiſtẽtia matris defuncti vel
auiæ dẽt illi obeſſe, ut ſi in eo caſu admitteretur,
quęlibet gratia† Principis dr̃ priuilegiũ , vt dicit
Bal.in prælud.feud.nu.18.ſcribit Curt.ſen.conſ.
49.memoriæ recolẽdæ,Gram.deciſ.59.Catho-
licus.nu.29. Nat.conſ.164.col.2.itaq. hoc idem
eſt intelligendum ut ſupra , & reſcriptum illud
duas hẽt partes. prima referť ad ſtatutũ annexũ
dum ait.Intẽtio Dñi eſt ut dictum ſtat. ad unguẽ
obſeruetur.ſecunda reſpicit ſupplicationem ibi
(ideo mãdat regimini Mutinæ ut id omnimodo
ſeruari faciat)nam illud in diſceptationẽ tunc tẽ
poris vocabatur , & ideo adcũdus fuit Princeps
cuius partes fuerunt reſcribendo præſentem di
rimere controuerſiam,ſed non cõſequitur, uult
Princeps ſeruari Mutinæ, quia ita urget neceſſi-
tas nunc,ergo non uult ſeruari alibi, cũ hoc nul-
lo iure aut ratione probetur,& his arbitror ſatis
a me defenſa eſſe luc idiſſima iura nobiliſſimæ il-
lius ciuitatis,in qua primordia uitalis huiuſce lu
cis exhauſiſſe, & cuius ciuem eſſe, ut noſtra fert
tenuitas,non ingratũ maximopere lætor. Laus
Dei paræ Virgini.

Claud.Bertaz.I.C.

ARGVMENTVM.

Vocatis proximioribus ad fideicommiſ-
ſum , an fęminæ veniant proximio-
rum appellatione.

Proximiores uocati, quando admittantur ordine ſucceſsiuo,& quando non?
Proximitas quæ ſit attendenda, grauati, an teſtatoris.

SVMMAE.

1 *Voluntas teſtatoris in fideicommiſsis,& vltimis voluntatib. primum locum obtinet.*
2 *Fæminæ,an veniant proximiorum appellatione,an vero de maſculis ſit intelligendum.*
3 *Proximiorum appellatione,non veniunt ſęminæ,cum de mente teſtatoris conſtat.*
4 *Fæminæ poſſunt venire in fideicommiſſo,vocatis liberis,agnatis,vel ſimilibus.*
5 *Secus autem eſt,ſi teſtator proprias filias excluſit,vocatis filiis.*
6 *Illas autem videtur excluſiſſe,ſi illis reliquit ſuas dotes.*
7 *Fæminæ tanto minus veniunt ſub verbo proximorum,ſi etiam naſcituræ ſunt excluſæ.*
8 *Et maximè,ſi in pluribus partibus teſtamenti ſemper teſtator vocauit maſculos.*
9 *Quæ opinio maxime procedit,vbi extant coniecturæ pro parte & voluntate teſtatoris.*
10 *Idem,ſi teſtator voluit bona deueniri ad illos de caſata.*
11 *Teſtamentum,licet nullum,probat voluntatem & mentem teſtatoris.*
12 *Teſtator non præſumitur velle præponere alienam familiam propriæ.*
13 *Et quando vocat agnatos,ſolet illos vocare perpetuo,donec duret agnatio:ſecus autem, quando vocat cognatos.*
14 *Teſtator videtur vocaſſe maſculos caſatæ,loquendo in maſculino genere, illos.*
15 *Fæminæ agnatæ non comprehenduntur in fideicommiſſo facto familiæ, caſatæ, vel cippo.*
16 *Vocati præſumuntur extranei, vel de familia extranea, ſi teſtator vſus eſt verbo vndecunque.*
17 *Proximiores ordine ſucceſsiuo ſunt admittendi vocata propria familia teſtatoris.*
18 *Secus,ſi familiæ extraneiſeu extraneæ relinquatur.*
19 *Teſtator præſumitur vocaſſe illos de propria familia,*
20 *Et ſi non extant,ſed potuerunt extare,caſus poſsibilis eſt habenda conſideratio.*
21 *Proximitas attenditur reſpectu grauati, non teſtatoris,ex communiori.*
22 *Verbum,proximiores, debet referri ad proximiora,& quomodo.*
23 *Linea filiorum, & lineà patris, eſt vna & eadem.*
24 *Repetitio non debet fieri de re, de qua ſuperius eſt diſpoſitum in teſtamento.*
25 *Relatio eſt facienda,ne verba remaneant ſuperflua.*
26 *Intellectus ille eſt accipiendus, per quem dubium eultatur, & caſus dubius deciditur.*
27 *Proximitas grauati,non teſtatoris, attēditur.*
28 *Fideicommiſsum poteſt deberi non natis,nec conceptis, ſi in tempus futurum incertum conditio dilata fuit.*
29 *Fideicommiſsum poſſunt petere filii fæminæ ex perſona matris,et propria,ſi fæminæ vocatæ filiæ grauati prædeceſſerunt.*
30 *Proximiores,quo caſu non dicantur uocati ordine ſucceſſiuo.*
31 *Et idem eſt dicere, proximiorem ſubſtituo in gradu,& proximiores.*
32 *Numerus pluralis regulariter concipit ſingularem.*
33 *Proximiores fæminæ, quando non cēſeantur vocatæ ordine ſucceſſiuo.*
34 *Clauſula,donec ſupererint, infert ſubſtitutionem ordine ſucceſsiuo non tranſire.*
35 *Verbum,ſeu pronomen,illis uel ipſis,demonſtrat quandam perſonalitatem.*
36 *Et pronomen,illis,eſt demonſtratiuum.*
37 *Verba,non extantibus,includnnt tam caſum mortis quam deficientiæ.*
38 *Proximiore vno ſemel admiſſo alii prorſus excluduntur,nam hæreditas tranſit ad hæredes ſemel admiſſi.*
37 *Proximiores cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, quando ſunt vocati antiquiores, vel promiximiores de domo.*
40 *Idem eſt,ſi quid erat ſingulo anno ſoluēdum.*
41 *Et quomodo loquatur Bertrandus in hac re.*
42 *Iudicandum eſt in dubio pro poſſeſſore contra fideicommiſsarium.*
43 *Subſtitutionem non loqui hoc caſu,ſemper poteſt allegari.*
44 *Notario, an credatur de cæcitate teſtatoris.*
45 *Notarii verba probant & inducunt notarii confeſſionem.*

Te-

46 *Teſtamentum imperfectum, non ſuſtinetur tanquam inter liberos inter filias a ſtatuto excluſas habendas pro extraneis.*

47 *Teſtamentum defectu ſolemnitatis non cenſetur hæres in omnibus aliis, præterquam in expreſsis approbare.*

48 *Teſtator quod cenſeatur ſe conformare ſuo ſtatuto, eſt leuis coniectura.*

49 *Et quod hæc ſola non ſufficiat.*

50 *Et ceſsat, ſi aduerſatur cum alia coniectura.*

51 *Teſtator quando cenſeatur intellexiſſe de maſculis, licet non expreſſerit.*

52 *Fideicommiſsi non facta reſtitutione verbali, non competit remedium l. fi. C. de edicto Diui Adr. tollen.*

53 *Actionum cumulatio, quando non admittatur.*

54 *Fideicommiſsi reſtitutionem qui petit, non poteſt petere immiſsionem in poſseſsionem.*

55 *Libellum non fuiſſe admittendum, cum conſtat, omnia acta annullantur.*

CONSILIVM XCVIII.

In Domino confido:

IN hac cauſa mota per filios olim D. Orantæ de Fontanis aduerſus olim Magn. D. Margheritam Malchiauellam, de Folianis de Mutina tot, & tanta adducta, & ſcripta, fuere ad fauorem ipſius Mag. Reæ, & ſucceſſiue hæredum ſuorum, ut uix aliquid noui prius non tactum, vel ſcriptum in medium adferri poſſit. Ne tamen patrocinium meum ipſis Dominis hæredibus poſcentibus inutile fuiſſe appareat, ego quoque aliqua pro diſſolutione dubiorum ſubtiliter quidem, & ſcite excitatorum per Magnif. Dominum Prætorem Mutinæ conſtruam fundamenta. Ex quib. (ni fallor) conſtabit ipſos agentes nullo modo poſſe in hac cauſa obtinere.

Primum itaque erit fundamentum, quòd prædicta olim Domina Oranta non cenſetur uocata ad fideicommiſſum factum in teſtamento patris D. Strenzelai Malchiauelli, ſicut etiam multo minus dici poteſt eius filios fuiſſe uocatos, quia ſi totum illud teſtamentum legatur, euidenter apparebit ex omnib. partib. teſtatorē ipſum affectaſſe toto animo cōſeruationē domus, & familiæ ſuæ, & quod in ipſa eius agnatione ꝑpetuo bona eius conſeruarent, nec vnq̃ ad ea bona admiſiſſe fœminas aliquas, ēt quod eſſent filiæ propriæ, vel ex filijs maſculis deſcēdentes, ſupremo loco uocando extraneos de alijs famillijs de Malchiauellis vndecunque eſſent, quibus etiam eadem ex cauſa bonorum ipſorum alienationem prohibuit, ut in ipſo teſtamento.

Quibus ſtantibus aperta conſtat mens, & vo
1 luntas teſtatoris, quæ in fideicommiſſis† & ultimis uoluntatib. primum locum obtinet. l. 3. vbi Iaſ. C. de liber. præter. & l. cum uirum. C. de fidei com. & tanquam regina uerbis dominatur, l. in cōditionibus primum locum. ff. de condi. & demoſtr. cum alijs trad. per Tiraq. in repet. l. ſi vmquam. in ver. libertis, num. 51. & ſequen. C. de reuocan. donat. quod uocando finita linea ipſius teſtatoris proximiores in gradu non intellexit de fœminis, vel cognatis ex linea fœminina deſcendentibus, ſed de maſculis, & agnatis de familia Malchiauella ipſius teſtatoris tunc virente in ciuitate Mutinæ, in qua tempore teſtamenti extabat proprius frater teſtatoris, ut in ipſo teſtamento, prout etiam fuit allegatum in hac cauſa per alios Excellentiſſimos Do. Coaduocatos, hoc enim caſu licet proximiorum appellatione
a etiam fœminæ † compræhendantur, auth. poſt fratres, la 2. C. de legi. hæred. & in alijs locis, de maſculis tantum cenſetur intellectum nec fœminę admittuntur, ut ad propoſitum conſuluerūt in eadem cauſa Soc. & Ruin. in fortiori caſu, ubi ſcilicet etiam fiebat mentio cognationis, ille, cōſil. 63. in ſecunda difficultate. num. 22. in 3. uol. & iſte in conſil. 161. num. 4. & ſeq. in ſecundo, & Soc. iun. in d. conſil. ſequitur. alter Soc. iun. in conſil. primo, num. 96. primo uolum. & latius ad propoſitum in conſil. 168. num. 49. & ſequen. ſecundo uolum. & Grat. conſil. 67. ſecundo uol. Et ultra hæc conſilia quæ fuerunt per alios appoſitiſſime allegata. quod proximiorum appella
3 tione non† ueniant fœminæ, cum de mente teſtatoris conſtat, ut in caſu iſto, trad. etiam in fortiori caſu Rub. Alex. in conſil. 63. num. ſecundo, & idem tenet Neuiz. in conſil. 33. num. 5. & ſeq. Pariſ. conſil. 66. num. 33. & ſeq. 3. uolum. & Alcia. qui loquitur etiam quando ex ſtatuto fœmina excludebat maſculum in conſil. 632. in fi. Quę in indiuiduo, & in terminis deciſiones ſatis eſſe deberent ad uictoriam dominorum reorum. Et ſicut fęminæ non compræhenduntur hoc caſu appellatione proximiorum, cum teſtator diſtinxerit maſculos a fœminis has repellendo, illos uero inſtituendo & ſubſtituendo, ita dicendum eſt de liberis agnatis, & ſimilibus uocatis a teſtatore, quorū appellatione compręhēdi fęminæ poſ
4 ſent, † vt trad. Iaſ. in conſ. 140. 3. col. uerſ. octauo facit, & conſil. ſequen. 141. colum. 5. 6. & 9. uerſ. vndecimo facit, 2. uolum. Et præcęteris ponderant omnes in dictis conſil. excluſionem propriarum filiarum maſculis inſtitutis, quæ ſola uidetur potens coniectura ad comprobandū fuiſſe eius mentis teſtatorem, vt in ſubſtitutionibus
5 ſequentibus fęminæ non cenſeātur† uocatæ, qđ

etiam

ẽtiam ad alia propoſita extra terminos no-
ſtros alij quamplures tenuerunt.Barb.inter con
ſilia Alex.48.circa hanc dubitationem 4.uolum.
Soc.conſil.73.in 4.& inter conſil.Curt.ſen.con
ſil.40.& Curt.ipſe conſil.52.ſuper teſtamento ,
in 6.primis colum. Dec.conſil. 15. ſecunda col.
& 270.num.ſecundo, Gozad.conſil.45.nume.7.
& 89.num.8.Curt.iun.qui reſpondet omnibus
rationibus contrarium tenentium in conſil.11.
colum.penult.nume.8.& Dom.Ioannes Cepha.
conſil.137.num.12. ac etiam Rui.in conſil.110.
num. 12. in 2.uol. & Pariſ.conſil.5. numero 28.
in 3. uolum.

Quod etiam aperte conſtare uidetur, quia ẽt
dictam D.Orantam,& alteram filiam in caſu ui-
duitatis uoluit pro ſe tantum non etiam pro fi-
lijs earum habere alimenta in domo hæredum
modo reportauerint dotes ſuas ad commodum
hæredum, ſicut etiam reliquit dotes cæteris de-
ſcendentibus fœminis,ut in ipſo teſtamento qđ
6 oſtendit†eas uoluiſſe excludere a reliquo, argu-
mento.l.cum prætor.ff.de iudic.& l.maritus..C.
de procur.& quod quando naſcituræ ſunt exclu
7 ſæ † tanto minus ſub uerbo, proximiores, com-
præhendantur fęminæ, trad.Rui.d.conſ.161.nu.
8.verſ.nec prædictis obſtat.

Et cum teſtator ipſe in tot locis,& partib. ip-
ſius teſtamenti ſemper maſculos,& nunquam fę
minas uocauerit, cenſendum eſt quod etiam in-
8 tellexerit†ſub uerbo, ꝓximiores, maſculos agna
tos non fœminas uocare ſecundum opinionem
quæ** receptior, & uerior uidetur, quam tenet
Abb.in conſil.36.quidam Andreas, nume.103.
primo uolum.Curt.ſen.in conſil.52. ſuper teſta
mento,nume.24.& ſequen.Caſtr.in conſil.358.
uiſo dicto teſtamento,col.2. in antiquis,Barb.d.
conſil.47.inter conſilia Alexan.col.5.Comenſ.
conſil.118.A.in teſtō.num.2. Corn.conſil.162,
colum.2.in 4.Iaſ.dictis conſil.140.colum.7.ver-
ſi.8.facit, & 141.colum.9. uerſ.undecimo facit,
& colum.ſequen. Guid.Pap.quæſt.485. ſi in ali-
qua.Dec.in quampluribus conſil.15. ſecunda, &
3.colum.270.num.5.442.num. 12. 480.num.2.
& ſequen.495.nu.10.& ſequen.515.nume.3.vbi
tollit contrarium conſilium Ioan.de Anan. cita-
tum in dubijs,& conſil.546.nume.3.idem Dec.
ſubſcribendo conſil.Soc.iun.128.primo uolum.
in prima ſubſcriptione,nu.202.idem tenet Go-
zad.in conſilijs 29.num. 16.& 45.num.16. & 89.
num.6.Pariſ.conſil.48.num. 12.ſecundo uolum.
Io.Duran.in tract.de arte teſtan.titu.5.caut.17.
num.2. Quæ opinio ſine dubio procedit, quan-
do eſt eadem ratio etiam in caſu, in quo non eſt
facta expreſſa mentio de maſculis,uel ubi extant
9 coniecturæ†pro uoluntate teſtatoris, ut in hoc
caſu per prædicta declarat Alci.in l.Herennius,
pag.2.de uerborum ſignif. & Soc.iun.in conſil.
primo,num.69.& conſil.103.num.55.primo uo
lum.ac conſil.158.num.48.49. ſecundo uolum.

Et tanto magis procedit hæc opinio quando
non ſemel,ſed pluries de maſculis eſt facta men-
tio,ut uidetur admittere Cur.iun.conſ.156.col.
5.in fi.num.7.

Confirmatur hæc intelligentia, quod fęminæ
non cenſerentur uocatæ ſub illo uerbo , proxi-
miores, ex quo teſtator uoluit uerba, deuenire
ad illos de caſata Malchiauella, undecunque eſ-
ſent & in ea permanere, quo fit, ut fœminæ per
quas impeditur bona in familia conſeruari, tali
10 caſu†non eſſent ad mitendæ, ut per Soc.& Rui.
d.conſil.63.num.22.ante fin.& ibi.num.7.Iaſ.d.
conſ.140.col.5.Pariſ.conſil.66.nume.44.3.uol.
cum alijs citatis per eundem Pariſ.conſil.63.nu.
10.& num.25.2.uol.& Soci.iun.d.conſ. primo,
num.118.& 168.num.38.49.56.& ſequen.Ruin.
conſ.24.num.5.in 2.& Gozad.reſponden.in ea
dem cauſa, in conſil.79.nu.6.& ad propoſitum
plures citat Crau.conſil.180.num.1.

His accedat, quod etiam agnati de domo,&
familia Malchiauella ipſius teſtatoris ultra quar
tum gradum ſecũdum ius ciuile excluderentur
ſi hanc interpretationem admitteremus quod
fœminæ & deſcendentes ex eis compræhende-
rentur ſub dicto uocabulo, proximiores, quod
eſſet abſurdum,& contra mentem teſtatoris,qui
omni ſuo conatu niſus eſt oñdere mentẽ ſuã fuiſ
ſe, ut bona cõſeruarentᷓ in ſua familia, qđ abſur
dũ,uitãdũ eſt,l.nã abſurdũ,ff.de bon.liber.qđ tã
to clarius cõſtat,cũ ex anteriori teſtamento per
ipſum teſtatorem prius condito appareat teſta-
torem ipſum fœminas non uocaſſe, ſed maſcu-
los,quod quidem anterius teſtamẽtum & ſi nul-
11 lum,vel annullatum,tñ probat†mentem, & volũ
tatẽ teſtatoris, l.fi.ff.de reb.dub.Cur.iu.cõſ.134.
num.3.Et non eſt ueriſimile quod voluiſſet præ
ponere extraneos de aliena familia , & ſi eſſent
12 deſcendentes†ex familia eius propriæ familiæ ,
vt trad.Afflic.deciſ.44.nu.22.& Pariſ.conſi.20.
num.25.3.uolum.

Suadetur etiam hæc ſententia, quod agnatos
tãtum, & quidem maſculos teſtator ad dictum
fideicommiſſum vocare uoluerit , ex quo uoca-
uit ꝓximiores in gradu donec ſupererint,& illis
non extantibus uocauit extraneos de Malchia-
uellis , nam hæc uerba magis conueniunt fidei-
commiſſo relicto agnatis quam cognatis , quia
13 primo caſu ſolent teſtatores eos†uocare perpe-
tuo donec duret agnatio, ſecundo vero non, ut
non procul a terminis noſtris trad.Crau.conſil.
180.nu.4. verſ.ſed quæro.

Et ſicut(ut aperte ex prædictis liquet)prædi-
cti agentes etiam ex perſona matris nõ compræ
hendũtur ſub illo verbo, proximiores, ita etiam
minime aſpirare poſſunt ad dictum fideicom-
miſſum,quaſi quod d.D.Oranta eorũ mater tan
quam de familia Malchiauella fuerit compræhẽ
ſa in ultima ſubſtitutione facta illorum de caſata
de Malchiauellis etiã extraneorum & undecun-

que

que eſſent, tũ quia uſ teſtator vocaſſe maſculos
14 illius caſatæ loquendo†in maſculino genere (il-
los) iuxta trad. per Soc.d.conſil.63. num.23. &
Rui.iun.conſil.præallegato 168.num.26. & ſeq.
hoc enim caſu,quia materia eſt differens,maſculi
num non compræhendit fœmininum ſecũdum
eos alios citantes,quod etiam admittunt Dom.
Aduocati aduerſariorum,tum quia fœminæ nõ
15 †compræhenduntur,& ſi ſint agnatæ in fideicõ
miſſo facto familiæ,caſatæ,vel cippo domus per
ea quæ ſupra dicta fuere & per trad. per Crot.in
conſil.55.colum.4.& 5.primo uolum.26.col.2.
in 4.& 41.colum.fin.eo.uolum. & Neuiz.d.con
ſil.33.num.8.cum etiam quia in illa ultima ſub-
ſtitutione ſolum cenſentur uocati alij de familia
16 extranea,ſeu extraneis†propter uerbum, vnde-
cunque,ideſt de quocunque loco ſint,ca.unde-
cunque,56.diſtinc. & cap.ad decorem. ubi gloſ.
de inſtit.& ius diuerſum ſtatuitur, quando uoca
tur familia teſtatoris, vel extranea, ut per Soc.
ad propoſitum,in l.ſi cognatis.nu.32. ff.de reb.
dub.ubi dicit quòd licet quando uocata eſt pro
pria familia teſtatoris proximiores ordine ſuc-
17 ceſſiuo†ſint admittendi,l.cum ita,§.in fideicom
miſſo,ff.de leg.ſecundo, l.peto.§.fratre. ff.eo.de
quo etiam per Alex.in conſil.24.in cauſa uertẽ
te,in princ.in 4. ſecus tamen eſt, ſi familia extra-
18 nei†relinquatur,ut per eum ibi & per Alex. &
Iaſ.poſt Bar.in l.Gallus,§.1.primum nume.11.ſe-
cundum colum.7.in 1.lect.& colum.3.in 2.de li
ber.& poſthum.& Soc.conſil.86.num.9.in 3.vo
lum. Dubium autem non eſt propter illud uer-
bum,undecunque, nõ intellexiſſe de ſua familia
ſicut intellexiſſet ſi ſimpliciter fuiſſet loquutus:
loquẽdo.n.ſeu uocando illos de Malchiauellis,
19 ſeu Malchiauellos de ſua familia in dubio†cẽſe-
rẽt intellexiſſe,ut per Soc.inter cõſ.Cur.d.conſ.
40.num.14.& ſeq. ſecus uero ea uoce addita,ut
ſupra. Et hæc,iudicio meo, illuminant etiam &
declarant mentem ipſius teſtatoris ſuper uoca-
tione proximiorum in gradu quod ſcilicet intel
lexerit de proximioribus familię,ſeu de Malchia
uellis,non autem de cognatis, & alijs perſonis
aliarũ extranearum familiarum,quia alias appa-
reret uocaſſe extraneam familiam, modo habe-
ret nudum nomen de Malchianellis,& nullo ca-
ſu uocaſſe ſuam propriam,& illi de propria fami
lia fuiſſent excluſi a fœminis & cognatis de alijs
agnationib. quod quam ſit abſurdum,nemo eſt
qui non uideat. & licet iſte caſus non euenerit
quia tempore finitæ lineæ teſtatoris, & filio-
rum ſuorum maſculinę forte nulli extarent ma-
ſculi de familia teſtatoris, tamen hoc non eſt at
tendendum, quia ſufficit quod potuerint exta-
20 re,& propterea de caſu poſſibili eſt habẽda†cõ
ſideratio, ut ad propoſitum trad.Rui.in d.conſ.
161.nu.7. in 2.uol.

Secundum eſt fundamentum,quod poſito ſi-
ne prę iudicio ueritatis,quod in dicta ſubſtitutio
ne facta de proximiorib. prædictis comprǽhen
derentur fœminæ,(quod tamen falſum eſt) per
prædicta, adhuc tamen dicendum eſt ad dictum
fideicommiſſum prædictã q.D.Orantam non po
tuiſſe,vel eius filios poſſe aſpirare,quia non ipſa
fuit vocata quę erat proximior teſtatoris,ſed D.
Ludouica & ſucceſſiue Diana eius filia ex quon-
dam Magn.Dom. Bapt. Stroccio deſcendentes
Domini Petri Io. Pauli ultimi grauati ſine filijs
maſculis decedentis uocatæ fuere duplici ratio-
ne,primo propter expreſſa verba teſtamenti. ſe-
cundo, quia licet ſint opiniones, illa tamen ve-
** rior uidetur & communior**quod proximitas
21 attendatur reſpectu grauati†non teſtatoris.quo
ad primum id mihi uidetur probari ex verbis te
ſtamenti in capitulo, finita autem linea &c. fa-
ciendo punctum poſt verbum,teſtatoris,& refe
rendo uerbum,proximiores,ad pręcedentia uer
ba, filiorum & cohæredum prædictorum,& ſic
erit ſenſus clarus, quod finita linea maſculina le
gitima dicti teſtatoris proximiores in gradu filio
rum,& cohæredum prædictorum ſuccedãt, &c.

Quod autem ita ſit relatio facienda ex pluri-
bus probatur.

22 Primo,quia illud uerbum,proximiores, †de-
bet referri ad proximiora & ſic ad uerba filiorũ
& cohęredum. l.ſi idem cum eodem §.fi. ff.de iu
riſdict.omn.iud. Bal.in l.fin. C.de legi.hęre.Ruſ.
conſil.132.nu.9.& conſ.174.nu.4.2.uol.ac con-
ſil.36.num.5.in 3.& Crau.conſil.147.nu.8.

Secundo,quia cum illa verba, finita linea ma
ſculina legitima dicti teſtatoris,ſatis declaraue-
rint poſt mortem omnium filiorum inſtitutorũ
& etiam finita eorum linea fideicommiſſo præ-
dicto locum eſſe debere. cum ipſi filij, & omnes
eorum deſcendentes eſſent de linea paterna, &
23 una & eadem eſſet linea filiorum & † linea pa-
tris,per ea quæ trad.Io.Andr.de linea,in cõmen
tarijs ſuis in arborem conſanguinitatis, Ancha.
conſi.95.in q.quæ uertitur,quod eſt etiam inter
conſilia Bal.conſi.334.in 3.uolum.colum.3.ver
ſic.ad ſecundum eſt dicendum, & Bal.in conſil.
339.quæritur utrum de linea,etiam in 3.uolum.
cum alijs citatis per Tiraq.in tract. de retract.ti.
1.§.1.gloſ.9.num.2. & Didac.Hyſpa. in ſuo epit.
in 4.decret.ſecunda par.c.6.§.6.num.4.& 5.ſi re
latio iſta non fieret huius uerbi,proximiores,ad
dicta uerba,filiorum & cohæredum,ipſa uerba,
filiorum & cohæredum prædictorum . remane-
rent ſuperflua,& ſine effectu operandi per prædi
cta,quia idem repeterent quod ex ſuperioribus
24 diſpoſitum erat,quod eſſe † non debet.l.ſi quan-
do,in princ.ff.de legat.1.& ad propoſitum trad.
Anchar.d.conſil.95. colum.3. uerſ.hoc ſic præ-
ſuppoſito.ne igitur ſuperflua ſint,ad ea facienda
25 †eſt relatio,Rui.conſ.13.nu.14.in 2.& d.conſi.
26.num.5. in 3.

Tertio, cum uideatur dubium eſſe propter
opinionem aliquorum tenentium contrarium,
quæ

quæ proximitas ſit attendenda, an ſcilicet teſta
toris,uel grauati? Et faciendo relationem mo-
do prædicto ac punctuando contextum teſta-
menti,ut ſupra,caſus dubius remanet deciſus.ta
lis relatio,& punctuatio uenit faciēda eo modo,
26 per ea quæ de lege,quæ poteſt habere pluresin
tellectus,dicit plura citans Nic.Euerar.in ſua to
picalegali,in loco 35.& ratione legis larga, &c.
pag.28. uerſ.hoc tamen iutelligo & in loco 45.
a rub.ad nig.6.pag.uer.quartum eſt.dubium au-
tem non eſt argumentum a lege ad teſtatorem
de plano procedere, ut per eundem Euerard.in
loco 52.a lege ad teſtatorem,& Soc.iun.d.conſ.
268.num.46.

Quo ad ſecundum dicitur,illam eſſe crebrio-
rem & veriorem Doctor.ſententiam,quæ ſtat
pro hac parte, quod ſcilicet attendatur proxi-
27 mitas † grauati non teſtatoris, & quod teſtator
cenſeatur uoluiſſe admitti & ſuccedere grauato
ipſius grauati proximiores,nō teſtatoris ipſius,
quam opinionem tam legendo,quam conſulen-
do in pluribus locis,tenuit Socin.dicens ita pro
hac parte uidiſſe conſultum per Alex. Seuer. &
alios,& ſubinde ita fuiſſe iudicatum in dic.l.ſi co
gnatis, colum.penult. & fin.in 6.concluſio.in l.
hæredes mei.§.cum ita, num.16.ad Treb.in con
ſil.249.ſecundo dub.colum.12.& ſequen.2.no-
lum.86.num.11.& ſequen.in 3. & 51.nume.31.
& 73.nume.14.in 4.uolum. Corn.in conſil.97.
quinta colum.in 1.22.6.colum.in 2. & idem ui-
detur tenere in conſil.42. 3.colum.in 4.uolum.
Bertran.conſil.300.nu.4.& ſequen.3.par.Cort.
iun.conſil.125.num.4. Rub.Alex.conſil.36.nu.
8.& 38.num.4.& Crot.ibi conſil.ſequen.nume.
6.Gozad.in conſil.4.nu.17.Rui.in pluribus con
ſil.90.num.18.117.num.25. ubi propele loqui-
tur in caſu ſimili.123.num.17.142.num.15.& ad
propoſitum etiam in conſil.166.num.5. & 167.
num.6.uerſ.ſecundo probatur, & 171.ad fin.2.
volum.& in his terminis etiam conſil.169.num.
6. & ſequen.eo.ſecundo uolum.& in hac cauſa
ad fauorem harum proximiorum, in conſil.191.
num.7.in 2.idem etiam tenet in conſil.35.num.
10.& conſil.138.colum.fi.in 3.uolum.eam etiam
uidetur tenere Pariſ.in conſil.89.nume.41. in 2.
volum.& eam firmat in conſilio 40.num.17.eod.
uolum.& eam ſequitur Alcia. in l.pronuntiatio.
in uerbo, agnatorum, de verborum ſign. quam
tenet Soc.iun.in conſil.133.num.27.& 135.nu.
3.in 1.& 126.nu.21. & ſequen. etiam eod. primo
volum.ac conſil.140.num.11.in 3.uol. & nouiſſi
me D.Io.Ceph.conſ.46.num.21.& ſeq.

Et licet tempore conditi teſtamenti forte nō
eſſent natæ, vel conceptæ Do. Ludouica neptis
ex filia D.Petri Io.Pauli,vel D. Diana eius pro-
neptis, cum tamē in tempus futurum incertum
28 conditio dilata † fuerit huius fideicommiſſi de-
buerunt admitti, Alex.conſil.26.uideretur.co-
lum.pen. verſic.non obſt.quod dictus 3.uolum.
Soc.d.conſil.51.num.41. in 4.Rui.d.conſil.159.
num.8.& 12. in 2.uol. & in hac cauſa in d.conſ.
191.ante fi.Pariſ.conſ.83.nu.13.& 88.num.32.
ſecundo volum. & Alcia. in d.l.pronuntiatio,in
ver. agnatorum.

Ex his itaque in hoc ſecūdo fundamento cō
cluditur, dictam Dominam Ludouicam, & ſuc-
ceſſiue Dominam Dianam fuiſſe uocatas ad di-
ctum fideicommiſſum,ad excluſionem dictæ D.
Orantę,& filiorum ſuorum nunc agentiū.Quam
difficultatem ſentiens pars aduerſa nititur eam
velle euitare eo prætextu, quod & ſi deſcenden
tes fœminæ grauati fuiſſent uocatæ, quia tamen
ſuperſtite D.Oranta deceſſerunt,ipſa erat admit
tēda ad huiuſmodi fideicommiſſum,& ipſi eius
29 filij tam ex perſona matris quàm propria † ve-
niunt admittendi per conſilium Ancha.27.non
ſeruato,colum.pen.& fi.& Bertrān.in conſil.30.
primo uolum. a.impreſſorum, alias 4.omnium,
volum. & citatur etiam pro hac parte conſilium
Crau.ibi.num.9.Vis igitur tota conſiſtit in hoc,
an proximiores omnes ordine ſucceſſiuo,prout
in caſu Anchar.antiquiores, & in caſu Bertran.
propinquiores,cenſeantur uocati? Et a reſolu-
tione huius difficultatis pendet reſolutio totius
huius cauſæ. Dico igitur quod iudicio meo,hoc
capitulum venit altero de duobus modis inter-
pretandum.Primo quod intellexerit teſtator de
proximiorib.agnationis ſuæ de Malchiauellis,&
quidem maſculis,per ea quæ in primo fundamē
to abunde deducta fuere, aut ſecundo modo, q
teſtator uoluerit etiā proximiores ſuos & ſi non
eſſent de agnatione ſua admittere, pro ut ex ſu-
pra deductis cenſetur admiſiſſe proximiores gra
30 uati,& tunc eius ſum ſententiæ non cenſeri ſuo
caſe ordine ſucceſſiuo de proximiore in proxi-
miorem,ſed tantum poſt prædictos admiſſos il-
los de caſata de Malchiauellis admittendos eſ-
ſe. Quod probatur ex multis rationib. adductis
per Craue.in d.conſil.161.ſed latius in conſilio
180.ubi in eadem cauſa conſuluit,& num.4.fun-
dat ſe in eo quod communiter fieri ſolet quod
proximiores cognati ordine ſucceſſiuo, vel in
perpetuū non ſolent uocari ad fideicommiſſum.
& licet in dictis conſil.ipſe conſulens magnam
vim faciat, quia in caſu ſuo erat tantum uocatus
proximior in ſingulari, nō autem proximiores,
in plurali, quo caſu ipſe uideretur dubitaſſe, ne
ordine ſucceſſiuo vocarentur cæteri,tamen hoc
nihil obeſſe huic interpretationi cenſetur, cum
31 idem ſit dicere,proximiorem ſubſtituo † in gra-
du,& proximiores.§.ſi plures,Inſti.de legi.agna.
ſucceſ.Alci.in l.proximus, ff.de verbor.ſignif.&
Bertran.in conſil.30.quarto uolum.pro contra-
rio citato loquitur etiā quando ſubſtitutio erat
facta in ſingulari de propinquiore, & tamen uo
luit alios uocari poſt primum nulla facta numeri
32 diſtinctione. Et regulariter numerus † pluralis
concipit ſingularem,l.nō eſt ſine liberis,ubi not.

Alcia.

Alcia.ff.eo.tit.cum alijs trad.per Tiraq.in repet. d.l.ſi unquam,in uer.ſuſceperit liberos,nu.241. & ſequen. Vltra quòd cum hæreditas huiuſmodi in duas proximiores deſcēdentes ex q.D.Petro Io.Paulo peruenire potuerit, & in ea eas præſupponitur ſucceſſiſſe,vel ſuccedere potuiſſe, ſatis dicitur eſſe factum mente,& verbis teſtatoris & omnes rationes Crauet.in dictis conſil. (quæ maxime poſſunt caſui noſtro conuenire) faciūt pro parte noſtra, & ad deciſionem caſus noſtri, & qui utrunque fundamentum noſtrum amplectitur, quòd aut ſub uerbo,proximiores, intellexit teſtator uocare agnatos,& tunc filia fœmina fuit excluſa,ut ipſe plures citans proſequitur in dicto conſil. 180.num. 1.cuius mentis etiam uidetur fuiſſe in conſil.250. ſecunda colum.num. 2.Aut etiam cognatos(ut ſentit pars aduerſa) & hoc caſu de primo proximiore tantum ſubſtitutio venit interpretanda.Sed ultra Crau.in dictis cōſilijs ego adduco in terminis a c in indiuiduo Rui.in allegato conſilio 159.in 2.dub.2.uolum. Vbi loquitur in ſubſtitutione facta in plurali de mulieribus proximioribus,ſeu ſecundum proximitatem ſuam, quod idem importat ſecundum eum ibi,num.18.& tamen decidit ibi Ruin.tales
33 mulieres proximiores†non cenſeri uocatas ordine ſucceſſiuo de proximioribus in proximiores, vt per eum ibi,num.14.& ſeq.

Confirmatur hic intellectus, ponderando quàmplura uerba ipſius ſubſtitutionis & primo clauſulam,donec ſupererint, quæ uidetur inferre ſubſtitutionē hanc ordine ſucceſſiuo ad alios
34 proximiores†in gradu non tranſire,vel pertinere,quia illa dictio,donec,eſt limitatiua tēporis, l.ſi.§.fin.ff.ad ſenatuſconſul.Tertul.Capr.conſil. 117.num.3.la te Pariſ.conſi.25.num.16.ſecundo volum. & Dec. qui loquitur propius ad caſum noſtrum in conſil.621.nu.7. ſi enim ſecundum partem aduerſam omnes proximiores ordine ſucceſſiuo admitterentur,iſta clauſula remaneret ſuperflua,& ſeruiret de uento contra dictā l. ſi quando,in prin.de leg.1. cum ſim.

Hoc idem & ſecundo comprobat alia clauſula,& illis non extantibus, nam illud pronomen, illis,perſonalitatem quandam & demonſtrationem perſonarum uocatarū importare uidetur,
35 ſicut etiam uerbum,†ſeu pronomen.ipſis,ut tradit Bal.in conſil.304. nobilis,num.1.in fi.5.uol. Rip.in l.filiusfam.§.Diui.num.111.ff.de legat.1. Cot.memor.in cap.pronomen.& quod hoc pro
36 nomen illis,† ſit demonſtratiuum, trad.Gond. Villadieg. in tract.de lega.in 4.q.num.8.ubi dicit propterea reſtringendam eſſe diſpoſitionem ad tempus uerbi,non etiam ad futurum tēpus:
37 verba†uero,non extantibus,includunt tam caſum mortis quàm deficientiæ, Dec.conſil.227. numero ſexto.

Igitur manifeſta ex verbis ipſis apparet intentio teſtatoris noluiſſe de uno in alterum ordine ſucceſſiuo admittere proximiores ad hæreditatem ſuam,ſed primos tantum per ſupradicta.Et propterea ex quo D.Ludouica fuit admiſſa, vel pro admiſſa eſt habenda,& ſucceſſiue etiam eius filia, numqnàm potuit eſſe locus admiſſioni D. Orantæ, & ſi in ſecundum proximiorem bona
38 † peruenire de berent,per trad.per Rui.ad propoſitum,in conſi.35.num.10.3.uolum.Vbi dicit quod uno proximiore ſemel admiſſo hæreditas trāſit ad proximiores illius admiſſi,nō ad alios: licet,ut ſupra oſtenſum eſt,ſolum de primis proximioribus uno, uel pluribus in eodem gradu exiſtentib.ſubſtitutio ipſa ueniat interpretanda.

Supereſt modo,ut tollantur iura aduerſantia, quæ facile tolluntur:nam tam Anch.quam Bertran.loquuntur, quādo fuerunt uocati antiquiores,vel ꝓximiores de domo, vel familia aliquorum,quo caſu eorum opinio procedere poſſet, cum tali caſu teſtator cenſeatur uelle conſeruare agnationem,& bona in agnatione. Nimirum
39 igitur ſi ordine ſucceſſiuo † cæteri proximiores de domo ſint uocati,ut trad.Soc.conſil.113.colum.pen.in 1.uolum.Dec.conſil.516.nume.16. & Rui.d.conſil.150.num.18.ac Craue.d.conſil. 180.num.1.& idem eſt, quia ex alijs uerbis teſtatoris, & diſpoſitis per eum in teſtamento conſtabat quod teſtator intelligebat alios antiquiores ſuccedere, ut erat diſpoſitio illa erogandi in perpetuum ſingulis menſibus unum ſtarium frumenti pauperibus,quod fieri non poterat, niſi
40 alij†ultra prædictos antiquiores uocatos ſucceſſiſſent,ut per eundem Anchar.ibi & trad.Crau. d.conſ.161.num.9.& in conſ.prædicto 180.ante fi.uerſ.ex alio etiam,& Rui.d.nu.18.

41 Præterea in caſu†Bertran. in quo admittebat fœminas agnatas, termini erant in caſu noſtro deuerſi,primo enim fundat ſe in conſ.Anch.qđ habet diuerſam rationem,ut ſupra,unde licet in in illo caſu propter diuerſitatem rationis poſſet eius opinio procedere, in noſtro non,quia ex diuerſis non infertur.l.fin. ff.de calum.l.Papinianus exuli.ff.de minor.& ſic tollitur id quod ipſe dicit de ſucceſſione proximiorum ordine ſucceſſiuo. Et in ea parte qua propinquiorem fœminam admittit ad ſucceſſionem mouetur etiam diuerſa ratione,quia ſcilicet non concurrebāt in caſu ſuo quæ concurrunt in noſtro, non enim in aliqua parte teſtamenti fuerant excluſæ fœminæ & ſemper uocati maſculi,ſed etiam fœminæ ſub uerbo liberorum,fuerant poſitæ in conditione, quo caſu eius cōſultatio iure defendi poſſet. ſecus uero in caſu noſtro,in quo cōſtat teſtatorem uſq; adeo noluiſſe conſeruare bona in agnatione & nomine Malchiauello, ut etiam remotiſſimos,& extraneos undecunque eſſent uoca-
** rit,quo caſu communi** omnium conſenſu nunquam appellatione proximiorum poteſt compræhendi fœmina,ut in primo fundamento. Et quatenus poſſet compræhendi deſcendens ex

gra-

grauato debuit admitti,& ea defuncta etiam fi-
lia potuiſſet ſuccedere,(quod non uidetur neceſ
ſarium,ut ſupra)uidetur locum eſſe ſubſtitutioni
aliorum de Malchiauellis,& hic intellectus mirũ
in modum etiam mihi placet , tum quia uerba
teſtamenti ſic , ut ſupra,ponderata quadrant &
conſentiunt, tum etiam quia hæc interpretatio
videtur conſona menti teſtatoris.quod unica fi-
lia , vel deſcendens fœmina poſſet dum uiueret
ſuccedere , & ſubinde bona in familiam reditũ
facerent.Illud tamen tantum abeſt quod prædi-
cta D. Oranta, vel eius deſcendentes ſtantib. re-
bus pro ut ſtant potuerit,vel potuerint,ſeu poſ-
ſint ad hoc fideicommiſſum admitti,a quo in ca
ſu dubio etiam ueniunt excludendi,cum pro poſ
42 ſeſſore cõtra † fideicommiſſarium in dubio iudi
candum ſit,Crau.d.conſ.180.in fi. ſi quidem ſem
per poteſt dici, hoc caſu non loquitur ſubſtitu-
43 tio,†quod per agentem probandum eſt,Socin.
dicto conſilio 63.nume.22.in 2.Pariſ.conſil.63.
numero 7.in 3.& Crau.conſ.162.nu.16.

Et licet iſta ſint ſatis & ſuper ad uictoriam ho
rum poſſeſſorum, tamen ex ſuperabundanti poſ
ſunt addi duo alia fundamenta optime compro
bata per Excellentiſſ. D. Caſtaldum coaduoca-
tum,de quibus meminit ipſe Magn.Do.Prætor
in ſuis dubitationibus. Quod ſcilicet teſtamen-
tum ipſum fuerit nullum tanquam a cęco condi
tum ſine ſolemnitatib. ſecundum diſpoſitionẽ
l.hac conſultiſſima.C.qui teſta.fac.poſ.Alterum
quod libellus fuit ineptus, cũ actio minime com
petens fuerit intentata, quæ duo ad ſaturitatem
pertacta fuere , & ſuper eis propterea aliter non
laborabo , niſi pro remotione obiectionum ad-
uerſus ea factarũ in dubijs prædictis, ad quorum
reſolutionem deuenio.

Primo igitur non obſtat,quod non probetur
ex uerbis notarij teſtatorẽ fuiſſe cæcum, ut per
D.Ioan. Ceph. ſcribentem in hoc teſtamento in
44 ſuo conſil.72.tum quia ſua deciſio†non uidetur
tuta, quod non credatur notario de cæcitate te
ſtatoris, quæ poteſt eſſe viſibilis,& nota ipſi nota
rio,iux.trad.per Bar.in l.2.ff.de bonor.poſſ.con
tra tab. quod non eſt in alia ſanitate intellectus
de qua notarius atteſtetur, de quo trad.Doct. in
l.ſenium. C.qui teſtam.face.poſ.& uerba omnia
quæ profert not.cenſentur uerba teſtatoris , &
partium,unde non eſt veriſimile quod niſi ita ve
ritas fuiſſet,teſtator fuiſſet paſſus deſcribi in in-
ſtrumento ſe cęcum,niſi fuiſſet, cum dicta uerba
45 inducant & probent†eius confeſſionem, Bal.in
l.error.num.2. C.de teſta.& in l.matri.colum.2.
num.6.C.de rei uendi.& Dec.conſil.653.num.
5.& 6. & ſaltem huiuſmodi enunciatio facit præ
ſumptionem, ut ei ſtetur donec probetur con-
trarium,Alci.in tract.præſump.2.reg.præſump.
15.num.2.Et tanto magis,cum id etiam ſit enun
tiatum in primo inſtrumento teſtamenti nunc
reperto,quæ geminatio tanto magis probat cõ-
feſſionem,Bart.in l.cum ſcimus,nu.6. C.de agri.
& cenſi.lib.11.& per Doct. in c.ſi cautio. de fi
de inſtrum.tum quia per teſtes huiuſmodi cæci
tas teſtatoris probata fuit adeo quod de ea nõ
eſt dubitandum.

Et licet poſſet huiuſmodi teſtamentum tan-
quam imperfectum valere inter liberos, tamen
ſtante inęqualitate inſtitutionis & ſubſtitutio-
nis filiorum, ut abunde fuit proſequutus Magn.
Caſtaldus,teſtamentum ipſum non uidetur poſ-
ſe ſuſtineri , ſicut etiã licet inter filios inſtitutos
valuiſſet,ſecus tamen uidetur reſpectu D. Oran-
tæ quæ a ſtatuto excluſa habebatur pro extra-
46 nea,†ut ultra allegata per alios trad.Pariſ.in cõ
ſil.146.nu.20. 4.uolum.

Nec teſtamentum prædictum adeo uidetur
approbatum fuiſſe per prædictum q. D. Petrum
Ioan.Paulum, ut nunc de nullitate eius per ſuc-
ceſſores ipſius dici non poſſit,quia nulla appro-
batio expreſſa facta fuit per eum,(quod conſtet)
ſed tantummodo tacita faciendo, vel executio-
ni mandando ea quæ teſtator diſpoſuit , quo ca-
ſu quando teſtamentum eſt nullum reſpectu ſo-
47 lemnitatis deficientis, nõ cenſetur hæres†illud
in omnibus alijs præterquàm in expreſſis appro
* bare, gloſ.& communiter * omnes in l.non du-
bium.C.de teſta.& idem trad.glo.Saly.& Iaſ.co
lum.fi.in l.2.C.de fideic.

Secundũ principale dubiũ, q sub appellatio-
ne proximiorũ fuerit uocata D. Oranta,ſublatũ
eſt per adducta latiſſime ſupra in primo,& ſecũ
do fundamento. Ex quibus clare,& aperte con-
ſtat eam non potuiſſe , & minus eius filios poſſe
admitti ad fideicommiſſum huiuſmodi , cum te-
ſtator intellexerit de proximioribus maſculis de
domo,& familia ſua non de fęminis, vel ex fęmi
nis deſcendentibus,tum quia quatenus de fœ-
minis & de cognatis teſtator intellexiſſet fœmi
næ deſcendentes ex d.q.D.Petro Io.Paulo uoca
tæ fuere & illis defunctis D. Oranta non potuit
admitti,quo caſu corruunt omnia quæ ex aduer
ſo & in dubijs deducuntur .

Et præſertim tollitur illa pręſumptio quod te
ſtator uoluerit ſe conformare cum diſpoſitione
ſtatutaria,uocando fœminas non excluſas,nam
cum mortuo d.Petro Ioan.Paulo ex forma ſtatu
torum non Do.Oranta,ſed D.Ludouica neptis
ex filia ſuccederet,iſta præſumptio facit pro par
te noſtra non contra,tametſi hæc coniectura ſta
48 tuti ſit leuis † conſiderationis, & de facili ab ea
recedatur, ut trad.Corn.conſil.202.colum.5.in
3.in conſil.197.colum.pen.in 1.& 138.ad fin.in
2.uolum.Rip.in l.hæredes mei.§.cum ita,nume.
80.ff.ad Trebel.Soc.iun.conſil.148. num.50. ſe-
cundo uolum.& in conſil.103.nu.41.in 1. & Cra
uet.d.conſil.180.num.4.& quod hæc ſola conie
49 ctura†non ſufficiat,trad.etiam Alci.1.lib. de ver
bor.ſign.pag. mihi 21.uer. & ideo quidam,& in
his terminis in d.conſil.632.num.2.ubi dicit pe
ricu-

riculoſam, quod etiam tenet Ruin.conſil. 36.nu.
12.col.pen.in fi. 3.vol.& Soc.iun.conſil.167.col.
pen. in 2.volum.

Quæ etiam coniectura ceſſat, cum alia conie-
ctura aduerſatur, ut aduerſat in caſu iſto, in quo
50 teſtator habuit animum † conſeruandi bona in
generatione maſculina, ut per Crauet.d.conſil.
250.num.2.Rui.d.conſil.36.nu.10.& Par.conſ.
78.nu.27.in 2.uolum.

Sicut etiam tollitur fundamentum quod fit
51 † in conſil.Ioan.de Ana.22. quod ſi uoluiſſet de
maſculis intelligi expreſſiſſet, quia ſtante eo qđ
in omnibus alijs caſibus de maſculis fuit expreſ-
ſum etiam in hac ſubſtitutione de maſculis pro
ximioribus cenſetur teſtator intellexiſſe, ut com
muniter trad.Doc.in primo fundamento citati:
& quatenus eſſent uocatæ fœminæ Do. Orança
nec filij potuerũt, vel poſſunt admitti per ea quę
in ſecundo fundamento deducta fuere.

Poſtremò non obſtat quod licet non detur
remedium l.fin. C.de edic. diui Adr.toll.tamen
datur actio ad reſtitutionem fideicommiſſi in li-
bello intentata, ut per Corn.in conſilio 18.in 3.
52 uolum.nam reſpondetur certum eſſe † remediũ
intentatum d.l.fin.non competere non facta re
ſtitutione uerbali, ut per omnes ibi.& per Ber-
tran.conſil.268.in princ.prima par.priorum, &
Tiraquel.in tract.le mort ſaiſit le uif. 10.declara
tione, ſecundæ par.nume.5. Et cum fuerint cu-
mulatæ actiones, quæ nõ compatiuntur propter
53 repugnantiam pluriũ regularum † impedientiũ
cumulationem, ut per oẽs in l.edita. C.de eden.
& in cap.2.de libel.oblat.& late deduxit Magn.
Caſtaldus, libellus, ut ineptus, venit reijciendus
& pars reorum uenit abſoluenda ab obſeruatio-
ne iudicij cum uictoria expenſarum, cap.exami-
nata, cũ ibi no.de iud.Maran.in Spec.aur.quin-
ta par.nu.50.Nec potuit petere immiſſionem in
poſſeſſionem petẽdo prius reſtitutionem, ut fuit
petitum in libello, quia nihilomagis defendi li-
bellus poteſt, cum pendente iudicio non potuit
54 † naſci actio ad talem immiſſionẽ, ut ad propoſi-
tum adduxit Dom.Caſtaldus prædictus deciſio
nem Romæ, in l.2.§.item ſi in facto.ff.de uerbo-
rum obligat.quibus addo eundem Rom.conſil.
392.circa primum, col.3.nu.7.Fely.in d.c.2.nu.
23.& Boer.deciſ.324.nu.2.

Nec hoc caſu loquitur Corn.d.conſi.18.in cu
ius caſu actiones plures etiam contrariæ incom
patibiles non fuerant cumulatę, ultra quod in ca
ſu ſuo fuerat pronuntiatum & admiſſus libellus,
ut per eum ibi in 3.& 4.colum. cum tamen in ca
ſu noſtro exceptio fuerit reſeruata per ſtatutum
ſub rub.de reſeruatione exceptionũ inciden.uel
55 emergen.quo caſu eum nunc conſtet † non fuiſ-
ſe admittendum, omnia acta annullãtur iux.no.
in l.ille a quo, §.ſi de teſtamento. ff.ad Treb. &
per Marſ.in ſing.198.teſtis.Laus Deo Opt.Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quando gabella debeatur una eiuſdem rei, non aut duæ, licet duo adſint ſtatuta.

Gabella ſi debetur de re immobili, an debeatur de arborib. non fructiferis? Et alia plura in materia gabellarum.

SVMMAE.

1 *Legis verba, cum clara ſunt, nihil aliud eſt quærendum.*

2 *Statutum loquens per verbum, debent, dat formam.*

3 *Statutum ſpeciale derogat generali, et illi ſtandum eſt.*

4 *Et generale non cenſetur derogare ſpeciali.*

5 *Et dicitur generale, habens qualitatem, quæ pluribus ineſſe poteſt: dicitur vero ſpeciale illud, quod continet illam, quæ paucis ineſſe poteſt.*

6 *Specialior quæ ſit conſtitutio? vt illa eſt talis quæ eſt magis fauorabilis.*

7 *Interpretatio ad ſtatutum magis recipitur ex altero ſtatuto quàm ex iure communi.*

8 *Obſeruantia eſt generalis interpres omnium conſtitutionum & conceſſionum.*

9 *Gabellarum in exactione maxime reſpicitur, quid obſeruetur.*

10 *Interpretationi ex cõſuetudine ad ſtatutum, maxime eſt ſtandum.*

11 *Et maxime in materia ſolutionis gabellarũ.*

12 *Conſuetudo poteſt nedum interpretari, ſed etiam tollere ſtatutum vſu non receptum.*

13 *Statutum gabellæ eſt ſtricte interpretandũ.*

14 *Nec proceditur in eo de ſimilibus ad ſimilia.*

15 *Statutum vſu non receptum, non eſt ſeruandum.*

16 *Litteræ officialium mandantium aliquem nõ moleſtari, conſtituunt poſſeſſorem immunitatis.*

17 *Principis verbum debet eſſe firmiſſimum.*

18 *Soluiſſe numquam qui probauit, eſt manutenendus in ſua poſſeſſione.*

19 *Gabellam non tenetur ſoluere, qui uendit introitus rei ſuæ.*

20 *Mercator non dicitur, qui ex proprio, vel*

ex

ex cõducto prædio fructus exceptos uẽdit.

21 *Mercatores, qui dicantur, & qui artifices: & qui reuenditores, & qui ueniant appellatione mercatorum?*

22 *Piſtoribus vt vendant cines, tempore pecuniæ poſſunt cogi.*

23 *Piſtores antiquitus habebant collegium Romæ, & excuſabantur a tutela.*

24 *Et qui illis iniuriam inferebat, damnabatur ad exercitium panis.*

25 *Onerum in ſolutione conſuetudo eſt maxime ſeruanda, & quomodo?*

26 *Soluiſſe nunquam onera ſufficit allegare.*

27 *Idemque poteris probare ex libris officialis exigencis.*

28 *Conſuetudo interpretatiua admittitur, licet ſtatutum tollat conſuetudinem.*

29 *Princeps non præſumitur velle tollere conſuetudinem laudabilem.*

30 *Neque reiicere illam, quæ eſt immemorabilis temporis.*

21 *Statutum non cenſetur vnquam reiicere conſuetudinem temporis immemorabilis.*

32 *Præſcriptio non eſt ſublata, licet ſublata ſit conſuetudo.*

33 *Et habet locum gabella, aut vectigal pertinens ad fiſcum.*

34 *Arbores ſunt pars fundi, hinc*

35 *Arbore legata, cenſetur legatum ſolum, in quo reſidet.*

36 *Uſufructuarius non poteſt arbores grandes incidere.*

37 *Poteſt tamen arbuſculas cædere cito renaſcentes.*

38 *Arbores non fructiferæ veniunt appellatione materiæ, & quare.*

39 *Redditus, vel introitus appellatione veniunt lignamina, & arbores non fructiferæ.*

40 *Arbores non fructiferæ ſunt ipſæ in fructu.*

41 *Uſus loquendi attenditur, vt cognoſcatur, quid veniat appellatione introitus, vel lignorum.*

42 *Arbores euulſæ, vel exciſæ amittunt nomen arboris, & dicuntur ligna, vel materia.*

43 *Et facta uenditione non veniunt in ea etiam deiectæ poſt inſpectionem rei venditæ.*

44 *Fructus omnes pendentes ſunt pars fundi.*

45 *Arbore legata ratione fructuum venit ſolum, ſecus ſi ratione materiæ.*

46 *Arboris excidendæ emptor, an poſſit eiuſdem exciſæ pullulationes habere.*

47 *Arbores non poteſt cædere qui ob pactum de retrouendendo non eſt perpetuo futurus dominus.*

48 *Arbores ab opere nullum alium ferentes fructum poſſunt ab vſufructuario cædi.*

49 *Non autem poſſunt ſi grandes ſint pro pedamentis cædi, & de intellectu tex. in l. ſed & ſi grandes, ff. de vſufr.*

50 *Arbores alioqui non ſuccidendæ poſſunt ſuccidi, cum vmbra eſt nociua.*

51 *Decretum generale eſt generaliter intelligendum.*

52 *Nec eſt locus diſtinctioni etiam ſi maior ſit ratio in uno caſu quàm in alio.*

53 *Indefinita æquipollet vniuerſali maxime in fauorabilib. etiam in diſpoſitione hominis.*

54 *Dictio, aliqua, includit etiam quamlibet minimam gabellam.*

55 *Sermo indefinitus, & fauorabilis non reſtringitur ad vnum tantum caſum.*

56 *Immunitatis in materia, omne qui dicit, nihil excludit.*

57 *Immunitas quando conceſſa pro fructibus extendatur etiam ſi illi vendantur mercatoribus.*

58 *Immunitas a vectigalibus difficilius conceditur quàm a gabella, nec ſuper ea valet reſcriptum.*

59 *Statutum non debet ſeruire de vento & eſſe ſine effectu operandi.*

60 *Dictio, aliqua, importat diuerſitatem & pluralitatem.*

61 *Acceſſorium debet ſequi principale.*

CONSILIVM XCIX.

Memorabor, Domine, iuſtitiæ tuæ ſolius.

EX ordine prætenſionum D. Maſſarij Romandiolæ aduerſus Magn. Communitatem Bagnacaballi.

Primo eſt diſquirendum, an piſtores teneantur pro gabella emptionis frumenti, quo utuntur in fabricatione panis, præter quatuor ſoldos ex ſtatuto, de his qui fac. pan. ad uend. ca. 84.

In hac difficultate maxima ſunt fundamenta Magn. Communitatis, & quæ non ita facile euerti poſſunt, aut labefactari.

Pri-

Primum verſatur in iure ſcripto in ſtatuto de
quo ſupra, quo cauetur, volentes facere panem
vendentem, ſoluere debere nomine gabellę ſol.
quatuor match. pro qualibet corbe, ergo nulla
alia eſt ſoluenda gabella ibi non expreſſa: cum
1 enim uerba legis † clara ſint, nihil aliud eſt quæ-
rendum, Bal. conſi. 215. proponitur, num. 3. in fi.
in ſecundo, & conſi. 344. examinanda, 2. colum,
in 1. & ſcribit in conſil. 452. duo fratres, in 3. cer-
titudinem uerborum declarare certitudinem in
tellectus, latè Crauet. conſil. 4. num. 21. Nec du
bium eſt ſolutionis formam induci ab illo ſtatu
to, cum loquatur per uerbum, debeat, per quod
2 verbum † induci dicunt Felyn. & alij in cap. dile-
cta, ſigno. 10. de reſcript. Marſ. conſil. 217. nu. 19.
& Pater meus in 1. crimi. conſ. 83. nu. 1.

Huic ſtatuto aliud ſtatutum opponit D. Maſ-
ſarius (ut ſeotio) quod eſt de gabel. frumen. & cu
iuſlibet blad. ca. 82. in quo ſtatuitur, ut a vendito
re octo denarij pro corbe, ab emptore vero qua
tuor ſolui debeant, quaſi piſtores teneantur ul-
tra præcipuam illorum gabellam aliam ſoluere,
etiam ad quam tenentur reliqui emptores dictæ
terræ, quod quam diſtet a ueritate, & æquitate,
imo ab ipſo ſenſu communi, ſtatim oſtendo.

Statutum namq; illud primum generale non
loquitur de piſtoribus, vel fabricatoribus panis
venalis, qui tenētur ad maiorem gabellam, nam
illorum ſtatutum particulare ait, quod tenean-
tur ſoluere, nomine gabellæ, ergo eſt illa pro-
pria illorum gabella, ſolidos quatuor pro quali-
bet corbe, ergo non denarios quatuor, ut in alio
ſtatuto, q a maior iniungitur ſolutio iſtis quàm
illis, & ſunt diſtincta ſtatuta & diſtinctæ gabellæ.
ſtatutum primum eſt generale & priorem ha-
bet locum, ſecundum uero poſteriorem habet,
& eſt ſpeciale maiorē, & præcipuam continens
gabellam fabricatorum panis. Quæ licet ad ſen-
ſum pateant, poſſunt tamē ex noſtro iure etiam
in planiorem deduci aſpectum.

Et primo certum eſt, ſtandum eſſe ſtatuto ſpe
3 ciali, quia † derogat generali, c. generi, de reg. iur.
in 6. Barbat. inter conſilia Alex. conſil. 123. ſcri-
pſit, num. 12. in 4. Rim. ſen. conſil. 677. nume. 16.
4 & ſtante ſtatuto ſpeciali ceſſare † generale, quod
ſpeciali nō cenſetur derogare, ſcribit Bart. & alij
in l. ſed & poſteriores, ff. de legi. Corn. conſil. 89.
lit. n, in 1. Gozad. conſil. 72. nu. 10. Soc. iun. conſi.
41. nu. 4. & ſeq. in 1.

Statutum autem de vendentibus panem, ſpe-
ciale eſſe nemo dubitabit, nam illa diſpoſitio di-
citur generalior, quæ habet qualitatem, quæ po-
5 teſt pluribus ineſſe: illa uero dicitur † ſpecialior,
quæ paucis ineſſe poteſt, ita Bald. in l. executo-
rem, nume. 23. C. de execu. rei iud. Dec. conſilio
382. num. 4. Steph. de Feder. in tract. de interpre
ta. iur. 2. par. num. 101.

Secundo, quando diſpoſitio eſt magis fauo-
6 rabilis, & magis utilis, in dubio dicitur † magis
ſpecialis & derogat alteri, Bartol. in extrauagan.
ad reprimen. in uer. non obſtantibus, Iaſ. in l. pri
ma, §. primo, colum. penult. ver. ſed pulchrum
dubium. ff. de operis noui nunciatio. Dec. in l. in
toto, numero quarto, & numero 51. ff. de regul.
iuris, & in conſilio tertio, numero ſexto, ubi alia
ponit ad propoſitum, Claud. in l. Gallus. §. ille ca-
ſus, numero 16. ff. de liber. & poſthum. ubi quod
attenditur cauſa æquior, & fauorabilior, Nat.
conſilio 210. numero quarto, Stepha. de Feder.
in dic. ſecunda par. numero 99. noſtram autem
cauſam fauorabiliorem eſſe conſtat, tum ex re ip
ſa, cum agamus de euitanda gabella, immo ga-
bellarum multiplicitate, tum conſtabit uberri-
me ex infra dicendis.

Secundo principaliter ſtatutum hoc optime
declaratur ex alio ſtatuto ſub rubrica, de facien.
pan. ad vendend. ca. 51. & apud noſtros magis re
7 cipitur alterius ſtatuti interpretatio, † quam iu-
ris communis, Anchar. conſil. 94. iſta Domina,
colum. fin. & conſil. 422. uiſo puncto, Dec. conſi
lio 65. num. 4. Statutum hoc adductum enume-
rat expenſas, quæ fiunt a facientibus panem, &
dicit habendam eſſe conſiderationem emptio-
nis frumenti, & expēſarum, quę occurrerint in
faciendo panem, & nulla hic fit mentio de gabel
la emptionis, ſed ſolius emptionis habetur ra-
tio. Nec dicatur, quòd compræhenditur inter il
las expenſas, de quibus ibi, quia non eſt expen-
ſa, quæ occurrat in faciendo panem, ſed dum
emitur frumentum.

Tertio declaratio alia deſumitur ex obſeruan
tia tanti tpis optime per noſtros teſtes probata,
& quæ eſt generalis interpres omniū diſpoſitio-
8 num, † & conceſſionum, ut pręter antiquos trad.
Sylu. conſ. 66. nu. 20. Alci. conſ. 14. num. 12. in 4.
Nat. conſ. 406. nu. 28. Menoc. cōnſ. 75. nu. 56. &
conſ. 192. nu. 12. Oſaſc. deciſ. 136. nu. 4. Decia. cō
ſil. 22. nu. 17. in 1. Bec. conſ. 101. nu. 49. & ſeq. Io-
ſeph Lud. cōcl. 38. ubi plura. & in materia gabel
larum Menoc. conſ. 189. nu. 19. & in pacto de an
9 gendo † gabellam, q obſeruantia ſubſequuta ēt ſi
nō ſit longi tpis illud declaret, ſcribit Crau. cōſ.
273. col. pen. uer. poſtremo, poſt nu. 13. & q ob-
ſeruantia declaret quem non teneri ad gabellā,
ſcribit etiam Franc. Bec. conſ. 96. nu. 13. 14.

Quarto, accedit cōſuetudo longi tpis optime
probata, de qua inferius, quæ ſtatutū optime eſt
10 interpretata, & cui interpretationi † omnino eſt
ſtandum, c. cum dilectus, de conſue. etiamſi exin
de cōſtaret interpretationem non fuiſſe bonam,
Soc. conſil. 145. ſecunda colum. in 1. & conſ. 66.
nu. 21. in 3. idem tenet Crau. conſ. 201. num. 11.
pra nihil facit, quia illud procedit, qñ deponit
negatiuam, ut in caſu Craue. & hic deponit affir
matiuam, nec poteſt dici nimium uerboſus, licet
deponat ultra id quod alii deponunt, vt ſupra.

Poſtremo loco nō obeſt, ꝙ cōſtare videaĩ ex
teſtib. examinatis pri. actorũ. 4. et 6. reorũ, in quo
ſtatu reperiretur defunctus, qui in agonia erat,
nec dabat rñſum, & erat ualde oppreſſus & parũ
28 poſt obiit, quo caſu † teſt. non ur̃ valere ad inter
rogationem, Soc. iun. cōſ. 183. nu. 9. ad med. 2.
uol. Caſt. cōſ. 155. nu. 2. 1. Clar. d. q. 37. ver. ſcias
ergo in primis. Et hoc exigebatur ꝙ teſta. prius
fuiſſet ſcriptũ a not. de uolunt. teſt. expreſſa, ut ꝑ
Clar. ibi. ver. 3. ſcias. Quia rñdetur ꝙ imò tęſtōr
erat in bono ſenſu & loquebaĩ articulate, ut de
ponũt d. dñs Io. Bap. & magiſter Dñicus, ſepti-
mus teſtis, & idẽ deponunt d. duæ mulieres uxo
res hæredes, quæ cũ alijs probãt, & maxime q a
agitur de facto domeſtico facto domi, & magis
ſtãdũ eſt teſtib. deponẽtib. de ſanitate q̃ alijs de
ponẽtib. de infirmitate intellectus, ut ſupra in 5.
concluſ. oſtenſum fuit. nec hoc caſu annullaĩ te-
ſtm̃. licèt teſtator ſit in extremis & male poſſit lo
qui, ut ſupra in 2. & 3. concluſ. comprobatum
fuit, immo cō ſtat quod teſtator uixit per plures
• horas poſt teſta. & in ſero cępit deficere & obiit
circa primam horam noctis cum dimidio, ut
de-

deponunt dicti teſtes, quo fit vt valuerit proculdubio teſtamentum, ut fuit probatum ex deductis ſupra in 6. conclu. & quando teſtator poteſt articulate loqui etiam idem Clar. fatetur ualere teſtamentum ad interrogationem in d. quæſtio. ver. ſcias ergo. nec eo caſu exigitur quod prius notarius de mandato teſtatoris ſcripſiſſet teſtamẽtum, quia hoc eſſet contra omnes, ſed poſſet id procedere quando nõ poſſet articulate loqui. Ex quib. latisfactum eſt propoſitis dubijs & clara apparet iuſtitia reorũ poſſeſſorum hæredum inſtitutorum. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In diuerſa cauſa a ſuperiorib. licet in eodem fere caſu diſputatur materia ſtatuti de prohibita ſucceſsione forenſium, & caſus plures diſtinguendo diuerſorum ſtatutorũ oſtenditur, quando nõ excludatur mulier alibi nupta, & ſigillatim ſatisfit omnibus, qui contrarium conſuluerunt.

SVMMAE.

1 *Statutum de prohibitã alienatione in forenſes, non habet locum niſi in immobilibus.*

2 *Originaria nupta extra ciuitatem forenſi, remanet eius.*

3 *Et in ſua ciuitate non obſtante ſtatuto poteſt acquirere & ſuccedere.*

4 *Quid, ſi remanſit vidua, & non eſt reuerſa ad habitandum ſuam ciuitatem?*

5 *Declaratio ſtatuti ex parte illius ſumitur, & ex reſeruatione, vel exceptione.*

6 *Declaratio proprie fit ſuper dubio, & quomodo.*

7 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius, quando eſt diuerſa ratio.*

8 *Ciuilitas originis potentior eſt, quam cauſata ex priuilegio.*

9 *Domicilium originis paterna ſemper præponderat cuicunque.*

10 *Originarii alibi habitantes non præſumuntur excluſi a ſtatuto ſi de illis nulla eſt facta mentio.*

11 *Interpretatio eſt late facienda in exceptione facta regula exorbitanti a iure communi.*

12 *Subditum aliquem eſſe ſufficit quo ad ſucceſſionem ex ſtatuto, licet onera non ſuſtineat.*

13 *Qualitates tendentes ad diuerſum effectum, non debent copulatiue concurrere.*

14 *Et idem, quando reſultat abſurdum.*

15 *Disiunctiua non ſemper retinet ſuam naturam.*

16 *Statutum ſi excludit forenſem ſimpliciter, tunc fœmina alibi nupta non cenſetur excluſa.*

17 *Ciuis priuilegium non amittit, qui ex immunitate non ſuſtinet onera.*

18 *Et qui non ſuſtinet, ſatis eſt quod ſit habilis ad ſuſtinendum, vt cæteri ciues teneantur.*

19 *Et qui eſt ciuis adoptiuus, vel priuilegiatus, non gaudet ſtatuto de ſucceſsione ex Baldo.*

20 *Domicilium originis, quando non amittatur a ciue.*

21 *Fœminam nuptam eſſe a fratre extra territorium, non debet illi nocere.*

22 *Statutum excludens a ſucceſsione non ſubiectum, an excludat originarium alibi nuptam.*

23 *Subdita iuribus & ſtatutis originis ſuæ, eſt mulier alibi nupta.*

24 *Et vt ſubiecta ſtatutis, poteſt ſuccedere.*

25 *Forum domicilii præponderat foro originis, quo ad conueniendum.*

26 *Fœmina alibi nupta, an ſit ſubiecta, vel libera a legibus originis.*

27 *Iudex non debet moueri ex fundamentis poſitis pro ornatu conſilii a Doctore.*

28 *Fœmina nupta extra ſuam ciuitatem non admittitur ad ſucceſsionem in illa, ſi ſtatutum vocet ſubiectos ſtatutis & ordinamentis.*

29 *Originarius remanet ſubiectus ſtatutis, & ordinamentis loci originis.*

30 *Et poteſt cogi ad redeundum ad habitandũ.*

31 *Statutum ſi requirit onera ſubeuntem ſuccedere, excludit mulierem alibi nuptam.*

32 *Non excludit tamen, qui propter immunitatem non ſoluit onera.*

33 *Et ſat eſt, onera ſuſtineri per fratrem ipſius nuptæ, & quomodo?*

CONSILIVM CIII.

In Domino confido.

DOminus Dionyſius Locatellus de
Cotignola deceſſit inteſtatus reli
ctis poſt ſe uiuis & ſuperſtitibus
Magnif. Domina Eleonora, vxo-
re Magn. Domini Vincentii Men
golini de Fauentia, & Domina Iulia vxore Domi
ni Ioannis de Maciis eius ſororibus, & filiis q.
Magnif. Dominæ Claræ, uxoris Magnif. Domini
Claudii Andrioli de Corignola, ac Dom. Panta-
ſilea quondam Dom. Camillæ, uxoris quondam
Dom. Ioan. Baptiſtę de Mengolinis de Fauentia,
ambarum etiam ſororum olim d. Domini Dio-
nyſii. Qui omnes prætendunt ut ſorores & ne-
potes ac neptes ex ſororibus reſpectiue d. quon
dam D. Dionyſii eidem in eius hæreditate ſuc-
cedere, pro ut ſuccedunt de iure communi, au-
then. ceſſante. C. de legiti. hæred. & in corpore
vnde ſumitur. Verum ſtatutum Ferrariæ, ſub ru
brica, quod non fiat tranſlatio rerum immobiliū
in forenſes, uel non ſubiectos Communi Ferra-
riæ, uel non ſuſtinentes onera, multum uidetur
obſtare reſpectu ſucceſſionis in bonis immobili-
bus, qui quo ad bona mobilia & ad alia, quæ in-
ter immobilia non computantur, de quibus non
1 loquitur ſtatutum, †res non habet difficultatem,
ut tradit Ioan Baptiſ. Plot. in conſilio 19. uerſicu.
45. numero 110. quod conſilium eſt etiam im-
preſſum in primo volum. conſiliorum crimina-
lium primo impreſſorum, ſub nu. 108.

Namque ſtatutum prædictum prohibet fo-
renſem, uel perſonam non ſubiectam ſtatutis &
prouiſionibus ciuitatis Ferrariæ, & terræ Coti-
gnolæ, non ſubeuntem onera realia & perſona-
lia in dicta terra, vel eius diſtrictu, ſuccedere in
aliquibus bonis immobilibus, ut in eo. quod li-
cet loquatur de Ciuitate Ferrarię, tamen ex Prin
cipis Sereniſſimi noſtri deciſione regiſtrata in
frontiſpicio ipſorum ſtatutorū etiam Cotigno-
læ ſeruandum eſt. In quo puncto reſpectu præ
dictæ Dominæ Eleonoræ, filiæ quondam Dom.
Ioannis de Locatellis, ciuis vel municipes dictæ
terræ Cotignolæ & natę in ipſa terra ac origina-
riæ ipſius, eius ſum ſententię quòd non excluda-
tur a dicto ſtatuto, ſed ſuccedere poſſit in hæredi
tate fratris pro ſua quota: ſecus vero reſpectu d.
Dom. Pantaſileæ, quę fuit filia ciuis Fauentini, &
nata in dicta ciuitate Fauentiæ, quæ in dicta ter-
ra Cotignolæ fuit & eſt omnino forenſis, & non
ſubiecta, nec onera aliqua ſuſtinuit, & ſuſtinet.

Quod igitur ipſa Domina Eleonora ſit ad-
mittenda apparet, quia ſtatutum ipſum expreſ-
ſis uerbis non excludit ciuem originarium ali-
bi habitantem, immo illum tacite admittit, vt
inferius oſtendam: quod autem ciuis origina-
rius non compręhendatur in dicta prohibitione
ſtatuti, tametſi alibi habiter, uoluit Plot. in dicto
conſilio, uerſiculo 18. numero 39. immo hoc
caſu uoluit ſufficere originem paternam, ut in
uerſiculo 31. numero 70. ubi citat alios idem te
nentes: licet enim mulier originaria nubat extra
2 ciuitatem forenſi, non propterea cenſetur forē
ſis in loco originis, ſed remanet ciuis, l. prima.
C. de mulie. & in quo loco, libro decimo. Bald.
conſilio 310. ad euidentiam, numero 7. tertio vo
lumine, & conſilio 139. ſtatuto, numero ſecun-
do, quinto uolumine. ciuis autem originarius ſe-
quitur ſuam propriam originem, quam nec mu-
tare, nec illi tacite uel expreſſe renūtiare poteſt,
l. aſſumptio, in princ. ibi, neque recuſando quis
patriam, ex qua oriundus eſt. ff. ad municip. Co
men. cōſ. 177. ſuppoſitis, col. 3. numero quarto,
uerſiculo, nouiſſime, & Boer. deciſ. 13. numero 3.
& licet mulier alibi nupta mutet originem quo
ad ea, per quæ poſſit diſtrahi a ſeruitijs uiri, non
tamen quo ad omnia, & prop terea tamquam ci
uis ciuitatis originariæ poteſt acquirere & ſuc-
dere in loco ſuæ originis, non obſtante ſtatuto
3 prohibente, forenſes acquirere & ſuccedere † ita
in terminis decidit Bar. in l. fin. §. item reſcripſe
runt mulieris, num. 5. ff. ad municipa. Caſtr. in l.
rei iudicatæ. §. fin. num. 7. ff. ſoluto matrimo. &
Alexan. qui dicit illam gaudere beneficio ſtatuti
loci originis etiam patris, nedum propriæ, in cō
ſilio 20. uiſo proceſſu, in fine, ſecundo uolum. &
idem Alexan. in l. penultima. ff. de iuriſdictio. om
nium iudicum, numero quarto, ubi etiam alii
ſcribentes, & maxime Cag. nu. undecimo, qui
citat dictum conſilium Alex. eandem etiam opi
nionem tenet Campeg. in tract. de dot. ulti. par.
quæſtio. 71. Felyn. in capitulo ſuper eo, il ſecun-
do, numero ſecundo, in fine. de teſti. Ioann. de
Anan. in conſilio 20. numero primo, & ſecundo.
& ante eos idem tenuit Ioann. de Plat. in l. penul
tima, numero primo, C. de municip. & origi. li-
bro decimo, Brun. in trac. quòd ſtanti. maſcu. fœ
minę ſuccę. nō artic. quæſtio. prima, numero 26.
& quam ſententiam tenuit etiam Rui. in conſi
lio 49. numero nono, tertio uolumine, ubi repro
bat Caſtr. tenentem contrarium, & quam etiam
admittit in conſilio 112. numero 10. in quinto
uolumine. Plot. in dicto conſilio 19. uerſiculo
15. numero 33. qui eandem ſententiam Batto.
tenet in conſilio decimo, numero ſecundo, &
tertio, Alba. conſil. 23. numero undecimo, Fran
ciſ. Burſat. in conſil. 8. numero 32. & ſecundum
hanc ſententiam in terminis reſpondit Alcia. in
conſilio 50. quarta dubitat. num. 13. libro nono,
alias eſt conſil. 499. numero 7. ſecundum aliam
impreſſionem: ubi dicit quod non excluditur a
ſtatuto uti forenſis uel non ſuppoſita, quam
etiam tenet Iul. Ferre. in tractatu de Gabel. &
publica. numero 587. & ſequen. ubi dicit. quòd
niſi

niſi ſtatutum expreſſe loquatur de tali origina-
rio, non excluditur. idem etiam tenuit Rolan. a
Val. in trac. de lucro dot. q. 22. nu. 14. & 27. quam
etiam admittit Auguſtin. Bero. in conſillo 154.
numero 12. in ſecundo volum. & ex noſtris Fer
rarienſibus Proſp. Paſet. conſil. 163. num. 1. & ſe-
quen. & Ceph. in fortiori caſu in conſil. 13. nu.
45. & in conſil. 526. in 4. uolum. ubi conſuluit in
ſimili caſu pro Illuſtri Dom. Laura de Contra-
rijs in hæreditate Illuſtris Domi. Marchionis
Herculis eius fratris, in qua etiam ego conſului,
& pro ea etiam reſponderunt Excellentiores Iu
riſconſulti Vrbis auditores Rotæ & Collegium
ciuitatis Bononiæ, & caſus ille habebat etiam
maiorem difficultatem, ex quo ipſa Illuſtris Do-
mina remanſit uidua in ciuitate Bononiæ, & nõ
curauit redire ad habitandum in patria ſua, quo
caſu dubitabatur, an uoluerit deſerere ciuitatem
4 †originis, iuxta tradita per ſcribentes in dicta l.
pen. ff. de iuriſdict. om. iud. Rolan. a Valle in con
ſil. 79. inferius citando quod tangit Cepha. in d.
conſilio, quod non eſt in caſu iſto, ex quo durat
matrimonium huius Dom. Eleonoræ, quæ non
poteſt a ſeruitijs viri ſeparari & diſtrahi, & ſic
minor in hoc caſu uiget difficultas.

Cœterum præter tot & tantas auctoritates
tantorum patrum ſupra citatas etiam multis ra-
tionibus hæc pars communiri poteſt, & primo
ex uerſic. declarantes ad tollendas, in d. ſtatuto
ante fi. ubi ſtatutum ad tollendas omnes ambi-
guitates declarat, quòd ciues ex priuilegio & na
ti extra ciuitatem & diſtrictum, ex ciuib. etiam
originariis non ſint, nec efficiantur capaces, ni
ſi fecerint ſe allibrari in æſtimo communis Fer-
rariæ, & in ipſa ciuitate, uel eius diſtrictu habita-
uerint tempore eius acquiſitionis, & poſtea ſal
tem per quinquennium perſeuerauerint habi-
tando & ſuſtinendo onera realia & perſonalia.
5 hæc enim declaratio & pars ſtatuti, † aliam ſu-
periorē declarat, l. utrum, ubi Bar. & Ange. ff. de
petit. hæred. Corn. conſilio 183. colum. 2. in ſe-
cundo volum. Soci. conſil. 9. num. 8. in 3. & Dec.
conſil. 553. num. 8. & in terminis ſimilis ſtatuti
Rimin. conſil. 434. num. 7. uerſic. pondera, Rip.
in cap. 7. num. 16. libro 1. reſponſ. & ad propoſi-
tum etiam Alcia. cõſ. 21. num. 2. ſecundo vol. &
in indiuiduo in hoc noſtro ſtatuto Ferrariæ, ſeu
in vetere antiquato Soci. Iun. conſi. 18. num. 16.
& 17. tertio uolum. & declaratio reſeruatio & ex
ceptio, quæ fiunt in ſtatuto, declarant mentem
ipſorum ſtatuentium quæ potius ſpectanda eſt
quàm verba. l. ſcire leges. ff. de legi. & reſtringi-
tur ad veriſimilia, ut in ſtatuto ſcribit Crau. con
ſil. 256. num. 7. & 9. quanto magis igitur ſi & uer
ba & mens ſtatuentium concurrant. Cum enim
ſtatuentes dubitauerint de ciuib. ex priuilegio
& natis extra ciuitatem ex ciuibus originarijs
an compræhenderentur in eo ſtatuto, nec ne. &
voluerint eos admitti ſeruando diſpoſita in di-
cto uerſic. qui ciues proculdubio diſtant a ciui-
bus originarijs habentibus fortius & firmius
ius, ut inferius dicetur, & natus in ciuitate, pro-
priè & ſtrictè compræhenditur in materia ſtatu
taria, Bald. in auth: ut omnino, num. 12. uerſicu-
lo, item dubitatur. C. ne uxor pro mari. & in ſe-
cundo tomo conſi. Crimin. poſteriorum Ciuſic
Caou. cõſ. 7. & Aret. in cõſ. 77. in princ. certè in
tellexerunt nullum dubium eſſe in his ciuibus
originariis, de quibus nullum uerbum in ſtatu-
to factum fuit, nec declarando, nec diſponendo;
6 declaratio enim propriè † fit ſuper dubio. l. hære
des palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſtam. alias non
diceretur proprie declaratio, ſed noua conſtitu
tio uel correctio, Caſtr. conſil. 22. uiſa quadam,
num. 4. primo volum. Cum itaque ſtatutum in
d. uerſ. declaret hos ciues priuilegiatos & natos
ex ciuibus originarijs non effici capaces, niſi
ſeruatis diſpoſitis in eo, uidetur ciues origina-
rios excludere ab hoc onere talia faciendi, ut
admittantur ex regula vulgata, quod incluſio
vnius eſt excluſio alterius. l. cũ prætor. ff. de iud.
l. maritus. C. de procurato. maxime quando in-
7 ter ipſos † eſt diuerſa ratio. gl. in d. l. cum prætor,
in fi. Crauet. conſil. 214. num. 13. ſic etiam cum
ipſum ſtatutum a dicta prohibitione & diſpoſi-
tione excipiat ipſos ciues priuilegiatos & natos
extra, ſi tpe delatæ ſucceſſionis habitauerint &
fuerint allibrati & exinde per quinq; annos ha
bitauerint & onera ſubierint, certe in alijs ciuib.
originarijs origine propria, qui ſunt diuerſæ na
turæ, ut ſupra, cenſetur ſtatutũ declarare non eſ-
ſe opus ea ſeruare, q̃a exceptio declarat regulã
quid & quem uoluerit compræhendere. l. nam
quod liquide. ff. de penu lega. Euerard. in topi-
ca legali, in loco ab exceptio. ad regulam, ubi
poſt prin. loquitur in diſpoſitione ſtatuti, & in
ſtatuto ſcribunt Corn. conſil. 57. ſecunda col. 1.
volum. Soci. conſil. 72. num. 1. & in 4. Alcia. con.
ſil. 18. num. 16. lib. 9. & plura ad propoſitum tra-
dit Crauet. conſil. prædicto 214. num. 14. ubi di
cit quod exceptio declarat quid & quantum in
diſpoſitione compræhenſum ſit, & ſupra, nume-
ro 11. et ſequen. dicit quod reſeruatio, quæ idem
eſt quod exceptio, arguit & declarat mentem
reſeruantis, quæ uoluerint in diſpoſitione com-
præhendi.

Quod autem ciues ex priuilegio differãt a ci
8 uibus originariis aperte conſtat, † quia poten-
tior eſt ciuilitas originis, quàm cauſata ex priui
legio, ut poſt Bolog. d. p. cũ citatis firmat Gram.
uoto 16. num. 17. & trad. Doct. in l. ſi is qui pro
emptore, ubi Crot. num. 48. ff. de uſucapio. & ſic
cut minus ius habent ciues ex priuilegio quàm
originarii, ita pariter nati ex ciuibus originariis
extra ciuitatem, & qui retinent originem pater-
nam in loco originis paternæ, minus ius habent
quàm parentes eorum originarij nati in ciui-
tate; ut probatur in l. filios. C. de municip.

& origin. libro decimo , ubi filius tenetur in
loco propriȩ originis , ſi ibi habet domici-
lium , quod & uoluit Ioann. de Plat. in l. ciues,
num. 1. C. de incol. nec poſſet cogi habitare in ci
uitate orginis paternæ, quia hoc caſu præpon-
9 derat domicilium † & origo propria paternæ ,
Soci. conſil. 287. num. 11. & 12. in 2. Ioan. de Pla
tea dicto num. 1. Dec. conſil. 352. num. ſecundo,
& ſequen. & in eodem caſu Soci. iun. conſil. 37.
primo volum. ex qnibus concluditur, quòd ex
quo de originarijs nulla eſt facta mentio, ſtatuē-
10 tes noluerint† eos excludere, ut in ſimili tradit
Socin. in conſil. 9. num. 7. 3. uolum. & Alcia. con
ſil. 21. num. 2. lib. 2.

Præterea ex dicto ſtatuto in ver. exceptis ta-
men aſcendentium, &c. ante finem ipſius ſtatuti
ſtatutum excipit a diſpoſitione ipſa filios natos
ex originariis ciuibus alibi in bonis aſcenden-
tium & deſcendentium , & ſic eos excludit ab
hæreditatibus collateralinm . igitur in hære-
ditatibus aliorum excluſio ipſorum natorum
extra ciuitatem debet includere natos in ciuita
te ex ciuibns originarijs, in quibus uiget poten
tior ratio, ut ſupra. & cum hæc exceptio & aliæ,
11 de quibus ſupra, † ſint factæ regulæ exorbitanti
à iure communi, latè ſunt interprætandæ , Co-
men. conſil. 30. ſtatuto, ſecunda columna. Curt.
inn. conſi. 7. num. 10. & Crau. conſil. 135. nu. 35.

Pro hac etiam parte optime facit, quia ſtatu-
tum noſtrum non exigit copulatiuè ut quis ad-
mittatur quod ſit ciuis uel nō ſit forēſis, ſit ſubie
ctus ſtatutis & ꝓuiſionib. cōis Ferrariȩ, & ſubeat
onera realia & pſonalia in ipſa ciuitate & diſtri-
12 ctu, ſed diſiūctiuè nel alternatiue, † unde ſufficit
ꝙ qui ſuccedit ſit ciuis nel ſubiectus uel ſuſtineat
onera, ut declarat Rimi. in conſil. 334. nume. 7.
Burſat. conſil. 36. num. 16. uerſic. 5. & Paſet. con
ſil. 163. nu. 2. & 3. & ſeq. & quod ſufficiat quem
eſſe ſubditum, licet onera non ſuſtineat, voluit
Socin. iun. in conſil. 18. num. 14. et ſeq. in 3. uol.
ubi proprie loquitur in d. ſtatuto. & licet in hoc
puncto alij tenuerint contrarium, ex quo ſtatu
tum loquitur negatiuè : tamen cum deciſiones
iſtæ ſint in terminis , illis ſtandum eſt , tametſi
in aliis terminis communis opinio eſſet in con
trarium, Neuiz. in ſylua nupt. lib. 5. num. 72. et ip
ſi conſulentes pro hac parte conſiderant mentē
ſtatuētiū, quȩ colligitur ex alijs clauſulis ſtatuti.

Præterea quando ſtatutum loqueretur etiam
copulatiue , ex quo tamen illæ qualitates po-
nuntur inter tendentia ad diuerſum effectum
13 non debent copulatiue concurrere, † ut uoluit
Dom. Rimin. iun. in additio. ad dictum cōſilium
Rimi. ſenioris, citando Iaſ. in l. ſi filius, qui in po
teſtate, num. 5. ff. de lib. et poſthu. quem etiam ſe
quitur Burſ. in d. conſilio . Et idem quando re
14 ſultaret † abſurdum , ſecundum Paſet. in dicto
conſilio poſt Dec. in conſilio 341. numero quar
to, & Alcia. conſilio 57. numero ſeptimo, pro ut
in propoſito eſſet abſurdiſſimum, quòd exclude
retur is, qui non haberet omnes has qualitates
copulatiuè, nec enim admitterentur decem ex
centum ciuibus Ferrariæ ad has ſucceſſiones,
qui quotidie paſſim admittuntur. Præterea eſſēt
melioris cōditionis ciues priuilegiati et nati ex
ciuibus originarijs extra ciuitatem , cum in eis
non exigatur quod actualiter tempore ſucceſ-
ſionis ſuſtineant onera, ſed ſatis eſt, quòd ſint al
librati, & qui non poſſunt ſuſtinere realia , quia
bona non habent, non poſſent etiam ſuccede-
re, quod iniquiſſimum eſſet & ridiculum, igitur
ſtatutum hoc non eſt ita rigoroſe interpretan-
dum ad excluſionem ciuium originariorum, &
maxime quia ex veriſimili mente diſponentis
15 diſiunctiua † non ſemper retinet ſuam naturam
ut Rip. tradit in capitulo, inter cæteras. numero
54. de reſcrip. & idem procedit etiam in copula
tiua, Rip. in cap. ſecundo, ſecunda limitat. nume-
ro 44. eodem tit. & ita in terminis noſtri ſtatuti,
quòd hæc omnia copulatiuè non exigantur, ſed
ſufficiat quem eſſe ciuem, reſpondit Alexand. in
conſil. 157. uiſo inſtrumento donationis, nume
ro 14. & ſeqnen. ſecundo uolum. quem ſequitur
Socin. iun. in conſil. 7. num. 25. in ſecundo, & in
conſil. 18. num. 14. in 3. ubi conſiderat quod nul
lus, qui non poſſideret immobilia admitteretur
ad ſuccedendum & acquirendum quos ſequi-
tur Paſet. in d. conſil. num. 4.

His iactis fundamentis operȩ pretium eſt tol
lere ea, quæ ex aduerſo adducuntur per Illuſtrē
collegam meum, Dom. Ioan. Baptiſtam Imolam
quia ſicut contrarium tenebat in ea cauſa con-
traria, ita etiam pro hæredibus Dom. Dionyſij
contra Eleonoram prædictam reſpondit. Diſtin
guit enim plures caſus ipſȩ Magnificus Aduoca
tus & nititur oſtendere, quòd in caſu huius no-
ſtri ſtatuti prohibeatur ſucceſſio. Primo enim
caſu admittit , quòd quando ſtatutum excludit
16 forenſem ſimpliciter, & tūc nupta alibi non† cē-
ſeatur excluſa, Barto. ſupra citatus in dicta l. fi-
na. §. item reſcripſerunt , & Alexand. conſilio
120. in ſeptimo, quam ſententiam fatetur rece-
ptiſſimam .

Secundus eſt caſus ſecundum eum, quando
ſtatutum loquitur de ciue, quia etiam mulier ali
bi nupta non excluditur , debet tamen ſuſtinere
onera in patria, ob quȩ nō auocaretur a ſeruitiis
uiri, quia ciuis eſt, qui onera ſuſtinet, & origina-
rius non habitans nec onera ſuſtinens , non eſt
uerus ciuis , per multa quæ illic citat. ſed licet
iſte caſus in hoc puncto nullum facere nobis
negotium uideatur, tamen quia ſtatutum loqui-
tur de forenſe excludendo, tum etiam quia ad-
mittitur per aduerſarium, quod eo caſu quo ſta
tutum loquitur de ciue , mulier alibi nupta non
excludatur , ſed tantum teneatur ad ea one-
ra , ad quæ citra auocationem a ſeruitijs ui-
ri poſſet teneri , & cum ipſa nulla haberet bo-

na in terra , vel in territorio Cotignolæ , pro
quibus onera tealia eſſent ſoluenda & ad perſo-
nalia non tenerentur mulieres in ea terra, ut no
tum eſt,& tanto minus alibi nuptæ , ex quo ab-
ſtaherentur a ſeruitio uiri: Attamen quia con-
cluſio facta per ipſum Domin. Aduocatum non
eſt uera, ego primo opinionem contrariam com
probabo, deinde reſpondebo auctoritatib. pro.
* eius parte citatis. uera igitur & recepta* eſt con-
cluſio, quod ciuis originarius, ut habeat benefi-
cium ſtatuti nõ habet opus ſuſtinere aliqua one
ra cum ciuitate, nec propterea deſinit eſſe ciuis,
17 † vel amittit priuilegium, ut Bar. trad. in tract. re
repreſal. 5. num. 4. ſicut etiam de eſſentia ciuilita
tis non eſt neceſſaria habitatio ipſius ciuis , ut
Alex. in indiuiduo in hoc ſtatuto noſtro reſpon-
dit in d. conſil. 157. nu. 13. & ſequen. & licet non
ſubiret munera, non deſinit eſſe ciuis, cum ſatis
18 ſit, quod ſit habilis † ad ſuſtinendum prout ciues
tenentur, ut ibi. d. num. 13. in fi. & num. ſequ. ſed
quod ſufficiat ciuem habitu, licet non actu ſuſti-
nere, & propterea non excludatur a ſtatuto, uo-
luit Caſt. in contrarium citatus in conſil. 89. poſ
ſet quis , in ſecundo uolum. & idem in ſtatuto
exigente, quod acquirens onera ſuſtineat, & nõ
poſſit fieri alienatio in non ſuſtinentem onera ẽt
expreſſa in ſtatuto, quod ſufficiat, quod ciuis ha
bitu poſsit ſuſtinere, licet non ſuſtineat actu , &
quod verba ſtatuti ſint intelligenda de non ſuſti
nente actu, uel habitu, concorditer conſuluerũt
ſeptem Excellentiſs. Doctores ſuorum tempo-
rum Anton. de Butr. Franc. Zabar. Pet. de Anch.
Flor. de S. Petro, Salyc. Bened. de Plumbi. & duo
alij nominati in ſubſcriptione in ſtatuto Veronę
inter conſil. Fulg. conſi. 101. præſuppoſito, col. fi.
uerſic. præterea ſtatutum. idem etiam tenet Soc.
pro contrario allegatus in d. rubr. ff. ſolu. matr.
num. 33. & illic Crot. num. 42. in fi. Dec. conſil.
288. num. 10. in fi. quod admittit etiam Rui. con
ſil. 59. num. 5. in 3. & idem in terminis ſtatuti no
ſtri tenet Soc. iun. d. conſil. 18. nu. 14. 3. uolum.
quod etiam ad propoſitum ſimilis ſtatuti voluit
Paſet. d. conſi. 163. num. 13. & in terminis etiam
huius ſtatuti Cepha. d. conſil. 516. num. 42. quod
in caſu ſtatuti receptiſsimum eſt ex quo admit-
tit etiam ciuem ex priuilegio modo allibratum
& habitantem in ciuitate, licet onera actu non
ſuſtineat, & idem de natis ex ciuibus originarijs
extra diſtrictum in d. uerſ. declarantes , quanto
magis igitur ſunt admittendi ciues originarij po
tentius ius habentes, ut ſupra.

Non obſt. modo auctoritates ex aduerſo cita
tæ, & primo Bal. in l. ſi non ſpeciali, nume. 6. C. de
teſtam. quia Bal. non loquitur in ciue originario,
19 ſed in adoptiuo & priuilegiato. † ſecus igitur in
originario, qui põt dicere , ego ſum de tali pa-
tria, quia eſt re & nomine, ut per eſi ibi, nu. 7. &
ſic eius opinio facit pro hac parte, Soc. in d. rub.
num. 27. loquitur quando agitur de odio ciuis ,
ut capiatur pro repreſalijs , quia tũc originarius
alibi habitans non comprehenditur, ſecus eſt in
fauorabilib. ut in ſucceſſione, quia ſufficit, quòd
ſit habilis ad ſuſtinendum , ut inferius d. nu. 33.
Ceph. autem in conſil. 246. num. 19. non loqui-
tur in ciue origine propria, ſed origine paterna
prout erant illi de Plateſijs qui habebant origi-
nem propriam & domicilium Bononiæ & origi
nem paternã Ferrarię, & propterea non fuerunt
admiſſi, in qua cauſa ego ẽt interueni aduocatus
pro vxore Magn. Do. Riminaldi & obtinuimus
ſententiam a Reuerendiſs. Epiſcopo Leonio tũc
conſiliario Iuſtitię. at ſecus eſt in originario ori-
gine propria, vt in caſu iſto , in quo aliter tenet
Ceph. d. conſil. 156. Bal. autem in auth. & omni
no, num. 13. C. ne vxor pro mari. loquitur in ma
teria odioſa, vt is qui deſerit habitationem pa-
triæ ſuæ , non poſſit capi pro repreſalijs : ſed ta-
20 men non dicit † quod amittat domicilium origi
nis, vt declarat Soc. conſil. 79. nu. 23. in 4.

Pręterea hoc non poſſet habere locum in mu
liere alibi nupta, ex quo nubit ex cauſa neceſſa-
ria, ut per Ceph. in d. conſil. 13. nu. 45. Bal. etiam
in allegato conſ. 139. in 1. in verſ. præterea non
facit contra , immo tenet pro iſta parte, in uerſ.
in contrarium, Soc. etiam in d. conſil. 79. num. 7.
licet teneat quod præferatur forus domicilij fo
ro originis reſpectu conuentionis iudiciariæ, ſe
cus tamen eſt reſpectu onerum, quia in loco ori
ginis tenetur ad perſonalia & ad realia, ſi ibi ha-
bet bona, ex deciſ. Bart. ſupra citata, ut per eum
ibi num. 33. Bero. in conſil. 173. num. 43. in pri-
mo, nõ reſpondit in originaria ciue alibi nupta,
ſed in filijs originarij alibi natis, ſcilicet in loco
in quem pater domicilium tranſtulerat, qui eſt
caſus diuerſus Rui. in conſi. 112. num. 10. verſic.
ſimiliter, in 5. tenet opinionem Bart. fauore mu-
lieris nuptæ licet teneat ſecus in alio originario
in alia materia, ſuper quo non inſiſtam, quia nõ
expedit, & deciſiones ſupra adductę ei aduerſan
tur, Cur. ſen. citatus in conſil. 27. nume. 26. alias
num. 41. ad fin. 3. dub. facit etiam pro hac parte,
dum ſequitur opinionem Bar. in d. §. item reſcri-
pſerunt, nec eo caſu intelligit filiam ciuem origi
nariam, quia ſuſtinebat onera poſſidendo bona,
ſed quia cenſebatur poſſidere rem datam in do
tem, pro qua ſuſtinebat onera poſt illius datio-
nem, & ſic ante acquiſitionẽ minime ſuſtinebat.

Poſtremo Rolan. a Val. in allegato conſilio
79. num. 49. in 3. facit etiam pro hac parte dum
ſequitur Bart, & Rui. eam ſententiam tenentem.
Verum quia ſcripſit contra viduam , quæ poſt
mortem uiri non redijt in patriam, in ea ſequen
do Ceph. in conſil. 171. tenuit contrarium, cuius
opinio eſt etiam in eo falſa per ea quæ ſupra de-
ducta fuere & inferius deducentur.

Quod autem deducitur ex aduerſo, ꝙ res eſt
etiam clarior , ex quo mulier propter ſtatutum
prohibetur nubere forenſi tollitur, quia ſtatutũ
Fer-

Ferrarię, ſub rubr. pœna mulieris matrimonium
cōtrahentis cum forenſe, fol. 156. non reddit il
lam incapacem, & maxime quia lapſum eſſet tem
pus a ſtatuto præfixum ad procedendum con-
tra eam, ut in ſtatuto, de tēpore ſtatuto in quod
accuſationes & denunciationes fieri debeant,
fol. 125. & poſtremo quia ſtatutum illud nun-
quam fuit receptum in vſu in Romandiola, & an
nis præteritis, cum in terra Bagnacaballi pote-
ſtas illius terræ Dom. Bartholomeus Nigrellus
vellet quendam Hebręum condemnare uirtute
illius ſtatuti fuit habitus recurſus ad Sereniſſimū
Principem noſtrum per me nomine illius Com
munitatis & fuit impoſitum ſilentium illi proceſ
ſui, nec exinde ullus amplius fuit inquiſitus ca
de cauſa, præter id, quod cum D. Eleonora fue-
21 rit nupta a fratre extra territorium † non debet
id ſibi nocere, Bal. conſil. 357. nulla mulier, num.
3.5. primo volum.

Tertius eſt caſus, ſecundum Do. Aduocatum
aduerſarium, quando ſtatutū excludit non ſubie
ctum, quia tunc alibi nupta eſt compræhenſa &
22 excluſa, † quæ dicitur non ſubiecta, ex gloſ. in c.
ſtatutum. §. cum uero, de reſcrip. in 6. & ex Bal.
Caſtr. & alijs citatis per eum, in quo quidem ca
ſu uidendum eſt, an uerum ſit, quod mulier alibi
nupta non dicatur ſubiecta, vel ſubdita, ſubin-
de uidebatur, quæ auctoritates in hoc puncto
præponderent.

** Quo ad primum uerissima & frequētiſſima**
eſt concluſio, quod mulier alibi nupta non mu-
tat originem, & remanet ſubiecta & ſubdita legi
bus ſuæ patriæ, præterquam in his, propter quæ
auocaretur a ſeruitijs uiri, unde in cæteris quæ
ſexui ſuo conueniunt, & in realibus eſt ſubiecta
23 iuribus † & ſtatutis originis ſuæ, ut in rubr. & in
d. l. prima, C. de mulie. & in quo loco, lib. 10. & ita
ſatis uidetur firmare Bal. in allegato conſil. 310.
num. 7. in 3. & declarat etiam Caſtr. in l. rei iudi-
catæ. §. fin. num. 7. ſupra etiam citatus. ff. ſolu. ma
trimon. ubi dicit, quod ſi in patria imponeretur
onus perſonale, propter quod cogeretur ſe ſub-
trahere a ſeruitijs uiri, non teneretur, ſecus ſi rea
li, quæ opinio etiam admittitur per Doctor. in al
legata. l. pen. ff. de iuriſdict. omn. iud. & eius men-
tis eſt Curt. ſen. pro contrario citatus in d. conſ.
27. qui loquitur in ſtatuto Ferrarię, & firmat eam
eſſe habilem, ut num. 41. & quam ſententiam in
his terminis, quod ſit ſubiecta & poſſit ſucce-
24 dere, † tenent plures ex ſupra citatis, Campeg. q.
71. Brun. qui idem vr renuere, 6. art. nu. 26. Rui.
conſil. 49. num. 9. in 2. & 112. nume. 10. ſecunda
colum. in 5. Alcia. d. conſil. 50. num. 14. 15. Plot.
d. conſil. 19. num. 33. Bero. d. conſil. 154. num. 2.
& 11. in 2. Paſet. d. conſil. 163. in princ. & Ceph.
d. conſil. 526. num. 37. Sed & præter illos, quod
talis mulier ſit ſubdita ſtatutis & legibus loci ori
ginis in alijs terminis tenent alij plures, Saly. in
l. 1. penul. colum. num. 15. C. de ſum. trin. & fide
cathol. Corn. conſil. 202. nu. 4. & 11. ſecundo uo-
lum. Capr. conſil. 21. num. 10. Curt. iun. conſil. 5.
nu. 42. ver. ſecundo reſpondetur, & Bero. q. 109.
num. 2. & ſequen.

Videamus modo, an auctoritates allegatæ in
contrarium his noſtris præponderēt. & certum
eſt, quod non: namque primo gloſ. in §. cum ue-
ro, non facit ad propoſitum, quia quo ad conue-
niendum habentem domicilium in aliquo loco
25 † forum domicilij præponderat foro originis,
ſecus eſt in alijs: Bald. uero in l. 2. num. 7. C. ut in
poſſeſſ. lega. loquitur in alia q. & licet in ea te-
neat filiam non eſſe ſubiectam ſtatutis, male ſen-
tit, & contra communem omnium ſupra citato-
rum, ſicut etiam in conſil. 411. num. 2. in primo,
loquitur in alia q. in qua tenet quo ad ſucceſſio-
nem mulieris filios ſuos eſſe admittendos ex ſta-
tuto domicilij nō originis, quæ eſt alia quæſtio,
in conſil. 226. num. 1. in 5. loquitur etiam in alijs
terminis, licet ibi teneat, quod ligetur ſtatutis
originis fauore filiorum, Signor. conſil. 166. nu.
17. tenet contra omnes, ex quo indiſtincte vult
mulierem eſſe penitus liberam a legibus origi-
26 nis, in quo puncto † omnes communiter diſtin-
guunt, unde merito damnatur in ſpecie a Corn.
d. conſi. 202. 2. & 5. colum. in ſecundo, & Brun.
in d. 6. art. num. 26. & Soc. in d. l. pen. nu. 6. Pan.
de Caſt. firmauit iſtam opinionem in terminis,
quod non ſit ſubdita, in conſil. 89. in ſecundo vo
lum. ſed male renuit quia in rei veritate tenet cō
tra communem, ut ex ſupra deductis apparet,
& propterea tam eius auctoritas, quàm eius aſ-
ſeclarum venit reiicienda, ut Crot. in §. diui. l. fi-
liusfamilias, num. 87. alias num. 79. ff. de leg. 1. Ti-
raquel. qui vno verbo citat Caſt. confuſe citan-
do tam tenentes pro, quam contra, in l. 1. in glo.
prima. 1. par. nu. 37. de legi. connub. Dec. in con-
ſil. 661. num. 6. licet ſequatur Caſtr. tamen loqui
tur in alio caſu diſſimili, nempe in filio ciuis ex
priuilegio, qui alibi natus erat, & fundat ſe etiā
ſuper inhabilitate ipſius reſpectu ciuilitatis, Ale
xan. conſil. 111. nume. 10. in 7. potius improbat
quam approbet opinionem Caſtr. cuius opinio
in caſu ſuo aduerſabatur, & potius tenet pro hac
parte ꝙ contra, Ferrat. caut. 59. nu. 4. tenet opi-
nionem Bart. ſed eam limitat in caſu, de quo per
Card. Zabar. in conſ. inferius diſcutiendo ſuper
quinto caſu, Alcia. in conſil. 323. quod forte eſt
conſil. 63. alias ſecundum impreſſionem eſt, con
ſil. 10. 2. lib. licèt uideatur dicere, mulierem ali-
bi nuptam non eſſe ſubditam, num. 4. tamen infe
rius, num. 6. tenet quod poſſit ligari, & tenet opi
nionem Bar. Rui. in conſil. 100. nu. 14. in 2. loqui
tur etiā in diuerſo caſu, nempe in originario ali-
bi habitante, & non ſuſtinente onera, & qui no-
lebat ſuccedere iure communi, ſed excludere fę
minam proximiorem profeſſam in monaſterio
ex ſtatuto, cuius beneficium ſibi non compete-
bat ſtāte alio ſtatuto aduerſante, ut per eum ibi,
num.

num.10.11.vnde ex diuerſis non infertur,l.Pa-
pinianus exuli.ff.de mino. Ceph.in conſilio 53.
quãdo extabat ſtatutum expreſſe excludens mu
lierem nubẽtem extra territorium & eius filios,
ut num,25,& is qui erat ſucceſſurus,nõ erat ori
ginarius & dubitabatur de ciuilitate, ut nume.
34.& in conſil.161.licet fateatur,mulierem nõ
ſubditam ex Caſtr.tamen loquitur in diuerſo ca
ſu , ne ligetur ut filius illi ſuccedere poſſit ẽt in
ſtatuto odioſo:nam eſt diſtinguendum inter fa-
uorem & odium,ut per eundem in conſil.171.
num.30.& ſequen.Petr.Ioan.Anchar.& D. Ge
rard.Mazzol.ſunt modicæ auctoritatis . & licet
Anch.quæſt.9. prima par.loquatur in his termi
nis,male tamen ſenſit,& contra communem,vl
tra quod loquitur in ſtatuto Regij quod copu-
latiue exigit omnes qualitates concurrere,& cõ
ſtat quod non uidit tot Doctores tenentes con
trarium in hoc puncto, quia forte cum eis tran
ſiuiſſet,vel iudicium ſuſpendiſſet.Dom.Mazz. in
conſil.86. fatetur mulierem non eſſe forenſem,
ſed non ſubditam,quod non eſt uerum.D. Rim.
iun. In conſil.15. loquitur etiam in alia materia
licet male ſentiat tenendo quod ſit nõ ſubdita ,
& in ſumma ſi percunctentur omnes tenentes
opinionẽ Caſtr. in his terminis apparebit quod
erunt pauciſſimi reſpectu noſtrorum ſupra cita-
torum:nec eſt faciẽda uis in auctoritate eorum
qui conſulendo in alijs caſibus adducunt etiam
pro fundamento opinionem Caſt.in dic. conſil.
quia non principaliter fundant conſultationes
ſuas in eo,ſed ex abundanti,vel pro ornatu con
ſilij potuerunt illũ allegare,vt ſæpe faciunt Do-
ctor. quando habent fundamentum reale , quo
mouentur ad conſulendum,quia adducunt alia
fundamenta minus vera,vel realia, ut facilius in
27 ducat†iudicem ad iudicandum pro eis,ut admo
net Soc.in conſil.35.colum.fi.3.volum.Gozad.
conſil.96.num.8.& Crot.conſi.110.num.18.&
ſequen.& potius ſtandum eſt Caſt. qui legendo
alias tenuit in d.§.fin.quam conſulendo, ſecun-
dum Crau.in tract.de antiq.tempo.1.par.§.pro
poſitum.num.48.

Quartus caſus proponitur ex aduerſo,quan-
do ſtatutum exigit, ut is qui eſt ſucceſſurus , ſit
ſubiectus ſtatutis & ordinamentis, ut exigit ſta-
tutum noſtrum, & tunc mulier alibi nupta non
28 admittitur,& ad hoc etiam adducuntur†nõnul-
læ auctoritates, quæ ut cæteræ nihil obſtãt:nam
primo opinio Bal.in rubr.C.ſi a non competen.
iud.loquens in originario, qui mutauit domici-
lium,ut nõ teneatur ſtatutis nouis loci originis,
propter nudum nomen, quem uidetur ſequi So
ci.conſil.271.num.9.in 2.& 79.num.11.in 4.&
Rui.d.conſil.200.num.13.non eſt vera, quia im
29 mo†originarius remanet ſubiectus legib.& ſta-
tutis loci originis, ut Alber.tradit in d.l.cunctos
populos.num.25.Rom.in conſi.39.in propoſita
quæſtione,in fi.& ſequitur Soc.in conſil.254.in
fi.in ſecundo, & Bal.in ſpecie reprobat Ruin.in
rubr.ff.ſolu.matrim.num.307.uerſ.ſecundo re-
ſpõdet.ubi dicit quod eſt falſum quod nudo no
mine remaneat ciuis,quia conueniri poteſt in lo
co originis etiam pro geſtis alibi, nec Soc. in d.
conſil.271. illum uidetur ſequi, ſcilicet colum.
fin.ante fin.tenet, quod quando ſtatutum prius
iniecit vinculum teneatur qui eſt caſus noſter,ex
quo omnia hæc ſtatuta vigebant tempore con-
tracti matrimonij per dictam Dom.Eleonoram,
ſicut etiam non vr̃ approbare illam opin.Soc. in
d.conſil.79.ex quo num.21. firmat originarium
teneri ad ſubeundum munera in loco originis ,
poſſem plures deciſiones Doctorum citare ad
oſtendendum,quod originarius cenſetur omni-
no ſubiectus ſtatutis & ordinibus loci ſuæ origi
nis & domino loci ſed ſolum hoc dicam , quod
in tantum tenetur ciuitati ſuæ originis quod po
30 teſt†cogi ad redeundum ad habitandũ in ea,per
tex.in l.fi.ubi Bar.ff.de decre.ab ordi.facien.Ro-
man.ſing.522.poteſt, & in muliere habitante ex
tra locum orignis Rom.in conſilio 59.in primo
dubio,& in eodem caſu Abb.conſil.17.ſecundo
dubio,2.uolum.Soc.Iun.conſi.76.num.33.& ſe
quen.In 3.& 76.num.8.& ſequen.4.uolum. & li
cet Alber.in ſecunda par.ſtatu.quæſt.10. teneat
mulierem alibi nuptam non ligari ſtatutis nouis
tanquam non ſubditã, licet teneatur ad onera ,
tamen eius opinio eſt falſa , cum imo ſit ſubdita
& ligetur ſtatutis, vt ſup.in præcedẽti caſu abun
de demonſtratum fuit, Bal.in allegato conſi.139.
in 5.non facit contra,ut ſupra reſponſum eſt. ſi-
cut etiam facit pro parte noſtra Bero. citatus ex
aduerſo in conſil.154.ſupra citato,num.11.ubi
tenet mulierem alibi nuptam ligari ſtatutis ſuæ
originis in excluſione ipſius,licet in eius hæredi
tate quando bona ſunt in loco domicilij ſeruan
da sũt ſtatuta loci domicilij, quod eſt diuerſum
a caſu noſtro .

Quintus & poſtremus eſt caſus, quando ſtatu
31 tum exigit quod onera ſuſtineantur,†& tũc ali-
bi nupta excluditur,ex conſil.Card.Zabar.135.
Titius,loquens in filio,quẽ ſequitur Fely.in pro-
œm.Grego.nu.41.in cap.ſuper eo,num.2. de te-
ſti.& in c.1.nu.31. de ſponſa. quem refert etiam
Curt.iun.in d.l.pen. num.7. ff. de iuriſdict.omn.
iud.Tiraq.in d.l.1.num.67.& Petr.Ioan.Anchar.
d.q.9.num.19.ſed & hęc obiectio minus cæteris
obſtat,quia omiſſo quod hæc opinio Card.poſ-
ſet reprobari & auctoritate ipſiuſmet Zabar. &
aliorum ſex conſulentium in d.conſil.101.inter
conſil.Fulg.qui in caſu ſtatuti Veronæ,quod exi
gebat non tantum acquirentẽ eſſe de iuriſdictio
ne communis Veronæ,ſed quod cum ipſo com-
muni & hominib.Veronæ ſubiret & faceret one
ra & factiones datios & collectas, & alias quaſ-
libet factiones, & iret cum communi Veronæ
ad exercitum caualcatas & alias quaſlibet anda-
tas,vt in princ.ipſius conſil. relatum eſt. reſpon-
derunt

derunt ſufficere quem eſſe ciuem,& habilem ad ſuſtinendum habitu,licet actu non ſuſtineret,qđ etiam tennerunt plures alii relati ſupra ſecundo caſu illam admittendo pro uera,& in caſu noſtro non officit,cum ſtatutum Feltri relatum per eum exigebat quod ſuccedere uolentes uel acqui re. re ſuſtinerent onera, & factiones realiter & de facto cum communi, quod non exigit ſtatutum noſtrum, quod procedit proprie in caſu.q.Bar. in d.§. item reſcripſerunt & ita aperte declarat Fely.in locis in contrarium citatis, & Ferrat. d: cautela 29.num.4. & cum habeamus in caſu hu ius noſtri ſtatuti deciſiones ſpecificas,Alex.Soc. Iun. & Ceph. ac in caſu alterius ſimilis ſtatuti, Paſet. & aliorum ſupra citatorum,quod ſufficiat habitu, licèt actu ciuis non ſuſtineat, ceſſat omnis ſcrupulus. Quorum opinio tãto clarius procedit,cùm nec Ferrariæ, nec Cotignolæ mulieres ad aliqua onera perſonalia grauentur, quo
32 fit ut non poſsit excludi a ſucceſſione † is, qui propter immunitatem non ſoluit onera, ut per Alex. in conſi.ex aduerſo citato, 11 1.num. 10.in 7.& in hoc ſtatuto noſtro, in indiuiduo Soc.Iu. d.conſ. 18.nu. 14.

Illud etiam non omittam in hoc puncto ſuſtentationis onerum multos fuiſſe eius ſententiæ,ut ſat ſit attinentes ciuis ſucceſſori in ciuitate ſuſtinere oner a,prout ſuſtinuit, & ſuſtinebat
33 D. Dionyſius huius Dominæ frater,† ut noluit Bar. in l.cum ſcimus.num. 3.C.de agricol.& cẽſit. lib. 11. quod etiam uoluerunt in caſu illius ſtatuti Veronę illi ſeptem cõſulentes, Soc.conſ. 292. 2.colum.uerſ.prima reſponſio.2.vol. Bert. conſi.51.num.3.& 4. ſecun.par. 1.vol. Boer. deciſ.272. num.2.& Soc.Iun. conſ.7.nu.15. 2.vol. & licet Soc.in d.Rubr.ff.ſolu.matr.nu.32. & aliqui ex modernioribus uoluerint reſtringere hãc Doctorum ſententiam,quando agnati uel attinẽtes in ciuitate ſuſtinent onera etiam pro abſentibus ,ut quia haberent bona communia,tamen eorum reſtrictio contradicit dictis deciſionibus Doct.ſupra citatis, qui expreſsè loquuntur,quãdo abſentes nulla habebant bona in ciuitate,vel communia, uel propria, quia aliàs quæſtio eſſet indubitabilis : & cum in caſu iſto conuincatur ex uerbis aliis & declarationibus ac exceptionibus dicti ſtatuti,non eſſe excluſas mulieres originarias,licet alibi nuptas,nõ debemus nos velle eſſe ſapientiores ſtatuentibus, qui id non expreſſerunt, & extendere legem duram & odioſam ad hunc caſum,quæ potius eſt reſtringenda & interpretatione prudentum frangenda,arg. l. cum Aquiliana. ff. de tranſact. pro ut de illa.l. tradit Alc.in l.ſi quis maior,in 4.pag.C. de tranſact.lato folio uolui ſcribere, ut oſtendam hanc ſententiam,ſecundum quam ſemper conſului,eſſe ueram & tenendam, & quòd quando a principio fui per partes requiſitus, quid in hoc dubio ſentirem, reſpondi me ita tenere, ſecundum ueritatem & iuſtitiam, hanc Dominam eſſe admittendam pro ſua quota ad hæreditatem fratris. Cupio tamen, ut inter partes ipſas procedat concor dium, & honeſta tranſactio , uel ſaltem fiat compromiſſum inter eas in uirum excellentem unum,uel plures, qui hanc quæſtionẽ dirimat, ut tractatum & concordatum fuit,cum non ob aliud ſcripſerim in hac cauſa, niſi ad ue rificationem eorum, quæ prius dixerim iuris eſſe motus fuerim. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit per arbitros electos pronunciatum mulierem hanc admitti debere.

ARGVMENTVM.

Quando ſit iudex competens feudi Dominus?

SVMMAE.

1 *Feudi Dominus non poteſt eſſe iudex competens ſi quis non eſt uaſallus ex litigantibus, ſed inueſtituram quærit.*

2 *Et hoc caſu eſt iudex Papa.*

3 *Eſt enim Dominus quando agitur inter duos uaſallos & non inter alios.*

4 *Non autem quando alter negat eſſe uaſallum.*

5 *Et idem quando eſt dubium an uterque ſit uaſallus.*

6 *Vel alter non oſtendit titulum,alter uero ſic.*

7 *Item quando unus prætendit eſſe feudum antiquum,alter uero eſſe nouum.*

CONSILIVM CIIII.

In Domino confido.

Reuerendiſſimus D.Epiſcopus Regij non poteſt eſſe iudex in cauſa ut dicitur mota p Illuſt. D.Aloyſium Picum, in quam petet inueſtiri de ſua parte feudi Caſtri Santi Martini ſpino, a d. Reuerendiſſimo epiſcopo & ſubinde petit ab Illuſt. Domino Galeoto Pico Domino Mirandulæ inueſtito de ipſo feudo dictam partem, ut prætenditur, ad ſe pertinentem, ſibi relaxari, & dimitti, ſi quidem quo ad primum caput inueſtiturę ipſe Reuerendiſſimus Epiſcopus Dominus directi non eſt iudex competens illius cauſæ,ex quo ipſe Illuſtris D.Aloy-
1 ſius non † eſt uaſallus nec inueſtitus, ſed inueſti-

ruram

ſtituram quærit, vt in indiuiduo poſt Innocen.
Hoſt.& alios per eum citatos, tenet Maria.Soc.
in cap.ex tranſmiſſa, nu.25. de foro competen.
idem in terminis tenet Abb. in capit.cæterum.
num.13. ubi Fely.num.7. 5.fallen.& Dec.num.
8.de iud.& Iaſ.in trac.de feud.11.par.de contro
uer.feud.5.conclu.num.9.& hoc caſu ſummum
2 †Pontificem eſſe iudicem ſcribit inter conſil.Ol
dra.quidam Iacob.de Cuticis,conſil.272.Reue
rende pater,per totum.quem ſequitur Felyn.nu.
6.4.fallen.& Dec.d.nu.8.

Quo ad ſecundum caput,tanto minus poteſt
eſſe iudex,& cognitor cauſæ cum ipſo Illuſtriſſ.
Do. Galeoto, vel fratribus, quia tunc dominus
3 feudi eſt iudex, quando cauſa†agitur inter duos
vaſallos,& non inter alios,cap.imperialem. §.pe
nult. de prohibi.feu.aliena.per Feder. & ita te-
nuit Bal.in conſil.216.fuit quidam, ultimo dub.
num.6.ſecundo volum. Alex.conſil.1.num.3. 5.
volum.Fely.in 5.fallen.num.7.& Dec.nu.9.poſt
alios in d.cap.cæterum,& probat text.in c.1.de
controner.inter vaſal.& alium.cui opinioni ad-
heret Iac.de S.Georg.in tract.de feud.in gloſ.&
dicti vaſalli.num.1.quam etiam tenet Cur.iun.in
tracta.feud.in 7.par.in 6.fallen.num.8. & Zaſ.in
d.par.11.3.concluſ.nume.8.ubi idem dicit, & ſi
alter ſit aſſertus vaſallus,quo fit,ut cum expreſſe
negetur Illuſt.D.Aloyſium eſſe vaſallum, quod
ipſe ſatis cenſetur fateri, ex quo petit inueſtitu-
ram,ceſſat omnis ſcrupulus: nam ſi quãdo alter
negat alterum eſſe vaſallum,dominus feudi non
4 eſt iudex † competens inter eos, vt per Dec.
d.cap.num.11.uerſ.quartus caſus. & Curt.in d.
7.par.num.4.prima limit. ubi dicit,quod hoc ca
ſu non tenetur citatus comparere ad allegandũ
declinatoriam,ex quo non eſt iudex ordinarius,
5 & idem quando eſt dubium,an uterque ſit†vaſal
lus,ut per Curt.illic 2.fall.num.5.quanto minus
quando ſumus in claris,quod non eſt vaſallus.

Quibus concinit id,quod pro limitatione re
gulariter ponit Soc.in d.cap.ex tranſmiſſa,num.
28.prima fallen.quod ſi alter non oſtendit titu-
lum,alter uero ſic,dominus feudi non cognoſcit
6 de ea†cauſa,ut etiam uoluit Fely.in d.cap.cæte-
rum.nu.9. 7.fallen.

Poſtremo cum ipſe Illuſt.Dom. Aloyſius præ
tendat eſſe feudum antiquum, & Illuſtriſſimus
Dominus Galeotus nouum, quo ad Illuſtiſſimũ
Dominum Ludouicum eius patrem, qui de eo
fuit inueſtitus, tamquam de re deuoluta, non
autem Illuſtriſſimus Dominus Galeotus pater ip
ſius Illuſt. Domini Aloyſii, ut ipſe prætendit,
etiam ex hoc capite prædictus Reuerendiſſimus
Dominus Epiſcopus non eſt iudex competens,
7 †ſecundum Iacob.de Belloui. relatum per Iaco.
de ſancto Georg.d.num.1.Aret.in d.capit.cæte-
rum.num.38.Cur.loco pręcitato 3.fallen.num.
5.& Iaſ.etiam citatus,in 4.concluſ.num.8.quod
etiam ante eos noluit Fely. in d.cap.d.7. fallen.
num.9. Et quia hic caſus (indicio meo) ſuperat
omnes difficultates,& veritas cõſiſtit in paucis,
vlterius non inſiſtam. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Tolluntur ea, quę poterant obſiſtere enar
ratis in ſuperiore conſultatione.

SVMMAE.

1 *Feudi dominus non poteſt eſſe iudex inter ſe ipſum,& prætenſum vaſallum,ſed ad curiæ pertinet cognitio.*
2 *Idem ſi inter duos lites oriantur,quorũ vnus vere non ſit ſuus vaſallus.*
3 *Idem ſi dubitetur, an ſit vaſallus nec ne.*
4 *Feudum præſumitur tentum vigore inueſtituræ.*
5 *Feudum ſi ſit conceſſum ad tempus illo elapſo finita eſt inueſtitura nec vllus eſt amplius vaſallus.*
6 *Et dominus poteſt alium inueſtire ſine aliqua priuatione primi.*
7 *Vaſallo ob pactum de renouando inueſtituram elapſo aliquo tempore non datur ius ad petendum renouationẽ reale, ſed perſonale.*
8 *Feudum datum ad tempus non poteſt dici ex pacto & prouidentia.*
9 *Inueſtituram non poteſt pètere filius ſi illam nunquàm accepit illius pater.*
10 *Nepotes ſuccedunt in feudo cum patruo.*
11 *Feudi in ſucceſſione filii intrant in locum parentis.*
12 *Feudi dominus non eſt iudex inter vaſallos ſi vnus oſtendit titulum & alius non.*
13 *Idem quando vnus dicit feudum eſſe nouum alius vero eſſe antiquum.*
14 *Et ſi dominus fecit nouam inueſtituram obligauitque ſe pro euictione & accepit pecuniam pro laudemio.*
15 *Clauſula, ſaluo iure tertii, cenſetur ſemper appoſita in inueſtitura.*
16 *Ius quęſitum non pendens reſeruatur ex clauſula, ſaluo iure tertii.*
17 *Inueſtituræ prædeceſſoris tenetur ſtare Dominus feudi.*

Præ-

18 *Prælatus poteſt infeudare caſtrum ſolitum in feudari ad ſe reuerſum ob lapſum temporis, vel caducitatem vaſalli.*

19 *Feudi dominus tenetur ſtare inueſtituræ ſucceſſoris ſui.*

20 *Succeſſor tenetur regulariter ad obſeruantiam contractus præceſſoris.*

21 *Feudum dicitur nouum ſi tanquam de nouo accipiatur inueſtitura, licet quo ad reliqua antiquum ſit.*

22 *Pares curiæ cum non extant, pro iudicio ad ordinarium eſt recurrendum.*

23 *Et ſi ex conſuetudine illi non iudicant, eſt adeundus ille qui ex conſuetudine eſt ſurrogatus iudex.*

24 *Feudalis controuerſiæ ordinarius ſemper eſt iudex.*

CONSILIVM CV.

In Domino confido:

EX adductis in prioribus allegatio-
nibus apertiſſime cōſtat Reueren
diſs. D. Epiſcopum Regij non eſſe
nec eſſe poſſe iudicem competen
tem in hac cauſa feudali, mota cō
tra Illuſtriſs. D. Galeotum & fratres de Picis per
Illuſt. D. Aloyſium eorum patruum, quæ funda
menta illic cōſtructa minime ſummtoa, vel con-
cuſſa fuere per allegata per Mag. D. Aduocatum
aduerſarium, licet ſubtilia & colorata videātur.

Namque quo ad primum noſtrum fundamē
tum quòd cum D. Actor prætendat Reuerendiſ
ſimum Epiſcopum teneri illum inueſtire de hoc
feudo, vel illius parte, dubium non eſt quòd cau
ſa agitur inter prætenſum uaſallum & dominum
1 quo caſu ipſe nullo modo † cognoſcere poteſt,
ſcilicet pares curiæ. c. imperialem. §. pen. de pro
hib. feu. alie. per Feder. & hoc caſu ſummū Pon
tificem iudicem eſſe voluit Old. ſeu quiſquis ille
fuerit inter eius conſilia, conſilio citato 272. &
in hoc omnes concordant ſcribentes in allega-
to capit. cæterum. de iud. & tenent Socin. & Zaſ.
alias citati, & quod hoc caſu ſi pares curiæ nolūt
vel non poſſunt cognoſcere, cognoſcat ſummus
Pontifex, trad. Menoc. trac. de retinen. poſ. reme
dio 3. num. 446.

Nec video quid ex aduerſo adducatur quod
huic fundamento reſpondeat, ſi quidem reſpon
ſiones allegatæ non percutiunt hoc fundamen-
tum, quando cauſa eſt cum domino, ut hoc caſu
extare dubium nō eſt, ſed quando diſputatur de
iuribus vaſallorum coram domino, & præſuppo
nitur nulla opus eſſe ab eo inueſtitura, nec ab eo
petitur, quia alioqui cauſa cenſetur eſſe cum do
mino, cum inueſtitura petitur, ut probatur in c.
1. de contentio. inter domi. & fidelem de inueſti
tura feudi, & hoc fundamētum (ni fallor) nullam
habet controuerſiam, vel difficultatem.

Secundum fundamentum eſt etiam (iudicio
meo) tutum, quòd ad hoc vt dominus ſit iudex
inter partes, oportet quòd vtraq; pars recogno-
ſcat ipſum in dominum, & vterque actor & reus
ſint vaſalli eiuſdem domini, & hoc ſit certum nō
dubium: ſi enim certum eſt alterum non eſſe va-
a ſallum, † certum eſt etiam ipſum nō eſſe iudicem.
cap. 1. de controuer. inter domi. & alium de be-
nefic. & hoc tenuit Iacob. de Beluiſ. in ſua diſtin-
ctione relatus per Bal. in titu. de inueſtitu. in ma
rit. fact. num. 6. Marti. de Laud. in d. cap. imperia-
lem. §. pen. num. 1. Afflic. in d. capit. 1. de inueſtit.
in mari. fac. num. 8. 12. & Marti. Silima. in trac. de
feu. num. 244. ver. quinto caſu, & Brun. conſ. 45.
num. 11. Menoch. de retinen. poſ. d. remed. 3. nn.
427. & hoc omnes admittunt citati in primis al
legationibus. ſi vero ſumus in dubio, & tunc idē
dicendum eſt quòd dominus non cognoſcit
3 † de cauſa, glo. in d. tit. de inueſti. in maritum fac.
in §. item ſciendum eſt, & probatur in titu. de le.
Conra. in §. ſi inter pares. ubi Bal. in princ. Alua
ro. Pet. de Rauen. & Feder. Schench. Mart. dic. §.
pen. num. 1. & Franc. Duaren. in commentar. ſuis
in conſuet. feu. cap. 20. tit. de iudi. competen. in
contr. feu. num. ſecundo, & ad hoc etiam plures
fuere citati in alijs ſcriptis qui uideri poſſunt.
Quo fit, ut cum certum ſit, nedum dubium prædi
ctum Illuſt. D. Aloyſium nullam habere inueſti-
turam, quam nunc petit ſibi fieri, nullo modo
cauſa ſit cognoſcēda per Reuerendiſ. Epiſcopū.

Non obſtant modo quę contra hoc fundamē
tum obijciuntur. Et primo regula dicti §. pen.
& auctoritates eorum qui illam tenent, q. ſ. inter
vaſallos Dominus ſit Iudex in cauſa feudi, quia
illæ procedunt quando conſtat ambos eſſe vaſal
los, non quando conſtat contrarium, vel ſumus
in dubio, ut ſupra.

Secundo non obſtat, quòd prædictus Illuſt.
Do. Aloyſius poſſit dici uaſallus & compræhen-
ſus in inueſtituris anteceſſorum ſuorum, qui fue
runt inueſtiti de hoc feudo pro ipſis & deſcen-
dentibus ſuis in perpetuū, ut in inueſtituris in iu
4 dicio productis, quarum uigore illud uidetur † te
nuiſſe olim Illuſtriſs. Dom. Galeotus eius pater,
l. quædam mulier. ff. de rei uend. & l. 2. C. de acq.
poſ. Namque primo non eſt uerum quòd ipſe Il-
luſt. Dom. Aloyſius, uel prædictus Illuſtriſs. eius
pater fuerit compræhenſus in inueſtituris anti-
quis, quæ non fuerunt factæ, ut dicitur ex aduer
ſo, pro filijs & deſcendentibus in infinitum, ſed
fuerunt limitatæ ad tempus 29. annorum tunc
proxime futurorum cōpletorum, quo caſu ela-
5 pſo tēpore finita erat inueſtitura & nullus † erat

am-

amplius vaſallus, Caſtr.in conſil.68. in caſu præ
ſenti, circa med. ſecundo uolum.ubi dicit quòd
elapſo tempore conuẽto poteſt dominus alium
inueſtire ſine alia priuatione,& quod eo caſu ex
6 tinctum ſit ius†inueſtiti,uoluit etiam Ruin.con-
ſi.167.nu.12.primo uolum.quod ſine dubio pro
cedit,ex quo non fuit in ipſis inueſtituris addi-
tum pactum de renouando inueſtituram lapſis
29. annis, quod etiam ius reale non daret in-
7 neſtito, ſed tantummodo † perſonale ad reno-
uationem, ſi Ang.credimus in conſil.184. ex ſe-
rie,colum.fi.& conſil.311.ex themate,in fi.vbi di
cit non propterea impediri ualiditatem inueſti-
turæ poſt tempus alteri factæ, & ſequitur Ruin.
d.conſil.167.num.13.

Quod autem Illuſtriſ.Dom. Galeotus dictum
feudum tenuerit vigore dictarum inueſtiturarũ
falſum etiam eſt,cum ex eis conſtet nullum ha-
buiſſe titulum,ſed verius eſt locum ipſum tenuiſ
ſe tanquàm incorporatum & unitum territorio
Mirandulæ, prout ſemper fuit ab immemorabili
tempore citra,& eo iure quo tenuit terram Mi-
randulæ eodem iure pariter & tenuit hoc Ca-
ſtrum, vel locum.

Et licet forte in inueſtitura facta Illuſtriſ.Do.
Ludouico fuerit dictum quod ipſe Illuſtriſs.Do.
Galeotus ceciderit a iurib. ſuis ob non acceptã
inueſtituram, quam ego videre non potui, cum
non fuerit tranſmiſſa, nõ per hoc ſequitur quòd
ipſe fuerit compræhenſus in antiquis inueſtitu-
ris,quarum tempus 29.annorum erat iam effiu-
xum, vt ſupra,& nõ poterat dici uaſallus,& ſi di
ctum fuiſſet, conſtito de errore annullaretur cõ
feſſio,l.non fatetur.ff.de confeſ.cum ibi no.quo
8 ſtante non põt dici hoc feudum ex pacto† & pro
uidentia,ut ex aduerſo dr citando Clar.& Hier.
Gabr.conſi.163.nu.15.quia non loquuntur quan
do ad tempus fuit conceſſum & lapſum ſit tem-
pus, ſed qñ in perpetuum. Vnde iuſte negamus
ipſum fuiſſe vaſallum. Et licet non teneretur pe-
tere inueſtituram,ex quo nunquam poſſedit,nõ
eſt tamen,ut poſſet dici compræhenſus, ex quo
non cõſtat etiam fuiſſe natum ante finitum tem
pus inueſtituræ, & hoc admiſſo quòd eſſet de
deſcendentibus antiquorum inueſtitorum,cum
etiam quia cum ipſe Illuſtriſſimus Dom. Galeo-
tus nunquàm acceperit inueſtituram poſtquam
9 ſucceſſit in ſtatu†Mirandulæ,delictum ipſius no
cuit filijs, Clar.ex aduerſo citatus in §.feudum.
quæſt. 66.verſ.ſed ſi feudum. Quod autem Illu-
ſtriſs. rei ſint vaſalli virtute antiquarum inueſti-
turarum negatur,cum immo Illuſtriſs.D.Galeo
tus veniat vigore inueſtituræ paternæ, cuius ui-
gore totum feudum habere prętendit, licet tan
to impertinentius prętendat Illuſtr.Dom.Aloy-
ſius duas partes ex eo ad ſe pertinere,cum omni
caſu, ſi ius foueret, quod expreſſe negatur, di-
midiam tantum illius petere poſſet, ex quo ipſi
10 pariter†patruo ſucceſſerunt.cap.1.in princ.uer.
his uero deficientib. in tit.de ſucceſ.frat.uel gra
11 di.ſucceſſ. in feu.quia intrant †in locum paren-
tis eorum.capit.primo,in princ.de ſucceſſ.feud.
Corn.conſil.24.colum.fin.in 2.Curt.in tract.de
feu.3.par.q.12.nu.34. & Zaſ.eo.conſimili tract.
8.par. de feu. ſucceſ.numer. 7. uerſiculo. ſexta
concluſio.& Clar.in §.feudum. quęſt.75. & alij
quos ſciens prætereo,pro qua ſententia ſcio fuiſ
ſe iudicatum me aduocante.

Tertium fundamentum quod ſi unus uaſallo
rum oſtendit titulum, alter non, dominus non
12 ſit iudex, ut uoluit Feli.alias citatus in d.c.cæte
rum.num.9. 7.fallen.& ante eum Soc.in cap.ex
tranſmiſſa,num.28.de foro compet.& Menoch.
de retinen.poſ.d.remed.3.num.419.adhue mili-
tat,nec tollitur ex reſpõſione ꝙ de titulo utriuſ-
que partis conſtet ex inueſtituris antiquis, cum
immo neutra ipſarum partium poſſit ſe fundare
in eis, lapſo tempore præfixo ad finien. inueſti-
turam,ut ſupra,& Illuſtriſ.D.Galeotus fundet ſe
in inueſtitura paterna,vt ſupra.

Quartum & ultimum fundamẽtum etiam ad-
hue militat, quòd ex quo prædictus Illuſtriſs.D.
Galeotus fundat ſe in noua inueſtitura,quæ pro
13 bat eſſe feudum†nouum, Reuerendiſs. Epiſco-
pus non poteſt eſſe iudex,prædicto Illuſt. Dom,
Aloyſio affirmãte feudum eſſe antiquum,ut pro
batur in c. 1. in tit. de inueſtitu. in maritum fac.
in princ.ubi Bald.num.1.& nu.6.poſt Iac.Beluiſ.
& eſt etiam text.in tit.an apud iud. vel Cur. ubi
Petr.de Rauen. & ad hoc fuere citatæ plures au-
ctoritates in primis allegationibus, quas omnes
limitationes approbat Pet.Duen.in regula 321.
feudi Dominus.in fi.cum enim negatur de inte-
reſſe domini qui fecit nouam inueſtituram, qui
tenetur de euictione rei,ut in dictis titulis proxi
me citatis & per Feder.Schenc. in d.tit.de inue
ſtitu.in marit. fac.in princ. ipſe non debet poſſe
cognoſcere de ea cauſa, ut etiam tenent alij in
alijs allegationibus. Quod tanto clarius proce-
dit,cum ſoluta fuerit pecunia pro inueſtitura ip-
14 ſa,ut hic factum fuit†pro laudemio Eguinar.in
tract.ſeud.in tit.de iudi.ad benefi.pertinent.c.3.
in prin.& Zaſ.par.11.nu.8.

Nec obſtant ea quę pro reſponſione ex aduer
ſo adducuntur. Et primo quòd Reuerendiſſ.Epi
ſcopus modernis non teneatur ad obſerua-
tionem contractus dictę inueſtituræ, ex quo in-
ueſtiẽs reſeruauit ius tertij, quia talis reſeruatio
ipſum non liberat ab obſeruatione contractus
ex quo illa clauſula,ſaluo iure tertij, cẽſetur ſem
15 per†appoſita in inueſtitura, ut per Brun.conſil.
13.in princ. & Pariſ.conſil.5.nu.26. in 1.uolum.
& tamen certum eſt quòd inueſtiens ſimpliciter
tenetur inueſtito de euictione, ut ſupra.

Præterea cum ius tertij ei quęſitum cenſeatur
16 †reſeruatum non pendens,vt per Brun.conſil.1.
nu.55.& nullum ius eo tempore competierit D.
Actori,ceſſat omnis ſcrupulus.

Nec

Nec eſt etiam uerum quòd ipſe Reuerendiſs.
D.Epiſcopus non teneatur ſtare inneſtiturę, fa-
ctæ per illum Reuerendiſs.Epiſcopum anteceſ
ſorem ſuum, qui Illuſtriſs.D.Ludouicum ante-
17 dictum de dicto feudo † inueſtiuit, quaſi quod
nulliter, iniuſte & indebitè id fecerit, Bald.in l.
emptorem,nu.6.C.loca.Bero.conſ.83.nu.10.in
1. Burſa.conſil.29.num.26.& 38.& Hier.Gabr.
conſil.83.num.38.& ſequen.cum negetur inue
ſtituram ipſam fuiſſe nullam,vel iniuſtam,quini-
mo præſumitur fuiſſe validam & legitimam ac
iuſtam.l.quoties.ff.de rebus dub.cum alijs cita-
tis per Alci.in tract.de præſnmp.reg.3. præſum
ptio.34.in ptinc.nec uideo ubi probetur iſta nul
litas,vel iniuſtitia.& quare lapſo tempore inne-
ſtituræ, quo ipſa durabat,fuerit opus aliqna de-
claratoria,& maxime quia nunquã fuerit petita
renouatio per ipſum Illuſtriſ.D.Galeotum,nec
dubinm eſt quòd poterat ille d.Epiſcopus infeu
dare caſtrum ipſum ſolitum infeudare & ad ſe
reuerſum,& propter tempus finitum inueſtitu-
18 ræ † & propter caducitatem vaſallorum,ut per
Abb.in capit.2.de feud.Clar. in d.§.feudum.q.
13.& Guliel. Redoan. in tracta.de rebus eccleſ.
non alienan.tit.1.§.ſimiliter dare in emphyteu
ſim,num.23.& ſeq.fo.25.& cum rite & recte ac
bona fide ſe geſſerit epiſcopus ille etiam ſecun-
dum opinionem Bal.& Bero. ex aduerſo citato-
rum tenetur ſucceſſor ſtare contractui prærde-
ceſſoris & maxime cum non præſnpponatur ſo
litam formam fuiſſe alteratam,uel mutatã, quo
caſu loqnũtur Burſ.& Gabr.in oppoſitum citati,
19 & quod ſueceſſor † teneatur ſtare inueſtituræ fa
ctæ per prædeceſſorẽ ſuum trad.etiã Redoan.in
d.tract.q.5. an & quomodo ex alienatione.&c.
§.ſed ſi locatio.num.27.& ſeq.fol.340.& Ceph.
conſil.168. numero 19.& 245.nume.44. Sicut
etiam tenetur regulariter ſucceſſor ad obſeruan
20 tiam † contractus prædeceſſoris,Ant.Gabr.lib.
3.ſuarum concluſ.in titu.de iure quęſi.non tol-
len.concluſ.5.nu.2.& ſequen. & Ioan.Galli.con
ſil.ſecundo,conſiliorum feudal. poſtremo loco
impreſſorum, nu.137.

Quod autem Illuſtriſ.Dom.Ludouicus ſciret
feudum non eſſe deuolutum & propterea ceſſet
euictio,eſt etiam falſum,quia immo erat deuolu
tum,ut ſnpra,& ſibi licuit accipere dictam inne-
ſtituram, quæ merito illi erat facienda,ex quo
poſſidebat illnd cum reliquo dominio & iuriſdi
ctione Mirandulæ,cui ſemper fuit vnitum,ut ſu-
pra, & utile fuit epiſcopatui facere dictam inue-
ſtituram, cum illud fuiſſet difficilis recuperatio-
nis,ut notiſſimum eſt. Nec eſt etiam uerũ quòd
hoc feudnm non poſſit dici nouum, quia immo
& ſi fuiſſet antiquum,cum uaſallus recipiat inue
ſtituram tanquam de feudo nouo, quantum ad
21 ipſum & concedentem dicitur † nouũ feudum,
ut expreſſe firmat Clar.qui ex aduerſo citatur in
d.§.feudum.q.8.uer.quæro nunc quid econuer
ſo. Vnde eum ſimus in feudo nouo, is qui præ-
tendit habere ius ex antiquo debet ordinarium
iudicem adire vt ſup.non Dominum feudi,cum
eo caſu pares iudicare deberent,ut in iuribus ſu
pra citatis,& Eguinar.d.cap.3.in princ.qui cum
22 non extent ad ordinarium eſt recurrendum † iu
dicem,Marti.Sili.in d.tract. feud.in d.rubr.quis
ſit iudex feudi.num.239.ſecunda colum. & Iac.
Menoc.in tract.de retinen.poſ.d.remed.3.num.
444. & quando extat conſuetudo ꝙ pares non
23 iudicant,iudex ille qui eorum loco † a conſuetu
dine ſurrogatur eſt adeundus. Cur.iu.in d.tract.
d.7.par.11.fallen.nume.13. Et cum negari non
poteſt,quin Reuerendiſ.D. Epiſcopus habeat in
tereſſe in hac cauſa & ſtatutum ſit a iure qnòd ip
ſe non poſſit eſſe iudex,certe etiam quòd id poſ
ſet redundare in damnum Illuſt.D.Aloyſii, non
propterea in præindicium ipſius Illuſtriſs.D.Ga
leoti poſſet ad ſunm fauorem renuntiare iuris di
ſpoſitionl. Et tanto minus cum non tantum mi
litet hoc ultimum fundamentum contra d.acto
rẽ,ſed plura alia ſupra defenſata clara & aperta.
Quod ſi in hac materia in caſu dubio ordina-
24 rius ſemper debet eſſe iudex † harum cauſarum,
ut per Bal.in d. tit.de inneſtitu. in marit.fae.nu.
1.quanto magis quando ex tot rationibns aper
tiſſimis & clariſsimis ac inconcuſſis fundamen
tis apparet ad eum omnino eſſe recurrendum.
Laus Deo Opt.Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Euictionis actio quando habeat,vel non habeat locum? Et quam cautionem debeat præſtare, qui promittit facere cautum & ſecurum.

Procurator principis, quando obliget ipſum principem,& præſumatur habere mandatum?

SVMMAE.

1 *Contractus ſtricte ſunt interpretandi.*
2 *Fideiuſſor vltra ſuum conſenſum non obligatur.*
3 *Euictioni non eſt locus re non tradita.*
4 *Actio euictionis,& actio imperfectionis contractus, ſunt contrariæ.*
5 *Fideiuſſor non tenetur de euictione vbi agitur de reſciſsione contractus.*
6 *Fideiuſſor non tenetur ad expenſas litis vbi actor propriè & ſtricte non ſuccubuit in cauſa.*

Ven-

7 Venditor non tenetur de euictione, quando citra iudicialem cognitionem emptori res de facto, uel per uim fuit ablata.

8 Promittens quem cautum & ſecurum reddere, intelligitur cum fideiuſſore.

9 Contractus aut in totum debet acceptari aut in totum refutari.

10 Quod procedit etiam ſi in mandato contentum fuiſſet, ut contractus certo modo fieret & mandator diuerſo modo contraxiſſet.

11 Ratificatio fit non ſolum uerbis, ſed etiam facto.

12 Agens ad fructus & penſiones ex contractu illum ratificare dicitur.

13 Agens uigore inſtrumenti nomine ſuo facti cenſetur illud approbare & ratificare.

14 Adminiſtrans negotia principis eo ſciente & patiente uidetur habuiſſe mandatum ab eo & ex ſuis contractibus ligatur.

15 Princeps non poteſt admitere ſuorum officialium contractus utiles, & damnoſos reprobare.

16 Mandatum in ſoluente præſumitur, ne de ſuo ſoluiſſe, & ſuum iactare uideatur.

17 Emptor ſi non habet rem uenditam propter factum ſuum non agit de euictione.

18 Delinquens circa rem non agit de euictione.

19 Emptor ſi voluit uſucapere rem venditam cum potuerit, amittit actionē de euictione.

20 Venditio facta ad menſuram non dicitur perfecta ante menſurationem.

21 Pœnitentia in contractibus emptionis factæ ad menſuram non habet locum ab eoque recedi non poteſt.

22 Nouatio propter coniecturas cenſetur facta & ex eis intelligitur receſſum a primo contractu.

23 Ut eſt ſi ſecunda obligatio plus cōtinet quam prima.

24 Item quando inſtrumenta repugnant et ſunt incompatibilia.

25 Item propter pactum diuerſum a primo ex interuallo factum.

26 Aſſenſus Cæſareus in allodialibus non requiritur.

27 Venditio habetur pro impleta, quando ſtat per emptorem quominus adimpleatur.

28 Mora nulla ītelligitur fieri vbi nō eſt petitio.

29 Intereſſe etiam lucri ceſſantis ſine mora non debetur.

30 Procurator tenetur oſtendere mandatum & ſe procuratorem docere.

31 Falſus procurator tenetur contrahenti ad id quod intereſt.

32 Procurator falſus de dolo tenetur.

33 Iuramentum in litem deferri poteſt contra procuratorem doloſum.

34 Actionem habenti nulla eſt ceſsio facienda.

CONSILIVM CVI.

In Domino confido.

ILluſtris Comes Antonius de Hippolytis Comes Gazoldi de anno 1564. accedente aſtenſu, & beneplacito Cæſareæ maieſtatis reſpectu eorum bonorum, in quibus neceſſarius erat aſſenſus, & reſeruato ſibi dominio ſub directo, ſeu utili, donec fuerit ei integraliter ſatisfactum, iure proprio & in perpetuum, & in liberum & expeditum allodium ſaluo prædicto aſſenſu uendidit & tradidit Magn. Do. Io. Franciſco Belleto generali Factori & Procurarori Sereniſsimi Domini Ducis Mantuæ omnes petias terræ ipſius Domini Venditoris ſitas in comitatu Gazoldi, quantitatis bubulcarū noningentarum, aut quantęcumque ſint, iuxta menſurationem faciendam cum alijs bonis reb. & iuribus in dicto contractu, & inſtrumento illius expreſſis, pro precio ſcutorum quadraginta auri in auro pro qualibet bubulca, & ad rationem bubulcę compręhendendo in dicto precio titulum & iuriſdictionem ac uaſallorum recognitionem & obedientiam, & alia iura illic expreſſa, de quo precio ipſe Magn. Factor, & Procurator promiſit ſoluere Dom. Venditori ſcutos mille auri intra 15. dies, alios ſcutos mille ad feſtū natiuitatis proxime futurū, & ſcutos duos mille, intra terminum octo menſium a tempore inſtrumenti inchoandorum, dummodo ipſe D. Comes redderet bene cautum prædictum Sereniſ. Ducem pro illis, & reſiduū dicti precii quantumcumque fuerit facta menſuratio, promiſit ſoluere d. D. Venditori intra terminum octo annorum tunc proxime futurorū, ita tamen ꝙ redderetur bene cautus & ſecurus prædictus Sereniſ. Dux pro dicto reſiduo, promiſitque ſoluere d. D. Venditori in recompenſationē fructuum in rationem quinq; pro centenario, cum pacto quod ipſe D. Venditor teneretur reddere bene cautum & ſecurum d. Sereniſ. Ducem pro dictis ſcutis quatuor milibus, & pro illo pluri, qđ Celſitudo eius ſolueret, quæ tamen cautio liberata eſſet & intelligeretur caſu quo legitime apparuerit d. Sereniſs. Ducem caute emiſſe a prædicto Do. Venditore, & caſu quo pendente tempore ad ſoluendū lis moueretur pro dictis bonis & reb.

venditis, ſiue illorum patte poſſet dic.uenditor exigere annuos liuellos partis nõ ſolutæ donec ſteterit Sereniſſimus emptor in poſſeſſione bonorum, non autem capitale precij, niſi prius declaratum fuerit illum caute emiſſe, vel præſtitus fuiſſet fideiuſſor pto dicta lite mota, ita tamen quod pecunias liuellorum exactas teneretur inueſtire, & quod ipſe Sereniſsimus Dux teneretur procurare aſſenſum prædictum a Cæſarea Maieſtate ſuis expenſis, cum conſtituto, promiſſione de euictione & alijs clauſulis ſolitis, præſtatione fideiuſſorum pro ipſo Sereniſſimo Duce de ſoluendo & alijs de quibus in inſtrumento ſuperinde confecto. Deinde illinc ad menſem facta compendioſa narratione conuentorum in dicto inſtrumento prædictus Magnificus Dominus Factor & Procurator dicti Sereniſsimi Ducis uolens ſatisfacere prædicto Comiti Antonio pro dictis ſcutis mille debitis pro primo termino & ab eo recipere debitas cautiones pro dictis ſcutis quatuor millibus. Ideo Dominus Theſaurerius cameræ prædicti Sereniſsimi Ducis in præſentia & de mandato prædicti Magnifici Domini Factoris dicti Domini Ducis Procuratoris, ut dixit conſtare litteris ſuis patentibus datis ſibi die uigeſimo. In præſentia quoque & cum conſenſu Magnifici Domini Nazarij Scopuli Auditoris, & Magnifici Domini Ioan. Pauli Medices de Luca Senatorum & Conſiliariorum Ducalium, & cum præſentia & conſenſu Magnificorum Dominorum Officialium Cameræ S. Celſitudinis ibi præſentium & nomine dicti Sereniſsimi Ducis recipientium dedit ſolnit dicto Comiti Antonio ſcutos mille auri in auro, & hoc ad computum precij terrarum liberarum & allodialium ſiue bonorum liberorum compræhenſorum in uenditione prædicta pro quibus ipſe Dominus uenditor illum abſoluit & liberauit & uolens cautum reddere dictum Sereniſsimum Ducem pro dictis ſcutis mille, ut ſupra ſolutis, & pro alijs tribus millibus ſoluendis præſentauit Illuſtrem Dominam Annam de Caſtillioneo eius uxorem, quæ certiorata per Notarium de contentis in dicto inſtrumento uenditionis ad eius plenam & claram intelligentiam cum ſolemnitatibus a ſtatuto requiſitis animo ſe principaliter & in ſolidum obligandi prędicto Sereniſsimo Duci pro dicto eius uiro pro euictione dictarum terrarum & aliarum rerum uenditarum quantum ſit pro ſumma & importantia dictorum ſcutorum quatuor millium pro parte ſolutorum & ſoluendorum inhærendo promiſsioni de euictione factæ per dictum eius uirum in dicto inſtrumento promiſit prædicto Magnifico Factori & Notario recipientibus & ſtipulantibus pro dicto Sereniſſimo Domino Duce & eius hæredibus pro dictis rebus, ut ſupra, uenditis, uidelicet prædicta ſumma & illarum parte aliqua prædicto Sereniſsimo Domino Duci, & ſuis, ut ſupra, ullo umquam tempore litem non inferre, &c. Quinimmo defendere ab omni perſona in iudicio & extra, tam in poſſeſsione quàm in proprietate ſub obligatione ſuorum bonorum, & in ſpecie etiam obligauit bona dotalia quæ perpetuo remaneant obligata dicto Sereniſsimo Duci pro eius cautione pro dictis ſcutis quatuor millibus ſolutis & ſoluendis, ita tamen quod dicta Domina Anna liberetur à dicta obligatione, quando conſtiterit dictum Sereniſſimum Dominum Ducem bene & caute emiſſe a dicto eius uiro, iuxta contenta in dicto inſtrumento, quam indemnem dictus Dominus Comes eius uir conſeruare promiſit & ambo ipſi DD. coniuges ſe obligauerunt quod ſolo dicto partis credatur de omnibus damnis & intereſſe ſine aliqua iudicis taxatione, nec non & renuntiauit ipſa Domina omnibus ſuis iuribus quæ habebat in dictis bonis ratione hipothecæ ſuarum dotium, dictus uero Comes Antonius impartitus fuit licentiam ipſi Magnifico Factori accipiendi tenutam & corporalem poſſeſſionem terrarum & rerum venditarum allodialium arbitrio ipſius, introitus antem feudalium & aliorum quorumcumque bonorum ſi quæ extant, ut ſupra, in uenditione prædicta compræhenſorum titulo ſimplicis locationis duraturæ vſque quo habitus & obtentus fuerit aſſenſus, ſeu beneplacitum a Cæſarea Maieſtate & ab alijs perſonis quibus obnoxia ſunt bona quatenus dictus aſſenſus habeatur infra octo annos, ut ſperari debet, conceſſit & locauit ipſo Magnifico Domino Factori & procuratori d. n. pro affictu, ſeu liuello loco vſus ipſorum bonorum & rerum uenditarum ſequuto dicto aſſenſu, de quo in dicto inſtrumento, non obſtantibus quibuſcumque caſibus fortuitis &cæt. Et vt latius in inſtrumento etiam ſuperinde confecto, & cum per Sereniſsimum Dominum Ducem dictus aſſenſus Cæſareus numquàm fuerit obtentus, nec realem & corporalem poſſeſsionem dictorum bonorum ipſe Sereniſſimus Dux habere, vel apprehendere curauerit, ſed permiſerit uenditorem ea poſsidere & ab eo acceperit pro mille aureis ſolutis reditum in rationem ſcutorum quinque pro centenario & anno per multos annos & demum mortuus fuerit ipſe Comes Antonius venditor relicto hærede eius uniuerſali filio primogenito Illuſtris Domini Comitis Camilli Caſtillionei prædicti, & relicta uſufructuaria prædicta Illuſtri Domina Anna eius uxore, quo Comite Antonio defuncto fratres illius armata manu poſſeſſionem bonorum hæreditariorum apprehenderunt & ingreſsi fuerunt, quaſi omnia eſſent feudalia & ad eos pertineant, & ſuper eis lis pendet cum dicto hærede inſtituto, demum mortua fuit prædi-

cta

cta Illuſt. D. Anna dicto Illuſt. Comite Camillo eius fratre hærede inſtituto.

Quibus ſtantibus quæritur, an dictus Illuſtris Comes dictæ eius ſororis obligatæ, ut ſupra, in ſecundo inſtrumento teneatur & cogi poſsit prędicto Sereniſsimo Duci ad reſtituendum dictos ſcutos mille ſolutos dicto quondam Comiti Antonio ad computum precij dictorum bonorum ut prætenditur pro parte eius ducalis Cameræ teneri, ex quo contractus ille non habuit effectũ, & reſpectu feudalium etiam habere nequit, & maxime cum præſupponatur prædictum Magnificum Dominum Factorem non habuiſſe mandatum ſpeciale ad celebrandum dictum ſecundum inſtrumentum, quod a tenore primi differre uidetur?

Secundo, quatenus actio dicto Sereniſsimo Duci cõpetat ad ipſorum repetitionem, an poſſit etiam repetere ab ipſo hærede fructus, uel reditus ipſorum bonorum huc uſque perceptos ſaltem in eam rationem, prout ſoluebat Comes Antonius?

Tertio, admiſſo quod poſſent omnia repeti ex eo quod ipſe Magnificus Factor non habuiſſet legitimum mandatum ad contrahendum, ut in dicto ſecundo inſtrumento, an ipſe Comes hęres antedictus aliquem regreſſum haberet contra ipſum Magnificum Dominum Factorem, qui mandato legitimo caruit & ſe procuratorem affirmauit?

Quarto & ſi nullum contra eum haberet regreſſum ex perſona ſua, an ſoluendo teneretur ipſe Sereniſs. Dux iura ſua cedere d. Dom. Comiti contra ipſum?

Super quibus omnibus petitur a me reſponſum pro veritate, cum non intendat ipſe Illuſtr. Comes cum illo Sereniſsimo ſuo Principe litigare ſi iniuſtitiam foueret, quibus omnibus maturè & diligenter conſideratis in eam ſententiam incurro, ut ipſe illuſtris Dom. Comes hæres ante dictus minime in aliquo teneař, quod breuiter ex infraſcriptis conſtare cenſeo, & primo, quia ex inſtrumento ſecundo promiſsionis & obligationis ipſius quondam Illuſtris D. Annæ non conſtat, quod illa umquam promiſerit, vel ſe obligauerit ad reſtitutionem horum mille aureorum caſu quo contractus non perficeretur & effectum non haberet, ut prætendit eueniſſe, ſed tantummodo ſe obligauit & promiſit pro euictione & defenſione in caſu euictionis bonorum uenditorum, ut ſupra narratum eſt, quo caſu obligatio illius ad alium caſum repetitionis partis precij ſoluti in caſu reſciſsionis, vel imperfectionis contrctaus extendi nõ poteſt, cum ſtri
1 cta ſit facienda† interpretatio. l. quicquid aſtringendæ, ubi Iaſ. num. 2. ff. de uerbor. oblig. quod in fideiuſſore tãto clarius procedit qui ultra ſuũ
2 conſenſum† non obligatur. l. ſi ultra, & l. blanditus. C. de fideiuſ. Abb. conſil. 75. colum. 2. uerſic. ſed his non obſtantibus. 2. uolum. Rolan. à Val. conſil. 58. num. 11. in primo uolum. & Dom. Riminal. noſter iun. conſil. 135. num. 8. & ſequen.

Certum autem eſt caſum hunc infirmationis, vel imperfectionis contractus maxime ob nõ traditionem rerum venditarum penitus differre a caſu euictionis, ꝓ quo eſt promiſſum, cũ
3 re non† tradita non poſsit agi de euictione. l. euicta. §. ſi ſeruus. ff. de euict. Bart. Ang. & Comen. in l. 3. ff. de doli ma. & met. excep. ubi Comen. ampliat etiam ſi ſit facta traditio, ſed non plena, ſequitur Gaſp. Cabal. de euic. in §. 5. num. 77. im-
4 mo iſtæ† actiones ſunt contrariæ, vt Bal. ad propoſitum probat in conſil. 296. queritur, ante ſi. volum. ſecundo, ubi reſpondit in caſu fortiori in quo fuerant res datę in ſolutum pro pecunia cũ reſeruatione, quod ſi res euinceretur, duraret actio prima, & quia res non fuerant plene traditæ nec tradi poterant, dubitabatur an poſſet agi vigore reſeruationis actione primæua. & concludit quod non, quia res non cenſetur euicta ex quo non fuit tradita. ſic etiam uidemus quod fideiuſſor, qui de euictione promiſit non tenetur niſi in illum caſum, nam ſi principalis venditor agat cõtra emptorem remedio. l. ſecundæ, C. de
5 reſcind. vendi. ad reſciſſionem contractus† fideiuſſor non tenetur, ut uoluerunt Petr. Cyn. Alber. Ang. Caſtr. & Fulgoſ. licet Bar. illic dubitaſſe videatur, in l. fi. C. de fideiuſſ. mino. & idem Alber. in l. 2. num. 20. & ſequitur Cabal. in d. tract. de euict. in §. 2. num. 20. & in tantum in hac materia fideiuſſoris obligati ſtricte eſt procedendum, ut ſi quis promittat ſoluere expenſas litis ſi actor ſuccumberet in cauſa, quod ſi perempta ſit illius cauſæ inſtantia propter quod actor tenetur ad expenſas, ut per Doctor. in l. properandum, in princip. C. de iudic. cum tamen non ſit proprie caſus, in quo fideiuſſor promiſit, quia actor proprie & ſtricte non ſuccumbit in cauſa
6 fideiuſſor † non tenetur ad expenſas ipſas, Bald. in conſilio 106. proponitur, ſecundo uolum. ubi ad finem, ad propoſitum ſcribit quod fideiuſſio eſt ſtricti iuris & verba debent proprie intelligi in qua proprie non conſtabat fideiuſſorem in eum caſum fideiuſſiſſe nõ tenetur, ſequitur Marſil. qui tamen Bal. conſilium citat ſub alio numero, ſecundum aliam impreſſionem, in ſingulari 313. diligenter.

Et licet, ut præſupponitur in puncto, bona uendita fuerint ablata, vel occupata per fratres venditoris, & poſſit etiam dici rem traditam fuiſſe per conſtitutum in inſtrumento appoſitum. l. quod meo. ff. de acquiren. poſſeſſio. non tamen propterea ipſa Domina, vel eius hæres poterat de euictione teneri, ex quo de facto & per vio-
7 lentiam, non† autem iudicialiter bona occupata & ablata fuere. l. fin. & illic omnes. C. de actio. empti. Nat. conſilio 181. num. 2. & Cabal. dicto §. 5. num. ſecundo.

Nec me mouet obiectio, quam fieri audio ex
parte ipſius Sereniſſimi Ducis. quod cum ipſe
Comes Antonius in dicto inſtrumento uendi-
tionis conuenerit quod teneretur bene cautum
& ſecurum reddere dictum Sereniſſimum Du-
cem pro dictis ſcutis quatuor millibus non po-
tuerit ipſe Magnificus Factor & procurator il-
lius alterare obligationem primam recipiendo
dictam fideiuſſionem arctiorem pro euictione
tantum, & non etiam in caſu imperfectionis &
reſciſſionis contractus, & cum exceſſerit fines
mandati non obligauit dominum. l. diligenter,
in principio, ff. manda.

Namque hoc motiuum facile ex pluribus tol
litur: primo enim non admitterem quod illa
clauſula, de reddendo illum bene cautum & ſe-
curum, poſſet intelligi de reſtitutione precij ſolu
ti in caſu imperfectionis contractus, ſed in caſu
euictionis tantummodo & in eum caſum cauen
dum erat cum fideiuſſore propter verba ipſa ge
8 minata† & ampla, iuxta tradita per Caſtr. & alios
in l. prima, in principio, ff. qui ſatiſda. cogan. Mar
ſil. in rubrica, de fideiuſ. numero 300. & Franciſ.
Herculan. in tracta. de cautio, de non offenden.
capitulo quarto, numero decimo, & ita in caſu
euictionis intelligit Speculator in titulo de em-
ptio. & venditio. §. primo, columna quarta, uer-
ſic. fideiuſſoris præſtatione, & columna ſequen.
quod ſatis aperte etiam cõſtat ex verbis ſequen
tibus dicti primi inſtrumenti, in quibus ſtatim
fit mentio de caſu euictionis & litis mouendæ
ipſi Sereniſſimo emptori, & verba ſequentia de-
clarant præcedentia. l. ſi ſeruus plurium, in fine,
ff. de legat. primo, & eſt notorium de conſuetu-
dine obſeruari, quod in contractibus venditio-
num & emptionum, cum petitur, vel promitti-
tur cautio, vt emptor ſit ſecurus, debet intelligi
in caſu euictionis. quæ cum ita ſint nec conſtet
dicta uerba poſſe habere aliam interpretatio-
nem, dicendum eſt ipſum Magnificum Procura
torem fines mandati non exceſſiſſe in hoc & ſic
dominum obligaſſe.

Secundo admiſſo quod illa verba aliud im-
portarent & procurator fines mandati exceſſiſ-
ſet, quid ad ipſam Dominam, quæ tantummodo
in caſu euictionis pro vero ſe obligauit in ſecun
do inſtrumento non in primo, nec eius uir in di
cto primo inſtrumento illam ullo modo obliga
uit, & certiſſimum eſt uxorem pro marito non
teneri, toto titulo, ne vxor pro mari. in rubro &
nigro, & res inter alios acta &c. Et cum ipſe Se-
reniſſimus Dux, ſi vult agere contra ipſum Illu-
ſtriſſimum Dom. Comitem hæredem ſororis, ne
ceſſe habeat ſe fundare in dicto inſtrumento ſo-
lutionis dictorum ſcutorum mille, non uideo
quomodo poſſit contractum ipſum pro parte
ad ſe faciente acceptare & pro parte contra fa-
ciente reſpuere, cum expeditiſſimum ſit contra-
9 ctum† aut in totum acceptari debere, aut in to-
tum refutari. l. cum quæreretur. ad fin. ff. de ad-
miniſtrat. tut. l. Caius Seius. ff. de manumiſſio. te-
ſta. Ancharan. in conſilio 207. in quæſtione, co-
lum. ſecunda, Soc. conſil. 125. colum. ſecunda, 3.
volum. Curt. iun. conſil. 147. num. 10. Cagnol. in
l. ſecundum naturam, num. 8. ff. de regul. iur. & in
l. ſecunda, quæſtio. 36. numero 148. C. de pact.
inter empto. & vendito. Tiraquel. in tracta. de re
tract. conuentio. in fi. numero 3. & ſequen. Nat.
conſilio 534. num. ſecundo, & ſequen. & Rolan.
conſilio 97. ad fin. primo uolum. quod procedit
etiam ſi ipſe princeps mandaſſet certo modo cõ
tractum faciendum eſſe, & mandator diuerſo
10 †modo contraheret, Salyc. in l. præterea, ad fin.
ff. manda. ſequitur Aret. in §. is qui, colum. 2. nu.
2. Inſtitu. eodem tit.

Tertio, cum ipſe Sereniſſimus Dux exegerit
per multos annos a dicto Comite interuſuria di
ctorum aureorum mille, proculdubio cenſetur
11 facto ratificaſſe dictum† contractum: ſicut enim
expreſſe uerbo poteſt fieri ratificatio, ita facto ta
cite. l. Paulus reſpondet. ff. rem ratam habe. & ad
propoſitum in exigente fructus, vel penſiones
uigore contractus quod cenſeatur dominus il-
12 lum† ratificare, tradit Bald. conſil. 184. ad intelli
gentiam, num. 4. & 5. ſecundo uolum. Alexand.
conſil. 117. uiſo proceſſu, num. 2. volum. 5. Dec.
conſil. 232. nu. 4. Pariſ. conſil. 33. num. 30. & 49.
num. 16. & 17. primo uolum. & Ceph. conſil. 51.
num. 17. & 18. ſed & agens uirtute inſtrumenti
13 nomine ſuo facti illud cenſetur † approbare &
ratificare, Alexan. d. conſil. num. 2. & Dec. conſi
lio 449. nume. 34. & ſequen. & plura ad propo-
ſitum ſcribunt Dec. & Cagnol. in l. ſemper qui
non prohibet. ff. de reg. iur. & poſſem in hac ma-
teria alios tenentes hanc concluſionem citare
quos miſſos faciam breuitatis gratia.

Quarto, cũ uerſemur in Factore Principis, &
ſic ex primarijs officialib. & qui ſoluit tam nota
bilem ſummam mille aureorum & de pecunijs
principis, & contraxit præſentibus conſiliarijs
& Senatoribus Principis ac interuenientibus
alijs officialibus cameræ, proculdubio præſumi
tur habuiſſe mandatum a dicto Sereniſſimo Do
mino Duce, pro ut in factoribus generalib. prin
cipis adminiſtratoribus, quod ex ſuis contracti-
14 bus ligetur† princeps ipſe, ſcribit Nat. conſ. 262.
num. 3. nam nec poteſt princeps admittere bo-
rum officialium contractus utiles, & reprobare
15 damnoſos, †ut tradit idem Nat. loquens in con-
tractu magiſtri introituum, in conſi. 428. in fi. &
quod mandatum præſumatur in ſoluente, ne ui-
16 deatur de ſuo ſoluiſſe, & ſuum† iactaſſe contra l.
cum de indebito, de probat. tradit Rot. deciſ. 2.
de cau. poſſeſ. & propriet. in antiquis, Dec. conſ.
425. dubio, num. 10. in fi. Crauet. in tract. de an-
tiquit. tempo. 2. par. num. 65. Soc. iun. conſil. 146.
num. 10. in 3. Bero. q. 39. num. 4. Anton. Gabr. in
tit. de procur. concluſ. 1. limit. prima, num. 6. Par-

pu-

putat.inter conſilia feudalia diuerſorum, conſil.
7.num.11.& Franc.Viui.1.par.ſuarum commu.
opin.opinione 207.quarta limitatio.ante fin.(&
quod credatur officiali aſſerenti ſe habere com-
miſſionem a principe,tradit Grammat. ex Rom.
per eum citato in conſil.13.num.14.in crimina
libus. ex quibus in hac ſententia reſideo quod
ipſe Sereniſſimus Dom. Dux dictum ſecundum
contractum impugnare nequeat,ſed omnino il
li ſtare debeat. Ex quo infero aliud fundamen-
tum quod cum facto & culpa ipſius Sereniſs.D.
Ducis contractus initus non habuerit effectum,
tum quia non conſtat illum procuraſſe & obti-
nuiſſe aſſenſum Cæſaris reſpectu feudalium, tũ
quia reſpectu allodialium, ad quorum computũ
fuit facta dicta ſolutio dictorum aureorum mil-
le & contractus uidebatur perfectus, non cura-
uit poſſeſſionem eorum apprehendere, quæ in
eum uidebatur ex conſtituto tranſlata & cui da
ta erat licentia apprehendendi illam,non poſſet
ipſa Illuſtris Do. Anna, ſi uiueret, uel nunc eius
hæres teneri de euictione, quatenus etiam poſ-
17 ſent dici res tuenditæ euictæ. l.ſi mancipium. in
princ.ff.de euictio.Riminal.conſil.205.num.11.
Bened.Capr.regula 87.nume.252.& 255.& nu.
271.ubi loquitur quando contra legem uendi-
tionis emptor uerſatus eſt, & quando deliquit
18 circa rem.quod non habeat actionem de † eui-
ctione,probatur in l.fundum, & ibi Bar. ff.de eui
ctio.tradit Cabal.in dicto tract.de euictio.dicto
19 §.5.num.42.& 50. nam ſi emptor † amittit actio
nem de euictione ſi noluerit uſucapere, cum po
tuerit, Bened.Capr.dicta regula 87.num.247.&
Cabal.d.§.5.nu.29.quanto magis ſi noluit perfi
cere contractum, uel adipiſci poſſeſſionem re-
rum uenditarum.

Nec dicatur quod cum contractus uenditio-
nis prædictæ fuerit factus ad menſuram, & ſic
fuerit conditionalis, nec venditio fuerit perfe-
20 cta † ante menſurationem.l.quod ſæpe.§.in his.
ff.de contrahen.emptio. & l.ſi in venditione.§.
primo,ff.de pericu. & commo. rei vend. Barto.
& Caſtr.in l.Iulianus.§.ſi Titius.ff.de actio.emp.
Boer.deciſio.183.num.8.cum alijs citatis per Di
dac.in cap. 3.pract.quęſtio.num.5.& ſequen. po
tuerit ipſe Sereniſsimus Dux a contractu ipſo re
cedere: quia licet contractus fuerit imperfectus
quo ad tranſlationem dominij & poſſeſsionis,
21 fuit tamen perfectus,ut partes † pęnitere, & ab
eo recedere non poſſent, ut declarat Afflic.di-
cens ita fuiſſe in eo conſil. iudicatum in deciſio.
280.nume. ſexto, quam ſententiam tenet etiam
Pariſ.conſil.59.num.4.& ſeq. & 64.num.14. 1.
uolum.& late Tiraq.d.tract.de retract.tit.1.§.1.
gloſ.2.num.26.

Rurſus tanto magis ipſe Sereniſſimus Dux te
netur ad obſeruantiam contractus ſecundi,cum
per ipſum a primo uideatur receſſum & facta
22 † nouatio primi contractus, quæ ex coniecturis
comprobatur, Riminal.conſil.22.num.11. Alb.
conſil.68.numero quinto, Cagn.qui dicit com-
munem in l.ſingularia, numero 102.ff.ſi cert.pe-
tat.& Ronchegal.in l.tertia, in princip.numero
18.in fi.& nume.ſequen. ff.de duobus reis,& in
propoſito illa eſt optima coniectura ſi ſecunda
23 obligatio † continet pluſquam prima,prout in
caſu iſto in multis continere cenſetur.l.ſi diuor-
tio,ubi Iaſ.& idem Iaſ.in l.qui uſumfructum, &
in l.ſcire debemus.ff de uerborum obligat.Bart.
& alij in l.penul. ff.de prætor.ſtipul.& Crau.con
ſil.167.num.3.& quando alterata eſt prima obli
gatio, Soc.conſil.62.num.23.in quarto uolum.
24 & quando inſtrumenta † repugnant & ſunt in
incompatibilia, ut hæc eſſe cenſentur, Bald. in l.
fin.C.de noua.Nat.conſi.650.numero 12.Dec.
conſil.464.numero 4.Anton.Gabr.tit.de noua.
concluſio.1.num.60.& Hieron.Gabr.conſi.81.
num.3.& Thob.Non.conſil.81.num.12.& idem
propter pactum diuerſum a primo ex interuallo
25 factum, † cenſetur a primo receſſum, Dec. dicto
conſil.464.num.5.& Crauet. conſilio 167.num.
9.Et tanto minus ab eo contractu recedere po-
terat reſpectu ſaltem allodialium, in quibus nõ
26 requirebatur † aſſenſus Cæſareus, ex quo preciũ
cenſebatur aſſignatum cuilibet rei, l. cum eiuſ-
dem, cum duabus ſequentibus. ff.de ædili.edic.
Bartol. Aret. & Iaſ.in dicta l.ſcire debemus, in
princip.& Tiraquel.in tract.prædicto,de retra-
ctu.tit.primo,§.23.gloſ.prima, numero 17.& ſe-
quen. quo fit,ut cum per ipſum Sereniſs. Dom.
Ducem ſteterit, ſibi uidetur imputandum & ha
27 betur † pro impleta, Bero.conſilio 155. numero
38.primo uolum.l.iure ciuili,& ibi late Cagnol.
ff.de regul.iur.

Concludo igitur tandem in hoc primo dubio
in quo cõſiſtit omnis neruus reſolutionis huius
quæſtionis, ipſum Sereniſſimum Ducem nullam
habere actionem contra d.Illuſtr.Do.Camillum
hæredem dictæ eius Illuſtris ſororis, nec ipſum
ei in aliquo teneri. ex cuius dubij reſolutione re
ſultat etiã ſolutio ſecundi dubij, quia ſi ſors non
debetur, vel peti non poteſt, tanto minus debe-
tur intereſſe, vel fructus pecuniarum & cum in
nulla fuerit mora conſtitutus ipſe Illuſtr.Comes
Camillu,s ex quo exceptionem habet qua poteſt
ſe tueri.l.lecta.uerſ.non enim.ff.ſi cer.pet.& vbi
28 non eſt petitio, nulla intelligitur † mora fieri.l.nul
la.ff.de reg.iur.vbi Cagn.& ſine mora non debe
29 tur intereſſe etiam lucri ceſſantis, ut per Docto
res in capit.cum venerabilis, de except.in l.uni.
C.de ſentent.quæ pro eo, quod inter.proferun.
Gabr.late concluſi.10. in princ.in tit.de ſolutio.
& libera.& in alijs locis, ultra quod cum Sereniſ
ſi.Dux non ſit ſolitus negotiari, lucrum aliquod
ei non deberetur, ut per Doc.in dictis locis.

Tertii ẽt & ultimi dubii ſolutio remanet ſup-
flua, quia ſi ipſe Sereniſsimus Dux agere non po
teſt contra dictum Do.Comitem nec illum di-

ꝯta de cauſa moleſtare, ſuperuacuum eſt quære-
re, an dictus D.factor, vel procurator qui nõ ha
bebat ſpecificum mandatum ad ea facienda te-
neatur ipſi Dom.Comiti, vel ſi ipſe Sereniſſimus
Dux teneretur illi contra eum cedere iura, verũ
vt Illuſt.Conſulenti etiam in hoc ſatisfaciam, ſu-
per eis etiam ſententiam meam aperiam.

Quo igitur ad tertium dubium admiſſo quod
ipſi Sereniſs. Duci ius & actio competeret ad-
uerſus dictum D.Comitem hæredem antedictũ
ex eo quod non ligaretur dicto ſecundo contra
ctu facto a dicto Magn. eius factore, non haben-
te, vt prætenditur ad hoc ſufficiens mandatum
(quod tamen ex ſupra deductis falſum eſſe con-
ſtat) certum eſt quod ipſe Magn.factor & aſſer-
tus ꝓcurator teneretur reficere omnia damna
& intereſſe paſſa & patienda per ipſum D.Comi
tem, vnde procurator contrahens tenetur oſten
30 dere mandatum ſuum † & docere ſe procurato-
rem, Bar.& omnes in l.1.C.credito.euict.pigno.
non debe.in l.ſi autem.§.item ſi fundum.ff.de ne
goc.geſt.& in l.procurator de euictione.nu.4.&
illic Caſtr.ff.de procur.in l.1.§.2.ff.de præto.ſti-
pu.in l.ſi procuratore falſo. ubi bonus tex. ff.de
condi.cau.dat.non ſequu. Ang.in l.4.in prin.ff.
de re iudi.Bald.Aret.& Alex.nu.3.in l.Ariſto.ff.
de acquiren.hæred.Alex.conſil.32.num.5.in 6.
& admittit Soc.conſil.154.nume.8.in 3.caſu.2.
uolum. & ſi non oſtendat, & inueniatur falſus
31 procurator tenetur † contrahenti ad id quod in-
tereſt.l.ſi uno.§.ubicunque, in fi. ff.loca.Alexan.
conſil.136.num.1. 6.vol.Soc.conſ.29.in 3.Nat.
conſil.262.num.11. & Vant.in tract.de nullita.
in titu.de nullita. ex defec.inhabili, ſeu manda.
comparen.nu.67.& ſequen.hoc enim caſu tene
32 tur de dolo, ex quo † faſſus fuit ſe procuratorem
cum non ſit, Bal.conſil.14.filiusfamilias.num.1.
1.uolum.Nat. conſil.588.num.10.in l.ſi inſtito-
rem, in fi.ff.ſi cert.pet. & ob dolum contra eum
33 poſſet † iurari in litem, Io.Bapt.Plot.in l.ſi quan-
do, numero 527. & numero 542. ubi vult eum
teneri ad duplum & ad intereſſe. C.unde ui. Et
cum certum ſit hoc caſu actionem ipſi Domino
Comiti competere, non eſt quærendum de quar
to & ultimo dubio, an ipſe Sereniſſimus Prin-
ceps teneretur cedere iura ſi quæ haberet con-
tra ſuum procuratorem fines mandati exceden
tem, quia ex quo ipſe habet actionem contra ip-
ſum procuratorem, ut in præcedente dubio, non
34 eſt opus † alia ceſſione, ad quam cedendam ipſe
Dom.Dux teneretur, iuxta ea quæ habentur in
l.quod debetur.ff.de pecul.& per Hierony. Ga-
briel.in conſilio 71.nume.8.& 9.ſuper quo non
inſiſtam ne fruſtra tempus centeram. Laus Deo
Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De eo, qui agit ante tempus ad fideicommiſſum, & an iudicium poſsit conualidari ex iure ſuperueniente?

Teſtatoris uoluntati, & contractui, quando quis non poſsit contrauenire.

Inuentarium quomodo ſit inchoãdum, & perficiendum, & quando hæres ob proprium dolum illius beneficio non gaudeat.

In reſtitutione fideicommiſsi, quæ ſint deducenda.

SVMMAE.

1 *Fideicommiſſarius decedens ante aduentum conditionis, ad hæredes non tranſmittit.*

2 *Fideicommiſſum redditur conditionale ob diẽ incertum.*

3 *Vocatus poſt mortẽm, non poteſt ante mortem uenire.*

4 *Et idem eſt pendente conditione.*

5 *Filius non poteſt uiuente patre agere ad vendicandum etiam bona propria à patre alienata.*

6 *Grauatus in diem, uel ſub conditione, poteſt cogi ad præſtandum cautionem & faciendum inuentarium.*

7 *Debitores hæreditarii non tenẽtur ad præſtationem cautionis.*

8 *Agenti ante diem, uel conditionem, duplicantur induciæ.*

9 *Iudicium motum poteſt conualidari ex iure ſuperueniente ex cauſa de præterito.*

10 *Secus, ſi ſuperueniat poſt concluſum in cauſa, poſt renunciatum probationibus, & ordine poſito ad ſententiam.*

11 *Exceptio de nouo orta admittitur poſt litis conteſtationem, non autem ſi oriatur poſt concluſum in cauſa.*

12 *Ius ſuperueniens conualidat iudicium, ſi libellus fuit aptus, & quomodo.*

13 *Conditione purificata pendente iudicio, non poteſt conualidari iudicium tanquam ex iure de nouo ſuperueniente.*

14 *Expenſæ litis ſunt ſoluendæ ab eo, cui iudiciũ conualidatur propter ius ſuperueniens.*

15 *Iudicium agitatum per filiumfamilias conſenſu patris non valet.*

16 *Poteſt tamen conualidari ſi accedat conſenſus poſt litem conteſtatam.*

17 *Legitimatus poteſt a ſupremo Principe reddi aptus ad ſuccedendum in bonis, ad quæ uocati erant nati ex legitimo matrimonio.*

18 *Quod habet locum in teſtamento nobilis, & ſubſtitutis præiudicatur.*

19 *Citatio ſubſtitutorum, quando non requiratur in legitimatione.*

20 *Et ſi ipſi approbent legitimationem.*

21 *Legitimatio eſt valida, licet nomen & cognomen non ſit expreſſum.*

22 *Nepos ſuccedit cum patruo quando tractatur de ſuccedendo auo paterno & quādo alias.*

23 *Teſtamentum dicitur approbaſſe qui habens ſcientiam teſtamenti adiuit hæreditatem.*

24 *Teſtamentum approbans non poteſt contrauenire facto defuncti.*

25 *Teſtatori contraueniens, quando ſibi præiudicet in fideicommiſſo reſpectu bonorum aliis relictorum.*

26 *Item reſpectu aliorum quæ ſibi deberentur.*

27 *Teſtatoris contractibus debet ſtare, nec illis contrauenire qui teſtamentum approbauit.*

28 *Et propterea non poteſt rem ſuam vendicare non facto inuentario, vel vbi hæreditas eſt ſoluendo.*

29 *Et idem eſt in filio, cuius rem pater alienauit in fideicommiſſario agente.*

30 *Et in hærede approbantis legitimationem & teſtamentum.*

31 *Hæres cum beneficio inuentarii non confundit ſuas actiones.*

32 *Et ſi inuentarium eſt nullum tenetur ſtare contractui defuncti.*

33 *Inuentarium debet inchoari intra triginta dies a die aditæ hæreditatis.*

34 *Et non debet differri inchoatio, ſeu proteſtatio facienda de eo.*

35 *Inuentarii beneficio non iuuatur qui ſe immiſcuit nulla facta de illo mentione niſi inchoetur intra 30. dies.*

36 *Inuentarium non valet niſi initium intra 30. dies accipiat.*

37 *Creditores hæreditatis ſunt citandi in confectione inuentarii.*

38 *Et qui ſunt certi, ſunt nominatim citandi.*

39 *Inuentarium ſpecifice et clare eſt faciendum, & quomodo.*

40 *Hæres, qui non poteſt contrauenire facto defuncti, facto inuentario, non abſoluitur, niſi doceat hæreditatem non eſſe ſoluendo.*

41 *Inuentariū non prodeſt nullo modo fraudem facienti.*

42 *Niſi bona fide omiſſio proceſſerit.*

43 *Secus, ſi dolus hæredis interueniat, & quomodo probetur.*

44 *Dolus autem colligitur ſi quis mentiatur quantitatem frumenti.*

45 *Idē ex clandeſtinā & nocturna aſportatione.*

46 *Quod procedit, licet agatur de dolo præſumendo contra minores & mulieres.*

47 *Inuentarii confectio eſt introducta, ne hæres furari, aut malignari poſſit.*

48 *Filius amouendo res hæreditarias, amittit ius abſtinendi ab hæreditate.*

49 *Inuentario qui proteſtatur ſe velle addere non excuſatur a dolo.*

50 *Et additio hæc in continenti debet fieri.*

51 *Et teſtes debent intereſſe confectioni, ut poſſint iurare, ſe nullæ malignitatis conſcios fuiſſe, ut requiritur.*

52 *Reſeruatio non debet fieri a iudice ſine cauſa iuſta.*

53 *Dominium eſt probandum teſtatoris pro parte agentis & quando per famam.*

54 *Exceptio etiam de nouo orta, quando poſt concluſum in cauſa admittatur.*

55 *Piſcatio non infert ad poſſeſsionem bonorum.*

56 *Identitas vt probetur ſaltem duo debent conuenire confines.*

57 *Dominium transfertur in maritum rerum æſtimatarum vxoris.*

58 *Hæres non tenetur reſtituere id, quod ex proprio contractu acquiſiuit.*

59 *Et tranſactio, per quam verus hæres ſibi acquirit, non ſolum prodeſt vero hæredi, ſed putatiuo.*

60 *Titulus ex ceſsione alio non conſtito, nihil acquirenti prodeſt.*

61 *Titulus vitiatur ratione incertitudinis.*

62 *Incertitudo efficit, ut cenſeatur ceſſus, uel uenditus dubius euentus.*

63 *Trebellianica non poteſt prohiberi filiis primi gradus.*

64 *Fideicommiſsi in reſtitutione ſunt detrahendæ pecuniæ ſoluta tam creditoribus quàm legatariis.*

65 *Idem eſt de dotibus maternis.*

66 *Item ſunt retinenda acquiſita per fideicommiſſarios.*

67 *Etiam ſi fuiſſet habita ex contractu geſto cum defuncto.*

68 *Alienationes ſunt illæ, ob quas res effectæ ſunt meliores & precioſiores.*

69 *Et illæ ſunt deducendæ ex fideicommiſſo & in illarum ratione attenditur tempus reſtitutionis.*

70 *Et has poteſt impenſas deducere in reſtitutione feudi.*

71 *Expenſæ quę deducentur meliorationesve in reſtitutione feudi?*

72 *Et quid ſi ſint factæ in extirpatione nemorũ?*

73 *Fructus fideicommiſsi pertinent ad filios grauatos, nec imputantur in expenſis ab illis factis, nec in Trebellianicam.*

74 *Fideicommiſſum reſtituendo eſt habenda ratio ſi grauatus liberauit rem a feudo, vel ab alio onere.*

CONSILIVM CVII.

In Domino confido:

A Deo ſcite, eleganter, & luculenter Clariſs. Iureconſultus D. Io. Ronchegallus, mihi maior honorand. merita cauſæ huius motæ per nobilem Do. Cęſarem Paſqualetum contra Magn. D. Camillum Paſqualetum pertractauit diſcuſſitque, ut omnem plenius diſcutiendi & ſcribendi cuiqu: etiam non mediocriter intelligenti occaſionem præripuerit. Vt tamen aliqua in parte prædicto Magn. D. Camillo ſatisfaciam requiſitus, vt quid iuris eſſe in ea ſentiam aperiam, breuiore quàm potero ſermone (ni fallor) oſtendam ſententiam latam in partib. damnoſis contra ipſum Magn. Dom. Camillum, ceu iniquam, & iniuſtam reuocandam eſſe.

Primo igitur pro fundamento præſuppono, quod prædictus D. Cæſar uiuente Do. Iulio eius patre vocato ad fideicommiſſum in teſtamento D. Zanoni eius patris in euẽtum, q aliqui ex fratrib. inſtitutis decederẽt ſine filijs, qui caſus euenit in perſonam Rener. D. Agamẽnonis nullum ius agendi habebat contra prædictum Dom. Camillum, nec ad reſtitutionem fideicommiſſi, nec ad cautionem præſtandam, & inuentarium de ipſis bonis faciendam, vt in iudicio egit: ſi quidem cum ipſe non eſſet vocatus, ſuperſtite patre in gradu proximiori, ut ex teſtamento prædicti D.
Zanoni conſtat, ſine actione agebat, contra vulgatam l. ſi pupilli. §. fin. ff. de neg. geſt. & poſito q
eſſet uocatus poſt mortem patris, cum dies mortis ipſius eſſet incertus, & ipſe potuiſſet patri tur
1 bato ordine † prædecedere, & fideicommiſſum
ad hæredes non tranſmittere, l. uni. §. ſin autem
aliquid ſub conditione. C. de cadu. tollen. & l. in
cauſæ, la 2. §. Pomponius, ubi Bal. ff. de minor. &
2 dies incertus † redderet fideicommiſſum condi-
tionale l. dies incertus, ff. de condit. & demonſt.
l. 1. & l. quibus diebus. §. quidam Titius. & vtrobique, Soc. ff. eod. tit. certum eſt, diem petendi fi
deicommiſſi non ceſſiſſe. d. l. 1. & l. cum hæres, ff.
quando dies leg. ced. nullum igitur ius, nullave
actio competebat ipſi Domino Cæſari ante mor
tem patris ad petendum fideicommiſſum, cum
3 etiam uocatus poſt mortẽ non poſſit ante † mor
tem uenire, l. peculium, § fin. vbi Bart. ff. de leg. 2.
trad. Pariſ. conſil. 18. num. 74. & conſil. 29. num.
47. & 159. ſecundo uolum. & idem eſt pendente
4 † conditione, Pariſ. conſil. 78. num. 37. eo. uolum.
& conſil. 8. nu. 23. & ſequen. 3. uolum. Crau. con
ſil. 10. nu. 15. Vbi etiam trad. ius alicui ante euen
tum conditionis non competere, quinimo non
5 poteſt filius uiuente patre etiam agere † ad uendi
candum bona propria per patrem alienata, Bar.
* quem cæteri communiter * ſequuntur in l. ſi con
ſtante, in princ. num. 62. & ibi Crot. num. 93. 2.
lect. & Rip. num. 99. ff. ſol. matr. ac Bellon. conſil.
24. numero 6.

Reſpectu uero cautionis petitæ, & inuentarij
faciẽdi idem erat, cum hæres grauatus in diem,
6 uel ſub conditione, fideicommiſſum † reſtituere
ad ea cogi poſſit, l. inter omnes, ubi Doct. ff. qui
ſatiſd. cogan. & toto tit. ut lega. uel fideicom. no.
caue. & in titu. ut in poſſ. lega. ff. & Cod. non au-
tẽ tertius poſſeſſor ad id cogi poteſt, ut hic erat,
& eſt, D. Camillus, qui non fuit hæres uniuerſa-
lis Dom. Agamẽnonis, ſed Dominus Iulius, ut in
ſuo teſtamẽto, ſed tantum erat legatarius, & ſin
gularis ſucceſſor, quo caſu nõ uidetur aliquo iu-
re cautum. ipſum ad id cogi potuiſſe, quod etiã
probatur in l. cum Arthemidoram, C. ut in poſſ.
7 lega. ubi decidit Imperator debitores † hæredita
rios non teneri ad huiuſmodi cautionem, & fa-
cit etiam l. 1. §. ſi hæres. cum ibi not. per Rip. in
2. prioribus colum. ff. ad Trebellia. ubi poſſeſſor
actione perſonali conueniri non poteſt, debuit
igitur reus abſolui cum uictoria expenſarum, &
8 duplicandæ erãt induciæ, ex quo ante diem, † uel
conditionem egerat, ca. 1. de plus petit. cum alijs
trad. per Docto. in l. pecuniam, ubi Dec. num. 10.
ff. ſi cer. pet. & Cagnol. in l. lecta, nu. 164. ff. eo. ti.

Et licet pendente iudicio conditio ipſa purifi
cata fuerit per mortem d. Dom. Iulij, quo caſu iu
9 dicium motum conualidari † potuiſſe uẽ iure ſu
perueniente ex cauſa de præterito, l. ſi rem. §. fi. ff.
de pign. act. ubi Bar. Bal. & Fulg. ff. de pign. actio.
Caſtr. in l. non poteſt uideri, in fine; & in l. non
quem-

quemadmodum, ff. de iudi. tamen admiſſa hac
ſententia pro uera, quę tamẽ non caret non me-
diocribus contradictoribus, ex pluribus in caſu
noſtro ſibi locum uendicare non poterat.
Primo, quia tale ius ſuperueniens ex purifica-
tione dictæ conditionis poſt concluſum in cau
ſa ſuperuenit, & poſt renuntiatum probationi-
bus & ordine pluries poſito ad ſniam, quo caſu
10 †minime agentem iuuare poterat, nec erat attẽ
dendum, Bart. in l. ſi mater, §. eadem, colum. fi. ff.
de except. rei iud. ubi etiam Com. nu. 4. colum.
fi. Ang. in l. uidendum, §. pen. ff. de petit. hæred.
Imola in l. ſi filius, qui patri, num. 5. ff. de vulga.
& pupilla. Caſtr. in dicta l. ſi rem. §. fina. Roma.
in l. ſi Titius, num. 13. ff. de verbor. obligatio. ubi
** Aret. 2. colum. dicit eſſe communiorem † ſenten
tiam, quæ obtineret in praxi, licet ipſe autumet
contrariam, quam pauciſſimi tenuere, eſſe uerio
rem, quam etiam tenet Alex. in conſil. 177. uiſo
themate, ante fin. 2. uolum. & conſil. 150. in cau
ſa, & lite, colum. pen. 5. uolum. Rom. & Aret. in
l. hæres quandocunque, ff. de acquir. hæred. Iaſ.
in princ. tit. de actio. in Inſtitut. num. 109. Negu.
in tracta. de pignor. 7. par. 2. memb. nu. 24. Clau.
in d. l. ſi Titius, num. 8. & Ant. ab Exea in lib. de
pact. num. 439. Cui ſententiæ optimè adſtipula-
tur deciſio Butr. Abba. num. 11. & Feli. num. 8.
in c. paſtoralis de except. quòd licet exceptio
11 † de nouo orta poſt lapſum temporis ad exci-
piendum, & litis conteſtationem, ſit admitten-
da, tamen ſecus eſt ſi oriatur poſt concluſum in
cauſa per iura in loc s per eos citata.
12 Secundo ius ſuperueniens † pendente iudi-
cio conualidat iudicium retroactum, ſi libellus
fuit aptus, in quo ius de pręſenti competens agẽ
ti deductum fuerit, non autem in diem, uel ſub
conditione, quia eo caſu eſt ineptus, & reijci
debet, l. non quemadmodum. ff. de iudic. adeo
quod ſi producto inepto libello, in quo aduenië
te conditione petatur aliquid dari, uel ſolui, &
ſuper eo fabricato iudicio purificetur conditio,
non poteſt tamen ex iure illo ſuperueniente cõ
13 ualidari iudicium, vel condemnatio † fieri, ita de
clarant Bald. 2. lectura, colum. 2. & ſentit Ang.
num. 1. & clarius Caſtr. in d. l. non quemadmo-
dum, in prin. quod & tenuit Alexan. in addit. ad
Barto. in d. l. non poteſt uideri. & ſequitur etiam
Claud. in d. l. ſi Titius, colum. fin. ult. limitat. at in
propoſito iſte eſt caſus noſter, agitur pendente
conditione uiuente d. Iulio, quod expreſſe legi-
tur in libello concluditur, ut condemnetur poſ
ſeſſor ad reſtituendum ſaltem poſt mortem di-
cti Dom. Iulij, uel ſaltem pro tunc conficere in-
uentarium, & cautionem præſtare. Ex quibus li-
quido conſtat, libellum ipſum ineptiſſimum eſ-
ſe, cum ad hoc, ut ius ſuperueniens agentem iu-
uare poſſet, opus fuiſſet præſupponere ius de
præſenti competere, ut pulcherrime declarat
Caſt. ibi: ergo neceſſario concluditur, opem nul
lam tale ius ſuperueniens iudicio moto afferre
potuiſſe, & per conſequens male iudicatũ fuiſſe.
Illud etiam non omitto, quòd in omni caſu
debuit actor condemnari in expenſis factis uſq;
14 in diem, quo tale ius † ſibi ſuperuenit, ut per Bar.
& Fulg. in dicta l. ſi rem, §. fin. cum quibus cœte
ri tranſeunt.
Secundo poſito, quòd fuiſſet deductum ius
de præſenti, iudicium agitatum per filiumfami-
lias fuit nullum non interueniente conſenſu pa
15 tris, cum vſusfructus bonorum † petitorum caſu
quo vel iniuſta ſententia, vel aliter uiuente pa-
tre obtinuiſſet, fuiſſet acquiſitus patri, l. cũ opor-
* tet, C. de bon. quæ liber. vt eſt communis * opin.
contra Bart. in l. fin. §. neceſſitate, C. eod. tit. & in
l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum. ff. de acquir. hæred.
ubi omnes tenent, non ſufficere quòd pater
16 conſentiret poſt litem † conteſtatam ad conuali
dandum iudicium, et hanc etiam opinionem te
net Aret. in conſilio 139. ſuper primo, Angel.
Aret. in §. pœnales. num. 15. Inſtitut. de actio. Ba
uer. in §. alienus quoque ſeruus, num. 20. ubi di-
* cit hanc eſſe communem * opinionem, Inſtitut.
de hæredi. inſtit. Alex. conſil. 59. uiſo proceſſu,
1. colum. 2. uolum. Bertach. in trac. de epiſcopo,
2. par. 4. lib. nu. 91. Ant. de Canar. in tract. de exe
cu. inſtr. 23. q. nu. 52. & Sebaſt. Vant. in tract. de
nullita. in ti. de nullita. ſniæ ex defec. inhabili, ſeu
manda. nume. 44. nec potuit nullitas hæc ſanari
per mortem prædicti Dom. Iulii patris agentis,
quia ſi non potuiſſet ſanari, ſi expreſſe conſenſiſ
ſet poſt cõteſtationem litis, ut communiter om
nes ſupra citati affirmãt, quomodo uolumus ta
citè per mortem ſanari, cum taciti, et expreſſi idẽ
ſit iudicium. l. cum quid, ff. ſi cert. pet. et expreſſa
magis nocent quam tacita, l. expreſſa, cum ibi no
ta. per moder. ff. de reg. iu.
Tertio cum prædictus Domi. Camillus ante
mortem prædicti Do. Agamemnonis, quo tem-
pore purificata fuit conditio fideicommiſſi, fue-
rit legitimatus per habentem poteſtatem a ſum
mo Pontifice et ab Imperatore latiſſimam et am
pliſſimam expreſſe, ut poſſet ſuccedere in hære-
ditate, et fideicommiſſo facto in teſtamento di
cti Dom. Zanoni, ſeu in ſubſtitutione quacumq;
quæ exigeret uocatum eſſe legitimum, et natura
lem, et de legitimo matrimonio natum, etiã ſub
ſtitutis non citatis, ex dictaque tam ampla le-
gitimatione omnis macula, et quæcunque labes
abſterſa, et ſublata ſit, dubio procul potuit in di-
midiam bonorum fideicommiſſo ſubiectorũ ſuc
cedere cum Do. Iulio patruo, et ſucceſſiue cum
dicto D. Cæſare, per ea quæ tam ſubtiliter quàm
copioſe adducit prædictus Magnificus Ronche
gallus: certum enim eſt, maxime cum tractaretur
de auferendo ius tantum ſpe, non re quæſitum,
legitimationem concedẽdo tam ample, ut in ca
ſu iſto cõceſſa fuit, Principem ſupremum potuiſ
ſe reddere ipſum Do. Camillum habilem ad ſuc
ce-

17 cedendum in dictis bonis, ad quæ tantum† uo-
cati erant nati ex legitimo matrimonio, ut abū-
de proſequitur Pariſ. allegato conſil. primo, nu-
mero 64. & ſequen. ſecundo volum. vbi quam-
plures auctoritates citat, & num. 85. & num. 86.
vbi etiam loquitur in teſtatore nobili, volens
18 hoc caſu poſſe præiudicare† ſubſtitutis, quod ét
trad. Gozad. conſil. 29. & 21. & idem Pariſ. con-
ſil. 28. num. 9. in ſecundo volum. & late Rui. ſcri
bens in legitimatione facta uirtute priuilegij no
ſtro ſimilis, ſi non eiuſdem, in conſil. 76. num. 9.
& ſeq. 3. uolum. ad quod etiam facit conſilium
Gozad. de hocmet priuilegio ſcribentis in conſ.
85. numero 11.

Nec hoc caſu fuit opus citatione ſubſtituto-
rum, ſtante poteſtate Com. conceſſa legitiman-
di uiuentib. vel mortuis parentib. legitimando-
19 rū, & citatis, & non† citatis intereſſe præſentib.
uel abſentib. ut trad. Bal. conſi. 119. quidam. nu.
3. 5. uolum. Gozad. conſil. 25. num. 15. & d. con-
ſi. 85. num. 11. & conſil. 92. num. 12. Rui. conſilio
104. num. 12. & ſeq. 3. uolum. Pariſ. d. conſil. 1. nu.
69. & ſeq. & conſil. 10. num. 131. & ſeq. eo. ſecun
do volum. & Soci. iun. conſil. 154. num. 11. ſecun-
do uolum. licet reſpectu Domi. Iulij citatio non
fuerit etiam neceſſaria, ex quo ipſe legitimatio-
20 nem expreſſe† approbauit. Soci. iun. conſil. 93.
num. 38. 3. volum. & quæ quidem legitimatio ni
hilominus ualida fuit, etiam quod nomen, & co
21 gnomen † matris ipſius Dom. Camilli non fue-
rit expreſſum, Alexand. conſilio 108. numero 3.
7. nolumine.

Et licèt ſciam, non leuem eſſe controuerſiam
inter Doct. num filius fratris ſuccedat cum pa-
truis in fideicommiſſo, ut per gloſ. & Doct. in l.
cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. & quan-
22 do tractatur de ſuccedendo auo† paterno, com
* * munior * * videtur ſententia, eum admittēdum
eſſe, ut per Dec. conſil. 1. num. 217. Cur. iun. conſi
lio 58. Gozad. conſil. 4. num. 16. Pariſ. conſil. 5. nu
mero 26. in 3. & Didac. Hiſpa. in lib. ſuarum pra
cti. quæſtio. cap. 38. ſol. 270. verſic. 9. ſecluſis. ta-
men hæc difficultas in caſu iſto ceſſat, ex quo fue
runt ſubſtituti uni, uel pluribus hæredum inſti-
tutorum decedentium ſine filijs, ſuperuiuentes,
ſeu præmortui uel præmortuorum filij nati, ſeu
naſcituri in ſtirpem, & in capita, per quæ ultima
verba neceſſario uocantur filij defuncti cum pa
truo, auth. ceſſante, C. de legi. hæred. alias eſſent
ſuperflua, quod non eſt tolerandum, l. ſi quan-
do, ff. de leg. 1. & ita firmant Soci. conſil. 69. col.
2. uerſicu. ideo autem dixit 3. uolum. Durant.
in tract. de arte teſtan. tit. 5. caut. 23. num. 4. Rui.
conſil. 130. num. 3. 3. uolum. Pariſ. conſ. 40. num.
32. in 2. uolum. & Soc. iun. conſil. 116. num. 17.
& 24. 1. uolum.

Tametſi etiam difficultas hæc ex alio ceſſet,
quia cum Dom. Cęſar defuncto patre tractet de
ſuccedendo Dom. Agamemnoni in dicto fidei-
commiſſo uigore dicti teſtamenti in uerſic. poſt
uero mortem dictorum omnium ſuorum filio-
rum, &c. ſi attendamus, pro ut uidetur attenden
dum, ex quo Dom. Cæſar uenit ad dictum fidei-
commiſſum ex perſona ſua non patris tempus
præſens, ſeu ſententiæ latæ cum Do. Camillus
ſit in pari gradu cum ipſo Dom. Cæſare ſucce-
det etiam in dimidia dictorum bonorum, quod
etiam innuit prædictus Magnificus Dom. Ron-
chegallus in ſuis allegationibus.

Quartò certum eſt prædictum quon. Dom. Iu
ſium approbaſſe teſtamentum prædicti Do. Aga
mēnonis, tum per aditionem hæreditatis, l. non
dubium, ubi omnes. C. de teſtam. cum maxime
23 de teſtamento ipſius Dom. Agamemnonis† no-
titiam habuerit, Pariſ. conſi. 2. num. 33. 3. uol. ex
qua approbatione non poteſt contrauenire† fa-
24 cto defuncti, & diſpoſitis ex teſtō, Crau. conſil.
257. & Gramma. deci. 103. nu. 147. tum ét per ap
probationē & ratificationē expreſſam in publi-
co inſtrō factam, quo caſu dubio procul hæres
ipſe nō poterat contrauenire, & ſibi† præiudica
25 uit in fideicō. ſi quid ſibi dēetur in bonis alii reli
ctis, ut in indiuiduo tradit Comen. cōſ. 109. teſta
tor inſtituit, 2. dub. & etiam reſpectu aliorum,
26 †quæ ſibi deberentur, Pariſ. conſil. 26. num. 33.
& ſeq. & conſil. 35. in fi. 2. uolum. & Soc. iun. cō
ſil. 144. num. 46. & ſeq. 3. uolum. Certum etiam
eſt prædictum Dom. Cęſarem fuiſſe inſtitutum
hæredem in teſtamento dicti eius patris, & hæ-
reditatem eius adiuiſſe, quo caſu tenetur ſtare
contractibus factis per Do. Iulium eius patrem,
27 eiſque cōtrauenire† minime poteſt, l. cum a ma-
tre, C. de rei uendi. Fulgo. conſilio 67. paterfami
lias, num. 2. & 3. Rui. conſil. 159. num. 24. in ter-
tio, Pariſ. conſilio 33. num. 81. in tertio, cum aliis
citatis per Tiraquel. in tracta. tit. 1. §. primo, gl.
9. numero 47. & ſequen. et Soci. iun. dicto conſi
lio 144. numero 48. et propterea non poteſt rē
28 †ſuam uendicare non facto inuentario, uel ubi
hæreditas eſt ſoluendo. Rui. conſilio 42. num. 3.
29 in 5. et idem eſt in filio, †cuius rem pater aliena
uit, Boer. deciſio. 23. num. 19. Durant. d. tracta.
tit. 11. cautela 8. ad fi. et in fideicommiſſario agē-
te trad. Pariſ. conſil. 48. num. 3. in 3. et in termi-
30 nis in hærede approbantis † legitimationem, et
teſtamentum, et alia huiuſmodi ſcribit Soci. iu-
nior conſilio præallegato 95. numero. 66. et ſe-
quen. tertio uolum.

Tota difficultas in eo verſari videtur, quia prę
dictus Dominus Cæſar prætendit ſe hæredem
patris, cum beneficio inuentarij, quo caſu eius
31 †actiones non cenſentur confuſę l. fin. §. in com
putatione. C. de iure deliber. gloſ. & omnes, in l.
debitori, C. de pact. Sed hæc difficultas ceſſat,
quoties inuentarium ſit nullum, argumen. l. quo
ties, ff. qui ſatiſd. cog. & l. 4. §. condemnatum, ff.
de iudic. & quòd inuentarium non ſolemne, vel
nullum non releuat hæredem, & propterea te-
nea-

32 aneatur ſtare † contractui defuncti,trad.Alexan.
conſ.30.nu.2.6.uolum. & Crau.conſil.225.nu.
12.Quod autem prędictus D.Cæſar beneficio in
uentarij iuuari non poſſit,quinque fundamentis
optime comprobatur.

Primum eſt quod prædictus D.Cæſar ſtatim
defuncto patre ſimpliciter, & ſine aliqua prote-
ſtatione inuentarij habens ſcientiam teſtamenti
paterni,quod ante mortem dictauerat,& ſubin-
de in continenti ſibi lectum fuerat mortuo teſta
tore,ut abunde in proceſſu probatum extitit, ſe
immiſcuit in hęreditate paterna, & oĩa bona in
ſuos vſus conuertit die noctuq; ex domo,in qua
teſtator habitare ſolebat,ad domum ſuæ habita-
tationis deferendo & deferri ea faciendo, ut ẽt
plene probatum eſt,deinde in ſe ipſum reuerſus
melius cogitans illinc ad duos menſes hęredi-
tatem patris adiuit per publicum inſtrumẽtum
cum beneficio inuentarij,quibus ſtantibus non
eſt admittendum inuentarium exinde factum,
ſibi prodeſſe debere,quia inuentarium debuit in
33 choari † intra triginta dies a die aditæ hæredita-
tis, d.l.fi.§.ſin autem dubius,quòd nedum factũ
nõ fuit,ſed nec vlla mentio de inuentario illinc
ad duos menſes habita eſt. Et in tantum hoc eſt
uerum,ut non debeat deferri inchoatio inuenta
34 rij,ſeu † proteſtatio facienda de eo,vt autumaue
rit Ang.in l.1.§.hęc ſtipulatio.nume.25. ff.ſi cui
plus,q̃ per l.Falc.& in trac.ſuo de inuentario,&
in alijs locis, non poſſe iuuari beneficio inuenta
rij q. ſimpliciter adiuit,ſeu in hæreditate ſe immi
ſcuit nulla de inuentario mentione habita,quaſi
fuerit certus de uirib.hęreditatis,cum quo tran
ſit Vital. de Camba.in tract.ſuo clauſul.in clauſu
la,nil noua.inuenta.confec.penden.col.4.quam
35 tamen opinionem ibi Imola moderauit, † niſi
hæres ſe immiſcens inchoauerit inuentarium in
tra 30. dies per dictum text.ſed & Pau.de Caſt.
in conſi.212.paſſus,in antiquis,alias 274.primo
volum.in nouis,licet reprobauerit Ang.ſenſit ta
mẽ infra breues dies hęredẽ debere de inuenta
rio proteſtari,& propterea Durant.in d.tract.ti.
11.caut.15.in fi.admonet, hæredẽ ſe immiſcen-
tem,vel gerentem ſe ſimpliciter pro hærede., ut
intra 30.dies inuentarium inchoet, & aduerſus
creditores tutus erit.

Et licet non deſint qui teneant ualere inuẽ
tarium etiam ſi intra 30.dies non fuerit inchoa
tum,modo intra tres menſes fuerit perfectum,
tamen nõ loquuntur,quãdo ſimpliciter ſe immi
ſcuit hæres, & bona poſſedit,& de eis ſuo arbi-
trio diſpoſuit per duos menſes, & poſtea adiuit
expreſſe, & recta uia cum beneficio inuentarij,
quo caſu repugnant auctoritates ſupra citatæ,
** tum etiam quia communior,**& receptior ui-
detur ea ſententia,quod inuentariũ non ualeat,
36 niſi initium † intra 30.dies accipiat, quam ſentẽ
tiam tenuit Ioan.Andr.poſt antiquos, quos ip-
ſe refert in addit.Spec.in tit.de inſtrum.edi.§.fi.
in uer.in huius autem.in uerbo,perficiat.gloſ.&
Ang.num.6.& ibi etiam Raphael in authen. ſed
cum teſtator,C.ad l.Falc.Ang.in d.l.fin.in prin.
poſt Vber.& Marſ.per eum citatos,& in §.ſi ve
ro poſtquam, eiuſdem l.Alber.in d.§.ſin autem
dubius, Abb.conſi.73. circa primum dub.num.
7.ſecundo volum.Ang.Aret.in tract.de teſta.gl.
112.qui B.ſciens, num.4. cui opinioni adhæret
Dec.conſil.633.num.2.& Durant.d.tit.11.cau-
tela 8.nu.2.& eam dicit communiorem Bellon.
conſil.68.num.4.

Secundum eſt,quòd ad confectionem ipſius
inuentarij ſunt citandi creditores prętendentes
37 † intereſſe in hæreditate,glo.in ver.fideicommiſ
ſarios,in §.hinc nobis,in Authen.de hære.& ſal
* ci.Bar.in d.l.fi.§.1.nu.3.& communiter*omnes
ibi,Guid.Pap.in tracta.de inuent.num.3.Franc.
Porcel.eo.trac.cap.2.num.3.uerſ.4.Abb.d.con
ſil.73.num.6.Durant.d.caut.ver.6.Dec.conſil.
251.num.5.& d.conſil.633.num.9.Crau.conſi.
89.in fi.& conſil.præallegato 225.in princ. quæ
citatio ſi non interueniat, inuentarium non ua-
let reſpectu non citatorum, Bar.in d.§.hinc no-
bis,num.6.& trad.quamplures ex ſupra citatis,
& Vital.in dicta clauſula, num.6.& Crau.d.ulti-
mo conſil.quicquid aliter uoluerit Bar.in conſi.
154.maritus,num.8.modo ad propoſitum, cum
non conſtet, prædictum D.Camillum fuiſſe cita
tum ad confectionem & publicationem dicti in
38 uentarij, qui tamen cum † eſſet certus, & hoc
ſciebat D.Cæſar,qui cũ eo litigauerat,& fere to-
tũ proceſſum cauſę principalis cũ eo agitauerat,
in quo omnia,de quibus ſupra in præcedentib.
fundamentis diſputata fuere, ſeu ſaltem ſciebat
ipſum propter contractus Dom. Iulij ſe præten-
dere creditorem, erat nominatim citandus, ut
per Doct.in d.l.fin.in princ.ubi Iaſ.poſt Alexan.
2.colum.verſic.quinto requiritur,ſequitur con-
cludenter ipſum Dominum Cæſarem non poſſe
ſe iuuare beneficio dicti inuentarij contra prædi
ctum Dom.Camillum.

Tertium eſt fundamentum, quòd inuenta-
rium ſpecifice & clare eſt faciendum, in eoque
omnia bona diſtincte, & clare, non autem ſub
39 inuolucro † uerborum,ſunt deſcribenda, decla-
rando ſigna & confines rerum, ut tradit Franc.
Porcel.in d.tracta.de inuent.c.3.in prin.& Abb.
d.conſil.73.num.7. ubi tenet, non ſat eſſe ſi ali-
qua prædia ueniant acceſſorie ſub alijs prædiis,
& late ponit Io.Bapt.Plot.in repet.l.ſi quando,
num.238.& ſeq.C.vnde ui.ubi loquitur tam de
hærede, quàm de alijs,qui ad inuentarii confe-
ctionem tenentur,& tenet inuentarium non ua
lere, & poſſe etiam iurari in litem contra confi-
cientem.Cum itaq. in inuentario confecto per
dictum Domi. Cæſarem fuerint deſcripta bona
in confuſo.& non diſtincte,clare,& aperte,ut ex
lectura ipſius cernere eſt, adeo quod nõ poteſt
diſcerni an hæreditas ſit ſoluendo,nec ne,& cre

dito-

ditores non poſſunt eſſe certi quid,& quæ bona
remanſerint in dicta hæreditate, dubio proeul
inuentarium ipſum minime prodeſſe debet ipſi
conficienti,quod maxime procedit,cũ ipſe non
poſſit contrauenire facto defuncti, etiam facto
40 inuentario niſi doceat † hæreditatem non eſſe
ſoluendo ut per Craue. d. conſil. 225. num. 12.
qui dicit id poſſe conſtare ex inſpectione inuen
tarij,ſi ſit ſolemniter,& legitime confectum. ſed
cum ex inſpectione ipſa inſpiciens non poſſit eſ
ſe certus de bonis ipſis,non dicitur hæres pro-
baſſe intentionis ſuæ fundamentum & propte-
rea repellendus eſt.

Quartum eſt quòd prædictus Domi. Cæſar
fraudauit inuentarium prædictum, cum in eo
non appoſuerit omnia bona hæreditaria, ſed
plura omiſerit deſcribere in eo, quæ in ueri-
tate conuincitur habuiſſe tempore mortis pa-
tris, tum ex propria confeſſione, tum ex teſti-
monijs quamplurium teſtium examinaturum,
de confeſſione ſua conſtat ex reſponſione ad po
ſitiones ſeu capitula in proceſſu appellationis,
fol. 12.2.facie. ubi fatetur parum ante mortem
habuiſſe quinque modia frumenti, quod nõ fuit
poſitum in inuentario, nec de eo ſe debitorem
hæreditatis conſtituit. De conopeo ſeu ſparaue
rio renſi cum cordellis uiridib. ſuppignorato de
monili unionum ſeu margaritatum cum lapide
precioſo, quem Balaſſium appellant, & de fron-
tali cum unionibus ſuppignoratis & redemptis
per ipſum Dom. Cæſarem ſtatim poſt mortem.
Apparet confeſſio eius propria in d. proceſ-
ſu, char. 16.2.fac. De magna quantitate frumenti
& maxime bonorum mobilium deponũt quam-
plures teſtes,& idem de farina, quæ erat penes
molẽdinnariũ,ut ex examine in cauſa producto
ſatis ſuperq; comprobatum apparet,quæ tamen
bona ipſe non poſuit in dicto inuentario,quo fit
ut ueriſſima ſit ea ſententia tenentium beneficiũ
inuentarij nullo modo fraudanti prodeſſe debe
41 re,quæ clare† probatur ex tex. in §. ſancimus, in
Auth. de hæred,& falci. in uerſic. ſi uero non fe-
cerit. ibi, ſed dabit ei pœnam exactio ſuæ mali-
gnitatis, cur tranſcenderit leges, ex quibus cautè
omnia agens nihil poterat damnificari. Et quod
hæres eo caſu beneficium in totum inuentarij
amittat de iure nouiſſimo, tenet gl. ibi in uer. lu-
crari. ante fin.& Barto. poſt Iacob. de Belui. in §.
hinc nobis, in d. auth. Dyn.& Bar. in l. reſcriptũ,
ff. de his, quibus ut indi.& in l. Paulus. ff. ad l. Fal-
cid. idem Bal. quando dolo hæres omiſit omnia
in inuentario conſcribere, in d. l. fi. §.1. num. 8.&
in auth. ſed cum teſtator, num. 17. C. ad l. falci.&
in d. l. fi. §. licentia, num. 3. quam etiam idem Bal.
tenuit conſulendo in conſil. 219. ſtatuto ciuita-
tis, num. 3. 1. uolum.& Dom. Corneus in dicta
authen. ſed cum teſtator. idem tenebat, & idem
Corn. refert in d. §. licentia, pen. colum. ubi fate
* tur hanc eſſe communem * opinionem. hanc ẽt

opin. ſentit Aret. in l. ſi de eo. §. ſi forte, num. 5.
ff. de acquir. poſſ.& Igneus in l. 1. §. ſi maritus, nu-
mero 29. cum qua etiam tranſit in l. 3. §. ſi quis
tabulas, num. 4. ff. de ſenat. conſ. Silla. cui etiam
adhæret Ang. in d. l. fi. §. illo,& quam tenet Abb.
in d. conſi. 73. circa primum dub. nu. 8. in 2. uol.
Guid. Pap. in d. trac. de inuent. nu. 5. quam etiam
tenet idem Guid. Pap. conſil. 42. num. 4.& conſi
lio 129. 2. colum. & Aret. in d. tracta. de teſtam.
in d. gloſ. 112. num. 18. in fi. ubi dicit quod opi-
nio gl.& Bar. ſeruatur in practica. hanc etiam ui
detur ſequi Dec. referendo Bal. in d. auth. ſed cũ
teſtator, in d. conſil. 633. num. 11. niſi bona fide
42 † omiſſio proceſſerit, quam etiã opinionem ſen-
tit Soci. iun. in conſil. 108. num. 42. in 2. uolum.
quibus ſi addantur Roma. in l. ſi prius ff. de noui
ope. nunc.& Grat. reſponſo 25. 2. lib. quos citat
prædictus Excellentiſſimus Domi. Ronchegal-
lus, qui etiam nònullos ex prædictis allegat, am
bigendum non erit hanc eſſe frequentiorem, &
** communiorem ** Doct. ſententiam pondere,
numero,& menſura, quicquid aliter ſenſerit Bel
lo. conſilio 30. in dubiis citatus, uel Porcel. qui
etiam non bene firmat pedes,& quę melioribus
rationibus, & ualidioribus comprobatur, quan
do maxime dolus hæredis interuenit, qui eo ip-
43 ſo comprobatur quod† apparet omnia non ap-
poſuiſſe, ut dicit Corn. in d. §. licentia, colum. fi.
& quando ſciebat res eſſe hæreditarias, Guid.
Pap. d. conſi. 42. num. 5.& in trac. de inuentario
num. 6. uel ubi hæres ſit mentitus uel uarius, ut
in caſu noſtro, in quo hæres ipſe tantum fatetur
fuiſſe modia quinque frumenti, cum tamen ad
effectum abducendi totum frumentum ex hor-
reis acceperit ſaccos ſexaginta ad naulum, quos
per plures dies tenuit & noctis tempore quam-
plures carerias frumenti abduxit, & habuit etiã
duo modia frumenti macinati, quod ante mortẽ
Dom. Iulii miſſum fuerat ad molendum, & tem
pore mortis ſuæ erat in molẽdinu his enim caſi
bus non eſt dubitandum, quin de dolo conſtet,
44 ut ad propoſitum de mentienre & uariante † ſu
per quadam quantitare frumenti, trad. Abb. d.
conſil. 73. nume. 7. & qui etiam dolus ex clande
ſtina, et nocturna aſportatione rerũ optime pro
45 batur, quia qui† male agit, odit lucem, cap. con
ſuluit, de offic. deleg. Craue. conſil. 36. num. 11.
cum aliis citatis per Io. Baptiſtam Plot. in d. l. ſi
quando, num. 130. et ſeq. quod procedit etiam
46 ſi agatur de dolo, præſumendo† contra minores
et mulieres, et ſimiles perſonas, quæ regulariter
ignorantia iuris vel facti excuſari ſolent, Craue.
conſil. 115. num. 5. etiam Plot. loco præallegato,
num. 132. et profecto uix crediderim, quòd un
quam opinioni cõtrariæ aliquis iuſtitiæ, et æqui
tatis amator adhæreret, ut prædictus Do. Cæſar
poſſit in dicto beneficio dicti inuentarii. in quo
tam aperte conuincitur eius fraus et dolus: ſi. n.
inuentarii confectio ad hoc introducta eſt, ne

hæ-

47 hæres malignari, vel furari† poſſit, & ne credito-
res, & legatarij defraudentur ſuis creditis, &
legatis, ut probatur in dicto §. ſancimus, in
prin. & trad. Bal. conſi. 265. inuentarium, in prin
cip. 3. uolum. & conſil. 48. num. 2. in 5. & Aret. in
d. l. ſi de eo §. ſi forte, num. 5. ff. de acquir. poſſeſſ.
quomodo uolumus admittere beneficiũ inuẽ-
tarii illi hæredi, qui conuincitur, & malignitate
vſum fuiſſe, & res hæreditarias ſurripuiſſe, certe
non eſt concedendum, alioqui erit reperta via
fraudandi creditores non deſcribendo in inuen
tario, niſi aliqua ad libitum hęredis. Et ſi conuin
cetur hæres aliqua omiſiſſe, ſat erit eum puniri
pœna dupli, quod de iure C. erat introductum,
d. l. fin. §. licentia, uerſic. illo uidelicet, & hoc mo
do creditores quia communiter accidentibus
nunquã poſſunt probare omnia bona, quæ omiſ
ſa fuerunt, cum ſecreta patrimonij ignorent te
ſtatoris ſuis creditis fraudabantur. Verius igitur
& æquius eſt, ut ex quo de fraude, & ſurreptio-
ne præſumendum ſit etiam alia bona æquiua-
lentia ad id quod prætendit ipſe Dom. Cęſar pe
tere poſſe in bonis Dǫ. Camilli relictis per Do.
Agamemnonem ſubtracta, ſurreptaque fuiſſe ex
regula, ſemel malus, de reg. iur. in ſexto quæ di-
cta ſint non animo ſugillandi dictum Do. Cæſa
rem & eius honorem (nec enim mei moris un-
quam fuit famę alicuius, & maxime nobilis uiri,
detrahere velle,) ſed pro defenſione iurium prę
dicti Dom. Camilli, ne ipſe defraudatus, & dam
nificatus remaneat, & Dominus Cæſar cum alie
na iactura locupletetur, contra reg. iura naturæ,
ff. de regu. iur. & l. nam hoc natura, ff. de con-
dictio. indebi.

Illud autem præmittere nolui, quòd cum ſi-
mus in filio, & ſic in ſuo hærede, qui amouit res
48 hæreditarias, † ius abſtinendi ab hæreditate de
iure ffſorum amittebat, l. ſi ſeruum. §. amouere, ff.
de acquiren. hæred. quod ius non uidetur etiam
correctum, ſecundum aliquos ex tenentib. con-
trariam opinionem, ut per Caſtr. in d. §. licentia,
2. colum. & Corn. colum. penult. quo fit, vt dicta
ſententia, quam ueram, & communem defendi-
mus, tanto magis in hoc hærede procedat, & ſi
cut ille non poterat abſtinere propter amotio-
nem, ita hic non poſſit ſe iuuare inuentario.

Nõ omitto etiam, quod proteſtatio facta per
procuratorem de addendo inuentario quęcum
49 que bona ad eius notitiam peruentura, †nõ ex-
cuſat a dolo, ut maluit Bal. in d. auth. ſed cum te
ſtator, & Corne. in d. §. licentia, quia Bald. ibi,
numero 15. intelligit, niſi prius de eis habuiſſet
ſcientiam hæres.

Præterea cum nulla fuerit aditio facta, quæ
50 †in continenti debuit fieri, ut per Guid. Pap. d.
tract. nu. 6. uel ſaltem infra menſem, ſecundum
Bal. in conſil. 383. quæritur, num. 8. in 1. vol. ceſ
ſat omnis ſcrupulus.

Quintum & vltimum fundamẽtum eſt, quòd
teſtes qui adhibiti ſunt confectioni inuentarij
non interuenerãt, quod conſtet, niſi publicatio-
ni factæ in palatio, & non viderunt bona, vt poſ
51 ſent iurare ſe nullius malignitatis† conſcios fuiſ
ſe, ꝙ exigitur, ut in §. ſi uero abſunt, & in §. præ-
cedẽti, in d. auth. & ꝙ teſtes res inuentariatas vi
dere hẽant, trad. Bart. in d. l. ſi. §. 1. num. 3. & ſe
quitur Iaſ. in prin. ibi col. pe. ver. 8. requiritur, &
Franciſcus Porcel. d. ſuo tracta. 2. c. num. 11. ubi
etiam exigit iuramentum dictorum teſtium.
idem etiam tenet Durant. d. cautela 8. uerſic. ad
hibeantur. ubi dicit non ſat eſſe ſi teſtes ſint præ-
ſentes ad uidendum ſcribi inuẽtarium, ſed opor
tet res omnes coram teſtibus adhiberi, ut eui-
dentius de bona fide hæredis appareat: quæ cũ
non conſtet interuenire, immo ex teſtibus exa
minatis contrarium cenſetur probatum quòd
ne bona aliquibus nota fierent nocturno tem-
pore, & clam abduci fecit, clara, & indubitata re
ſultat concluſio inuentariũ prędictum fuiſſe, &
eſſe nullum, & inualidum: nullamque opem d.
hæredi afferre poſſe.

Quinto principaliter dicitur fuiſſe male iudi-
catum, dum reſeruauit Magnificus Dom. iudex
a quo ius ſibi declarandi, an bona petita in 2. &
8. partita liſtæ productæ cum libello ſint com-
præhenſa ſub fideicommiſſo prędicto, quia cum
non conſtaret ea bona unquam remanſiſſe in
bonis, & hæreditate prædicti quon. Dom. Zano
ni debebat abſoluere, & non reſeruare, cum re-
ſeruatio ſine cauſa iuſta fieri non poſſit, quæ in
52 propoſito† non interuenit, ut tradit Bald. in l.
peremptorias. nume. 30. C. ſentent. reſcin. non
poſ. & in conſil. 100. egregie. 1. colum. & Alex.
conſ. 75. num. 1. in 7. uolum. & quòd hæc ſit cau
ſa iuſta appellandi, trad. etiam Bal. in conſil. 153.
num. 2. nouum dubium, eo. 1. uolum. & in termi
nis in reſeruatione facta ſuper declaratione bo-
norum ſubiectorum fideicommiſſo, Rui. conſil.
38. num. 6. & 133. num. 12. & num. 18. 5. uolum.

53 Et dubium non eſt, quin pro parte † agentis
deberet probari dominium teſtatoris, ut per
Craue. in allegato conſil. 61. num. 6. ubi plures
ad propoſitum citat, nec etiam hoc caſu ſat eſt
probare per famã, cum agatur petitorio, ut per
Alex. conſ. 139. nu. 9. uol. 6. Reſpectu etiam exce
ptionis nouiter ortæ, orto iure actori ex morte
patris, quatenus ſuper dicto iure ſuperueniente
fuiſſet procedendum, & ipſum attendendum, de
buit etiam hoc caſu admitti exceptionem nulli-
tatis inuentarii, quæ tunc opponebatur, & eo
54 †caſu putauerim ueram opinionem Dec. in d.
c. paſtoralis, nu. 8. de except. tenẽtis exceptionẽ
ortam etiam poſt concluſum in cauſa admitten-
dum eſſe, ex quo ius illud pro actore fuit admiſ-
ſum, ut æqualitas inter litigantes ſeruetur. l. fin.
C. de fruc. & lit. expen.

Non eſt etiam omittendum, ꝙ ex teſtib. exa
minatis pro parte agentis, non fuit probatum
do-

dominium, nec poſſeſſio bonorum, & terra-
rum nunc bonificatarum,& tempore mortis D.
Zanoni valliuarum ipſius Dom.Zanoni, licet te
ſtes deponant piſcatos fuiſſe in eis nomine di-
cti Dom.Zanoni, cum ex dictis piſcationib.non
inferatur ad poſſeſſionem bonorũ tamquàm ius
55 †ſeparatum a dominio,& poſſeſſione. l.ſi ager.
la. 1.ff.quibus mod.vſufr.amitta.Alex.in conſil.
57.num.6. volum.7. & Dec.conſil. 302.nume-
ro 19. & 23.

Præterea, nec identitas rerum uidetur bene
probata,quæ tamẽ probari debuit,ut ſaltem cõ
56 fines†conuenirent,ut per Corn.conſil.157.col.
3.& conſi.65.litera c.3.uolum.& non probatur
identitas,niſi teſtes ſciant antiquos, & moder-
nos confines,quod non eſt in caſu noſtro,Cra-
ue.conſil.57.num.7.

Reſpectu uero duarum poſſeſſionum poſita-
rum in territorio Bondeni.de quibus in ſecun-
da partita dictæ liſtæ,omnino erat abſoluendus
ipſe Dom. Camillus, cum ex inſtrumento dotis
datæ Do. Andreæ Carrario de Regio appareat,
Dom.Zanonum ipſas poſſeſſiones æſtimatas cer
to precio faciente uenditionem, & emptionem
57 dediſſe ipſi Dom.Andreæ, quo caſu†dubio pro
cul dominium in dictum Domi. Andream fuit
trãſlatum, vt optime tetigit Ronchegallus alle-
gata l.plerumque.§.ſi ante.ff.de iure dot. & in l.
quoties, C.eo.tit.cum alijs citatis per Tiraq.in
d.tract.de retract.§.1.gl. 14.num.20.& nu.108.
tit. 1. & dominium ipſum in eius filios & hære-
des tranſlatum fuit,l.cum hæredes,in prin.ff.de
acquir.poſſeſſ.& in l.in ſuis. ff.de lib. & poſthu.
quòd cum ipſe Dominus Agamemnon poſſeſ-
ſiones ipſas litigioſas, & in litigium per dictos
filios dicti D.Andreæ deductas ex tranſactione
acquiſiuerit non poſſunt modo aliquo compræ
hendi in fideicommiſſo dicti Dom.Zanoni,quia
hæres non tenetur reſtituere id, quòd ex pro-
58 prio contractu†acquiſiuit.l.poſtulante. §.fin. ff.
ad Treb.l.debitor.§.fi.ubi Paul.& Alex. ff.eo.ti.
& l.3.in prin.ubi Doct. ff.ad l.falcid. vbi decidi-
tur,hæredem non teneri reſtituere,quod ex trã
ſactione ſibi creditor hęreditarius relaxauit,quã
to magis ſi dominium erat alienum, & illud ex
tranſactione ſibi fuit quæſitum:ſtultitia enim,er
ror,vel factum contrahentis cum eo ſibi, & non
fideicommiſſario prodeſſe debet, facit etiam l.
uenditor ex hæreditate,ff.de hære.uel acti. uen.
& nedum tranſactio,per quam uerus hæres ſibi
59 acquirit,prodeſt uero hæredi, ſed etiam†putati
uo,quandoquidem illud habet ex propria nega
tione,l.imperatores,§.ſi.ubi Bar.& alii,ff.de trã-
ſact. & cum non poſſit hæres fideicommiſſario
præiuditium facere, ita etiam prodeſſe non de-
bet,d.§.fi.& tradit Bald.conſilio 349. ſuper eo.
num.6. 3.volum. Nec puto eſſe neceſſariam di-
ſcuſſionem,quam tetigit prædictus Magnificus
Ronchegallus,an dictę poſſeſſiones fuerint quæ
ſitæ Doml. Agamemnoni tantum, ex quo non
conſtat cœteros fratres acceptaſſe contractum
tranſactionis eorum nomine geſtum,l.ſi abſen-
tis.C.ſi certum petat.cum alijs citatis per eum,
quia etiam admiſſo quod omnibus fuiſſent quæ
ſita poſt mortem patris,ex quo in diuiſione ob-
uenerunt prædicto Domi. Agamemnoni, nullo
pacto dici poteſt eas in fideicommiſſum uenire,
per prædicta & propterea libere per Dom.Aga
memnonem legari potuerunt prædicto Do. Ca
millo, pro ut eas leganit.

Rurſus reſpectu bonorum euictorum per
Dom.Agamemnonem illis de Scotis,ea nõ poſ-
ſunt uenire in dictum fideicommiſſum,cum nõ
conſtet ex iuribus hæreditarijs quon.Dom.Za-
noni victoriam ipſam fuiſſe conſequutum,& po
tuiſſet ex aliis iuribus aliunde quæſitis,vel ex er
ronea, uel iniuſta ſententia euiciſſe,quo caſu ſi-
bi,& non fideicommiſſario acquiſiuit, d.l.debi-
tor,§.fi.ubi Doct.& licet Dom.Iulius,& Domi-
nus Hippolytus pater dicti Domi. Camilli fra-
tres in diuiſione facta inter ipſos omnes fratres
ceſſerint omnia iura ſua prædicto Domino Aga
mẽnoni in dictis bonis,& reb.ſuper quib.lis age
batur cum illis de Scotis,ut in dicto inſtrumen
to diuiſionis:tamen nihilomagis probatur bo-
na ipſa uenire in fideicommiſſum patris,tũ quia
eam ceſſionẽ nõ fecerunt tanq̃ hæredes patris,
tũ ẽt quia ea iura ceſſa potuerunt eſſe uana, &
nullius ualoris,de quo ipſi cedentes dubitarunt
& ſuſpicati fuerunt, ex quo omne commodum
& incommodum ceſſerunt ipſi Dom. Agamem
noni cum pacto expreſſo, ut pro eis nunquam
tenerentur de euictione,ut in ipſo inſtrumento
diuiſ.Nec ceſſio illa facta alio non conſtito, pro
bat quid,& quantum habuerint cedentes in di-
60 ctis terris,& bonis,& titulus † talis nihil acqui-
renti prodeſt,l.quod ſi in uenditione,& l.quod
ſi ſit.ff.de hære.uel actio. uendita. & uitiatur ti-
61 tulus † ratione incertitudinis, l.locus, ff. de ac-
quir.poſſ.Olda.conſil. 164.niſo priuilegio, Bald.
& alij poſt Dyn. in l.ſi ſic §. 1. ff.de lega. 1. & ibi
Pan.de Caſt. dicit habuiſſe de facto, & quod ta
lis titulus ad præſcribendum non prodeſt,& cẽ
62 ſetur uenditus,†uel ceſſus dubius euentus.l.ſi ia
ctum.ff.de contrahen.emp.ſequuntur etiam Ale
xan.& alii in d.l.locus.& Alex.in conſil. 28. ui-
ſis,colum.3.in 1. & conſil. 187. in hac cauſa,2.
colum.ad fi.2.uolum.Fab.de Mont.Sancti Saui.
in tracta. de empt. & uend. 6. memb. Bertran.
conſil.1.numero 107.2.par. priorum,et Balb. in
tracta.de præſcript.1.par. 3.par.princ.6.quæſtio.

Cæterum, licet ſtantibus fundamentis ſupra
cõſtructis,ex quibus clariſſime liquet, male fuiſ
ſe iudicatum et bene appellatum pro parte præ-
dicti Magnifici Dom. Camilli, et ipſe reus con-
uentus ueniat abſoluendus a petitis: tamen, ut
conſulenti morem gerem, qui me etiam uerba
facere ſuper detractionibus fiendis inſtitit,non

nulla

nulla etiam ſuper eis ſcribere operæpretium éſ-
ſe duxi, quorum etiam plura tetigit prædictus
Excel lentiſs. Ronchegallus.

Et primo dubium non eſt, quin conſideratio
ſit habenda in reſtitutione dicti aſſerti fideicom
miſſi, caſu quo reſtituendum eſſet, quod aperte
negamus per prædicta legitimæ & Trebelliani-
cæ tam quon. Do. Hippolyti, in cuius bonis ſuc-
ceſſerunt prędicti Do. Agamemnon, & Iulius ex
cluſo Domi. Camillo tunc non legitimato, qui
tamquàm naturalis in duab. unciis patri ſucceſ-
ſurus erat, allegata auth licet. C. de natur. lib. & ſi
militer ipſius Do. Agamemnonis, quæ legitima
& Trebellianica aſcendũt ad dimidiam partem
partium ipſorum grauatorum, c. Raynutius, & c.
Raynaldus, de teſtam. & l. iubemus, C. ad Treb.
Et licet teſtator prohibuerit Trebellianicam fi-
lijs primi gradus, tamen non valuit eius prohi-
bitio, d. l. iubemus. & quamuis hæc opinio pro-
pter multitudinem aduerſantium & tenentium
contrarium habeat aliquam difficultatem, tamẽ
63 quòd non poſſit † prohiberi, eſt magis * * com-
* * munis, & ſecundum eam quotidie iudicatur, ut
ample comprobat Cagno. in l. Papinianus. §. me
miniſſe, num. 11. ff. de inoffic. teſtamento. quod
etiam trad. Soci. iun. conſi. 31. 1. uolum. & ibi Pa
riſ. in ſubſcriptione, & conſil. 137. num. 7. eo. uo-
lum. ſecundum quam dicit obtinuiſſe, & con-
ſilio 28. num. 2. 2. uolumine, ſecundum quam
opinionem audiui ſemper in hac ciuitate fuiſ-
ſe iudicatum.

Secũdo debent detrahi. oẽs quãtitates pecu-
niarum ſolutarum per d. Do. Agamemnonem
& Domi. Hyppolitum tam creditoribus quàm
64 † legatarijs dicti quon. Dom. Zanoni, etiam ſi ſo
lutio facta fuerit de fructibus hæreditatis ad ip-
ſos hæredes pertinentibus, Fulgo. conſil. 81. fa-
ctum ſuper quo, num. 2. Rui. conſil. 135. num. 10.
in 3. uolum. Pariſ. conſ. 55. num. 27. etiam in 3. &
Boer. deciſ. 44. num. 9.

Tertio etiam debent detrahi dotes maternæ
65 ipſorum fratrum, quas † poſſunt retinere graua-
ti fideicommiſſo uniuerſali, Caſtr. in conſil. 164.
uiſa facti narratione, in princ. in antiquis, Soc. in
l. debitori, nu. 9. & Dec. num. 5. C. de pac. & idem
eſſet de quotunque alio debito hæreditatis præ
dictæ, in quo ipſi fuiſſent creditores, ut per Do-
ctores ibi.

Quarto debent deduci omnia bona acquiſita
per omnes ipſos fratres, quæ obueniſſent in di-
uiſione ipſis domino Agamemnoni, & Doml.
Hyppolito, uel per ipſum Do. Agamemnonem
66 tantum: ea namque non ueniũt † in fideicommiſ-
ſum, l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill.
Bal. conſil. 300. tam legitimam, nu. 4. in 4. uol. &
291. licèt de multis, in prin. in 5. etiam ſi fuerint
acquiſita de fructib. bonorum hæreditariorum
Bertran. conſ. 283. num. 5. 1. par. prior. Caſt. con
ſil. 77. uiſa facti, num. 2. in 2. uolum. nouiſſimorũ
9 eſt conſilium ſupra citatum 164. in antiquis
Alex. conſil. 201. in prin. in 6. uolum. Pariſ. conſil.
51. in princ. & 55. num. 21. 2. uolum. quod proce
dit, etiam ſi ea bona fuerint per eos acquiſita
per contractum confirmatum morte teſtatoris,
Corn. conſil. 228. litera h. in 4. uel habita ex con
67 tractu geſto † cum defuncto, Bertran. conſi. 367.
num. 1. in 2. par. priorum, & conſil. 161. nu. 11. 3.
uol. poſteriorum. & idem eſt etiam ſi tamquam
hæredes contraxerunt, Corn. conſil. 196. col. 4.
in 2. & conſil. 17. colum. fi. in 4. quorum plura te
fert, & ſequitur Grau. conſ. 144. num. 4.

Quinto deducendæ ſunt omnes impenſæ fa-
ctæ per dictos fratres in bonificationibus & me
liorationibus bonorum ſubiectorum fideicom-
miſſo, per quas res ipſæ effectæ fuerunt melio-
68 res, & pretioſiores, hæc enim dicuntur † meliora
tiones, Caſtr. conſil. 377. num. 1. 1. uolum. Alex.
conſil. 162. num. 1. in 7. & Boer. d. deciſ. 44. nu. 6.
Et dẽt attendi tp̃s reſtitutionis, quo habetur cõ
ſideratio & ratio harum impenſarum, & melio-
69 rationum, ut per omnes in l. domos, ff. de leg. 1.
Bertran. conſil. 324. num. 4. 1. par. priorum. & cõ
ſil. 379. num. 9. ea. par. & conſil. 271. nu. 2. 3. par.
eorundem, Boer. d. deciſ. 44. num. 12. & ſeq. pul-
chre Rui. conſil. 117. num. 1. & conſil. 135. num.
13. 3. uolum. & ſequitur Pariſ. conſil. 55. nu. 22.
in 3. uolum. ſic etiam vaſallus poteſt huiuſmodi
70 impenſis † deducere in reſtitutione feudi, et reti
nere feudum, donec ſibi de eis ſatisfiat, ut tradit
Brun. conſil. 105. numero 7. et conſilio 106. nu-
mero ſecundo, et Pariſ. conſilio 28. in tertio, et
idem in marito reſpectu prædii dotalis, ut per
Alexand. in conſilio 152. in ſeptimo. omnes ita
que expreſſe, quæ factæ fuerunt ad perpetuam
utilitatem deducentur, ut tradit Caſtr. conſilio
17. in cauſa quæ uertitur Parmæ, columna, fina.
in antiquis, et in expenſis ædificiorum, domo-
71 rum, colonorum, foſſatorum, † aggerum, et ſi-
milium, tradit Ruin. in conſilio 167. numero 21.
primo uolumine. et in plantatione arborum,
et extirpatione nemorum, et reductione terra-
rum ad culturam et fabricatione etiam ædifi-
ciorum, in dicto conſilio 135. numero 13. vbi
reprobat Caſtr. qui in extirpatione nemorum,
72 ſiue diſbuſcatione aliter uoluit † in conſilio
324. viſo puncto, columna tertia, in antiquis.
qui tamen loquitur in conductore, et de expen
ſis ædificiorum, et plantationum arborum, tra-
dit etiam Brun. dictis conſiliis 105. et 106.

Et licet Capra in conſi. 163. nu. 13. opinatus
fuerit, fructus perceptos, per filios grauatos ex
bonis reſtitutioni ſubiectis in huiuſmodi expen
ſas imputandos eſſe, quod nonnulli alij etiam ui
* * ſi ſunt ſequi, tamẽ communior * * et uerior eſt cę
73 terorum † ſentẽtia, quod cum d. fructus ad filios
pertineant, nec etiam imputentur in Trebellia-
nicã, d. l. iubemus, & ita firmat indiſtincte Caſt.
d. conſil. 17. colum. fin. Rui. dictis conſilijs 117.

num.

num.1.& 135.num.13. Alexan.conſi.123.diſcuſſis, colum.fin.in primo, Bertran.conſil. 124.nu. 5.& 283.num.5.& 354.etiam num.5.prima parte priorum, & conſil.271.num.2. & 379.nume. 9.in 3.plures citat Boer. in deciſ.44.num.19.colum.3. cum ſequ. quam ſententiam tenet etiam Neguſ.in ſuo trac.de pignor.quinta par.4.membro, num.12.Rip.in l.ubi pure. §.quid in diſtrahendis.num.7.ad Trebel.& Cagnol.in l.2.C.de pac.inter empto.& vendit.num.212. de quibus expenſis etiam in executione ſententiæ opponi poteſt, Corn.conſi.147.litera m.2.uol.Neguſ.d. 4.memb.nu.12. Rip.d.§.in diſtrahendis.nu.3.& Gozad.conſ.86.num.25.

Sic etiam quatenus dicti fratres aliquas res hęreditarirs liberaſſent a feudo, vel ab aliquibus alijs oneribus, ex quibus liberationib. res eſſent effectæ maioris ualoris, totum hoc augumētum pertineret ad eos, & de eo in reſtitutione facien
74 da†habenda eſt ratio, Rui.d.conſil.117.num.2. in 3.uolum. & idem eſt ſi aliqua priuilegia realia pro dictis rebus, & bonis fuiſſent acquiſita, ut per eundem ibi, nu.14. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Contra Ceph. conſil.551.

ARGVMENTVM.

Legitima, an debeatur in corporibus hæreditarijs, an uero poſsit dari in pecunia?

Filia a ſtatuto excluſa, licet hæres inſtituta in re certa, an faciat partem in legitima filiorum maſculorum?

SVMMAE.

1 *Filio poteſt fieri per hæredem ſupplementum legitimæ in pecunia.*

2 *Iudex poteſt arbitrari, an ſupplementum legitimę fieri in pecunia.*

3 *Legitimæ repletio debet fieri filio de corporib. hæreditariis non in pecunia.*

4 *Filius cui relicta eſt quantitas pecuniæ pro legitima poteſt recuſare pecuniam & dicere volo legitimam in rebus hæreditariis.*

5 *Legitima aſsignari poteſt filio in pecunia conſuetudine ita ordinante.*

6 *Filius acceptando pecuniam ſibi a patre pro legitima relictam, non videtur in præiudicium hæredis conſenſiſſe, ut repletionem ſibi faciat in pecunia.*

7 *Filiæ á ſtatuto excluſæ nōn faciunt partem in legitima maſculorum, ex communi opinione.*

8 *Et maxime, ſi monaſterium ingrediantur.*

9 *Idem, ſi renunciarunt bonis paternis.*

10 *Quid ſi inſtitutæ ſint in re certa?*

11 *Filia excluſa a ſtatuto licet in aliquo inſtituta, non poteſt petere ſupplementum legitimæ.*

12 *Maxime ſtante ſtatuto, vt Ferrariæ, quod filia ſit contenta.*

13 *Filia non facit partem in legitima maſculorum, licet ſtatutum velit illam dotari non minori dote legitima.*

14 *Statutum nouum, vel vetus, quando ſit attendendum ad deciſionem controuerſiæ?*

CONSILIVM CVIII.

In Domino confido.

DVbitatur, an quando per patrem relicta eſt filio certa quantitas pro ſua legitima, quæ non ſat ſit ad legitimam, ſupplementum peti poſſit per eum pariter in pecunia non in bonis, quam ſententiam uidetur ſe-
1 cutum†fuiſſe inter cōſilia Bal. Doctorem illum, quiſquis ille fuerit, in conſil.22.punctus quęſtionis.4.uolum. & de conſuetudine ſeruari tradit Guid.Pap.quæſt.476.& 487. & hoc caſu inſpecta uolūtate teſtatoris, poteſt iudex ſuo arbitrio
2 ſupplementum in pecunia†aſſignari facere, Old. conſilio 113.quæſtio. quem ſequitur Rip.in l.in quartam, num.129.ff.ad leg.Falcid.ubi Bereng. in 3.par.nu.59.& fuit etiam ſequutus Menoch. in tract.de arbitr.iudi.lib.2.caſu 163.nu.30. ubi citat dictam deciſ. Guid.Pap.

Contrariam tamen ſententiam ego ſemper cenſui, veriorem & crebriorem eſſe, & ſecundū eam ſemper uidi iudicatum per Illuſtre Conſiliū iuſtitiæ, & præſertim in cauſa Illuſt. Dom. Iuliæ Boiardæ cum Illuſtribus filiabus olim Comitis Iulij Boiardi, in qua hic punctus fuit propoſitus pro dubio. Nam verior & crebrior eſt Doctorū ſententia, quod legitima debetur filio in corporibus hæreditarijs, & debet repleri legitima, ſi
3 integra†non ſit relicta, ex ſubſtantia paterna, ut in l.ſcimus.§.repletionem, ubi Bal.nume.5.C.de inoff.teſtam. & propterea uoluerunt Doctores, ſi legitima ſit filio relicta in pecunia, poſſe illam
4 recuſare, & eam uelle†in corporibus hæreditarijs, ut Guliel.de Cun.Bal.Salyc.Caſt.& Iaſ.in d. l.ſcimus.Bar.Bald.& Imo.in l.ſuus quoque, in fi. prin.

prin.ff.de hæred.iuſtit. Aret.in l.non amplius.§.
fi.col.pen.in fi.ubi;etiam Iaſ.de leg.1.Durant.in
tract.de arte teſtan.tit.3.cautela12.in prin. quã
ſentẽtiam probat Roderi.Suarez.in repet.l.quo
niam in prioribus, in 11.ampliatione, in princ.
per plures.col. C.de inoffic.teſta.ſequitur Boſſ.
in tit.de bonor.publica. num.4. Dec.conſil.81.
col.pen.num.7.in fi.Corn.conſil.265.col.3.pri-
mo volum.Nat.conſil.156.nu.1.& ſeq.Rip.in d.l.
in quartam.nume.111.cum pluribus ſequen. ubi
etiam Pic.nu.144.151.& 156.& Berenga.in 3.par.
num.55.ac Cæſar Fiumagiol.in repet.num.497.
& ſeq.Oſaſch.deciſ.Pedemon.148.num.13.Ant.
Gabr.lib.6.ſuarum concluſ.tit.de legitima, con-
cluſ.1.num.42. Rolan.a Val. qui tamen illam re-
ſtringit ad legitimam deſcendentium, in conſil.
39.num.14.tertio uolum.& latiſſime Burſat.qui
alios citat,in conſil.92.nume.15.quod admittit
Menoc.in dicto caſu 163.quando pecunia non
eſt hæreditaria, cuius mentis fuit etiam Bald.in
conſil.23. ſubſequenti conſilium ſupra in con-
trarium citatum,incip.ſi pecunia.d.4.uolum.qui
ita intelligit opinionem præcedentis conſulto-
ris,& propterea licet ſit relicta certa quantitas
in pecunia,& petatur ſupplementum, illud ſup-
plementum debetur in bonis & corporibus hæ
redirarijs,ut ſatis uidetur uoluiſſe Barto. dando
formam petendi legitimam in praxi, in conſilio
17.forma petendi, quem ſequitur Boer.quæſt.
250.in fi.& idem uoluit Salyc. in dicto §.reple-
tionem,num.8.idem uoluit Alexand.in conſilio
69.ſuper primo dubio, ſecunda colum.nume.3.
primo uolum.Corn.conſil.168. ſecunda colum.
3.uolum.ubi expreſſe firmat,ſupplementum nõ
eſſe ſoluendum in pecunia,hoc idem in terminis
uoluit Bertrand. qui reprobat Guid. Pap. in di-
cta deciſio.cum dicat contra communem, licet
5 ſi conſuetudo ita uigeret † in eo loco, eius opi-
nio poſſet procedere,in conſil.83.nume.7.& 8.
in 3.uolum. ſecundæ par. hanc eandem ſenten-
tiam tenuere Rui.in conſil.55.num.3.& 56.nu.
6.ſecundo uolum.& Curt.iun.in eodem caſu in
conſilio 191.nu.28.& ſeq.3.uolum.hanc etiam
partem in his terminis dixit ueriorem aduer-
ſus dictam deciſionem Guid.Pap.Cepha.conſil.
42.nu.7.8.& Burſat.illam etiam tenet poſt Ruin.
in dicto conſil.92.nu.13.ac Dom.Rimin.noſter
iunior,qui pariter ſcripſit in dicta cauſa Illuſtris
Dom.Iuliæ Boiardæ in conſil.31.num.147.& ſe
quen.ex quibus apertè patet ceſſante conſuetu
dine, de qua loquitur Guid.Pap. ut ſupra,hanc
opinionem eſſe communem & ſeruandam:& li
cet quãdo filius acceptauit legatum in pecunia,
6 propter acceptationẽ poſſit cogi arbitrio† iudi-
cis ad recipiendum ſupplemẽtum in pecunia,ſe-
cundum Oldr.in d.conſ.& Moder.in d.l.in quar
tam,quod tradit etiam Pariſ.in conſi.16.nu.71.
& ſeq.& conſ.45.nu.6.& ſeq.2.uol.quo caſu lo-
quitur etiam Menoc.in loco ſupra in cõtrarium
citato,non tamen ſequitur,quòd ipſe filius pro-
pter ſuam acceprationem poſſit adeo præiudica
re hæredi,vt poſſit illum cogere ad ſoluendũ re
liquum ſupplemẽti in pecunia numerata,nec.n.
hoc dicunt Doc.quia alias ſequeretur,quòd id,
quod introductum eſt fauore hæredis redunda
ret ſibi in odium contra l.quod fauore. C.de le
gi.& eſſet contra tot deciſiones tam apertas ſu
pra citatas. Quod in caſu iſto tanto certius pro
cedere uidetur,ex quo tale ſupplementum legi-
timę petitur contra uoluntatem Excellentiſſimi
Teſtatoris,qui prohibuit in ſuis codicillis, hanc
Illuſtriſs.eius filiam poſſe aliquid petere ultra id,
quod ſibi fuit relictum in reſtamento. Vt etiam
non omittam, quod an debearur hoc ſupplemẽ
tum,nec ne,iuris eſt cõtrouerſi,ſuper quo alias
abunde ſcripſi: unde eſſet addere onus oneri,
grauando hæredem ad ſoluendum in pecunia
numerata, &c.

Et hæc quo ad primam partem dubitationũ:
quo ad ſecundam vera & communis eſt conclu
ſio Doctorum, quod filia ſimpliciter a ſtatuto
excluſa propter maſculos,quæ tamen debet do
tari, non facit partem in legitima filiorum ma-
ſculorum, ſed deductis dotib. filiarum tanquam
æs alienum reliqua bona inter maſculos tanrum
7 conſiderantur ad taxandum ſuam† legitimam, vt
poſt longam diſputationem tenet Bru.qui dicit
pro hac ſententia fuiſſe iudicatum in trac.ſuper
ſtatu. quod ſtanti.maſcul.fœmi. non ſucced.13.
art.3.q.nu.31.cum ſequ.Pariſ.conſil.25.nu.37.
& ſeq.in 2.vol.& 53.num.75.& 76.in 3.Rui.ad
propoſitum ſtatuti noſtri,in conſil.52.nume.9.
& 10.5.uol. & magis in terminis in conſil.152.
num.5.in 5.vol. & plures alios citat Ant.Gabr.
lib.6.ſuarum concluſ.in tit.de legitima. concluſ.
2.nu.5.uer.contrarium.ubi dicit magis commu
** nem** Crot.in l.te coniuncti.nu.130. ff.de leg.
3.Boſſ.in tit.de bono.publica.nu.5.quam tenuit
etiam Bero.conſ.49.ad fi.1 uol.& 138.nu.14.in
2.Soc.conſ.288.col.12.in 3.q.2.uol.ubi dicit ita
iudicaſſe,quam ſententiam tenet etiam Rolan.a
Val.conſ.25.nu.6.& 7.1.uol. Cepha.conſil.145.
nu.9.& 10.Fernan.Vaſq.in trac.de ſucceſ.crear.
§.20.par.4.num.205. & 208.& ſecundum hanc
opinionem conſuluit etiam Iacob. Philip. Port.
qui dicit ita fuiſſe collegialiter conſultum in cõ-
ſi.92.nu.102.& Burſ.qui etiam dicit ita iudicaſſe
& ſententiam ſuam fuiſſe confirmaram per Rot.
in conſil.92.6.q. nu.40. quam etiam renet Fiu-
magio.in repet.l.in quartam,nu.317.& ſeq.ff.ad
leg.Falcid.Borgn.in tract. de uſufru.mulie.relic.
nu.59.& plures citat D.Rim.noſter iun.qui pro
hac ſententia reſpondit in conſil.31.num.63.&
ſeq.primo uolum.& conſil.187.num.54.& ſeq.
in ſecundo.

8 Quæ opinio in caſu noſtro tanto certius pro-
cedit, cum duæ filiæ ex tribus monaſterium in-
greſſæ fuere, quo caſu eas a legitima excluſas
es-

eſſe ambigendum non eſt ex ſtatuto noſtro de
bonis ingredientium monaſterium, quod & in
his terminis tradit Rimi.in d. conſ.31. num.73.

Et idem,ex quo etiam plures ex eis uerbis &
clauſulis ampliſſimis renuntiauerunt paternę hę
reditati, quo caſu excluduntur ſicut exhæreda-
9 tæ† a ſucceſſione,& a legitima, Vaſqui. in trac.de
ſucceſ.progreſ.§.12.nu.8.uerſ. contrariam,Me-
noch.conſil.6.num.15.& 71.num.4. & ſeq.

Nec obſtant ea,quæ in dubijs ſubtiliter addu
10 cuntur,& primo ex quo filiæ reperiuntur † inſti
tutę hæredes in re certa,hoc caſu debeat cóputa
ri in numero,ex Caſtr.conſil.52.in 1.Soc.conſ.
76.in 3.& Pariſ.conſil.53.nu.79.& ſeq. in 3. &
uꝫ ſentire Rui. conſil.40.nu.10.& ſeq.in 3. quia
primo Caſtr. mihi non dicit id, ad quod allega-
tur,ſicut nec Rui.loquitur in his terminis,& có
trarium & melius tenet idem Socin. in d. conſ.
288.col.12.& idem Soci.& Seuer.concorditer
in eadem cauſa conſulentes in conſ.ipſorum im
preſſo poſt lecturam Socin. ſuper Infor. alias eſt
poſt tit. de excep. rei iudi.col.fin. poſt Saly.per
eos citatum, & in hoc caſu expreſſe conſuluit
Rui.in d.conſil.52.nu.9.hanc eandem ſententiá
defendit Brun.in d.13.art.nu.37.uer.contrariũ,
& ſecundum hanc etiam conſuluit Corn. conſ.
199.2.& 3.col.in 3.Bero.d.conſ.138.nu.12. &
ſeq.& Iacob.Philip. Port.d.nu.102. ubi erat fa-
ctum legatum filiabus,& idem in ſimili caſu inſti
tutis filiab.in re certa,uel aliquo eis in teſtamen
to relicto conſuluit Hier.Gabr.conſ.11.in prin.
& nu.9.& ſeq.in conſ.116.in prin.& idem tenet
Borgni.in trac.de uſufru. mulie.relic.nu.59.ubi
loquitur etiam quando filia eſt hæres in teſtō
inſtituta.Et cum ueriſſima ſit illa ſententia Doc.
11 quod † filia excluſa, licet in aliquo inſtituta non
poſſit petere ſupplementũ legitimæ,ut per Cor.
conſil.116.1.col.in 2.& in 210.2.col.in 2.Clau.
in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,nu.25.ff.de lib.et
poſthu.Brun.d.tract.9.art.1.q.1.caſu,nu.18.Du
ran.trac.de arte teſtan. tit.3. caute. 12.nu.4. &
Ceph.conſ.5.nu.5.ſequitur etiam,quod non fa
ciat partem,quod tanto clarius procedit ex quo
per ſtatutum noſtrum q filia ſit contenta &c.
12 nullum† ſupplementum debetur,Paſet.conſ.11
in fi.& in his terminis tenet Rui.d. cóſ.52.nu.9.

Nec ob. q ſtatutum noſtrum, infra quantum
tépus,etc.fol.116.prima facie,circa med.in uer.
quam declaramus,videatur hunc caſum decide-
re,duplici ratione, primo quia licet ſtatutum di
ſponat quanta debeat eſſe dos filiæ dotandæ, ut
ſit ſemis uel triens pro numero filiorum,ac etiá
filiarum,licet excluſarum a ſucceſſione ab inteſta
to,non tamen ſequitur, quod cenſeatur diſpo-
nere an faciat partem omni caſu, quo agitur de
cóſideranda legitima filij maſculi quando legiti
ma non debetur fœminis, ut quia fuerunt a pa-
tre dotatæ. ut in caſu ſtatuti, q fœmina deſcen-
dens ſit cótenta,et quod aſcendens dederit,&c.
fol.117. ſuper quo ſcribunt Rui. & Paſet.in di-
ctis conſil.ſupra citatis, & Menoch. in tractatu
de arbitra. iudi.libro 2,caſu 149. nume.2. nam
licet ſtatutum uelit filiam dotari non minori do
te legitima, maxime quando fratres uel agnati
ſuccedunt, non propterea ſequitur,quod legiti-
13 ma filiæ debeatur & faciat † partem, ut in hoc
noſtro ſtatuto declarat Rui. dicto conſilio 152.
numero 5.in 5.quia aliud eſt,quòd illi debeatur
legitima, & aliud,quòd debeatur dos, non mi-
nor legitma,ut per Rui.dicto num.5. ſicut igitur
fœmina non facit partem maſculis eo caſu quo
dotari debet dote non minore legitima,quo ca-
ſu debet attendi numerus filiorum, ut in auth.
nouiſſima, C.de inofficio.teſtamen.ita nec ſi ex-
preſſe ſtatutum declaret id quod debeat inſpici
numerus filiorum & filiarum in caſu taxatio-
nis dotis.

Secundo,quia illa uerba, (quam declaramus)
non ſunt in ſtatuto antiquo,ſed in nouo, & cum
pater Domi. Pompeius obierit ante publicatio-
nem horum nouorum ſtatutorum,& euenerit
caſus legitimæ debitæ filiis,de cuius dedoctione
nunc agitur,in qua legitima taxanda uel detra-
henda attenditur tempus mortis defuncti pa-
rentis.l.cum quæritur.C.de inoffic.teſtam.ſtatu
ta noua non ſunt in aliqua conſideratione l. le-
ges.la ſeconda,C.de legi.c.fi.de conſtitut.quod
& expreſſe diſpoſitum eſt in ſtatuto noſtro fol.
20.rubr. quod decidantur cauſę ſecundum for-
mam ſtatutorum,quę uigebant tpe contractus.

Nec obſtat, ut dicitur in dubiis,quod hoc fa-
ctum de præterito perfectionem & complemen
tum recipiat de præſenti, & ſic tempore uigen-
tis noui ſtatuti, quo caſu quæſtio ſecundum no
uum ſtatutum † uidetur decidenda, Bald. in l.il
14 lam.C.de dona.Fely.in d.c.fi.num.11.quia præ-
ter id,quod ſtante d.ſtatuto ceſſat hoc dubium,
tollitur ex alio, quia uerſamur in alio caſu diffe-
renti,nempe in caſu iam finito & deciſo,quo ca
ſu etiam quod ſtatutum deberet trahi ad præte
rita, quod non eſt in caſu iſto, non traheretur
hoc caſu, iuxta doctrinam Bart. in l. oés populi,
num.40.& ſeq.& maxime,num.42.ubi loquitur
quando ſucceſſio iam habuit locum, ex quo. n.
conſideratur tempus mortis patris qui obiit té
pore antiquorum ſtatutorum in ſucceſſione &
legitima, dicta l.cum quæritur, & late habetur
per Curt.Senior.in conſilio ultimo qui hoc ca-
ſu uoluit non eſſe attendendum augumentum
uel diminutionem bonorum, quæ ſubinde eue-
nirent,de quo etiam Cagnol.in l.Papinianus. §.
in quarta,numero octauo.ff.de inoffic.teſtam.&
pater obierit ante nouum ſtatutum & locum ha
buerit ſucceſſio, deciſio Bald. nobis inſeruit.
quia ſicut mortuo parente ante ſtatutum in
eo caſu filia dotata ſuccedit, nec haber lo-
cum nouum ſtatutum:ita hic,quod etiam tenuit
Crot.in d.l.omnes populi, num.78.

Et

Et licet non ueнerit caſus fideicommiſſi, qui poſtea euenit per mortem d. Sfortiæ decedentis ſine filijs natis de legitimo matrimonio, non ppea dici poteſt, quod ſucceſſio tàm reſpectu legitimæ, quam aliorum bonorum patris non fuerit quæſita d. Sfortiæ tempore mortis d. Dom. Pompeij. l. cum hæredes, in princ. de acquir. poſſeſſ. quo caſu ceſſat omnis ſcrupulus, vltra quod ex ingreſſu religionis & renuntiationib. ſumus extra aleam omnium difficultatum. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Varia tractantur, ſed præcipue illa quæſtio, an filia excluſa a ſtatuto deficientibus fratrib. poſsit petere legitimam, uel illius ſupplementum.

Et an trãſmittatur hoc ius ad illius filios. Quid ſi tempore aui non erant adhuc nati, nec concepti nepotes iſti.

S V M M AE.

1 *Ratificatio principalis non firmat actum nullum, ſi procurator rem producendam non produxit.*

2 *Tutor ſine decreto iudicis non poteſt conſtituere actorem pro pupillo.*

3 *Exceptio poteſt ſemper opponi quæ reddit iudicium retro nullum.*

4 *Reſeruatio cognitionis de nullitate operatur, vt conſtito de illa omnia geſta annullentur.*

5 *Ceſsio iurium non valet facta ex ſtatuto, ſi ſit contra ciues.*

6 *Statutum ſi innitatur æquitati, ligat etiam eccleſiaſticos, vt illud de ceſsione non faciendа contra populares.*

7 *Statutum de bonis impedientium monaſterium, communi omnium conſenſu eſt inualidum.*

8 *Spes remota, eſt potius ſomnium, vel phantaſia, quam ſpes.*

9 *Sententia nulla eſt, non conformis libello.*

10 *Cauſa vna propoſita, & alia probata, obtineri poteſt, ſi cognoſcitur ſola facti ueritate inſpecta.*

11 *Agens ordinarie, qui poterat agere ſummarie, ſibi præiudicat, & in reliquis erit ordinarie procedendum.*

12 *Iudex, qui cognoſcit ſola facti, &c. in proceſſu ordinario, debet tamen dare defenſiones reis, & quomodo.*

13 *Filia præſumitur congrue dotata, niſi ex magno excеſſu appareat, patrem impie ſe geſſiſſe.*

14 *Legitimę ſupplementum debetur filiæ excluſæ a ſtatuto, quod eſt falſum.*

15 *Filia a ſtatuto excluſa per maſculos, excluditur etiam a legitima, & eius ſupplemento.*

16 *Quod procedit, quando qui ab inteſtato excludebat, inſtitutus eſt.*

17 *Legitima vbi non cadit, ibi non cadit ſupplementum.*

18 *Statutum potius recipit interpretationem ab alio ſtatuto quam a iure communi.*

19 *Filia nihil prorſus petere poteſt, quæ eſt excluſa a legitima, & ſupplemento.*

20 *Filia excluſa ex ſtatuto de ſucceſsionibus ab inteſtato videtur etiam excluſa eo quod filia ſit contenta.*

21 *Tranſmiſsio fit ad hæredes de iure ad legitimam, & illius ſupplementum.*

22 *Filia deficientibus maſculis, a quibus excludebatur, reintegratur ad ſucceſsionem, ſi ipſa uiuat, cum deficiunt maſculi.*

23 *Secus ſi prædecèdit, quia non tranſmittit ius ſuccedendi in filios.*

24 *Illi tamen filii fœminæ excluſæ ſi erant nati vel concepti tempore mortis aui ex ſua perſona poſſunt ſuccedere, ex. Bart. & aliis.*

25 *Contrarium tamen tenent plerique & maxime quando ſumus in cauſa teſtati.*

26 *Fœmina excluſa extantibus maſculis nec deſcendentes fœminæ cenſentur vocati.*

27 *Præteritio filiæ, excluſæ a ſtatuto, an teſtamentum rumpat.*

28 *Teſtamentum rumpitur a fœmina præterita tamquàm èx nunc tempore obitus vltimi ex maſculis.*

29 *Teſtamentum dicendi nullum ius, quando a fœmina non tranſmittatur ad hæredes.*

30 *Tranſmiſsio non poteſt fieri per fœminam ex-*

excluſam, ſi hæreditas pluries fuit confuſa.

31 *Tempus mortis reſpectu bonorum, quæ tunc remanſerunt in hæreditate patris, attenditur in taxatione legitimæ.*

32 *Et valor & æſtimatio bonorum tempore mortis erat probandus.*

33 *Nam pertinet ad hæredes augumentum, ſi facultates augeantur.*

34 *Secus autem in detractione fideicommiſſi.*

35 *Et qua ratione hoc fiat.*

36 *Valor & æſtimatio bonorum, qualis ſit debet iudex ſe informare.*

37 *Aeſtimari autem non poteſt qualitas & bonitas, quæ non uidetur.*

38 *Filia ſi fuit dotata a patre de bonis paternis, & maternis, non poteſt aliud petere.*

39 *Liberatio facta per patrem ligat etiam hæredes, nec ipſi poſſunt contrauenire.*

40 *Filiæ liberatio & abſolutio facta gratia maſculorum, an eis deficientib. annulletur.*

41 *Secus, ſi liberatio ſit facta a marito filiæ, & ob alind, quam propter maſculos.*

CONSILIVM CIX.

In Domino confido.

MAgnifiei Domi. Annibal & Albertus de Trotis hæredes cum beneficio leg. & inuentarii quond. Domi. Iacobi de Trotis, & Magnifici de Palmirolis, ac Magnificus Co. Annibal de Romeo, citati ad cauſam pro ſuo intereſſe ueniunt omnino a petitis per Do. Cæſarem Nigriſolum agentem nomine ſuo, & Aemilij Tranquilli eius nepotis ex fratre, uel per actorem aſſertum dicti Aemilii Tranquilli hæredum quondam. Dom. Antonij Mariæ de Nigriſolis, & Dom. Lauræ eius uxoris, parentum, & auorum ipſorum agentium reſpectiue, & ceſſionariis nominib. ſex ſuarum ſororum monialium etiam hæredum, ut fertur, ſeu cohæredum ſuarum pluribus rationib. tam proceſſum quàm merita cauſæ reſpicientibus.

Et primo, quia quo ad dictum Aemilium Trãquillum ipſe illegitime interceſsit, cum de mandato procuratoris vel actoris ſaltem valido nõ conſtet, nec enim fuit producta tutela, uel cura, Dom. Ioann. Petri Malauoltæ, qui actorem conſtituit Dom. Ioan. Baptiſtam Vincentium, pro
ut ex forma ſtatuti erat producenda, ut in ſtatuto de modo procedendi in cauſis a libr. decem mil. ſupra, &c. poſt princip. & cum a principio eſſet producenda, non ſufficeret ſi ex poſt facto ratificatio ſubſequuta † fuiſſet, Areti. in
1 l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, columna quarta,
ad fin. ff. de acquiren. hæred. tum quia non valuit
conſtitutio ipſius actoris facta per dictum aſſer
tum tutorem, ex quo in ea non interuenit † de-
2 cretum iudicis. l. neque tutores, vbi Bart. & alij.
C. de procur.

Nec eſt uerũ, ut rñdebatur ex aduerſo in allegationib. quod ex quo fuerit admiſſus procurator, non poſſit amplius de hoc opponi, quia ultra quod d. exceptio fuit oppoſita, cũ reddat iu-
dicium † retro nullum, poteſt etiam nunc oppo-
3 ni. l. licet, ubi omnes, C. de procur. Vant. in trac.
de nullit. in tit. de nullit. ex defectu inhabili ſeu
manda. comparen. nu. 59. & ſeq. tũ quia cum fuerit reſeruata ad finem cauſæ ex dicto ſtatuto, ſecunda pagina, folio uigeſimoſeptimo, & ex ſtatuto de inciden. & emergen. reſeruandis, folio
58. de ea in ſententia eſt habenda ratio, & ope-
4 ratur iſta reſeruatio, ut conſtito † de nullitate
mandani omnia geſta annullentur; iuxta traditain l. ille a quo. §. ſi de teſtamento, ff. ad Trebel. gloſ. & Doctores, in capitulo, cum contingat, de officio delega. & Marſ. ſingulari 365. exceptio.

Secundo reſpectu dictarum ſex ſororum monialium non conſtat de illarum ceſſionibus, quæ debebant produci, ut per Doct. in l. qui ſtipendia, ff. de procura.

Secundo non naluit ceſſio illarum facta con-
tra ciues, nt in ſtatuto noſtro, quod ius non red
5 datur alicui in ciuitate Ferrariæ, acquirẽti actio
nem † contra forenſes, Cranc. ad propoſitum,
conſil. 242. in primis colum.

Nec obſtat quod ſtatutum illud non liget perſonas eccleſiaſticas, authen. caſſa. C. de ſacroſan. eccleſ. & cap. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. tum quia hic agimus de laicis, qui acquiſiuerunt talia iura, & ea exercent, & ſic poſſunr ligari, tum quia cũ ſtatutum innitatur æquitati, &
rationi, ne lites redimantur, l. per diuerſas, &
6 l. ab Anaſtaſio, C. manda. uidetur etiam liga-
re † perſonas eccleſiaſticas cedentes, ut in ſimili ſtatuto ceſſionis non faciendæ contra populares uoluit Feder. de Sen. in conſilio 85. ſtatuto ciuitatis, quem ſequntur Alexan. in conſilio 93. uiſis, & ponderaris, ſecunda columna, ſecundo uolumine, Dec. in dicto capitulo, eccleſia Sanctæ Mariæ, numero 55. ſecunda columna, de conſtitutio. & Neuiza. conſilio 39. numero duodecimo.

Sicut etiam non obſtat, quod ex aduerſo reſpondebatur ſecundo loco in allegationibus ꝙ cum ex forma ſtatuti maſculi ſuceeſſerint dictis monialib. ingrediẽtib. monaſteriũ ex ſtat. noſtro

de

de bonis ingredientium monaſterium, ſatis eſt quod fuerit actum per maſculos, ad quos tota hæreditas pertinet, quia utrumque eſt falſum.

Primo enim non eſt verum, quod maſculi ſuc ceſſerint in iuribus ſororum tempore ingreſſus ex dicto ſtatuto, cum dictum ſtatutum commu-
7 ni omnium ſententia † ſit inualidum, ut pote retrahens homines a religione & vita contemplatiua, ut in terminis huius ſtatuti, vel antiqui eo tempore uigentis, conſuluit Anchar. conſilio 107. indictione prima, vel conſilio ſequen. in paucis. & in terminis etiam huius ſtatuti, Alexand. conſilio 139. uiſo themate, in fi. ſecundo volum. * & eſt communis* opinio Doctor. contra Barto. in l. fin. ubi Cagno. numero 186. C. de pact. trad. Didac. Couarruu. in repetitio. capit. quamuis, de pact. in ſexto, in tertia par. §. ſecundo, num. quarto, cum etiam quia ſtatutum ipſum non poteſt ſibi locum uendicare in iuribus, quæ tunc non competebant ipſis filiabus tempore ingreſſus, de quibus diſponere poſſent, quia illis eſſet imputandum, ſi non diſpoſuiſſent, ut per Anchar. dicto conſilio 108. in fine, & cum nihil ſibi poſſit imputari, non uidentur excludi a ſtatuto, ut ad propoſitum trad. Brun. in tract. ſuper ſtatuto, quod ſtante maſcu. fœmi. non ſucced. ſexto articulo, quæſtio. 15. numero 261. Et licet ſtatutum loquatur etiam de iuribus conſiſtentibus in ſpe, non poteſt tamen intelligi de his, quæ per defectum lineæ deſcendentium, & aſcẽdentium maſculorum ad illas poſſent peruenire, quia per-
8 tinent ad ſpem † remotam, quæ potius eſt ſomnium, uel phantaſia, quam ſpes, ut trad. Alcia. in l. prima, in uerbo, iniquum, C. de pact. & in l. conditionales, uerſiculo, vel qui ſpem, ff. de uerborum ſignification. ubi ad propoſitum declarat non eſſe ſpem, qua agnatus agnati ſucceſſionem ſperat, quæ non poteſt deduci in contractũ uel pactum, ut Bartol. & alij trad. in dicta l. fina. ubi Cagnol. tertio not. numero 25. & num. 282. Vnde ſequitur quod cum hoc ſtatutum locum ſibi non vendicet, monaſterium ſucceſſerit, l. finali, §. primo, vbi gloſ. & Doctor. C. de ſacroſanct. eccleſiis.

Secundum etiam, quod reſpicit conſequentiam, eſt etiam falſum, quia cum actor in ſua petitione admiſerit dictas omnes ſuas ſorores ad hæreditatem prædictam, & ſaſſus fuerit eas eſſe hæredes, & ſic in effectu affirmauerit ſe tantummodo eſſe hæredem pro octaua parte, non poteſt nunc dicere quod immo ipſe ſit hæres pro dimidia, quia nec valeret ſententia quæ non eſ-
9 ſet † conformis libello. l. ut fundus. ff. commu. diuid. & capit. licet, Heli. de Simo. unde ſibi imputandum eſt, qui uti ceſſionarius, & actione ſibi non competenti egit, l. habebat, cum ibi notat. ff. de inſtito.

Ceſſat pariter & tertium, quod ex aduerſo voce reſpondebatur, quod cum cauſa agatur coram Magnifico Conſil. quod ſola facti ueritate
10 inſpecta cognoſcit † una cauſa propoſita. & altera probata ubtineri poteſt, Alexand. in l. ita ſtipulatus, §. Criſogonus, numero octauo, ff. de uerborum obligation. & per Dec. in capitu. dilecti, de iudi. namque id poſſet procedere, niſi per pa-
11 rtem ordinarie fuiſſet † actum: ſibi enim præiudicauit, ita ut in reliquis pariter ordinarie ſit procedendum, Dec. poſt Bald. per eum citatum in capitu. nouit. numero 17. de iudic. nam attenditur modus agendi, Roman. conſilio 300. poſt medium, & Socin. conſilio 51. poſt princip. primo volum. Et quando duraret etiam poteſtas ipſa in proceſſu ordinario, illa procederet, modo darentur defenſiones reis, ut ab hac noua in-
12 tentione actoris † poſſent ſe tueri, Claud. de Seiſel. in l. prima, numero 11. 15. & 16. ff. de offic. aſſeſſo. ſequuntur Grammat. deciſione 303. numero 140. & ſequen. Blanc. in tract. de compromiſ. q. 1. num. 38. Nat. conſ. 617. nu. 3.

Tertio principaliter deueniendo ad merita, nulla competit actio ipſis actoribus, ſicut non competebant etiam eorum matri, & auiæ reſpectiuè, a qua ius, & cauſam habent, quæ non potuit in eos transferre plus iuris, quam ipſa haberet, l. nemo plus iuris, ff. de regu. iuris. Cum enim ipſa fuerit dotata a Domino Nicolao eius patre dote conuenienti ducatorum quingentorum auri, & denariorum eoudecentium, ut in teſtamento ipſius eius patris, & præſumatur fuiſſe congruè dotata, niſi ex magno exceſſu appareat, pa-
13 trem erga eam ſe impiè geſſiſſe, nihil ulterius † ualens petere potuiſſet, Caſtr. conſilio 110. ſuper primo quæſito, in antiquis, alias 175. numero ſexto, primo uolum. & 403. numero ſecundo, in ſecundo, Socin. conſilio 88. colum. nona, in ſecundo uolum. Dec. conſilio 89. numero quarto, & 181. numero quinto, Ruin. conſilio 152. numero duodecimo, in quinto, Grammat. deciſio. 57. numero 37. Tiraquel. in præfat. l. ſi nunquam, numero 36. C. de reuocan. donatio. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. lib. ſecundo, centur. ſecunda, caſu 149. num. 5. & deciſio. Peruſ. 11. numero 52. & ſequen.

Nec obſtat fundamentum, quod ex aduerſo per Magnificum Aduocatum aduerſarium fiebat in allegationibus, quod ſupplementum legi-
14 time deberetur filiæ excluſæ † a ſtatuto, ut per Socin. in conſil. 150. ubi alij ſubſcripſere, maxime facto teſtamento, & aliquo filiæ relicto, Ruin. conſil. 17. in 2. quia hoc eſt falſum, cum filia per maſ-
15 culos † excludatur etiam a legitima & eius ſupplemento, Corn. conſilio 116. prima colum. in fi. & 210. ſecunda colum. ſecundo uolum. Brun. d. tract. 9. art. primo caſu. num. 19. Dec. conſil. 505. * colum. fin. num. 7. Rui. qui dicit communem, *in conſil. 51. nu. 12. & ſequen. 3. uolum. & in d. conſilio 152. numero 13. in quinto. vbi nominatim reijcit opinionem Soci. Alcia. in conſilio uni-

decimo, in princip. ſecundo libro, & Soci. iu-
nior. conſilio 61. numero primo, & ſequen. quar
to volumine.
Quod proculdubio procedit etiam in caſu
16 † teſtati, quando is qui ab inteſtato ſuccedebat,
& filium excludebat, eſt inſtitutus, Caſtr. in con-
ſilio 196. in puncto quæritur, numero tertio, pri
mo uolumine & 275. ſuper primo quæſito, ſe-
cundo dubio, eod. volumine. nec cadit ſupple-
17 mentum, † ubi non cadit legitima, idem Caſtr.
conſilio 404. uiſis, & ponderatis, poſt princip. ſe
cundo uolumine, Alexand. in l. Gallus, §. & quid
ſi tantum, numero decimoſexto. ff. de lib. & poſt
hum. Brun. dicto nono articulo, prima quæſtio-
ne, numero 18. 19. & Tiraquel. qui etiam So-
cin. reprobat in tractatu, de iure primogeni.
quæſtione 56.
Sicut etiam ceſſat aliud fundamentum, quod
fiebat ex aduerſo in ſtatuto ſpecialiori, quod
filia ſit contenta eo, quod pater ſibi dede-
rit, &c. quod declarat aliud ſtatutum, & unum
18 ſtatutum potius † recipiit interpretationem ab
alio quam a iure communi, Dec. conſilio 65. nu-
mero quarto. Quia immo illud ſtatutum facit
pro parte noſtra, cum ex eo excludatur filia etiã
facto teſtamento a legitima & eius ſuppleméto
19 & nil penitus † petere poteſt, ut per Nat. conſi-
lio 201. nu. 14. Rolan. a Val. conſilio 95. num. 19.
in tertio uolumine, Cepha. qui loquitur ſuper ſta
tuto noſtro, in conſilio 91. num. 50. quod etiam
admittit in conſil. 95. num. 3. & Menoch. etiam
ſcribens ſuper eo ſtatuto noſtro in d. caſu 199.
numero 2. & 3.
Secundo, cum ex ſtatuto de ſucceſſionibus
ab inteſtato excludatur filia ſimpliciter, non ui-
detur quod dictum ſtatutum, quod filia ſit con-
tenta, poſſit ſibi locum uendicare, & quod poſſi-
20 fieri fundamentum huius, ut in his ſtatutis re-
ſpondit Caſtr. in dicto conſilio 403. numero ſe-
cundo, ſecundo uolum.
Quarto principaliter & ſi diſpoſitioni dicti
ſtatuti, quòd filia ſit contenta, &c. locus eſſe poſ
ſet, non obſtante dicto conſilio Caſtr. ex quo
nunc amplius non extant deſcendentes, uel aſcé
dentes maſculi teſtatoris, adhuc dicitur filios
vel nepotes ſuos non poſſe agere ad hoc ſupple-
mentum legitimæ, ad quod ipſa forte agere poſ-
ſet, ſi viueret, ex quo ipſa prædeceſſerit uiuen-
tibus filijs Domi. Herculis eius fratris, qui per
multos annos, etiam poſt illius obitum uixerunt
& bona auita poſſederunt. Nam licet ius ad legi
timam, & ſupplementum legitimæ tranſmittant
21 † hæredes, l. ſi quis filium, C. de inofficio. te-
ſtamento, & ex alijs quæ ex aduerſo adduceban
* tur, uera & communis * uideatur opinio. quod
ſtante hoc ſtatuto noſtro, quòd filia non ſucce-
22 dat, donec extant † maſculi, eis deficientib. rein-
tegretur ad ſucceſſionem, ut uoluerunt Bart. in
l. fin. §. primo, ff. ad Tertul. Bald. & alii in l. ſecun-
da, C. de liber. præter. & plures alii, quos citat
Tiraquel. in dicta l. ſi unquam. in uer. ſuſceperit li
beros, num. 194. illud tamen procedit, ſi tempo
re, quo deficiunt maſculi, fœmina excluſa eſt in
rerum natura, & ſic poteſt ſuccedere, ſecus uero
eſt, ſi iam prædeceſſerat, quia hoc ius ſucceden-
di non tranſmittit in filios, ſecundum commu-
* * niorem * * & ueriorem Doct. ſententiam, cum
non eſſet ei ius quæſitum, nec hæreditas delata,
23 nec etiam haberet ius deliberãdi, † quicquid uo
luerint Bald. in conſilio 69. cum ſtatutum, in pri-
mo uolumine, Anchar. in conſilio 220. hæc quæ
ſtio, Capra, conſil. 76. & forte aliqui alij paucio-
res, ita tenuit Barto. in dicta l. fina. §. primo, nu-
mero tertio, Bald. Salyc. Caſtr. Alexan. & Corn.
in dicta l. ſecunda. Bald. in l. ſi quis filium, nume-
ro octauo, C. de inoffic. teſtam. ubi dicit ꝙ ſtatu
tum hēt conditionem, quæ reſpicit filiam, quæ ſi
deficit in filiã remanet ius maſculi liberũ, & pu-
rũ, ergo nepos ex filia non admittitur, quia auun
culo ius perfectum, & inexpugnabiliter eſt quæ-
ſitum, ideſt mortua matre, quæ ex beneficio ſta-
tuti poterat admitti, quam ſententiam tenet etiã
Areti. aſſerens eam ueriſſimam, in l. ſi quis poſt-
humos. columna quarta, & quinta. ff. de libe. &
poſthum. refert, & ſequitur Vital. Camba. in tra
ctatu clauſul. in clauſula, quando filii repellan-
tur a ſucceſſione ſtatutorum. columna ſecunda,
ante fin. & columna ſequen. & columna ſepti-
ma, ubi ſequitur Bald. in dicta l. ſecunda, Georg.
Nat. in tractatu ſuper ſtatuto, quod ſtantib. ma-
ſcu. quarta quæſtio. principali. numero 109. &
ſequen. & Brun. in dicto tractatu, nono articulo,
nona quæſtio. numero 95. & ſequen. & Rui. con
ſilio 46. numero ſeptimo, tertio uolumine, & in
repetit. dictæ l. Gallus. §. & quid ſi tantum, nume
ro 153. cum ſequen. cui opinioni uidetur etiam
adhærere Menoch. in conſilio 105. numero 80.
Et in ſupplemento legitimæ idem tenuit Bal.
in dicta l. ſecunda, ante fin. vbi dicit quod com-
muniter Doctores tenent hanc partem, cum
quo alii illic tranſeunt & nominatim Corne.
columna fina. & Vital. dicta clauſula. columna
octaua. & ſequen.
Eſt uerum, quod Bart. in dicta l. fina. §. primo
tenet, quod ſi filij fœminæ excluſæ fuiſſent nati,
uel concepti tempore mortis aui, quod ipſi ex
24 ſua perſona poſſent † uenire ad ſucceſſionem,
quam opinionem dicit tenuiſſe Bal. Ant. de But.
Anchar. & Saly. ſubſcribentes Areti. in dicto §.
primo, numero octauo, Vital. dicta columna ſe-
cunda. ad fin. Georg. Nat. dicta quæſtio. numero
112. & ſequen. ſuper quo diſputat Brun. in di-
cta quæſtione, numero 102. & ſequen. Tamen
25 quod etiam eo caſu † non admittantur, uoluerũt
Bald. in dicta l. ſi quis filiam, Imo. in l. ſi qui ſol-
uendo, columna penultima, uerſiculo, circa quar
tum. ff. de hæred. inſti. Alexan. in dicta l. ſecunda
numero 4. dicto conſilio 45. numero 7. & in di-

ćto 5. & quid ſi tantum , quæ opinio procedit
proculdubio quando ſumus in cauſa teſtati, ut
admittit Socin. qui tenet contrarium in con-
ſilio decimo, prima columna, tertio uolumine
& reſoluit Brun.in dićtą quæſtione, num. 107.&
ſecundum hanc etiam opinionem quod filii nõ
poſſint aliquid petere nec ex tranſmiſſione nec
ex perſona propria, conſuluit Dec. ſubſcriben-
do conſil.Leonar.Cęſar.qui idem tenuit in con-
ſilio 364. per totum. ſed cum in caſu noſtro cer-
tum ſit, quod iſti nepos neptes , & pronepos
non erant nati tempore aui Dom. Nicolai. qui
obijt de anno 1524.ut in proc.fol.59.quo tem
pore Dom. Laura mater, & auia ipſorum reſpe-
ćtiue non erat adhuc nupta , ut in inſtrumentis
in cauſa produćtis, nec hoc negatur, non eſt di-
ſputandum, tra iſtarum opinionum ſit uerior,
cum utraque faueat abſolutioni dd. reorum.

Et licet Ancharan. in dićto conſilio & Soc.in
aliquibus conſiliis & præſertim dićto conſilio
decimo, uoluerint quod quãdo ſtatutum etiam
excludit deſcendentes ex fœmina donec extite
rint agnati uel deſcendẽtes maſculi, tũc dići de
ſcendentes fœminæ cenſeantur uocati: opinio
26 tamen ipſorum non eſt etiam uera, † & illam
reprobant ultra dićtũ Cæſar.Dec. in dićto con-
ſilio & Rui.in eo caſu ſcribens in conſilio 38.ter
tio uolumine, quam opinionem dicit Apoſtil-
* la in addit. ad Dec. illic eſſe communem. * cui
etiam adhęret Soci.iunior citando ad aliud pro-
poſitum illud conſilium Dec. in conſ.114. nu.ſe-
ptimo; ſecundo uolum. tametſi etiam in caſu iſto
hoc nobis non officeret, in quo a ſtatuto noſtro
non excluduntur deſcendentes ex fœmina, ſed
omnes fœminæ , quatenus obtinerent primum
locum & gradum, quo caſu illa opinio Ancha-
ra.& Soci. non poſſet in caſu noſtro dubium ali-
quod facere, ut declarando uerba huiuſmodi
ſtatuti decidit Rui. in dićto conſilio 46. nume-
ro ſeptimo.

Cum itaque habeamus tot, & tantas deciſio-
nes tantorum patrum in indiuiduo loquentes
non eſt dubitandum, quin pro hac parte ſit iu-
dicandum, licet in hac materia ſuper alijs quæ-
ſtionibus Doćtor. fuerint uarii & quandoq. col-
legia inter ſe cõtrarium conſuluerunt, ut de col-
legio Senenſe, & Florentino, quæ in materia an
nullationis teſtamenti præteritionem filiæ exclu-
27 ſæ inuicem † contrarium reſponderũt, trad. Bal.
in dićta l. ſecunda . & de collegio Bonon. quod
cõſuluit aduerſus collegium Patauinum ſcribit
Ang. in l. ei qui ſoluendo. ff. de hęredi. inſtituen.
& licet aliqui ex Doc. qui quandoq; etiam huic
noſtræ ſententiæ adhæſerunt, dixerint, quod ui-
uente maſculo ius fœminæ excluſæ uideatur ſta
re in ſuſpenſo, in quo magnam uim faciebat Ma
gnificus Aduocatus aduerſarius : tamen in rei
ueritate magis communis , & uera opinio eſt
quod illa , uiuente maſculo, nullum habeat ius,
ſed quodammodo ſit ſub conditione relićta in
diſpoſitione iuris communis deficientibus ma-
ſculis . Et propterea magis communiter Do-
ćto. diſputantes illam quæſtionem, an præteri-
ta rumpat teſtamentum tamquàm retro & ex
tunc tempore mortis patris, an ex nunc tempo-
28 re obitus vltimi ex maſculis, concludunt † quòd
rumpatur tamquàm ex nunc, cum lex, & ſtatu-
tum poſſit facere quem hæredem viuentem &
priuare eum mortuum hæreditate & alium ad-
mittere, quo caſu hæres maſculus poteſt inte-
rim adire, & gerere ſe ut hæredem. & ita huius
opinionis uidetur fuiſſe Bart. in dićto §. primo,
ubi tamen uoluit eſſe expeditum ſi ſtatutum di
ſponat etiam in caſu teſtati, ut in caſu iſto, licet
alias conſulendo in conſilio vndecimo, propo-
nitur, videretur aliter ſentire. Item tenuerũt Bal.
Salyc. Alexan. & Corne. in dićta l. ſecunda, ubi
columna penultima, & fin. loquens de tranſmiſ
ſione dicit ad propoſitum, quòd fœmina cenſe
tur admiſſa ſub conditione, unde ea defećta ap-
29 paret quòd nunquam competijt ius † ſuccedẽ-
di. & conſequenter ius dicendi nullum, ideo nõ
trãſmittit. Idẽ tenet Bal. in d. l. ſi q s filiũ, nu. 7.&
in l. ſi quis poſthumus. §. 1. 1. col. circa med. An
ge. & Imo. in dićta l. ei qui ſoluendo, numero
tertio, Paul. de Caſtr. & Aret. in dićto §. primo,
* ubi Are. diſputat per plures colum. & dicit com
munem, * & quod ſequeretur in praćtica. Vital.
in dićta clauſula, columna tertia, Geor. Nat. di-
ćta quæſtione quarta principali 16. & 17. quæ-
ſtio. numero 87. & ſequen. quam opinionem di
** cit etiam Brun. magis communem * * in dićto
traćtatu, decimo articulo, quinta quæſtione. nu-
mero 82. & numero 86. ubi inſert ad tranſmiſ-
ſionem quæ non poteſt fieri per fœminam ex-
cluſam, quam etiam tenet in dićta nona quæſtio
ne, ut mirum ſit quomodo Dominus Aduoca-
tus aduerſarius in allegationibus adduxerit
Brun. tenentem ſuam opinionem, qui ubique no
ſtram ampleċtitur, licet referendo contrariam
& Doćto. eam tenentes diſputet & quandoque
uideatur tacite illis rationibus adhærere: uerum
in concluſione proculdubio ſentit pro commu
ni & noſtra ſententia. Quæ uolui tam longo fo
lio adducere, ut appareat quæ ſit crebrior Doćt.
ſententia, quam iudices in iudicando ſequi de-
bent: rationes autem quas Doćtores ſcribunt,
nec quas ego cogitauerim , uolui adducere,
quia iuſtum fieret uolumen , & nec otium da-
tur , nec cauſa deſiderat . unum tamen non
omitto quod etiam tetigit Magnificus procu-
rator, qui in hac cauſa diligentiſſime ſcripſit ac
pauca & fere nulla omiſit ad rem facientia ,
quod tanto difficilius ueniret admittenda con-
traria opinio quando per plures deſcendentes
hæreditas pertranſiuit, ut pluries fuit confeſſa,
30 ut animaduertit etiam Socin. conſilio 63. co-
lumna finali. uerſic. probatur etiam, primo uol.

Quinto ex alio pats aduerſanon poteſt obti
nere,quia nõ cõſtat quòd ipſa D.Laura fuerit
lęſa in doiatione vel lega1o ſibi facto , & quòd
non habuerit ſuam legitimam & bona doialia
matris ſibi pro ſua parte debita, quia ad taxan-
dum legitimam atienditur tempus mortis re-
31 ſpectu bonorum,† quæ tunc remanſerunt in hæ
reditate parentis. l.cum quæritur. C.de inoffic.
teſtamento,late Menoch.dicto caſu 149. nume-
ro 18.& Cepha.conſilio 165.numero 20.Et ul-
tra bona quæ remanſerunt in hæreditate, quæ
etiam legitime non uidentur nec plene probata
32 valor † ac æſtimatio ipſorum bonorum tempo-
re mortis erat probandus,ut in terminis docet
Bartol.in conſilio 17. forma petendi, & ſequi-
tur Nat.in conſilio 352.numero decimo.

Nam ſi poſtea augeantur facultates in valore
33 & æſtimatione,illud pertinet † ad hæredes, Ro-
ma.ſingulari 128. volo tibi.ubi nouiſſimi adden
tes,Curt.ſenior conſilio ultimo,Cur. iunior con
ſilio 21.numero 14. Rip.in l.in quartam,nume-
ro 46.ff.ad l.Falcidiam Alcia. conſilio 203. nu-
mero 15. libro nono, & Cagnol. qui alios citat
in l.Papinianus, §. quarta, numero 8. uerſiculo,
pręſuppoſito.ff.de inofficio.teſtamento. Et licet
34 ſciam quod in detractione fideicommiſſi † alii
aliter ſoluerunt,ut per Grat. conſilio 79.nume-
ro 24.in ſecundo,Corn.conſilio 265. columna
tertia, in primo, pro qua opinione quandoque
etiam ſcripſi,& alios adducebat Magnificus ad-
uerſarius:tamen in caſu illo res aliter ſe habet,
quia eo caſu non eſt opus ſcire quod valeret bo
na tempore mortis,cum ſemper habeatur legi-
tima in bonis hæreditatis filio grauato, & ſi au-
ctus ſit ualor eorum augetur etiam pro parte
35 † tangente filium, ut animaduertit etiam Curt.
iunior in conſilio 327. numero ſeptimo, tertio
volumine, nuper impreſſo. at quando prætendi-
tur legitimam fuiſſe ſolutam in pecunia filiæ
tempore mortis, uel matrimonij,opus eſt ſcire
ualorem eo tempore quo fit ſolutio uel relinqui
tur legatum,ut dignoſcatur an habuerit tantum
quantum legitima ſua importabat, & hoc debe
bat probari per partem aduerſam quæ præten
dit ldocere fuiſſe lęſam , & petit ſupplemen-
tum , cum ſit fundamentum ſuæ intentionis. l.
ei qui dicit. ff.de probat,& non uideo per quam
legem probetur,ut dicebat dictus Dominus Ad
uocatus aduerſarius quod nobis incubueris hu
iuſmodi onus.

Nec etiam obſtat, quòd Magnificum Conſ.
poſſit ſe informare † de ualore, & æſtimatione
bonorum,iuxta tradita per B.in l.ſi quid ex Pam
phila. de lega. ſecundo,& Doctor.in l.unica. C.
de ſentent. quæ pro eo quod inter.profer. quia
hoc poſſet procedere ſi res eſſent eſtimandæ de
præſenti,ſed ſunt æſtimãdę pretio quo nolebãt
de anno 1524.quo anno deceſſit Do. Nicolaus,
ut in proceſſu fol.50.& de præſenti non põt æſti
37 mari † qualitas, uel bonitas, quæ non poteſt
videri, ut tradit Bald.numero 25.& Ange. nu-
mero ſeptimo, in l. ſecunda, C.de reſcindenda
uenditione, Angelus, Imo. Alexand. numero
ſexto in l. pretia. rerum ff. ad legem Falcidi. &
Cagnol.in dicta l.ſecunda,numero 264. & Nat.
conſilio 353.numero ſecundo, & propterea Re
buff. in dicta l.unica in gloſ. ſubtilitatem,nume-
ro 31. loquendo de tali æſtimatione facienda
animaduertit non eſſe faciendam niſi inſpecto
præſenti tempore per tot in dicta l.2.

Sexto & ultimo cum pater legauerit prędictę
quondam Domi. Laurę eius filiæ ducatos quin-
gentos, & donaria condecentia pro omni ſua le
gitima, & alia quacunque parte, & portione ſi-
bi obuenire debẽte quomodocumque in bo-
nis, & hæreditate ipſius teſtatoris, qui fuere ſo
luti una cum donarijs legatis,& etiam ultra pro
dote materna. Et Dominus Antonius Maria pa
ter aduerſarij,& auus dicti nepotis,cuius ſunt hę
redes liberauerit,& abſoluerit Dominum Her-
culem ipſius Dominæ fratrem,& in effectu fue-
rint compenſata omnia compenſanda & dicta
Domina Laura contrahendo matrimonium ta-
citè ratificauit, & approbauit,non debent poſſe
eius hæredes contrauenire, ſicut quando pater
38 dotat filiam de bonis paternis, † & maternis fi-
liæ,ut fuit factum hic, iuxta tradita per Doctor.
Socin.Iaſ.& Rip.numero 92.in l.prima.ff.ſoluto
matrimonio,ubi Alci.numero 20.& 21.& idem
Alcia.in tractatu de præſumptio.prima regula
præſumptione 26. Et quando inter uiuos fit ſo
lutio, cenſetur ſoluens omnia compræhende-
re Caſtr. dicto conſilio 275. numero ſeptimo ,
in primo.

Nec dubium eſt quod abſolutio & liberatio
facta per patrem ligat etiam hæredes, cum ipſi
39 non poſſint † contrauenire facto defuncti,l.cum
a matre. C.de rei uendi.l.ex qua perſona.ff.de re-
gu.iur.Anton. Gabr. libro ſexto concluſionum
ſuarum, titulo,de regu.iur. concluſione undeci-
ma, in princip.

Nec obeſt quòd dictus Dominus Antonius
Maria non promiſerit de rato pro uxore, quia
ſatis eſt quòd abſoluit a quantitate ſibi promiſ-
ſa,pro bonis paternis, & maternis, unde ipſe &
eius hæredes debent manutenere hæredes ſol-
uentis abſolutos, & liberatos. Et ſicut non poſ-
ſet pater abſoluens contrauenire petendo , &
contraueniendo abſolutioni, ita nec eius hære-
des qui aliter non haberent ratam,& gratam ab-
ſolutionem, & ſicut mulier non poſſet agere ad
peten. aduentitia , quia obſtaret ſibi exceptio,
quatenus negotium ſuum geſtum eſt utiliter,Al
cia.dicta l.prima, numero 21.ita nec filii & hæ-
redes illius qui eius perſonam repręſentant.d.l.
cum a matre .

Poſtremo etiam non obſtat , ut ex aduerſo
obiiciebatur, quod abſolutio, & liberatio ipſa
fuerit

40 fuerit facta fauore,† & in gratia maſculorum, & propterea eis deficientibus annulletur, ad trad. per Crau. in d. conſil. 242. num. 7. & Didac. Couar. in d. repet. dicti capituli, quamuis, 3. par. §. 3. num. 3. de pac. in 6. quia ex inſtrumento conſtat aliter, & alio animo factam fuiſſe abſolutionem per dictum Anton. Mariam non per vxorem & non in gratiam ſoluentis, vel agnatorum, ſeu deſcendentium maſculorum, ſed quia id, quod fuit legatum per patrem, & conuentum per fratrem in inſtrumento dotis videlicet libris mille in pecunia numerata, & lib. ſexcentas in bonis mobilibus, & duas ueſtes ſericas quæ proculdubio compræhendebant & excedebant legatũ & dotem maternã, fuit ſolutũ ipſi D. Anton. Mariæ, nec hoc caſu Crau. vel Didac. aut alij

41 Doct. loquuntur. & ita† declarant Soc. in conſilio 34. nume. 5. in 4. & Didac. in dicto §. 3. nu. 6. ver. decimo, loquẽtes ad propoſitum noſtrum.

Ex his itaque ſatis & ſuper conſtat actores eſſe in caſu ſuccumbentiæ, ac iniuſtè, & temerè, litem hanc mouiſſe, cum nec legitima, vel eius ſupplementum debeatur, vel peti poſsit, quæ cum non debeatur, nec fructus illius poſſunt deberi, nec dos materna, pro qua etiam fuit ſatisfactum patri, & auo ipſorum agentium, ut ſupra, vnde dicti Magn. rei conuenti veniunt cum uictoria expenſarum abſoluendi, l. eum quem temere, in princ. ff. de iudic. Laus Deo Opt. Max.

Contra conſuluit Ceph. conſil. 404. & fuit iudicatũ pro hac parte per illuſtre Cõſiliũ iuſtitiæ.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta, quando poſsit de emphyteuſi alium ſubinueſtire, & de natura primi, & ſecundi uaſalli.

Inueſtituræ antiquæ, quòd nullo modo ſint alterandæ, nec ab illis ſit recedendum, & plura ad rem iſtam.

SVMMAE.

1 *Emphyteuta poteſt alium inueſtire iure feudi.*

2 *Feudatarius licet non poſsit feudum alienare, vel pignorare.*

3 *Poteſt tamen alii vaſallo illud concedere, & de eo illum inueſtire.*

4 *Quod procedit etiam in feudo ab eccleſia recognito.*

5 *Subinfeudans alienare non cenſetur.*

6 *Nec a ſe prorſus abdicat utile dominium, ſed aliud naſcitur utile ſuperius, aliud iſerius.*

7 *Et apud ſubinfeudantem remanent aliquæ reliquiæ dominii, uel ſaltem quaſi dominii.*

8 *Inueſtitura exigitur a domino directi, ſi emphyteuta vere alienet, non ſi concedat in feudum.*

9 *Subinfeudans eſt vaſallus acquiſitus domino directi & ei actio acquiritur.*

10 *Et ille dicitur vaſallus duorum.*

11 *Vaſallus ſecundus non tenetur recognoſcere plures dominos, ſed vnum tantum, & illi iurare fidelitatem.*

12 *Vaſallus vaſalli mei, non eſt meus vaſallus.*

13 *Conſenſus omnem validat conceſsionem.*

14 *Infeudationis præteritæ faciens mentionem in inueſtitura, non poteſt deinde illam vocare in dubium.*

15 *Tempus cẽtum annorum, eccleſiam excludit.*

16 *Regalia a principe reſeruata, præſcribuntur ſpatio centum annorum.*

17 *Præſcriptio centenaria cenſetur excluſa in quacunque diſpoſitione diſponente, præſcriptionem non eſſe attendendam.*

18 *Subinfeudatio, an fieri poſsit in eo loco, vbi dominum habere curiam, uel diſtrictum conſtat.*

19 *Et an ſufficiat, quod habeat iuriſdictionem ſpecialem.*

20 *Et valet infeudatio, vel ſubinfeudatio bonorum, in diœceſi exiſtentium.*

21 *Emphyteuta habet maiorem poteſtatem circa alienationem, vel obligationem emphyteuſis, quam feudatarius.*

22 *Verba non debent extendi vltra quam inferant.*

23 *Reſeruatio nihil iuris de nouo tribuit eccleſiæ, ſed reſeruat, ſi quid in præteritum competebat.*

24 *Obligatio, pro ut de iure, cuius ſit uirtutis.*

25 *Vaſallus, vel illius ſucceſſor, non ligatur pacto inter alios inito.*

26 *Pater in iuribus emphyteuticis filiis quæſitis nullum præiudicium poteſt facere.*

27 *Inueſtituræ antiquæ non ſunt alterandæ aliquo addito pacto.*

28 *Nec inueſtitis præiudicium poteſt aliquod fieri, niſi alterentur ex certa ſcientia per partes.*

29 *Et in dubio cenſentur partes erraſſe, recedendo ab antiquis inueſtituris.*

In-

30 Inueſtituræ priori, & mediæ, quando ſit ſtandum.

31 Solemnitas quando non præſumatur ex diuturnitate temporis.

32 Mandatum præſumitur ex tempore longiſsimo, & ex poſſeſsione vaſallorum, & dominorum.

33 Inſtrumento, licet non ſolemni, ſi tamen obſeruatum fuit, creditur.

34 Scriptura non ſolemnis inter partes obſeruata meretur fidem.

CONSILIVM CX.

In Domino confido.

PRo nobilibus de Marocellis cum Illuſtriſ.& Reuerendiſs. Domino Archiepiſcopo Rauennæ copioſè ſcriptum fuit per olim Clariſs. Dom.Laurentium ab Occha, cuius allegationib. reſponſum, & replicatum fuit per Excellentiſs. Dominum Riminaldum, mihi maiorem honorandum, ad fauorem ipſius Reuerendiſs. Domini Archiepiſcopi. Et tota difficultas in eo conſiſtit, an vaſalli inueſtiri ab ipſis Dominis de Marocellis, de eorum feudis, teneantur recipere inueſtituras a dicta eccleſia Rauennatenſi, eique ſoluere laudemia? Quod nixus fuit defendere ipſe Magn.Riminald.cum oppoſitum ſentiſſet Dominus Laurentius. In hac igitur controuerſia requiſitus a prædictis nobilib. ut pro veritate, quid de iure ſentirem, aperirem, omnibus hincinde ſcriptis bene penſatis, & pro uiribus conſideratis, uiſa fuit verior, & æquior ſententia, quæ fauet ipſis nobilibus, & eorum vaſallis, & ne temere in hanc ſententiam incidiſſe videar, aliqua ultra abunde deducta pro eorum parte, & ad eorum fauorem in medium adferam, ex quibus (ni fallor) clara redditur concluſio iſta.

Præmitto namq; primo ueriſſimum eſſe fundamentum conſtructum pro hac parte, licuiſſe anteceſſoribus iſtorum Dominorum de Marocellis emphyteutis inueſtire iure feudi illos va-
1 ſallos, quorum ſucceſſores † nunc prædia in feudum conceſſa nunc poſsident, ut in indiuiduo, trad.Specul.in tit.de loca.§.nunc aliqua, uerſic. 129. Imo.in cap.potuit, 15.colum.eodem titu.& Iaſ.in l.fin.col.34.uerſ.tertio quæro, C.de iure emphyt.& idem eſt in feudatario, & uaſallo, qui
2 licet non poſsit feudum ſibi conceſſum † alienare, uel etiam pignorare, aut etiã pro anima quouis modo diſtrahere, cap.primo, in princ.de prohib.feudi alien.per Fede.quæ tamen prohibitio non tam ſtricta eſt in emphyteuſi, d.l.fin.cum ibi
3 not.poteſt tamen ſubinfeudare, & feudum † ſuũ alij uaſallo concedere, & de eo illum inueſtire, vt eſt tex.in cap.1.§.ſi uero, qualiter olim feud. alie.pote.in d.c.1.§.illud quoque, & ibi omnes, de prohib.feudi alien.per Feder. & in alijs locis citatis per Bal.in cap.1.§.Marchio.num.8.in tit. de his, qui feud.dare poſ. & late Iaſ. per plures colum.in princ.illius tit.colum.10.vſque ad fin. ipſius tit.Doctor. poſt gloſſam cap. quæ in eccleſiarum, ubi Fely.num.69.& Dec.colum.fin.nu. 31.de conſtit.Dec.& Cagnol.num.3. in l.conſilij, §.ſocij, ff.de reg.iur. Cur.iun.in tracta.feud.4. par.in tit. ex quibus cau.feud.amit. prima regula principalis, num.83.Marti.Sili.in tract.de feu. in tit.qui poſ.dat.feud.nu.24.& ſequen. & plures etiam citat Pet.Duen.in ſuo trac.regula.iur. in regula 48.prima limit. nu.15.nec ab hac concluſione ullus diſcrepat. Quæ procedit etiam
4 in feudo ab eccleſia recognito, † licet aliter uideatur uoluiſſe Bal.ſubdubius, in cap.1. §.præterea, in princ.de capi.Corra.ut tenent Aluaro. & Præpo.Alex.in d.§.illud quoque, Iaſ.in d.tit. qui feud.dare poſ.colum.penult.3.limit. Feli.& Dec.in d.cap.quæ in eccleſiarum, Soc.in conſil. 66.num.6.tertio uolum. Curt.iun.d.num.83.& Zaſ.in tract.de feud.9.par. tit.de feu.alienat.nu. 17. Subinfeudatio uero prædicta communi omnium conſenſu citra conſenſum domini directi & eccleſiæ procedit, cuius rationes aliquot a Doctoribus aſſignantur, quarum aliquæ nedum caſui noſtro conueniunt, ſed penitus omnem prorſus tollunt quæſtionis noſtrę difficultatem, & inter cęteras illa eſt potiſsima, quod qui infeu
5 dat, vel ſubinfeudat, † alienare nõ cẽſetur, ut uĩ uoluiſſe Abb.in c.cum appoſtolica.nu.10. de his q̃ fiunt a præla.ſine conſenſu Capi.& expreſſius Aluaro.& Præpo. in d.§.illud quoque, in 1.not. cui adſtipulantur plures deciſiones etiam citatæ per D.Laurent.ad propoſitum, & maxime, quia emphyteuta, vel vaſallus ſubinfeudans non amittit prorſus, uel a ſe abdicat ſuum utile dominiũ, ut fit alienando, ſed adhuc remanet emphyteuta, vel vaſallus, quia non cedit feudum, ſed con-
6 cedit, & hoc caſu reperitur † utile dominium ſuperius & utile inferius ſub illo, ut ad propoſitũ trad.Bal.in cap.cæterum, colum.fin.nume.13.C. de iud.Felyn.in d.cap.quæ in eccleſiarum, num. 69. 6.declarat. Curt.iun.d.num.83.uerſ.ſecundo pro limitatione, & Cagnol.in d.§.ſocij, num. 6.eiuſdem etiam ſententiæ fuit Bal. quem ibi ſequuntur Aluar.Præpo.& Afflic.in d.§.illud quoque.quod penes primum uaſallum infeudantẽ remaneãt reliquiæ quædam dominij, ita ut quoad ſuum uaſallum dominus cenſeatur & ſibi per eum debeantur ſeruitia, præſtandum eſt iuramẽtum fidelitatis, & ei eſt facienda recognitio, nec ex toto dicitur abſorptũ dominium, cuius reli
7 quiæ remanent, † quod etiam tenuit Iacob.de S. Geor.

Geor.in ſuo tract.feud.in ver.ita etiam, quod ip
ſi uaſalli, colum.2, verſic.quæro, an aliquid.ubi
dicit, quaſi utile dominium penes hunc infeu-
dantem remanere, ſequuntur Curt.iun.d.tract,
d.4.par.d.num.83.d.uerſ.ſecundo pro limitatio
ne,& Cagnol.in d.§.ſocij,num.7. a quibus non
diſcrepat Zaſ.d.tract.10.par.de feud.amiſ.num.
58.ſed & Afflic.d.§.illud quoque,nume.13.qui
uoluit omnino vtile dominium infeudanti re-
manere, & in ſubinfeudatum exercitium vtilis
transferri,& cum Bal.in locis præallegatis tenet
Soc.in allegatis conſil.256.col.2.in 2.& d.conſ.
66.num.7.in 3.uol.

Quibus ueris ſtantibus clara reſultat conclu-
ſio, quod cum hic non ſit facta alienatio utilis
dominij per emphyteutas, nō poteſt iure defen
di uaſallos dominorum iſtorum de Marocellis
teneri aliter recognoſcere eccleſiam Rauenna-
tenſem,vel eius Reuerendiſs.Archiepiſcopum,
uel ab ea,ſeu eo aliquam recipere inueſtituram,
ut prætenditur ex aduerſo, quia pro vera tātum
8 alienatione per emphyteutam facta † inueſtitura
a domino directo exigitur, & laudemium eidē
debetur, d.l.fin.C.de iure emphyt.& in Bulla Bo
nifaciana expreſſum eſt: licet enim acquiſitio
iſtorum vaſallorum facta per emphyteutas illos
anteceſſores iſtorum dominorum utilis ſit eccle
9 ſiæ,& actio eidem † acquiratur, ut Bal.trad.in d.
capit.quæ in eccleſiarum,num.35.& acquiritur
etiam eccleſiæ uaſallus, ut trad.Abb.in capit.ex
tranſmiſſa.num.4.de foro compet.& per Afflic.
in d.§.illud quoque.ubi dicit,hoc caſu ſubinue-
10 ſtitum eſſe † uaſallum duorum, id tamen eſt me-
diate,& in ſubſidium, ut per Abba.ibi,& Bal.in
cap.ſane,num.5.de renunc.nec propterea uaſal
lus tenetur plures dominos recognoſcere, ſed
infeudantem,vel ſubinfeudantem tantum, & ei
11 tantum † iurare fidelitatem, ut per Bald.Alua.&
alios in d.§.illud quoque,& Mart.Sili.in d.trac.
de feud.in rubr.de for.iur.fidel.nu.7.Quod etiā
comprobat regula illa uulgar.vaſallū vaſalli mei
12 non eſſe † meum vaſallum, quam firmant Bald.&
alij in d.§.illud quoque, Iacob.de ſancto Geor.
Cur.Dec.& Cagnol.in locis præallegatis,& Al-
cia.in l.Modeſtinus, ff.de verborum ſignif.for-
tius noluit Afflic. in d.§.illud quoque, num.13.
& ſeq.in caſu alienationis faciendę per ſubinfeu
datum primum vaſallum,ſed immediatum domi
num eſſe requirendum, & ei laudemium eſſe ſol
uendum, cui deciſioni adſtipulatur ſtatutum no
ſtrum ſub rubrica,de vſibus & rebus ab alio re-
cogni.ad finem.

Secundo ceſſat in caſu iſto omnis difficultas,
cum in inueſtituris, & infeudationibus dictis va
ſallis factis interuenerit conſenſus procurato-
ris illius Reuerendiſ.Archiepiſcopi illius tempo
ris, qui talibus infeudationibus conſenſit, reci-
piendo etiam iuramentum ab ipſis uaſallis,cum
nonnullis pactis & conditionibus, de quibus,&
pro ut in inſtrumentis nunc repertis,quæ tollūt
omne dubium propter dictum conſenſum, ex
13 quo † omnis conceſſio validatur, ut per Bal.in d.
c.quæ in eccleſiarum,nu.19.in fi.

Tertio, cum poſt infeudationes dictis uaſal-
lis factas prędicti nobiles de Marocellis ante-
ceſſores horum uiuentium de anno 1394.
fuerint etiam de bonis infeudatis ibi ex-
preſſis inueſtiti facta expreſſa mentione de ip-
14 ſa † infeudatione non poteſt nunc poſt tot an-
norum curriculum in dubiū refricari validitas
prædictæ infeudationis & inueſtiturę ſubſequu-
tæ, repugnante præſumptione, quæ ſtat pro in-
ſtrumento ipſo, l.cum precibus, C.de probatio.
cum alijs trad.per Alcia.in tract.præſumptionū
3.reg.pręſumpt.13.num.17.

Quarto,& vltimo, cum iam ſint lapſi anni fe-
re ducenti, quòd iſti vaſalli,& eorum anteceſſo-
res fuerunt de huiuſmodi feudis inueſtiti, ut in
inſtrumentis prędictis, nec umquam recognoue
runt eccleſiā in dominam, uel ab ea receperunt
inueſtituras, uel laudemium ſoluerunt, nō video
quomodo eorum poſteri & deſcēdentes poſſint
nunc vexari,& in hac ſua libertate turbari, cum
certum ſit lapſum centum annorum eccleſiam
15 † excludere,& priuilegium ac libertatem conce-
dere, l.hoc iure, §.ductus aquæ, ubi hot. ff.de
aqua quoti.& æſti.cap.ſuper quibuſdam,uerſic.
præterea,ubi gloſ.& Doct.de uerborum ſign.de
quo abunde trad.Ioan.Franc.Balb. in tract.præ-
ſcrip.2.par. 3.par.principalis, num. 11.& ſequen.
& num.18.loquitur poſt Abb.ibi citatum, quan
do per dictum tempus nihil fuit ſolutum: tali.n.
16 tempore etiam regalia & principi reſeruata † prę
ſcribuntur, Crau.late in tract.de antiquit.temp.
4.par.ſectione, incip.abſolutis differentijs, 4.q.
nume.13.& præſcriptio huiuſmodi etiam obeſt
eccleſiis, & ſi eis eſſet oneroſa, ut per eundem
Crauet. in d.quarta par.ſectione, incip. materia
iſta, 14.quæſt.num.22.poſt alios per eum ibi ci
tatos, quæ quidem immemorabilis præſcriptio
17 † centenaria cenſetur excluſa in quacunque di
ſpoſitione diſponente præſcriptionem non eſ-
ſe attendendam, ut per Bal.d.tract.5.par.5.part.
princip.9.q.per tot.& Craue.ſectione proxime
citata 22.q.nu.43.

His iactis fundamentis, ex quibus aperte de-
fenditur libertas horum vaſallorum, & clara re-
ſultat concluſio, eos non teneri ad prætenſa ex
aduerſo, operæprecium eſt reſpondere rationi-
bus & fundamentis adductis pro eccleſia per di
ctum Excellentiſs.D.Riminaldum, quæ & ſi ſub
tilia pro more ſint, non tamen officiunt veritati
prædictæ noſtrę concluſionis.

Primo igitur ad fauorem dictę Rauēnatenſis
eccleſię adducitur ad inualiditatem dictæ infeu-
dationis limitatio Aluaro.in cap.1. §.fin. colum.
fin.qui.mo.feu.amit. quam ſequitur Cur.iun.in
d.trac.4.par.ſub num.24.quibus ego etiam ad

do Pr ſpo. Alexan. in d. §. fin. idem tenentem, ubi
18 concludunt † ſubinfeudationem fieri non poſſe
in eo loco, ubi dominus primus habet curiam,
vel diſtrictum, ut in eo tex. quod quidem funda-
mentum nihil nobis officit ex pluribus.

Primò, quia non uerſamur in caſu illius limita
tionis, ſed termini noſtri a caſu illius §. fin. ſunt
ualde diuerſi, ſi bene inueniatur factum: nam Re-
uerendiſ. Archiepiſcopus nō habet curiam, nec
iuriſdictionem, uel uaſallos aliquos in locis in-
feudatis per Dominos Marocellos, quo caſu nō
eſt locus illi limitationi. Quod autem oporteat
Dominum habere iuriſdictionem & uaſallos in
ea curia, expreſſe fatentur omnes in d. §. fin. &
maxime Afflic. & propterea non ſufficit, quod
19 † habeat iuriſdictionem ſpecialem, ut quia bona
ſunt in ſua diœceſi, quia non propterea impedi-
tur ſubinfeudatio, quod etiā conſtat, quia Aluar.
& alij in d. §. loquuntur, quando dominus ſibi re
ſeruauit iuriſdictionem & feudum conceſſit in
ea exiſtens, quę ratio non quadrat, uel conuenit
in conceſſione epiſcopi, uel Archiepiſcopi, qui
iuriſdictionem ſuam ſpiritualem, quam habet in
ſubditos ſuæ diœceſis, non poteſt concedere, &
de reſeruatione ipſius nō eſt tractandum, & qđ
ualeat infeudatio, uel ſubinfeudatio, etiam bo
20 norum in diœceſi exiſtentium, uidetur † fuiſſe de
mente Soc. in d. conſil. 66. in prima dubitatione,
ubi loquitur de infeudatione facta per Illuſtriſs.
Ducem, uel Marchionem Mantuæ de bonis ſibi
infeudatis per epiſcopum Mantuæ, & præſuppo
nit ualidam fuiſſe ſubinfeudationem. Ceſſantib.
igitur rationibus dictæ deciſionis contrarię, nec
conuenientibus caſui noſtro, tollitur etiam ipſa
deciſio, l. quod dictum, ff. de pact. c. cum ceſſan-
te, ubi late Dec. in prin. de appell.

Secundo loquitur illa limitatio in uaſallo in-
feudato ſubinfeudante, nos ſumus in emphyteu
tis, qui potuerunt ſubinfeudare, ſeu infeudare,
ut ſupra, qui quidem emphyteutæ circa aliena-
21 tionem & obligationē rei emphyteuticæ † maio
rem habent poteſtatem quàm feudatarius, ut in
dicta l. fi. C. de iure emphyt. nec etiam hic diſpu
tatur de ualiditate conceſſionis, ſed de noua in-
ueſtitura, quod eſt diuerſum.

Tertio, cum expreſſus conſenſus domini, ſeu
eius procuratoris interuenerit, ceſſat omnis ſcru-
pulus, & idem eſt ſtāte inueſtitura expreſſe facta
etiam reſpectu bonorum infeudatorum, & lap-
ſu tot annorum ſaltem ultra centum quinqua-
ginta, ut in tertio, & quarto fundamentis, ſupra
dictum fuit.

Secundo principaliter fit fundamentum in re
ſeruatione facta in inueſtitura anni 1474. quon-
dam D. Pyrrho de Marocellis, tutori Dominorū
Lud. & Alberti, etiam de Marocellis, & in inue-
ſtitura facta ipſis Domino Lud. & Alberto de an
no 1520. in qua illamet reſeruatio fuit repetita,
quaſi per eam ſe obligauerint expreſſo pacto ipſi
Marocelli ad dictas inueſtituras recipiēdas per
dictos eorum uaſallos. Sed certe in dicta reſer-
uatione nullum fieri poteſt fundamentum ex
pluribus.

Primò, quia nullum fuit factum pactum per
Moracellos inueſtitos, ſed tantū fuerunt reſerua
ta iura eccleſiæ pro inueſtituris faciendis uaſal-
22 lis, ut ſonant expreſſe † uerba ipſa, quæ non de-
bent extendi ultra quam. inferant, l. quicquid
aſtringendæ, ff. de verbor. oblig. & interpretan-
da ſunt contra fundantem ſe in eis, cum debuiſ-
ſet legem apertius dicere, l. ueteribus, ff. de pact.
& quæ quidem reſeruatio nihil iuris de nouo tri
buit eccleſiæ, ſed ſi quid ſibi in præteritum com
23 petebat, reſeruat, † ut fuit oſtenſum, & bene per
Dominum Laurentium, quibus deductis per eū
adduntur Rui. conſ. 40. num. 7. & 99. num. 10. pri
mo uolum. Berō. conſil. 4. num. 32. ſecunda par.
priorum, Soc. iun. conſil. 65. num. 81. primo uo-
lum. 126. num. 40. in 3. 134. num. 86. & 146. nu.
25. eod. uol. Crau. conſil. 79. num. 8. 127. num. 7.
& 144. num. 15.

Secundo, & ſi eſſet pactum, quod inficiamur,
nihil tamen nobis officeret, quia nō fuit dictum
ſimpliciter, quod inueſtituræ eſſent recipiendæ
per uaſallos, & laudemia, ſeu capſolda ſoluenda,
ſed fuit limitatè dictum, pro ut de iure tenētur,
24 quo caſu non tenentur, † niſi pro ut a iure diſpo
nitur propter dictam limitationem & relationē
ad ius factam, iux. not. per gloſ. Bartol. & omnes
in l. edita, in uerbo, prout, ubi Dec. numero 85.
C. de eden.

Tertio, hoc pactum (ſi pactum dici poſſet) nō
25 ligat † uaſallos prædictos, vel eorum ſucceſſores,
quia res inter alios acta, l. 1. 2. & 3. C. res inter
alios acta, ſicut etiam nō obeſt iſtis dominis nūc
uiuentibus, cum non conſtet eos eſſe hæredes il
lorum, qui illam reſeruationem in dictis inueſti-
turis admiſerunt, & certum eſt etiam partem in
26 huiuſmodi iuribus quæſitis filijs † nullum præiu-
dicium facere poſſe, Bar. in l. ut iuriſiuran. §. ſi li-
beri. ff. de oper. liber. cum alijs citatis per Andr.
ab Exea in ſuo lib. de pact. nu. 211. & ſeq.

Quarto, cum in antiquis inueſtituris factis
ante dictum annum 1474. tale pactū reſeruatio-
nis non fuerit appoſitum, non uidetur iuridicū,
quod in alijs ſequentibus inueſtituris potuerit
27 addi, & debuiſſent † alterari antiquæ inueſtiturę,
ut etiam dictum fuit pro hac parte, ut trad. Bald.
in conſil. 215. proponitur. 1. dub. ſecundo uolum.
Brun. conſil. 1. nu. 83. & 88. num. 6. Pariſ. in con-
ſil. 23. num. 63. & ſequen. & conſi. 22. præceden
ti, num. 8. & ſequen. primo uolum. Laur. Sylua. in
trac. de feu. recognit. quæſt. 38 & late Tiraqu. in
trac. de retract. tit. 1. §. 22. gloſ. uni. num. 49. Fer-
ret. conſil. 40. num. 6. 119. num. 4. & ſeq. Nec in-
ueſtitis pręiudicium aliquod faciunt, ſi alteren-
tur, niſi ex certa ſcientia, per partes ab illis prio
28 ribus pactis fuerit † receſſum, & ita ad propoſitū

trad.

trad.Caſtr.pro aduerſa parte allegatus in conſ.
63.uidetur dicendum,quod dictus Dom.Prior,
2.colum.in antiquis,alias 142.nume.3. de quo
etiam per Zaſ.in d.tract.feu. 6.par. qualiter feu.
conſtit.num.23.& 12.par. & vlt.16.concluſio.
num.41.& in propoſito,in dubio cenſentur par
29 tes erraſſe,† recedendo ab antiquis inueſtituris,
ut per Bal.in d.conſil.colum.1.uerſ.& in dubio.
propterea admonet Caſtr.in d.conſil.declaran.
eſſe expreſſe, quòd licet in antiquis inueſtituris
aliter contineretur, tamen partes eas non alterarunt.& ab eis receſſerunt, ut per eum ibi in 2.
colum.in fi. & tanto clarius hoc procedit, cum
poſt dictam inueſtituram acceptam de an.1474.
ante dictum annum 1520. fuit accepta alia inue
ſtitura, ut mihi præſupponitur media ſine dicta
30 reſeruatione,quo caſu & illis prioribus,† & huic
etiam mediæ ſtandum eſſet, per prædicta & per
tradita ad propoſitum per Affiic. deciſio. 195.
numero 5.& 6.

Et per hæc tollũtur, quæ ex aduerſo obijciuntur de dicta reſeruatione, quæ ut ſupra dictum fuit,nullo modo ligat,nec uaſallos pdictos, nec etiam dominos emphyteutas. quibus etiam additur, quod dum dicitur ex aduerſo illud pactũ reſeruatiuum obeſſe infeudatis, quia debebant ſe informare de iuribus competentibus ipſis de Marocellis,per not.in l.qui cũ alio. per Moder. ff.de reg.iur.non conuenit huic caſui,in quo vaſalli ipſi per plura luſtra antequam dictum pactum fuiſſet appoſitum in dictis inueſtituris,fuerunt inueſtiti de dictis bonis,ut in dictis inſtrũs.

Tertio,& ultimo obijcitur ex aduerſo de mãdato illius vicarij Reuerendiſs. Epiſcopi, ſeu
Archiepiſcopi Ranennen.quòd de eo non conſtet ad inueſtiendum Marocellos etiam de reb.
31 infeudatis, de qua ſolemnitate† interuenta non
eſt ex diuturnitate temporis præſumendum,nõ
conſtito de ſcientia Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, Affiic.deciſio.107.colum.fin. Dec.conſil.
409.colum.2. cum alijs ex aduerſo citatis. Sed
& hæc obiectio non obeſt per alia fundamenta
ſupra deducta,ſed nec in caſu iſto procedit reſpectu dicti inſtrumenti,tum quia mandatum in dicto inſtrumento enunciatum ob longitudinem
tanti temporis præſumitur, nec exigitur aliqua
domini, uel principalis ſcientia,quicquid ſit de
alijs ſolemnitatibus,ut copioſe, trad.Crau.in d.
tract.de antiquit.tempo. ſecunda par.nume.59.
61.& ſequen.tum etiam, quia concurrit longiſſimi temporis ſupra centeſſimum annum poſſeſſio uaſallorum,& dominorum, quæ facit præſu-
32 mi† mandatum ipſum,ut per Craue.d.2.par.nu.
67.6.limitat.& Alcia.in tracta.præſumpt.2.reg.
præſumpt.13.nu.2.& Hieron. de Monte in trac.
de finib.cap.15.Et quæ quidem obſeruantia ſub
ſequuta operatur, ut dicto inſtrumento etiam ſi
33 alias non eſſet † ſolemne, uel ualidum, fides ſit
adhibenda, ut per Crauet.conſil.101.num.4. 65.
num.11.158.num.1.& 277.num.2.quod procedit etiam in ſcriptura priuata diu inter partes
34 † obſeruata,ut per eundem Crauet.d.trac.1.par.
ſectione incip.4.limit.nu.14.& 16.& ſeq.

Ad id autem, quod ex aduerſo ẽt conſideratur, quod in inſtrumento anni 1392. Vicarius ille excepit ab inueſtitura ipſorum de Marocellis nonnulla bona,de quibus fuerat inueſtitus quidã Gulielmus Buratus, & de quib.inueſtitus fuit Bart.a Mella,quaſi illemet Vicarius uoluiſſet improbare infeudationes factas per Marocellos, dicitur quòd nihil obeſt parti noſtræ,cum in dicto inſtrumento cauſa exprimatur dictæ exceptionis, nempe quia Marocelli renuntiauerunt iura ſua dicto Bartholomęo,quo fit, ut exceptio ipſa facta cum hac cauſa,magis uideatur includere in reliquis,& comprehendere alia bona infeudata, & infeudationes ipſas approbare, l.nam quod liquide, §.finali, ff.de penu lega. trad.Doctor.in l.1.ff.de reg.iur. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Legitimatus, quando ſuccedat in feudis, licet generaliter tantum ſit legitimatus?

Legitimatio quãdo poſſit fieri iuſta cauſa,non citatis agnatis,& non conſentiente domino feudi?

Quæ ſit legitima cauſa legitimationis, & quando illa poſſit euerti,& ſit nulla vel ob non expreſſionem legitimati, vel ob facultatem legitimantis.

SVMMAE.

1 *Legitimatus generaliter non ſuccedit in feudo.*
2 *Secus ſi expreſſe legitimetur ad feuda per Imperatorem,vel alium,poteſtatem habentẽ.*
3 *Licèt aliqui contra teneant, quorum opinio merito reiicitur.*
4 *Ampliatur, etiam ſi de feudo ẽxpreſſe mentio facta non fuiſſet, ſed per verba generalia idem comprahendere valentia.*
5 *Etiam quod in legitimatione non ſit dictum, quòd feuda eſſent antiqua.*
6 *Modo ſit dictum,ad talia & talia,nec exigitur maior ſpecificatio.*
7 *Ampliatur etiam ad feuda dignitatis iuriſdictionis,& caſtrorum.*

Co-

8 *Comes Palatinus non poteſt legitimare ſine legitima cauſa, modo id ſpecifice demandatum non ſit, ſecus in Imperatore.*

9 *Hac autem poteſtate non conceſſa, non poteſt ſuper ea fie ri ſundamentum.*

10 *Imperator conceſſa libera ſacultate Comiti Palatino, non cenſetur concedere plenitudinem poteſtatis.*

11 *Legitimationi filii patris cõnſenſus accedens non videtur ſufficere pro legitima cauſa.*

12 *Legitimationis non videtur ſufficiens cauſa ſpes probitatis.*

13 *Legitimationem proceſsiſſe cum cauſæ cognitione non creditur Comiti atteſtanti.*

14 *Alias facile lex eluderetur.*

15 *Imperator ſicut poteſt ſine vlla cauſæ cognitione legitimare, ita etiam poteſt hanc facultatem Comiti Palatino concedere.*

16 *Cauſæ cognitio cenſetur ſublata per clauſulam, citatis & non citatis.*

17 *Clauſula, de Imper. Rom. plenitudine poteſtatis, importat, vt princeps cenſeatur ſupra ius diſpenſare.*

18 *Et vt nulla cauſæ cognitione ſit opus.*

19 *Clauſula plenitudinis poteſtatis, an poſsit uti Dux Illuſtriſs. & de illa*

20 *Comes Palatinus poteſt legitimare ſine cauſę cognitione ob clauſulam plenitudinis poteſtatis, & quando non obſtent aliæ clauſulæ priuilegii.*

1 *Hæc autem facultas cenſetur conceſſa ex clauſula, non obſtantibus, in ampliſsima forma.*

22 *Interpretatio fit latiſsima in priuilegio conceſſo Comiti Palatino.*

23 *Legitimatio aliud eſt, aliud diſpenſatio.*

24 *Legitimatio, quicquid ſit in diſpenſatione, eſt latiſsime interpretanda.*

25 *Comiti Palatino credendum eſt de iuſta cauſa legitimationis.*

26 *Legitimationis iuſta eſt cauſa, probitas, virtus, & mores legitimati.*

27 *Et maxime ſi ille non ſit infans, vel adoleſcens, ſed prouecta ætatis.*

28 *Et etiam alia legitima cauſa, conſeruatio lineę agnationis.*

29 *Agnatio etiam per legitimatos conſeruatur.*

30 *Comes qui, poteſt legitimare de plenitudine poteſtatis, non poteſt vti illa facultate ſine cauſa.*

31 *Citatio non eſt neceſſaria ob clauſulam, citatis & non citatis.*

32 *Et in legitimatione ob hãc clauſulam Comes poteſt etiam inuitis, & contradicentibus agnatis ad feuda legitimare.*

33 *Legitimans difficilius tollit ius quæſitum, quam tollat ius conditionale ex ultima voluntate competens.*

34 *Socinus iunior, ſenior iunior fuit.*

35 *Agnatis poteſt præiudicare princeps iure adhuc plene illis non quæſito.*

36 *Legitimatione illegitimi non dicitur princeps priuare agnatos, ſed tollere obſtaculum de iure ciuili inductum.*

37 *Legitimatio fieri poteſt ad excludendum ſucceſſorem iam adita hæreditate.*

38 *Legitimati non comprahenduntur in feudo, in quo ſunt vocati legitimi, & legitime nati.*

39 *Legitimatus, quando ſit perinde, ac ſi de legitimo matrimonio natus fuiſſet & admittatur ad ea, ad quæ non niſi legitime nati admittuntur.*

40 *Comes Palatinus non poteſt legitimare ad feuda conceſſa per Imperatorē, & quando?*

41 *Quod procedit, ſi ſimpliciter per Imperatorem data fuit poteſtas Comiti legitimandi etiam ad feuda.*

42 *Feuda habentia dignitatem per ſolum Imperatorem conceduntur.*

43 *Imperator non poteſt regulariter legitimare ad feuda dignitatis.*

44 *Legitimandi facultas, vt extendatur ad feuda, neceſſe eſt, vt hoc ſit expreſſum.*

45 *Clauſula generalis, quæcunque, facit vt alteretur natura diſpoſitionis, maxime hominis.*

46 *Legitimatio, quando extendatur etiam ad feuda ab Imperatore conceſſa?*

47 *Legitimandi facultas ad feuda, intelligitur de imperialibus.*

48 *Legitimatio remouendo obſtaculum, facit de incapace capacem.*

49 *Legitimatio ad feuda, non poteſt facere præiudicium Duci, a quo eſt conceſſum feudũ.*

50 *Tiranni geſta, omnia ſunt nulla.*

51 *Legitimatio Comitis Imperatoris, poteſt præiudicare domino feudi.*

52 *Modo feuda non ſint eccleſiaſtica, quia Imp.*

non

non poteſt, vt ad feuda conceſſa per Marchionem Ferrariæ.

53 Imperator poteſt legitimare in terris per eum infeudatis.

54 Videtur namque concurrere in iuriſdictione cum quocunque.

55 Hinc conſuetudo legitimandi in ciuitate Ferrariæ non validat legitimationem, quia eſt de terris Eccleſiæ.

56 Legitimatio autem iſta non eſt nulla, niſi diſſentiente domino feudi.

57 Imo ſufficit illius ratificationem ex poſt facto ſuperuenire.

58 Legitimatio non valet in præiudicium filiorum, hoc eſt ſi ipſi voluerint, & declarauerint.

59 Legitimationem non poteſt dicere nullā agnatus, opponendo de iure tertii.

60 Feudum eſſe antiquum, eſt exprimendum impetrando legitimationem.

61 Legitimans ad feuda non ſuccedit in antiquis, ſi de illis non eſt facta mentio.

62 Legitimatio in præiudicium agnatorum valet, nulla facta expreſsione de feudo antiquo.

63 Idem in feudo antiquo.

64 Et ſufficit, quod ſit facta mentio agnatorum ſuccedentium ſine alia expreſsione.

65 Legitimatio regulariter agnatis præiudicat.

66 Legitimaſſe, quando præſumatur Comes, etiā ſi ſciuiſſet feuda fuiſſe antiqua.

67 Legitimatione facta ad feuda, comprehenduntur etiam antiqua.

68 Comes præſumitur legitimaſſe iuxta tenorē priuilegii, & facultatis ſuæ.

69 Et cenſetur legitimare ad emphyteuſim eccleſiaſticam, ſi vigore priuilegii apoſtolici legitimauit.

70 Legitimatus ad dignitates, cenſetur etiam legitimatus ad feuda.

71 Legitimatio ad feuda, non ſe extendit ad feuda dignitatis.

72 Quod falſum eſt, niſi dignitates ſint maximæ, & quando nu. 74.

73 Feudum dignitatis debet ab Imperatore concedi, & quod ſit, num. 47.

75 Sententiæ, quæ tranſiuerunt in iudicatum, non ſunt amplius in dubium vocandæ.

76 Reſcriptum, eſt interpretandum, vt ſententia lata, in dubium non reuocetur, ſi in iudicatum tranſiuit.

CONSILIVM CXI.

In Domino confido.

Requiſitus pro parte Magn. Com. Peregrini de Manfredis, Domini Caſtri Borzani, vt ſententias latas ad fauorem ipſius D. Co. contra Magn. Co. Thadęum de Maofredis, defenderem, & dubitationibus contra eas propoſitis per Magnif. & Clariſs. Dominos Ducales Conſiliarios reſponderem, eaſque contrarijs iuribus tollerem: dubitaui prouinciam hāc aggredi periculoſum eſſe, ſi quidem tam magna, & valida querela de iniquitate dictarum ſententiarum pro parte prædicti Magn. Comitis Thadęi habita fuit, ut etiam ad imperiales aures delata fuerit.

Præterea cum ſcirem fere omnes excellentiores, & peritiores cauſarum patronos huius ciuitatis pro dicto Com. Thadęo pro conuincenda iniuſtitia ipſa egregie & copioſe ſcripſiſſe, non ab re verendum erat, ne nimis eſſet difficilis, & periculoſa defenſio ipſa: cootra uero, cum noue rim Dominos iudicantes huius legalis ſcientiæ peritiſſimos fuiſſe, & in forenſibus cauſis decidendis minime inexpertos, viderimq; pro hac parte aonis præteritis fuiſſe ſubtiliter, & copioſe allegatum per olim Excellentiſs. D. Marcabrunum ab Anguillis, nemini ſuo tempore in hac ciuitate ſecundū, onus hoc tametſi humeris meis impar, aſſumere non detrectaui, ſubindeque uiſis, & conſideratis dubitatiooibus ipſis, & legitimatione facta de prædicto Com. Peregrino, in qua conſiſtit totum pondus & tota difficultas huius cauſæ: Viſiſque etiam his, quæ ad fauorem ipſius Dom. Com. ſcitè, & ſubtiliter ſcripta fuere pro diſſolutione ipſarum dubitationum per Magnifi. Dom. Petrum Foſcherium Iureconſultum Mutioenſem, compatrem, & uti fratrem mihi honorandum, concurro in eam ſententiā, quòd iuſtè, & ſanctè iudicatum fuerit ad fauorē ipſius Magn. Com. Peregrini, & temere, & iniuſte ipſum D. Com. Thadęum conqueſtum fuiſſe, & ita per prædictos Clariſs. Dominos meos referendum eſſe Sereniſs. D. Duci noſtro.

Et pro fundameoto inteotionis prædicti Magnif. Comitis Peregrini preſuppono pro indubi
1 tato, quod licet generaliter legitimatus nō ſuccedat in feudo, cap. naturales. io tit. ſi de feudo defun. contro. ſit inter dom. & agnat. uaſal. tametſi expreſſe per Imperatorem, vel ab eo ad id legi-

legitimum priuilegium legitimandi habentem
2 illegitimus legitimetur etiam in feudo † ſuccedit
ut trad.gloſ.ibi in uerſ.legitimi,communiter re
cepta,*quod admittunt Bartol.in l.ex facto,§.ſi
quis rogatus,num.9.ff.ad Trebel.& Signor.con
ſil.218. quidam D.Ioannolus,num.4. affirman-
tes,ſe in eorum priuilegijs hoc exprimi feciſſe,
hanc etiam ſententiam ſequitur Bal.in conſilio
214.caſus eſt talis, ſecundo uolum.vbi reſpon-
dit in caſu noſtro ſimili, in quo extabat filia fœ-
mina legitima & naturalis, quæ tamen non ſuc-
cedebat in feudo, idem etiam tenet Pau.Caſt.in
conſil.461.uiſis,& diligenter,num.2. primo uo
lum.nouiſſimorum,Comens.in conſil.165.Re-
uerendus pater,nu.4.Aret.in conſil.167.Magn.
& excelſi.quod eſt conſilium penul.colum.pen.
& fin.Soc.in conſil.3.nu.7. & ſequen.3.uolum.
Dec.in conſil.76.per totum,& conſil.198.num.
30.& conſil.269. num.10.Iaſ.conſil.65.colum.
4.uerſ.ſecundo principaliter,3.uolum. & conſi.
127.colum.4.num.2.in 4.Brun.conſi.6.num.7.
Ruin.conſil.164. nu.7. & ſequen.primo uolum.
161.num.24.in 2.& 81.nu.8.in 3.ſequitur Cur.
iun.conſil.1. num.23. & plenius proſequitur in
conſil.157.num.15.& in ſuo tract.feud.quæſt.17.
tertiæ quæſt.principalis, Gozad.conſil.25.num.
12.& 92.num.22.Boer.deciſ.123.nume.4. Rub.
Alex.conſil.33.Soc.iun.conſil.76.num.133. pri
mo uolum.& Pariſ.latiſſime in conſil.1.nu.122.
& ſeq.ſecundo uolum.& alios etiam citat Tira
quel. qui hanc ſententiam firmat in tract.de re-
tract.tit.1.§.1.glo.3.nu.6.& in tract.le mort ſaiſie
le uif.4.par.5.declarat.num.8.& in tract.de no-
bil.cap.23.num.16. quorum plura adducta fue-
re per prędictos Excellentiſs.Coaduocatos, ex
quib.non eſt dubitandum de veritate huius con
cluſionis,tametſi Ant.Roſel.in trac.legit.in pen.
tit.in rubr.legitimationis effectus,nu.24.dixerit
3 d.gloſ.in d.cap.naturales, communiter † non te-
neri,& Zaſ. etiam contrarium tenuerit in tract.
de feud.ſucceſ.8.par.num.84.& Galia.in l.2.co-
lum.3.ff.de uerborum oblig. & quandoque alij
pauciores eam improbarunt,pro cuius defenſio
ne potuiſſem etiam quamplures alios, eam te-
nentes adducere, quos conſulto omiſi, breuita-
tis gratia,cum ſatis ſuperque ſint ſupra citati ad
comprobandum eius ſententiam. communiter
eſſe receptam:& cum in caſu noſtro nedum fue-
rit datum priuilegium Comiti legitimandi ſpe-
cialiter ad feuda,ſiue noua,ſiue antiqua, ſed de-
rogatum ſit expreſſe d.cap.naturales, ut in priui
legio, ceſſat omnis ſcrupulus per ea quæ trad.
Bald.& alij,& Præpoſ.poſt cæteros,in dicto ca-
pit.naturales.

Quæ concluſio ampliatur procedere, etiam
ſi non expreſſe de feudo mentio facta fuiſſet,
ſed per uerba generalia idem compræhendere
4 † valentia,uel uniuerſalia,& nimis lata,ut per So
cin.d.conſil.3.num.8.11.& 17. Dec.d.conſ.76.
ſecunda colum. Rub.d.conſil.33. num.2.Alcia.
in l.2.num.58.ff.de uerb.oblig.Rip.in l.1.nume.
53.ff.de vulgari & pupil.Ruin.qui tamen loqui-
tur in emphyteuſi,in conſi.47.num.5.3.uolum.
& Tiraquel.in tract.de legi.conub. in 11.le.glo.
7.numero 90.

Secundo ampliatur procedere,etiam ſi in le-
gitimatione non ſit dictum,vel expreſſum,quod
feuda eſſent antiqua,cum ſufficiat in priuilegio,
& in legitimatione fuiſſe expreſſum generaliter
5 ad feuda,licet non † ſit dictum ad talia, Mart.Lau
den.in d.capit.naturales,& Curt.in d.q.17.& d.
conſil.157.nu.15.& in feudis antiquis conſulue
runt expreſſe quàmplures ex ſupra citatis nihil
6 aliud ſpecificationis maioris † exigentes, ut Co-
men.Caſtr.Aret.& Soc.d.conſil.3. Iaſ.d.conſil.
68.Boer.qui Anchar. contrarium tenentem re-
darguit d.deciſ.123.num.4.Gozad.d.conſil.92.
nu.19.iuncto ſi.dicti conſ. Curt.iun.d.conſ.157.
& Rui.d.conſ.164.nu.10.& Pariſ.d.conſil.1.nu.
126.& ſequen.

Tertio ampliatur procedere, etiam ad feudi
dignitatis Iuriſdictionum & Caſtrorum, niſi eſ-
7 ſent † maxime dignitatis,quod non eſt in caſu no
ſtro,in quo de tenui Caſtro agitur, Mart.de Lau
de in d.c.naturales, per trad.per Bald.in l.eam
quam,num.42. C.de fideicom.ita dictam deciſ.
Bald.interpretans, & ſequitur Curt.iun.in locis
proxime allegatis,& in feudis iuriſdictionis pro
prie loquuntur nõnulli ex ſup.allegatis,ut Caſt.
d.conſil.461. qui loquitur in feudo comitatus,
Aret.d.conſil.pen.loquens in feudo Marchiona
tus.Iaſ.etiam in dic.conſil.68. loquitur in feudis
Caſtrorum & fortilitiorum illorum de Vrſinis,
ut ibi.colum.8.ver. octauo moueor,& colum.fi.
uer.tertio dicitur, & in filio etiam Co. loquitur
Cur.iun.d.conſ.157.

Hac concluſione ſic ampliata propoſita,ope-
ræpreciũ eſt ad ſolutionem dubitationum ſubti
liter excogitatarum, editarum contra prędictũ
Magn.Co.Peregrinum deſcendere. ex quarum
ſolutionibus tanto clarior & verior in caſu no-
ſtro præſens conſultatio apparebit.

Obijcitur itaque primo, quia dicta legitima-
tio nõ ualuit,quia nulla ſubſiſtente legitima cau
ſa Comes ille prædictum Magnif.Com.Peregri-
num legitimauit: & licet Imperator de plenitu-
dine poteſtatis, & ſine aliqua cauſa legitimare
poſſit, non ſic eſt in Com. Palatino, cum id ſi-
8 bi ſpecifice † demandatum non ſit, Bald.in l.re-
ſcripta, 3.q.C.de prec.Imper.offer. Alex.conſil.
60.colum.5.verſ.rationes, 2.uolum.Dec.conſil.
307.colum.3.uerſ.ſecundus caſus,& conſ.425.
num.9.Et in propoſito,in priuilegio d.Comitis
9 huiuſmodi poteſtas non uidetur conceſſa, † er-
go non poteſt ita fieri fundamentum, Bald.in c.
per venerabilem, de elec.& Dec.conſil.70.col.1.
circa med.nec cenſetur propterea huiuſmodi li-
bera facultas plenitudinis poteſtatis conceſſa,

ta-

tametſi princeps de plenitudine poteſtatis Co.
10 facultatem hanc†legitimandi concedat, Bald. in
l.2. nu. 39. C. de ſeruit. & aqua.
Nec pro iuſta cauſa ſat fuiſſe uidetur, quod
voluntas patris interuenerit, cum in his verſe-
11 mur, quæ a ſua poteſtate,† & uoluntate non de-
pendebant, & de quibus ſuo arbitrio diſponere
non poterat, Dec. dicto conſilio 307. numero
10. Sylua. conſilio 46. colum. 19. Mart. Laud. in
ſua diſputatione, Augerius, columna 18. Iaſ. in
l. Gallus. §. & quid ſi tantum, colum. 25. uer. item
a ceſſante ratione, ff. de liberis & poſthumis, An
charan. conſilio 338. in 11. dub. & Dec. conſilio
55. numero 2.
Pro ut etiam illa non videtur iuſta, & ſufficiẽs
12 cauſa, ſpes probitatis, † quæ perſæpe fallax eſt,
Speculator in titulo de diſpen. §. genera autem,
verſiculo, ſed numquid ex cauſa, Cæpo. conſilio
66. ſub numero 17. uerſicu. tertia ratio, in ciuili-
bus, Ancharan. conſilio 241. & Dec. conſilio
576. numero 9.
Nec etiam uidetur verum, quod cenſeatur
13 huiuſmodi cauſæ cognitio † interueniſſe, ſi qui-
dem etiam Com. id atteſtanti minime creditur,
Dec. conſilio 393. columna fin. circa medium,
Cæpol. dicto numero 17. Pariſ. conſilio nono,
numero 38. & conſilio 12. numero 162. ſecun-
do uolum. & Syluan. dicto conſilio 45. numero
43. & ſi aſſertioni horum Comitum eſſet creden
dum, facile leges huiuſmodi cauſæ cognitio-
14 nem exigentes † eluderentur, quod non eſt ad-
mittendum. Fely. in cap. Rodulphus, col. 3. cum
ſeq. de reſcript.
Hæc obiectio primo tollitur realiter, quia Co
mes Palatinus in caſu noſtro habebat faculta-
tem & poteſtatem legitimandi ſine aliqua cauſa
ſubſiſtente, & de plenitudine poteſtatis Imperia
lis, quo fit ut legitimatio ipſa optimo iure ualue
rit & tenuerit: certum eſt enim & in confeſſo
eſt, poſſe Imperatorem, quemadmodum nulla
cauſæ cognitione præhabita ipſe legitimare po-
teſt, hanc eandem poteſtatem Com. alicui con-
cedere, ut admittunt omnes in contrarium alle-
15 gati & etiam fatentur de plano† Magnifi. Moti-
uantes, quod & admittit Cæpol. conſilio in con-
trarium citato 66. numero 16. numero 16. Soc.
conſilio 63. nume. 16. in tertio uolum. & etiam
trad. Iaſ. in allegato conſil. 127. colum. 4. num. ſe-
cundo, Ruin. conſil. 76. num. 8. in 3. Corn. in alle
gato conſil. 2. colum. 6. litera, N. in 3. Gozad. dict.
conſilijs 6. num. 35. & nume. 15. 85. nume. 18. &
conſil. 92. nume. 12. & Pariſ. conſil. 8. numero 16.
in ſecundo uolum. Quod modo ex priuilegio di
cto Comiti per Imperatorem conceſſo, fuerit cõ
ceſſa poteſtas legitimandi ſine vlla cauſæ cogni
tione, & nulla iuſta cauſa ſubſiſtente, ultra ea,
quæ ſubtiliter per alios adducta fuere, proba-
tur optime ponderando dictum priuilegium in
tribus locis.

Primo, quia fuit data poteſtas dicto Com. le-
gitimandi, citatis & non citatis aliquibus citan-
dis & præſentibus & abſentibus illis, quorum
intereſt, ſeu intereſſe poſſit & poterit, per quam
clauſulam cenſetur ſublata cauſæ cognitio, ita
quod ſine ea ad legitimationem per Com. deue-
niri poteſt: cum enim ſine citatione nulla poſſit
eſſe cauſæ cognitio ea ſublata, & ipſam cogni-
tionem ſublatam eſſe neceſſario fatendum eſt. l.
16 fin. C. ſi per uim, vel alio modo, & ita† in indiui-
duo firmat Rui. dicto conſil. 161. num. 28. ſecun
do uolum. quod & ſentit Iaſ. in d. conſil. 127. co
lum. 4. in fi. num. 1. & aperte declarat Gozad. di
cto conſil. 23. num. 15. & d. conſil. 92. nume. 13.
uerſ. & primo.
Secundo, quod conceſſerit Imperator d. Co.
poſſe uti plenitudine poteſtatis, aperte proba-
tur ex illa clauſula, & de Imperialis Rom. plenitu
dine poteſtatis decernere, ac pronuntiare poſ-
ſis, & ualeas, &c. Hæc enim clauſula importat li-
beram poteſtatem, & plenam, ut cenſeatur prin-
17 ceps† ſupra ius diſpenſare. Guid. Pap. in tract. de
reſcript. nume. 27. & quod illa importet, vt nul-
18 la† cauſæ cognitione ſit opus, trad. Dec. dicens
ea etiam Illuſtriſ. D. Ducem, cum eſſet inferior
a Principe, non poſſe vti, in conſi. 323. ad finem,
licet quo ad ultimum peſſime ſenſerit, nec uide-
rit Feli. cap. cum a nobis, 3. not. nu. 3. de teſti. me-
19 lius† ſentientem, & de hac clauſula, de plenitudi
ne poteſtatis, trad. Cagn. in procem. ff. orum, nu.
44. Pariſ. conſil. 106. num. 40. in primo, & conſil.
46. num. 43. tertio uolum. Marſ. in dic. l. de uno-
quoque, num. 95. ff. de re iudic. Gozad. conſil. 5.
num. 26. & ad propoſitum noſtrum, quod pro-
pter dictam clauſulam ceſſet cognitio cauſæ, tra
dit Ruin. conſil. præallegato 76. numero 18. Go-
zad. dicto conſil. 92. num. 13. & Curt. iun. dicto
conſilio 157. numero 21. uerſiculo, præterea, &
numero 27.
20 Nec me mouet, quòd in eadem met † clauſula
ſupra additum ſit, iuſtis rationibus moti, & cum
pleniſſima cauſæ cognitione, & deinde ſubiunga
tur, & de Imperialis Roma. plenitudine pote-
ſtatis decernere ac pronuntiare poſſis, & va-
leas, &c. quia illa verba non tollunt, quin pleni-
tudo poteſtatis in Comitem ipſum tranſlata cen
ſeatur, & ipſe ea uti poſſit, ſed tantum voluit
inferre Imperator, quod ſiue ipſe Comes pro-
cederet cum cauſa, ſiue de plenitudine poteſta-
tis, geſta per eum perpetuam roboris obtine-
rent firmitatem, & hic eſt uerus ſenſus (iudi-
cio meo) dictorum uerborum, aliàs illa uerba
præcedentia, & hæc ſequentia repugnantiam &
contrarietatam quandam continerent, cum cer
tum ſit, ſimul ſtare non poſſe, procedere cum ple
niſſima cauſæ cognitione & de plenitudine pote
ſtatis, quæ clauſula nullam exigit cognitionẽ, ut
ſupra, eodem tempore. Sed intelligendo, ut ſup.
ceſſat omnis repugnantia, & omnis cõtrarietas,

& ille intellectus amplectendus eſt, per quem
tollitur repugnantia, & contrarietas, ut abunde
plures citana trad. Cagn. in l.ubi repugnantia,
num.4.ff.de reg.iur.
21 Tertio, idem probatur † ex clauſula, non ob-
ſtantibus, & cæt. in ampliſſima forma in dicto pri
uilegio appoſita, ut per Corn. in dicto conſilio
primo, littera, n. & idem tenet Gozadin. in dicto
conſilio ſexto, numero 68. & plenius in conſilio
85. numero 18. Et his igitur clare patet, priui-
legium ipſum aperte cantare fuiſſe conceſſam di
cto Com. liberam poteſtatem ſine aliqua cauſa
interueniente, ſeu prętermiſſa cauſæ cognitione
legitimandi de plenitudine poteſtatis, prout le-
gitimauit ipſe Com. & obiectionem prædictam
penitus ceſſare.

His accedat, quòd cum verſemur in interpre
tatione priuilegij per Principem conceſſi Comi
22 ti latiſſima eſt facienda † interpretatio, l.fin. ff.de
conſtitu.princip. & trad. ad propoſitum Bartol.
& alij, in l.ſecunda præallegata, ff.de uerborum
obligation. Dec. dicto conſil. 76. ſecunda colum.
Gozad. dicto conſilio ſexto, numero 48. Socin.
iun. conſilio 94. numero 31. & ſequen. primo vo
lum. & Didac. Hiſpan. in ſuo epirom. in quartum
decreta. in ſecunda par. capit. 8. §. 8. numero ſex
to, per plures colum. & cum etiam tractemus de
legitimatione, non de diſpenſatione per Comi-
tem facta, cum pleniſſime dictus Dominus Co-
mes Peregrinus legitimatus fuerit, non autem
ad quædam habilitatus, uel diſpenſatus, & etiam
ex ſoluto & ſoluta natus fuerit, inter quos ma-
23 trimonium a principio conſiſtere † potuit, iuxta
ea, quæ trad. Doctor. in capit. per uenerabilem,
qui fil. ſint legi. & in dicto §. & quid ſi tantum, &
in alijs locis citatis per alios Magnificos Aduo-
catos. dubio procul legitimatio iſta etiam uenit
24 † latiſſimè interpretanda, Iaſ. dicto conſilio 127.
colum. quarta, numero 3. & colum. fin. nume. 9.
Rip. in c. ad aures, nume. 36. de reſcript. Gozad.
qui alios citat, in d. conſil. 92. num. 13. uerſic. aut
uero, & Alcia. in rubrica, de liberis & poſthu-
mis, numero 8.

Secundo principaliter dicta obiectio tolli po
teſt ex eo, quod præſumitur iuſta cauſa motum
fuiſſe dictum Com. ad legitimandum, de qua ſibi
credendum eſt, ex quo de ea aſſerit in legitima
25 tione, quidquid tenuerint † ſupra in contrarium
allegati Doctor. ut tenet Gozad. dicto conſilio
92. numero 11. & pluribus rationibus & aucto-
ritatibus comprobat Rui. conſil. 87. numero 26.
in tertio uolum.

Tertio cauſa illa de probitate, uirtute, & mo-
ribus legitimati in caſu noſtro non eſt ſpernen-
26 da, cum eam quamplures † pro iuſta & legitima
cauſa habeant, ut apud Gozad. dictis conſil. 48.
num. 13. & Soc. iun. conſil. 142. nume. 20. primo
uolum. cernere eſt, nec iſto caſu opin. Dec. con-
traria in allegato conſilio 576. numero 9. cum
quo alij tranſeunt, & ante quem id nonnulli te-
nuerunt, uidetur ſibi locũ uendicare poſſe, cum
27 ipſa procedat in infante, & adoleſcente, † cuius
probitatis, & morũ, merito ſpes fallax eſt ex ſen
tentia Salomo. relata per gloſ. in §. his igitur, in
ver. auertit, Inſtit. de iuſt. & iure, ſecus in ipſo Do
mino Com. Peregrino, qui tempore legitimatio
nis erat ætatis annorum 29. ut in dicta legitima-
tione affirmatur, &c.

Quarto, cauſa etiam illa erat ſufficiens quòd
Com. Iacobus de Manfredis, pater ipſius Co-
mit. Peregrini nullos filios maſculos legitimos
habebat, per quos eius linea agnationis conſer-
28 uari poſſet: hanc enim cauſam † pro iuſta, & legi-
tima plerique approbant, ut Iaſ. dicto conſilio
127. nume. 6. in 4. Gozad. conſilijs præallegatis
29. nume. 27. & 85. numero 18. & Soc. in n. dicto
conſil. 42. num. 18. & conſi. 97. num. 34. in ſecun
do uolum. licet nonnulli reclament: nec enim
29 dubium eſt, per legitimatos † agnationes conſer
uari, Dec. conſil. 433. num. 19. cum aliis citatis
per Tiraquel. in tract. de retract. titu. 1. §. primo,
gloſ. 8. num. 10.

Obiicitur & ſecundo, quod poſito, quod per
Imperatorem fuiſſet conceſſum d. Com. de pleni
nitudine poteſtatis legitimare, ea tamen ſine iu
30 ſta † cauſa uti non potuit, ut per Pariſ. conſilio 9.
num. 32. in ſecundo, Sylua. d. conſi. 45. num. 40.
quod ſenſit Dec. conſi. præallegato 307. colum.
3. in princ. quorum ſententiæ magis ſtandum ui
detur, quàm Cornei in d. conſil. 1. cuius opinio
* etiam communiter * reiicitur, dum in diſpenſa-
tione nullam cauſam neceſſario interuenire de
bere autumauit, cuius contrarium tenuerunt
Curt. ſen. conſil. 35. num. 30. & alii in dubiis cita
ti. Ex qua infertur obiectione neceſſariam fuiſ-
ſe omnino agnatorum citationem, ut Docto-
res præallegati affirmant, & cauſæ cognitionis
interuentum.

Sed certè obiectio iſta nihil officit uictoriæ
noſtræ, cum penitus ſublata ſit ex reſponſioni-
bus datis primæ obiectioni: cum enim illud fre-
* quenter * receptum ſit, poſſe Principem ſuam po
teſtatem legitimandi ſine cauſa alteri conferre,
vt ſupra abunde comprobatum eſt: certum eſt
etiam eadem poteſtate Comitem uti poſſe, cum
alioqui fruſtra conceſſa fuiſſet, & ita poſſe ea vti
in indiuiduo firmant ſupra allegati in prima re-
ſponſione ad dictam primam obiectionem, nũc
31 autem alii adduntur tenentes † non neceſſariam non
eſſe citationem ſtante illa clauſula, citatis, & non
citatis, &c. de qua ſupra dictum fuit, & ſic aper-
te ſentientes ſine cauſæ cognitione legitimare
poſſe, quicquid Pariſ. & Sylua. & nonnulli alii
pauciores opinati fuerint: hoc enim tenet Ale-
xand. in conſilio ſecundo, colum. 6. & 7. in pri-
mo uolumine, Marſil. in dicta l. de unoquoque,
nume. 77. & num. 95. Gozad. dictis conſiliis ibi
allegatis, Socin. allegato conſil. 63. numero 16.

Iaſ.

Iaſ.allegato conſilio 127.colum.quarta,Curtius
iun.dicto conſilio 157.numero 21. & nume.27.
Pariſ.melius ſentiens in dicto conſil.primo, nu-
mero 140. in conſil.8.numero 10. & ſequen.&
10.num.130. Ruin.conſil.allegato 161.num.14.
26.in ſecundo,68.num.2.& 76.num.18.in 3.&
iterum Pariſ.in conſil. 7.num.49. etiam in ſecun
do uolum. Soc.iun.conſil.154.num.11.in ſecun
do, & dicto conſil.93.numero 36. in 3. fortius
voluerunt Caſtr.dicto conſilio 461.num.3.in fi.
Comen.d.conſil.168.nume.4. quos fuit ſequu-
tus Pariſ.dicto conſil.primo,num.139. in termi-
32 nis iſtis,etiam ſi Comes non haberet hanc† pote
ſtatem,nullam eſſe neceſſariam citationem agna
torum,cum eis Inuitis,& contradicentibus poſ-
ſet Comes legitimans ad feuda legitimare, &
Marſil.in l.de unoquoque.nu.95. ff.de re iud.

Praeterea ex alijs tribus reſponſionibus datis
ad priorem obiectionem,etiam obiectio hæc ſu-
blata cenſetur.

Tertia fit obiectio, quod cum agnati ex con-
tractu ius habeant in bonis feudalibus iam quæ
ſitum ius, difficilius debet tolli per legitimãtem
33 quam tollatur † ius conditionale ex ultima com
petens uoluntate, per trad.per Rui.conſil.7.nu-
mero 30.in princ.& conſilio 69.nume.5.vol. 3.
& clarius Soc. iun. conſ.95.nu.33.in tertio.fun
damentum huius obiectionis fragile eſt,& faci-
le ſternitur: cum enim habeamus communem
* opinionem,*quod legitimatus expreſſe ad feu-
da excludit agnatos, parum nobis officit, quod
agnati ius habeant ex contractu feudali, vel alia
ōe cauſa.Nec mihi uidetur mirum,quod Soc.il-
34 le iun. † ſenio confectus,& ferè delirans, con-
ſuluerit contra communes Doctor.ſententias,
ut ſæpiſſime fecit in dicta ſua ſenectute, etiam
contra ea, quæ alias in iuuentute ſua conſulue-
rat,& obſeruaui in pleriſque conſilijs illius tertij
volum.nam aut iudicium deficiebat, cum ſol ad
occaſum rediret: aut maior auaritia ipſum im-
pellebat. Reſponſum igitur illud ſuum 95. iu
dicio meo non eſt in ea parte iuridicum, cum ſit
contra omnium ſupra allegatorum in dicta con
cluſione ſententiam, & præſertim in ſecunda am
pliatione nec eſt uerum, quod Princeps agnatis
35 non poſſit præiudicare,maxime adhuc † iure ple-
ne non quæſito,ſurrogando inhabilem,ut plenè
comprobant Brun.& quinque alij Excellentiſs.
Iureconſulti,qui cum eo conſuluerunt,ut in con
ſilio ſuo primo, & quinque ſequentibus, quam
quæſtionem abunde proſequutus eſt Dec.in cõ
ſil.269.ſupra allegato,ubi nume.10. adducit di-
ctam gloſ.in dicto capitu.naturales, ad proban.
quod agnatis præiudicari poteſt, & idem facit
pleniſſime Cur.iun.dicto conſilio primo, nume
ro 23.& ſequen. quod etiam tenet Grat.reſpon
ſo 4. numero 74.in primo,& idem tenet in ter-
minis Pariſ. qui hanc obiectionem formaliter
ſoluit,in dicto conſilio primo,numero 136. & ſe
quen. in ſecundo uol. idem etiam tenuit idem-
met Socin. ſibi contrarius, melius ſentiens,
in conſilio 76. ſupra allegato, numero 131. &
ſequen.primo uolum.& Crauet.alios adducens
in conſilio 135.numero ſeptimo. Et hæc ſenten
tia in caſu iſto nullam habet difficultatem, cum
hic princeps abſolutè, & directè non priuauerit
agnatos iure ſuo quærendo, ſeu ſibi in ſpe com-
petente,ſed tantum remouet obſtaculum de iu-
re ciuili inductum, legitimando dictum Domin.
36 Com.Peregrinum,† & ipſum de Incapace capa-
cem reddendo,ut per Comen.dicto conſil.168.
colum.penult.Cur.iun.dicto conſilio primo, nu
mero 22.& dicto conſil.157.numero 19. Brun.
dicto conſil.primo,numero 56. Pariſ.dicto con
ſil.primo,num.129.& conſilio 8.nume.14.in ſe-
cundo. Et tanto magis attenta ampla poteſtate
conceſſa Com.p Imperatorem legitimandi, adi
ta, uel non adita hæreditate & bonorum poſſeſ-
ſione apprehenſa,uel nõ apprehenſa,& citatis,
& non citatis,&c. Si enim poteſt adita hæredita
te per ſuccedentes & iam iure quod in ſpe con
ſiſtebat in re conſiſtente legitimatio fieri ad ex-
37 cludendum † ſucceſſores, ut trad.Pau.de Caſt.
** quem cæteri magis communiter *ſequuntur in
l.cum hæredes,in princip. ff.de acquiren.poſſeſ
ſione, & præſertim ipſum ſequuntur Brun.Dec.
& Curtius iunior.in locis proxime allegatis, Iaſ.
dicto conſilio 127.colum.tertia, in quarto, Go-
zad.dictis conſilijs 85.numero 14. & 93.nume
ro 16.& Bellon.conſilio ſecundo, numero ter-
tio, quanto magis potuit præiudicare ante ius
eis delatum,& viuente uaſallo inueſtito,& poſſeſ
ſore, qui etiam eos excludere potuiſſet ex con-
ceptione & natiuitate filiorum maſculorum,
quos non erat etiam impoſſibile eum habe-
re poſſe.

Quarto obijcitur, quod cum in inueſtituris
de huiuſmodi Caſtro factis ſolum filij legitimi,
& legitime nati compræhendantur, legitimatus
38 admitti † nequeat, Afflict.in capitulo primo, §.
mulier,in quinto not.ſi de feu.fue. contro.inter
domi.& agna. Curt.iun.in tracta.feud.in ſecun-
da par.tertiæ partis, ſub numero decimoſexto,
Rui.conſilio 92.numero duodecimo,& ſequen.
tertio uolum.& Durant.in tracta.de arte teſtan.
titulo quinto,cautela 15.nu.5.

Sed hæc obiectio tam in facto, quàm in iure,
falſa eſt.In facto,quia ſi uideantur inueſtituræ de
huiuſmodi feudo factæ, nulla eſt, quæ pro filiis
legitimè natis loquatur. Prima enim Imperato
ris facta de anno 1368.dicit(pro ipſis,& eorum
hæredibus maſculis ab ipſis legitime deſcenden
tibus) quæ inueſtitura in caſu iſto amplius non
eſt attendenda,ut inferius dicetur.Secunda in-
ueſtitura recepta a Sereniſs.Duce Hercule de an
no 1432. continet quod inueſtitus ille Domin.
Thadæus, ſeu eius procurator,pro ſe, & ſuis fi-
liis legitimus,& deſcendentib. maſculis tantum.

quod de iure ſit falſa probatur, quia cum in di-
cta legitimatione & priuilegio legitimanti con-
ceſſo expreſſum fuerit, quod ipſe legitimatus ſuc
cedere poſſit ac ſi ab initio legitimè, & de legiti
mo matrimonio natus fuiſſet: quo ſit, ut procul-
dubio & admittatur ad ea, ad quæ non niſi legi-
39 timè † nati admittuntur, ut in feudo tradit Co-
men. dicto conſil. 168. num. 7. colum. penul. in fi.
& Soc. in dicto conſil. 3. numero 11. 12. & in fi,
conſilij, Ruin. dicto conſilio 164. in primo, nume
ro 10. Gozad. dicto conſil. 92. numero 15. Rub.
conſil. 33. num. 2. & Pariſ. dicto conſil. primo, nu
mero 144. & in alijs terminis idem tenet Curt.
ſen. in addit. ad ſuum conſilium 13. ante finem,
numero 78. Socin. conſil. 63. num. 29. in tertio,
Ruin. conſil. 161. nume. 19. 24. & 30. in ſecundo
uolum. & 76. num. 12. eodem uolum. Gozad. di-
ctis conſilijs 25. numero 12. 29. numero 22. &
85. numero 11. & ſecundum hanc ſententiam
conſuluit Collegium Patauinum, ut inter conſi-
lia Mant. conſilio 191. cuius auctoritas eſt ma-
gni facienda, vt dicit Socin. iun. in conſilio 77.
numero 15. in tertio uolum. licet ipſe illi opinio
ni noluerit adhærere, quod forte feciſſet, ſi tot
& tantas auctoritates tãtorum patrum uidiſſet.

Quinto obijcitur, quod ex quo feudum Ca-
ſtri, de quo controuertitur, fuerat conceſſum ab
Imperatore, ut ex inueſtitura exhibita, non pote
rat Co. Palatinus legitimare ad ipſum feudum,
40 cum contraueniret † conceſſionibus imperiali-
bus, ut in ſpecie firmat Ancharan. conſilio 308.
ſecunda colum. & Ruin. conſil. 69. nu. 18.

Nec enim cenſetur hoc dominus mandare,
& propterea geſta per procuratorẽ, cum geſtis
per ipſum Dominum pari paſſu non ambulant:
& licet in priuilegio ſint apposita uerba genera-
lia, tamen debent reſtringi ex dicta ratione, l. ſi
hominem, ff. manda. cum alijs latiſſimè in du-
bijs citatis.

Iſta obiectio ex pluribus fundamentis peni-
tus tollitur. Primo, quia tempore factæ legiti-
mationis non agebatur de feudo imperiali, cum
huiuſmodi Caſtrum de anno 1472. fuiſſet con-
ceſſum in feudum a Sereniſsimo Duce Hercule
antiquo, & illa prima inueſtitura imperialis non
poterat eſſe in aliqua conſideratione, tum quia
non conſtat quod in ea ipſe Co. Thadæus nunc
agens compræhenderetur, & eſſet de deſcen-
dentibus aliorum inueſtitorum, quod neceſſa-
rio conſtare deberet, capitu. primo, de his, qui
feud. dare poſ. cum ſimilibus, tum quia illa inue-
ſtitura, & ius inueſtituræ receſsit ab aula, & anti-
quata ac ſublata fuit per aliam inueſtituram fa-
ctam Co. Thadæo ſeniori per dictum quondam
Sereniſs. Ducem mutata forma primæ inueſtitu
ræ, ut in ea, in qua etiam conſtat, quod huiuſmo
di Caſtrum non peruenit ad ipſum Com. Tha-
dæum ex ſucceſſione illa antiqua, uel inueſtitura
ab imperatore recepta, nec etiam a prædeceſſori
bus ipſius Sereniſs. Ducis, ſed ex contractu per-
mutationis factæ cum Com. Azone de Manfre-
dis, qui de illo Caſtro Borzani prius fuerat inue
ſtitus de an. 1453. a Sereniſs. Duce Borſio Eſten
ſe, non poteſt igitur (ni fallor) fieri aliquod fun-
damentum in dicta inueſtitura imperiali, quæ
ſublata fuerat, & per conſequens non poteſt di-
ci, legitimationem factam fuiſſe ad feudum
per imperatorem conceſſum, ſed per dictum Se
reniſs. Ducem, & ſic ceſſat deciſ. Ancha. & Rui.
ſupra citatorum.

41 Secundo loquuntur † ipſi Ancha. & Rui. in ca
ſu, quo ſimpliciter per Imperatorem data fuit
poteſtas Co. Palatino legitimandi etiam ad feu-
da, quo caſu rationes ſuæ pugnant, quòd non
cenſeatur ſe extendere ad feuda conceſſa per Im
peratorem, ſed caſus noſter diuerſus eſt, cum am
plior & latior poteſtas noſtro Comiti conceſſa
fuerit, quæ compræhendit expreſſe etiam feuda
imperialia, & per Imperatorem conceſſa, ut ex
illis uerbis comprobatur, dignitates quaſcunq;
feuda quæcunque, ſiue noua, ſiue antiqua, & pa-
terna, ſiue habẽtia dignitatem, ſiue non: certum
42 eſt enim quod feuda habentia † dignitatem per
ſolum Imperatorem conceduntur, cap. 1. & ibi
omnea feudiſtæ, in tit. de feudo Marchiæ, quod
& trad. Zaſ. in ti. qui feud. dare poſ. 5. par. prin. in
ſuo tract. feud. Curt. iun. in ſuo tract. etiam feud.
prima par. 8. quęſt. colum. 2. Bonus de Curtili in
tracta. de nobili. nu. 201. in 3. par. & Rebuf. in ar
bore feud. in 2. & 3. diuiſ. in 1. Alphabeto, litera,
d. & f. Et licet & ſecũdum aliquos, Papa uel Rex
Franciæ poſſit ſimilia feuda dignitaten habentia
concedere, tamen nõ cenſetur de illis intellexiſ
43 ſe, cum regulariter ad ea non poſſet Imperator
legitimare, ut per Mart. de Laud. in d. ſua diſputa
tione, ſeu trac. legitimat. & Bal. in conſil. a 14. ſu-
pra allegato, in 3. uol. & alios in alijs locis.

Tertio in illis caſibus Anchar. & Rui. legiti-
mationis priuilegium non fuerat conceſſum per
uerba tam ampla, generalia, & uniuerſalia, ut in
caſu noſtro, quorum uerborum uirtute ad aliũ
caſum, etiam de quo expreſſa deberet fieri men
tio facienda eſt extenſio, ut ex allegatis per Ex-
cellen. Coaduocatos aperte conſtat: ſi enim pro
pter uerba generalia, uel uniuerſalia priuilegiũ
ligitimationis ad feud. extenden. eſt, de quibus
mentio expreſſa facta non fuerat, & quæ expreſ
* ſio eſt neceſſaria communi * omnium conſenſu,
44 † ut Socin. tradit in allegato conſilio tertio,
numero 8. & 17. in tertio, & idem tenuit Dec. in
conſil. 76. ſecunda colum. Rub. dicto conſil. 33.
numero ſecundo, ſequitur etiam Tiraquel. in
tracta. de legi. connubia. in gloſ. ſeptima, nume-
ro 90. & Didac. Hiſpa. dicto capitulo 8. §. octa-
uo, numero ſexto, colum. tertia, & in emphyteu
ſi ſcribit Rui. conſilio 47. numero quinto, in ter
tio uolum. quanto magis tenendum eſt, priuile-
gium extendi ad feuda imperialia, ex quo de
feudo

feudo expreſſa mentio facta eſt, & addita clau-
Alber. Saly. Fulg. Aret. & cum eis ſatis concor-
dare uidetur Iacob. de Sancto Georg. in d. l. cum
ſeruum, & ibi Aret. optime declarat. ad id num.
2. allegan. tex. in l. uti frui. §. 1. ff. ſi vſusfruct. pet.
qui probat etiam hanc ſententiam, & in conclu-
ſione 3. extendit etiam hoc procedere, ſi tertius
25 † confirmaret ius actoris. eius ſententiæ eſt etiā
Bart. in allegata l. 2. num. 1. ff. de excep. rei iudi.
ubi citat d. l. fi. Idem uidetur uelle Bal. in l. ſi alie
nam. circa med. ff. ſoluto matrimo. & in authen.
qui rem, num. 6. C. de ſacroſanc. eccleſ. per d. l. fi.
idem tenet Angel. in l. miles. §. ueteranus. ff. de
milit. teſtam. ubi citat d. l. fin. Soci. in d. l. 2. pri-
ma concluſione, num. 6. ubi etiam tertio nolen-
te noluit id poſſe opponi, & illic idem tenet Zaſ.
in 5. fallent. num. 10. & colum. ulti. vbi inducit,
dictam l. fi. & ſequitur Tiraquel. in repetitio. l. ſi
unquam, in uerſi. reuertatur, numero 357. C. de
reuoc. donat.

26 Præterea procedit† hæc concluſio, quando ſu
mus in iure tertii ipſo iure excluſiuo iuris agen-
tis, etiam ſi tertius non contradicat, ut noluit
Bar. cum quo alii tranſeunt in d. l. 2. in uer. quan
doque ius tertio. ubi dicit eſſe caſum in l. 2. §. 1.
ff. de doli except. coniuncto gl. in l. & eleganter,
in princ. ff. de dolo ubi Soci. in tertia concluſio
ne, numero 10.

27 Nec obſtat† doctri. Bal. in d. l. cum ſeruum,
quia immo tamen ipſe quam alii ſcribentes ibi
tenent hanc partem, nec contradicit Soci. in al-
legato conſ. 78. num. 6. in 4. nam loquitur in ca-
ſu diſtinctionis Bart. in d. l. 2. & aliorum in alij
locis, quando ſcilicet ius tertii eſt excluſiuum
iuris agentis ſi tertius uelit, ut in l. 2. C. de iure
emphy. cum ſimilibus, quia non eſt caſus noſter
nam non opponimus nos quod agens ceciderit
à iure ſuo ex eo quia non ſoluit canones uel alia
de cauſa. ſed quòd dominium ei non fuit quæſi
tum, ſed filijs maſculis D. Polixenæ ex inueſtitu-
ra prima ideo ex diuerſis non infertur. l. Papi-
nianus exuli, ff. de minor. & l. fi. C. de calum.

Verū, cū interſit ipſius d. opponentis ob con-
cordium initum inter ipſam Dom. Ceciliam &
fratrem & nepotem illius, ut oſtendetur, ceſſat
omnis diſputatio, ex quo communi omnium cō
28 ſenſu ſi interſit † opponentis de iure tertio op-
poni poteſt, ut trad. plures ex ſupra citatis & prę
ter eos Caſtr. conſ. 369. uiſo & examinato 2. co-
lum. 2. uolum. & Craue. qui alios citat conſilio
702. numero 16.

Sed ut apertius iuſtitia Dom. Ceciliæ cogno
ſcatur, & ne procedatur in æquiuoco ſuper du-
bio propoſito, oportet prius uidere, quæ actio
ſit intentata per Domi. Antoniam actricem. ſe-
cundo videre ſingula membra diſtinctionis Do
cto. quam faciunt in hac materia de iure ter-
tii per reum in iudicio opponēdo, & cognito in
quo caſu nos uerſemur, facile erit cognoſcere,
an potuerit uel poſſit opponi de iuribus illorum
de Mezamicis maſculorum compræhenſorum
in prima inueſtitura facta Do. Ludouico de Buc
ca maioribus, ſuper quo puncto ſuper abunde
fuit ſcriptum.

Quo ad primum itaque nō eſt dubium, quod
fuit

fuit inuentata actio realis, uel rei vendicatio, vel
29 hæreditatis, vel fideicommiſſaria † hæreditatis
petitio, cum in libello fuerit narratum rem hãc
ſpectare, & pertinere ad actricem, ut per Ang. in
conſil. a 29. ex themate, 1. colum. num. 1. & Pa-
pien. in practi. in forma libel. quo petitur hære-
ditas ex teſta. in princ. Corn. conſi. 18. colum. 2.
& 3. in tertio uolum. nec agitur ad reſtitutionẽ
fideicommiſſi contra hæredes grauati, quo caſu
aliqui uoluere ſufficere probare rem † remanſiſ-
30 ſe in bonis teſtatoris vel defuncti. Nat. conſilio
400. nu. 1. & alii in alijs locis, vt videre licet ex
libello, in quo cõuenitur ẽt Magnif. D. Mengus
ipſius Do. Maritus tamquàm poſſeſſor dictæ rei.
31 debebat igitur hoc † caſu per actricem probari
dominiũ ipſius agentis ut poſſet obtinere, ut per
Ang. dicto conſ. numero ſecundo, & in hoc non
puto fieri poſſe aliquam difficultatem.

De ſecundo modo vidẽdum eſt in quo mem
bro diſtinctionis Doct. nos verſamur. Et ample-
ctendo omnia membra & omnes caſus, quos po
nunt diſtincte Doct. in hac materia, poſſunt re-
duci ad quinque prout ad quinque concluſio-
nes reduxit Aret. alias citatus in allegata l. cum
ſeruum, C. de ſer. fugi.

Primus igitur eſt caſus quando agitur actio-
ne reali contra aliquem poſſeſſorem ita ut opus
habeat actor probare eius dominium, & reus
opponit rem ad alium quàm ad actorem perti-
nere, & tertium eſſe dominium, cui tertio domi-
nium eſt ipſo iure quæſitum, & hic eſt caſus no-
ſter, ut inferius oſtendam.

Secundus eſt, quando dominium eſt ipſo iu-
re tertio quæſitum, ſed non ſimpliciter, ſed ſi do
minus uoluerit.

Tertius, quando ius tertii eſt excluſiuum iu-
ris agentis, ſed tamen poſſet tertius confirmare
ius actoris.

Quartus eſt, quando dominium in tertium
non eſt ipſo iure tranſlatum, ſed per ſententiam
eſt transferendum uel per priuationem alterius
vel per exceptionem ut aliqui uolunt.

Et quintus & vltimus, quando agitur de iure
32 tertii, quod ſe habet pro modum † cuiuſdam ac
ceſſionis ad rem. de primo habetur tex. in l. fin.
C. de rei uend. & in c. l. uti frui. §. primo, incipien
te, quod ſi forte. ff. ſi uſusfruc. pet. de 2. in l. 2. C.
de iure emphy. & gl. in l. 2. ff. ſi ager uecti. uel em
phy. peta. de tertio probatur, in l. 1. ff. de excep.
rei judi. & in l. 2. §. 1. ff. de doli except. quartum
probatur ex l. his conſequenter. §. 1. ff. fam. erci.
de quinto & ultimo in l. loci corpus. §. compe-
tit. ff. ſi ſer. uen. & in l. indebiti. §. ſi numi. ff. de cõ
dict. indebi.

His ſic præmiſſis, arbitror duos ex his caſibus
ſeu membra diſtinctionis huius tertiũ, ſ. & quin
tum huic noſtro caſui minime conuenire, ex
quo non agimus, an tertius poſſet ius actricis cõ
firmare, cum immo infirmat, ut oſtenſum fuit
ex tranſactione cum rea facta, & quia hic non
agitur de acceſſione rei, ſed de tota re & domi-
nio toto ipſius utili tamen, diſcutiamus igitur,
an uerſemur in ſecundo, uel quarto, uel potius
in primo, pro ut nos iuſte prætẽdimus. Et certe
nullo iure poteſt dici ſecundum membrum ca-
ſui noſtro conuenire, nam ſumus in caſu, in quo
dominium in tertium tranſiuerit, uel ius illi fue-
rit quæſitum domino uolente. Quia eo ipſo ꝙ fi-
lii maſculi Domi. Polixenæ fuere uocati ad ſuc-
ceſſionem horum bonorum in inueſtitura anni
1526. fuit ſibi iſtud ius quæſitum ipſo iure ad ex
cluſionem fœminarum, ut alias fuit oſtenſum,
nec erat opus alio conſenſu domini, nec oppo-
nitẽ hic, quod domina actrix ceciderit a iure ſuo
q. a non ſoluerit canones, uel aliud ſimile, ex quo
fuerit re priuata domino uolente. Similiter non
poſſumus eſſe in quarto caſu, qñ dominium uel
ius non tranſit ipſo iure, ſed per ſententiam uel
priuationem, uel ita demum exceptione oppoſi
ta: quia quo ad acquiſitionem huius iuris dictis
filijs maſculis facien. non erat opus aliqua ſentẽ
tia, uel priuatione alicuius, ut in caſu d. §. 1. l. his
cõſequenter. Et in hoc animaduerten. eſt, quod
illud exemplum, quod quandoque mihi obijcie
batur, quod opus erat ſententia ut cognoſcere-
tur, an hic tertius ius habeat, necne, non facit
33 ad rem, quia cum tertius non poſſideat, ut obti
neat contra poſſeſſorem, ſemper erit † neceſſaria
ſententia ẽt in rei uendicatione, & ſic nunquam
daretur caſus, quod poſſet opponi de iure tertii
in primo caſu, quando agitur rei uendicatione.

Præterea animaduertendum eſt quod hoc ca
ſu non exigitur ſententia ſuper iure tertii, ſed ad
priuationem iuris agentis, ut in d. §. 1. & expreſ-
ſe declarat Tiraq. citatus in l. ſi unquam, in uer.
reuertatur, num. 356. igitur cum illa in caſu iſto
non ſit neceſſaria, non poteſt iure dici, nos uerſa
ri in caſu iſto. Et idẽ hoc caſu eſt dicen. ſi domi-
nium, uel ius ipſo iure non fuiſſet trãslatum, ſed
per exceptionem, quia eo caſu non poſſet de eo
opponi, & ita hos duos caſus parificat Caſtr. in
l. ſi. citata ſupra. Et hoc caſu loquitur Bald. ſupra
alias etiam per me citatus in l. ſi alienam. ff. ſolu.
matrimo. ubi diſtinguit in uer. adde de dominio
tertii, quando ſine exceptione probatio exclude
ret petentẽ, quia tunc admittitur, d. l. ſi. aut non
excluderetur ſine exceptione, & tunc nõ poteſt
34 excipi, niſi † excipiens habeat caſus a domino &
illic citat d. l. ſecundam, ſi ager uecti. & d. §. prædi
cta. l. his conſequenter. quæ iura intelliguntur in
caſu quo exigitur vel uoluntas domini vel ſentẽ
tia priuatiua, cuius opinio eſt intelligen. ſecun-
dum. ll. quas allegat, ad trad. per Bar. in l. non ſo-
lum, §. ſi liberationis, num. 7. ff. de libera. lega. &
licet etiam allegent. d. §. competit. l. loci corpus,
ff. ſi ſer. uend. tamen non proprie conuenit huic
35 caſui. manifeſta eſt aũt differentia inter † caſum,
quo ius cõpetit alicui ipſo iure uel per exceptio-
nem,

nem,ut declarant Bald.in l.ſi cum exceptione, in
ſi. princ.primæ lectu.ff.quod metus cauſ.Cagno.
poſt Dec.& Rip.in l.prima, C.de pact.num.12.&
Tiraq.in d.ver.reuertatur,num. 345. ver.uigeſi-
mum,430.uer.73.& num.434.ver.77.

Ex quibus aperte patet Bal. non contradice-
re huic noſtræ ſententiæ, licet ipſemet Bal. aliter
alibi diſtinxerit & melius ac plenius, & propte-
rea Fulgoſ.in d.l. cum ſeruum,num. 2.in ſi.rece-
dit a Bal.& ab Oldr.Conſtito igitur quod non ſi
mus in aliquo ex dictis quatuor poſteriorib.ca-
ſibus, neceſſatio fatendum eſt nos eſſe in primo
caſu,quo agitur,vel rei uendicatione, uel alia ſi-
mili,in qua eſt probandum dominium agentis,
nam & emphyteuta poteſt agere pro ſuo utili
36 † dominio contra omnes,& etiam contra domi
num.l.1.in ſi. ff.ſi ager uecti.vel emphyt.pet. Et
37 hoc caſu poteſt opponi † de iure alterius emphy
teutę, ut per Iaſ.in d.l.2.num.10. quinta fallen.ff.
de excep.rei iud.ſicut poteſt opponi cõtra agen
tem rei uendicatione,d.l.fin. C.eo.de iure tertij
excluſiuo iuris agentis. Sicut hoc caſu ſufficeret
38 probatum de dominio † alterius ſine aliqua op-
poſitione,ut tenent tot aliàs citati Bal. in auth.
qui rem.num.6.ver.ſecundo probatur.C.de ſa-
croſanc.eccleſ.Ang.Alexan.poſt Imo. But.Fulg.
Caſtr.& Flor.in d.§.competit.& hanc opinionẽ
tenuerunt etiam antiquiores,& maxime Cyn.in
d.l.cum ſeruum, in addit. ubi dicit quòd ſi dico
te non dñm, quia talis eſt dominus & ſic pro-
bo,& tũc bene poteſt excipi de iure alterius per-
ſonæ. d.l.fin. aut inducit in modum principalis
exceptionis & tunc aut ex amiſſione iſtius exce-
ptionis pendet ius opponentis, ut ſi ago ex iure
ceſſo,tu dicis,non ceſſum,uel ſine decreto,& ſic
non legitime, & poteſt opponi, quia ius meum
pendet ex hoc. Si uero nõ pendet & non poteſt
excipi,& idem Ioan. Fab. ibi quod exceptiones
quæ concernunt rem quilibet poteſt opponere
& quod poſſeſſor ius quod eneruat ius actoris
opponere poteſt,aut non & non poteſt.hanc ẽt
opinionem tenet Bal. in l.peremptorias, nu.39.
ver.& in iſta materia, in ſi. C.ſenten.reſcin.non
poſ.ubi dicit, quod cum ius tertij eſt compatibi
39 le cum iure agentis, † de eo poteſt opponi. d.l.
ſi.In hoc igitur caſu nos verſamur,cum negemus
ius aliquod fuiſſe quæſitum actrici ex inueſtitu-
ra anni 1531. quæ fuit etiam facta citra præiudi-
ciũ tertij,ſed illud ius ad tertiũ pertinere,nem-
pe ad filios maſculos Do.Polixenæ, pro quibus
fuit recepta prima inueſtitura, ex quo probatur
hoc ius tertij. cũ enim ſat eſſet deducere & pro-
bare hoc ius ſine aliqua exceptione, tãto magis
poteſt de eo excipi & opponi.

Vt non omittam quod in caſu, quo dominiũ
40 † acquiritur domino uolente, qui eſt ſecundus
caſus, Aret.in d.l.cum ſeruum,2.concluſ.tenet
de iure tertij poſſe opponi,quod procedit,maxi
me quando eſt facta declaratio ab ipſo,ut per Ti
raq.qui alios citat,in d.ver.reuertatur.nu. 359.
& ſequen. Et quando requiritur declaratio, ſi
ipſo iure quis priuaretur ſuo iure, poſſet etiam
41 † de eo opponi, Bar.in l.auunculo, in ſi.ff.de con
di. ſine cau.ubi dicit text.in d.§.1.loqui in hære
42 ditate, quæ poteſt eſſe damnoſa † & poteſt eſſe
quod fiſcus non agnoſceret,ſecus ſi pœna impo
nitur ipſo iure, Bar.in d.§.1. & Aret.in d.4.con-
cluſ.& Soc.in d.l. 2.nu.11.

Et cum de intereſſe,d.reæ appateat ex inſtru
43 mentis productis, ceſſat † omnis diſputatio, ut
per Aret.in d.4. concluſ.& Soc. ubi ſupra. Et po
teſt hoc caſu excipere reus uſq; ad ſententiam,
Flor.in d.§.competit,nu. 3.Laus Deo Opt.Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In eadem cauſa concluditur, primum ac
quirentem non poſſe alienare emphy
teuſim, vel feudum in præiudicium cõ
præhenſorum,& an requiratur conſen
ſus domini?

Et quid ſi emphyteuſis non eſt acquiſita
ære proprio,& filij, pro quibus eſt ac-
cepta, non ſunt in eius poteſtate?

Adiens hęreditatem, quando non cenſea
tur approbare factum defuncti?

SVMMAE.

1 *Pater inueſtitus pro ſe, & filiis, & hæredibus ſuis, non poteſt de illa emphyteuſi diſponere arbitrio ſuo.*

2 *Nec illam prælegare uni, priuando alios in illa inueſtitura comprahenſos.*

3 *Doctores periti ſæpe loquuntur per verbum, forte.*

4 *Feudum nouum poteſt pater uni ex comprahenſis pręlegare, & aliis præiudicare.*

5 *Quod tamen non eſſe verum ex multis Doctoribus probari poteſt.*

6 *Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro hæredibus, intelligitur conceſſa deſcendentibus ſine alia expreſſione.*

7 *Verbum, hæredibus, in materia tranſmiſsibili ad hæredes, intelligitur de filiis, vel deſcendentibus.*

8 *Emphyteuſis cenſetur ex pacto, et prouidentia quando eſt addita dictio, maſculis.*

9 *Et ſi eſt additum verbum, pro legitimis hæ-*

re-

redibus, intelligitur pro filiis & deſcendentibus.

10 *Emphyteuſim non acquiſitam propria pecunia & ære ſuo non poteſt pater vni relinquere aliis compræhenſis præiudicando.*

11 *Et maxime ſi filii pro quibus eſt recepta, tempore mortis patris non ſunt in eius poteſtate.*

12 *Emphyteuſis etiam pro filiis naſcituris acquiri poteſt.*

13 *Emphyteuſim non poteſt pater primus acquirẽs relinquere in præiudicium filii expreſſe nominati in inueſtitura.*

14 *Immo ſuccedit filius etiam ſi exhæredetur a patre.*

15 *Tenor inueſtituræ ante omnia eſt attendendus.*

16 *Emphyteuta, vt poſsit diſponere de emphyteuſi requiritur conſenſus domini.*

17 *Et debet conſenſus interuenire ante mortem teſtatoris non poſt ius quæſitum comprahenſis.*

18 *Notarii fides probat rogitum penes ſe non extare.*

19 *Notarius rogatus de inſtrumento tenetur conficere prothocollum.*

20 *Et debet aſsignari terminus ad illum perquirendum.*

21 *Solemnitates ſtatutarias interueniſſe non eſt præſumendum.*

22 *Et maxime cum agatur de magno præiudicio contrahentis.*

23 *Scientia, & patientia exigitur conſentire debentis.*

24 *Mandatum non præſumitur habere procurator, licet impenſam faciat indebitam.*

25 *Emphyteuſis eſt imputanda in legitimam & trebellianicam.*

26 *Et talia bona loco legitimæ ſunt aſsignanda.*

27 *Alienans dicitur eligere bona alienata pro ſua legitima & trebellianica.*

28 *Adiens filius hæreditatem patris non cenſetur approbaſſe factum defuncti.*

29 *Nec tenetur reſtituere bona aliunde obuenta.*

30 *Nec cenſetur ſe obligare, niſi ſecundum legis diſpoſitionem.*

31 *Hæres promittere præſumitur ſoluere legatum eatenus quatenus tenetur.*

32 *Et ſi eſt cum beneficio legis & inuentarii poteſt contrauenire diſpoſitioni patris.*

CONSILIVM CXIIII.

In Domino confido.

FVit dubitatum per Clariſſimos Dominos meos in hac cauſa Magnificæ Dom. Cæciliæ Gaianæ, ſuper vnico tantummodo puncto ex pluribus, ſuper quibus abunde ſcripſeram, & ſuper cæteris nullum fuit factum verbum, quaſi quod ſuper illis uti claris nulla poſſit eſſe dubitatio. Quod certe ægre fero, cum uideam aliquando præſupponi, aliquas ſententias Doctor. eſſe communes, vel veras, quæ re vera non ſunt. Et propterea ſemper in diſcuſſionib. cauſarum operæpretium eſſe cenſui, ut cum partibus omnia conferantur, & motiua dentur ſuper omnibus fundamentis in medium adductis: quia ſi per partes adducta non defenduntur, liberum eſt iudici iudicare illis reiectis ſecundum iuſtitiam, nec partes conqueri poſſunt quod iura ſua non fuerint diſcuſſa. Vt igitur cognoſcant Excellentiſs. Domini mei, quod fundamenta mea priora, ſuper quibus nulla fuere exhibita motiua, non ſunt poſtponenda tanquam inania, vel parum uera, altius rem hanc exordiar. Et incipiendo a primo puncto, in quo Doctores adeo uarij fuere, ut difficile uideatur cognoſcere, quæ opinio ſit cõmunis, vel magis communis, & ſic quæſtio iuris uidetur reduci ad q. facti, ut quandoque dicebat
1 Dec. An ſcilicet pater, qui fuit inueſtitus † de emphyteuſi pro ſe & filijs & deſcendentibus ſuis, poſſit de illa diſponere arbitrio ſuo, illam relinquendo nepti fœminæ, vel extraneo, & auferendo maſculis, pro quibus illam recepit & fuit ſtipulatus.

Non dubito, quin communis, uel cõmunior ſit ſententia pro hac parte noſtra negatiua ſimpliciter, quod pater non poſſit præiudicare filijs, vel alijs deſcendentibus in inueſtitura compræhenſis, prout eam multi dicunt communem & magis cõmunem, ut inferius referam. In hac enim quæſtione emphyteuſis pro filijs, vel deſcendentibus receptę, de qua hoc caſu agendum eſt, cum non eſſet attendenda communis opin. quæ in alijs terminis, ut in feudo, vel alia q. eſſet in contrarium, ut ex Alex. & Iaſ. trad. Neuiz. in Sylua nup. lib. 5. num. 72. Quod pater inueſtitus filijs, vel deſcendentibus non poſſit prçiudicare prælegando rem uni, vel priuando alios compręhenſos, licet ille † fuerit primus de emphyteu-
2 ſi inueſtitus tenuit Bart. tam legendo, quam conſulendo, ut in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi, nume-

ro tertio,& quarto , ff.de oper. liber. & in con-
ſilio 55. Dom. Amatus.& conſil.60.q.iſta,num.
2.& ſeq. vbi in eadem cauſa. hanc eandem ſen-
tentiam firmant Bal.Ang.Fulg. & ſequitur Caſt.
in l.item videndum,§.nunc videamus.ff.de peti.
hære.Et idem tenuerunt Dyn.Rayn.Alber. An
ge.Imo. Caſtr.Floria. & videtur ſequi Aret.in l.
idem Iulianus.ſ.ſi quod alicui,quam multi legũt
cum l.præceden.ff.de lega. 1.quam etiam tenuit
& legendo & conſulendo Ang. Aret.ut Inſtitu.
de aſſignat.liberto.in fi.princ.& in conſ.124.nu
mero 7.& ſeq.Rom.in l.vnica. q.12. C. quando
non peten.par & ante hos omnes Fede.de Sen.
conſil.228.ſactum tale eſt , in fi. & licet reſpon-
derit per verbum, forte, tamẽ quo ad ipſum, q.
3 decidit,ex quo eo verbo † reſpondent ſæpe peri
ti,Caſſad.de ciſ.3.in tit. de præben. num.29. &
30.quam opinionem pluries reſpondit eſſe com
** munem * * & magis communem Alex.in pluri-
bus conſilijs,maxime 8. viſis ſubtiliſſimis,nume
ro 15. in 3.ubi latiſſime Apoſtilla approbat hanc
ſententiam,89. num.11. 106.num.8.& 107.nu-
mero 11.in 4. & 22. nume.14. 5.volumnie, vbi
etiam Apoſtilla late comprobat affirmans, ſuiſ
ſe deciſum per ſenatum ſecundum hanc ſenten
tiam illis conſulentibus pro ea, quam etiam te-
nuit Corne. conſilijs 74.2.colum.in 1.37. 4.co
lum.in 3.& 69.colum.2.eo.uolum.& ſecundum
hanc ſententiam reſpondit & Pet.de Ancha.qui
atteſtatur de magis communi opin.in conſ.319.
themate præſuppoſito. Iaſ.& legen.& conſulen
do,in l. 2.vbi copioſe examinat,ult.q.num.211.
& ſeq.C.de iure emphy.colum.4.num.4. 2.uol.
& ante ipſum Saly.in l.adulra.num.4. C. de hæ-
redi.actio. & apertius in l. fi.num.11. C. de iure
emphy. Deci.conſ.239. num.6. vbi dicit com-
munem,idem tenuit Bologni.in conſil.17.vbi di
cit magis communem,& conſ.47. vbi dicit com
munem,& conſi.48.num.6.& ſecundum eius re
ſponſum in d.1.conſilio refert fuiſſe iudicatum
idem Bologni. in addit.ſuis ad tracta. Matth.de
Mattheſil.de ſucceſſio.ab inceſta.3.art.primi mẽ
bri.num.4.Bertran.conſilijs 88. num.4. & 188.
num.13.2.volum.ſecundæ par.Pariſ.conſ.98.nu
mero 10.2.volum. Barb.in c.potuit,num. 30.lo
cati.Durant.in tract.de arte teſtan.tit.3.cautela
8.num.3.Caſſan.conſi .53.num.50.& 59.Ruin.
in pluribus conſilijs, vbi hanc dixit magis com-
munem,ut in conſil.48.num.5.in 1. & 95. num.
3.in 3.quam etiam prius tenuit conſulen. Ang.
in conſ.184.ex forma & ſerie,colum.1.ſub nu.1.
Io.de Ami.qui etiam dicit magis communem in
conſil.133.num.10. Crot.qui late examinat in
repetitione.l.qui Romæ. §.duo fratres, nu.141.
ff.de uerb. obligat. quam etiam tenet Paris de
Put.in tracta.de feud.re integ.in c.an pater. nu-
mero 11. fol.156. Didac. Couar. in Rubrica de
teſtament.3.par.numero 26.& in capit.18.nu-
mero 2.lib. 2.uaria. reſolut.eandem ſententiam
tenet Nicol.Arelata.in addit ad Alcia. in tracta.
præſumpt.regula prima,præſumptio.31. nume-
ro 3.And.ab Exea in lib. ſeu tracta. de pact.nu-
mero 211. quam etiam ſententiam dicit magis
communem Anton. Gabr.in tit.de iure emphy.
concluſione ſecunda , numero 46. quam etiam
dicunt communem Emanuel Soarez in ſuo
theſau. recepta. ſententia. in ver.pater, numero
24.& Villalob.in ſuis commun.opinio. in uer.
emphyteuſis, numero 61. & 62. quam tenent
etiam Nat. conſilio 531. numero 43. Hieron.
Gabr.conſilio 85.numero quinto,vbi etiam di-
cit magis communem , & Franc. Veg. qui dicit
etiam communem conſilio 52. numero 19. &
ſequen. ac Menoch.alias allegato conſilio 161.
numero 15. uerſic. his accedunt. ubi etiam citat
quatuor alios Oldendor. Rodo. Soarez , Ma-
rant.& Bartho.Siculum huius opinionis aſſeclas
qui omnes ſunt ad numerum 43.plus minuſue.

Ex quorum lectura apertiſſime conſtabit ,
quod in hoc puncto emphyteuſis,licet aliqui di
uerſę fuerint ſententiæ,hi tamen ſcribentes pro
hac noſtra parte excedant illas pondere, nume-
ro & menſura, quod aiunt. quos ſi uidiſſet Ti-
raquellus,qui aliquot pro utraque parte retulit,
& aliquot diſtinguentes rem dubiam & indiſcuſ
ſam relinquens in ſuo tracta. de retract. titulo
primo,§.undecimo,gloſ.quinta, numero 23.&
ſequen.non eſt dubitan.quin ſuam pro hac par
te tuliſſet ſententiam.

4 Quo fit † ut licet Cæphal.in alias allegato per
me conſilio 468.& Burſat. conſilio 290. nume-
ro 95. aliter in feudo ſenſerint , patrem ſcilicet
poſſe in feudo nouo filiis præiudicare,illa ipſo-
rum opinio non ſit ullo modo attendenda , ex
quo non eſt in terminis noſtris , ſed diuerſis, ut
ex Neuiza.ſupra retuli in princ.

Et quatenus etiam eſſemus in illa quęſtio.uel
deciſiones & opiniones Doctor.in illa facerent
ad deciſionem huius , adhuc addendo his ſupra
relatis plures alios,qui tenent hoc idem in feu-
do, utique apparebit etiam in ea quæſtio.com-
munem eſſe opinionem uel magis communem ,
quod nec in feudo pater poſsit filio vel deſcen-
denti, pro quo feudum recepit præiudicare, il-
lud uni filio uel alteri non compræhenſo alie-
nando uel relinquendo,relatos autem per Me-
noch.dicto numero 15.uerſic.ſextus caſus, iun-
ctis aliis ſupra citatis , per eum non uiſis uel re-
5 latis , arbitror etiam longe ſuperare † tenentes
contrariã partem, quibus ſi addantur Iacob. de
Ra. Pet. & Cyn. ex antiquis , qui illos refert in
l. ſecunda, in fine. C. de libert. & eorum liber.
Hieronym. Scurp. inter conſilia Bruni conſilio
136.numero quinto , ſexto, Phanut. in tractatu
de inuentar.qui rem hanc optimę diſſerit, diſtin
guendo inter feudum hæreditarium & non hæ-
reditarium , quinta parte , numero trigeſimo-
primo , & ſequen. cuius mentis uidetur etiam

Ro-

Rolan.in conſimili tracta.in §.nunquid hæres,
numero 15. & ſeq.fol.150. Dubio procul faten
dum erit opinionem noſtram quod indiſtincte
& ſimpliciter pater non poſſit filio præiudi-
** care, frequentiorem ** & ſecundum eam iudi-
candum eſſe.

Nec dicatur, quod emphyteuſis hæc conceſ-
ſa fuerit pro hæredibus inueſtiti, ut in illis uer-
bis,& hæredibus maſculis deſcendentibus, &c.
quo caſu opinio noſtra quæ communis eſt, pro
cedere non uidetur, cum non cenſeatur emphy-
teuſis ex pacto & prouidentia, ut de feudo ſcri-
bunt Doct. in multis ex locis citatis, præſertim
per Aret.in d.§.ſi quis alicui.quia cum ſimus in
inueſtitura conceſſa ab ecceleſia,quæ non tranſit
6 ad extraneos,†nihil refert,ſi ſit dictum pro hęre
dib.quia dēt intelligi deſcendētib.filijs,in d.l.3.
num.11.C.de iure emphy.& quod verbum hæ
7 redibus,†in materia non tranſmiſſibili ad hære
des intelligatur de filiis vel deſcendentibus, late
tradit Ant.Gabr.lib.6. ſuarum concluſionum.ti
tu,de verb.ſignif.concluſ.2.2.quoque limit.nu.
5.Quod in caſu iſto minorem habet difficultatē,
cum ex clauſula inueſtituræ ipſius appareat, par
tes non intellexiſſe de hæredibus ſucceſſionis,
ſed de hæredibus ſanguinis,ut ibi(& ipſorū con
ductorum filiis nepotibus & hæredib. maſculis
deſcendentibus)nam in materia tranſitoria quā
do additur dictio(maſculis)ceſſat difficultas, ut
per Gabr.loco præcitato,concluſ.3.in princ. &
quod cēſeatur hoc caſu feudum ex pacto & pro
8 uidentia,†non autem hęreditarium,habetur per
Soc.iun.conſil.42.nu.6.& ſeq.3.uol.& late pro
Rolan.a Val.d.tract.de inuent.4.par.§.nunquid
hæres,nu.8.fol.150.& quando eſt dictum,pro le
gitimis hæredibus,† intelligunt pro filiis & de-
9 ſcendentibus, eſt tex. in c.1.§.cum itero, cum
§.ſeq.ubi Iſer.& Afflict. in §.& quia, nume.12.
in tit.1.in vſibus feudo.tradit Gozad. conſ.26.
num.30.de quo uide etiam per Oſaſ.deciſ.Pede
mont.165.nu.15.& Phanunt. d.tract.de inuent.
d.6.par.nu.20.cum plurib. ſeq. & ad propoſitū
in feudo eſt tex.in c.1.§.& ſi clientulus,de alie-
nat.feud.& plures ad propoſitum cumulat Do.
Rimi.noſter iunior in conſil.18.numero 56.qui
uideri poſſunt.

Nec etiam obſtaret,ſi obijderetur,dictam cō
10 munem ſententiam procedere in caſu, quo pa-
ter non acquiſiuiſſet pecunia propria,& ære ſuo
emphyteuſim,ut uoluit Boſ.in l.1.in fine.C.per
quas perſo.nob.acqui.quem ſequūtur aliqui ex
ſupra citatis,maxime, Aret.in d.§.ſi quis alicui,
Iaſ.in d.l.2.nu.206.& Crot.in d.§.duo fratres,
nu.43.in 3.caſu.quia preter id quod communis
eſt ſententia,indiſtincte patrem filius vel deſcen
dentibus uocatis in inueſtitura præiudicare nō
poſſe diſponendo de emphyteuſi,ut ſupra tenen
do etiam hoc membrum diſtinctionis Bal.opin.
iſta non non noceret ſententiæ noſtræ,cum Bal.
ipſe & aſſeclæ in dictis locis firment eo caſu,quo
filij pro q.b. eſt recepta emphyteuſis, ſunt in ptā
te, poſſe patrem reuocare in ſui præiudicium
11 donationem illis † factam:ſecus ſi tempore eius
mortis nō ſint in poteſtate eiuſdem patris,quia
tunc reuocari non poteſt,& in propoſito, licet
Dom.Polixena filia eſſet in poteſtate patris tem-
pore mortis eius filii, tamen ipſius maſculi de
Mezamicis non erant in poteſtate eorum aui
paterni,& propterea nullo modo potuit reſpe-
ctu illorum reuocari donatio,quæ per aurum il
12 li facta† cenſeretur etiam ſecundum opinionem
contrariam.Certum autem eſt,quod filiis etiam
naſcituris acquiri poteſt.Bertran.conſ.70. nu.2.
uolum.3.primę par.ubi in ſtipulatione aui mater
ni & conſil.27. num. 1.primo uolum. ſecundæ
partis,& 302.in princ.eod.uolum. quem ſequi-
tur apoſtilla in add.ad Alexan.in fi.conſil.22.in
quinto,litera g.

Quo uero ad Dom.Polixenam expreſſe no-
minatā dicta cōis uel magis cōis ſnīa procedit,
& ceſſat opinio contraria, tanto clarius,ex quo
eo caſu cenſetur dn̄s eius contemplatione feu-
13 dum vel emphyteuſim† conceſſiſſe,ut uoluit An
dre.de Iſer.in c.1.2.colum.de ſucceſſio.feud.ubi
quod filius ſuccedit etiam ſi exhæredetur a pa-
14 tre,quam ſententiam† tenet etiam Sigiſ.Lofred.
conſi.ſuo 52.num.1.alias eſt inter eius conſilia,
Ant.de Alex.d.con ſil.52.numero 1.Dec.d.con
ſil.239.num.6.& 389.numero 2.Boſſi.in tit.de
princip.num.311.Iul.Clar.in §.feudum,q.41.uer
ſic.cum enim.& Anton. Gabr. dicta concluſio-
ne 2.numero 10.

Ex his itaque conſtat,an iure præſupponi poſ
ſit,Do.Ludouicum patrem Domi. Polixenæ, &
auum horum de Mezamicis potuiſſe diſpone-
re in ſuo teſtamento in filias fœminas non com-
præhenſas in prima inueſtitura in præiudicium
maſculorum uocatorum, nec ne,cum certiſſima
& frequentior pars negatiua uideatur,ut tam ex
deductis ſupra quam in aliis allegationib.abun-
de conſtat.Quibus ſi addantur tot alia,quæ in di
ctis prioribus ſcriptis fuerunt deducta, quibus
quaſi inanibus, uel ad caſum non facientib.nul-
la fuit data reſponſio in dubiis, quæ tamen, niſi
deſipio,ualide urgent, tanto magis conſtabit d.
actricem eſſe reiiciendam.

Primo enim erat attendendus tenor inueſti-
15 turæ quæ eſt una† maxima in ſimilibus inueſtitu
ris,Iaſ.poſt Mart.de Laud.conſ.114.nu.4.1.uol.
& 136.numero 2.in 3.uol.& cum in inueſtitura
reſeruauerit ſibi ius pater diſponēdi de ipſis bo-
nis inter uiuos nō potuit diſponere de eis in ulti
ma uoluntate, ut in dictis allegationibus plenè
comprobatum extitit.

Præterea cum tenentes contrariam partem
fateantur exigi conſenſum Domini, ut tenent
16 †Clar.Cephal.Menoch.& Bur ſa.alias citati, &
ante eos Iaſ. in dicta l. ſecunda, numero 214.

Soci.conſil.25.colum.4. verſ. verum his, primo
volum.Curt.conſilio 83.numero 2.& Phanu.d.
5.par.numero 44.& hic non interuenerit ante
mortem teſtatoris, nec ſat fuerit poſt ius quæſi-
tum filiæ & maſculis ex ea uocatis interuenire
17 poſt† mortem teſtatoris, ut latiſſime tradit Me-
noch.d.conſilio 161.numero 53. vbi plures ci-
tat & ſequitur Burſat. alias citatus d.conſil.291.
nu. 95. non video, quomodo hæc non obſtent
uictorię aduerſatiæ ſine actione agenti, ut dixi.

Fuit etiam deductum in primis allegationib.
quod non valuit mandatum, ut dicitur factum
in illum Caballerium per Dom.Polixenam ad ac
cipien.inueſtituram acceptam de anno 1531.in
cauſa productam, tum quia non probatur ex re-
latione notarij, tum quia non conſtat ſolemnita
tes, quæ exiguntur in contractibus mulierũ fuiſ
ſe obſeruatas. Et licet etiam ſuper hoc nullum
motiuum factum fuerit, quaſi hęc parum faciant
ad cauſam, volui tamen aliqua etiam addere pro
confirmatione alias adductorum.

Et primo quod fuit perquiſitum in ſcedis &
rogationibus illius quon.Ser Philippi de Mare-
ſcalchis, qui fertur fuiſſe rogatus de dicto man-
dato nec illud fuit in eis repertum, prout in at-
teſtatione Domi. Io.Baptiſtæ Mareſcalchi nota.
olim eius filij habentis ſuas ſcedas & rogitus
18 penes ſe, quæ fides negatiua probat † non ex-
tare, iuxta tradita per Bart.& alios in l. in illa ſti
pulatione, ſi Kalendis. ff.de verbo.oblig. & pro-
pterea fuit petitum prothocollũ exhiberi, quod
19 ex forma ſtatutorum† tenebatur conficere not.
ille qui dicitur de eo rogatus, iuxta tradita per
Roma.conſil.174.num.7.& Purpura. conſil.62.
num.12. & teneri partem exhiberi uoluit Borg.
in additionibus ad ſuam deciſionem 45. nu-
mero 37. Et ſaltem debebit ſcribi literas or-
dinario Maſſæ & aſſignari terminus partibus
20 ad illuc acceden. † pro illo perquirendo, ut
per Cagno. in l. ſi librarius, numero 31. ff. de
regul. iuris.

Secundo additur quod productę ſunt literæ
ducales anni 1518 In quibus mandatur ſtatuta
Ferrariæ ſeruanda fuiſſe in terris Romandiolæ,
vbi deficerent ſtatuta illarũ terrarum, & ſic erat
omnino ſeruandum ſtatutum de indemnitati-
bus mulierum ciuitatis Ferrariæ in mandato fa
cto, ut dicitur per dictam Domi. Polixenam de
anno 1531.& cum non conſtet ſolemnitates ip
ſius ſtatuti requiſitas interueniſſe, quatenus il-
21 lud† appareret eſſet nullum & inualidum, ut di-
xi in aliis allegationibus, nec eſt præſumendum
illas in eo interueniſſe, ut per Bal.in l.2.nu.3.C.
de legiti.hære. Alex.conſil.218 fere per totum,
6.volum.& Marſ. ſingulari, 323. diuturnitas, in
22 fi. maxime † cum agatur de magno præiudicio
ipſius mandantis, Craue.conſ.204.num.9.Ant.
Gabr.tit. de præſumptio.conclu.1.limitat.1.nu-
mero 53.& Ioſeph Maſcard.in ſuo tracta.de pro
ba.concluſ.417.conſenſu, nu.6.& 7.Vltra quod
23 exigeretur† probatio ſcientię & patientiæ con
ſentire debentis, Crau.in trac.de antiqui.temp.
3.par.num.18.uerſ.2.limitatur, & Soc.iun.conſ.
56.num.24.2.uol.

Tertio etiam alias ſcriptis addo quod nõ eſt
præſumẽdum mãdatum prædictum in dictũ Ca
ballariũ, licet appateat ꝙ ſoluerit ſcutos trigin-
ta auri pro landemio ipſius inueſtituræ, ut in in-
ſtrumento, quia cum ipſa Dom. Polixena eſſet
compræhenſa in prædicta præcedenti inueſtitu
ra, non tenebatur ſoluere aliquod laudemiũ, iux
ta tradita per Doct.in d.l.fin. C.de iure emphy.
unde expenſa erat facienda pro parte filiorum
Checoli, qui debebat inueſtiri contra formam
primæ inueſtituræ, tamquam non compræhen-
ſæ in ea, igitur ſolutio cenſetur facta ab eo, qui
ad illam tenebatur, ut per Bart. & alios in l.cum
ſeruus.ff.de verbo.obli, Et quod quando domi-
nus nõ tenebatur ad impenſam aliquam, procu-
rator illam pro principali indebitè faciens, non
24 cẽſeatur † habere mandatum, a domino, uel oria
tur præſumptio ipſius mandati reſpondit Ruin.
conſil.156.num.16.1.uolum.& Cepb.conſ.441.
num.74.& ſeq.

Nunc venio ad diſſolutionem dubiorum pro
poſitorum ſuper ultimo fundamento pro parte
noſtra conſtructo in prioribus allegationib. in
quibus obiicitur contra intentionem noſtram
quateuus reſtitutio in uim fideicommiſſi eſſet fa
cienda de his bonis ſaltem legitima & Trebel-
lianica eſſet detrahenda per hæredes Dom.Po-
25 lixenę. Quod licet † hæc bona uideantur impu-
tanda in legitimam & Trebellianicam, ex tradit.
per Alex.in conſil.29. ſub num.4.in 5. Rip.in l.
in quartam, nume. 300. ff.ad l.falcid. & Clar.in
26 d.§.feudum, q.46. vel talia bona† loco legitimæ
aſſign. Abb.in conſilio 12.lib.1.3. dub.cum ipſa
Do.procurauerit, quod peruenerint in d. Ant.
eius filiã, ſatis de eis uidetur diſpoſuiſſe. & cũ ſit
hęres matris Dom. Cęcilia. uidetur tanto ma-
gis repellenda.l.cum matre, C.de rei uend.& uſ
27 manter elegiſſe † ea bona pro ſua legitima & Tre
bellianica, ad tradit.per Doct. in l.Marcellus, §.
res, quæ ff.ad Trebel.Dec.conſil.202.num.8.&
Soci.iun.conſ.136.num.14. in 1.

Sed certe dubitatio iſta facilis eſt ſolutionis.
quia ſi verum eſt primum fundamentum quod
pater non potuerit præiudicare compręhenſis
in prima inueſtitura (prout ueriſſimum eſſe cen-
ſeo) ceſſat hoc dubium de imputatione in legi-
timam & Trebellianicam, cũ illa ei debeantur tã
quam propria, ut per hanuc. in d.6.par.nu.24. Et
quatenus computanda eſſent in legitimã & Tre
bellianicam, nõ uideo ubi probetur quod illam
amiſerit, vel alienauerit D.Polixena per inueſtitu
ram acceptam, iuxta diſpoſitionem teſtatoris, nã
tunc illa non poteſt dici alienaſſe de ſuo, & ita
ſentit Soci.iun.in dubijs citatus d. num.14.

Nec

Nec adeundo hæreditatem patris cenſetur
28 approbaſſe† factum defuncti, Craue.conſil.200.
numero 5.maxime in his.in quibus pater diſpo-
nere non potuit,& quando contrauenit,ut filia,
vt per eundem Crauet.ibi,num.5. Sicut nec te-
netur hæres reſtituere bona aliunde obuenta,
29 † quam ex teſtamento defuncti, Crauet.conſil.
144. numero 4.

Et qnòd hæres adenndo non cenſeatur ſe
30 obligare, niſi † ſecundum legis diſpoſitionem,
trad. Bal.in l.fin.in princ.1.colum.C.de iure de-
liber.& in l.fin. C.ad l.Falcid.& ſicut hæres pro
31 mitten.ſoluere legata.† cenſetur promittere ea-
tenus, quatenus tenetur ſolnere ſaluo legis be-
neficio,ut late proſequitur Pariſ.conſi.43.num.
32.& ſequen.3.uolum. ubi plura ſcribit ad pro-
poſitum,idem dicen.eſt, ſi inueſtituram recipit
pro his, quib. teſtator reliquit emphyteuſim,&
tanto magis, quando hæres adinit cnm benefi-
cio inuentarij.d.l.fi. C.de iure deliber.cum con
32 trauenire poſſit † eo caſu diſpoſitioni patris pri
mi inueſtiti, ut tenent plures ex ſupra citatis, &
præſertim Alex.in d.§.ſi quis alicui, ante finem,
Rolan.& Phanu.in d.tract. Ex qnibus ſunt ſubla
ta omnia dubia & propoſita, & quæ proponi po
tuiſſent in hac cauſa, & clara apparet iuſtitia ip-
ſius Magn.Rex. Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Donatio quando tranſmittatur aut fiat caduca. Et an ſit neceſſaria alia inſinuatio, ſi illa fiat coram officiali, vel priore collegij,& ut neceſſaria ſit inſinuatio,cuius ſummę debeat eſſe?

SVMMAE.

1 *Caducum, an ita fiat illud quod donatur, ſicuti ſit illud quod legatur.*
2 *Voluntates vltimæ ſunt imbecilliores & infirmiores contractibus.*
3 *Argumentum a contractibus ad vltimas voluntates non admittitur, quando eſt diuerſa ratio inter vnum & alterum.*
4 *Donatio facta in vltima voluntate, debetur hæredibus donatarii, licet de illis non ſit facta mentio.*
5 *Et ſi non eſt ratificata, poteſt per hæredes ratificari.*
6 *Et facta pro hæredibus ad illos trãſmittitur: et licet ſit facta cauſa mortis, tranſit in donationem inter viuos.*
7 *Legatum factum Titio & ſuis hæredibus, ad illos tranſmittitur.*
8 *Tranſmiſsio fit ad hæredes, ſi illorum ſit facta mentio.*
9 *Et quid in donatione inter viuos?*
10 *Inſinuationis defectus non ſanatur per iuramentum.*
11 *Inſinuatio non eſt neceſſaria in donatione remuneratoriã etiam ob merita futura.*
12 *Donatio valet ſine inſinuatione propter iuramentum.*
13 *Et maxime ſi eſt renunciatum omni iuris & legum auxilio.*
14 *Et ſatis dicitur inſinuata, ſi eſt facta coram iudice cum cauſæ cognitione.*
15 *Et poteſt ſimul fieri & inſinuari.*
16 *Et ſufficit quod ſit facta coram iudice abſque alia particulari inſinuatione.*
17 *Vt ſi fiat Mantuæ coram priore collegii abſque alia inſinuatione.*
18 *Decretum iudicis non eſt neceſſarium in donatione.*
19 *Inſinuatio ſi fiat coram iudice, omnes ſolemnitates interueniſſe præſumuntur.*
20 *Inſinuatio poteſt fieri coram quocunq; iudice.*
21 *Inſinuatio præſumitur facta ex curſu longiſſimi temporis.*
22 *Et vſque ad quam ſummam ſine illa valeat donatio.*
23 *Et ex ſumma donata eſt detrahendum onus annexum.*
24 *Et gabella ſoluenda pro re donata.*
25 *Soluit minus qui tardius ſoluit.*
26 *Vſusfructus quanto tempore durare præſumatur.*
27 *Donatio ſi infra triduum eſt inſinuanda, tunc iuramentum non ſupplet illius defectum.*

CONSILIVM CXV.

In Domino confido:

PLuribns medijs tolluntur dubia ſubtiliter excitata contra Magnific. Do. Franciſcum Pendaleum. Ad primum enim quod donatio fuerit effecta caduca, ex quo donatrix ante donatariam deceſſit. Luni. §.fin autem

ſub cōditione,C.de cad.toll.qui tex.licet loquaẗ
1 in legatis,† vr̄ ēt in cōtractib.ꝑcedere poſse,cū
de cōtractib.ad ultimas volūtates,ꝑ cedat argm̄.
l.fi.ubi Doc.C.de lega.& Inſt.de le.Fuſ.Cani.ubi
oēs.Reſpondetur, illum text. non procedere in
contractibus, cum tranſmiſſio ſint nedum in do
natione facta in diem,ſed etiam in conditionali.
§.ex conditionali,Inſtit.de verb.oblig. nam vlti-
2 mę voluntates ſunt imbecilliores†contractibus
qui ſunt firmiores & tranſeunt ad hæredes, ut
Alcia.ad propoſitum declarat in 3. lib.de uerb.
ſign.pag. pe.an fi. ſecundum paruam impreſſio-
nem,ubi citat dictum tex. & idem tenet plura ci
tans Hier. Zanch.in repetitione.l.hæredes mei.
§.cum ita, num.152.& ſeq.ff.ad Trebel.nec quā
3 do diuerſa eſt ratio inter†unum & alterum ad-
mittitur argumentum ſaltem affirmatiue,ut per
Euerar.in ſua Topica legali,loco 17.a contracti
bus ad ultimas uoluntates 2. pagi. immo ſi talis
donatio fuiſſet facta in ultima voluntate res do
nata eſſet danda hæredibus donatariæ, tametſi
4 non fuiſſet in ea facta † mentio hæredum,quia
tranſmiſiſſet ad ſuos hæredes, Iacob.Alb. conſ.
42.nu.6.& 7. Sed cū fuerit facta donatio Mag.
D.Margaritę pro ſe & ſuis hæredibus,nō eſt du-
bium quod comprehenduntur etiam hęredes et
ad eos fit tranſmiſſio , adeo quod ſi fuiſſet opus
5 ratificatione & non.fuiſſet ratificata† per dona-
tariam,potuiſſet per hæredes ratificari,Cagn.in
l.hæredem,num.24.ff. de reg.iur. Quinimmo ſi
donatio facta fuiſſet cauſa mortis,ex quo fuit fa
cta pro hæredib. tranſiuiſſet in donationem in-
6 ter uiuos † & tranſmitteretur ad hæredes,Alex.
conſ.14.nu.3.1.vol.Iaſ.nu.5.& Dec.nu.8.in l.nō
omnis.ff.ſi cert.pet. & idem eſſe in legato facto
7 Titio†& ſuis hæredibus,voluit Bal.in conſ.108.
D.Ioannes,nu.1. 3.uol.quem ſequitur Decia.in
conſil.31.num.45. in 1. & in fideicommiſſo vel
legato facto in ultima voluntate,in quo ſit facta
8 mentio hæredum.quod tranſmittatur ad hære-
des,late ſcribit Crauc. in repet. l.cum filiofami-
lias 2.par.num.267.& 333.de leg.1.aliud igitur
9 eſt in contractu & donatione inter † uiuos,quæ
non poteſt reuocari. Decian.late conſil. 39.nu.
140.2.volum. & aliud in ultima uoluntate quæ
ad nutum reuocari poteſt,vnde ex diuerſis non
infertur,l.fina. ff. de calum. l. Papinianus exuli.
ff.de minor.

Secundo non obſtat quod dicta donatio nō
ualuerit propter nō factam inſinuationem.l. ſan
cimus,in prin.& l.pen. C.de don.quam nullita-
10 tem†non videtur ſanare iuramentum, ex quo ex
preſſe & ſpecifice non eſt renuntiatum inſinua-
tioni,Cor.conſ.69. in 2.& Clar.in §.donatio.q.
18.Quia primo omiſſo qđ facile poſſet defendi
inſinuationem nō fuiſſe neceſſariam,ex quo fuit
11 donatio numeratoria † etiam ob merita futu-
ra,ut per Bar.in l.Aquilius, nu.3.ff.de donat.&
alios quos ſciens prætereo.primo reſpondetur
communem eſſe opinionem Doc. indiſtincte ꝙ
propter iuramentū tollatur inſinuatio & ualeat
12 †donatio ſine ea,ut late trad. Ant.Gabr.li.3.ſua
rum concluſio.tit.de donat.concl. 1.nu.66.& ſe
quen.Franc.Viui.1.par.ſuar.com.opin.opin.78.
4.limit.Simon de Præt.conſ.127.nu.35.Bolog.
conſ.60.num.50. Decian.d.conſil.31. num.79.
Burſat.conſil.183.num.7.& Rolan.a Val.conſil.
40.num.38.1.uolum.Menoch.conſil.1.nu.327.
& conſil.262.in princ.quam etiam uti commu-
nem firmat Ioſeph Ludo. deciſione ſua Peruſ.
66.num.6.& in concluſ.ſua 17.limitat.7.Quod
tanto clarius procedit,quando eſt renuntiatum
13 omni iuris & legum auxilio,† Gozad. conſil.87.
numero 13. Simon de Præt. conſil.1. num. 14.
Dom.Rimin. noſter iunior conſilio 234. nume-
ro 179.& ſequen. & Anton. Gabr. dicta con-
cluſione,num. 10.

Secundo,cum donatio ipſa fuerit facta corā
Magn.Priore collegij Doctorum ciuitatis Man-
tuæ,qui audiuit totum illius tenorem & cum cau
ſæ cognitione ſuam auctoritatem & iudiciale de
14 cretum interpoſuit,ſatis cenſetur inſinuata† ip-
ſa donatio,quę ſit in actis,quæ apud iudicem vel
magiſtratus conficienda ſunt. l.dotio ſiue dire-
cta,in fi. C. de donat. & conficitur interuenien-
te actorum teſtificatione. l. data, in princip. C.
eo.tit. & debet publicari coram iudice,l.in hac,
in fi. C.eo.& dicit Bar.in d.l.donatio.qđ inſinua
tio non eſt aliud niſi quod fiat coram iudice , &
in l.Modeſtius,nu.2.ff.de dona.ſcribit quòd inſi
nuatio eſt facere donationem redigi in ſcriptis
coram,iudice & illum illic ſequitur Conſtan.Ro
ger. nu.14. & plura alia de inſinuatione ſcribit
Ioſeph,d.concl.17.in prin.cum itaq; donatio hęc
fuerit ſcripta in actis not.de ea rogati & lecta ac
publicata coram iudice ſatis cenſetur inſinuata,
15 ſi quidem hic eſt unus† modus inſinuandi illam
quādo ſimul donatur & inſinuatur ſecundū Bal.
in d.l.in hac,nu.5.& tenet Ant.de Canar.in tra-
cta.de inſinuat.1.q.nu.2.& Iaſ.in l.omniū. nu.4.
C. de teſta.& ꝙ ſat ſit publicatio & cōfectio ſcri
pturæ corā iud.rn̄dit Alex.cōſ.157.nu.2. 2.uol.
Soci.iu.conſil.67.num.19.in 2.Plot.in conſ.79.
num.3. loquens in his terminis, quando fuit in-
terpoſitum decretum,& Dom.Rimi. iun.conſil.
242.num.19.& 20.Et quod ſufficiat donationē
16 fieri coram iud.abſq; alia†particulari inſinuatio
ne,tenet etiam Alex.in conſilio 20.ponderatis,
num.5.3.uolum.Pet. Duen.regula 224.donatio
excedens,8.fallent.Guid.Pap.conſilio 23.nume
ro 10.& 11.Curtius iunior conſilio 24. nume-
ro 3. & in terminis terminantibus quod ualeat
17 donatio † facta in ciuitate Mantuæ coram prio-
ri collegii abſque alia inſinuatione reſpondit
Dec. conſilio 532. numero 14. quem ſequitur
Roland. a Valle conſilio 40. numero 42. primo
volumi. eandem ſententiam tenet Bero. conſi-
lio 50.numero 53.primo uolum. Anton.Gabr.
lib.

lib.3.ſuarum concluſionum,tit. de don.concl.1.
nu.46.Ioſeph Lud.d.concl.17.3.ampliat.& Me-
noch. qui etiam citat & ſequitur Dec, conſilio
261.numero 22.

Et licet Bal.in conſil.375. certum,eſt colum.
2.in tertio,declaret Id procedere modo id iudex
intelligat donatorem donationem facere uelle
& omnes circunſtantias illius, cum tamen præ-
dictus prior iudex interpoſuerit eius auctorita-
tem & decretum cum cauſæ cognitione,neceſſe
eſt fateri omnia audiuiſſe & intellexiſſe quę erãt
28 †neceſſaria ad actum,nam quando interponitur
decretum, quod alioquin non uidetur neceſſa-
rium in inſinuatione, ſecundũ Doc. communẽ
ſentẽtiam Bar.in d.l.Modeſtinus.nu.3.ubi Con
ſtant.Roger.nu.16.atteſtatur de communi,Co-
uar.d.tract.q.6.nu.24.& ſeq.& in rc.q.19. Vi-
ui.d.opin.78.pen.pagi.& Iacob. Beret.conſ.11.
num.4.& ſeq.quod omnia præſumantur ſolem-
niter acta. & quod præſumantur interueniſſe
29 †omnes ſolemnitates neceſſariæ ſcribit Guid.
Pap.in tract.de præſumpt.nu.121.& 122.& qñ
interuenit etiam cum decreto iuramentum ceſ-
ſat omne dubium ſecundum Curt. Iuniorem,in
d.conſil.24.num.3.quem citat Męnoch.d.conſi
20 lio,num.22.Et cum inſinuatio†poſſit fieri corã
quocunque iudice ſecundum Guid.Pap.d.conſ.
nu.10.& Viui.d. opin. pag.pen. tanto magis hęc
conclu. procedit,cum facta fuerit coram iudice
cui ipſa donatrix erat ſuppoſita uti nupta in ciui
tate Mantuæ.l.pen.cum ibi not.ff.de iur.om.iu-
di.cum ſimilibus.

Tertio cum poſt dictam donationem effluxe
rint anni ſexaginta & ultra,præſumendum eſt
21 ex curſu longiſſimi † huius temporis fuiſſe inſi-
nuatam,quatenus alia inſinuatione opus eſſet,ut
in terminis reſpondit.Dom.Rimin.Iun.d.conſi.
242.num.22.ex tempore enim præſumitur in-
teruentus ſolemnitatum,ut per Aret.poſt Ang.
in l.qui in aliena.§.1.2.colum. ff.de acquir.hær.
Deci.in l.1.nu.8.C.qui admit.Tiraq.In tract.de
præſcript.§.1.gl.5.verſic.35.& ſeq.& Guliel.Re-
doan.in tract.de rebus eccle. non alienan.tit.de
conſenſ.§.fi.num.20.fol.196.& in tit. de aucto.
Prælati.§.ult.ferè per totum.

Quarto certum eſt quòd valet donatio etiam
ſine inſinuatione vſque ad quingentos aureos
ex illis qui tempore ipſius legis uidebantur,quo
rum 72. libram conficiebant & qui nunc face-
rent ultra ſeptingẽtos ex noſtris,qui nunc cudũ
22 tur,† & aliqui uoluerunt ut etiam ad ſummam
octingentorum perueniant, ut per Clar. in d.
§.donatio.q.15.in prin.Anton. Gabr.d.conclu-
ſio.1.nu.58.Per Duen.d.regula 224.ult.limitat.
Dec.d.conſ.536.num.14.Rolan.d.conſ.40.nu.
39.Panciro.conſ.123. nu.5. Borgn. deciſ.30.nu.
29.& 35.num. 34.

23 Præterea debet † detrahi ex ſumma donata
onus illi annexum, ut uoluit Bar.& alij in l.quo-
24 ties.ff.ad leg.Falci.vbi loquitur in gabella†ſolu ẽ
da ex re donata,quod eſt detrahen. quod uoluit
ẽt Ro.ſingulari 203.dico vnũ.vbi in addi. & Ti-
raq.in trac.de retrac.tit.1.§.15.gl.1.nu.4.& ſeq.
Et in propoſito cum fuerit reſeruatus uſusfru-
ctus dictorum mille aureorum ipſi donatricii &
ſic fuerit donata nuda proprietas ipſorum non
poteſt dici quod fuerint donati mille aurei, ſed
longe minorem ſummam donatam fuiſſe pro-
pter interuſurium medij temporis: minus enim
25 ſoluit qui tardius†ſoluit, §. plus autem.Inſti.de
actio. cum alijs congeſtis per Tiraq. in d.tract.
§.1.gl.18.num.34.& ſeq.igitur aut erit nuda il-
la proprietas deducto uſufructu tertium dena-
rium ſeu tertiam partem eius ualoris ſecundum
Bal.in conſil.102. quæritur qualiter,primo uol.
quem refert Rip.in l.naturaliter.§.nihil commu
ne,num.9.ff.de acquir.poſſeſſ.aut ſecundum for
mam,l.hæreditatum,ff.ad leg.Falci. ubi Barto.&
alii æſtimando vſumfructum pro tempore vitæ
ipſius donatricis quæ ſuperuixit per annos ſexa
ginta poſt donationem, reducetur proprietas
26 ad modicum valorem,& ſat eſſet hoc caſu † de-
trahere vſumfructum per annos 25. ſecundum
ordinem.d.l.hæreditatum,& trad.per Borgn.in
tracta. de vſufru. mulie. relic. num. 228. & Io-
ſeph.Ludo.in deciſ.Lucę 21.num.60.& ſequen.
nam hoc caſu fructus importabunt nedum dimi
diam ſortis,ſed etiam quintã partem pluris,iux
ta taxationem gl.in uer. iuſta,in auth. perpetua,
C.de ſacroſ.eccl. adeo quod nulla inſinuatione
opus fuerit.& hoc fundamentum,iudicio meo,
tollit omnem ſerupulum.

Poſtremo loco non obſtat quod obiicitur ꝙ
27 cum donatio† infra triduum eſſet inſinuanda iu
ramentum non ſat eſſet, cum deberet fieri poſt
ut per Fede. de Sen.conſil.181. & per Clar. qui
dicit communem in d.§.donatio.q.18.in fi.tum
quia non uideo ubi extet tale ſtatutum de inſi-
nuatione intra tale tempus facienda,ultra ꝙ ſa-
tis facta cenſetur coram eo iudice, & facta præ-
ſumatur ex temporis antiquitate, nec require-
batur fieri, ex quo in effectu id quod donatum
fuit nedum nõ exceſſit,ſed nec peruenit ad ſum
mam aureorum quingentorum. Laus Deo
Optimo Maximo.

Barth. Bert.

ARGVMENTVM.

In eodem caſu varia diſputantur præ-
ter ea,de quibus ſupra,& quando quis
debeat eſſe capax ſucceſsionis in em-
phyteuſi.

Emphyteuſis conceſſa pro hæredibus,cu
ius ſit naturæ.

Qualitatis & conditionis, quando debeat fieri repetitio.

Agens fideicommiſſaria hæreditatis petitione, quomodo debeat procedere, & contra quam detur, & quid ſit in illa probandum.

SVMMAE.

1 *Feudum non poteſt primus acquirens alienare in præiudicium comprehenſorum.*

2 *Iudicandum eſt in dubio pro illa opinione, quæ eſt magis communis.*

3 *Doctori tractanti magis eſt ſtandum, quam conſulenti & legenti.*

4 *Opinio illa eſt ſequenda, pro qua eſt deciſio Rotæ, vel parlamenti.*

5 *Et ſi diſtinguat, ac concordet opiniones contrarias.*

6 *Mater ſi eſt inueſtita pro filiis, non poteſt illis præiudicare.*

7 *Emphyteuſis ſi eſt recepta pro extraneis, non poteſt acquirens illis præiudicare.*

8 *Idem ſit, ſi recepta fuit pro filiis in inueſtitura expreſſe nominatis.*

9 *Et maxime, ſi ſit additum iuramentum ab ipſo inueſtito.*

10 *Donatio, quæ fit abſenti, non poteſt reuocari, & quando.*

11 *Capax quod quis ſit, ſufficit tempore ſucceſſionis, non tempore acceptæ inueſtituræ.*

12 *Forenſi poteſt relinqui, ſi tempore mortis capax erit vel ciuis.*

13 *Forenſes non excluduntur per ſtatutum ab hæreditate aſcendentis vel deſcendentis.*

14 *Matre inueſtita pro ſe & filiis, vel nepotibus, acquiritur ius deſcendentibus ſuis ex re ſua.*

15 *Abſenti ius acquiritur, quando eſt additum iuramentum.*

16 *Emphyteuſis non eſt hæreditaria vel mixta, licet ſit facta conceſſio pro hæredibus, & quando.*

17 *Et quando ſit intellectum de hæredibus ſanguinis, & ſic pronepotibus.*

18 *Inueſtitura, quando eſt conceſſa pro hæredibus vtriuſque ſexus, debet intelligi de filiis.*

19 *Emphyteuſis mixta eccleſiaſtica non poteſt alienari in præiudicium comprehenſorum.*

20 *Feudum mixtum non poteſt alienari in præiudicium vocatorum.*

21 *Et maxime, quando filius vel deſcendens comprehenſus, eſt hæres cum beneficio inuentarii.*

22 *Scriptura probat contra producentem.*

23 *Emphyteuſim poteſt habere, qui non eſt hæres primi acquirentis, modo ſit pro parte hæres vnius ex ſuccedentibus in totum.*

24 *Et ſi eſt inſtitutus extraneus comprehenſus, etiam exhæredatus admittitur.*

25 *Inueſtituræ tenor in primis eſt attendendus.*

26 *Diſpoſitio non poteſt fieri in vltima voluntate propter clauſulam, dum vixerit, vel, in vita ſua.*

27 *Diſponere quis quandoque dicitur, qui ab inteſtato decedit.*

28 *Legitimatus, dummodo non ſuccedat patri ex teſtamento, vel ab inteſtato, quando poſſit tamen habere hæreditatem ab inteſtato.*

29 *Corrigere velle partes ſe in continenti non præſumuntur.*

30 *Viam illam elegiſſe nemo præſumitur, per quam iudicia ſua ſubuertantur.*

31 *Verbum, diſponere, non importat vltimam voluntatem, ſi ſubiecta materia illud non patitur.*

32 *Reſeruatio debet reſtringi ratione contrarietatis euitandæ.*

33 *Fictio legis operatur pluſquam veritas.*

34 *Clauſula, ita tamen, reſtringit, limitat, & modificat.*

35 *Et eſt reſtrictiua præcedentium.*

36 *Clauſulæ in inueſtitura, quando inducant formam.*

37 *Et non poſſint dici diuerſæ orationes, ſed vna tantum.*

38 *Capitula dicuntur a ſeperat, quando vnum non venit ad terminationem alterius.*

39 *Et quatenus poſſunt dici connexa, & non ſeparata, habentur pro vno capitulo.*

40 *Copula regulariter repetit conditionem.*

41 *Qualitas vel conditio, quando poteſt cadere vniformiter in ſecundo capitulo, intelligitur repetita.*

Con-

42 *Conditio cenſetur repetita, quando concurrit identitas perſonarum, & rerum, & non intermediat aliquod capitulum.*

43 *Dicta in praecedentibus, facilius cenſentur repetita in ſequentibus quàm e contra.*

44 *Tempus appoſitum in principali diſpoſito, intelligitur repetitum in qualibet eius cohærentia, vel appendice.*

45 *Conditio appoſita in uno capitulo, cenſetur repetita in alio, ſi nulla alia intermediet.*

46 *Actus ſi ſit inutilis, niſi fiat repetitio, illa omnino eſt facienda.*

47 *Repetitio eſt facienda, quandò ex illa reducimus nos ad ius commune.*

48 *Declarationis materia differt a materia repetitionis.*

49 *Qualitas adiecta ſemper declarat capitulum ſequens, vel precedens, quamuis capitula ſint diuerſa, nec regantur ab vno verbo.*

50 *Inueſtitura prima facta, non poteſt eccleſia alium inueſtire.*

51 *Fideicommiſſaria hereditatis petitio non competit non facta prius reſtitutione fideicommiſsi.*

52 *Et de æquitate canonica non eſt neceſſarius iſte circuitus.*

53 *Sed contrarium eſt verius.*

54 *Reſtitutio fideicommiſsi, an prius exigatur in relictis ad pias cauſas, nõ leue eſt dubiũ.*

55 *Fideicommiſſaria hereditatis petitio non datur contra titulo poſsidentem ad inſtar petitionis hereditatis.*

56 *Et in hac debet probari dominium teſtatoris.*

57 *Et quid ſi agatur contra heredes grauati?*

58 *Vel contra aliquem tanquàm detentorem et occupatorem bonorum?*

CONSILIVM CXIIII.

In Domino confido.

TOt & tanta & voce & ſcripto fuerunt adducta hincinde in hac cauſa harum ſororum ſuper his bonis emphyteuticis controuertentium, ut potius inducta videatur confuſio, quam quod ex eis bona poſſit fieri & iuſta reſolutio. Vt igitur veritas, quæ in paucis conſiſtit, aperte pateat, omiſſis his quæ aliàs fuſiſſime per me ſcripta fuerunt in allegationibus, quæ in eis reuideri poſſunt: ſolũ diſcutiam fundamenta, quæ Magn. D. Aduocatus D. Antoniæ actricis conſtruxit pro reſponſione ad exceptiones noſtras, & ſubinde aliqua etiam addam reſpicientia proceſſum, ex quibus tanto magis D. Cecilia & Magn. vir eius veniunt abſoluendi.

Fundabat itaque in primis Magn. D. Aduerſarius intentionem ſuam in teſtamento auito. In quo Do. Ludouicus reliquit hæc bona per fideicommiſſum huic Dominæ, quæ ſola ſuperfuit ex ſecundo matrimonio Do. Polixenæ eius matris, & D. Luca de Checholis. Nos autem negamus teſtatorem potuiſſe bona huiuſmodi in prę iudicium filiæ inueſtitæ & filiorũ ipſius maſculorum in inueſtitura compręhẽſorum, relinquere per fideicommiſſum huic nepti fœminæ & alios uocatos in prima inueſtitura priuare bonis ipſis. Et in hoc puncto in emphyteuſi allegati fuere ultra quadraginta Doctores tenentes hanc ſententiam, præter illos qui loquuntur etiã in feudo, ut illud primus acquirens non poſſit in præiudicium uocatorum & compræhenſorũ
1 in inueſtitura in alios alienare, vel alijs † relinquere, quib. addo etiam in his terminis Zaſ. & Alcia. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbor. oblig. primus in fi. commenti, alter nu. 33.

Nec dubium eſt quod tenentes hanc ſententiam excedunt tenentes contrariam pondere, numero & menſura (quod aiunt) quo fit, ut cum data utrinque opinione pro communi, iudican-
2 dum ſit pro ea, quæ eſt † magis communis, uel numero, vel auctoritate, ut diffuſe proſequitur Anton. Mar. Coratius lib. 1. ſui tract. de commu. opinio. tit. 4. fere per totum, pro hac noſtra omnino iudicandum ſit.

Præterea ſi attendamus regulas, quas ponunt Doctor. obſeruandas per indices in iudicando, quando opiniones ſunt dubiæ & controuerſæ, proculdubio huic noſtræ potius quam cõtrariæ erit adhærẽdũ. Et omiſſo ꝙ hanc noſtrã tenent
3 tractantes, † quibus magis ſtandum eſt quam legentib. & conſulentibus, ut per Corat. in d. trac. d. lib. 1. tit. 6. num. 62. & quod in pluribus locis & copioſius punctum examinantes & diſcutientes illam tenẽt Doct. noſtri, ut per Neuiz. in Sylua nuptia. lib. 4. num. 29. & Corat. loco præcitato, num. 66. ſolum duos caſus tangam, in quibus ſine difficultate fatendum eſt huic opinioni omnino ſtandum eſſe.

Primus eſt, quando pro una parte fuit iudica-
4 tum, uel eſt deciſio Rotæ † curiæ vel parlamenti, ut per Neuiz. d. lib. 5. nu. 62. & de opinione fundata, in conſ. deciſiuo ſcribit Corat. d. tit. 6. nu. 73. & ſequen.

Secundus eſt, quando ſumus in opinione di-
5 ſtinguente † & fœdere diſtinctionis opiniones contrarias concordante: tunc huic ſtandum eſſe probatur ex l. apud antiquos. C. de furt. magis enim ueritati appropinquare cenſetur, ut uoluit Saly.

Saly.in l.filiæ cuius,nu.7. C.fam.erciſ.Neuiz.d.
lib.5.num.32.& Corat.d.tit.6.num.80.&ſeq.
Cum itaque pro iſta noſtra opinione fuerit
iudicatum, ut atteſtatur Bologn.alias citatus in
addit.ad Matheſil.in tract. de ſucceſ.ab inteſt.3.
art.1.memb.num.4.& in ſenatu in Gallia,quan-
do inueſtitura fuit recepta pro maſculis, nt per
apoſtillam addẽtem ad conſilium Alex. 22. nu.
14.in 5.illi omnino ſtandum eſt. Pariter idem fa
tendũ eſt,ex quo pro hac noſtra parte habemus
opiniones Doctor.diſtinguentium, & primo,an
ſit recepta inueſtitura per patrẽ pro filijs in po-
teſtate exiſtentibus, & hoc caſu ſecundum opi-
nionem multorum pater poteſt eis pręiudicare,
reuocando donationem eis tacitè factam, quod
ſi tempore huiuſmodi renocationis filij eſſent
emancipati,& ſuam poteſtatem exiuerint, non
poſſe illum illis præiudicium adferre,uel reuoca
re conceſſionem pro eis factam, ut Bal. voluit in
6 authen.ſi quas ruinas,nume.6. vbi firmat † aliud
eſſe in matre inueſtita pro filijs.C.de ſacroſanct.
eccleſ. Quod præter citatos in ſecundis allega-
tionibus tenent etiam Calcan.conſil.73.colum.
5.Soc.inn.conſil.72.num.35.in primo,& Anto.
Gabr.in tit.de iure emphyt.concluſ.2.num.51.
& hanc opinionem quando emphyteuſis eſt re-
7 cepta pro extraneis,ſequutus fuit † iudicando in
Rota Lucen.Ioſeph Ludo.deciſ.66.nu.17.& ſe-
quen.quæ eſt ultima ipſarum.
Altera eſt diſtinctio, quam in hac materia fa
ciunt ſcribentes, quod aut inueſtitura eſt facta
pro filijs & deſcendentibus contemplatione ip-
ſorum filiorum,vel potius patris contemplatio-
ne,& primo caſu pater non poteſt reuocare.vel
aliter diſponere: ſecũdo ſic.cẽſetur autem facta
inueſtitura,vel conceſſio fauore filiorum, quan-
8 do ipſi ſunt † expreſſe nominati,& ad hoc fuerũt
citati quamplures Doctor.in terminis hanc ſen
tentiam tenentes in ſecundis allegationibus, &
præſertim Clar.in §.feudum.quæſt.41.uer.cum
enim.& Anton. Gabr. d.concluſ.2.numero 10.
quam diſtinctionem approbat & ſequutus fuit
iudicando Ioſeph Ludou.d. deciſ.66.Lucen.ubi
pro reſolutione in hac difficili q. admonet iudi-
ces,num.9.ut optime ruminare debeant & per-
pendere uerba conceſſionis,ex qua ſi perpende
rint, quod uel expreſſe, uel tacitè ipſis conſtet
conceſſionem fuiſſe factam intuitu ipſius patris
& non filiorum,vel mediante pecunia,& iſto ca
ſu poſſet teneri potuiſſe diſponere cum conſen-
ſu domini directi ad præiudicium ipſorum filio-
rum uocatorum:ſi uero neque tacite, neque ex-
preſſe hoc perpenderit in ſimplici conceſſione
iudicatũ eſt non poſſe præiudicare,quia ius quę-
ſitum non poteſt eis auferri,& inferius,nu.12.&
ſequen.ſubiungit quod licet conſideretur diligẽ
tia patris acquirentis, non tamẽ illa ſola diligen
tia ſufficeret, niſi concurreret gratia conceden-
tium, qui multoties gratia filiorum faciunt ſimi
les conceſſiones,& maxime quando filij erant iã
nati. Vnde cum in caſu iſto coniungendo ſimul
duas primas inueſtituras anni 1506. in qua fuit
inueſtitus D. Ludouicus & frater pro ſe & eorũ
& cuiuſlibet filijs maſculis, cum pacto quod poſ
ſent illas res alienare in maſculos agnationis de
Buccamaioribus, & in ultima uoluntate eis re-
linquere,& ſic erat excluſa Do. Polixena a linea
fœminina, & anni 1526.in qua recedere a dicta
prima inueſtitura, & inueſtiti D.Ludouicus pro
ſe & D.Polixena expreſſim nominata & pro eo-
rum filijs & deſcendẽtibus maſculis, apertiſſime
conſtet quod hæc ſecunda facta fuit contempla
tione ipſius Dominæ Polixenæ, & ſubinde ſuo-
rum filiorum: certè ſumus in caſu certo, q̃ non
potuit pater illam grauare onere fideicommiſſi,
nec illi auferre ius & ſucceſſiue ſuis filijs maſcu
lis quæſitum. Et hinc oritur duplex fundamen-
tum ad fauorẽ DD.reorum ad excluſionem Do.
Actricis,quod ſi fuit quæſitum ius ex dicta inue-
ſtitura ſecũda maſculis de Mezamicis ad exclu-
ſionem fœminarum (quod negat pars aduerſa)
quod inferius diſcutietur, & hoc caſu excludit
omnino agens tanquam non uocata,aut nullum
ius fuit quæſitum eiſdem, ſecundum prætenſio-
nem partis aduerſæ, & tunc omne ius reſedit in
dicta D.Polixena, quam non potuit pater graua
re onere fideicommiſſi,ut alias fuit oſtenſum, &
etiam inferius aliqua adducere ad id cõproban.
Addo etiam, quod tanto minus potuit pater
reuocare diſpoſitionem, de qua in dicta inueſti-
tura anni 1526. etiam quod fuiſſet facta ſtipula
tio pro ſuis filijs & deſcendentibus exiſtentibus
in ſua poteſtate, ex quo in dicta inueſtitura fuit
additum iuramentum ipſius patris inueſtiti: hoc
9 enim caſu non poſſe patrem pręiudicare † filijs,
declarat in terminis Ioſeph Ludou.d. deciſ.66.
10 num.15.& ſequen. ſic in donatione † quæ fit ab-
ſenti, reſpondit Guid.Pap.conſil.23.nume.8.&
ſequen.& tenet Gabr.in tit.de donatio.concluſ.
5.4.limitatio.& Alcia.in d.§.Flauius,num.33.Si
itaque hoc noſtrum fundamentum eſt uerum,
prout hoc caſu arbitror eſſe ueriſſimũ, quod pa-
ter non potuerit grauare filiam onere fideicom
miſſi,uel reuocare & alterare primam inueſtitu-
ram,corruit tota intentio agentis, quę ſine actio
ne agit. Et hoc præter alia fundamenta quæ ad-
ducentur inferius,alias etiam adducta in alijs al
legationibus,quæ nec tolli, nec elidi poſſunt ex
reſponſionibus,uel oppoſitionibus aduerſę par
tis, quæ fuerunt ſeptem,ſi recte memini, ſuper
quibus differendum eſt, ex quarum diſcuſſione
facile poterit cõſtare de iuſtitia ipſarũ partium.
Obijciebatur igitur primo,quod dicti maſcu-
li de Mezamicis uocati inueſtitura tanquam fo-
renſes non poterant admitti ad ſucceſſionem
horum bonorum ex forma ſtatuti Ferrariæ,quæ
habilitas debuit interuenire tẽpore dictæ acce-
ptæ inueſtituræ.ſed hec obiectio ex multis tolli-
tur

tur,primo. quia non eſt verum quod eo tempo
re requireretur habilitas, ſed ſufficit quod ſint
11 †habiles tempore,quo uenit caſus ſucceſſionis,
Caſtr.conſil.234.in cauſa appellationis,num.3.
& 286. uidetur quod dicta ſententia, 2.colum.
2.uolum.Crot.in l.filiusfam.§.diui,num.81.uer
ſic.quarto limitatur.ff.de leg.1.Rip.in cap.2.nu.
18.& ſequen.maxime,num.25.primo lib.reſpon
ſorum,Crauet.conſil.201.4.dub.Alcia.conſilio
31.num.44.lib.9.& num.5.firmat quòd poſſint
inſtitui & intelligatur modo ſint capaces, ſic ẽt
valet legatum factum forenſi,ſi tempore mortis
12 teſtatoris†ſit capax & ciuis,Bart.in l.fin.num.2.
ff.de regu. Cato.Caſtr.in l.cætera,in princ.num.
2.ff.de leg.1.Decia.reſponſo 33.num.22. primo
volum.& D.Simon de Præt.in ſuo tract. de in-
terpret.ultim.volunt.lib.3.interpretatio.1.dubi
tatio.3.ſolutio.4.num.14.15.& ſequen.fol.193.
Quo fit,ut cum tempore mortis D.Polixenæ ip-
ſi de Mezamicis eſſent capaces, nam poſſident
plura bona in territorio Conſilicis,quæ dantur
pro confinib.his in iudicio deductis & ſuſtinent
onera in dicto communi,ceſſet omne dubium.

Præterea cum agatur de hæreditate aſcendẽ-
13 tium†filij & nepotes non cenſentur excluſi per
ſtatutum,Soc.iun.conſil.18.num.35.tertio uol.
Plot.in conſil.19.num.75.uer.34. Ceph.conſil.
13.per tot. & Paſet.conſil.163.num.6. quod &
admittit ſtatutum noſtrum,quod non fiat tran-
ſlatio,&c. in uer.exceptis tamen bonis aſcendẽ
tium,& per iſta iura ad hæc bona, nunc petita,
fuit admiſſa Ipſa Dom.Cecilia,quæ pariter ex ad
uerſo allegabatur forenſis & incapax,per Illuſt.
Conſilium Iuſtitiæ, & obtinuit ſententiam fauo
rabilem reſpectu ipſorum bonorum.

Secundo obijciebatur, quod nullum ius po-
tuit acquiri ipſis de Mezamicis, ex quo Notar.
nõ fuit ſtipulatus pro eis, nec ipſi ratificauerũt:
quia licet pater, vel auus poſſit ſtipulari pro fi-
lijs & nepotib. qui ſunt in ſua poteſtate,ſecus eſt
in auo materno, ſed in hoc fallitur Magn.Aduo
catus aduerſarius, quia in emphyteuſi conceſſa
matri pro ſe & filijs, uel nepotib. acquiritur ius
deſcendentibus ex re ſua, licet eos non habeat
14 †in poteſtate,unde idem dicend.de auo mater-
no eadem ratione,Bar.in l.quod dicitur, l'ult.in
fi. & ibi Doctor.& præſertim Iaſ. & Alcia. poſt
alios.ff.de verbor.oblig.Anto.Gabr.d.ſuis con-
cluſionib.in tit.de verb.oblig.concluſ.1.nu.130.
& D.Simon de Præt.conſ.54.num.68.

Præterea quando eſt additum iuramẽtum ac
15 quiritur†ius abſenti,ut per Alex.Iaſ.& alios in l.
ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de uerb.oblig. Feli.in c.
Gregoriano,num.24.Afflic.deciſ.135.num.5.&
Gabr.d.concluſio.1.num.69.& ibi nu.31.uoluit
acquiri liberis poſtea natis.Et licet hęc obiectio
admitteretur pro uera, quæ certe non eſt, quid
tum? nonne ius fuit quæſitum irreuocabile D.
Polixenæ, quæ non potuit poſtea grauari in di-
ctis bonis fideicommiſſo,& ſic æqualiter ad om
nes filios potuerunt tranſmitti?

Tertio obijciebatur, quod potuit pater pri-
mus inueſtitus alienare res illas in præiudicium
filiæ & filiorum illius, ex quo fuit primus acqui
ſitor ipſarum rerum, & fuit primo inueſtitus de
anno 1506.ut ſupra relatum fuit. Sed iſtud eſt
quod negamus, & contrarium uerius eſſe defen
dimus, quia immo illa mutatio primæ inueſtitu
ræ fuit facta in gratiam filiæ expreſſe nominatæ,
& eius cõtemplatione, ut ſupra comprobatum
fuit & in alijs allegationibus.

Quarto addebatur,quod cum hæc inueſtitu-
ra fuerit conceſſa pro filijs & hæredibus maſcu
lis deſcendentibus, non poteſt dici emphyteu-
ſis ex pacto & prouidentia, ſed potius hæredita
ria,uel mixta, de qua inueſtitus libere poteſt di-
ſponere. Et propterea

Quinto loco inferebatũ, ꝙ aut iſti uocati ſunt
hæredes,nec ne?ſi ſunt hæredes,nõ poſſunt con
trauenire facto defuncti,ſi nõ ſunt hęredes, non
pñt admitti ad ſucceſſionem. His oppoſitionib.
ego reſpondebã.& nunc ẽt replico,primo negã
go,quod verbum, hæredibus,appoſitum in di-
cta inueſtitura faciat emphyteuſim hæreditariã,
16 vel mixtam,quia non eſt†facta conceſſio pro fi-
lijs & hæredibus,ut in caſu Bar.in l.vt iuriſiuran
di.§.ſi liberi.ff.de oper.liber.& in alijs locis per
Doctor.hanc q.tractantes: ſed fuit dictum (pro
filijs,nepotibus & hæredib. maſculis deſcenden
17 tibus) quo caſu de hæredibus ſanguinis † & ſic
pronepotibus & alijs deſcendentibus fuit intel
lectum,vt in alijs allegationibus oſtendi. Quib.
addo Iaſ.poſt Bald.in prælud.feud.nu.128.Dec.
conſil.185.nu.3.Durant.in tract.de arte teſtan.
tit.ult.caute.10.num.2.in fi.Cepha.conſil.224.
nu.47. Pinel.in l.1.tertia par.nu.88. C.de bon.
mater.& alios citat deciſ.Pedemont.161.nume.
10. qui ſi addantur citatis per Rolan.conſil.67.
num.21.& ſequen.in 1.& in ſuo tract.de inuent.
alias citatum, certe apparebit hanc eſſe in hoc
* puncto communẽ Doct.*ſententiam, quicquid
aliqui alij autumauerint.Sic etiam, quando inue
18 ſtitura eſt conceſſa pro hæredibus † utriuſq; ſe-
xus,quod debeat intelligi de filijs,uoluit Afflic.
in capitu.1.an agna.vel filio defun.&c.num.13.
Dec.conſilio 208.num.11.uerſ.ſecundo hoc.&
conſ.395.col.2.& 3.Soc.iun.conſ.42.num.6.&
7.in 3.& Rol.d.conſ.67.nu.3.& 32.

Præterea, dato quod eſſet emphyteuſis mix-
ta,non propterea licuit patri illam alienare, uel
de ea diſponere in præiudicium compræhenſo-
19 rum,ex quo eſt eccleſiaſtica, † ut per Gabr.poſt
Bald.Calca.& alios citatos, d.concluſ.2.de iure
emphyt.nu.54. Sic etiam in feudo mixto,quod
20 non poſſit fieri alienatio†in præiudicium uoca
torum,trad.Afflic.in d.cap.1. an agna.vel fil.de
fun.num.13.Dec.conſil.185.num.3.Pinel.d.ter
tia par.nu.85. uer.ea tamen diſcordia,& nu.90.
cum

cum ſequen.& Phanut.in tract.de inuent.6.par.
num.15.& 17.Et licet in hoc fuerint opiniones
21 quando tamen filius,†uel deſcendens eſt hæres
cum beneficio inuentarij, ceſſat omnis ſcrupu-
lus,ut admittit Clar.in §.feudum.q.40. uerſ.ſed
hic eſt aduerten.firmat Zaſ.in tract.de feud.par.
8.de feud.ſucceſ.nu.10. uer.quinto limita.And.
ab Exea,lib.de pact.num.a 28.Didac.lib.2.c.18.
nu.4.uer.octauo infertur,reſolu.ſuarum.& Pha
nut.d.6.par.num.17.& 30.& ſequen. unde cum
in inueſtitura per partem aduerſam producta,
accepta nomine D.Polixenæ de anno 1531.lega
tur quod illa fuit hæres patris cum beneficio in
22 uentarij,& ſtandum eſt † contra producentem,
ut per Doctor.in cap.cum uenerabilis.de exce-
ptio.cum alijs trad.per Crauet.in tract.de anti-
quit.temp.prima par. §.uiſo de uerbis enuntiati
uis,nu.36.& nu.41.

Nec eſt uerum, quod ſiue ſint hæredes com-
prehenſi, ſiue non, omnino debeãt ſuccumbere,
ex quo ſi ſint hæredes, poſſunt contrauenire fa-
cto defuncti,& ſi non ſunt, non admittuntur ad
ſucceſſionem, tũ quia ſatis eſt eſſe hæredem vo-
catum cum beneficio inuentarij, vt ſupra: tum
etiam, quia non eſt neceſſarium eſſe hæredem
priuati acquirentis, ſed ſat eſt ꝙ ſit hæres unius
ex ſuccedentibus in totum,vel pro parte, prout
23 hi Mezamicij fuerunt hæredes matris, Rui.con
ſil.17.num.2.primo uolum.Pariſ.conſil.2.num.
25.& conſil.23.num.177.in primo,& 65.num.
31.in 3. Andr.ab Exea,d.lib.de pact.num.219.
Sylua.conſil.30.num.14.& 20.Gabr.in titu.de
verbor.ſign.concluſ.3.num.19. Burſ.conſil.76.
num.2.& 92.num.28.Rolan.a Val.conſil.2. an-
te fin.1.uolum.& Menoch.conſil.114.nume.9.
& 181.num.50.61.

Quinimo etiam ſi fuiſſet inſtitutus extraneus
24 † & compræhenſus exhæredatus, nihilominus
admitteretur comprehenſus ad feudum,vel em
phyteuſim,Dec.conſil.208.colum.fin. Exea lo-
co præcitato,verſic.tertia concluſio.& Rolan. a
Val.conſilijs 57.num.77. in 3.48.num.51.& 11.
num.46.in 4.uolum.

Sexto loco obijciebatur ex aduerſo,quòd li-
cuerat D. Ludouico dictas res relinquere per fi
deicommiſſum, ex quo in dicta inueſtitura anni
1526. reſeruauit ſibi ius diſponendi de eis arbi-
trio ſuo, & multa ad hoc allegabantur. Et quia
illa clauſula, dum uixerit ipſe D.Ludouicus, non
leue negotium ſibi faciebat,nitebatur illam eui-
tare diuidendo clauſulam ipſius reſeruationis
in duas partes. in prima,in qua dicitur quod ip-
ſe ſolus ſit verus dominus utilis dominij dicta-
rum rerũ admittebat dictam clauſulam loqui,
ſed in alia parte, in qua dicitur quod ſine cõſen-
ſu D. Polixenæ & aliorum poſſit tam de fructib.
quam de dicto utili dominio bonorum diſpo-
nere ſuo arbitrio,&c. negabat dictam clauſulam
locum ſibi uendicare, uel in hac ſecunda parte
repẽti poſſe. Verum quia ſuper hoc puncto nos
facimus præcipuum fundamentum, quod præ-
dictus Do. Ludouicus non potuerit diſponere,
niſi inter uiuos, non autem in ultima uoluntate,
prout fecit, ſtante dicta reſeruatione, quæ ſic ue
nit intelligenda, & cum ex tenore inueſtituræ
25 hoc ſit diſpoſitum,& reſeruatũ, qui tenor† ſem-
per in primis eſt attendendus,cap.1. de duobus
fratr.a cap.inueſtit. ubi Bal.& idem trad.Bald.in
conſil.207.quæſtio eſt,num.2.in 1.uolum.Affli.
in cap.1.quid ſit inueſtitura,num.19.& dicit Iaſ.
loquendo in feudo,quod eſt una maxima,ut te-
nor inueſtituræ inſpiciatur, in conſil.194.num.
4.in 1.uolum. hoc ſolum fundamentum nobis
ſufficit, ex quo ſi reſeruatio eſt facta diſponendi
inter uiuos, non potuit pater diſponere in ulti-
ma uoluntate, ut in primis allegationibus com-
probatum fuit,& præſertim ex Nat.conſil.502.
num.37.& ſequen. Igitur operæprecium eſt ſu-
per hoc inſiſtere & perſcrutari diligenter an di-
cta reſeruatio potuerit extendi ad vltimam uo-
luntatem. In quo puncto in primis præſuppono
26 † opinionem Bar.in conſil.76.alias allegato eſſe
** communem, * quod quando eſt addita ſimilis
clauſula, dum uixerit, vel in uita ſua, diſpoſitio
non poſſit fieri in ultima uoluntate, ut commu-
nem admittit Didac.in capit.12.num.3.lib.3.ua-
riarum reſolutionum, quam etiã tenet Nat.con
ſil.128.in fi.Dec.conſil.251.nu.3.Curt.iun.con
ſil.25.ſub num.ſecundo,& late Dom.Simon de
Præt.in d.tract.lib.2.interpretatio.1.dubit.1.ſo
lutio.7.num.ſecundo,& ſequen. & in ſuo conſi-
lio 106.num.90.

Cæterum ex alio arbitror omnino neceſſe eſ-
ſe fateri, quod dicta clauſula debeat intelligi de
diſpoſitione inter uiuos, non de diſpoſitione in
vltima volũtate: ſi quidem ſi intelligamus quod
D.Ludou. voluerit ſibi reſeruare diſpoſitionem
in ultima voluntate, oportet etiam fateri quod
illa inueſtitura facta pro D.Polixena, & ſuis filijs
maſculis, ut ſupra, & eorum cõtemplatione, pro
qua fuere ſoluti ducati trigiuta auri Reueren-
diſs.Epiſcopo Imolæ, ſeruiret de uento,& ab ea
cẽſeretur uoluiſſe recedere ipſe pater inueſtitus,
ut nuſquam ſibi locum uendicare poſſet, ſiue de
ceſſerit teſtatus, ſiue inteſtatus: namque decedẽ
do teſtatus & relinquendo alijs ea bona, inueſti
tura locum nõ haberet, quia ei eſſet derogatum
per dictam clauſulam: ſi uero inteſtatus decede-
ret, filia, vel nepotes excludebãtur ab agnatis vſ
que in quartum gradum: quia decedendo inte-
ſtatus cenſeretur diſpoſuiſſe ſe inuenientes ab in
teſtato. l.conficiuntur. ff.de iure codic. & quod
27 hoc caſu cenſeatur quis diſponere† decedendo
inteſtatus, declarat Bal.Noucl. qui dicit ita con-
ſuluiſſe in l.cum filio.num.4. ff.de leg.1. & illum
ſequuntur Cur.iun.in conſil.4.num.4.& Craue.
conſil.70.num.13. & ad hoc facit deciſio Iaſ.in
conſil.202.num.2,ver.ſecundo principaliter.2.
vol.

28 vol.quòd ſi filius ſit legitimatus,†ut tamen non
ſuccedat patri ex teſtamento, vel ab inteſtato, ni
ſi proceſſerit de patris voluntate, vel per verba
affirmatiua,dummodo procedat de uolũtate pa
tris,ſi pater inteſtatus decedat filius ſuccedit,cũ
eo caſu cenſeatur habere patris volũtatem, per
multa quæ ibi adducit & præſertim per d.l.con
ficiuntur,quam citat in uer.6. in antepen.col. &
idem tenent idem Iaſ.nu.15.& ſequen.& Alcia.
num.10.in rub.ff.de liber.& poſthum.igitur non
poteſt fieri iſta interpretatio , quod illa clauſula
29 intelligatur de ultima voluntate,ne partes†uo
luerint incontinenti ſe corrigere, contra l.nam
ad ea,vbi gloſ.& Doct.ff.de condit.& demonſtr.
Alcia.in tract.præſumpt.2.regula, præſumpt.28.
vbi late multa ad propoſitum citantur per tot.
& trad.Do.Rimin. in conſil.276.num.16.& ſeq.
30 nec eſt præſumendum , † quemquam illam iam
elegiſſe,per quam ſua iudicia ſubuertãtur.l.3 .ff.
de teſtam.milita. & Alcia.d.tract.regula 3.præ-
ſumpt.35.vnde ne inuiti cogamur fateri , quod
ipſe pater voluerit iactare pecunias, contra l.cũ
de indebito.ff.de probat. & ſtatim deſtruere to-
tum illud negotium inueſtituræ mutatæ & reno
uatæ, & ſe incontinenti corrigere & facere actũ
inutilem & nugatorium, dicendũ eſt quòd talis
reſeruatio non extenditur ad alienationem fa-
ciendam in vltima uoluntate,ſed inter uiuos tan
tum,ut uerba ſonant,& importat eorum ſigni-
ficatio,ut ex Bart.& alijs comprobatum extitit.
Et cum materia ſubiecta non patiatur, ut uer-
31 bum,diſponere,hoc caſu importet†vltimam uo
luntatem,ad illam non eſt extendendum,ut So-
cin.iun.trad.poſt Alexand. in rubr. ff.ſolu.matr.
ſecunda par.num.46.

Quinimmo ratione contrarietatis euitandæ,
32 reſeruationem reſtringi † debere conſuluit Bec.
conſ.34.num.23.24.

Nec obeſt ſi dicatur quòd decedens inteſta-
tus cenſetur diſponere ficte non vere, ut per gl.
& Doctor. in d.l conficiuntur. quia cum ſimus
33 in fictione†legis illa operatur pluſquam ueritas,
cum non admittant probationem in contrariũ,
quod ueritas aliter ſe habeat, ut per Alcia.in d.
trac.præſumpt. in 1.par.nu.2.

Sed uideamus modo,nunquid oppoſitio Ma-
gnifici Aduocati aduerſarij ſuper repetitione il-
lius clauſulæ, dum uixerit,ſeu qualitate vel con-
ditione inducta per eam ſit uera,necne? Et cer
te arbitror,illam omnino eſſe falſam,nec iure de
fendi poſſe.

Primo enim non admittimus diuiſionem il-
lius clauſulæ, ut diuerſæ uideantur orationes,ex
quo omnia dependent a clauſula illa,ita tamen ,
34 quæ reſtringit limitat † & modificat præceden-
tia.l.ubi adhuc,ver.ita tamen.vbi Salyc.C.de iu-
re dot.l.ita tamen.ff.de manumiſ.teſta.Dec.con
ſil.445.num.8. circa med.Pariſ.conſil.17.nume.
19.& conſil.106.nume.9.primo uolum.D.Rim.
iun.conſil.18. num.130. & quod ſit reſtrictiua,
35 †ſcribit etiam Burſat. conſil.264.nu.32. Decia.
reſponſo 31.num.4.ſecundo uolum.& Dom.Si-
mon d.trac.lib.3.dubitatio.4.ſolut.ulr.num.52.
36 fol.343.& inducunt † formam ſecundum Oſaſ.
deciſ.Pedemon.128.num.16.igitur non poſſunt
37 dici plures†orationes , ſed una tantum, per ea
quæ trad.Neuiz.conſil.72.num.13.& ſeq.quem
ſequitur Hieron.Zanch.in repet.§.cum ita,l.hæ
redes mei. ff.ad Trebell.num.1270. Et dicuntur
capitula ſeparata vnum factum cum ſuis qualita
38 tibus, & quando vnum nõ venit†ad alterius de
terminationem, Bart.in l.Aurelius,§.idem quæ-
ſiit,num.3.ff.de liber.lega.Corn. conſil.305.co-
lum.4.in 3.Menoc.de arbitr.iud.caſu 95.nu.19.
39 & quatenus poſſent†dici connexa & non ſepa
rata haberentur pro uno capitulo , ad nota. per
Bald.& alios in l.ampliorem. C.de appell. & Me
noc.d.caſu 95.in pluribus num.

Præterea admiſſo ſine ueritatis præiudicio, ꝙ
eſſent capitula ſeparata,uel orationes ſeparatæ,
adhuc repetitioni locum eſſe probant plura .

Primo,quia dictæ duæ orationes fuerunt vni
40 tæ per copulam,quæ regulariter†repetit condi-
tionẽ & alia huiuſmodi.l.Caio.§.Seiæ. ff.de fun-
do inſtructo,ubi Bar.nu.5.declarat,quod quan-
do qualitas, uel conditio poteſt cadere unifor-
41 miter in ſecundo capitulo, intelligitur†repetita
per dictum §.& ſequitur Neuiz.d.conſ.72.num.
14.& 20.cum alijs citatis per Ioſeph Ludo.con-
cluſ.47.ver.amplia 11.

Secundo, quando concurrit identitas perſo
narum & rerum, cenſetur repetita conditio, &
42 maxime quando non intermediat † aliquod ca-
pitulũ,Bar.in l.in repetendis,poſt prin.ff.de leg.
3.quod admittit Soc.iun.conſil.142.in 3. & in
conſ.ſeq.& Mazol.in ſua deciſ.quæ eſt conſ.144.
in d.3.uolum.

Tertio, agimus de repetendo dicta in præce-
43 dentibus,quæ faciliuſ†cenſentur repetita in ſe-
quentibus,quàm ècontra l.quiſquis,ubi Bart.ff.
de leg.3.Hieron.Zanch.d.§.cum ita.num.1283.
& ad propoſitum quòd quando conditio eſt ap
poſita in prin.orationis,cenſeatur repetita in to
ta ipſa oratione continuatiua, trad.Afflic.deciſ.
248.numero 11.

Quarto,quando agimus de tempore,tempus
appoſitum in principali diſpoſito intelligitur re
44 petitum in qualibet eius†cohærẽtia, vel appen
dine.l.Titius,ſecundum unam lectu. ubi Bal.nu.
1.C.de ope.liber.

Quinto,quãdo ſcimus in diſpoſitione,non in
narratione,repetitio cõditionis appoſitę in vno
45 capitulo cẽſetur repetita†in alio,ſi nulla alia in-
termedient.Bar.in l.prætor.§.erit(que).2.col.ff.ui
bonor.rapt.Aret.in §.capite tertio,nu.2. Inſtit.
de lege Aquil.

46 Sexto,quando actus redderetur inutilis, ni-
ſi fiat repetitio,illa omnino eſt facienda,Neuiz.
d.con-

d.conſil.72.num.18.& Zanch.d.§.cum ita.num.
1275.vel reſultaret abſurdum, Ioſeph Ludou.d.
concluſ.47.vl t.ampliat.

Septimo, cum ex repetitione reducimur ad
47 ius commune,† & tunc omnino repetitio eſt fa-
cienda. Aret.conſ.143.uiſa conſultatione,2.du-
bio,colum.pen.uer.& ideo uidetur accipi. Cum
itaque omnia hæc concorrant in hoc noſtro ca
ſu,ambigendum non eſt,quin cenſeatur facta re-
petitio, vel fieri debeat in ſecunda parte ip-
ſius clauſulæ.

Vt non omittam quod in hoc caſu potius ui-
48 detur agēdum de materia† declarationis, q̃ repe
titionis,quarū.altera ab altera differt, l.ſi ſeruus
plurium.§.fi.ff.de leg.1.Bald.in d.l.Titius,nu.2.
& in conſil.357.not.pro duce,num.1.5.uolum.
vbi dicit pro præcedentia habent uirtutem de-
clarandi,ſupplendi,ampliandi & reſtringendi,&
in l.legatorū.§.1.ad fi.ff.de de leg.2.ſcribit, quod
quando prima ſunt expreſſa, ſequentia obſcura
& generalia determinant,& econtra,& in mate
ria declarationis,ſcribit Anton.in d.conſil.143.
nume.5. quod qualitas adiecta ſemper declarat
49 capitulum† ſequens,vel præcedens,quamuis ca
pitula ſint diuerſa, nec regantur ab uno verbo,
& hæc ſequitur etiam Iaſ.citando Bald. in dictis
locis, in conſil.69.prima colum.ad finem,ver.ſe
cundo facit,& colum.ſequen.3.uolum.cum ita-
que magis agamus de declaratione faciēda quę
facilius inducitur, quam de repetitione, tanto
clarius procedit intentio noſtra,& remanet tu-
tiſſimum & irrefragabile hoc fundamentum, q
inſpectis verbis inueſtituræ,Do.Ludouicus non
potuit in vltima uoluntate de illis bonis diſpone
re, & ſic tranſiuerunt uigore primæ inueſtituræ
ad D.Polixenam ſine aliquo onere fideicommiſ
ſi,& per conſequens nulla actio competit Dom.
Antoniæ. Et hoc ſolum & ſi omnia alia ceſſarēt,
quæ utique militant, ſat eſſet ad uictoriam DD.
Reorum,& ad excluſionem agentis,quæ nullum
ius pōt habere ex inueſtitura ſibi facta ab eccle
ſia, q̃ ſtante prima inueſtitura D.Polixenæ, non
50 potuit † alium inueſtire,ut per Rom.conſil.70.
2.dub.Alexan.conſil.10.ante fin.in 3.& 83. nu.
4.in 6.Dec.conſ.131.ſecunda colum.poſt med.
Gozad.conſil.39.num.23.& 71.num.1. & Clar.
in d.§.emphyteuſis.quęſt.43.uer.ſed pone. Quę
concluſio eſt indubitata, ex quo conſenſus Do.
Polixenæ fuit nullus & inualidus interpoſitus a
procuratore non habente legitimum mandatū,
in quo nec ſolēnitates ſtatutariæ interuenerunt,
quo caſu omnino actus eſt nullus,ut in alijs alle
gationibus oſtendi.

His ſi addatur,quod D.Ludouicus non pote-
rat dictæ reſeruationis uirtute relinquere bona
ipſa alij non compræhenſo ſine reſeruatione iu-
ris eccleſiæ, & ſine expreſſo conſenſu domini in
teruenientc ante eius mortē,ut in alijs allegatio
nibus deduxi, tanto magis ceſſat omnis difficul-
tas. Nec auctoritates, quæ adducebantur ex ad-
uerſo, tollunt hæc noſtra realia fundamenta, cū
aut loquuntur in diuerſis caſib. diuerſam ratio-
nem habentibus, aut ſcribunt contra commu-
nes & ueras Doct.ſententias.

Poſtremo loco opponebatur ex aduerſo, q
nō poterant DD.rei opponere de iure tertij,&
ſic dictorū de Mezamicis,& maxime, q a erat ius
dubiū, quæ oppoſitio iam fuit ſoluta ex ſcriptis
in poſterioribus allegationibus:quia cum ſit ius
excluſiuū iuris agentis ipſo iure, quæ caret actio
ne, ceſſat omnis ſcrupulus: ultra quod intereſt
opponentium propter coniunctionem factam
cum eis. Præterea cum tractetur de excludenda,
uel grauanda Dom. Polixena ex teſtamento pa-
tris, intereſt principaliter Do.Cæciliæ,& ſic op-
ponit de iure ſuo.

Sublatis itaque omnibus obiectionib. & op-
poſitionib. partis, quæ tantillum (ni fallor) non
elidunt fundamenta noſtra, aperta apparet iuſti
tia ipſius D.Ceciliæ,& eius uiri conuentorum in
meritis cauſæ. Qua ſtante non eſſet opus diſputa
re ſuper concernentibus proceſſum, quæ in alle
gationibus uoce obijciebam aduerſus agentem.
Verum, ne uideatur Clariſ. Dominis meis quod
ego obiecerim aliqua leuia & parum releuantia
ad ſuperabundātem cautelam ea uolui huic pa-
ginæ commendare. Tria igitur adducebam ad
excluſionem agentis.

Primo, quod fuerat ineptè actū fideicommiſ-
ſaria hæreditatis petitione, quæ non competit
51 † non facta prius reſtitutione fideicommiſſi.l.fa
cta.& l.reſtituta.ff.ad Trebell. Bart.in l.1.& 2.ff.
de fideicom.hære.petit.Bap.de S.Blaſ.in trac.de
actione,& eius natura, 13.actione,Neuiz.dicens
qđ propterea fiunt interrogationes & excuſſio
nes an extet qui reſtituat, quod admittit etiam
Corn.conſil.18.colum.1. & ſequen. ubi labora-
uit ualide pro defendendo quodam libello ma-
le concepto,in 3.uol.

Nec obſtat, ut reſpondebat D.Aduocatus ad
uerſarius, quod de æqnitate canonica non eſt
52 opus reſtitutione,† ut euitetur circuitus,ex Bal.
in c.in præſentia,colum.5.num.3.per illum tex.
de probat.ubi Dec.etiam, num.3. licet ſubditus,
quia ille text. non uidetur probare hanc ſenten-
tiam, ut per Imo.& Aret.ibi,in 3.not.2.colum.
53 & contrarium noluit† Boer.deciſ.156. colum.3.
uer.ſalua tamen pace, prout etiam contrarium
tenet Pariſ.in d.cap.in præſentia,& Bero.poſt il
lum,qui illic eam ſententiam defendit,num.27.
Quibus additur. quod ſi in iure noſtro dubium
eſt non leue in relictis ad pias cauſas, an exiga-
54 tur prius † reſtitutio fideicommiſſi, ut per Alex.
in conſil.82.præſuppoſito,num.2.in 2.uol.& la-
te per Tiraq.in trac.de priuil.piæ cauſæ.priuile.
39.tanto magis exigitur in relictis priuatis reſti
tutio fideicommiſſi.

Secundo obijciebam, quod illa actio non da-

batur M

55 batur contra titulo poſſidentem ad inſtar† peti-
tionis hæreditatis, d. l. a. ff. de fideicommiſ. hære.
petit. & in terminis Ang. conſil. a 29. prima co-
lum. in fi. Cui fundamento reſpondebatur ex cō
ſil. Rui. 54. in 4. quod non facit multum ad pro-
poſitum huius cauſæ, & in eo caſu alia concurre
bant, quæ in hoc non concurrunt.

Tertio, quod debuit probari dominium teſta
56 toris, † Ferrar. in pract. in forma libel. quo peti-
tur hæreditas ex teſtamento, in prima gloſ. Cra-
uet. conſil. 61. num. 6. & Rolan. a Val. conſil. 26.
numero 9. in 3.

Nec reſpōſio, quæ dabatur ex aduerſo, quod
actum fuit contra hęredes grauati, quo caſu ſuf
ficit probare res fuiſſe poſſeſſas per teſtatorē, vel
57 remanſiſſe in eius hæreditate† tempore mortis,
Nat. conſil. 400. & alij in alijs locis, tollit funda-
mentum, ex quo non eſt uerum quod fuerit actū
contra hæredem, ſed tanquàm contra detento-
58 res † & occupatores bonorum, ut in libello &
proceſſu, quo caſu non ſufficit, ut per Ang. in ter
minis in d. conſi. 2. colum. num. 2. & cum agatur
etiam contra D. Mengum eius Dominæ uirum,
qui non potuit eſſe hæres, non poteſt dici fuiſſe
actum contra hæredem. Ex quibus etiam in re-
ſpicientiō. proceſſum d. M. rei iuſtitiam fouent.
Supereſt modo ut Clariſs. Domini mei uelint re
cto oculo (ut ſolent) omnia hæc conſiderare &
maturè diſcutere, ut ſperamus. quia & qualitas
cauſæ, quæ eſt magni ponderis, & tot dubia, quæ
ex ea oriuntur, id exigunt et efflagitant, et ſubin
de iudicium ſuum imponant. Laus Deo Opti-
mo Maximo.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Eecutio ſententiæ, qua fuit pronunciatū reſtitui fideicommiſſum detractis detrahendis, an poſsit impediri, dum detractiones iſtæ fiant.

Iudicis reſeruatio in ſententia, quomodo ſit intelligenda, & cuius ſit virtutis.

Legitima & trebellianica, quādo poſsint deduci ex fideicommiſſo particulari.

SVMMAE.

1 *Exceptio rei iudicatæ impedit executionem ſententiæ.*

2 *Et opponi poteſt in vim dilatoriæ & peremptoriæ.*

3 *Executio ſententiæ circa fideicommiſsi reſtitutionem impeditur ob reſeruationem detractionum faciendarum.*

4 *Maxime, ſi conſtat iudicem excipientem aliqua bona eius fuiſſe mentis, ut in eis non fieret executio.*

5 *Legitimæ nullum onus imponi poteſt.*

6 *Nec continetur in fideicommiſſo.*

7 *Dos materna tanquàm æs alienum eſt deducenda ex fideicommiſſo.*

8 *Fideicommiſſarius non poteſt mitti in poſſeſſionem ante factam diſcuſsionem detractionum.*

9 *Separatio bonorum defuncti a bonis hæredis, cum petitur per creditores, non poteſt eis aſsignari de bonis hæredis.*

10 *Sententiam qui habet pro ſe, habet ius fundatum antequam fiat declaratio reſeruata in ſententia.*

11 *Hæres eſt ab inteſtato, qui tamen grauatur reſtituere hæreditatem hæredib. ſcriptis per fideicommiſſum.*

12 *Clauſula codicillaris efficit, ut licet ſit nullū teſtamentum, tamen hęres ab inteſtato grauetur ad reſtituendum hæreditatem.*

13 *Codicillos non poteſt producere, & ex illis obtinere, qui egit ex eadem ſcriptura tanquam ex teſtamento & ſuccubuit.*

14 *Iura veniunt appellatione bonorum.*

15 *Fideicommiſsi caſum eueniſſe ſufficit declarari, ut ſententia ſit facienda executio.*

16 *Grauatus non conſtituitur in mora, niſi actor petat fideicommiſſum cum clauſula, detractis detrahendis.*

17 *Nulla autem mora contrahitur, facta oppoſitione de detractionibus faciendis.*

18 *Fideicommiſſum tenetur reſtituere grauatus, ſi ei præſtetur cautio de reſtituendo propter detractiones, & quando.*

19 *Executio ſententiæ, quando non ſit impedienda per reſeruationem, quæ nihil dat.*

20 *Legitima poteſt detrahi ex fideicommiſſo particulari, & quid ſi extent alia bona.*

21 *Reſeruatio facta a iudice in ſententia, valet & præſeruat ius alterius.*

22 *Non valet tamen, ſi impoſsibilis ſit.*

23 *Iudex enim poteſt reſeruare ſuæ diſpoſitioni & declarationi reſeruare.*

24 *Reſeruatio enim iudicis valet, ſi ſit facta ex cauſa.*

25 *Trebellianica quarta poteſt detrahi ex reliquo, quando legitima eſt ſemis.*

Tre-

26 *Trebellianica non detrahitur ex fideicommiſſo particulari, quando filius, vel alius fuit inſtitutus hæres particularis & grauatus reſtituere.*

27 *Secus autem, ſi filius uniuerſaliter inſtitutus hæres fuit particulariter grauatus, & non habet ex bonis non grauatis ſuam legitimam & trebellianicam.*

28 *Trebellianica non poteſt prohiberi filiis primi gradus, nec vlla via auferri.*

29 *Executionem ſententiæ faciendam eſſe, an verum ſit antequàm fiant detractiones, ſi in ſententia non adſit verbum, prius.*

CONSILIVM CXVII.

In Domino confido:

TRia ſunt fundamẽta (indicio meo) ſolidiſſima & inconcuſſa, ex quib. apertiſſimè conſtat executionem ſententiarum latarum ad fauorẽ illorum de Zocchis fideicommiſſariorum, non eſſe faciendam contra Do. Genebram Tauonam de Zocchis, hæredem Iulij eius fratris grauati, antequam detrahantur & ſeparẽtur bona ſubiecta fideicommiſſo, cuius virtute actum fuit, a bonis Iulij grauati, & in effectu cognoſcatur quid & quantum in bonis petitis pertinuerit ad dictum Iulium, & ſucceſſiue ad dictã eius hæredem. Primum eſt & potentius propter ſententiam latam per Do. Iudicem appellationum Mutinæ cum conſil. Magn. D. Ludouici Mareſcalchi, in qua reuidendo ſententiam Magniſ. Prætoris, a qua fuerat appellatum pro parte ipſius Do. Genebræ, & in qua fuerat pronunciatum eueniſſe caſum fideicommiſſi relicti in teſtamento Franciſci patris dicti Iulij, & ideo bona ipſi fideicommiſſo ſubiecta eſſe ſeparanda, & ea fore & eſſe relaxanda agentibus, non obſtantibus in cõtrarium deductis & allegatis pro parte ipſius Do. Genebræ, quæ minimè obſtare, vel obſtitiſſe declarauit, cõfirmauit primam partem ipſius ſententiæ, quod euenerit caſus fideicommiſſi, & ſeparãda eſſent bona Iulij a bonis patris teſtatoris, reliquam vero partem condemnationis ad relaxandum bona & reiectionis exceptionum reuocauit, & ſententiã in melius reformando, declarauit quòd ſaluum ſit ius Do. Genebræ conſequendi in dictis bonis (quatenus dictus Iulius eius frater inteſtatus deceſſiſſet) ſuam legitimam trebellianicam & alia de iure conſequi debita, & ut in ipſa ſententia, cuius conditio, quod ſcilicet Iulius ipſe inteſtatus deceſſerit, purificata fuit ex duabus ſententijs conformibus inter partes latis, de quibus inferius ſuo loco dicetur. Hoc itaque fundamento huius ſententiæ, quæ in iudicatum tranſiuit, ſtante, impoſſibile eſt antefactas detractiones ipſas, deuenire ad executionem relaxationis bonorum, ad quam tendit pars aduerſa, & ſuper quo dubitant Excellentiſ.
1 DD. Iudices, cum obſtet exceptio † rei iudicatæ, quæ illam impedit, l. 1. & fin. C. de re iudi. & toto tit. ff. & C. de except. rei iudi. & de re iudic. in c. fin. de except. in 6. & quæ poteſt opponi in uim
2 dilatoriæ † & peremptoriæ. cap. 1. de lit. conteſt. in 6. Papien. in pract. in for. reſponſionis rei conuen. in gloſ. reique iudicatæ, & Doctor. alibi paſſim: nam res iudicata habetur pro ueritate. l. ingenuum. ff. de ſtatu homi. l. res iudicata, ubi late Cagnol. ff. de reg. iur. & facit de albo nigrum, & de nigro album, & falſum mutat in verum, nõ eſſentialiter, ſed quo ad effectum, Bald. in cap. in præſentia. de renuncia. Curt. iun. conſil. 23. ante fin. & 177. num. 12. & ſequen. & ſequitur Cagn. in d. l. res iudicata, numero 3. Maran. in tract. de ordi. iudic. 6. par. primo actu, num. 128. & ſequ. Crau. conſil. 79. nu. 1. & late Rol. a Val. conſil. 83. nu. 12. & ſequen. 1. uolum. Et cum verba ſint clara ſententiæ, debent ceſſare cauillationes aduocatorum, ut ex Bal. dicebat Cran. conſil. 4. nu. 21.

Quod autem talis, vel ſimilis reſeruatio facta
3 in ſententia impediat executionem, † uoluit Rui. in conſil. 12. num. 40. iuncto uer. nec obſtant ſupra. num. 35. tertio uolum. quem uidetur ſequi Franc. Marz. in ſuo epito. in mater. fideicommiſ. quæſt. 70. idem uoluit Soc. iun. conſil. 67. nu. 19. uer. aliquando uero, 1. uolum. ubi declarat id omnino procedere, quando ſumus certi de mente
4 iudicis, qui exceptuat vel excipit † aliqua bona, quod nullo modo in eis ueniat facienda executio. huius etiam mentis fuerunt Dec. conſil. 385. colum. penult. ad fin. uer. & in caſu iſto, Rui. conſil. 114. in princ. in 5. & Soc. iun. in conſil. 18. maxime, nu. 11. primo uolum. in eadem cauſa conſulentes, quos refert & ſequitur Marzar. d. q. 70. Cum itaque ad executionem petitam deueniri non poſſit auferendo poſſeſſionem bonorum D. Genebræ, quia ex diametro aduerſatur dictæ ſententiæ, certe hoc ſolum fundamentum ſatis & ſuper eſt, & omnia inferius adducẽda magis uidentur ſuperflua quam neceſſaria.

Secundum eſt fundamentum, quod hæres filij grauati fideicommiſſo, poteſt ex perſona grauati detrahere ex bonis reſtituendis legitimam & trebellianicam in caſu, quo ſcilicet ipſa trebellianica debeatur, vt æs alienum, ut dos materna legata & alia huiuſmodi per eum ſolum, antequam bona reſtituat, cum legitimæ nullum onus
5 † adijci poſſit. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſta. & de legitima & trebellianica habetur in capit. Rainaldus. & cap. Rainutius, de teſtam. trad. Alex. in conſ. 3. num. 2. & ſequen. in 7. Dec. conſi. 688. num. 7. Nat. conſ. 255. num. 8. & 323. num.

num.2. Cagn.late In l.Papinianus. §. mēminiſſe, num.9.ff.de inoffic.teſtamen.Mar. Ant.Cuch.in tracta.de legitima.in princ.& late Hieron.Gabr. in conſilijs 121.num.50.& 124.nume.1. & ſequen.ubi plura ſcribit ad propoſitum noſtrum, & præſertim num.5.ubi dicit hæc non contine-
6 ri†in fideicommiſſo.l.cohæredi.§.cum filię.ff.de vulga. & pupilla. & has partes uoluit Cephal. conſil.557.num.11.& 12. & filium poſſe petere ſeparari ab hæreditate patris & reliquo ipſius hæreditatis.

7 Quod vero dos materna†æs alienum & alia huiuſmodi ſint deducenda, ambigendum etiam non eſt.Caſtr.conſil.164.uiſa facti,in antiqu.Socin.nu.5.& Dec.num.11.qui illum ſequuntur, vbi etiam alij in l.debitori.C.de pact.Fulg.conſil.81.factum ſuper quo:num.2. Boer.deciſ.44.num.9.Pariſ.conſilio 55.num.27.tertio uolum. Crauet.conſil.316.num.4.Nat.d.conſil.255.numero 9.Hieron.Gabr.d.conſil.124.num.2.& ſequen.& Franc.Marzar.conſil.24.1.& 2.colum. Quod autem hæc omnia prius ſint detrahenda, & de eis in primis cognoſcendum ſit,nec poſſit
8 †mitti in poſſeſſionē fideicommiſſarius ante factam hanc diſcuſſionem & deciſionem conſultus deciſiue reſpondit D. Tyber. Decia.conſil. ſeu reſponſo ſuo 85.1.& 2.col.2.uol.

Tertium & ultimum eſt fundamentum, quia fuit actum ad ſeparationem bonorum ſubiectorum dicto fideicommiſſo Franc.& bonis Iulij,& ita fuit pronunciatū per ſententias conformes, tametſi in prima ſententia fuerit æquiuocatum, & dictum a bonis Franciſ.quod poſtremo loco fuit correctum & declaratū:ſeparatio enim eius eſt naturæ,ut cuique ſuam partem tribuat.l.prima,in princ. ff.de ſeparat.non ut uni partem alterius aſſignet. Et propterea,quando petitur ſeparatio bonorum defuncti a bonis hæredis per
9 creditores † defuncti non poteſt eis aſſignari de bonis hęredis,nec poſſunt in bonis illius ſubſtitui,nec ad id ſunt audiendi.d.l.1.§.item ſciendū. ubi iuriſconſultus ſubdit rationem (ſeparatio enim quam ipſi petierunt eos ab iſtis bonis ſeparauit.)idem Itaque dicendum eſt in caſu iſto, quod cum bona fideicommiſſi Franc. ſint ſeparanda a bonis Iulij, nullo modo poſſunt fideicommiſſarijs aſſignari bona fideicommiſſo non ſubiecta, alias fieret contra expreſſam petitionem actorum, qui id non petierunt petendo ſeparationem,& contra ſententias conformes ſuper ea latas.

His ſtantibus fundamentis, facile tolluntur omnia,quæ in dubijs ſubtiliter per utrunq; Magnificum Dom.Iudicem in medium adferuntur. Nam primo, quod non ſit præſupponendum, Iulium inteſtatum deceſſiſſe,pro ut præſupponit relatio electi pro parte Dom. Genebræ, quod Dom.Mareſcalcus in ſua ſententia indeciſum, uel pendens reliquit,tollitur ex eo quod, ut ſupra dixi, fuerunt latæ ſuper hoc puncto duæ ſententiæ conformes, teſtamentum Iulij fuiſſe nullum & inualidum,ut in ſententia Dom. Linizzani in proceſſu. c.fol.27. & in ſententia Magnif. Honofrij iudicis appellationum in eodem proceſſu, fol.31. Et licet ipſe Dominus Iudex ſuæ ſententiæ addiderit ſe reſeruare ius faciendi terminare & cognoſcere in alio iudicio, nunquid teſtamentum dicti Iulij ad interrogationem facti & ut in proceſſu, in uim codicillorum, ſeu fideicommiſſi ſuſtineri ualeat, nec ne.hoc tamen non officit Dominę Genebræ, tum quia interim
10 † habet ſententias pro ſe antequam aliud declaretur,pro ut ad propoſitum uoluerunt Dec.dicto conſ.285.& alij in eodem caſu conſulentes, tum etiam quia & ſi declararetur illud aſſertum teſtamentum in uim codicillorum,uel fideicommiſſi ſuſtentari poſſe,non propterea Dom.Genebra deſineret hęres eſſe ab inteſtato fratris, licet
11 tenereť†reſtituere hæreditatem in uim fideicōmiſsi dictis de Zocchis, iux.trad.per Bart.in l.1. num.3.& in alijs num. ff.de iure codicil.Caſt.in l.3.per illum tex.C.ad Treb.Clar.etiam ad propoſitum in §.teſtamentū. q.4. & hic eſt effectus clauſulæ codicillaris,ut hęredes ab inteſtato gra
12 uentur † ad reſtituendum hæreditatem per fideicommiſſum uocatis,ut per Durant.in tract. de arte teſtan.titu.3.cautela prima,num.4.& in tit.4.cautela 2.num.2.& 4.ubi loquitur in teſtamento balbutientis, Cagnol. in dicto §.meminiſſe,num.21.& Clar.in d.§.teſtamentum.quæſtio.46. quo fit,ut negari iure non poſsit, ipſam Dominam ſucceſſiſſe ab inteſtato fratri, & ſic ſententiam Dom. Mareſcalchi omnino ſeruandam eſſe, licet arbitrer difficile fore partem ad-
13 uerſam,quæ egit ex ea ſcriptura†tanquam ex teſtamento & ſuccubuit, poſſe nunc agere,uel obtinere quaſi ex codicillis, ut per Durant.d.tract. titu.11.caut.17.

Sicut etiam nihil facit, quod arbiter noſter retulerit circa iura & non circa bona, ſuper quibus eſt electus,& propterea magis uideť ſtandū relationi alterius circa bona uerſanti, quia cum ſit facienda detractio bonorum,in quibus hętes habet ius detrahendi, non uideo quare non cenſeatur facta relatio ſuper bonis, quorum bono-
14 rum†appellatione ueniunt etiam iura,l.3.& illic Bart. & alij. C.de hæredi.actio.l.ſubſignatum.§. bona. ff.de uerborum ſignif.l.nomen.uer.generaliter. C.quæ res pigno.oblig.poſ.Neguſ.in tracta.de pign.2.par.2.memb.nu.8.Rip.in l.1.num. 6.ff.de pigno. & hypothe. & alij plures, quos conſulto omitto.

Secundo non obſtat quod actum fuerit reali & cum fuerit declaratum eueniſſe caſum fideicōmiſsi,iſta declaratoria ſufficit,ut ſententia execu
15 tioni†poſsit demandari cōtra eum,ad trad.per Caſtr. & Soc. in l.ſi a te, in princip. ff.de except. rei iudic. Afin. in praxi. §.31. ampliatione 26.

cap. 2. quia hoc non facit ad propoſitum huius
cauſæ: loquuntur enim auctoritates citatę, quan
do fuit actum tei uendicatione, quo caſu ex de-
claratione dominij poteſt fieri executio contra
poſſidentem: ſecus veto, quando agitur contra
hæredem grauati, qui opponit de detractionib.
faciendis ex bonis ſubiectis fideicommiſſo, quia
illę omnino & in primis ſunt faciendæ & nullo
modo prius poteſt fieri executio, vt abundè ſu-
pra fuit teſponſum in ſecundo fundamento, in
tantum quod aliqui voluere, non conſtitui gra-
uatum in mora, niſi petat cum clauſula actor fi-
16 deicommiſſum† detractis detrahendis, Gui. Pap.
quæſt. 496. ſi fideicommiſſarius. Sed facta oppo
17 ſitione de dettactionib. nulla† mora cōtrahitur.
l. in fideicommiſſum, in prin. ff. de vſur. trad. Bar.
in l. qui ſolidum, in princ. ff. de leg. 2. Et tanto
minus fieri poteſt executio, quando eſt actum
ad ſeparationem bonorum grauantis a bonis
grauati: tunc certum eſt, ut ſeparatio iuſtè fiat,
oportere diſtinguere bona vnius a bonis alte-
rius antequam tradatur poſſeſſio fideicommiſſa-
rio, ut ſupra, in tertio fundamento dictum fuit,
& ad propoſitum in alia ſeparatione in ſimili ca
ſu facienda uoluit Decian. d. reſponſo 85. col. 2.
ante fin. & poſtremo cum expreſſe fuerit iudica
tum, non fic eſſe faciendam executionem, ſed ſal
uum eſſe ius detrahendi huiuſmodi detractio-
nes D. Genebræ, non poſſum non valde mirari
(& in hoc fateor me rem hanc non intelligere)
quod agi poſſit de executione facienda, non fa-
ctis, vel declaratis dictis detractionibus. Ex qui
bus tollitur etiam id quod pungit Clariſ. Dom.
Prætor in ſuis motiuis, quod deductiones nō cō
tineantur in executione, vel ſententia, niſi ſit cau-
ſa teſtati, & quod per petitionem non per exce-
ptionem ſunt conſequendæ, vbi illa ſententia re
ſeruando aliquod ius tribuat, quia utrunque fal-
ſum eſt, cum imo verſemur in cauſa teſtati, & ſu-
per hoc extent duæ ſententiæ conformes, ut ſu-
pra probatum extitit, & propterea continentur
deductiones ipſæ reſeruatę in ſententia & ꝑ con-
ſequens in executione. Quod modo per petitio
nem ipſa Domina eas conſequi poſſit, & nō per
exceptionem, nō uideo per quam regulam pro-
betur: video bene ſentētiam expreſſe repugnan-
tem, quæ reuocauit primam in ea parte, in qua
condemnabatur ipſa domina ad relaxationē bo
norum, reijciendo ſuas exceptiones, & uideo ꝙ
de iure communi tales deductiones prius ſunt
faciendæ, vt ſupra probatum fuit, & nunquàm
vidi aliter iudicari in cauſis reſtitutionis fidei-
commiſſorum, & certe hæc apud me eſt do-
ctrina noua.

Tertio non obſt. (ut dubitat Mag. Paganellus
adiunctus) ꝙ ipſa D. Genebra poſſit cogi ad reſti-
18 tutionem ſaltem pręſtita† cautione de reſtituen
do, iux. trad. per Oſaſ. deciſ. Pedem. 34. in fi. tum
quia non ſumus in terminis d. deciſionis, tū quia
hic non fuit petita executio ad formā auth. quæ
ſupplicatio. C. de precib. impera. offer. unde ex
diuerſis nō infertur. l. ſi. ff. de calum. l. Papin. exu-
li, ff. de mino. Præterea contra illā deciſ. militant
omnia ſupra adducta in ſecundo fundamento &
præſertim d. conſ. Decia. & poſtremo loco ſentē
tia in iudicatum tranſacta, quæ tollit omnem dif
ficultatem, cuius uigore in primis de dictis de-
tractionibus cognoſcendum eſt.

Quartū, ꝙ reſeruatio noſtra, quatenus ſit attē
denda, non poſſit prodeſſe D. Genebræ, niſi iudi
cato prius ſuper teſtō an valuerit in vim codicil
lorum, ſupra fuit ſublatum, tum quia hoc per-
tinet ad partem aduerſam, ex quo dña hēt duas
ſententias cōformes ſuper inualiditate teſtamē-
ti, quib. interim ſtandum eſt, ut ſup. & ridiculum
eſſet, ꝙ ipſa quę obtinuit & poſſidet, teneretur ēt
ſuper hoc declarari facere id, quod parti aduer-
ſæ neceſſario reſeruatum eſt, & quod ſi declara-
retur non ei officeret, quin remaneret omni ca-
ſu ſemper hæres ab inteſtato.

19 Quinto loco nō ob. ꝙ reſeruatio nihil det, † &
ꝑpea nō ſit impedienda executio, Bal. conſ. 100.
in 1. Et cum ſimus in fideicommiſſo particulari
facto ſuper certis reb. l. quoties. C. de hęre. inſti.
§. legatarijs. Inſti. de teſta. ordi. licet poſſit ex eo
20 detrahi legitima, tamen cū extent alia bona, † ſu
per quib. eſt ſalua, ut liuellus, nō eſt ex alijs bonis
ſeparanda. Bal. in l. 1. in prin. ff. de ter. diuiſ. Ang.
conſ. 131. & d. deciſ. Pedem. nu. 24. Nanq; reſpon
21 detur, imo dictam reſeruationem valuiſſe† & ius
ipſius dñæ præſeruaſſe. c. cū venerabilis. de exce
pti. Rim. conſ. 71. nu. 21. Pariſ. conſ. 5. nu. 29. in 1.
Beto. conſ. 146. in fi. 3. uol. & Alci. conſ. 212. nu.
16. & 17. lib. 9. nec pars pōt acceptare ſententiā,
quin acceptet reſeruationem. Et licet nō valeat
reſeruatio impoſſibilis, cum aliquid nō inueniat
22 † reſeruandum, ut per Bal. in d. conſ. 100. id tamē
nō procedit, qn̄ reſeruatio eſt poſſibilis, quia va-
let: iudex. n. pōt reſeruare ſuæ diſpoſitioni & de-
23 clarationi ea, quæ ſunt † appendices conſequuti
uæ ſententię. l. item Labeo. §. 1. ubi glo. ff. fam. er-
ciſc. Bal. in c. cum ſuper. nu. 21. de re iud. & ꝙ ua-
24 leat, † ſi ſit facta ex cauſa, Bal. in l. peremptorias.
nume. 30. C. ſenten. reſcin. non poſ. & quod de
mente iudicis conſtat ex reſeruatione, ꝙ non in-
tendit ſententiam exequendam eſſe, vt in caſu
iſto ſatis & ſuper conſtat, ex quo fuit reuocata
prima ſententia, quæ eo tendebat, ceſſat omne
dubium, ut per Socin. iun. dicto conſilio 67. nū-
mero 19. in 1.

Quod modo legitima poſſit detrahi ex alijs
bonis, non eſt etiam uerum, cum non ſuperſint,
niſi liuellus valoris libr. quatuorcentum, & mo-
bilia, quæ non conſtat etiam ad Iulium perue-
niſſe, unde neceſſario ex bonis grauatis dedu-
ci debet, quando alia non extant. Vltra quod
dotes & nouercæ & forte matris & debitum
dotium ſororum legata & alia huiuſmodi de-
bita,

bita, quę ex teſtamento conſtant, etiam ſunt
detrahenda.

Quod modo legitima ſit incerta ratione quo
tæ, cum dubium ſit an ſit tertia, vel ſemis, ut uide
tur colligi ex relatione, non obeſt etiam, nam dr̃
q̃ cũ eſſent quinq; filij, quatuor fęminæ, & vnus
maſculus, deciſio habetur ex tex. in auth. nouiſſi
ma. C. de inoff. teſt. & in corpo. unde ſumitur, &
quando ultra legitimam debet detrahi et trebel
lianica, de qua mox dicetur, tunc etiam quarta
25 †reliqui venit detrahenda, Crau. conſ. 50. Cagn.
in d. §. meminiſſe. nu. 19. Alb. conſ. 41. nu. 2. Mar
zar. conſ. 11. & q. 51. & Mar. Ant. Cuch. in d. tra
cta. de legiti. in tit. legitima, & trebellianica con-
iunctæ, an quandoque ſemiſſem excedant, num.
1. & ſequen.

Poſtremo non obſtat, quod cum ſimus in par
ticulari fideicommiſſo trebellianica non veniat
detrahenda. Rip. in l. in quartam, nu. 1. ff. ad leg.
Falci. cũ alijs citatis: quia in hoc obſtat exceptio
rei iudicatæ per D. Mareſcalcũ qui illam expreſ-
ſe reſeruat, & vult detrahi poſſe.

Præterea aduertendũ eſt in hoc articulo, in
quo plures tenent hanc opinionẽ, q̃ non ſit de-
trahenda: q̃ uera eſt illa opinio, quando filius
26 vel alius †fuit inſtitutus heres particularis & gra
uatus reſtituere, prout fuit loquutus Bal. in l. fi-
lium quem habentem. nu. 35. C. fam. erciſ. quem
multi ibi ſequuntur, Matheſ. ſing. 74. filius, Crau.
conſilijs 131. & 186. & Burſ. conſil. 210. num. 13.
& ſequen. quicquid hoc caſu uoluerit Curt. iun.
conſil. 160. qui recte ab omnibus repræhendi-
tur. At quãdo filius fuit uniuerſalis inſtitutus hæ
res & fuerit particulariter grauatus, adeo quod
non habet ex bonis, quæ non grauatur reſtitue-
re legitimam & trebellianicam, quod illam non
27 poſſit habere †& detrahere, durũ uidetur, & pau
ciores in his terminis hoc tenent. Nec reſponſio
nes, quibus mouentur Doct. contrariam opi. te
nentes militant in hoc caſu, & pro iſta opinione
habemus tex. expreſſum, qui cauillari nõ poteſt,
in §. ſed quia hæredes, ver. ex ſingulis, Inſti. de fi-
deicom. hære. & pro ea etiã facit tex. in l. Marcel
lus. §. idem Sempronius. ad Treb. quam ſentẽtiã
multi & magnę auctoritatis Iureconſulti tenue-
runt, ut Cuma. & Soc. in rub. ff. ad trebel. Mathe-
ſil. in d. l. filium quem habentem, Aret. in 2. not.
Ioachim Mynſinge. nu. 7. & Franc. Hottoma. in
ver. ex ſingulis, in d. §. ſed quia hæredes. ac Ae-
mil. Ferret. qui dicit hanc ſentẽtiam veriſſimam
in rub. ff. ad leg. Falc. nu. 9. & ſeq. cui opin. ego ac
cedo alia ratione motus, quia quando ſumus in
filijs primi gradus, pater non poteſt filium prohi
bere, ne trebellianicam extrahat, nec illam com
28 putare †in fructus, vel alia uia indirecta illum ab
ea excludere. l. iubemus, cum ibi not. C. ad Tre-
bel. Cagn. in d. §. meminiſſe, nu. 11. cum alijs cita
tis per Ant. Gabr. lib. 4. ſuarum concluſ. in tit. ad
treb. concluſ. 1. nu. 10. & ſeq. & concluſ. 12. nu. 10.
& ſeq. Et in propoſito, ſi uera eſſet opin. tenen-
tium, quòd quando filius eſt grauatus ad reſti-
tuen. aliqua bona, non omnia, non poſſet detra-
here trebellianicam, certum eſt q̃ per indirectũ
fraudetur trebellianica, ut eueniret in caſu iſto,
in quo Iulius fuit grauatus ad reſtituen. omnia
bona immobilia, & parum ſibi ſuperfuit, adeo
q̃ ſi illa mobilia & liuellus computarentur in le-
gitimam, iux. tradita in d. l. in quartam. vel cedẽ
rent in ſatisfaciẽdo æri alieno, proculdubio per
indirectum priuaretur trebellianica, quod iuri
non conuenit, ne per indirectum illi prohibea-
tur, quod directo non poteſt, contra regulam,
cum quid una uia. de reg. iur. in 6. & ad propoſi
tum trad. Alcia. conſ. 178. num. 3. lib. 9. ubi dicit,
quod hæres non tenetur legatarijs ultra quartũ
quod habet, alias per indirectum prohiberetur,
quod fieri non poteſt.

Quod autem in fine dubiorum dicitur, tanto
magis excluſionem poſſe fieri, ex quo in ſenten-
29 tia †non eſt uerbum, prius, de quo per Marza. in
d. ſuo tract. q. 66. non officit etiam parti noſtrę,
cum hic non agamus de melioramentis incer-
tis, ſed de legitima & alijs detractionibus neceſ-
ſarijs, in quibus nec Marzar. nec alij loquuntur,
ſed omnes paſſim ſine illa clauſula in ſententia
admittunt faciẽdam eſſe detractionem illorum:
& cum ſententia ſit expreſſa, quod non poſſit fie
ri exequutio ante factas has detractiones, non
eſt fruſtra laborandum, ubi non eſt opus, cum il
lud ſolum fundamentum (ut præmiſi) ſatis fuiſſet
pro machina ad deſtruendum omnia motiua
utriuſque Excellentiſs. Iudicis.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Solutionem factam fuiſſe, ex quibus con
iecturis probetur inſpecta qualitate
creditoris & debitoris?

Iuramenta varia, quomodo ſint deferen
da à iudice, & intra quæ tempora?

Præſcriptio ſtatutaria, quando habeat lo
cum, & quid ſtante mala fide, & mo-
ra debitoris?

S V M M AE.

1 *Solutio probatur coniecturis, & præſumptio-
nibus.*

2 *Coniecturæ admittuntur alioqui non admit-
tendæ, ſi coniunctæ ſatis plenam poſſunt
facere probationem.*

3 *Præſumptiones plures facilius coniunguntur,
quàm plures probationes.*

4 *Euidenter illud dicitur conſtare, quod ex coniecturis colligitur.*

5 *Coniecturę iuncto iuramento, quando habeantur loco probationis?*

6 *Solutionem factam eſſe colligitur ex temporis diuturnitate.*

7 *Et ſolutio præſumitur facta ex longiſſimo tempore.*

8 *Et an tempus debeat eſſe adeo longum, ut præſcriptionem inducat.*

9 *Præſcriptionis remedium, quare introduxerint leges.*

10 *Solutionem factam fuiſſe arguitur ex ſilentio & taciturnitate continua.*

11 *Creditor diu quietus ſtare non præſumitur.*

12 *Solutio præſumitur facta, ſi creditor etiam mortuo debitore tacuit.*

13 *Et ſi debitor erat vir probus, & iuſtus.*

14 *Et creditor vir diligens.*

15 *Neque enim præſumitur uir cautus differre per longum tempus petere debitum.*

16 *Et ſi non ignorabat ſuũ ius, & erat diligens.*

17 *Soluens ex diuerſa cauſa poteſt dicere ſe creditorem, ſecus autem ex eadem.*

18 *Et deciſio. l. ſi cum dos. ff. rer. amotar. non procedit, quando contrariæ extant coniecturæ.*

19 *Iuramentum de credulitate neceſſarium ex ſtatuto poteſt etiam deferri poſt ſententiã.*

20 *Iuramentum eſt terminus probationum, ad quem recurrimus illarum inopia, & quando ſit præſtandum in termino probatorio?*

21 *Et illud quod eſt conuentionis defertur extra iudicium, & pro arbitrio ſuſcipitur ac recuſatur.*

22 *Et delatum à iudice in ſententia eſt præſtandum in ipſa ſententia, uel parũ poſt ipſam.*

23 *Iuramentum ſtatuti eſt a iudice deferendum.*

24 *Et ſine illo valent tamen geſta, ut in tutore.*

25 *Iuramentum ſuppletorium poteſt deferri a iudice poſt concluſum in cauſa, nemine illud petente.*

26 *Iuramentum deciſiuum poteſt deferri vſque ad ſententiam excluſiue.*

27 *Iuramentum omiſſum deferri in prima inſtantia, poteſt deferri in appellatione.*

28 *Præſcriptio ſtatutaria non habet locum ſi adeſt mala fides præſcribentis.*

29 *Secus autem eſt ſi ſtatutum tollat debitum in fauorem debitoris & in pœnam negligentis creditoris.*

30 *Creditor præſumitur eſſe paratus ad ſoluendum, ſi requiratur.*

31 *Et hoc caſu non eſt in eo mala fides, & poteſt præſcribere.*

32 *Præſcribere poteſt, qui eſt in ignorantia probabili, & bona fide.*

33 *Et mala fides authoris non obſtat, ſi quis præſcribat ex perſona ſua.*

34 *Et quomodo procedant notata in l. Pomponius. §. cum quis, ff. de acquir. poſſ.*

35 *Præſcriptio ſtatutaria omnino procedere debet, quando ex coniecturis probatum eſt, ſolutionem fuiſſe factam.*

36 *Statutum de præſcriptione quindecim annorum, non vendicat ſibi locum in debitore moroſo, qui ſine interpellatione debuit ſoluere.*

37 *Præſcribere tamẽ poteſt, qui iurauit ſoluere.*

38 *Debitor licèt moroſus, iuuatur præſcriptione ſtatutaria, non ui præſcriptionis, ſed præſumptæ ſolutionis.*

39 *Moram non incurrit debitor ob lapſum temporis additi cauſa demonſtrationis.*

40 *Idem eſt, ſi dies eſt adiecta conditioni implendæ ex facto venditoris, & debitoris.*

CONSILIUM CXVIII.

Memorabor, Domine, iuſtitiæ tuæ ſolius.

LIcet ſolutio, cum ſit facti, probanda ſit ab allegãte illam. l. quingenta. ff. de ſolu. probatur tamen con-
1 iecturis, & præſumptionibus, † ut per Calca. cõſ. 22. 1. & 2. col. nam cum ſolutio p. p. diuturnitatem tẽporis directe, & plene probari nõ poſſit, admittendæ ſunt coniecturæ, alioqui per ſe non probantes, ſi coniun-
2 ctæ ſimul ſatis plenam poſſunt facere probationum, iux. trad. per Iaſ. in l. 2. C. de bon. poſ. ſecundum tab. cum trad. per Gram. conſ. crim. 27. nu. 13. & ſeq. & facilius coniungũtur plures præſum-
3 ptiones, † quàm plures probationes ad plenam probat. faciendam, quod ait Gabr. lib. 1. concluſ. tit. 1. conclu. 1. nu. 61. & illud dicitur euidenter
4 † conſtare, quod ex coniecturis colligitur. l. licet, vbi Bar. ff. de leg. 1. Bar. in l. prætor, in prin. ubi ẽt Iaſ. ff. de oper. no. nuncia. quod procedit in materia ſtatuti, de quo inferius agemus, quod in-
5 nuit coniecturas † iuncto iuramento haberi loco probationis, Alexand. in d. l. licet. Marſil. in l. fin.

ſi.nu. 4. C.ad l. Corn. de ſic. & in rubr. de pro-
batio.nu. 113. 114.

His habitis loco præuiæ cuiuſdam inſpectio-
nis, ſanè multæ ſunt coniecturæ, quæ oſtendunt
ſolutas fuiſſe pecunias, pro quibus agitur con-
tra Francolinum.

Prima illa eſt, quæ reſultat ex temporib. diu-
6 turnitate: ſunt. n. lapſi. 46. anni. quare† quod ait.
I.C. non debebat tã magnã rem tamdiu retice
re, l. ſi quis forte. §. 1. ff. de pœn. ita per hunc tex.
ſequuntur hanc coniecturam Dec. cõſ. 596. nu.
8. Crauet. conſi. 158. nu. 12. Pariſ. coſi. 137. n. 12.
in 4. & ꝙ præſumatur facta ſolutio ex longiſsi-
7 mo tempore, ſcribunt Corn. conſi. 277. col. 2. &
3. in 4. Ceph. conſi. 240. nu. 89. Afflict. deciſ. 13.
nu. 21. Paſeth. conſi. 152. nu. 13.

Nec obſtat illud, quod excogitauit D. Rim-
iun. d. conſi. 315. n. 16. nẽpe intelligendũ eſſe de
8 tempore, quod† præſcriptionẽ inducat, ne ante
hoc (ꝙ quidẽ uetant legas) creditor excludatur
ſi quidem excludere nunc tentamus Guarne-
rium non præſcriptionis nomine, ſed præſum-
ptæ ſolutionis, in qua tempus quod non ſuffi-
cit ad præſcriptionem conſideratur a Doctori-
bus aptum ad ſolutionis augumentum: uetarũt
itaque leges tempus hoc præſcriptionem indu-
cere, non ſolutionem arguere, alioqui ridiculus
& fatuus eſſet qui præſcriptione tutus, ſolutio-
nis coniecturas proponeret, quas neque præo-
culis habuerunt ipſi legum latores, qui ut teſtis
eſt Valentinia. in l. uni. C. de 30. ann. præſcripti
uagas æternasq; calumnias, & nullo tempore fi-
9 ne† concluſas certis, & deſignatis terminis imita
re noluerunt. hinc pulcherrimi Cice. pro A. Ex-
cecinna. Fundus à parte relinqui poteſt, at uſu-
capio fundi, hoc eſt finis ſolicitudinis, ac peri-
culi litium non a patre relinquitur, ſed a legibus.
plura Franc. Baldui. ad prin. tit. de uſuc. in Inſtit.
& ad l. 9. duodecim tab. Nec Corn. cõſ. 277. in 4.
ita loquitur, licèt dicat maxime procedere con-
iecturam, ſi tempus adeo eſt longum, ut præ-
ſcriptionem inducere potuerit, nec Ceph. conſ.
240. nu. 9. in hoc ſequitur Corn. neque eſt ab-
ſurdum, ꝙ quis ante præſcriptionis tempora ex-
cludatur, modo non præſcriptionis nomine. Di
camus itaque cum Cicero. in oratio. pro L. Mu
rena. cum multa præclare a legibus eſſent con-
ſtituta, ea Iuriſconſultorum ingenijs pleraq. de-
prauata fuiſſe.

Secunda eſt coniectura primæ affinis, nempe
10 ſilentium & taciturnitas †ita cõtinuũ.: nam qđ
ait Cum. conſi. 19. uiſa copia, verſ. pari autem. ne
que eſt uerisſimile creditorem tamdiu diſtuliſſe
& ceſſaſſe a ſolutione, nec ſtat creditor tamdiu
11 †quietus, ut ait Corn. d. conſ. 277. in 3. col. hanc
coniecturã præter ſupra allegatos ſequitur Ale-
xand. conſil. 122. colum. fin. lib. 6. & conſil. 115.
in 7. Sim. de Præt. conſ. 68. n. 2. 3. quod maximè
ꝓcedit, ut in caſu noſtro, ſi creditor ẽt mortuo
12 debitore tacuit, Soc. cõſ. 89. col. ſi. ver. itẽ ſunt.
in 3. erit ergo cõtra tacẽtẽ p̃ſumptio, Menoch.
conſi. 121. nu 98. Rim. iun conſ. 407. num. 14.

Tertia deſumitur ex qualitate tum debitoris,
tum creditoris, ſi debitor erat uir probus & iu
13 ſtitiæ † amator, utique præſumitur quod alienũ
erat reddidiſſe, cum nemo præſumatur imme-
mor ſalutis ęternæ. l. ſi. C. ad l. Iul. repetund. Al
cia. 3. reg. præſumpt. 4. in prin. Cuius uerbi ne-
mo eſt immemor, licèt ſit eiuſdem ſalutis im-
memor, ita arguit D. Rim. iun. de D. Sarauo d.
conſil. 407. num. 12. fuiſſe autem uirum probũ
D. Antonium Francolinum, omnibus eſt obuiũ.
contra ſi Guarnerius fuit uir diligens, & cautus,
prout unuſquiſque præſumitur, cum diligen-
14 tia † præſumatur, c. niſi. de præben. & trad. D. Ri
min. in d. conſi. num. 13. certe non eſt creden-
15 dum perſonam cautam tanto tempore† diſtuliſ
ſe petere debitum, ut dicit Alexand. in conſil.
183. colum. ſi. verſ. & hanc partem, in 6. quod
procedit maximè ſi creditor non ignorabat de-
16 bitum, & erat † diligens, ut ait Afflict. deciſ. 13.
num. 11. 19.

Quarta eſt coniectura efficaciſsima, ꝙ Fran-
colinus egit contra Guarnerium pro eadem poſ
ſeſsione uendita, & ipſe uictus non oppoſuit
tamen compenſationem, aut dixit ſe eſſe ex eo-
dem inſtrumento creditorem. itaque licèt quis
ex diuerſa cauſa ſoluens poſsit dicere ſe credito
17 rem, †ſecus tamen eſt, ſi eadem ſit cauſa, probat
tex. in d. l. ſi cum dos. ff. rerũ amot. & omnes Do
cto. in l. ſi quidem, C. de tranſact. Bal. Saly. Caſt.
l. ſ. ratio enim q̃ eſt in primo caſu nequaquã mi
litat in 2. nẽpe uerisſimilitudo, & poſsibilitas, de
qua per Caſt. ſupra adductum.

Præterea deciſio d. l. ſi cum dos, non proce-
18 dit, quando † contrariæ extant coniecturæ quæ
arguunt ſoluentem non eſſe creditorem, ut per
omnes in d. l. ſi quidem, Crauet. in d. conſi. 550.
nu. 5. & conſi. 914. nu. 10.

Nunc agendo de pręſcriptione ſtatutaria, ar-
bitror ob illã tutũ eſſe Francolinũ: & licèt non
fuerit iuratũ, ut exigit ſtatutũ, nihil refert, q2 po
terit iurare Francolinus deferẽte iudice iuramẽ-
tum quandocunque: uel etiam poſt ſententiam
19 ſi iudicatum fuerit ipſo iurante† de credulitate
nihil debere, ut quandoque factum eſt prolata
ſententia ſub conditione iſta. nam fateor, ꝙ eſt
de forma iuramentum, ſed quod in termino pro
batorio neceſſe ſit iurare, non uideo expreſſum
in ſtatuto, nec ulla ratio mihi hoc ſuadet: nã licèt
dicatur ꝙ iuramentũ habeatur pro plena proba
tione, non tñ hic ſequitur ꝙ ſit deferendũ in ter
mino, cũ multa ſint iuramenta, quæ hñt hãc uim
& tñ deferantur extra terminũ. hinc ita argm̃ cõ
ſtituo, aut iuramentũ eſt probatio, aut nõ: ſi non
eſt proprie probatio, ut vi innuere ſtatutum ubi
ait, habeat. qđ uerbũ demonſtrat fictionẽ, ergo
non eſt præſtãdũ in termino probatorio. q2 po-

20 tius eſt terminus probationū,†& ad quē recur-
rimus inopia probationum,ut dicit gl.& Doc.in
rub.ff.de iureiur.ſi probatio eſt.neque tū(ſi hoc
non iubet ſtatutum)eſt præſtandum in termino
probatorio, cū multa ſint iuramēta, quæ eo mo
do non præſtantur, exemplum eſt de iuramento
conuentionis, de quo in l. iuſiurandum, quod
ex conuentione. ff.eo.quod extra iudiciū d efer
tur,& uoluntariè & pro arbitrio ſuſcipitur, & re
21 cuſatur, † ut per omnes in l.1.in ff.& in C.aliud
eſt exemplum aptius de iur̄o delato a iudice in
22 ſententia,quod eſt præſtandum, uel in ipſa†ſen-
tentia,vel parum poſt, ut in l.generaliter, iuxta
prin.& ibi declarat Bar.C.de reb.cred.in l.cum
iudex.C.de ſenten.& interlo.om.iud.Alex.con
ſil.128.nu.7. in 2.

23 Præterea hoc eſt iur̄m † ſtatuti quod a iudice
debet deferri,ut per gl.in verbo,petitionē, in l.
cum generaliter,§.ſi autem,C.de reb.credit. &
in l.iubemus,C.de libe.cau.ergo iudicis munus
24 erat illud deferre,& ſine illo geſta tamen†tenēt.
exemplum eſt in tutore, vel curatore, cui legis
iuramentum non præſtitit iudex, Spec.de tuto.
§.5.nu.14.Burſ.ita arguit,325.num.99.

Tertio moueor,quia uideo ꝙ iuramentū ſup-
25 pletorium poteſt deferri a iudice†poſt conclu-
ſionem,nemine illud petēte,ex Bal.in l.ſi accuſa-
torib.col.fi.uer.item poſſet. C.de accuſ.& Alex.
conſil.54.in fi.in 1.Maran.in Spec.par.4.diſt.9.
nu.29.& idem de iur̄o deciſiuo,ꝙ poſſit deferri
26 vſque†ad ſentētiam excluſiue,ſcribit Crau.con
ſi.207.& ſe obſeruaſſe,refert Cabal.ad Aegidia.
conſtitutio.lib.5.c.2.num.1.

Et licet omiſſum eſſet hoc iur̄m coram Reue
27 rendiſ.Leonio, poteſt tamen†deferri in appella
tione,l.per hāc.C.de temp.appel.Bal.in 3.col.in
c.fraternitatis,extra de teſtib.Purpur.conſ.331.
qui loquitur in iuramento plenę probatio.nu.5.

Nunc ad reliqua de ſtatuto hoc præſcriptio-
nis:& primum illud non obſtat, quod ſtatutum
28 hoc nō procedit, quoties adeſt mala fides†præ
ſcribentis,ex Rim.iun.conſ.37.num.68.& alijs,
quos innumeros refert Burſ.conf.317.nu.1.qui
** communiorem** dicit: nam

Primo, quicquid ſit in alio quocunque ſtatu
to certum eſt, quod quando ſtatutum,ut noſtrū
tollit debitum in fauorem debitoris & impedit
negligentem creditorem poſſe agere, tunc non
29 conſideratur†bona,vel mala fides, & hæc opi-
nio eſt vera, ſicut euangelium,dicit Caſt.in l.hęc
autem iura,in prin.ff.de ſeruit.urba.prędio.hanc
defendunt Corn.d.conſ.277. Fely. Caccialup.
& alij,quos refert Bou.de ſtatu.præſcrip.gloſ.1.
* num.18. & eſt communis,*ut ait Gabr.lib.5.de
præſcript.concluſ.4.num.4.& in noſtro ſtatuto
Rim.iun.conſ.408.nu.6.cum ſeq.

Secundo negamus malam fidem fuiſſe in D.
Antonio, quia & ipſum non fuiſſe in mora infe-
rius oſtendemus,ergo habebit locum ſtatutum,
& debitor anteqnam ſit in mora ſoluendi, non
30 poteſt dici ꝙ nolit ſoluere, †quia requiſitus præ
ſumitur eſſe ad ſoluendum paratus, ut dicit Cor.
31 d.conſ.277.2.col.& hoc caſu non eſt†in mala fi
de,& ceſſat diſpoſirio c.fi.de præſcrip.ita diſtin-
guit Soc.cōſ.203.col.2.ver.ſecundo probatur .
in 2.ſequitur Ceph.conſ.240.num.20.

Tertio,quicquid ſit de Do.Ant.nunc agimus
de præſcriptione Do. Bernardini, qui cum ſit in
ignorantia probabili & bona fide, ipſe baud du-
32 biè†potuit præſcribere,Caſt.in l.ſi qnis ſub cō-
ditione,in fi.ff.de condit.inſti. Rui.conſ.131. in
fi.col.pen.in 1.Gabr.d.concluſ.4.nu.14. late Ri
min.iun.d.conſ.408.nu.15.

Et ita tollitur illud,quod dicitur de mala fide
authoris,quia procedit, quoties ſucceſſor utitur
33 perſona authoris:ſecus ſi inciperet†a ſe præſcri
ptionem,Ceph.conſ.103.nu.12.in 1.Bou.de ſta
tu.præſcrip.gloſ.19.num.225.

Præterea notata in l.Pomponius,§.cum quis,
34 ff.de acquir.poſſ. procedunt†quo ad acquiſitio
nem dominij, nō autem alterius iuris inferioris
minoris quæ præiudicij, Oldra.conſil.19. Boer.
deciſ.182.nu.41.Bou.d.nu.225.in prin.

Quarto,in caſu noſtro etiam in quocunq; ſta
tuto aliud eſſet iudicandum,quia non ſolum du
bium eſt, an D.Anto.ſoluerit, ſed eſt probatum
35 ex cōiecturis†ſoluiſſe, ideo omnino procedere
debet præſcriptio:quia ut ait Corn.d.conſ.277.
col.2.ver.& forte ſtatutum non ſolum conſide-
rauit negligentiam nō petentis,ſed etiam quan-
doque hominum malitia interire probationes ,
ſequitur Ceph.d.conſ.240.nu.23.Rim. d.conſi.
408.numero 13.

Vltima eſt oppoſitio,hoc ſtatutū non ſibi ven
dicare locum in debitore moroſo, qui ſine inter
36 pellatione † tenetur ſoluere, per Grat.conſ.41.
in fi. in 1. ſed hæc minime obſiſtit,quia falſus eſt
Grat.in quocunque loquatur ſtatuto,nam qui iu
37 rauit†ſoluere,poteſt tamen præſcribere, ut per
Guid.Pap. q.199.in capitulo,Cepha.conſ.240.
nu.15.& ſtatutum hoc ut dicebat Cuma. conſi
38 lio 63.col.pen. prodeſt debitori,licet†motoſo,
non ui pręſcriptionis,ſed pręſumptæ ſolutionis,
quod procedit maxime in noſtro ſtatuto ob il-
lius uerba,ut declarat Dom.Riminal.dic. conſil.
408. num.12.

Accedat ꝙ rectè inficiari poſſumus nunꝗ fuiſ
ſe moroſum,neq; ſimpliciter promiſit reſiduum
poſt annum,ſed elapſo cridarū,quæ fieat ex cau
ſa illius emptionis, & ideo cum tempus ſit adie-
ctum cauſa demonſtrationis,debitor nō conſti-
39 tuitur†in mora ob illius lapſum, Ang.in l.ſi inſu
lam,in fall.reg.1.ff.de nerb.oblig.Caſt.in l.liber
homo.§.decem hodie,ff.eo.Gabr.lib.3.de ſolu.
& liberat.concluſ.9.nu.34.

Vltimo,cū cridę ſint quid facti,erāt probādę
ab illo,qui factas fuiſſe aſſeuerat:at illis nō factis
certū eſt debitorē non cōſtitui in mora,quia qū
dies

dies eſt adiecta conditioni implendæ ex facto venditoris & debitoris ob illius lapſum mora
40 †non incurritur, Rui.conſ.155.col.fi. in 5. Gabr. d.concluſ.nu.38.

Ex his arbitror ſublatas eſſe quaſcunque emiſſas dubitationes, vlterius autem illas eruere & diligentius, nec eſt cauſæ claritati & ualori conſentaneum. Laus Deo Opt. Max.

Claud. BertaZ. I.C.

ARGVMENTVM.

Filius adminiſtrator bonorum paternorum, quando teneatur reddere rationem fratribus?

Et quando prȩſumatur quæſiuiſſe ex propria induſtria an vero ex bonis patris.

Mobilium appellatione, an contineantur iura, & pecuniæ.

Quomodo ſit intelligendum legatum factum filio, ut inter omnes ſeruetur æqualitas?

SVMMAE.

1 *Filius, qui viuente, & mortuo patre adminiſtrauit, tenetur reddere rationem fratrib.*
2 *Et maxime reſpectu adminiſtrationis bonorum communium poſt mortem patris.*
3 *Donatio alio modo quàm præſumptiuè eſt probanda.*
4 *Et ſufficit quodlibet leue, vt non præſumatur facta.*
5 *Et potius eſt præſumenda fatuitas, vel error.*
6 *Et actus potius debet cenſeri inualidus.*
7 *Exceptio rei eſt plene, et cõcludeneer probãda.*
8 *Et debet ſaltem probari per duos teſtes fide dignos.*
9 *Peculium paganum, aut profectitium eſt, aut aduentitium.*
10 *Filius poſsidens peculium, tanquam quæſitũ propria induſtria, in dubio habet potiores partes.*
11 *Bona, ex quibus coniecturis magis præſumantur aduentitia, quam profectitia.*
12 *Filius præſumitur quæſiuiſſe ex propria induſtria, ſi ſeorsũ a patre habitauit et adminiſtrationi patrimonii paterni nõ ſe ingeſsit.*
13 *Et ſi adminiſtrauit nomine fratrum, tenetur rationem reddere.*
14 *Lucrum factum per filios viuente patre, communicandum eſt fratri etiam bannito.*
15 *Pecunia credita a filio præſumitur patris, ſi artem ille non debuit.*
16 *Filius in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de pecunia & ſubſtantia paeris.*
17 *Et fratribus ac nepotibus communicantur omnia iſta aduenta ex bonis patris.*
18 *Mandatum eſt gratuitum.*
19 *Filius habens mandatum a patre, non ſibi, ſed patri acquirie.*
20 *Salarium non poteſt petere patre mortuo filius, qui adminiſtrauit.*
21 *Filius præſumitur quæſiuiſſe ex propria induſtria, ſi ipſe eſt induſtrius, & pater eius pauper eſt.*
22 *Vel ſi maxima pericula & itinera cum vitæ periculo ſubierit.*
23 *Alioqui bona fratribus communicat, etiam quod uomine proprio contraxerit.*
24 *Idem eſt, ſi per tertium res nomine filii empta ſit.*
25 *Filius emẽdo nomine proprio, dominium nanciſcitur, ſed pro rata tenetur reſtituere precium fratribus.*
26 *Bona profectitia patre non diſponente communicanda ſunt omnibus fratribus.*
27 *Genitiuum importat poſſeſsionem.*
28 *Res dicitur eſſe alicuius, etiam ratione culturæ & curæ.*
29 *Exceptio eſt de regula.*
30 *Et firmat regulam.*
31 *Reſtrictio quȩlibet eſt facienda, vt abſurditas euitetur.*
32 *Teſtator quando dicatur, quæ legauit in teſtamento, ſuſtuliſſe in codicillis?*
33 *Mobilium appellatione, quando iura, & actiones compræhendantur?*
34 *Pecunia data ad mercationem, continetur appellatione mobilium.*
35 *Mobilium appellatione veniunt etiã cenſualia, quæ virtute pacti poſſunt redimi.*
36 *Et aliud eſt dicendum in materia odioſa confiſcationis, aliud in alia materia.*
37 *Debita hȩreditatis tenetur ſoluere legatarius uel hȩres in re certa, ſi ita diſponat teſtator.*
38 *Filios æquales eſſe, eſt cõe votum parentum.*
39 *Etiam quod ipſi teſtando in omnibus non ſeruauerint ȩqualitatem.*
40 *Cauſa finalis in dubio non præſumitur.*

41 *Et illa ceſſante,ceſſat titulus legati.*
42 *Et illa dicitur finalis, quæ reſpicit commodum teſtatoris,non legatarii.*
43 *Legatum ſi eſt ademptum vni,cenſetur etiā ademptum alteri, ut ſeruetur æqualitas.*
44 *Legatum non ſit caducum, quando eſt purificata conditio,ſed quando deficit.*

CONSILIVM CXIX.

Memorabor, Domine, iuſtitiæ tuæ ſolius.

Diligenter adeo, & copioſe hinc inde ſcriptum, & dubitatum fuit in cauſa iſtorum de Vaninis,ut omnem prorſus,quæ iuris ſunt perlegendo abiecerim moleſtiam illam, quam ex venenata proceſſus ratione exhauſeram.

Enitar itaque ego alia adducere quædam partes D.Calphurnij ab omni dubitatione eximentia,& ita adducam,ut quandoque etiam Dom. Mandricardum non omnino iniuſta petere nō grauatè falſurus ſim: ita enim expoſcit & huius iudicij natura,& litigatorum cōiunctio,& meus de iure reſpōdendi mos veritatis ſtudioſiſſimus.

Et a fontibus ordiendo,omnia deinde de quibus dubitatur attingendo:primum petimus,sut
D.Mandricardus, qui & uiuente & mortuo patre adminiſtrauit,reddat rationem bonorum ad
1 miniſtratorum,† ad hanc teneri decidit Abb.cō
ſil.12.Magn.D.Io.6.dub.in 1. Soc.conſil.40. nu.
3.in 4. Dec.conſil.178.in princ.Corn.conſilio
196.ſecunda colum.in 3.Crot.in l.nemo poteſt,
num.26.ff.de leg.1. & in conſil.222.num.16. in
ſecundo,& in l.frater a fratre,num.17.ff.de condic.indeb.Iaſ.in l.ſi hæres,ad fin.ff.de cond.cau.
data.hoc ut ſingulare notat Marſ.ſing.493.iuſtū
& æquum,ad fin.& Petr.Gerard.ſingul.84.poſt
princ. Plot.in l.ſi quando. num.194. C.unde ui.
Rolan.conſil.49. numero 12.in 1. Ceph.conſil.
363.numero 8.

Reſpectu vero adminiſtrationis bonorū com
2 munium poſt mortem patris res haberet† minorem difficultatem, ut per Rom.conſil.147. circa primum,& conſi.414.eiuſdem initij,Soc.d.conſil.40.Dec.conſil.110.num.7.& d.conſilio 178.
in princ.& conſil.255.num.2.Crot.conſil.152.
nu.42.in 2.hæc ergo reddatur ratio,ut dignoſcatur, an abſq; patris bonis tot potuerit eius induſtria pecunias conflare.

At vero uideamus prętereaunde fluxerint ita uberè pecuniæ traditæ ad mercationē, & ꝑ emptione illius exiguij prædij,& dubitatū fuit,illas acquiri potuiſſe in bello Gallicano, vel donatas fuiſſe ab Illuſtriſs.D.Aloyſio:hoc certè articulatum fuit,ſed nulla in parte probatum,nec mirū:
nam omnes ſciunt bellum illud inaugurato ab
Italis ſuſceptum fuiſſe,& valde mirandum eſſet,
quod D. Mandricardus in communi ſociorum
direptione diues factus fuiſſet, nec magis conſtat, aut præſumendum eſt de donatione, quæ
3 alio modo quàm præſumptiue eſt † probanda.l.
eleganter, §.qui reprobos. ff.de pignor. actio.l.
Campanus,ff.de oper.liberto. l.ſi cum aurum.ff.
de ſolut.Crauet.conſil.77.num.14. Alb.conſil.
20.num.17.Ceph.conſ.39.num.30. Nat.conſil.
73.num.9.ubi dicit quod ſufficit quodlibet leue
4 †ut non præſumatur facta donatio,& idem conſil.103.num.1.immo potius eſt præſumenda fa-
5 tuitas,vel error,†Crauet.conſil.143.nu.6.& 26.
& conſil.149.num.9.& 192.num.7.Ceph.conſi-
6 lio 39.num.30.& potius actus† debet cenſeri in
ualidus,Nat.d.conſil.103.num.5.Et cum hęc do
7 natio ſit exceptio D.Mandricardi rei, † erat plene,& concludenter probanda,l.1.& 2.ff.de exce
ptio.cum alijs trad.per Crau.conſi.201.num.29.
8 & debuit ſaltem probari per duos teſtes† fide dignos,ut per Alex.conſil.131.in 6.& Rolan.conſi.
40.num.8.in 1. Itaque cum neutrum factum ſit,
ſubolet mihi D. Mādricardum omnem mouiſſe
lapidem, ut præcipuas haberet has etiam alteri
communicandas pecunias.

Non ſumus ergo in caſtrenſi peculio, neque in quaſi caſtrenſi, quia de arte aliqua priuilegiaria non uideo probationem:reſtat,ut uideamus,
an ſit peculium paganum,& ſic an profectitium
an aduentitium iuxta receptam diſtinctionem
9 † gloſ.in §.1.in verbo, procedat,Inſtit.per quas
perſo.no.acqui. & in l.cum oportet, in princ.in
uerbo,exceptis, C.de bon.quæ libe.& ibi Bald.
declarans Abb.in rubr.de pecu.cleri.

Sanè admittimus a nobis eſſe probandum ex
pecunia paterna factas eſſe iſtas mercationes,&
10 emptiones,cum in dubio potior ſit† conditio filij poſſidentis,Bald.not.in auth.ex teſtamento,
num.7.in 11.membro. C.de collatio.Abb.conſ.
36.colum.1.in 2. Alex.conſil.23.num.2.in 4. &
271.num.5.in 6. Calca.conſil.19.colum.1.& 2.
alios refert quamplurimos Rol.conſ.54.nu.1.in
3.Franc.Bec.conſ.113.nu.14. Crauet.conſ.571.
nu.22.& 850.nu.3.

Sed nobis quoque illud non grauatè admittatur,probationem iſtam faciendam eſſe per cō
iecturas, & uideamus,an filius ſit induſtrioſus,
vel diues,& pater ſit pauper,quo caſu magis prę
ſumuntur aduentitia bona quam profectitia, ſi-
11 cut ob contrariam† probationem pręſumuntur
profectitia,ut ꝑ gl.in d.§.1.Inſtit.ꝑ quas per.&c.
* & in d.l.cum oportet,& ibi communiter* Doct.
Bald.in dic.authen.ex teſtamento, c.11.de colla.
Abb.in d.conſil.36.prima colum.Aret.conſ.31.
conſiderata, pen.col.Calca.late conſ.18.ubi ponit plures coniecturas,Alex.conſil.171. num.5.
in ſexto,& conſil.133.numero 6.in 7.Corn.con
ſil.

ſil.174.182. 285.in prin. in primo,& 54.colum,
pen.in 4. Socin.conſ.92.colum.fin.in primo,&
conſil.41.in 4. Craue. conſil.61. num.8. & alios
opportunius inferius adducam. Et ex proceſſu
colligitur fuiſſe diuitem Do.Raphaelem patrem
ſed Dom.Mandricardum filium pauperem,non
induſtrioſum,nullam artem callentem, niſi eam
qua onera eſt debita patri addicebat perſoluen
da,lucra uero & cõmoda in ſuam uertebat mer
cationem, & boc non eſt rem facere,ſed re fa-
cta in aliorum damnum uti,non lucrari ac mer-
cari induſtrioſe, ſed alios ex induſtria decipere.
referat quas longinquas ſuſceperit peregrinatio
nes? quæ pericula,& incõmoda obiuerit mercá
di gratia? ex qua deniq.mercatione tot pecunias
exhauſit? nonne facile eſt conijcere adminiſtra-
torem patrimonij ſatis ampli parentem ſenem
atque inualidum emulſiſſe? Namque ex qualita-
te perſonæ filius præſumitur quæſiuiſſe, quando
ſeorſum a patre habitauit, & adminiſtrationi
12 † patrimonij paterni non ſe ingeſſit, per Bald.
in d.l.cum oportet, relatum a Bero. quæſt. 46.
numero 6. ubi defendit Doctorem medicinæ
non acquiſiuiſſe tamquàm ex quaſi caſtrenſibus
ob boc idem.

Neque obſtat quod nomine ſuo emerit & tra
diderit mercationi & ſic mercatus ac lucratus
fuerit; quia cum adminiſtraret rem commu-
nem vniuerſam, & hoc non potuerit adminiſtra
re nomine ſuo; quin etiam non adminiſtra-
13 uerit nomine fratrum, idcirco† tenetur ad ra-
tionem reddendam,& ad alia, de quibus infra,
ita declarat Dec.conſil. 255.num.3.ſequitur Ce
phal.conſil.363. num. 10.& Thob. conſil.92.ex
multis probat lucrum fratrum per filios viuen-
14 te patre † communicandum eſſe fratri etiam bã-
nito, & conſilium adeſt ubertimum Dom. Rol.
54.in 3. ubi ad propoſitum plurima. Sed in bis
terminis, quod pecunia credita a filio præſuma-
15 tur† patris,ſi artem ille non habuit,ſcriptum eſt
a gl.& Doc.in d.l.cum oportet,in prin.& Crau.
conſil.977.num.10.

Accedat quod filius in dubio præſumitur ac-
16 quiſiuiſſe de pecunia,†& ſubſtantia patris.d.§.1.
ver.ſancitum,iuncta gl. (ex te) Inſtitut.per quas
perſon.Barto.in l.1.§.ſed nec caſtrenſe. colum.
3.ff.de collat.bonor.Ang. conſil.112. Bona ac-
quiſita,colum.2-ver.ſi autem dubitatur.Zaſ.con
ſil.5.num.19. in 1.Calca.d. conſ.19.col.1. Rol.d.
conſ.54. num.12.

Concludenter ego itaque affirmarem,Dom.
Mandricardum debere nepoti omnia iſta e pa-
17 tris bonis† aduenta communicare,Specul.in ti-
tulo de iudi. §.ſequitur, verſ.quid ſi alter. Alex.
conſ.13.nu.22.in 2. Corn.in conſil.213.col.2.in
3.Dec.conſil.255.colum.2. Crauet.conſil.937.
qui multis hoc probat illos damnando, qui pro
prio acquirunt nomine ex communi pecunia

Neq. ſperare poterit aliquid præcipuum D.
Mandricardus ob adhibitam induſtriam, nam
que ipſe habuit tãmodo, ueluti mandatum ac-
18 quirendi, & mandatũ† eſt gratuitum,l.1.in fi.ff.
19 manda.ideo patri nõ ſibi † acquiſiuit.Ang.conſ.
85. Pater habens plures,col. 1.Rom.& Corn.in
d.auth.ex teſtõ,col.4.num.19. Thob. in d.conſi
lio 92.nu.4.Et filius adminiſtrans non poteſt pe
20 tere † patre mortuo conſtitui ſalarium, Ange.
dicto conſilio 85. Rimina. iunior conſilio 478.
numero tertio.

21 Exciperem tamen duos caſus ex ſupradictis
primo quando eſt pater uere pauper, & filius eſt
dues, & in boc conſuluit Bec.d.conſil.113.ſecun
do,quando filius,ut negociaretur, maximum la
borem adhibuit, & maxima pericula, & itinera
22 non ſine uitæ diſcrimine† ſubiuit, & in hoc poſt
Menochium conſuluit Crauet. conſil.694. Sed
nos ſumus in homine, qui adminiſtrando pater
na & reſtringendo expenſas, quod aliorum erat
proprię accommodauit vtilitati, & ego eiuſdem
eſſem reus criminis, ſi quæ innumera Docto-
res adducunt in hanc rem tamquàm mea refer-
rem, quæ apud ſupra nominatos autores legen-
da ſunt. neque unquam obſtabit nomine filii eſ
23 ſe initos contractus, † quia bona tamen ſunt
communicanda fratribus,ut tradit Corn.d.con
ſil.174.& 54.in 4.Dec.conſil.670. & idem eſt ſi
24 per tertium nomine filii res† empta eſt,ut per So
ci.conſ.61.in 4.

Iam in contrarium non obſtantibus res in tu
to eſt,quo ad hanc partem, modò ſi dicatur in
teſtamẽto omnia iura,& actiones & credita D.
Mandricardi,&c.legata fuiſſe, ego ante oĩa ani-
maduertendum cenſeo,facilem eſſe in hac re de
ceptionem,nam fatemur factum fuiſſe legatum
& fatemur dominum eſſe hunc Mandricardum,
attamen ob hoc legatum non eſt factum ut non
teneatur refudere partem nepoti: filius enim
emendo nomine ſuo ſibi dominiũ nãciſcitur,ſed
25 tamen tenetur pretium† reſtituere fratribus pro
eorum rata,ut per Caſtr. in d. l.cum oportet, in
prin.& Soci.d.conſil.61.num.8.itaque cum lega
uit Do. Raphael.omnia credita,legauit cum one
re iuris ſoluendi partem nepoti: neq.enim aliud
eſt præſumendum, cum teſtator præſumatur iu-
ri ſe conformare ex uulgaribus.quod ſi obiicia-
tur ex hac interpretatione,inutile, & ridiculum
eſſe boc legatum,nam omni caſu abſque eo abla
turus erat hanc partem Dom.Mandricardus: re
ſpondeo,quod facto teſtamento & inſtituto hæ
rede uniuerſali D.Calphurnio,legatario vero vel
hærede in re certa Do.Mandricardo omnia iſta
bona futura erant Dom.Calphurnii, quia Dom.
Mandricardus erat ſolum habiturus legata ſua.
itaque ut etiam dimidium harum pecuniarum
baberet,fecit illud legatum,non eſt autem dubi
tandum de bonis iſtis profectitiis poſſe patrem
diſponere, & illo non diſponente communican
26 da† eſſe fratribus.l.ſi ita.§.ultimo.ff.de uſu,& ha
bita.

bita. l.per ſeruum, §. ultimo. ff. de acquir.rerum
domi.Specul.d.tit.de iudic.§.ſequitur.num. 14.
Corn.d.conſil. 174.colum.ultima. Secunda poſ
ſet eſſe reſponſio quod legatum,licet eſſet inuti-
le quo ad hoc, operaretur tamen quo ad alia cre
dita & actiones Dom. Mandricardi, ſed tota &
inconcuſſa eſt prima reſponſio, in quam rogo
admoueãt cogitationem æquiſſimi iudices, quia
iure probatur, & fauent æqualitatem ſeruandã,
& perpetuo hæreat memoriæ, quod licet Doct.
diſputat, an filius habeat partem lucri confecti
ex pecunia paterna,nos non ſumus in hoc caſu,
nam Dom.Mandricardus non ex pecunia pater
na lucrũ fecit, ſed ex bonis paternis pecuniam,
quod nullo negotio perfici poteſt.

Præterea Doctores loquuntur, quando fi-
lius mercatur, laborat,& ſe exercet, non quan-
do aufert pecunias alienas, & tradit alteri ad
mercationẽ, quare nihil eſt factu facilius, quod
ſi diligenter res paternas curabat, non mere-
tur tamen aliud præmium, quam nomen filij
prouidi, & frugi adminiſtratoris, quia utrumq.
erat,& utrunque munus obire debebat. Itaque
omni caſu illud quod uenit in diſceptationem,
eſt lucrum harum pecuniarum,non pecuniæ ip-
ſæ capitale negotiationis, alioqui ſequeretur q
bona ipſa patris eſſent capitale filii, & quicquid
filius detraheret ex bonis patris cum illius etiã
incommodo & fratrum vel nepotum lucrare-
tur, quod eſt prorſus irrridendum.

Præterea non eſt dubitandum, legatum hoc
eſſe ſublatum per poſtremos codicillos, quibus
mandatum eſt omnia bona mobilia diuidi æquã
liter. Nec obſtat illud, quod dicitur de genitiuis,
quia & illud communi vſu loquendi receptum
27 eſt genitiuum importare† poſſeſſionem, Bart.&
Alex.in Rubrica.ff.de oper.noui nuncia.ubi de
hac re digladiantur interpretes, Ioann.de Ami.
conſil.42.num.27. Gozad.conſil.82. num.7. ſi-
28 cuti res dicitur unius etiam† ratione culturę, gl.
in ver.nõ quia Papirius,& curæ.in l.2. in prin. ff.
de reg.iur. Bart in l.Quintus §.argento, ff.de au.
& argento legato.

Me magis mouet nobiliſſima dubitatio no-
biliſſimi Dom.Iudicis, cui vt ſatisfaciam conſi-
dero ex eius mente quod teſtator tria fecit ca-
pita, in primo fecit legatum rei immobilis, in
ſecundo mandauit omnia bona in eius domo
exiſtentia æqualiter diuidi, & ſic non de mo-
bilibus ſimpliciter ſed de mobilibus exiſtenti-
bus in loco. Verum quia uolebat quædam mo-
bilia, quæ erant in domo,& quædam quæ venie
bant appellatione mobilium eſſe præcipua D.
Mandricardi, ideo fecit tertium caput, quod nõ
eſt diuerſum a ſecundo, ſed eſt exceptio illius,&
29 exceptio† eſt de regula, l.nam quod liquide. §.
fi.ff.de penu lega.l.generali.§.uxori, ff.de uſufru.
lega. Dec.in l.1.num.26.ff.de reg.iur.& conſ.40.
num.4.Socin.iun.conſil.22.num.2.in 4.itaque
iſta exemptio demonſtrat quæ excipiuntur in
30 3.capite contineri in ſecundo, cum † exceptio
firmet regulã.d.l.nam quod liquide,& per Dec.
& Cagn.in d.l.1.Euerard.in loco, ab except. ad
reg.Rui.conſ.87.in fi.in 1.alioqui ſi eſſent diſtin
cta capita,& diuerſitas, ſequeretur quod ueſti-
menta, arma, libri,& cętera, quæ in tertio capi-
te non eſſent mobilia in domo, de quibus in ſe
31 cundo & abſurditas, ut euitetur eſt† facienda &
quælibet reſtrictio, l.nam abſurdum, ff.de oper.
liberto. Marſ.in pract.in §.ult. quæſt.nu. 35. Rui.
conſ.108.nu. 12.in 2.

Sed hoc clarius oſtendunt codicilli, nam uni
co capite, & ſecundum & tertium caput reuoca
uit teſtator: dixit enim, omnia eius bona mobi-
lia æqualiter diuidenda eſſe, non obſtantib. per
eum circa dicta bona mobilia in cõtrariũ diſpo-
ſitis. quod uero hoc ſecundum caput tollat illa
32 duo† capita, probatur, primo quia ſi ſecũdum tã
tum tolleret, non dixiſſet omnia bona mobilia
ſimpliciter, ſed quæcunq. bona exiſtentia in do-
mo, ut in illo ſecundo capite.

Præterea ſeruitet de uento(ut dicitur)hoc ca
put, nam concordaret cum illo, hic dicitur om-
nia bona mobilia eſſe æqualiter diuidẽda: illic ve
re quæcunque bona mobilia in domo cuiuſcũ-
que generis æquis partibus debere diuidi teſta-
tor ergo ridicule dum credit reuocare confirma
uit. ſed poſtremo quomodo poſſunt deinde in-
telligi illa uerba (non obſtantibus per eum cir-
ca dicta bona mobilia in contrarium diſpoſitis
in eius teſtamento) non enim in contrarium di-
ſpoſuit, ſed idem. eſt ergo inuitis dẽtibus adfir-
mandum dominum teſtatorem reuocaſſe lega-
tum omnium mobilium, hoc expreſſe probatũ
eſt ſuperioribus. tetigi enim tantum uim ratio-
num abſque illa allegationum ſylua, cum uere iu
riſconſultum pendere ex notis illis & ex tritis re
gulis pene indecorum eſſe iudicem.

In illa uero q. an iura,& actiones veniãt appel
latione mobilium, egregie ſcriptum eſt ab aliis,
illud ego addam, quod quando adeſt uniuerſalis
oratio(omnia bona) (quibuſcunque vel cuiuſq.
33 generis) tunc iura † & actiones cõpræhendãtur.
multa adfert Tiraq.de retract.lignag.§. 1.glo.7.
num.20. Alcia.in l.mouentium, ff. de verbor.ſi-
gnificat.& ibidem Rebuf.in prima limita. & alii
uiri grauiſſimi, quos tamen reprobat Pinel.in ru
brica, de bon.mater.prima par. num.32. hoc ue
ro iure an iniuria aliorum ſit iudicium, ego qui-
dem prioribus ualde defero.

Secundo effugimus omnes difficultates, quia
ſumus in pecunia data ad mercationem, quę dẽt
34 † contineri appellatione mobilium, ut defen-
dit idem Pinel.in l.1.num.44. 2.par. C. de bon.
mater. & ſequitur Mantica de coniec.ult.uolun.
li.9.tit. 3.nu.2.in fi. ſic etiam mobilium appella-
35 tione† uenire cenſualia, quæ uirtute pacti de re
luendo redimi poſſunt, tenet Vgo conſ.67.nu.5.

Ter-

Tertio conſiderandum, quod illę diſputatio-
nes militant in confiſcationib. in materia odio-
ſa:at nõ in teſtatore, qui uoluit coæquare filios,
36 quia illius mens † ſignificationi uerborum præ-
fertur.l.quiſquis,ff.de verb.ſign.l.in conuentio-
nib.ff.eo.ponitur caſus a noſtro non extraneus
a Fulg.in l.1.ad fin.C.ſi aduerſ.tranſact.ſequitur
& ampliat idem Pinel.in d.rubr.in 1.par.nu.30.
qui has noſtras partes admodum tutas reddit.

Ad reliqua non deſcendendo uidi ex multis
probatum Dom. Mandricarduum uti hæredem
non uniuerſalem non teneri ad debita.ego uero
dico, quod licet ſit hæres in re certa, attamen te
37 netur pro rata, nam ſi teſtator diſponat, †ut lega
tarius, uel hæres in re certa ſoluat debita, ille te-
netur, l.Imperator.§.ſi centum.ff.de leg.2.Rom.
conſil.189.ſtante primo, Durant.de arte teſtan.
tit.6.cautela 42.num.2. at teſtator ſatis uoluiſſe
ęqualiter ſolui debita credendum eſt, dum man
38 dauit æquales eſſe, quod eſt † commune uotum
parentum, Bart.in l.cum pater pluribus.num.3.
ff.de leg.2.Bal.in conſil.156.nu.1.in 2.Dec.con
ſi.59.num.3.& 122.in fi. quod extenditur etiam
39 quòd in aliquibus †nõ ſeruauerit æqualitatem,
Aret.conſ.1.num..5.Ruin.conſi.92.num.8.in 5.
accedat, hãc interpretationem probatam fuiſſe
a Domino Mandricardo, ut ab alijs eſt deductũ,
& ego poſſem multa conuehere, quæ communi
omnium ſpiritu de obſeruantia paſſim circunfe-
runtur, ſed ad reliqua feſtinat animus.

Dum dicitur cauſa finali læſionis ceſſante ceſ
ſare etiam illud legatum, ego reſpondeo primo
40 non cõſtare illam eſſe cauſam finalem, † cum in
dubio non præſumatur, Bald.in l.2.§.creditum,
colum.2.in princ.ff.ſi cer.pet.& in l.1.§.ſi paren
di, poſt princ. ff.de condi.cau.da. Imo.in l.cum
tale.§.falſam cauſam.ff.de condit.& demonſtra.
Ceph.conſil.81.num.9. Secundo cauſa dicitur
41 finalis in legato, quando illa ceſſante † ceſſat titu
lus legati, ut pro dote, uel pro ſepulcro, Bal.in l.
1.num.12.ff.de fal.cau.&c. & hæc non eſt eius
modi, ergo. Tertio cauſa illa dicitur finalis, quæ
42 reſpicit commodum † teſtatoris non legatarij;
Ang.in conſil.124.num.3. Bar.in l.2.§.1.nu.1.ff.
de donat. & ibi Caſtr.Imo.in l.Titia, cum teſta
mento, num.3.ff.de leg.2.Craue.conſil.243.nu.
2.3. Quarto moueor ob ſupra memoratã æqua-
litatem a teſtatore conſideratam, & dico illam
eſſe conſiderandam, non læſionem ex parte de-
ficientem, ſi omnino futuri ſunt æquales.ego is
non ſum, qui uelim inæqualitatem defendere:
hinc legi, quod ſi legatum factum ſit nepotibus
de mille pro quolibet, ut ſeruaretur æqualitas,
ſi hoc legatum ademptum eſt uni, utique etiam
43 alteri ademptum † cenſetur, Rom.ſing.320.per
tex.in l.alteri.ff.de adim.leg.Ioſeph Ludou.con-
cluſ.24.uer.ampliatur 14.

Reſtat vltima q. de qua nihil uidi tactum in
proceſſu, & ideo non uiſo ſaltem inſtrumento
dotali, difficile eſt quid certi pronunciari: illud
tantum dico quod legatum nõ ſit caducũ, quan-
44 do purificata eſt conditio, † ſed quando defecit
ut per text.in d.l.uni.§.& cum triplici, C.de ca-
duc. tollen.

Præterea legatum non eſt caducum apud hæ
redem pro toto, ſed apud legatarium Do.Man-
dricardum pro ſua parte, & cum onere impoſi-
to, ut dicit tex.in d.l.uni.§.pro ſecundo.ergo hæ
redes poterant petere a grauatis hanc dotem.
Sed de hoc, ſi opus erit, diligentius ſcribetur: nã
etiam præter ſententiam fuſiſſime a me hæc exa-
rata fuere, ut pro uirili ſubtilibus ſatisfacerem
dubitationibus. Laus Deiparę Virgini.

Claud.Bertaz.I.C.

ARGVMENTVM.

Reductio ad arbitrium boni uiri, quando ſit admittenda non obſtante iuramento, pacto, & ſtatuto.

Et quid ſi in compromiſſo adſint clauſulę prægnantiſsimæ, ſtante tamen enormiſsima læſione, & dolo aut lata culpa arbitri?

SVMMAE.

1 *Reductio ad arbitrium boni viri, eſt admittenda, quando laudum eſt nullum & iniuſtum.*

2 *Quid ſi adſit pactum de non petendo illã cum clauſulis prægnantiſsimis?*

3 *Laudum latum non valet dependens a compromiſſo, quod non valuit.*

4 *Compromiſſum eſt nullum, ſi in eo non fiat mentio de inſtrumento, de quo controuertitur.*

5 *Etiam quod in eo apponantur clauſulæ generales.*

6 *Et in illo faciendo eſt ſeruanda forma ſtatuti.*

7 *Et debent probari omnia requiſita interueniſſe, vt ex ſtatuto probibeatur reductio.*

8 *Reductio a laudo non poteſt impediri, nec per ſtatutum nec per pactum, quando læſio eſt enormiſsima.*

9 *Et ſi ſine iuſta cauſa abſolutus eſt debitor a debito inſtrumentario.*

10 *Appellatio non probibetur etiam ſtatuto rèpugnante, quando conſtat de manifeſta iniuſtitia.*

Re-

11 *Reductio poteſt peti non obſtante ſtatuto, vel pacto, quando conſtat de dolo arbitri.*

12 *Idem eſt, ſi lata culpa arbitri interueniat.*

13 *Dolus præſumitur & probatur ex enormiſſima læſione, & æquiparatur dolo ex propoſito.*

14 *Et eſt vere dolus iſte.*

15 *Pactum de non appellando, non procedit in compromiſſo habente ſtatutum particulare.*

16 *Compromittentes licet apponant clauſulas ampliſsimas, non præſumuntur tamen donare.*

17 *Sed illud faciunt ad captandum beneuolentiam arbitrorum.*

18 *Cenſentur enim intelligere, ſe velle ſtare arbitrio & laudatis iuſtè & æquè.*

19 *Reductio non eſt deneganda, licet ſit iuratum ſtare laudo.*

20 *Læſio, cuius nomine eſt petenda reductio, ſufficit quod excedat dimidiam, & dicatur nimis exceſsiua.*

21 *Quando vero totum comprahendit ceſſat omnis ſcrupulus.*

22 *Et facultas data in vno gradu læſionis, non extenditur ad alium.*

23 *Reductio non impeditur etiam ſi eſſet addita compromiſſo pœna ſoluenda antequam illa petatur.*

24 *Minor etiam authorante curatore donare non poteſt.*

25 *Donationis clauſula, quæ ponitur in compromiſſo, non infert ueram donationem.*

26 *Eſt enim contra naturam compromiſsi.*

27 *Deductio eſt concedenda, quando dolus arbitratoris eſt allegatus conſtito ſaltem ſummatim de eo.*

CONSILIVM CXX.

In Domino confido.

REductio ad arbitrium boni viri petita pro parte Dom. Iſachi de Nurſia minoris, ac Domi. Doræ eius matris à laudo dato per Salomonem de Verona ad fauorem Magnifici Dom. Iulij Nigriſoli omnino deuoluit, & venit admittenda, cum laudum ipſum fuerit nul-
1 lum, & † iniuſtum tam de iure communi, ut in cap. Quintauallis, vbi omnes, de iureiur. per Bar. & alios in l. ſi ſocietatem, in §. arbitrorum. ff. pro ſocio, & per Doc. in locis inferius citãdis, quàm ex forma ſtatuti noſtri ſub rubrica de appellationib. interponendis, &c. ante fi. in ver. in reductione vero, fol. 72.

Nec obſtant duo, in quibus pars aduerſa uidetur facere fundamẽtum. Primo quod ex quo compromiſſum factum per partes ſecũdum formam ſtatuti Ferrariæ ſtatutum noſtrum de Compromiſſ. faciendis inter coniunctos, pagi. ultima verſic. ſtatuentes, quod id prohibeat reductionẽ appellationem, & quodcũque aliud remedium, & hoc caſu etiam ſtatuti ipſius diſpoſitio procedere uidetur inter extraneos ſecundum formã dicti ſtatuti compromittentes, ut in fi. ipſius ſtatuti, in verſ. & habeant. Et tanto minus videtur admittenda, cum etiam in dicto compromiſſo videatur additum pactũ de non appellando iuratum, quod impedit appellationem & dictionẽ nullitatis, ut in ſtatuto noſtro de pactis de non appellando, &c. fol. 74. Secundo quod ſtante pacto, & promiſſione iurata cum clauſulis ampliſſimis de non petendo reductionem ad arbitrium boni uiri, etiam prætextu enormiſſimæ læſionis, & ut in compromiſſo, & in conſil. Magnifici D. Danthis ſapientis electi per partes ad clauſulandum, & confirmandum alijs cautellis, & obligationibus dictum compromiſſum, non poteſt peti reductio, uel laudo ullo modo† contraueniri,
2 ut per Doc. in d. c. Quintauallis, & per plures citatos per Ant. Cabr. lib. 2. ſuarum commun. opinionum, conclusione 3. in tit. de arbitr. numero 39. & ſequen.

Namque primo reſpondetur compromiſſum non ualuiſſe, & per conſequens nec laudum la-
3 tum ab eo dependens, & a quo † uim recipit, ut plures citat Rolan. a Val. conſ. 76. num. 2. primo uolumi. Camil. Borel. in commentar. ſuis ad Regia Aragonum, §. 3. gl. quarta. 3. q. num. 91. & Ioſeph Ludoui. deciſ. Peruſ. 2. num. 18. Quod autem compromiſſum fuerit nullum conſtat ex eo, quia lata fuerat ſententia ſuper inſtrumento ſuper, quo fuit factum compromiſſum, de qua in compromiſſo nulla facta fuit mentio, quo ca-
4 ſu compromiſſum† cenſetur nullum. Bal. in l. ſi diuerſa, num. 5. ubi alij C. de tranſact. & habetur per Doct. in l. ſi cauſa cognita. C. eo. tit. Ioan. de Amic. conſ. 33. nu. 36. Blanc. in trac. de Compromiſſ. q. 6. num. 10. vbi ampliat etiam quòd apponantur clauſulæ generales, & idem† uoluit Laurent. Sylua. in conſil. 71. nu. 1. Idem tradit Celſ. Hug. in conſil. 94. num. 10. & Camil. Borel. in dictis ſuis commentar. §. 2. glo. 1. num. 144. & ſeq. quod etiam uidetur admittere ſtatutũ poſt prin. ubi prohibet fieri compromiſſum, ubi agitur de executione alicuius ſententiæ, ſecundo reſpectu dicti ſtatuti, reductionem prohibentis, dicemus ſtatutum ipſum in caſu iſto ſibi locum non vendica-

dicare, quia compromiſſum hoc nō fuit factū ſe
cūdum formam illius ſtatuti, vt exigit ſtatutum
ipſum in fi.nā nec ſufficit facere cōpromiſſum in
vnum arbitrum non iuris peritum, & dicere ſe
facere compromiſſum ſecundum formam ſtatu
ti Ferrariæ, quia non propterea eſt ſeruata illa
forma, quæ exigit fieri compromiſſum in tres ar
bitros iuris & Doctores qui iurent ut in ipſo ſta
tuto & eorum laudo ſtatutum dat executionē,
& tollit appellationem, & reductionem ab eo,
quia confidit de eorum ſciētia, & integritate, tū
propter illorum quali tatem, tum propter nume
rum ipſorum. ſecus igitur eſt hac forma non ſer
6 uata, ita in indiuiduo † in ſimili ſtatuto declarat
Iacob. Aemil. in conſi. 47. num. 2. 5. & ſequen. &
quando ſumus in ſtatuto prohibente reductio-
7 nem debet probari † omnia requiſita, & præ-
ſuppoſita in eo concurriſſe. Soci. conſil. 220. nu-
mero 9. 2. volum.

Tertio quando læſio eſt enormiſſima, nec ſta-
8 tutum nec pactum † poteſt impedire reductionē.
Anch. conſ. 207. in quæſt. Dec. conſ. 11. nu. 6. 39.
nu. 6. & 60. 2. col. ad fi. & ante eum Alex. in con
ſilio. 139. num. 4. 7. volum. Curt. iun. conſil. 50.
num. 6. Aemil. d. conſi. 47. nu. 15. Celſ. Hug. con
ſil. 22. num. 24. Soc. iun. in conſil. 48. num. 46. &
ſequen. primo volum. & Cephal. conſil. 208. nu-
mero 3. & ſeq. & 210. num. 18. nam alias ſtatutū
contineret iniquitatem Aemil. ibi, nu. 17.

Et cum ex proceſſu conſtet de iniquitate lau
di, ex quo arbitrator qui abſoluit ſine aliqua iu-
ſta cauſa debitorem, ſeu fideiuſſorem, & obliga-
tum in ſolidum a debito inſtrumentario, non po
9 teſt reductio † denegari. Io. de Amic. dicto con-
ſilio 33. num. 29. & Rui. conſil. 11. num. 16. 3. uo-
lum. & Crau. conſ. 142. num. 22. & ſeq. ſic etiam
quando conſtat de manifeſta iniuſtitia, nō pro-
10 hibetur appellatio etiam † repugnante gl. in cap.
ex conqueſtione, ubi Doct. de reſtit. ſpoliat. Imo.
conſil. 76. & 147. colum. fin. Dec. conſil. 49. nu-
mero 2. Ruin. conſil. 27. num. 5. & 101. in fi. 5. uo
lum. Marſ. in Rub. de probat. num. 160. Rimin.
conſ. 364. num. 20. Nat. conſil. 162. num. 4. Plot.
in l. ſi quando, num. 155. C. unde vi. & Cæſar
Contar. in repet. l. uni. C. ſi de moment. poſſ. fue.
appellat. limitat. 10. ratione doli iudicis, num. 13.
& ſeq. & hoc caſu laudum continens expreſſam
læſionem nullum cenſetur, ut in dicta deciſ. Pe-
ruſ. numero 19.

Quarto quando cōſtat de dolo arbitri poteſt
appellari, & dici de nullitate, ac peti reductio ad
11 arbitrium boni uiri † non obſtante ſtatuto, vel
pacto, Bal. in l. cum antea, num. 7. C. de arbit. vbi
12 idem uoluit etiam ſi lata culpa † arbitri interue-
niat, Socin. conſil. 274. num. 12. ſecundo uolum.
Dec. conſil. 39. num. 6. Curt. iun. dicto conſ. 50.
num. 6. & Cæſar Contard. d. 10. limit. nu. 6. nam
cenſetur ſemper excluſus dolus. l. conuenire, ff.
de pact. dotal. Syluan. d. conſil. 71. num. 21. Do-
lus autem arbitri, vel arbitratoris præſumitur, &
probatur ex enormiſſima læſione, & dolo ex pro-
13 poſito æquiparatur, † Caſtr. conſil. 70. quia fru-
ſtra. num. 2. 1. uolum. Socin. d. conſ. 220. num. 4.
2. volum. Dec. dictis conſilijs 11. num. 6. 39. nu-
mero 6. & 60. ſecunda colum. Ruin. dicto conſil.
11. num. 16. Crau. d. conſil. 142. num. 22. & ſeq.
Sylua. d. conſil. 71. num. 3. & plures citat Gabr.
d. concluſ. 3. num. 49. & ſeq. Ioann. de Amic. d.
conſil. 33. num. 39. Socin. iun. dicto conſil. 48.
num. 46. & ſeq. & maxime, num. 51. quam opi-
14 nionem defendit Cur. iun. vbi oſtendit hunc † eſ-
ſe verum dolum in conſilijs 301. num. 7. & ſeq.
& conſil. 336. num. 5. & ſeq. & idem tenet etiam
Cephal. conſilijs 207. num. 75. & ſeq. & 210. nu
mero 81. quam etiam opinionem defendit &
comprobat Damhoud. in 1. tomo commun. opi
nionum, in Enchirid. parium aut ſimilium ius, in
verbo. dolus ex propoſito, quam etiam tenet
Cæſar Contard. in dicta limitat. 10. & 12. & Io-
ſeph Ludo. in deciſ. Peruſ. 18. num. 55. & ſeq. ex
* quib. conſtat hanc opinionem eſſe communē *
& ueram, quicquid uoluerint aliqui citati per
Gabr. dicto num. 49. & ex his ſatisfactum eſt ſta
tuto prohibente reductionem, quæ inſeruiunt
ēt ſtatuto de pactis de nō appellan. quod alia ra
15 tione etiam tollitur, quia † non procedit in com-
promiſſo in quo ſtatutum de Compromiſ. ſpe-
cialiter diſponit, & in quibus non datur appella
tio, & ita declarat Rip. in l. nemo poteſt, nu. 89.
ff. de legat. primo;

Non obſtāt modo pactum, promiſſio, & clau-
ſulæ ampliſſimæ de non petendo reductionem
hanc, & de non impugnando laudum, cum ceſ-
ſione etiam, & donatione facta parti, quia com-
munis, & vera eſt ſententia Doc. quod per qua-
ſcunque clauſulas, & cautelas, ac verba latiſſima,
non poteſt tolli reductio ad arbitrium boni ui-
ri data enormiſſima læſione, ex quo dolus arbi-
tri, vel arbitratoris præſumitur interueniſſe, ut
ſupra, quia alias daretur materia delinquendi,
nec hoc caſu cenſentur partes uelle donare iu-
ra ſua, ſed quia ius ſuum proſequi intendunt, re-
currunt ad arbitrum, & confidentes de eo, † ap-
16 ponunt illas clauſulas, ut pulchre declarat Bald.
quem alii ſequuntur in conſil. 380. præmitto, in
in 1. uolum. Caſtr. d. conſil. 70. num. 2. in 1. Dec.
in conſilijs 11. num. 6. 533. in princ. 587. nume-
ro 13. ubi dicit id fieri ad captandum beneuolē
17 tiam † arbitri, Gabri. qui plures citat dicta con-
cluſione 3. num. 42. & num. 50. & ſeq. Craue. d.
conſil 152. num. 22. Ruin. d. conſil. 11. num. 16.
Aemil. conſilio prædicto 47. num. 13. & conſ. ſe-
quenti, num. 33. Syluan. d. conſil. 71. num. 5, & 6.
vbi dicit communem, Maran. in tract. de ordi.
iud. ult. par. ſecundo actu, num. 115. Cagno. in l.
ſi quis maior, num. 38. & ſeq. C. de tranſact. in l.
2. num. 87. & ſeq. C. de reſcinden. vendit. ubi di-
cit communē, & quod in practica ſeruatur, Bur-
ſat.

ſat.qui allos citat in conſil.99.num. 11.Laurent.
Kircho.in ſuis commun. opinionibus,in ſecun-
do tomo,Centur. 5. concluſio.79. & nouiſſime
dictus Borellus in dicto ſuo tract. ſeu commen-
tar.§.7.gl.2. 16.q.num.32. & §. 8.glo. 1. num.7.
vbi quando eſt conceſſa ampliſſima poteſtas.Nã
18 que cenſentur partes intelligere ſe velle ſtare ar
bitrio,& laudatis ſi iuſte & æquè, non ſi iniuſtè
& iniquè fuerit laudatum,ut per Bart.in d. §.ar-
bitrorum, num. 24. & ibi Repeten. num.97. &
ſequen.Dec. in cap.ad hæc, il ſecondo, nume-
ro 3.de appell.Socin.conſil.14.1.& 2.colum.in
primo,Alexan.de Neuo in conſi.78.num.18.&
Petr.Pic.in l.ſi quis arbitratu,nu.58.& ſeq.ff.de
verbor.obligat. qnod procedit etiam appoſito
19 iuramento per compromittentem,†nam nihilo
magis eſt deneganda reductio,Socin.dicto con
ſilio 220.numero 7.Dec.dicto conſil.60.ſecun-
da colum.ad ſi. Maran.dicto num.115. Cephal.
dicto conſilio 208. Cagnol.in dictis locis ſupra
citatis,Soci.iun. dicto conſil.48.numero 50. &
ſequen.Sylua.dicto conſilio 61.num.4. & Bur-
ſat.dicto conſilio 99.nu.12 Turzan.in ſuis com-
mun.opinionibus, opinione 122.Gabr.dicta cõ
cluſione, num.47.& Borel.in dicto §. 8.glo.1. 4.
quæſt.numero 7.

Et licet communis ſit opinio*quod ſufficiat
20 læſionem excedere dimidiam vt dicatur†nimiũ
exceſſiua,Sylua.in dicto conſilio,num.2.& ſeq.
tamen in caſu noſtro ceſſat omnis ſcrupulus, ex
quo maior læſio dari non poteſt quam totum
creditum amittere: quando enim læſio totum
21 comprehendit† ceſſat omnis ſcrupulus,Caſtr.
conſi.260.uiſis compromiſſo,num.3. 1.uolum.
& Socin.iun.d.conſil.48.num.46.licet non ex-
cludatur reductio, etiam ſi eſſet dictum quòd in
totum poſſit lædere arbitrator, Soci.dicto conſi
lio 220.num.7.quod tamen hic non fuit dictum
ſed.pene in totum , quod habet minorem diffi-
cultatem, quod etiam fuit a ſapiente additum,
& non eſt de natura contractus, ut inferius dice
tur, ex quo facultas data in uno gradu læſionis
22 †nõ extenditur ad aliũ, ut per Sylua.in d.conſi
lio num 8.licet etiam cum uerſemur in minore,
& muliere, minor læſio ſufficiat, ut per Cagnol.
in dicta l.ſi quis maior,num.38.& ſeq.

Nec etiam hoc caſu officit illa clauſula dona-
tionis, uel alia addita in conſilio ſapientis prædi
cto,quia Doctor. omnes ſupra citati communi
conſenſu concludunt nullam formulam verbo-
rum, vel cautelam impedire poſſe hãc reductio
23 nem,& idem etiam eſſet ſi eſſet addita pœna†ſol
uenda antequam petatur reductio. ut euenit in
caſu Io.de Ami.in dicto conſil.33.num.31.

Et cum ſimus in minore,qui donare non po
24 teſt† etiam auctorante curatore,Bald.in l.1. C.ſi
aduer.dona.Rui.conſilio 107.num.12.in primo,
& 129. num.8.in 5. non potuit etiam apponere
illam clauſulam donationis in compromiſſo, &
per indirectum donare,Ruin.in d.conſil.ult.nu-
me.6. & tanto minus cum partes,ut dicit Bald.
in dicto conſilio non intendant donare ſed
ſuam recuperare , & habere , & ad pro poſi-
25 tum quod talis donatio non ualeat,†multa ſcri-
bit Crau.in conſil.42. num.9. uſque ad numerũ
12. vltra quod illa clauſula, & aliæ additæ per di-
ctum ſapientem , quod non cenſeãtur appoſitæ
illæ clauſulæ ob confidentiam quam haberent
26 in arbitrum &c. cum ſint contra naturam com
promiſſi,iuxta tradita per Bald.in dicto conſilio
& alios ſequaces,non potuerunt per ſapientem
addi dicto compromiſſo,iuxta tradita per Pace
ſcal.in ſuo tracta.de conſil.ſapien.in lib. poſt ip-
ſum tracta. de contract.& ultim. uolunta. com
poſitio. capitulo 1. & 2. ubi late poſt Spec. &
alios.& cum dolus arbitratoria fuerit allegatus,
ſufficit ad reductionem obtinendam, conſtito
27 †ſaltem ſummatim de eo,ut per Alex.dicto con
ſilio 139.numero 4. & ſequen. conſilio 8. in 7.
& ſi in dubio debet admitti reductio, ut ibi per
eum, numero 7.quanto magis cum uerſemur in
claris.&,iudicio meo, omnem difficultatem ſu-
perantibus. Laus Deo Opt. Max.

Claud. Bertaz. I. C.

ARGVMENTVM.

Legatum, quando compræhendat fun-
dum non expreſſum, quia erratum in
nomine,vel in loco,& hoc uel ratione
unionis, vel vſus teſtatoris, uel uici
nitatis.

Legatum, quomodo ſit late interpretan-
dum, & ne inutile fiat, ſit extenden-
dum ad non expreſſa.

SVMMAE.

1 *Feudi renunciatio non poteſt fieri in præiu-
ditium agnatorum comprehenſorum in in-
ueſtitura.*

2 *Nomen rei legatæ non conſideratur, quando
conſtat, teſtatorem voluiſſe legare illud
corpus.*

3 *Nam ſi illius habetur certitudo, præſumitur
erratum in nomine.*

4 *Et idem eſt in pronomine, vel agnomine.*

5 *Demonſtratio falſa, quando de corpore con-
ſtat, non vitiat legatum.*

6 *Legatum vniuerſale omnium bonorum, com-
prahendit etiam exiſtentia in diuerſa vil
la, ſi omnia erant ſub eodem Caſtal-
dione.*

Lo-

7 *Loci nomen, quando non cenſeatur poſitum loco reſtrictionis, ſed demonſtrationis.*

8 *Prædia licet ſint in diuerſis locis, attamen ſi ſimul locabantur, comprahenduntur in legato prædii.*

9 *Idem eſt, ſi teſtator vno nomine vniuerſum fundum poſsi debat.*

10 *Etiam quod prædia diuerſo nomine vocarentur.*

11 *Legatum comprahendit fundum ratione vnionis, quod alioqui non comprahenderet.*

12 *Et venit etiam fundus ſitus in alia regione, ſi legatum non poteſt verificari in loco expreſſo.*

13 *Et præſumitur, notarium erraſſe apponendo nomen illius loci, uel villæ.*

14 *Equus venit in legato equi albi, licet non ſit albus, ſi alius non adeſt.*

15 *Frumentum, quod teſtator habet in comitatu, venit in legato frumenti exiſtentis in ciuitate, ſi nullum ibi aderat.*

16 *Teſtatoris obſeruantia, quomodo declaret illius relictum.*

17 *Bonorum appellatione, venit etiam directum dominium, quando non exigitur conſenſus alicuius.*

18 *Et maxime, quando dictio vniuerſalis, omnia, eſt addita.*

19 *Dominium directum venit appellatione bonorum, in prælegato.*

20 *Bona præſumuntur allodialia & libera, non feudalia.*

21 *Feudum venit in legato, quando in aliis bonis non poteſt verificari legatum.*

22 *Legatum ſi non poteſt verificari, niſi in vna re, vel perſona, tunc de ea cenſetur intellectum.*

23 *Vicinitatis ratione quandoque res comprahenduntur in legato, quæ alias non comprahenderentur.*

24 *Legatum comprahendit adiacentia.*

25 *Et illa omnia veniunt, quæ ſimul acquiſita fuerunt.*

26 *Interpretatio plenior eſt facienda in legatis.*

27 *Legatum factum per verba vniuerſalia, tanto latius eſt extendendum.*

28 *Et latiſsime, ſi ſtat perſonæ coniunctæ.*

29 *Et ſi proueniet a nobili teſtatore.*

30 *Princeps non intendit præiudicare iuri tertii.*

31 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis, cuius ſit virtutis.*

CONSILIVM CXXI.

In Domino confido:

AGit Magnificus Eques. Dom. Baptiſta Guerinus aduerſus Illuſtriſſimam Do. Dominam Marphiſam, Eſtenſem, hæredem quond. Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Do. Domni Franciſci Eſtenſis eius patris, contra quem uiuentem prius agi cœperat ad uendicandum poſſeſſionem quandam, de qua olim iure feudi fuit inueſtitus quon. Albertus de Cremona quam prætendit ipſe Do. actor ad ipſum ſpectare tanquam compræhenſum in inueſtitura de ea re facta uiuente ipſo Alberto, & iura ſua renuntiante per Sereniſſimum Domi. Ducem Her culem II. olim Magnifico Domi. Alexandro Guerino eius patruo magno. Contra uero prætendit ipſa Illuſtriſsima Domina eius ſoror, cui poſſeſſio hæc unà cum aliis Caſtaldariæ Bagnoli fuit aſſignata pro ſua legitima nullum ius in ea ipſum Dom. actorem habere, uel habere poſſe, ſed ad ipſum quon. Illuſtriſſimum Dom. Franciſcum ſpectauiſſe & pertinuiſſe, & ad eas Illuſtriſſimas dominas ei ſuccedentes ſpectare. Igitur uidēdũ eſt, utra ipſarum partium iuſtitiam foueat.

Punctus huius quæſtionis & tota reſolutio huius cauſæ iudicio meo, cõſiſtit in hoc, an in inſtitutione facta de bonis, quæ habebat Sereniſſimus Dux Alfonſus teſtator, vel habiturus erat ipſe & Sereniſſimus eius hæres, in Villa Bagnoli prædicto Illuſtriſſimo Dom. Franciſco eius filio relictis compræhenderetur hæc poſſeſſio feudalis, quæ, ut præſupponit ipſe Magnificus actor, non eſt in villa Bagnoli, ſed in uilla Trecentæ. Ideo non poteſt uenire in eo legato, vel inſtitutione reſtricto ad locum uillæ Bagnoli. l. quæſitum. §. 1. cum ibi not. ff. de leg. 3.

Quia ſi in ea comprehendebatur, & prædecedente dicto Alberto ſine filijs maſculis ad eam erat vocatus ipſe Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus, & ad eum pleno iure ſpectare debebat, certum eſt quod refutatio vel renuntiatio feudi facta per dictum Albertum fuit nulla & inualida, cum illam facere non potuerit in præiudicium eius Domini Illuſtriſsimi, cui erat ius
1 quæſitũ, ſicut etiam fieri non poteſt in præiudicium agnatorum compræhenſorum in inueſtitura feudi, ut per Bal. in tit. de alienat. feu. pat er. in pri n. nu. 3. cũ aliis trad per Iul. Clar. 4. ſi. ſuarũ feu-

ſententia. §.feudum.q.34.uer. & hæc quidem, nec potuiſſet Sereniſs. Dux Hercules inueſtire ipſum Magn.Dom. Alexandrum de ea re relicta alteri, nec transferre in alterum plus iuris quàm ipſe haberet.l.nemo plus iuris,de reg.iur. Igitur punctus iſte diſcutiendus plene eſt, ex cuius diſcuſſione conſtabit, quæ debeant eſſe partes Clariſs. Dom. Arbitri in arbitrando & iudicando in hac cauſa.

In hoc igitur puncto pluribus rationib. conſtanter teneo in dicto legato facto d.Illuſtriſ.D. Franc.ſeu particulari inſtitutione fuiſſe compręhenſum directum dominium huius poſſeſſionis quod ad Sereniſs.teſtatorem pertinebat, & per conſequens etiam ius conſequendi utile dominium illius decedente D.Alberto ſine filijs maſculis, pro ut conſequutus fuit, tametſi uerum eſſet quod illa ſit in uilla Trecentæ, & nõ Bagnoli.

Prima eſt, quia in dicto teſtamento Sereniſs. teſtator reliquit dicto eius Illuſtriſs.filio uniuerſa eius bona, & oẽs eius poſſeſſiones quæ erant numero ſex, terra, prata, paſcua, nemora, ſelapas, valles, & omnes alias res, quas & quæ Ipſe Sereniſs.Teſtator habebat & poſſidebat tunc, uel in futurum habere & poſſidere poſſet & tam ad ipſum quàm ad eius hæredem uniuerſalem quomodocunq; & qualitercunq; peruenire in uilla Bagnoli, & in dicto legato fuit compræhẽſa una poſſeſſio, quæ fuit olim Gabrielis ab aqua a camera ducali iure feudi recognita, ut in inueſtitura in cauſa producta, & quæ ob lineam finitam ad eam redijt & deuoluta fuit, quæ pro maiori parte fuit & eſt in uilla Trecentæ, cuius pars appellata la uella (eſt enim diuiſa in duas partes) cõfinat cum portu Trecentæ, & quam poſſedit a tẽpore mortis prædicti Sereniſs.eius patris ipſe Illuſtriſs.eius filius, uirtute dicti legati & inſtitutionis uſque in tempus eius mortis, & ſucceſſiue poſſident ipſę DD. eius filiæ, quæ ſi non fuiſſet compræhenſa in dicta inſtitutione, ipſe D.Legatarius non habuiſſet ſex poſſeſſiones, ſed tantum quinque, quo fit, ut cum certi ſimus de mente teſtatoris, quod uoluerit totum hoc corpus legare, non eſt curandum de nomine villæ Bagno-
2 li, per errorem, †quo ad hãc poſſeſſionem & aliã de qua agitur addito. l.ſi quis in fundi uocabulo, in princ.& ibi not.omnes.ff.de leg.1. & cum
3 ex quantitate † & numero ipſarum poſſeſſionum habeamus certitudinem corporis, præſumitur erratum in nomine, ut trad.illic Cuma.nume.5. Iaſ. num.32. & alij ſcribentes ibi, & quod error in nomine rerum, uel locorum non minuat ius legati, eſt tex.in l.Fortidianum.§.1.C.de lega. &
4 idem eſt in pronomine, † vel agnomine.§.ſi quis in nomine, Inſt.eo.ti.& in l.ſi in nomine.C.de teſta.& quod quãdo cõſtat de corpore, error finiũ vel aliorum huiuſmodi non noceat, trad.etiam Fabia. de Monte in tract.de empt. & uend. q.5. nu.59.& Par.de Put.in tract. de fini.feud. §.conceſſa, fol.169.& in cap.ſeu. §.præcedenti, ubi diſcordat, in prin.& ad propoſitum Ruin. in conſ. 115.num.11.14. 5.uolum.ubi dicit quod quando ſunt aliæ demonſtrationes nihil facit quod fundus non ſit in loco expreſſo pura Aquę uiuę. Si igitur poſſeſſio iſta, quæ pro maxima parte eſt in uilla Trecentæ & non Bagnoli, uenit in dicto legato, pariter debuit uenire hæc quæ eſt poſita in medio huius poſſeſſionis in duas partes (ut dixi) diuiſæ, non obſtante errore nominis dictæ villæ.

Secunda eſt ratio, quod demonſtratio falſa,
5 † quando de corpore conſtat, non uitiat legatũ. l.demonſtratio falſa, in prin. & illic declarat Bar. num.4.& num.14.cum ſequen.& l.falſa demonſtratio.ff.de condi.& demonſt. Quod autem de corpore conſtet relicti bonorum etiam exiſtentium in uilla Trecentæ, iam ſupra demonſtratũ eſt, cum una ex ſex poſſeſſionibus legatis ſit ferè tota in dicta villa, igitur demonſtratio addita villæ Bagnoli, non debet eſſe alicuius conſiderationis, ut etiã trad. Doct. in d.l.ſi quis in fundi uocabulo, maxime Cuma.nu.5.

Tertia eſt, quia Sereniſs. Teſtator tenebat & poſſidebat omnes has poſſeſsiones & bona exiſtentes pro maiori parte in uilla Bagnoli, & pro parte in uilla Trecentæ, & etiam domum quandam pro factore, ſeu Caſtaldione, qui curam habebat horum omnium bonorum & totius dictę caſtaldariæ, pro uno corpore & uniuerſitate agrorum ſimul & una caſtaldaria, ut probatum eſt per teſtes examinatos pro parte noſtra, qui quidem Caſtaldio de omnibus ſimul rationem reddebat, quo caſu negari non poteſt quin in legato uniuerſali omnium horum prædiorum &
6 bonorum uenerit etiam pars quæ erat † ſub uilla Trecentæ, ut probatur ex tex. expreſſo in §.patronus, §.primo, ff.de legat.tertio, ubi teſtator reliquit Sempronio omnia prædia quę erant uſque ad prædium quod uocatur Gaza in finib.de Galatiæ ſub cura Villici primi, ut inſtructa erãt, & quia in eodem confinio prædiorum erat prædium non in Calatię, ſed Capadociæ finibus, ſub tamen cura eiuſdem Villici, dubitabatur an ueniret in legatum. & deciditur quod ſic, & ibi gloſ. dicit quod non nocet falſa demonſtratio, uel quia in finibus ſit erratum, & Bartol.ibi ſecunda colum. poſt medium ponderat quod prædium datum pro confine includitur quando conceditur aliqua uniuerſitas agrorum, ut hic. Et ad propoſitum noſtrum quando fuit uendita uniuerſitas agrorum ſub nomine poderis, uel alio huiuſmodi poſiti in diſtrictu, pura Aquæ pendentis, & detur pro confine territorium, puta Caſtri homani, quod licet aliqua pars prædij uẽditi ſit in diſtrictu caſtri dati pro confine, ueniat tamen in uenditione, quæ ſtrictius eſt interpretanda, ut inferius dicetur, ex quo fuit dictum totum
7 † & nomen loci nõ cenſetur poſitum loco reſtri-

ctio-

ctionis,reſpondit Bald.in conſil.422.ſuper qui-
bus,tertio volum.

Et quod quādo dominus omnia prædia ſole
8 bat ſimul locare non attendatur quod † pars ſit
alio loco non nominato in contractu, uoluit ēt
idem Bal.in l.emptorem,nume. 9.C.loca. Idem
ad propoſitum tenet Io.de Ana. in conſil.98.pa
gi.pen.ubi in uenditione uoluit non attendi no
men differens & ſpeciale unius partis rei quan
do vēditor habebat illos duos fundos pro uno
in uniuerſo per l.Caius,§.1.de leg.2.qui tex.etiā
facit ad propoſitum noſtrum quando teſtator
vniuerſum fundum poſſidebat, quia licet diuer
ſis partibus locaret,totum venit in legato, hanc
9 † eandē ſniam ad propoſitum tenet Soci.Iun. in
conſ.134.nu.1.& ſeq.2.uol. ubi voluit venire in
vēditione facta mētione generali omniū bono-
rū,terrenū poſitū in alio territorio nō expreſſo.
Et quod quando teſtator vniuerat talia prædia
& ſimul ea poſſederat, reditus illorum ſimul cō
fundendo ſub eodem nomine, prout hic fiebat
per Sereniſs.teſtatorē de hac caſtaldaria Bagno
10 li,ueniat in legato ēt prędiū† quod alio nomine
vocaretur,eſt ēt tex.in l.p̄dijs. §.Titio.ff.de leg.
3.ubi Bar.dicit,ꝙ ex uſu teſtōris;eius volūtas p-
pēditur,qđ & probātur in §.fi.eiuſdē l.vbi Bar.&
11 Albe.idē tenēt,& quod ꝑ ꝑ vnionem veniat † ēt
fundus vnitus in legato qui alioquin non ueni-
ret,cum ſub vna appellatione eos teſtator habe
ret,probatur in l.Seiæ.§.Tirannæ.ff.de fundo in
ſtru.& inſtru.leg.& ibi Barto.infert ad legatum
poderis, quod veniant omnia prædia unita, ut
etiam legato podere uoluit Soci. in l.1. numero
decimo, & undecimo, in fi. ff. de rebus dub. &
ibi numero ſeptimo, ponit quæſtio. de nemore
non comprænhenſo intra fines poſſeſſionis pro-
pter vſum illius.

Quarta eſt rō,quod ex quo numerus ſex poſ-
ſeſſionum non poterat baberi in Villa Bagnoli,
cum in illa tantum quinque ſint ſituatæ, neceſ-
ſe eſt fateri Sereniſſimum teſtatorem voluiſſe le
gare illam ſextam,quæ fere tota eſt in territorio
Trecentæ, & quæ peruenit ad ducalem camerā
ob lineam finitam dictorum ab Aqua,quia quan
do legatum non poteſt verificari in loco expreſ
ſo, ex quo fundus legatus eſt in alia regio-
ne, cenſetur teſtator in regione deſignanda la-
12 pſus,& venit in legatum † fundus in alia regione
ſitus,ut eſt tex.in d.l.patronus.§.libertis, & illic
Bar.& Albe.qui dicit,quòd in ultimis uoluntati
bus proceditur per coniecturas,& Flor.de San-
cto Pet. qui dicit, quod error regionis non no
cet,ſi de corpore conſtat, & hoc caſu etiam re-
ſpondit Soci.iu.d.conſil.135. Vbi etiam uoluit
13 præſumi fuiſſe errorem notarii apponendo † no-
men illius loci uel uillæ,& idem Bald.in d.con-
ſilio 422.uoluit alia ratione comprænhendi par-
tem vel rem exiſtentem in alio territorio, quan
do ſalua rōne recti ſermonis nulla pōt coerctio
adaptari,ut in hoc caſu,in quo ſunt expreſſę ſex
poſſeſſiones, quæ non poſſunt eſſe omnes in
villa Bagnoli.Quib. additur deciſio q.quam po-
unnt Ang.Imola, Pau.& Are.in d.l.ſi quis in fun
di uocabulo,ubi etiam Rip.in fi.prin.quod ſi te-
ſtator legat Titio ſuum equum album,cum non
14 haberet niſi morellum, uenit equus † morellus
& præſumitur erratum in nomine adiectiuo, ſe-
quitur Paris de Put. in d.c. conceſſa, numero 4.
Franciſ.Manti.in tract. de coniectui .ultim. uol.
lib.9.tit.3.nu.16.& ſupra nu.pręcedenti, in fi.uo
luit frumentū,quod teſtator habebat in comita
15 tu,uenire,in legato frumenti † exiſtentis in ciui-
tate, ſi nullum in ea teſtator babebat frumentū
ne legatum reddatur deriſorium, & ad propoſi
tum etiam idem tenet Alb.conſil.10.num.9.ubi
venire in legatum firmat fundum, qui alioquin
non veniret, ſi teſtator alium non habebat, in
quo legatum locum habere poſſet.

Quinta & ultima ratio ex qua oſtenditur Se
reniſſimum teſtatorem noluiſſe reſtringere lega-
tum & inſtitutionem prædictam ad uillam Ba-
gnoli tantum & ad bona ſita in ea,eſt obſeruan
ria ſubſequuta quæ declarat teſtatoris diſpoſi-
tionem:cum enim poſt tempus dicti Sereniſſimi
Ducis teſtantis omnia bæc bona virtute dicti te
ſtamenti fuerint aſſignata & tradita ipſi Illuſtriſ
ſimo Dom.Franciſco,in quibus & hæc poſſeſſio
ſita pro maiori parte in villa Trecentę & domus
Trecentæ fuere compræbenſæ,& quæ omnia ip
ſe Illuſtriſſimus dominus ſemꝑ pacifice & quie
te tenuit & poſſedit ultra 40. annos & in ſua hæ
16 reditate reliquit.certū eſt ex ea fuiſſe † intellectū
illam uenire in relicto prædicto iuxta tradita
per Craue.conſil.65.num.u. & 101.num.3. ubi
alios citat. & de obſeruantia quod interprete-
tur quaſcunque diſpoſitiones ſcribunt ēt idem
Crau.conſilijs 264. & 277. Nat.conſil.406. Al-
cia.conſil.149.num.3.lib.5.Alb.conſil.64.num.
34.& ſequen.Sylua.conſilio 66. num.uigeſimo-
primo, 88. numero 21. in fine. & 98. numero
octauo.& Oſal. deciſ. Pedemont. 136. numero
4.& alijs locis.

Probato itaque concludenter quod Sereniſ-
ſimus teſtator non intellexit reſtringere lega-
tum & inſtitutionem filio factam ad bona ſita
in uilla Bagnoli tantum, ſed etiam uoluit illam
extendi ad bona ſita in uilla Trecentæ illic con
tigua per tot rationes & deciſiones ſupra cita-
tas, concludendum eſt etiam ueniſſe in dictam
inſtitutionem & legatum ius quod habebat ipſe
Sereniſſimus Dom.Dux teſtator in hac poſſeſ-
ſione, quæ tunc iure feudi recognoſcebatur ab
eo per dictum Albertum de Cremona, quæ eſt
in medio poſſeſſionis prædictæ quæ fuit dicto-
rum ab Aqua,poſſeſſa per ipſum Dominum te-
ſtatorem & ſic directum illius dominum penes
ipſum exiſtens, quod venit appellatione bono-
17 rum † maxime cum non exigeretur conſenſus

alicuius, Affli. in capitulo in generali.numero
28.& ſequen.in titu.ſi de feu. fue. contro.inter
domi.& agnat.vaſal. & maxime quando eſt ad-
18 dita† dictio uniuerſalis omnia. Idem Afflict.lib.
1.conſtitutionum reg. rubrica 17.de defenſ.im
po.5.not.num.24. Dec.conſil.289. in fi. Tiraq.
in l.ſi unquam,in uer.bona,num.15.C.de reuo-
can.dona. Pinel.in Rub. C.de bon.mater.1.par.
num.21.& Menoch.qui dicit uenire in inſtitutio
ne in conſil.129.num.12.& ſequen.& conſ.140.
numero.10. ubi quando non exigitur conſenſus
19 alicuius,& quod appellatione bonorum† in præ
legato ueniat directum dominium tradit Curt.
iun.conſil.248.nnmero 12. igitur fatendum eſt
Illuſtriſſimum D.Franciſcum ex uerbis dicti lega
ti & inſtitutionis fuiſſe effectum dominum dire
cti ipſius poſſeſſionis & per conſequens etiam
utilis dominii,quod cum directo fuit conſolida
tum tempore mortis Alberti de Cremona,ſine
filijs decedentis ut in proceſſu probatum fuit.

Cæterum,quia Sereniſſimns teſtator reliquit
ipſi Illuſtriſſimo eius filio non tantum ea bona,
quæ ipſe Dom.teſtator habebat & poſſidebat in
dicto loco,ſed etiam ea omnia quæ in futurum
eſſet habiturus & poſſeſſurus.& quæ peruenient
tam ad ipſum Sereniſsimum hæredem uniuerſa
lem,quomodocunq; & qualitercunque,& quo-
cunque modo, via & cauſa, quæ dici aut cogita
ri poſſit,ut in dicto teſtamento,tanto clarius cō
tinetur hęc poſſeſſio in dicto legato & inſtitutio
ne,tametſi eſſet in villa Trecentæ quatenus poſt
mortem d. teſtatoris poſſet diei perueniſſe ad
hæredem vniuerſalem,& per conſequens in prę
judicium ſui relicti non potuit alius inueſtiri per
prædictas rationes ſupra expreſſas. Et præſer-
tim quia eſt probatum in proceſſu quod tempo
re mortis dicti Sereniſſimi D. teſtatoris dictus
Albertus inueſtitus de dicta poſſeſsione nullos
habebat filios nec vxorem & nullam vel modi-
cam habebat ſpem procreandi filios, prout de-
ceſsit ſine aliquibus filiis.

Præterea probatum eſt quod in dicta villa Ba
gnoli nulla extabant bona feudalia vel recogni-
ta a ducali camera quæ poſſent ad eam deuol-
uere & eis verificari uerba dicti legati,quę proba
tio etiam iuuatur iuris præſumptione, quo bo
20 na omnia præſumuntur allodialia† & libera,non
autem feudalia vel emphyteutica. Alexan. con-
ſilio 129.numero ſecundo,tertio uolum. Afflict.
deciſione 277. Alcia. tractatu præſumptionum
regula ſecunda,præſumptione tertia, & illic in
additio.cum aliis citatis per Roland. a Val.con
ſiliis ſecundo,numero 11.38.numero 33.& 46.
numero 39. in tertio,& 22. num.19. & 22. ubi
ampliat.& 85.numero uigeſimo & ſequen. ter-
tio uolumine,quo fit ut cum nulla extarent bo-
na in quibus uerificari poſſet hoc legatum futu-
rorum bonorum proueniendorum ad dictum
teſtatorem uel eius hæredem, proculdubio de
hac poſſeſsione intelligen.eſt,etiam, quod eſſet
in diuerſo territorio, uel uilla, ut ſupra tactum
fuit in quarta rōne. Quibus additur ad propo-
21 ſitum, quod uenit † feudum in legato, quando
in alijs bonis non poteſt legatum locum habe-
re,Borgni.in tractatu, de uſufru.mulie. reli. nu-
mero 114.& ſequen. & quando non poteſt ueri
22 ficari niſi in una re uel perſona† legatum,quod
de ea cenſentur intellectum ſcribit etiam Bart.
in d.l.demonſtratio,in prin.numero 19.& Me-
noch.etiam ad propoſitum, d. conſilio 129. nu-
mero 16.& 17.

Confirmatur hæc noſtra iuſtiſsima ſententia
pluribus rationibus.

Et primo, quia hæc poſſeſsio de qua agitur,
non tantum eſt uicina aliis poſſeſsionibus lega-
tis,ſed eſt inter eas, ut dixi: nam ſi propter uici-
23 nitatem quandoque res in legato† comprehen-
datur,etiam ſi ſit procul per mille paſſus,ut con
ſuluit Curt.iun.dicto conſilio 248.numero no
no,& ſequen.quanto magis ſi ad unguem cohæ
ret cum ultima poſſeſsione legata, quæ fuit olim
pars feudi conceſsi dictis ab aqua & Cremonis,
& quæ pars comprehenſa fuit in legato, ut ſu-
pra,iuxta tradita ad propoſitum per Ioann. de
Ana.dicto conſil.98.pagi.pen.qui uoluit quan-
do apparet eſſe comprehenſam partem rei cer
tam, reliquam etiam in uenditione compre-
24 hendi:ſed & legatum comprehendit† adiacen-
tia Afflict. qui plura citat libro primo conſtitu-
tionum regni, Rub 51. de inquiſitio.facien. nu-
mero octauo.

Secundo multum etiam eſt ponderandum ꝙ
dicta poſſeſsio erat pars illius feudi,de quo in di
cta inueſtitura & ſimul cum altera poſſeſsione
fuit conceſſa in feudum ut ſupra. unde ſicut illa
rediit ad ducalem cameram per lineam finitam
& fuit relicta ipſi Illuſtriſsimo D. Franciſco, ita
uerisimile eſt quod Sereniſsimus teſtator uolue
rit reliquum corporis dicti feudi ad eum perue
nire quod fuerat pars illius corporis ſimul con-
ceſsi, ut in ſimili ponderatur quod quando plu-
25 res res ſimul fuere acquiſitæ omnes ueniunt† in
legato, ut in d.l.prædijs.§.fi.de leg.3.

Tertio quia ſi in uenditione prout ſcribunt
plures ex ſupra citatis in qua ſtricta ſit interpre
tatio nō attenditur nomen loci rei ſitę,tanto mi
26 nus in legatis in quib.plenior interpretatio† eſt
facienda.l.in teſtamentis,ff.de reg.iur.ubi Doc.
Nat.conſil.626.num.19.& ſeq. ubi late eſt inter
pretandum ſi eſt ambiguitas uerborum, ſequi-
tur Franc.Manti.dicto tracta.libro 7.titulo pri-
mo.numero 32.

Quarto cum legatum factum fuerit per uer-
27 ba uniuerſalia, tanto† latius eſt extenden.Neui
za.conſilio 71.& Menoch.dicto conſil.129.nu
mero 8.& ſequen.

Quinto latior fit interpretatio,ex quo fuit fa-
28 ctū pſonæ† cōiunctæ, nēpè filio, Rom.ſing.649.

Bero.

Bero.quæſtio.29.Crot.conſilio decimoquarto, numero 20.Nat.dicto conſilio 626.numero 20. Menoch.in tracta. de arbitra. iudic.lib.primo, quæſtione 99. numero decimoquinto. conſilio 140.numero 11.& 142.numero 24. quam opinionem defendit Mantica,d.tract.lib.6. titu.11. num.23.& ſeq.

Sexto, & ultimo propter eximiam no bilita
29 tem teſtatoris, & etiam legatarij, †largius interpretatur legatum,ut per eundem Manti. d.lib.6. tit.10.numero 4.

Ex quibus apertiſſime conſtat,rem hanc fuiſſe compræhenſam in legato prædicto, & per cõſequens a priuilegio quo ad directum dominiũ fuiſſe quæſitam Illuſtriſſimo Domino Franciſco & ſubinde per mortem feudatarij conſolidatum utile dominium cum proprietate. Et propterea nullum ius habuiſſe Sereniſſimum Dominum Ducem Herculem inueſtiendi prædictum quondam Dom. Alexandrum, ut ſupra dictum fuit, nec propterea ullum præiudicinm fieri potuiſſe ipſi Illuſtriſs. eius fratri, cui erat ius quæſitum, ut ſupra.quod tanto clarins procedir, quia
30 ultra quod conceſſio illa † cenſetur facta ſaluo iure tertij cui ptinceps non intendit præiudicare.Curt.iun.conſilio 194.nnmero 39.& late Crauet.conſilio 871. numero 8. hoc etiam expreſſit latiſsimis uerbis in dicta inueſtitura quaſi fuerit ſciens ſe non poſſe concedere dictam rem alteri, quæ ad ipſum Illuſtriſsimum Do.Franciſcum pertinebat, ut in dicta inueſtitura regiſtrata in proceſſu,fol.9.

Et non tantum ipſe Sereniſsimus Dux noluit præiudicare per dictam inueſtituram dicto Illuſtriſſimo eius fratri, ſed etiam per ſuum Ducale reſcriptũ confeſſus fuit hanc poſſeſsionẽ fuiſſe relictam in teſtamento paterno ipſi eius Illuſtriſſimo fratri una cum alijs bonis deſcriptis in ſupplicatione ipſius Illuſtriſs. Domini & aſſenſit & declarauit pro ſuo intereſſe poſſe per eum uendi & alienari ac de eis bonis diſponi, pro ut in eius ſupplicatione de plenitudine ſuæ poteſtatis & ut in dicto reſcripto & ſupplicatione in ſecundo proceſſu.fol.35.& ſequen.quod etiam tollit omne dubium quod oriri poſſit occaſione dictę inueſtituræ, uel an compræhenderetur in dicto legato nec ne? De qua clauſula, de plenitudine
31 †poteſtatis, ſcribunt paſſim Doctor.in pluribus locis & maxime Crauet.in tract. de antiqnitate tempo.ptima par. §.non omitto.per plures colum.Anton.Gabr.in ſuis Corn.concluſionibus, lib.6.ti.de clauſulis, numero 6.& alijs ſequent. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Tolluntur dubitationes, quibus minus clarus reddebatur caſus ſuperioris cõſultationis.

Poſſeſsionis appellatione, quid ueniat, & quando omnino legati extenſio ſit facienda?

SVMMAE.

1 *Diſputatio eſt cribrum veritatis.*
2 *Legatum debet reſtringi intra limites loci a teſtatore relati, & quando.*
3 *Nec extenditur ratione vicinitatis, vel communionis, ſi non eſt expreſſa uicinitas, vel communio.*
4 *Teſtator cenſetur legare partem ſuam, quam habet in re.*
5 *Secus autem, quando res eſt tota teſtatoris.*
6 *Lagatum de terris de villa Noua, comprabendit etiam terras, quæ ita appellabantur a teſtatore, licet eſſent extra illam terram.*
7 *Error eſt allegandus, vt proſit exeipienti.*
8 *Fundus poteſt etiam eſſe res parua.*
9 *Poſſeſsio eſt nomen æquiuocum, quod poteſt importare magnam & paruam.*
10 *Et ſaltem ad inſtar poderis debet continere laborerium vnius paris boum.*
11 *Vſus communis loquendi declarat, quid veniat appellatione alicuius rei.*
12 *Legati extenſio non poteſt fieri, quando de certo corpore legato conſtat.*
13 *Et quid ſi legata ſit quantitas, non ſpecies?*
14 *Et quomodo debeat probari, teſtatorem illo nomine appellaſſe fundum, ad quem ſit extenſio.*
15 *Et quando eſt relicta vniuerſitas agrorum, an veniat etiam ſeudum cobarens, licet ſitum ſit in alia villa.*
16 *Et quomodo procedat tex.in l.prædiis. §.Titio, ff.de leg.2.*
17 *Et quid ſi teſtator in aliis legatis nominauit expreſſe fundos, de quibus poterat oriri dubitatio.*
18 *Obſeruantia tertium non ligat, vel ei nocet.*
19 *Et an huic rei eontradicat Decian. & Mantica.*
20 *Et nunquam debet extendi ad alium caſum.*
21 *Teſtator non præſumitur voluiſſe relinquere fundum, quẽ non poſsidebat, et quando.*

CONSILIVM CXXII.

In Domino confido.

LIcet dubia ſubtiliter excitata per Clariſſimum Dom. Meum in hac cauſa Illuſtriſſimę Domi. Marphiſæ cum Magnifico & nobili Do. Guerino prima facie aliquam apparentiam habere videantur, eis tamen penitius conſideratis, non tantum non tollunt fundamenta per nos conſtructa ad fauorem dictæ Illuſtriſſimæ principalis, vel ea lædunt, uerum potius illa confirmant & corrobotant. Et certè gaudeo quod iura Magnifici aduerſarij in medium fuerint adducta in diſputationem vocata,
1 quia cum diſputatio ſit cribrum veritatis† & per eam facilius veritas inueniatur. l. numerum. §. mixta. ff. de mune. & hono. cum alijs citatis per Neuiza. in ſua ſyl. nuptia. in prin. num. 5. & ſeq. ex collatione iurium utriuſque partis, facile erit Clariſsimo d. Arbitro cognoſcere vtra ipſarum partium iuſtitiam foueat.

Verum quia ſupponimus ex tot fundamentis præſumptionib. & cōiecturis clariſsimis in priorib. noſtris ſcriptis adductis, fundatā eſſe intentionem noſtram poſſeſsionem hanc, de qua contenditur, ad ipſam Illuſtriſsimam Dominam vti hæredem Excellentiſs. eius patris ſpectare, & in legato illi facto compræhendi, proptarea ſolum erit videndum an obiectiones factæ in dubiis illis obſtent, nec ne. Et minime obſtare ex inferius deducendis apertiſsime patebit.

Prima itaque eſt obiectio, quod ex quo legata fuere bona & poſſeſsiones uillæ Bagnoli, legatum non debet extendi ad bona ſita in alia uilla Trecentæ, quia legatum debet intra limites
2 loci a teſtatore relati reſtringi, arg. l. ædē. de contrahen. empt. Rub. conſil. 95. num. 11. & facit. l. ea tamen adiectio, cum ibi not. ff. de leg. 3. & cū de villa Trecentæ non fecerit mentionem, de ea cogitaſſe non videtur, l. 1. §. ſin autem ad deficientis, C. de cadu. toll. ſed certe illa nihil facit, quia & ſi uerum eſſet generaliter & ſimpliciter quod locus expreſſus reſtringeret legatum, ſicut etiam ueniunt ea, quæ intra confinia continentur, non tamen ſequitur quod ſi ex uerbis teſtatoris, uel ex præſumptionibus & coniecturis appareat, teſtatorem intellexiſſe etiam legare rem, quæ eſt in alio loco, uel territorio, illa non ueniat, prout in caſu iſto illam uenire apertè comprobatum extitit, ſed & Rubeus citatus facit pro iſta parte noſtra, dum uult quod licet appellatione domus non ueniant apothecæ, ſi tamen uno pretio fuerint cum domo comparatæ, ueniunt, & ſic ex aliqua coniectura a proprietate vocabuli receditur per text. in l. prædijs. §. domum. ff. de lega. 3. Quod modo teſtator non expreſſerit uillam Trecentæ, nō officit, quia ex quo reliquit ſex poſſeſsiones, quarum una eſt pro parte in uilla Trecentæ, quæ neceſſario uenit in legato, ut alias fuit deductum, ſatis cenſetur expreſsiſſe villam ipſam & tacite intellexiſſe, quod veniunt omnia bona etiam in dicta uilla Trecentæ exiſtentia, prout in effectu venerunt & in legato ipſo comprætenſa fuerunt, & potuiſſet etiā Sereniſsimus teſtator errare in nomine uillæ maxime cum uillæ ipſæ ſint adeo contiguæ, ut uix confinia ipſarum diſcerni queant. Et præterea militant tot alia fundamenta & deciſiones de quib. in dictis primis allegationibus, quæ per regulas generales non tolluntur.

Sicut ceſſat alia ſecunda obiectio, quod infinita ſint bona in villa Trecentæ & tamen conſtat ea nunquam legato ceſsiſſe. & licet hæc illic ſint
3 uicina, quia non fuit expreſſa uicinitas † illa uel communio illius, non eſt attendenda. l. ſerui electione, §. fi. de legat. primo, Bal. in l. cum rem alienam, numero decimo, C. de lega. Alexand. conſilio 54. numero primo & ſecundo, tertio, Rube. dicto numero undecimo, & Mant. in tractatu, de coniectur. ultim. uolunt. libro nono, titulo ſecundo, numero undecimo.

Namq; non prætenditur pro hac parte quod omnia bona Trecentæ, quæ non fuerunt Sereniſsimi teſtatoris ueniunt in legato, ſed tantum ea, quæ ipſe Sereniſsimus Dominua habebat & tenebat tempore teſtamenti, ut expreſſe dicitur in legato, & ſic omnia poſſeſſa per Sereniſsimum teſtatorem in uilla Trecentæ & domus & pars poſſeſsionis prædictæ legato ceſſerunt. uerum quia Domi. teſtator ulterius progrediens reliquit etiā dicto Illuſtriſsimo eius filio omnia alia bona, quæ in futurum eſſent ad eam uel ad uniuerſalem eius hæredem peruentura, quomodocunq; & qualitercunque, ideo dicimus hanc poſſeſsionem ab eo recognitam, & cuius ſpes deuolutionis erat uirens & prompta comprehendi in legato, tametſi ſita eſſet in uilla Trecentæ, ex quo etiam alia bona poſſeſſa per eum exiſtentia in dicta uilla legato ceſſerunt.

Et licet quando teſtator habet tantummodo partem in re, cenſeatur partem † ſuam tantum
4 legare, ut in dicto §. primo, & per Bald. Alexand. Rube. & Mant. in dictis locis, ſecus tamen eſt
5 quando res eſt tota teſtatoris, † quia facilius in legato compræhenditur ſi ſit uicina, ut ex Curt. iuniore conſilio 248. numero nono, & ſequen. & Ioan. de Anan. conſilio 98. alias fuit concluſum, & maxime quando ſunt bona adiacentia, ut per Afflict. alias etiam citatum.

Et cum ipſe Sereniſsimus teſtator haberet dominium directum huius poſſeſsionis quod quaſi poſsidebat, dubium non eſt quin uenerit in legato, ut etiam fuit probatum in dictis allegationibus. Illud autem non omiſerim, quod Mantica allegatus in dicto titulo ſecundo, nume-

ro

ro 7.& nu.12. multũ fauet parti noſtrę dũ primo
loco vult venire prędia.diuerſi nominis,puta Ga
biniana ſub legato prędiorũ Seianorũ,ſi teſtator
literis & rationib. & confuſione redituũ utriuſ-
que prædii ſimul ea tenebat d.l.prędiis. §.Titio.
Poſteriore vero loco citat Alex.conſil.150. nu-
6 mero 1.in 7.vbi voluit in legato†teſtatoris terras
de villa noua venire etiam extra dictam uillam
exiſtentes,quas omnes teſtator vocabat de uilla
noua,l.Seiæ. §.Tyrannæ,alias allegato,& Alcia.
conſilio 55.num.1.in fi.& nu. ſequen.vbi ſi teſta
tor vno nomine emit & ſimul vſus fuit & con-
iunctim legauerit prædia plura cenſetur uelle
ea omnia ad unum dominũ pertinere, quæ opti
me inſeruiunt caſui noſtro, quibus additur Ce-
phal.conſ.773.nu.93.quod cẽſetur teſtator vel-
le eũ cui rem reliquit habere prout ipſe habuit.

Tertio obiicitur,quod ad rem facere non vi-
detur quod tempore mortis d. teſtatoris non
eſſent ſex fundi , niſi eo computato, qui eſt in
finibus Trecentæ, quia id negatur & quod erat
pro parte noſtra probandum, quia in facto pro
prio teſtator non præſumitur erraſſe.l.fin.ff.pro
ſuo.& cum adhoc in villa Bagnoli ſex domus re
periantur, inde videtur ſex fundos appellatos
7 fuiſſe,ſed & fuiſſet†allegãdus error ut prodeſſet
excipienti.l.ſi adulterium, ubi Bart.num.14. ff.
de adulte.Sed hoc facile tollitur,namque in pro
ceſſu per teſtes Illuſtriſſimæ dominæ principa-
lis & præſertim ex primo, & aliquibus aliis fuit
probatum quod erant ſex poſſeſſiones dictæ
Caſtaldario,quæ tempore mortis Sereniſſimi te
ſtatoris per eum poſſidebatur, inter quas erat il
la quæ pro parte erat in uilla Trecentę, & etiam
poteſt videri ad oculum, quo fit ut cum fuerit
expreſſe dictum fuiſſe ſex poſſeſſiones. Inuitis
dentibus neceſſe eſt fateri, quod etiam illa quæ
pro parte erat in villa Trecentę compræhende-
retur, prout & illa & domus & omnia alia exiſtẽ
tia in dicta villa(ut alias dixi)legato ceſſerunt &
Illuſtriſſimo Legatario tradita fuere.Nec ſufficit
quod ſex domus reperiantur in villa Bagnoli,
quo caſu poſſunt dici ſex fundi: quia hic non
agimus de fundis,ſed de poſſeſsionibus:fundus
8 enim poteſt eſſe res † parua, ſecundũ patris fami
lias deſtinationem, vel affectionem, l.locus, ubi
Alci. ff. de verb. ſignif.at poſſeſsio licet ſit uer-
9 bum ęquiuocum, quod poteſt † informare ma-
gnam & paruã, Alex.conſ.95.in 5.duplicato 63.
nu.7.in 6.non eſt tamẽ ut fundus,ſed eſt ager pa
tens,vt ex Feſto tradit Alcia.in l.interdum,ad fi.
10 ff.de uerbo.ſign.& ſaltem ad inſtar poderis†de
beret continere laborerium vnius paris boum.
Bart. & Socin. in l.1.4. not. ff. de rebus dub. &
de mãſo habetur in c.1.cum gl.de cenſi. & trad.
Bar. in l.ſi uia,in fi. ff.de au.& argen.lega.igitur
11 eſt recurrendum ad†communem vſum loquen
di,ad Parif.in conſil.82.num.23.25.3.uolum. &
Tiraq.in tract.de retract.tit.1.§.1.gl. 2.nume.3.

Quod debuerit allegari error nihil facit,quia nõ
ſolum eſt allegatus, ſed probatus in proceſſu
abunde & in iuris allegationibus.

Quarto obiicitur quod licet quinque tantum
fundi ſeu poſſeſsiones eſsent in uilla Bagnoli, in
his tantum legatum uires habere deberet. l. ſi
ſeruus legatus.§.qui quinque,ff.de leg.1.l.ſi quis
ſeruum.§.ſi quis ita.ff.de leg.2.nec ad aliam uil-
lam poteſt fieri extenſio, cum id nulla qualitate
12 certificeť, adeo ut de certo†corpore conſtet,ut
uidetur neceſſarium. l. Quintus Mutius. §. nihil
intereſt.ff.de auro & argen.leg.Iaſ.in d.l.ſi quis
in fundi uocabulo.nu.3.& num.32.& Rui. con
ſil.115.num.13. & ſeq.in 5. ſed & hęc obiectio
minus cęteris obeſt, ſi quidem in caſibus dicta-
13 rum ll.legatum erat in ſpecie†non in quantitate
ut per Bar. num.2.in d.§.qui quinque,& Bal. &
Flor.ibi.ſecus igitur,ſi legetur quantitas,l.hære-
des. §.fina. ff.famil.erciſ.Præterea non procedit
quando legatum eſt uniuerſale omnium prædio
rum uel bonorum quæ quis habet in tali loco
uel uilla,quia ueniunt etiam alia quæ ſunt in alia
uilla uno nomine,& pro uno corpore poſseſsa
ut in l.patronus. §.1. ff.de leg.3. & in aliis locis
alias citatis.Nec Iaſ.allegatus huic ſententiæ cõ
tradicit in loco allegato, quinimmo, nu.32. 33.
& 34.facit pro hac parte,ubi firmat quod expreſ
ſis confinibus non curatur de nomine proprio.
Et licèt ſit erratũ in nomine proprio, ſi cõuenit
alia qualitas ei ſtať, & idẽ ſi ſit erratũ in falſa de
monſtratione,& in d.nu.34. ſcribit quod ſi ſunt
aduerſę duę demonſtrationes,quarum una cõue
nit rei legatæ,illa attenditur, quę facit actum va-
lere ſi nõ apparet de alia re cui demonſtratio cõ
ueniat.Rui.etiam citatus facit etiam pro hac par
te prout illum citaui in primis allegationibus.

Quinta eſt obiectio, quod non uidetur proba
14 tum fundum, quem Sereniſsimus teſtator†poſ-
ſidebat ſub uilla Bagnoli idem appellare & repu
tare, licet eſset ſub uilla Trecentę,ut per Alex.
in dicto conſilio 150 num.1.neque quod ſub ea
dem caſtaldaria compræhenderetur,cum illud
nomen,ut teſtes actoris deponũt, tũc non eſſet
in uſu, vel quod teſtator illo nomine in legato
uſus fuerit, quod uidebatur neceſſarium, iuxta
text.in dicta l.patronus.§.Sempronio.ibi.ſub cu
ra uillici primi, & l.prædiis. §. Titio,eo. tit.ibi,
Titio Seiana prædia do,lego,& c.iunctis his(an
appellatione Seianorum Gabiniana quoq.cõti-
nerẽtur)d.l.Caius,§.Titius,de leg.2.ibi,in his &
fundũ Seianũ,iũctis his,ſi teſtator fundũ Seianũ
uno nomine vniuerſum poſſedit.quib. in locis
uidetur neceſſarium conſtare non tãtum ut ſub
uno nomine cõtineatur,verum ẽt vt ſub eodem
nomine relinquatur.quod cum hic factum non
uideatur,uidetur fatendum non contineri in re
licto. ſed & hæc pariter ceſſat. Primo,quia per
plures & plures teſtes pro parte ipſius Illuſtriſ.
D.reæ examinatos fuit ꝓbatũ ꝙ oẽs hę ſex poſ

ſeſſiones domus Terentæ & alia bona tam Ba-
gnoli, quàm Trecentæ, pro uno corpore poſſi-
debantur & ſub cura vnius tantum Caſtaldio-
nis, qui omnia adminiſtrabat & de eis ratio-
nem reddebat, erant & appellabatur caſtaldaria
Bagnoli, ut in eorum depoſitionibus.

Et licet in legato dicto teſtator non expreſ-
ſerit, ꝙ ſub vna caſtaldaria eſſēt & ſub gubernio
vnius Caſtaldionis, hoc tñ nō facit quod ex quo
15 fuit relicta vniuerſitas † agrorum, non veniat
etiam prædium cohærens, licet ſit in alia villa,
ut per Barto. in dicta l. patronus. §. Sempronio.
columna ſecunda, poſt medium, & ad hoc ētiam
fuere in prædictis allegationibus citata plura
conſilia Bal. Ana. & Soci. iunioris, quæ videan-
tur pro reſponſione, & cum res fuerint aperte
demonſtratæ ex illis verbis *& in tutte le poſſeſ-
ſioni che ſono numero ſei*, nihil refert quod
non ſit expreſſum nomen Villici uel Caſtaldio-
nis, ex quo res eſt demonſtrata per alias demon
ſtrationes, vt fuit dictum in allegationibus &
præſertim ex Rui. in dicto conſilio 115. nume-
ro 11. & 14. quod quando ſunt appoſitæ aliæ
demonſtrationes venit res etiam exiſtens in
alio loco quam expreſſo.

Et idem eſſet dicen. reſpectu aliorum con-
ſenſuum, de quibus ſupra per me citatorum in
dictis allegationibus, & ad text. in dicto §. Titio,
16 †reſpondetur quod fuerunt legata tantummo-
do prędia Sciana, prout computata ſunt. Et licet
Gabiniana vno pretio cum eis fuerint empta
hoc tamē ſolum non ſufficere iuriſconſultus in-
quit, niſi literis & rationibus appellatione Scia-
norum Gabiniana quandoque continerentur
& vtriuſque poſſeſſionis confuſi fuerint reditus
& qui tex. optime inſeruirent huic caſui. In quo
plures præſumptiones & coniecturæ concurrūt
quia vltra quod fuit relicta vniuerſitas agrorum
fuit expreſſum quod erant ſex poſſeſſiones, fuit
probatum quod omnes ſimul & ſub nomine
vnius caſtaſtaldariæ Bagnoli poſſidebantur per
Dom. teſtatorem, gubernabantur uno & eodem
Caſtaldione, & ſimul reditus confundebantur
& de oïb. ſimul ratio reddebatur, quo caſu non
eſt dubium quod illa ſexta poſſeſſio & alia bona
Villæ Trecentæ fuerunt compræhenſa in legato
prout ſic eo iure tradita fuere dicto quon. Illu-
ſtriſſimo legatario. & ad hoc etiam facit text. in
dicta l. Caio. §. Titius. in quo tex. nulla eſt facta
mentio in legato, quod teſtator uniuerſum feu
dum diuerſis partib. locatum uno nomine poſ
ſideret, ſicut nec de hoc ſit mentio in dicto §.
Titio. unde non probatur aſſumptum quod ſit
neceſſe facere de hoc mentionem in legato, ſed
ſufficit ut dixi quod alia concurrant, quæ plura
quam in caſibus ll. & Doct. citatorum in caſu
iſto concurrunt.

Sexto additur in dubiis, quod in teſtamento
nulla eſt facta mentio caſtaldariæ, cum tamen in
aliis legatis Domi. teſtator ēo uerbo ſæpe uſus
fuerit expreſſe etiam nominādo eos fundos, de
17 quib. aliqua†uix dubitatio oriri poterat, ne ſub
eo nomine venirent, quod cum non fecerit nō
uidetur uoluiſſe, dicto §. ſin autem ad deficientis,
l. Gallus. §. quidam recte ff. de lib. & poſth. & cap.
ad audientiam, de hær. & a ſtylo auctoris licet
argui cap. Ioſeph. de uerb. ſign. immo & ſi no-
men caſtaldatię addidiſſet non ueniſſet hęc poſ
ſeſſio, de qua contenditur, quam d. teſtator non
poſſidebat ut notū eſt. Sed & hoc ēt nihil facit,
quia ſatis eſt quod D. teſtator vniuerſitatem prę
diorum legauerit, ut ſupra, & dum Domi. teſta-
tor uoluerit compræhendi in legato etiam res,
quas non poſſidebat, nec ueniebant ſub dicta ca
ſtaldaria, iure uſus fuit alia forma loquendi, nel
legando omnia & ſingula bona & poſſeſſiones
quę ſunt ſex, & c. addendo alia verba ampliſſima
& generaliſſima, ut uenirent non tantum om-
nia, quæ ipſe poſſidebat, ſed & alia quæ ad ipſum
vel eius Domi. hæredem peruenire potuiſſent,
quæ optime verificata fuerunt in hac poſſeſſio-
ne, ut alias abunde comprobatum extitit.

Septimo reſpondendo fundamento noſtro
de obſeruantia ſubſequuta, cum omnia bona ēt
exiſtentia in uilla Trecentæ fuerint per Sereniſ-
ſimum hæredem dicto Illuſtriſſimo legatario in
uim dicti legati vel particularis inſtitutionis tra
18 dita, obiicitur quod talis obſeruantia † tertium
non ligat uel ei nocet. l. ſæpe. ff. de re iudi. & tra-
dit Decian. ad rem conſilio 87. numero 22. lib.
ſecundo, & Manti. dicto tract. libro 3. tit. 1. nume
ro 24. & ſequen. ſed certe negari nō poteſt quin
obſeruātia ſubſequuta ſuſtulerit omne dubium
ſi quod ſubeſſet, ſi in primis allegationibus oſtē-
ſum eſt, nec aliter volunt Decia. uel Manti. cita-
19 ti, quinimmo concordāt, †nec faciunt diſtinctio
nem quod non noceat alijs ſucceſſoribus; qui-
nimò Manti. ibi, numero 28. & in titulo 16. libro
duodecimo, in fine loquitur quod ſit ſtandum
in caſu dubio declarationi hęredis, & idem no-
luit Pariſ. citatus, conſilio 75. numero 52. in ſe-
cūdo, ubi dicit neminem poſſe eſſe melius in for
matum filio & hęrede de voluntate patris. ſed cū
ipſe Magnificus actor ius habeat ex inueſtitura
a dicto Sereniſs. Duce Hercule, non eſt dubium
quod eius facto fuit ligatus, & quod conceſſio
tacita illius illum ligat, & omnia geſta per eum
illi nocent, cum nō poſſit dici tertius & ſi ſit ſin-
gularis ſucceſſor illius, ut declarat Crau. qui plu
res in id citat in tractatu de antiq. tempo. §. am-
pliatur nunc, numero uigeſimoſecundo, & ſe-
quen. prima par.

Octauò obijcitur, quod admiſſo quod veni-
rent bona ſita in territorio, ſeu uilla Trecentæ,
nō poteſt inferri ad rē, de qua agitur, ſiue in uim
20 dictæ obſeruātię, quę ad alium extendi† non de
bet, ut per Doct. in l. de quibus. ff. de legi. ubi. Iaſ.
numero 21. & 24. ſiue propter rationem, quod
com-

compræhenderetur in legato, ex quo continebantur ſub eadem caſtaldaria, cum non poſsideretur per dictum teſtatorem, ſiue propter obſeruantiam in reliquis bonis Trecentæ & pręcipue quæ fuerunt olim Illuſtriſsimi Marchionis contrarij, quæ obſeruantia ius facit inter hæredem & legatarium, vt per Pariſ. & Manticã, proxime citatos, ſiue tandem inſpiciatur, quod cum non ex verbis expreſsis, ſed ex coniecturis interpretamur dictum teſtatorem fundum reliquiſſe, quem poſſidebat, non uidetur poſſe ſumi coniectura alia, quæ & hunc quem non poſ-
2 t ſidebat, † uoluiſſet relinquere, argumen. l. primæ, C. de dot. promiſ. & tradit Bolognet. in conſilio ultimo, pro Triuulſi. numero 112. Sed ad hæc reſpondetur quod ſicut bona exiſtentia in villa Trecentæ per dictum teſtatorem poſſeſſa proculdubio venerunt in legatum prædictum, cum fuerint relicta ſub uniuerſitate, ut ſupra, & tot alia concurrerunt, quæ ad longum in prioribus ſcriptis deducta fuerunt non obſtante quod fuerit dictum de villa Bagnoli, ita pariter uenit ius quod habebat ipſe Dominus Teſtator in ea poſſeſsione tam reſpectu directi dominij, quàm etiam utilis, quoties rediret ad ipſum, vel ad eius hæredem ex quo hoc expreſsit in legato, & cum hæc omnia ſint ſub una determinatione poſita, debent æqualiter determinati. l. iam hoc iure. ff. de vulgari & pupilla. vnde ſicut fuit obſeruatum quod poſſeſsio quæ erat in uilla Trecentæ & domus poſſeſſa fuerit compræhenſa in legato, ita obſeruandum eſt de hac poſſeſsione quæ poſtea redijt ad dominum, & tanto magis cum ſit intermedia & proximior Baguolo. Et nihil facit quod hæc poſſeſsio quo ad utile dominium nõ poſsideretur per teſtatorem, quia cum de non poſſeſsis, ſed euẽturis & deuoluturis facta ſit mentio in legato ceſſat omne dubiũ. Vltra qđ de directo dominio non eſt ambigendum, quod poſsidebatur per Sereniſsimum Teſtatorem, ut ſupra. Et licet obſeruantia ſubſequuta in bonis, quæ fuerunt Illuſtriſsimi Marchionis Cõtrarij, non inſeruiat huic caſui, hoc tamen non officit huic ueritati, cũ ſatis ſit quod priorà illa bona Cremonæ deuoluerint ob eius mortẽ ſine filijs & in eis verificatum fuerit legatum, cui per primam deuolutionem videtur ſatisfactum. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerborum ſignificatio. Tiraquel. in repetitio. dicti §. in regula. num. 16. & ſequen. Vltra quod non conſtat dicta bona Dom. Marchionis de Contrarijs eſſe feudalia, vel emphyteutica & ſubiecta deuolutioni, & de eis non intellexit dictus teſtator ex quo pertinebant ad iuriſdictionem, cum noluerit eius Illuſtriſſimos filios habere caſtra & iuriſdictiones niſi ea & eas quas ſibi reliquit expreſſe. igitur ſatis nobis eſt quod inter Sereniſſimum hæredem & Illuſtriſsimum legatarinm fuetit per obſeruantiam declaratum, quod licèt illud legatum haberet illa uerba, quæ uidebantur reſtrictiua, in uilla Bagnoli, nihilominus fuerunt etiam compræhenſa bona ſita in territorio, ſeu uilla Trecentæ, & ſic mentio uillæ nihil officit quin venerint etiam alia ſita in alia uilla illi contigua, & cum parimodo fuerint etiam relicta bona futura & peruentura ad Sereniſsimum Teſtatorem & eius Sereniſsimum hæredem, non eſt dicendum, quod hæc ſit coniectura coniecturæ, ut in alia materia ſcribit Bologn. in dicto conſilio ultimo, ſed ſunt uerba expreſſa quæ compræhendunt hoc legatum, tam reſpectu bonorum poſſeſſorum quàm futurorum, ut ſupra.

Non obſtat etiam reſponſio, quæ datur ad fundamentum noſtrum, quod poſſeſsio hæc ſit intermedia, quod appareat teſtatorem ad eam non animaduertiſſe, ſed quod tantum eſſet in caſtaldaria, uel in uilla Bagnoli, quorum neutrũ in hoc prędio uerificari poteſt. Quia immo teſtatorem animaduertiſſe conſtat, cum uoluerit Illuſtriſſimum Legatarium habere ſex poſſeſſiones quas non potuiſſet habere, niſi haberet eam partem, quæ erat in uilla Trecentæ, reliquit vniuerſitatem agrorum, & alia concurrunt quę oſtendunt nomen uillæ expreſſum, non fuiſſe in conſideratione aliqua, ut ſupra, & alias comprobatum fuit.

Poſtremo loco non eſt bona reſponſio ad fundamentum noſtrum quod nulla extabant eo tempore bona recognita a Ducali camera, quæ poſſęnt ad eam deuoluere in villa Bagnoli & propterea neceſſario intellexerit Dom. Teſtator de his poſitis in uilla Trecentæ. Quod ſi inſpiciatur locus Trecentæ quod erat ſub feudo Illuſtriſsimi Dom. Marchionis prædicti falſum eſt ſuppoſitum, & quia ex uerbis legati nulla de feudo eſt facta mentio. Quia ad primum reſpondetur nullibi conſtare totam uillam Trecentæ fuiſſe ſub feudo, cum fuerat cõceſſa ſub titulo donationis.

Pręterea tametſi illa non uenerit in legato ex quo fuiſſet feudum iuriſdictionis, non ſequitur ergo non uenit etiam res hæc, quæ longe ante deuoluerat ad Ducalem cameram, & ſi neutra harum rerum ueniret, utique uerba legati remanerent inania & ſeruirent de uento, quod eſſe non debet, nec dicimus quod legatum faciat mentionem de feudo, cum immo Dom. Teſtator loquutus fuerit generaliter (quomodocunque et qualitercumque) et ſatis nobis eſt non conſtare hęc uerba recognitionis alicuius poſſe uerificari in dicta uilla Bagnoli. Ideo neceſſe eſt inuitis dentibus fateri quod compręhendatur alia res exiſtens in alio loco maxime contiguo. Et cum tot et tanta fundamenta fuerint conſtructa ad oſtendendum iuſtitiam huius Excellentiſſimę Dominę, quæ minime per dubia propoſita, nec ſublata, uel eliſa ſunt, ulterius non inſiſtam.

Laus Deo Opt. Max.

Barth, Bertazz.

A R-

ARGVMENTVM.

In remedio reintegrandæ quomodo probetur primum extremum, & quid ſi diſputetur de iure incorporali?
Remedium hoc quando præſcribatur & quo tempore, & contra eccleſiam & ſtante negligentia prælati.
Titulus quãdo ſit neceſſario probandus, uel ſaltem illius color adducendus.

SVMMAE.

1 *Poſſeſsionis antiquioris probatio ſufficit in remedio reintegrandæ.*
2 *Et niſi probetur illam fuiſſe clandeſtinam, uel eueniſſe iure familiaritatis ſatis dicitur probatum primum extremum.*
3 *Quaſi poſſeſsio iurium exigit actum hominis corporalem, & quomodo probetur.*
4 *Reintegrandæ remedium datur ſucceſſori prælati.*
5 *Et quid ſi ob negligentiam quis non exegit, vel lapſus eſt a poſſeſsione per decennium.*
6 *Reintegrandæ remedium an præſcribatur per decem annos?*
7 *Et contra eccleſiam non præſcribitur niſi per quadraginta.*
8 *Et non debet eſſe mala fides.*
9 *Præſcribit nullo tempore malæ fidei poſſeſſor.*
10 *Etiam quod ſtatutum diſponat quod cum mala fide præſcriptio procedat.*
11 *Et mala fides eſt ſcientia rei alienæ.*
12 *Fides mala quid ſit & probari poteſt per indicia.*
13 *Præſcribit nemo remedium reintegrandæ minore ſpatio quam triginta annorum.*
14 *Sed quid ſi per negligentiam quis non curauit recuperare poſſeſsionem per decennium.*
15 *Reintegrandæ remedium perpetuo durare defendi poteſt.*
16 *Et an competat ſpoliato ex ſua negligentia, et de qua negligentia ſit intelligendum.*
17 *Et neceſſe eſt, ut primus ingreſſus ſpoliantis ſit ſine aliqua doli ſuſpicione.*
18 *Poſſeſsionem amiſiſſe quis non dicitur negligentia quando res eſt incorporalis.*
19 *Spoliatus dicitur ille cui denegata fuit ſolutio, cum exigere vellet.*
20 *Fides mala eſt in eo qui acquirit ab eccleſia ſine ſolemnitatibus.*
21 *Præſcribere non poteſt laicus vllo tempore decimas, vel quarteſium.*
22 *Præſcriptio non currit contra eccleſiam tempore prælati negligentis & male alienantis.*
23 *Eccleſiæ non labitur quadriennium ad petendum reſtitutionem tempore prælati negligentis, vel male alienantis.*
24 *Titulus eſt neceſſario probandus in beneficialibus.*
25 *Et quando hoc probatur.*
26 *Et ſatis probatur ex præſentatione Bullæ.*
27 *Et præſumitur atque inducitur, cum conſtat de triennali pacifica poſſeſsione.*
28 *Et illius non eſt neceſſaria probatio aut productio, quando agitur de negatione annuæ reſponſionis.*
29 *Neque illius color eſt adducendus, cum agitur de ſpolio penſionis.*
30 *Et ſatis coloratus titulus quando dicatur ex confeſsione aduerſarii.*
31 *Et illa confeſsio ſatis probat colorem requiſitum ad hunc effectum.*
32 *Et eadem confeſsio etiam tacita deducitur ex articulis.*
33 *Teſtes præſumuntur conteſtes etiam ſi non ſe allegent.*
34 *Teſtes ſingulares probant frequentiam actus.*
35 *Et quando tendunt ad eundem finem coniunguntur & probant.*
36 *Et ſingulares probant tamen poſſeſsionem.*
37 *Et licet diſcordes in qualitate et tempore fructuum probant primum extremum in remedio reintegrandæ.*
38 *Reintegrandæ in iudicio adhibenda eſt fides nedum teſti vnico, ſed & ſingulari.*
39 *Et ſi primum extremum fuit ſemiplene probatum poteſt deferri iuramentum in ſupplementum.*
40 *Poſſeſsionem iuris ſufficit oſtendere, & probare per vnicum actum.*

CON-

CONSILIVM CXXIII.

Memorabor, Domine, iuſtitiæ tuæ ſolius.

CVm in rem.capit.reintegranda 3.
quæſtione prima.dicamus ſuffice
1 re probationem antiquioris†poſ
ſeſſionis,ut per Mcnoch. de recu
peran.poſſeſſione, remedio deci-
moquinto, numero 383. & per Gabriel. libro
quinto,titulo de reſtitutione ſpoliatorum. con-
cluſio.quinta,numero 56. Decian.conſilio 37.
numero 25. in tertio, Ponta.de ſpol.lib.ſecun-
do,capitulo 14.numero 80.utique arbitror hoc
optime præſtitiſſe Reuerendum hunc Domi-
num,cum iam ſit per plures teſtes probatum de
effectuali perceptione frumenti, quo caſu niſi
2 ex aduerſo probaretur perceptionem † illam
fuiſſe clandeſtinam,uel iure familiaritatis.

Primum ſatis probatum dicitur extremum,
ut per Afflic.deciſio.167.Socin.conſilio 131.nu
mero ſecundo,in ſecundo,Ponta.ibidem,nume
ro 82.& hoc tutum eſt,ex quo verſamur in qua-
ſi poſſeſſione iurium, quæ exigit præſentiam, &
etiam factum hominis,vel actum corporalem,in
3 quo † illud ius repræſentatur,ut Bald.tradit in l.
ſecunda, numero decimo,& duodecimo,C.de
ſernitu.& aqua. id quod etiam probatur ex do-
* ctrina Barto.ab alijs communiter*recepta, in l.
quod meo,in princip.numero ſexto,& ſequen.
ubi Alcia. poſt alios, numero decimo, ff.de ac-
quirenda poſſeſſione, Rip.in capit.cum eccleſia,
numero 61.de cau.poſſeſ.& proprier. Tiraquel.
de conſtitut. ſecunda par.32.ampliatione, nu-
mero 3. & ſequ. cum itaque ex teſtibus conſtet
aduerſarios ſoluiſſe, ergo eſt probata poſſeſsio.

Neq; obſtat quod dubitando adfertur a Cla-
riſsimo Domino Iudice, quod non conſtet de
poſſeſſione huius Reuerendi agentis, qui num-
quam hanc penſionem,vel ſolutionem frumen-
ti exegit, quia ſatis eſt probaſſe prædeceſſores
4 ſuos eam exegiſſe,cum ſucceſſori prælati† reme-
dium hoc detur, Innocen.in capitu.in literis.de
reſtitutio.ſpoliator. Abb.in capit.cum ſuper.co
lum.fi.de cau.poſſeſ.& propr.Rot.deciſione pri-
ma. de reſtitutio.ſpoliator.in nouis, Hieronym.
Gygas poſt Guid.Pap.tracta.de penſio.quæſtio.
47.numero decimo,& Pontan.in tracta.de ſpol.
lib.ſecundo,capit.15.numero 138.ſecundo du-
5 bitatur.de præſcriptione ex decennio,†& de la-
pſu a poſſeſsione ex negligentia in non exigen-
do, ex Rot. Soci. & Rolan. de quibus per Me-
noch. dicto remedio decimoquinto, numero
100. quæſtio. 14.

Nam quod attinet ad decennium, licet fue-
rit opinio aliquorum, ut Balb. in tracta. præ-
ſcriptio.quarta par.4.par.quæſtio. uigeſimater-
tia, in fine, quod per illud tempus præſcribatur
6 †hoc remedium in caſu,de quo ibi per eum:atta
men contra eccleſiam quod niſi per quadragin-
7 ta annos † præſcribatur,ſcripſit idem Balb.ibid.
numero quinto Abb.in capit.ſollicite,num.14.
de reſtitutio.ſpoliator.Pont.lib.3.de ſpol.cap.ſe
cundo. num.85.

Secundo etiam in priuato non eſt dubitan-
dum huic præſcriptioni neceſſariam fuiſſe bo-
8 nam fidem,†& mala concurrente neque trigin-
ta, aut quadraginta annorum præſcriptionem
non obſtare uoluit Rolan.conſilio ſexto,nume
ro 41.in tertio,& Ponta.ibidem,numero 87. &
eſt regulare quod malæ fidei poſſeſſor nullo tem
9 pore†præſcribit.text.eſt in capit.fin. de præſcri-
ptio.& in capit.poſſeſſor,de regul.iuris,in ſexto,
** eſt crebrior** omnium opinio in utroque foro
ſeruanda,ut dicit Bero.quæſtio. ſua famil. quin-
ta,numero ſecundo,& conſilio 77. numero ſex-
to,in tertio, quæ locum habet etiam ſi ſtatutum
10 diſponat etiam cum † mala fide procedat præ-
ſcriptio,Burſat.late conſilio 66.numero octauo,
Alexand. conſilio 185. numero 27. in ſecundo,
Ferret. conſilio 179. numero decimotertio, in
in primo. at nos arbitramur haud dubie reos
iſtos fuiſſe in mala fide,cum prius ſoluiſſent cor-
bes illas frumenti, & poſtea recuſauerint & ſic
occupauerint ius illud eccleſiæ,& mala fides eſt
11 †ſcientia rei alienæ.capit.ſi uirgo 34. quæſtio.ſe
cunda,Abbas conſilio tertio,Nitar.quæſtio. 14.
in ſecundo,Aemil.conſilio 123.numero 32. Ce
phal.conſilio 161.numero 31.Menoch.de arbi.
iudic.caſ.225. lib.ſecundo,centur.tertia,nume-
ro octauo, Benintend.deciſio.9.numero ſepti-
mo, & talis ſcientia rei alienæ,& mala fides pro
12 bari poteſt per†indicia, Alexand.conſil.187.nu-
mero octauo,in ſecundo. Burſa.conſ.66.nu.10.

Tertio,etiam in priuato quod requiratur præ
13 ſcriptio non † minoris temporis quam triginta
annorum,tenent omnes Doctores antiqui poſt
gloſ,fin.in cap.ſollicite,ubi Butr. Imola & Abb.
ad finem,de reſtitutio.ſpoliator.Alexand.conſi-
lio ſexto,colum.quinta.in tertio,42. colum.fin.
in quinto,Socin.in l.rem quæ nobis, 7.quæſtio.
numero 18.& ibi Claud.numero ſeptimo, ff.de
acquiren.poſſeſſio.Ioan.de Ami.conſilio 61.nu
mero 18.Dec.conſilio 57.ad finem, 252.nume-
ro tertio,302.numero 24. Rui.idem tenuit tam
legendo quam conſulendo, ut in l.de pupillo.§.
meminiſſe, colum. fin. ff.de oper.no.nunciatio.
in conſilio 44.numero 16.45.ſecundo dub. co-
lum.6.47.numero 7.in quarto,& conſil.103.nu
mero 7.in quinto,Socin.etiam idem tenuit con
ſulendo,ut in conſilio 39.nu.10.in tertio, Pariſ.
conſilio primo, nume.154. & ſequen. in primo,
Bellon.conſilio 36.numero ſecundo,Bero.quæ-
ſtio.82.numero 4.Crauet.conſilio 124.numero
* 14.Plot.qui dicit etiam communem*in l.ſi quan
do.numero 71.C.unde ui.Grat.reſponſo 70.nu-
mero

mero 18.ſecundo uolum. Alcia. conſil. 30.nume
ro 24.lib. 6.Benintend.concluſ. 10.numero ter-
tio,& 33.pag.ult.& hanc eſſe communem fate-
tur Balb.in dicta quæſtio.23.& Rolan.conſi.72.
numero 19. in ſecundo. quibus etiam additur
Bapt.a Villalob.in communi opinio.in uer.præ-
ſcribitur,numero 238.Et licet Socin.in dicta l.
rem quæ nobis,numero 8. & conſilio 266.col.
8.in ſecundo, voluerit ob negligentiam non cu-
rantis recuperare poſſeſſionem infra decẽnium
excludi ab hoc remedio, tamen præter ea quæ
14 † infra dicẽtur, eius opinio reijcitur,vt per Grat.
dicto reſponſo & Ruin. in conſil.36.numero 8.
qui conſuluit pro Sereniſsimo Duce noſtro &
interim ſpoliatus nõ dicitur negligens, ut etiam
per Menoch. & reliquos ſupra adductos dicto
remedio,numero 408.& per Plot.nu.71.

15 Poſtremo poſſem etiam defendere hoc † re-
medium perpetuo, & ſine tẽporis præfinitione
durare,Caſſador.in tit.de reſtitutio.ſpoliato.de-
ciſione 6. Gabriel.d.concluſio.5.numero 54.&
Viu. prima par. opinio. 271. opinione, & ita(ue
verbis utar Ponta.in dicto loco nume.90.) hanc
præſcriptionis diſputationem prorſus diremit
deciſio Dominorum de Rota in cauſa Parmen.
ſub die 29.April.1541.ut refert Put.deciſ.27.de
reſtitutio.ſpoliat.& de præſcript.deciſ.8. & de-
ciſ.108. lib.ſecundo.

Ad illud quod dicebatur de negligentia ſpo-
liari omittendo Socin. reprobari, ut ſupra, re-
ſponderi poteſt.

Primo, quod illius concluſio non eſt genera-
16 liter intelligenda in qualibet negligentia, † ſed
in eiſdem terminis in quibus loquitur canon ca
pitu.reintegranda,deductis per Pariſ.conſil.pri-
mo, numero 171.in primo,& not.Ponta.allega
tus,numero 45.

Secundo,tũc ſuamet negligentia actor a pro-
prio iure delapſus eſſe intelligeretur,ſi initio poſ
ſeſſionis interruptæ reus bona fide non caruit,
nam ſi aliter ut ſupponimus in caſu noſtro eue-
niſſe nullo tempore poſſet de iure canonico præ
ſcribere.cap.fin.de præſcript.cum ex eo tempo
re non deleatur uitioſum initium. iſta ergo opi-
17 nio ſuſcipiatur ſi primus † ingreſſus uacuę poſſeſ
ſionis fuerit ſine aliqua doli ſuſpicione,ſecundũ
Ioan.de Imo.in d.cap.fin.relatum per Rip. in ca
pit.ſæpe.num.67.de reſtitutio.ſpoliator.& Pon
ta.eod.num.87.

Tertio nec hic Reuerendus potuit dici negli
18 gentia † amiſiſſe poſſeſſionem, quia hic non agi-
tur de poſſeſsione rei corporalis,ſed de iure ſo-
lutionis,quo caſu non petendo nõ tamen amitti
tur poſſeſſio,ſed ſi non exigat põt tñ quocunq;
19 tempore † exigere,& tunc dicitur ſpoliari cum
denegatur ſolutio, ut p Bal.in l.male agitur,nu.
8.ubi Ang.& cæteri.C.de pręſcrip.30.vel 40.an
no.& hoc eſt clariſſimum.

Quarto, quicquid ſit in priuato, in eccleſia
alia militant, nam primo acquirens ab eccleſia
20 ſine ſolemnitatibus neceſſarijs cenſetur eſſe † in
mala fide,Abb.in cap.ſi diligenti,de reſcript. Re
doa.in tract.de reb.eccleſ.non alien.quæſtio.17.
de meliora.in rebus eccleſ.fact.§.vnum.num. 3.
ſol.415. & in §.mala fides,in principio,& nume
ro 4.fol.417.& poſſeſſor malę fidei nullo tempo
re præſcribit,d.cap.fin.de præſcriptio.Secundo
cum agatur de iure, vel decimæ,vel quarteſii,cu-
21 ius eſt incapax laicus, nec aliquo tempore † po-
teſt illas præſcribere, cap.cauſam quæ,& ibi Fe-
lyn.& Pariſ.poſt alios, de reſcript.Balb.in d.trac.
prima par. quintæ par.princ.7.quæſtio.numero
14.& ſequen. & plures tenentes hanc ſententiã
** citat Vaſq.qui fatetur magis communem,**ca-
pit.89. Illuſtrium Controuer.num.6. & ſequen.
Bero.conſilio 21.num.18.in primo.quam etiam
tenet gloſ.in pragma.ſanctio.de pacifi.poſſeſſio.
in ver.inquirunt,fol.181. prima colum.Rot. de-
ciſio.ſecunda, de iudi. in nouis, & alij quos ci-
tat Redoa.quęſtio.8. titulo de decima. infeuda.
§.ſed quid ſi non apparet,fere per totum. Vlti-
22 mo neque currit præſcriptio † contra eccleſiam
tempore prælati negligẽtis, vel male alienantis.
Guid.Pap. quæſt.150. tertia concluſio.ſicut non
23 labitur quadriennium † ad petendum reſtitutio
nem,Felin.in capitu.primo, numero decimo,de
præſcriptio. & etiam adhuc tempore moti iudi-
cij non erant lapſi quadraginta anni, & tamen
non præſcribitur contra eccleſiam minori tẽpo
re,c.de quarta.de præſcriptio.multa alia tacitus
prætereo quibus poſſem probare hanc rem,
cum in clariſſimis verſemur, & ad aliud me
confero.

Proponitur rurſus hunc Reuerendum non
24 poſſe obtinere,cum non probauerit titulum † in
Beneficialibus neceſſario probandum,Soc.in d.
l.rem quæ nobis,nu.17. Menoch.d.remed.15.q.
31.nu.407.& q.36.

Omittendo multa quæ refert Menoch. dictæ
25 quæſtio.36.ubi examinat hunc articulum,† cui
addo Gabr.lib.5.tit.de reſtitutio.ſpoliat. prima
concluſ.limit.121.& ſequen.& Ferret.conſ.362.
num.89. qui multa adducunt caſui noſtro opti-
me conſentanea.

Primo reſpondeo, quod ſatis titulus eſt pro-
26 batus ex pſentatione † bullę,ut uideo in pceſſu.

Secundo,cum conſtet de triennali poſſeſſio-
ne pacifica beneficij,certum eſt titulum præſum
27 ptum † rtum & inductum fuiſſe.c.illud.ubi om
nes,de præſumptio. Caſſad.deciſio.ſecunda, de
cau.poſſeſ.& propriet.Gomez in reg.de trienna
li poſſeſſ.quæſt.24.num.3. & per Menoch.& Ga
briel.ſupra adductos.

Tertio, cum ſimus in perceptione annuæ re-
ſponſionis,& recuſetur ſolutio,utique in petitio
28 ne hac † non eſt, neceſſaria aliqua tituli proba-
* tio aut deductio, ut eſt communis opinio * in
cap.bonæ.ſecundum Card.ibi,nume.17. de po-
ſtu.

ſtu.prælat. Abb.in cap.querelam,num.8. 3.not.
de elect.Dec.conſil.136.num.1. Ponta de ſpol.
lib.2.num.85.

Quarto, cum ſolus color tituli in beneficiali-
bus ſufficiat in hoc remedio, ut per omnes ſupra
adductos, tamen cum agitur de ſpolio penſionis
29 neque color eſt † adducendus, Caſſado.de reſcr.
deciſ.11.nu.8.Guid.Pap.deciſ.629.col.6.& Pon
ta.eod.lib.num.138.

Poſtremo relinquendo multa, quibus opti-
me poſſum colorare titulum huius Reuerendi
Domini, nullus reſtat dubitationi locus, quia
pars fatetur hunc eſſe Rectorem ſancti Apolli-
naris, & ubique in proceſſu hoc fatetur & admit
tit. itaque ſatis ex confeſſione partis etiam obi-
ter facta per ſpoliantē dicitur coloratus titulus
30 in cuius odium † ſpecialiter recipitur, ut per
Anton.de Butr.in capit.litteris, columna ſexta,
de reſtitutione ſpoliatorum, & ibi Abb.nume-
ro 25.Felyn.in capit.olim.numero 21. de reſcri
ptis, Caſſado.in regu. deciſio.prima, numero 5.
& de reſtitutione ſpoliatorum, deciſio. 8. nu-
mero ſexto. illa enim confeſsio ſatis probabit
31 colorem requiſitum † ad hunc effectum recupe
ratiuum, vt per Franciſ. in capitulo primo, co-
lum.penultima, de eo qui mitt.in poſſeſ. Imo.in
clement.prima, colum. 15. de cau.poſſeſ. & ean-
32 dem confeſſionem etiam tacite † deduci ex arti-
culis firmat Franc.in d.capit. 1.colum.penult.&
etiam ex uerbis enunciatiuis ſpoliantis, ut per
Ponta.ibid.nu.148.

Nunc deſcendo ad reliquas dubitationes bre
uius abſoluendas, quod dicitur de teſtibus ſin-
gularibus non officit, quia ut uidi, plerique non
ſunt ſine conteſtibus, & deponunt de diuerſis
actibus, vel eodem diuerſis modis, ideo præſu-
33 muntur conteſtes etiam ſi non ſe † allegent Cra
uet.conſilio 78.numero nono, & 151. numero
decimoquinto, Rolan. conſilio 26. numero 39.
in tertio.Gabriel.libro primo, titulo de teſtibus
concluſio.2.nu.5.

Præterea probant ſingulares frequentiam
34 † actus ut dicit Curt. in tracta. de conſuetudine
in quinta dubitatione, numero 621.Guid.Pap.
conſilio 171. numero quarto, & quando ten-
dunt omnes ad eundem finem, proculdubio cō
35 iunguntur † & probant, ut per Crau.in conſilio
267. per totum, & in tracta.de antiquit.tempo.
4.par.§.ſed enim, num.9. Soc.iun.conſil.90.nu-
mero 13.& 99.num.25.in ſecundo, Sylua.conſi
lio 36.num.11.

Secundo, ſingulares teſtes probant tamen
36 poſſeſſionem, † ut tenet Seueri.in l.admonendi,
columna 38.& 39. ff.de iureiuran.Boer.deciſio.
240.numero ſexto, columna tertia, Hier.Mont.
in tracta.de fini.capit.52.in princip. Alb.conſil.
25.numero 3.

Sed tertio prorſus omnis tollitur difficultas,
cum dicimus in hoc remedio primum extremū
probari per teſtes ſingulares & inuicem diſcor-
37 des in qualitate & tempore fructuum † perce-
ptorum, gloſ.eſt in l.ob carmen. ff.de teſtib. ubi
Alexand. poſt Bartol. Corn.conſilio 247.litte-
ra L.in ſecundo, immo unico teſti adhibendam
38 eſſe fidem † in hoc iudicio ſcripſerunt Iaſ.in l. ſi
quando, in tertio not.C.unde ui, & in l.admo-
nendi, ſecunda lectu. numero 187. ff.de iureiu-
ran. Dec.in cap.cum cauſam.nume.4. de proba
tio.Mattheſil.ſing.2. freti omnes doct.Bar.in l.
1.C.quo.bono.

* Et omni caſu recepta eſt ſententia* omnium
quod ſi primum extremum fuit per unum te-
ſtem ſemiplene probatum deferri poterit iu-
39 ramentum † ſuppletiuum, ex l.prima, C.ſi de mo
ment. poſſeſſio. Bartol. in l. admonendi. nu-
mero 55.& Iaſ.in prima lectu.numero 101. in ſe
cunda, numero 278. dicens in eo neminem con
tradicere, Socin.in dicta l.rem quæ nobis, quæ-
ſtione ſeptima, uer.notabis, Gemi.conſilio 247.
columna finali, Aucharan.conſilio 248.colum-
na tertia, Alexan.conſilio 91.numero ſecundo,
lib.5.& conſil.103.num.8.in 7.Dec.conſil.252.
num. ſecundo.

Ad ultimum de unico actu ſit primum re-
ſponſum, quod immo teſtes probant de plurib.
& iteratis, ſi recte illos perſpexi.

At ſecundo, quicquid ſit cum ſimus in poſſeſ
40 ſione iuris & illius probatione ſufficit illā † oſten
dere per unicum actum, Bartol.in l.prima, §.hoc
interdicto, ſecundo notab.ff.de itine.actuque pri
ua.Abb.in capitu. cum eccleſia, numero 72. de
cau.poſſeſ. & proprieta.ubi Rip. numero 53. in
cap.bonæ, il ſecondo, numero decimonono, de
poſtu. prælato. in conſilio fin. columna prima,
uer.ſecundo.libro primo, Roman.conſilio 311.
ad finem, ubi de unica ſolutione, idque a canoni
* ſtis communiter* recipi dicit Balb.de præſcrip.
prima par.quintæ part.quæſtio.8.numero unde
cimo. Verum iam peti me pudet in re clariſſi-
ma uirum excellētiſſimum tam diu farigaſſe, ſed
illud nobis curæ fuit, ut omnes prorſus erue-
remus difficultates ac obices. Laus Deo Opti-
mo Maximo.

Claud.Bertaz.I.C.

ARGVMENTVM.

Ciues, qui per decennium non habita-
runt, an admittantur ad portionem
bonorum diuidendorum inter ſubdi-
tos illius communitatis.

Et quid ſtante quadam conceſsione prin
cipis, & conſuetudine & obſeruantia
multorum annorum.

Reſtitutio quando ſit concedenda uni-
uer-

uerſitati aduerſus rem iudicatam propterin ſtrumenta de nouo reperta.

SVMMAE.

1 *Principis conceſsionis vbi eſt caſus, nihil aliud eſt quærendum.*

2 *Conceſsio dicitur facta ex certa ſcientia quando eſt inſertus tenor capituli, vel alterius conceſsionis.*

3 *Et ſi mandatum ſit illam ſeruari in omnibus & per omnia.*

4 *Clauſula, in omnibus & per omnia, operatur effectum indiuiduæ expreſsionis.*

5 *Et quod fiat ſine vlla diminutione, & omni reſpectu.*

6 *Princeps cum mandat quid obſeruandum, nō vltrà eſt de eo diſputandum.*

7 *Ciues deſerentes ſuam patriam amittunt illius priuilegia, & immunitates.*

8 *Actum quid ſit inter partes, ipſa obſeruantia declarat.*

9 *Interpres fida priuilegii eſt ipſa obſeruantia.*

10 *Conſiliarii non debent manum apponere ad id quod ad principem ſpectat.*

11 *Princeps præſumitur circunuentus committendo reuiſionem, per quam reuocatur illius conceſsio.*

12 *Princeps, vt iuſtitiæ plenus, præſumitur uelle quod iuris eſt.*

13 *Verbum principis debet eſſe firmiſsimum.*

14 *Principis varietas & inconſtantia eſt turpiſsima.*

15 *Reſtitutio in integrum non poteſt peti, nec vlla læſio allegari ſi interueniat authoritas principis.*

16 *Prohibentur multa fieri quæ facta tenent.*

17 *Reſtitutio conceditur aduerſus ſententiam latam propter inſtrumenta de nouo reperta.*

18 *Quod auxilium conceditur vniuerſitati ſicut pupillis.*

19 *Etiam quod ſit vniuerſitas villarum, vel caſtrorum.*

20 *Et hoc caſu conceditur reſtitutio aduerſus ſententiam.*

21 *Læſio petentis reſtitutionem in integrum dicitur conſtare, quando inſtrumenta non fuerunt reperta aut producta.*

22 *Negatiua probatur ex libris & quomodo.*

23 *Sententia non ſolum excludit deſcendentes ab eis, contra quos eſt lata, ſed etiam utentes eiſdem rationibus & iuribus.*

24 *Conſuetudinis ad probationem non eſt neceſſarium quod ſit iudicatum pro ea.*

25 *Sententia tamen lata ſecundum conſuetudinem, illam magis confirmat & validam reddit.*

26 *Conſuetudo confirmatur ex obſeruatione locorum vicinorum.*

27 *Et ſi eſt interpretatiua admittitur ad declarandum verba dubia diſpoſitionis alterius prouinciæ.*

28 *Et etiam contra eccleſiam inducitur ex vſu 40. annorum.*

29 *Conſuetudo habet uim ut alios ad ſucceſsionem admittat, alios excludat: nam &*

30 *Conſuetudo unius familiæ uel agnationis in ſucceſsione eſt attendenda.*

31 *Conſuetudo unius populi & vnius vniuerſitatis maxime eſt attendenda.*

32 *Conſuetudo interpretatiua facilius inducitur.*

33 *Nec etiam exigitur quod ſit præſcripta.*

34 *Interpretatio nulla eſt maior & potentior ipſa conſuetudine.*

35 *Priuilegii vim habet, & priuilegio æquiparatur ipſa conſuetudo.*

36 *Lex vel ſtatutum eſt ipſa conſuetudo, & habet vim iuſtitiæ.*

CONSILIVM CXXIIII.

In Domino confido.

QVia multa, ut uidi, ſcripta fuere ad fauorem Magnificæ Communitatis Centi ad oſtendendum illam omnino eſſe abſoluēdam tam ab impetitionib. eorum, qui prætendunt fuiſſe admittendos ad participationem bonorum diuiſorum Caſumarij & Malaffictus territorij Centi, licet per decennium ante dictas diuiſiones non habitauerint in dicta terra Centi, vel eius Guardia, quam aliorum, qui licet habitauerint, non ſunt tamen ex deſcendentibus eorum, qui in alijs diuiſionibus fuerunt ſoliti participare de huiuſmodi bonis, quorum utrumque eſt neceſſarium, iuxta diſpoſitionem capituli primi, impetrati conceſſi & confirmati a Sereniſ-

ſimo Principe noſtro de anno 1562. propte-
rea breuis ero tangendo tantum aliqua, quæ
arbitror decidere punctum huius quæſtionis.
Non uideo itaque quomodo iſti aduerſarii poſ-
ſint admitti ad petita per eos, contra caſum ex-
preſſum legis Principis diſponentis dictum capi
tulum in omnibus & per omnia eſſe obſeruan-
dum, ſicut enim non eſt dubitandum ubi eſt ca-
1 ſus legis. l. ancillæ. C. de furt. ita ubi eſt † caſus
franchiſiæ uel conceſſionis Principis, Crau. con
ſil. 4. num. 21. Et licet poſſet forte dubitari, an di
ctę communitati licuerit facere illam ordinatio
nem de qua in dicto capitulo, & ſcio aliquos in
ſimili caſu contrarium reſpondiſſe, omnis tamen
2 ſcrupulus ceſſat, quando confirmatio eſt facta a
Principe, ex certa ſcientia, prout hoc caſu facta
cenſetur, quando eſt inſertus tenor capituli, uel
alterius diſpoſitionis. Abb. in c. examinata, ad fi.
& in c. pen. in 1. not. num. 2. de confirmat. uti. uel
inuti. Feli. in c. cum inter, num. 2. de excep. Dec.
in c. 1. num. 6. eo. tit. de confirma. uti. uel inuti. Pa
riſ. conſil. 3. num. 48. 4. uolum. Cepbal. conſilio
170. num. 50. Ant. Gabr. lib. 6. ſuarum concluſio
num, tit. de clauſul. concluſ. 1. nu. 55. & late Rol.
a Val. conſil. 109. num. 53. & ſeq. 4. uolum. Vbi di
cit talem cõfirmationem, ius de nouo tribuere.
quod tanto clarius procedit ſtante clauſula, qua
3 mandat capitulum † obſeruari in omnibus & per
omnia; id enim ex certa ſcientia factum a Princi
pe cenſetur, Archid. in c. licet, ante med. 8. q. 1. Fe
4 li. in d. c. cũ inter, nu. 4. col. 2. uer. idem ſentit † &
clauſula illa, in omnibus & per omnia, operatur
effectum indiuiduæ expreſſionis & approbatio-
nis, Pariſ. conſil. 71. num. 7. & 103. num. 11. & 12. in
prin. & 26. nu. 42. in 2. uol. Rol. a Val. conſil. 67.
nu. 41. cum ſeq. 3. uol. & Borgni. Caualca. in trac.
de uſufruc. uxo. relic. nu. 54. & ꝙ fiat ſine ulla di
5 minutione † & omni reſpectu, Soci. iun. conſ. 124.
6 nu. 8. 1. uol. Et cum Princeps † mandat quid ob-
ſeruandum, non eſt ultra de eo diſputãdum, Bal.
conſ. 438. proponitur, in fi. 3. uol. Soc. iun. in con
ſil. 95. num. 62. in 3.

Quæ confirmatio & conceſſio Principis tãto
iuſtior fuit & uenit obſeruãda, cum fuerit funda
ta in alia prouiſione ſimili facta per communita-
tem ipſam, non tantum in conſilio ipſius terræ,
ſed in arrengo generali de anno 1501. & conceſ
ſione facta per Reuerendiſs. Epiſcopum Bono.
Card. S. Petri in uincula tunc dominum ipſius
caſtri in proceſſu productis, fundatis etiam in iu
ſtiſſima cauſa, cum non habitantes in patria ſua
ſed eam deſerentes amittere debeant priuilegia
7 ſuę patrię † ciuitatis uel municipij, Bal. in auth. ut
omnino, col. pe. nu. 13. C. ne uxor pro mari. Afli.
ex Bal. deciſ. 384 nu. 13. Ceph. conſ. 13. nu. 46. &
conſ. 114. num. 44. & ſeq. Rol. conſi. 79. nu. 31. &
ſeq. 3. uol. & Burſ. conſ. 36. num. 10.

Et idem eſt dicendum ſtante longa obſeruan
tia, quod reſpectu Malaffictus, non admittan-
tur ad participationem niſi deſcendentes ab il-
lis primis emptoribus & reſpectu utriuſque præ
dii non admittantur niſi habitantes per decen-
nium. Præterea reſpectu quorundam, qui ex gra
tia communitatis cum onere ſoluendi nonnul-
las pecunias ad certam particulam fuerunt ali-
8 quando admiſſi: † obſeruantia enim ſubſequuta
quid actum ſit inter partes declarat Bal. conſil.
400. ſuper primo. nu. 5. in 4. & 402. quæritur, in
fi. in 5. uol. Brun. conſ. 34. num. 10. 11. Crau. conſ.
65. nu. 11. 158. nu. 1. & 277. nu. 2. Aleia. conſ. 149.
nu. 3. li. 5. & Nat. conſ. 406. num. 28. & operatur
homo legationem etiam ſententiæ nullæ, Alcia.
in trac. præſump. regula 2. præſumpt. 13. nu. 2. &
9 longa obſeruantia eſt fida interpres † priuilegij
Dec. conſ. 156. col. ulti. Syluan. conſil. 66. nu. 20.
& Menoch. conſ. 75. nu. 56. Quinimmo obſeruã
tia eſt tantę efficaciæ ut tollat etiam uires inſtru
mẽti quod ſtaret in cõtrariũ. ut per Brun. in cõſ.
95. nu. 5. & ſeq. quãto magis igitur ſi cõcurrit ob
ſeruantia cũ conceſſione uel priuilegio cõceſſo.

Quibus ſi addatur quod ſecundum hanc par-
tem etiam ita fuit iudicatum de anno 1539. per
tunc commiſſarium Centi, ut in ſententia pro-
ducta, & ut audio, etiam per Magn. Conſilium
Iuſtitiæ, tanto clarius ceſſat omnis ſcrupulus per
trad. per Doc. in l. de quibus. ff. de legi. de conſue
tudine, pro qua fuit iudicatum.

Cum itaq; fundata ſit intentio dictæ cõitatis
in conceſſione Sereniſs. noſtri Principis non ex
abrupto facta, ſed mature & re bene intellecta
fundata in tot aliis rationibus, non eſt modo ali
quo ſuſpicandum ꝙ Illuſt. eius Conſilium uellet
10 ponere † manum ad id quod ad Principem ip-
ſum confirmantem ſolum pertinet. Boſſ. in ti. de
princ. num. 355. & Rol. d. conſ. 100. nu. 52. Et tan
to minus, ex quo huiuſmodi cauſæ eius Illuſtrib.
conſiliariis ſunt comiſſæ, ut iuſtitiam faciant par
tibus, quę iuſtitia non admittit reuocationem
conceſſionis, cum imò ſi Princeps remiſſionem
11 comitteret, † per quam reuocaretur conceſſio fa
cta, pręſumeretur circunuentus, Bald. conſilio
337. pridie. 2. colum. primo uolum. Dec. in l. ne
mo poteſt mutare, numero tertio, ff. de regu. iur.
et in conſilio 689. numero 16. Curt. iunior con
ſilio 142. numero ſeptimo, et Ioan. Iac. Leonar.
inter conſilia feudalia Brun. conſilio 117. nume
12 ro 93. Cum enim Princeps ſit iuſtitię † plenus
pręſumitur uelle quod iuris eſt Alcia. pręſum-
ptio. 11. reg. 3. in prin. Crau. conſil. 5. nume. 2. et
172. numero 1.

Nec eſt unquam credendum quod Ser. Prin-
ceps noſter hanc ſuam tam iuſtam & ęquã cõceſ
ſionẽ uellit reuocare, ex quo uerbũ Principis dẽt
eſſe firmiſſimũ. Inno. in c. ad apoſtolicę, nu. 4. de
ſenten. & re iud. lib. 6. Iaſ. conſ. 1. nu. 1. 2. colum.
in 1. uol. & Bartho. Chaſſe. conſ. 64. num. 24. Et
dicit Bal. in c. capitulum ſanctæ Crucis. nume-
ro 7. in fi. de reſcrip. quod in lingua Principis ex

tat gratia, in ſcriptura teſtimonium, in execu-
tione commoditas, & ſequitur Andræas ab
Exea in lib.de pact.num.455. Et dicit notabili
ter Bal.quem plures ex recentioribus reſerunt
& ſequitur in dicto conſil. 327.numero 3.& 4.

Quod id quod concedit Princeps reuocare
non debet,& quod propterea Cęleſtinus Ponti
fex reputabatur animal irrationale, quia de ma
ne concedebat gratiam, & de ſero auferebat,
ſubditque quod uarietas & uacillario eſt legib.
inimica & doli mali materia. Vnde maxime con
uenit Principibus illud uerbum(ſemel loquutus
eſt Deus) & (quod ſcripſi,ſcripſi) & quod Prin-
ceps debet habere unum calamum & unam lin
guam,& non plures,quia ſcriptam eſt(quæ pro
ceſſerunt de labijs meis non faciam irrita) ideo
14 debet eſſe immobilis ſicut lapis† angularis & ſi-
cut polus in cœlo.hanc pulcherrimam,auream,
& not. doctrinam Bal. ſequuntur, ut dixi,quàm
plures ex recentiotibus,licet aliqui illud conſi-
lium citent ſub alio nomine propter diuerſitatē
impreſſionum,vt Dec.conſil. 292.nu.9.578.nu.
19.& 689.num.19.& in d.l.nemo poteſt muta-
re.num.3.ubi Cagnol.in ſi.Marſ.ſing.166. Curt.
iun.d.conſil.142.num.8.& 170. ad finem,Ioan.
Iac.Leonar.d.conſil.117.num.92. & ſeq. Andr.
ab Exea,qui plura alia ad propoſitum ſcribit, d.
num.455.& Boſſ.d.tit.de princip. num.9.19. &
ſequ. & de uariatione euitanda late plura trad.
Luc.de Pēna in l.prędia.C.de locatio.prædio.ci
uil.in 18.arg.partis negatiuę,lib.11.

Et cum iſti excluſi fuerint ob nō habitationē
eorū ſacto proprio, qui nullam huius conceſſio-
nis & capituli iuſtam ignorantiā habere,vel præ
tendere potuerunt,cū in albo & pro roſtris (qđ
aiunt)in d.Terra Centi & ad eccleſias dictarū vil
larū Caſumarij & Malaffictus fuerit facta publi-
catio huiuſmodi conceſſionis,& moniti oēs fue
rint ne alio habitatū accederent,vt in atteſtatio
nib.& rogitu productis apparet,& cum ipſi fue-
rint in culpa recedēdo ſeu, ſi erant abſentes,nō
redeundo habitatū,damnum hoc ſibi & nō alijs
debēt imputare.c.damnū. ff.de reg.iu.in 6.l.qđ
quis ex culpa.ff.eo.tit.Licet qñ interuenit aucto
ritas Principis,illa operetur,ut nulla lęſio allega
ri poſſit,nec ēt reſtit.in integ.peti, Crau.conſ.5.
15 nu.2.ubi alios citat,ſed nec ēt pōt probari† con
trarium,Cur.iu.conſ.170.nu.4.& Guliel.de Per.
in trac.de princip.nu.18.Et cum iam ſint factę di
uiſiones inter comprahenſos legitimę tanto mi
nus tractādū eſt de horū admiſſione, q̄a turpius
16 eijcitur q̄ non admittitur hoſpes,† & multa fieri
prohibentur quæ facta tenent.l.1. §.biduū. ff.qñ
appel.ſit.Et cū uerſemur(ut dixi)in re clariſſima,
& quæ ex clara lege principis deciditur, ne in rē
claram ſcrupulum reijcere videar, vlterius non
inſiſtam.

Verum adducta tam per me quàm per alios
Magn.ſcribentes pro ipſa Magn.cōitate non fue
re uiſa inualida, ꝙ poſſent illam defendere ab
impetitione actorum,et pronuntiatum fuit con
tra eam per Illuſtr. Conſil.ad fauorem actorū ip-
ſorum, poſt quam ſnīam ſupplicauit ipſa Magn.
cōitas Sereniſs.Principi noſtro et obtinuit com
miſſionem cauſæ reſtitutionis in integrū aduer-
ſus ſnīam ipſam ob iura non deducta et de no-
uo reperta. Et ſic cōmiſſa cauſa produxit multa
iura,& multas fecit probationes,ex quib. (iudi-
cio meo)ultra primo loco ante ſnīam adducta, q̄
(niſi fallor)non ſunt ſpernenda,omnino debet ob
tinere ipſius ſententiæ reuocationem.

Namque primo dubium non eſt ꝙ dicta reſti.
17 in integ.erat eidem concedenda aduerſus dictā
ſnīam contra eam latam p̄ p̄ inſtr̄a & iura de no
uo reperta.l.imperatores.ubi oēs. ff.de iudic. &
trad.ſcribentes in l.ſub ſpecie. C.eod.tit.& in l.
vnica. C.de ſenten.aduer.fiſcum latis retractan.
18 lib.10.Nam competit ei tale† auxiliū ſicut datur
pupillis.l.res publica. C.de iure rei publi.lib.11.
& l.res publica.C.ex quib.cau.maio.quod Doc.
illic intelligunt procedere etiam in uniuerſitati
19 bus caſtrorū† & villarum.quorum opin.eſt cōis,
vt per Laut.Kircho.in ſuis commu.opin.5.cent.
concluſ.8.nu.14.uer.vniuerſitas. Et ꝙ reſtitutio
hoc caſu detur aduerſus ſententiam in terminis
20 †tr̄dit Soc.cōſ.56.nu.5.&6.4.uol. Dec.cōſ.42.
ult.dub.uer.2.ante ſi.cōſ. & ante ipſos Caſt.cōſ.
257.in cauſa.nu.3.2.uol.Boſſ.in ti.ſi aduerſ.rem
iud.reſti.poſtule.nu.26.& 27. Boer.q.307.colu.
pe.& ſi. Io.Maur.in tract.de reſt.in integ.c.420.
& ſequitur ēt Burſ.conſ.160.nu.69. in 2.uol.de
læſione aūt dr̄ cōſtare vniuerſitatis qñ aut inſtr̄a
21 non fuerūt reperta,aut nō fuere† producta, Bal.
in d.l.vni.Io.de Plat. in l.1.nu.1.C.de iu.rei publ.
Ang.& Caſt.in d.l.Imperatores.& Caſt. in d.cōſ.

Sed nunc operępretium eſt videre,an ex noui
ter deductis poſt ſnīam appareat prædictā Mag.
Cōitatē fore abſoluendā. In quo conſtanter te-
neo partē affirmatiuā,iudicio meo,omni ſcrupu
lo carētem:ſiquidem tā per ſcripturas publicas,
q̄ per plures teſtes examinatos fuit probatū ab
an.60.& ultra ad minus, ſemper fuiſſe & eſſe ſo-
litū & cōſuetū diuidi hoc terrenū, ſeu tenimētū
Caſumarij inter hoīes Centi deſcendentes ab il
lis primis inueſtitis,& acquiſitorib. ipſius, habi-
tantes in dic.terra, vel eius guardia & territ. nec
vnq̄ fuiſſe admiſſos aliquos de vniuerſitate ip-
ſius terrę nō hn̄tes hanc qualitatē ꝙ fuerint ex
deſcendentib. p̄dictis,qđ cōſtat ēt ex ſcripturis
publicis ipſarū diuiſionū in proceſſu productis.

Præterea apparet ēt ꝙ de an.1518.orta fuit lis
& controuerſia inter plures de dicta uniuerſita-
te qui non erant ex deſcendentib.illorum prio-
rum acquiſitorum, licet habitarēt in ea terra,&
tandem facto proceſſu,admiſſis ſolitis participa
re fuerunt alij reiecti, quæ ſententia una cum
eius proceſſu fuit pariter producta,& quæ facit
ius contra hos actores, quorum aliqui, ut au-
dit,

dit, ſunt etiam deſcendentes ab illis excluſis,de
quo inferius dicetur.Et pariter eſt etiam produ
ctum inſtrumentum deliberationis factæ dean
no 1518. per homines dictæ vniuerſitatis ſuper
diuiſione facienda dictu terreni excludendo fo-
renſes,licet ab immemoriali tempore habitãtes
in dicta guardia. Et apparet etiam in proceſſu at
teſtatio diuiſionis factæ de anno 1481.in qua fue
runt admiſſi ij qui per dictam ſententiam fuerũt
etiam admiſſi,& alij excluſi, qui in ipſa ſententia
excluſi fuere.Inſuper productæ fuerunt diuiſio-
nes factæ de dicto terreno de annis 1498.1518.
1538.& 1558.in quib. apparet hos agentes, uel
eorum maiores, uel anteceſſores non fuiſſe ad-
miſſos ad participationem dicti tenimẽti.Et po-
ſtremo fuerunt productæ atteſtationes uniuerſi
tatum Nonantulæ S.Ioannis & S.Agathæ, quæ
recognoſcunt etiam terrena ab abbatia Nonan-
tulana, prout hoc recognoſcit iam d.Mag.Com
munitas Centi,affirmantium conſuetudinem ip
ſorum locorum & terrarum eſſe ꝙ in diuiſioni-
bus faciendis ſuorũ terrenorum, ſemper fuerũt
admiſſi & admittuntur tantum deſcendentes a
prioribus inueſtitis & acquiſitoribus, non autẽ
alij etiam de uniuerſitatib. ipſis illic habitantes
& onera ſuſtinentes & ut in dictis ſcripturis pro
ductis.Quæ ſi fuiſſent habitæ & ꝓductæ ante di-
ctam ſententiam per Illuſt.Conſil.latam,procul
dubio non ſic iudicaſſet.Namq; dubium non eſt
conſuetudinem hanc plene eſſe probatam tum
ex teſtibus ipſis,plene de ea deponentibus,cum
etiam ex ſcripturis productis,ex diuiſionib.ipſis
& libris earum productis apparet ꝙ anteceſſores
horum agentium numquàm fuerunt admiſſi ad
participationem aliquam d.terreni,tametſi illis
temporibus habitauerint in dicta terra prout ip
22 ſi probarunt habitaſſe,quæ negatiua † aperte pa
tet ex libris & diuiſionib. in ipſis in quibus con
ſtat eos in illis nõ eſſe deſcriptos,ſecundũ doctr.
Bar.& aliorum in l.in illa ſtipulatione,ſi chalen-
dis, ubi Rip.nu.35.ff.de uerb.oblig.Dec.conſi.
496.nu.7.& latiſſime trad.Fran.Hercul.in trac.
quis tene.prob.neg.nu.167.& ſeq.uer.ſeptimus
modus.quod etiam probant atteſtationes nota
riorum ſuper hoc factæ & in proceſſu productę,
& ſatis hoc uidentur fateri aduerſarij in ſuis pe
titionib. & actis, dum petunt ſe admitti ad talẽ
participationem,aſſerentes numquam fuiſſe ad-
miſſos,ut in proceſſu.

Secundo,ſententia lata de an.1518.per illum
commiſſarium Biuilaquium,proculdubio exclu-
dit agentes deſcendentes ab illis qui in eo pro-
ceſſu tunc interuenerunt.l.cum quæritur, cum
duabus ſequent. ff.de exceptio.rei iud. quinim-
mo etiam uidetur excludere alios qui eiſdem
23 iurib.† & rationib.utuntur,ex trad.per Gui.Pap.
deciſ.549.ſententia.et licet ad validitatẽ cõſue-
tudinis,vel illius probationem nõ ſit neceſſariũ
24 ꝙ fuerit iudicatum pro tea,ſecundum veriorem
** & frequentiorem Doct.** ſententiã,ut per Iaſ.
conſ.46.2.col.1.uol.Soc.conſil.99. poſt med.5.
uol. & late Tyber.Decia.conſ.11.nu.175.1.vol.
& conſ.51.nu.64.& 112.in 2.tamen lata ſecun-
25 dum conſuetudinem eam cõfirmat † & magis va
lidam reddit.l.cũ de conſuetudine. ff.de legi. &
probat conſuetudinẽ ſi ab ea non fuit reclama-
tum,Decia.d.conſ.51.num.64.de quo etiam ip-
ſe late ſcribit in conſ.124.nu.25. 3.uol.

Tertio conſuetudo quæ uiget in alijs locis cir
cunuicinis ſuper huiuſmodi participationib. &
diuiſionib. bonorum emphyteuticorũ ab eccle-
ſia Nonantulana recognitorũ,præſtat intelligen
26 tiam inueſtituræ productæ & firmat † cõſuetudi-
nem noſtram,ut ad propoſitum ſcribit Decia.d.
conſ.124.nu.11. ſicut ẽt conſuetudo locorum ui
cinorum,maxime qñ eſt interpretatiua, dẽt ad-
27 mitti † ad declarandũ uerba dubia diſpoſitionis
alterius prouinciæ.c.ſuper eo,de cenſi.gl.in c.ex
parte.eo.tit.Old.conſ.267.ꝙ D.Ep̃o,ante fi.Af-
flic.deciſ.248.nu.4.Decia.conſ.41.nu.104.in 2.
& d.124.nu.29.in 3.

Præſuppoſita igitur hac conſuetudine tam an
tiqua probata, ut ſup. quæ ẽt ſat eſſet ſi probata
fuiſſet ex uſu tñ 40.an. etiam a populo non ha-
28 bente facultatem legis † condendæ, & etiã con
tra eccleſiam,ut late per Decia.d.cõſ.51.nu.33.
& ſeq.in 2.nõ eſt dubium ꝙ per eam excludi de
bent ij agentes qui non habent originem ab illis
primis acquiſitorib. inueſtitor, quia cõſuetudo
eam uim habet,ut aliquos ad ſucceſſionẽ admit
29 tat,alios uero † excludat, Bar.conſ.75.ex facto.2.
col.nu.3.uer.præterea ſtatutum, Pariſ.conſ.26.
nu.98.& ſeq.2.uol.& Decia.conſ.44.nu.1.& 46.
nu.122.& ſeq. eo.uol. nam ſi conſuetudo unius
30 † familiæ,vel agnationis in ſucceſſione eſt atten-
denda, Soc.conſ.61.col.2. 3.uol.Iaſ.d.conſ.46.
nu.3.in 1.& Decia.qui alios citat in conſil.1.nu.
327.1.uol.quanto magis eſt attendenda conſue
tudo unius populi & totius uniuerſitatis,quæ in
31 rebus uniuerſitatis † tamquàm optima legum in
terpres multum poteſt, Nat.conſi.406.num.25.
& ſequen. & Rolan.a Val. conſilio 89. num. 85.
tertio uolumine. Et tanto magis quia uerſamur
in conſuetudine interpretatiua quæ interpreta-
ta fuit inueſtituram & conceſſionem factam de
curia Trecentulæ & tenimento, ſeu terreno
32 ipſius Caſumarij, quæ facilius † inducitur,
ut late ſcribit Decian.dictis conſilijs 46. nume-
ro 123. & ſequen. 51.numero 58. & ſequen. &
124.numero vigeſimoſexto,& ſequen.nec exigi
33 tur etiam quòd ſit præſcripta,† ut per Nat.dicto
conſilio 406.numero 26. & Decian.44. nume-
ro decimoſexto,46.numero 120.& 224. nume-
ro uigeſimoſeptimo. Nam conſuetudo omnem
diſpoſitionem interpretatur, Innocen.in capitu
lo,olim,numero ſecundo,de uerborum ſignifica
tio.Syluan.conſilio 61.numero 18. & Franciſc.
Beci. conſilio 101. numero 48. ìmmo uincit

34 omnes alias interpretationes, † Decian. dicto conſilio 44. numero 7. ſecundo uolum. & 51. num. decimotertio, & ſecundum eam ſemper eſt iudicandum, & ea ſtante numquàm ad principem eſt recurrendum pro interpretatione, ut idem Decian. ſcribit in conſilio 32. numero decimoquinto, eodem ſecundo uolumine: plus enim poteſt quàm reſcriptum principis, Nat. dicto conſilio 406. numero ſexto, & habet uim pacti expreſſi, Bald. conſilio 318. numero primo, verſic. & primo, ſecundo uolum. & ſequitur Syluan. dicto conſilio 61. numero 16. & 22. & quod plus poſſit quam principis gratia, uoluit etiam Curt. in capitulo fin. de conſuetu. nu. 143.

Præterea conſuetudo habet uim priuilegij
35 † & priuilegio æquiparatur, gloſ. in capitulo nouit, in uerbo, conſuetudine, de iudic. & probatur in capitulo, cum contingat. ibi, ex conſuetudine, vel indulgentia, de foro competen. Barb. inter conſilia Alexand. tertio volumine, conſilio 74. uiſo puncto, numero octauo, Balb. in tracta. de pręſcriptio. quinta par. quintę partis principalis, quæſtione duodecima, numero quarto, Roch. de Cur. dicto capitulo fin. in quarto not. numero 147. & ſequen. & dicit Bald. in dicto conſilio 318. ante finem, verſic. nam conſuetudo, quod ius omne quo mundus regitur in duas partes diuiditur & maxima pars eſt conſuetudo, & ſequitur Sylua. dicto conſilio, numero 16. plura de conſuetudine præter Curt. in dicto capit. fin. numero 141. & ſequen. ſcribit Menoch. ad propoſitum in tracta. de arbitr. iudic. lib. primo, quæſtio. 71. numero tertio, & ſequen. ubi dicit conſuetudinem pro lege eſſe obſeruandam, a pari cum ſtatuto procedere, immo eſſe ſtatuto fortiorem, & tenaciter eſſe obſeruandam, quia
36 iuſtitiæ † uim habet, quod illa eſt quæ actus omnes determinat, veritati æquiualet, & eſt ius quoddam naturale ac illi reuerentiam deberi. Quæ cum ita ſint, & his omnibus additum ſit reſcriptum principis ad illius confirmationem, certè nihil validius, uel firmius ſub ſole inueniri poſſe uidetur, quia ſi conſuetudo derogat etiam reſcripto principis, ut ſupra, & per Menoch. ibi, num. nono. nec præſumitur princeps velle conſuetudini derogare, Menoch. illic numero 10. & ſequen. quanto magis illa debet obſeruari ſi auctoritate principis & reſcripto ſuo pro eius obſeruantia obtento, eſt munita. Vnde ſequitur quod omnino reuocanda eſt ſententia ad fauorem actorum lata, nec auferenda ſunt bona ijs deſcendentibus acquiſitorum eorum, qui ſemper pro eis pondus diei & æſtus portauerunt, tam reſpectu calumniæ ipſorum bonorum a principio eremorũ & incultorum, quam ſolutionis laudemij cenſuum & aliarum impenſarum inueſtiturarum, de quibus atteſtatur notarius in atteſtatione, in proceſſu producta: nec enim lugere debent quæ ex ſuis laboribus ſibi poſſeſſa ſunt ad alios transferenda aſpicientes, ut inquit Imperator in l. cum oportet, in princ. C. de bon. quæ liber. & hæc quo ad bona Caſumarij ſatis ſint et ſuper.

Quo uero ad cauſam terrenorum Malaffictus ſuper qua ſupra etiam ſcripſi, arbitror etiam nullam, uel leuiſſimam pati difficultatem, maxime attentis probationibus pro parte ipſius Magnificæ Communitatis factis poſt dictas ſcriptas allegationes & iurib. productis pro eius parte, namque præter ſpeciales exceptiones quæ nominatim obijciuntur ſingulis agentibus, fuit probata per decem teſtes examinatos pro parte ipſius Magnificæ Communitatis longa obſeruantia & conſuetudo diuidendi dictum terrenum Malaffictus, ut non admittantur non deſcendentes ab illis prioribus inueſtitis, & non habitantes in dicta terra, vel guardia Centi, ut uidere licet in ſuis depoſitionibus. Verum fuerunt, præter ſententiam productam de anno 1538. latam productæ aliæ ſententiæ, vna Magnifici Conſilij Iuſtitiæ de anno 1543. & alia per Reuerendum Dom. Fuſchinum & Dom. Syluestrum commiſſarium Centi de anno 1559. In quibus abſentes & non habitantes fuerũt excluſi, vt in eis, nec non fuit productua alius proceſſus appellationis interpoſitæ a dicta ſententia lata de anno 1539. in quo tandem fuit pronũtiatum appellationem deſertam, & ſic fuit confirmata prima ſententia, quæ omnea ſententiæ proculdubio ius faciunt contra agentes, & ſaltem probant conſuetudinem tam diu obſeruatam, quæ ſi patens eſt per ſeipſam ad illos excludendum, tanto magis cum ſit confirmata a Sereniſſimo principe noſtro, ut ſupra dictum fuit. Et quia iudicio meo cauſæ hæ nullam vel modicam habent difficultatem, & abunde per alios etiam ad fauorem ipſius Magnificæ Communitatis ſcriptum fuit, cauſæq; ipſæ coram Excellentiſ. viris aguntur, quibus ſat eſt quaſi per indicem rem oſtendere, vlterius non inſiſtam. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertazz.

ARGVMENTVM.

Dubitationes quædam tolluntur in eodem caſu, & agitur de obſeruantia, & conſuetudine vniuerſali & particulari ſuccedendi, & quãdo ſententia lata cõtra vniuerſitatem, uel illius partem obſit tamen ſuccedentibus poſteris?

S V M M AE.

1 *Obſeruantia declarat inueſtituram factam et modum ac ordinem ſuccedendi.*

Qua-

2 *Qualitas poſterior poſſeſsionis declarat quid a principio fuerit dubiæ intentionis.*

3 *Obſeruantia declaratiua, vel interpretatiua actus geſti, non exigit quod fuerit præſcripta.*

4 *Vniuerſitas poteſt diuidi in partes, & quelibet pars poteſt conſtituere ſyndicum, & ſimul litigare.*

5 *Vniuerſitas eſt & pars illius, ſi qui ſucceſſerunt in eodem per contractionem domicilii, habitationem, vel per originem propriam, vel paternam.*

6 *Et ideo ita afficiuntur ſententia antiquitus lata ſicuti illi primi.*

7 *Sententia lata contra mercatores & mulieres præiudicat aliis illac tranſeuntibus tanquam lata ſuper actione populari quæ nocet ſucceſſoribus in populo.*

8 *Sententia lata ſuper ſtatu perſonarum facit ius quo ad omnes, ſicut diſputatur ſi quis ſit clericus.*

9 *Sententia nocet quibuſcunque ſucceſſoribus in infinitum.*

10 *Sententia declaratiua ſaltem ſeruit pro titulo ad præſcribendum.*

11 *Conſuetudo eccleſiæ inueſtientis eſt ſeruanda.*

12 *Iudex cenſetur ſe fundaſſe in inſtrumentis propter clauſulas, viſis inſtrumenti &c.*

13 *Sententia refertur ad acta.*

14 *Et excludit nedum per verba expreſſa, ſed etiam per æquipollentia.*

15 *Sententia lata ſuper conſuetudine probat & facit ius quo ad omnes ſi non probetur contrarium.*

16 *Et probat ius hoc quo ad omnes quaſi lata in actione populari.*

17 *Et ſi poſt ſententiam populus acquieuit per ſexaginta annos conſuetudo inducitur.*

18 *Iura deducta ante ſententiam latam poſſunt iungi iuribus de nouo repertis & productis poſt ſententiam in cauſa reſtitutionis.*

19 *Ciues debent admitti ad commoda ciuitatis ſi ſuſtinuerunt onera.*

20 *Et an ſat ſit quòd ſint habitatores, vel incolæ.*

21 *Sententia lata inter communitatem ipſam & incolas illius temporis facit ius quo ad omnes.*

22 *Quid ſi ſint diuerſæ perſonæ, ſint tamen eadem iura.*

23 *Sententiæ tres an exigantur ad inductionem & probationem conſuetudinis.*

24 *Et an ſit neceſſe quòd ſit iudicatum & obtentum in contradictorio.*

25 *Et quando agitur non de inducenda conſuetudine, ſed de probando inductam fuiſſe.*

26 *Vicinorum notulæ & conſuetudines, an probent conſuetudinem loci vicini.*

27 *Iuuant tamen illius probationem quando dubia eſt.*

28 *Habitatores, an contineantur in diſpoſitione loquente de incolis & hominibus.*

29 *Conſuetudo eſt maxime attendenda, ſi lex non reſiſtit & fuit a Principe confirmata.*

30 *Ciues qui honores & officia non gerunt, ſed ſuſtinent onera, an ſint admittendi ad bona communalia.*

31 *Et deſcripti in libro æſtimi, vti ciues tractandi ſunt.*

CONSILIVM CXXV.

In Domino confido:

MOtiua ſubtiliter excitata contra Magnificam Communitatem Ceti prima facie vrgentia viſa fuere, penitius tamen & medullitus cõſiderata non difficilis ſolutionis viſa fuere.

Quatuor enim ſunt fundamenta pro parte ipſius Magnificæ Communitatis (iudicio meo) inconcuſſa. Ex quibus neceſſario cogimur excludere actores ab eorum petitione, etiam quod opinio Lauren. Sylua. citati in dubijs conſilio primo, numero 100. & 101. Bertran. conſilijs 75. libro ſecundo, & conſilio 92. libro tertio, ſecunda par. quòd poſſint compræhendi in inueſtituris factis dictæ Magnificæ Communitati eſſet attendenda, contra quam tamen tenuerunt plures Excellentes Iureconſulti, qui pro hac noſtra parte ſcripſerunt & præſertim Clariſ. Dom. Imola, ad quorum ſcripta me remitto.

Primum eſt, quod ſtante obſeruantia ſubſequuta poſt primã inueſtiturã acceptam de dimidia curiæ Trecentulę caſumaro nuncupatę, inueſtitura ipſa cenſetur tantummodo cõpræhendere homines

ipſius vniuerſitatis & deſcendentes eorum, qui
priore illo tempore erant de dicta vniuerſitate,

Secundum, quod ſtante ſententia lata per
Ducalem commiſſarium Centi de anno 1518.
excludente eos qui non deſcenderant a dictis
primo inueſtitis & compræhenſis, iſti agentes
ſunt etiam excluſi, nec poſſunt agere.

Tertium, ſtante conſuetudine probata quod
tales non deſcendentes ab eiſdem non admit-
tantur ad participationem horum bonorum, ip
ſi nullatenus ſint audiendi.

Quartum & vltimum eſt id tanto minus fieri
poſſe, ſtante deciſione Sereniſſimi Principis no-
ſtri id expreſſe mandantis & concedentis, vltra
tot alias conceſſiones tot Sereniſſimorum Prin
cipum eius anteceſſorum, de quibus ſingulis ſi-
gillatim diſpiciendum & differendum eſt.

Quo ad primum igitur fundamentum obſer
uantiæ ſubſequutæ, ultra ea quæ in prioribus al-
legationib. deduxi, dici tur illam declaraſſe inue
ſtiturã primo loco factã & receptã pro homini-
bus Centi & Communitate ipſius terræ & eo-
1 rum poſteris, ut intelligatur per modũ † & pro
eis deſcendentibus & ſucceſſoribus, prout fuit
obſeruata. capitulo, cum ueniſſent, de inſtit. Ale
xand. conſilio 107. primo uolumine, Socin. con
ſil. 66. numero uigeſimoprimo, in tertio, & con-
ſilio 50. numero nono, in quarto volum. Nat.
conſilio 192. numero tertio, & 406. numero 28.
Dom. Simon de Præt. qui loquitur in conceſſio
ne emphyteuſis in conſilio 106. numero 67. &
68. Franciſc. Bec. conſilio 101. numero 47. & ſe-
quen. Burſat. conſilijs 137. numero 41. & ſe-
quen. & 190. numero 42. & latiſſime hanc mate
riam proſequitur Ioſeph Ludou. in concluſione
ſua trigeſimaoctaua, prima decimaſeptima, trige
ſimaſeptima, trigeſimanona, quadrageſimapri-
ma, quadrageſimanona, cum quinque ſequenti-
bus illationibus & etiam 120. In quibus locis
alios plures citat, & dicit Bald. in conſilio 245.
uilla, numero ſecundo, tertio uolumine, quod
per poſterius factum declaratur in dubio prius
actum, & quod poſterior qualitas poſſeſsionis
declarat quod a principio fuerit dubiæ intentio
2 nis † per iura per eum illic citata, & ſcribit Decia.
in conſilio 124. numero decimotertio, tertio vo
lum. quod interpretatio quæ prouenit ex com-
muni obſeruantia ſuperat omnes alias probatio
nes, quia ex obſeruantia ſubſequuta declaratur
ambigutas præcedentis diſpoſitionis. & poſſem
plura alia ad hoc propoſitum citare, quæ miſſa
faciam, cum hæc ſatis ſint & ſuper, hoc tamen
fundamentum a tertio diſtat, ex quo in hac ob-
ſeruantia quæ eſt declaratiua & interpretatiua
actus geſti, non exigit quod fuerit præſcripta
3 † etiam per ſpatium longi temporis, Syluan. con
ſilio 66. numero 21. Menoch. conſilio 75. num,
56. Burſ. d. conſil. 190. num. 42. & Ioſeph. d. con.
cluſ. in l. ampliatio.

Secundum eſt fundamentum ſententiæ latæ
de anno 1518, per commiſſarium Biuiloquium
delegatum a principe in cauſa huic noſtræ om-
nino ſimili, in qua multi comparuerunt ex uni-
uerſitate ipſa, quorum aliqui nunquàm fuerant
admiſſi ad participationem ipſorum bonorum
ex quo non erant de deſcendentib. illorum prio
rum hominum antiquorum inueſtitorum & cõ-
prehenſorũ in inueſtitura, & aliqui alij qui erant
compræhenſi & alias fuerant admiſſi ad partici
pationem ipſam admiſſi fuere & qui omnes cõ
ſtituerunt procuratorem & cauſam egerũt cum
communitate ipſa, pro qua fuit oppoſitum eos
eſſe incapaces & ſtante conſuetudine & alijs
conſtitutionibus nullo modo eſſe admittendos
ad dictam participationem, & ſuper vſu & con-
ſuetudine ipſa fuerunt plures teſtes examinati.
Et tandem ipſe commiſſarius iudex uiſis diuiſio-
nibus antiquis, inueſtituris & conceſſionibus &
viſa etiam conceſſione principis ſuper huiuſmo
di conſuetudinibus, ſententiauit aliquos, qui vel
eorum anteceſſores in alijs diuiſionib. alias fue-
re admiſſi admittendos fore, cæteros uero om-
nes excluſit & nullam partem eis deberi decla-
rauit & ut in ipſa ſententia in proceſſu, fol. 43.
& ſequen. Quo facto ſtante, cenſeo ſententiam
illam nocere etiam his qui nunc agunt, qui licet
ſint de ea uniuerſitate, cum tamen nõ deſcende-
runt ab illis prioribus hominibus inueſtitis, &
antequam participauerint de his bonis in aliqui
bus alijs diuiſionibus, non poſſunt admitti, nam
certum eſt quod illi priores agentes, ut homines
dictæ uniuerſitatis & compræhenſi in dicta inue
ſtitura ſicut & hi qui nunc agunt, iudicium mo-
uerunt & cauſam egerũt: nec enim ut ſinguli niſi
fuiſſent de ipſa uniuerſitate agere potuiſſent, &
uniuerſitas una & eadem poteſt quandoque di-
4 uidi in partes & quælibet † pars poteſt conſtitue-
re ſyndicum & ſimul litigare, ut trad. Bald qui di
cit eo tempore ſic eueniſſe in facto in l. teſtatrix.
§. primo, ff. ſi ſer. uendi. & ſequuntur ibi Ang. &
Floria. & ſequitur etiam Iaſ. in l. omnes populi.
in repetitione, numero 41. ff. de iuſtit. & iur e. un
de cum fuerit iudicatum contra illam partem
uniuerſitatis, quæ non erat ex deſcendentibus
dictorum antiquorum, certum eſt quod ſenten-
tia ipſa nocet his qui pariter ſucceſſerunt in ea-
dem met uniuerſitate per contractionem domi-
cilij, habitationem, uel per originem propriam,
5 vel paternam, cum ſit eadem uniuerſitas, † uel
pars illius. l. proponebatur. ff. de iudic. & tradit
Bald. in l. ſi tibi. §. in decurionibus. ff. quod cuiuſ-
que uniuer. nom. & late Franciſ. Niconi. in rubr.
ff. de noui oper. nunciatio. num. 14. quod pro ab-
ſoluto ponit Sylua. dicto conſilio primo, nume-
ro 109. Cum igitur per dictam ſententiam fuerit
declaratum dictã partem uniuerſitatis, quæ tunc
egit, & eiſdem rationibus prætendebat ſe com-
præhenſam, quibus hæc quæ nunc agit præten-
dit,

dit, excludendam eſſe, illa nocet etiam his qui
nunc ſunt illius terræ habitantes & pars ipſius
6 † uniuerſitatis, ut ad propoſitum decidit Guid.
Pap. quęſtione 279. ſententia. ubi uoluit ſenten-
tiam iam centum annis latam contra habitato-
res unius caſtri ad fauorem domini illius, noce-
re habitantibus nouis & prodeſſe moderno do-
mino, & illic dicit fuiſſe deciſum in eo ſenatu ꝓ
quodam monaſterio quod obtinuerat ſenten-
tiam in cauſa decimarum contra homines cuiuſ
dam loci nocere poſt quinquaginta annos habi
tantibus in eo loco, cum repræſentarent defun-
ctos, tametſi non eſſent hæredes condemnato-
rum, idem uoluit idem Guid. Pap. conſilio 171.
numero quarto, quod ſententia lata contra ali-
quos homines unius uniuerſitatis præiudicat
omnibus alijs hominibus ipſius uniuerſitatis in
ea ſuccedentibus. Ad idem in alijs allegationi-
bus fuit allegata alia deciſio eiuſdem 549. ſenten
tia. in fortiori caſu, ubi uoluit ſententiam latam
contra aliquos mercatores & mulieres cum ex
actore pedagij præiudicare alijs illac tranſeunti
7 bus, quaſi fuerit actum ſuper actione † populari,
quæ nocet ſucceſſoribus in populo. l. eum qui. §.
in popularibus, ubi Doctor. ff. de iureiuran. Ale-
xand. in l. ſępe, numero 33. ff. de re iudic. ubi Zaſ.
numero 72. & ſequen. & Tiraquel. in tracta. res
inter alios acta. limitatione 26. idem etiam ad
propoſitum ſequendo Guid. Pap. in hac vltima
deciſione, tenet Pet. Ioan. Anchar. lib. tertio ſua
rum quæſtio. quæſtio. 24. numero 25. & ſequen.
ubi firmat ſententiam latam cōtra vnum de vni-
uerſitate nocere alijs de vniuerſitate ac ſi lis eſ-
ſet cum ea.

Quibus accedat quòd cum in dicta cauſa, ſi-
cut etiam in hac, diſputaretur & diſputatur de
capacitate, vel incapacitate ipſorum forenſium,
quos uocāt, & an eſſent admiſſibiles nec ne, ſen-
tentia ſuper hoc lata ſuper ſtatu eorum perſo-
narum debet facere ius quo ad omnes, ſicut cū
8 diſputatur, † ſi quis ſit clericus, ciuis, vel alius hu-
iuſmodi, ut per Alexand. in dicta l. ſæpe. numero
62. & ſequen. ubi etiam Zaſ. numero 52. & ſequ.
& trad. Doctor. in l. ingenuum. ff. de ſta. homi.
Bald in l. ſecunda, numero 6. C. quibus res iudi.
non nocet. & Tiraquel. in dicto tracta. res inter
alios act. limitatione 18. Ex quibus concluditur
9 quod cum ſententia † noceat quibuſcunque ſuc-
ceſſoribus etiam in infinitum, Grat. conſilio 37.
numero 18. primo uolum. nocet etiam ſucceſſo
ribus in dicta uniuerſitate. Quod autem ſenten-
tia ipſa noceat his agentibus, ex quo probat con
ſuetudinem, in ſequēti fundamento dicetur. Et
10 cum ſententia fuerit declaratiua † ſaltem ſeruit
pro titulo ad præſcribendum, Bald. in dicta l. in
genuum. numero 7.

Tertium igitur eſt fundamentum conſuetudi
nis de qua late fuit per me ſcriptum in præce-
dentibus allegationibus, quæ quidem eſt atten-
denda in conceſſione emphyteuſis, ut per An-
ton. Gabr. lib. ſexto ſuarum concluſionum, titu.
de conſuetu. concluſione prima, numero 9. &
11 de conſuetudine † eccleſię inueſtientis trad. De-
cian. in conſilio primo, numero 326. primo uo-
lum. ac Dom. Riminal. iun. conſilio 257. numero
26. & ſequen.

Et in propoſito conſuetudo ipſa fuit proba-
ta nedum per plures teſtes in hac cauſa inſtitu-
tionis examinatos, qui de ea cōncludenter de-
ponunt, ſed per ſcripturas authēticas diuiſionū
factarum ab anno 1481. citra. In quibus conſtat
quod numquam fuerunt admiſſi ij qui ab illis
primis hominibus ipſius uniuerſitatis non de-
ſcenderunt. Et non tantum fuit probata conſue
tudo in his bonis huius terræ, ſed etiam aliorum
caſtrorum circumuicinorum habentium ſimilia
terrena communia recognita ab eadem abbatia
Nonantulæ, ut ſancti Ioannis, ſanctæ Agathæ &
Nonantulæ, ut in atteſtationibus officialium di-
ctarum terrarum productis conſtat.

Et poſtremo loco probatur conſuetudo ipſa
ex dicta ſententia ſuper ea lata, cuius uigore ex-
cluſi fuere ij qui tunc egerunt, cum enim iudex
ipſe ſe fundauerit in conſuetudine ipſa quæ fue
rat in proceſſu deducta & probata, quod appa-
ret ex clauſula, uiſa conceſſione prælibati Illu-
ſtriſsimi Ducis Ferrariæ ſuper eorum conſuetu
dinibus, & ſupra, uiſiſque pluribus diuiſionibus
alias inter homines dicti communis de dicto
terreno factis in eorum campionib. deſcriptis,
12 & propter dictas clauſulas cenſetur iudex † ſe
fundaſſe in eis, Specul. in tit. de ſenten. §. fin. co-
lumna quarta, verſ. & nota quod probato, quem
ſequuntur Butr. colum. ſeptima, uer. ad primum,
& Feli. numero 28. in capit. licet cauſam, de pro-
bat. cenſetur admiſiſſe conſuetudinem & illam
approbaſſe. Vltra quod cum alia ratione ipſe cō
miſſarius nō potuiſſet ipſos agentes excludere,
13 & ſententia referatur ad acta, † ſecundum Bald.
in capitulo, cum ſuper, in fine, de cau. poſſeſſ. &
propie. Doctores in l. ſub prætextu, la ſeconda,
C. de tranſactio. & Vant. in tracta. de nullita. in
titulo de nullita. ex defectu proceſ. numero 105.
concludendum omnino eſt pronuntiatum fuiſ-
ſe ad fauorem ipſius conſuetudinis illam, ſcili-
cet fuiſſe inductam; ſententia enim concludit ne
14 dum per verba † expreſſa, ſed etiam per æquipol
lentia, Rip. in l. prima, numero decimooctauo, ff.
de re iudica. Cum igitur ſententia fuerit lata ſu
per hac conſuetudine, non eſt dubium quod ſo-
la illam probat & facit ius quo ad omnes, & tan
15 to magis cum non probetur † contrarium, ita
declarat Bartol. in dicta l. de quibus, quarta quæ
ſtio. numero 21. & Zaſ. ibi, numero 24. ff. de legi.
quam opinionem uidetur tenere etiam Bar. poſt
Guliel. de Cu. in repetitione. l. primæ, C. quæ
ſit longa conſuetu. quæſtione uigeſimaoctaua,
numero 32. quando fuit lata cum legitimo con

tradictore, ut ſi cum ſyndico vniuerſitatis. Et hanc ſententiam facere ius quo ad omnes & pro
16 bare conſuetudinem, quaſi lata in actione† populari tenent plures relati per repeten. in dicta l. de quibus, numero 138. & Curt. in tractatu, de conſuetud. alias in repet. cap. fi. eod. tit. numero 575. & cum poſt dictam ſententiam populus ei acquieuerit nedum per decem, ſed per ſexagin
17 ta annos, proculdubio eſt inducta† conſuetudo, Ant. de But. in d. cap. fi. 3. colum. & ſequen. vbi citat d. l. ingenuum dicẽs populo præiudicare, & in re pet. in §. 2. 5. colum. in fi. & ſeq.

Quartum fundamentum eſt conceſſionum Sereniſſimorum Principum noſtrorum factarũ dictæ communitati, quib. confirmauerunt ſuas conſuetudines incipien. a conceſſione ſeu confirmatione Sereniſsimi Ducis Herculis primi facta de anno 1502. in qua approbauit conſuetudines ipſius communitatis, quam conceſsionẽ confirmauit Sereniſsimus Alphonſus primus de anno 1505. eadem confirmatio facta fuit de anno 1534. per Sereniſsimum Ducem Herculẽ ſecundum, qui apertius in ſuis literis ſcriptis ad commiſſar. Centi de anno 1538. quo tempore erat facienda diuiſio horum terrenorum, aſſenſit ipſe princeps quod fiat iuxta conſuetum, & per hunc noſtrum Sereniſsimum Ducem fuit etiam facta confirmatio omnium conſuetudinum tempore ſuæ creationis de anno 1559. ſed & fuit facta expreſſa deciſio & lex clara ex confirmatione & conceſsione capituli petiti pro parte dictæ communitatis de anno 1562. ex quo tollitur omne dubium & ſoluitur omnis difficultas pro ea quæ latiſsime ſcripſi in primis allegationib. quæ aliter non repetam.

Et licet aliqua ex ſupra deductis fuerint etiã deducta in primo proceſſu ante ſententiam latam, tamen poſſunt etiam iungi alijs iuribus de
18 nouo repertis† & productis poſt ſententiam in cauſa reſtitutionis, ut per Scuer. in repet. l. admonendi, num. 15. ff. de iureiur. & apertius declarat & defendit illic Rip. nu. 22. & ſeq. cum cuius ſententia tranſit etiam ibi Coraſ. ſuper tex. num. 75.

Iactis his ſolidiſſimis fundamentis operæ pretium eſt ſatisfacere dubitationibus propoſitis, quas ex ſupra deductis virtualiter puto diſſolui poſſe. ſpecialius tamen reſpondendo dicitur dictos agentes omnino eſſe excludẽdos, licet iam multis annis domicilium conſtituerint Centi & ibi onera communitatis cum aliis ſuſtinuerint, quia non tãtum onera aliqua ſuſtinuerunt pro his bonis Caſumarũ vel malaffictus, ſed omnia onera ſuſtinuerunt in præteritum alii compræhenſi in inueſtituris, vt fuit probatũ in proceſſu.
19 quæ non fuerunt† leuia ideo non debent etiam admitti ad commodum illorum, capit. qui ſentit. de regul. iuris, in 6. l. ſecundum naturam. ff. eodem titulo.

Nec ſat eſt quod ſint habitatores vel incolæ,
20 †ſecundum Syluan. in d. conſilio 1. tum quia ſua opinio non procederet ſtantibus verbis inueſtituræ, prout ſtant ut per alios fuit oſtenſum, tum etiam ſtante obſeruantia illius per tot annos, quæ uerba inueſtituræ declarauit, & ſententia lata quæ illis nocet ut ſupra in ſecundo fundamẽto ac conſuetudine contraria approbata per oẽs Principes, & deciſione in hac re facta per Sereniſsimum D. Ducem noſtrum, quę non concurrebant in caſu Sylua. & in ſuo caſu illi incolæ & habitatores ſubſtinuerũt omnia onera in communi, ut per eum ibi, num. 111.

Præterea ſtatutum illud in caſu ſuo erat nullum, cum in eo non interueniſſent duę partes ex tribus ipſius vniuerſitatis. Et in caſu noſtro omnes deliberationes factæ in cõi fuerunt legitimę & ſolẽnes ac validæ, nec militant in caſu noſtro quę militabant in ſuo: ideo ceſſant rõne, ceſſat ẽt eius opinio. l. quod dictum. ff. de pact. conſilium vero Rolan. 79. numero 31. & 53. in tertio, contra quod conſuluit Ceph. conſilio 451. parum ad rem facit & eiſdem reſponſionibus tollitur & idem reſpondetur ad allegata conſilia Bertr. quæ in caſib. ſuis poſſent ſuſtineri, ſed cum in caſu noſtro tot fundamenta militent in contrarium, ceſſat omnis ſcrupulus.

Non obſtant etiam reſponſiones quę dantur in dubiis fundamentis noſtris, quia in ueritate nec illa tollunt nec elidunt. Nam quod ſententia prædicta ſit inter alios lata, & propterea aliis perſonis non noceat, nihil obeſt: quia cum ſit lata inter communitatem ipſam & incolas illius
21 tpis† qui erant de ipſa uniuerſitate & eiſdem rationibus prętendebant admitti & tamen fuerunt reiecti, ſic a illa nocet aliis incolis & habitatoribus d. terrę futuris quæ ſucceſſerunt in locũ illorum, ut ex deciſ. Guid. Pap. & alijs in ſecundo fundamento deductis fuit oſtenſum, & ſicut ſi fuiſſet iudicatũ in cauſa totius vniuerſitatis ſententia ligaret omnes homines illius in futurum poſt multos annos, ut in dicta deciſio. 279. ita pariter eſt dicendum quando fuit iudicatum contra hanc partem harum incolarum, cum eadem ſit ratio de toto ad totum quæ eſt de parte ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei uendi. nihil igitur facit quod ſint diuerſæ perſonæ quæ non interuenerunt in eo iudicio, ex quo ſucceſſerunt in locum illarum & utuntur eiſdem rationibus, quod maxime procedit ex quo agitur cauſa qua
22 ſi popularis † & diſputatum fuit de capacitate, vel habilitate agentium, vt ſup. nec Dec. in conſilio 445. numero 29. & Soci. iun. conſilio 181. numero 93. & ſequen. 1. uolum. loquuntur in caſibus huic noſtro ſimilibus.

Quod modo de conſuetudine non uideatur
23 conſtare & quod non ſufficiat† unica ſententia, ſed ſaltem tres exigantur, vt per Doctor. in dicta l. de quibus, Rip. in cap. 21. num. 8. primo lib. reſponſo. & Crauet. conſilio 96. num. 5. tollitur ex eo

eo quia & per teſtes & per compendia diuiſio-
num per tot annos factarum authentica & legi
tima probata eſt dicta conſuetudo, nec puto
hoc poſſe negare partem aduerſam. nec eſt ne-
24 ceſſe quod pro ea fuerit obtenta † in contradi-
ctorio, ut dictum fuit in præcedentibus allega-
tionibus, quod tenet etiam Burſat. in conſil. 50.
num. 27. Dom. Rimi. iu. conſil. 249. num. 28. &
nouiſſime Ioſeph Maſcard. in ſuo tract. de pro-
batio. concluſ. 427. conſuetudo probatur, num.
3. & ſic nullæ ſententiæ exiguntur. Et uerum q̃
25 ſi ageretur de inducenda conſuetudine † plures
ſententiæ exigerentur, ſecus ſi agatur de proban
do fuiſſe inductam, quia ſi ſuper ea ſententia fe-
ratur, vnica tantum ſufficit & hoc caſu proce-
dunt auctoritates Docto. citatæ in dicto tertio
fundamento, & ita etiam declarat Curt. in d. tra
cta. de conſuetu. num. 577.

Non obſtat etiam quod non opitulentur par
26 ti noſtræ notulæ & conſuetudines † uicinorum
locorum, ex quo de loco ad locũ non extendun
tur. Dec. conſil. 483. num. 21. Menoch. in tract.
recuperan. rem. 15. num. 563. neque de perſona
ad perſonam, Rui. conſ. 157. in fi. in 3. & Menoc.
ibi. Quia immo conſuetudo ipſa multum iuuat
conſuetudinem noſtram quando eſſet dubia,
quæ tamen eſt clara & clariſſime probata ut ſu-
pra, ut fuit deductum in præcedentibus allega-
27 tionibus, † quod etiam tenet Crau. conſ. 118. nu
me. 3. Bec. conſ. 27. nu. 12. & Ioſeph Laud. d. con
cluſ. 38. illatione 8. Et cum verſemur in conſue-
tudine eiuſdem eccleſiæ Nonantulanę, tanto ma
gis illa eſt attenden. ut ex Decia. & Rim. iun. ſu-
pra deductum fuit.

Nec etiam verum uidetur quod conceſſionis
28 verba repugnent, † quæ continent incolas & ho
mines, quo caſu compręhenduntur habitatores
Rolan. de luc. dot. q. 22. & plus valeat proprie-
tas uerborum quam interpretatio proueniens
ex conſuetudine, Dec. conſil. 49. colum. 1. in fi.
Quoniam in inueſtitura legitur conceſſionem
factam fuiſſe communi & hominib. terræ Centi
nulla de incolis mentione facta, quo caſu habita
tores tantummodo uidentur poſſe compræhen
di, ut docuit excellens D. Imola, uel ſaltem caſus
eſt dubius & declaratur obſeruantia & conſue-
tudine etiam ſecundum opinionem allegatorũ
pro contrariis. Vt non omittam quod in caſu
Dec. non conſtabat de conſuetudine aliqua pro
ut conſtat in noſtro, quæ eſt probata nedum de-
claratiua, ſed extenſiua & quę etiam tolleret le-
gem contrariam ſi extaret, tanto magis igitur, ſi
29 nulla lex reſiſtit † & pro conſuetudine ſit iudica
tum & toties ſit a principe confirmata. Ex quib.
tollitur etiam id quod ſubiungitur in dubiis q̃
agentes compræbendantur in inueſtituris quia
id negamus, & obſeruantia declarauit id uerum
non eſſe & conſuetudo ac ſententia lata tanto
minus illos excluſit, nec his caſibus nec Ber-
tran. uel Decia. conſil. 53. num. 3. in 1. uel aliqui
ex allegatis in dubijs contradicunt.

Quæ etiam in dubijs dicuntur reſpondendo
30 ad fundamentum noſtrum † quod hi agentes ho
nores & officia non gerunt, quod ipſi debent ad
ea admitti ut alii ciues cum ſuſtineant onera &
habitẽt, ex quo onera tradunt & cõmod, aut per
Roland. & Ceph. dictis conſiliis. Et licet non ge
rant officia, id etiam alijs originarijs poteſt ac-
cidere ut non gerant. Et cum ſint deſcripti in li-
31 bro æſtimi uti ciues † tractandi ſunt, ex Rui. in
conſil. 100. num. 6. in 5. & Boſus. de princ. num.
363. tolluntur ex ſupra deductis & maxime ex
eo quod non eſt uerum quod reſpectu horum
bonorum Caſumarij & Malaſſictus aliqua onera
unquam ſuſtinuerint uel ſuſtineant, ſicut etiam
repugnante ſtatuto expreſſe ipſi non poſſunt ad
mitti ad officia & honores. & licet alii aliquan-
do non habeant, non eſt propterea quin habere
poſſint, cum ſtatutum non repugnet. ſed quic-
quid ſit de hoc, cum habeamus tot alia funda-
menta ex quib. ceſſat opinio Sylua. ſuper ea non
eſt inſiſtendum, ſed pronuntiandum eſt ipſos fo
renſes uel incolas non eſſe admittendos, ſicut
etiam non admittuntur ad honores & officia.
nec etiam in multis aliis locis ad bona commu-
nalia ut ſcio non admitti in terra Redelonati, ubi
eſt ſimilis conſuetudo & nunquam fuerunt ta-
les non originarij admiſſi. Quod tanto magis fa-
cien. eſt, cum pro hac noſtra parte concurrat &
auctoritas principis, cuius deciſionem et conceſ
ſionem parui pendere minime licere non debe-
ret. Laus Deo Optimo Maximo.

Barth. Bertaz.

F I N I S.



VENETIIS,
Apud Felicem Valgriſium. 1584.